Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

REVERENDI PATRIS

FRATRIS DIDACI STELLAE EXIMII VERBI DIVINI CONCIONATORIS

Ordinis Minorum, regularis obseruantiæ, Prouinciæ sancti Iacobi, in sacrosanctum Iesu Christi Domini nostri Euangelium secundum Lucam enarrationum

TOMVS PRIMVS.

VNIVERSVM OPVS NVNC DENVO hac tertia editione elimatum, & recusum cum duplice, ac copiosissimo indice, quamplurimis in locis præcipue ad Euangelia pertinentibus aucto.

✝CHRISTO CONFIXVS SVM CRVCI.

DOMUS LOYOLAEAE S.J. BIBLIOTHECA

SALMANTICÆ,

Excudebat Ioannes Ferdinandus.

M. D. LXXXII.

Cum Priuilegio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CENSVRA PATRIS MAGISTRI Ioānis de Cetina Sacerdotis Societatis Iesu.

IVSSV *Supremi senatus Regij vidi qua potui attentione hæc cōmentaria in sanctum Diui Lucæ Euangelium à Reuerendo admodum patre fratre Didaco ab Stella ordinis seraphici, necnon sanctissimi patris Francisci, eaque contuli cum censura, & castigatione venerabilis almæ vniuersitatis Complutensis, ex mandato supremi senatus Regij sanctæ Inquisitionis facta, & reperi iuxta prædictam censuram esse castigatam. Quare iure optimo debent in publicam vtilitatem, & prælo committi, & ab omnibus Christi fidelibus præsertim concionatoribus legi. Datis Matriti, in hoc nostro Societatis Iesu Collegio, die decima, mensis Maij. Anno Domini milleſimo quingenteſimo octogeſimo primo.*



Ioannes de Cetina.

DOn Philippe por la gracia de Dios Rey de Castilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Ierusalem, de Portugal, de Nauarra, de Granada, de Toledo, de Valencia, de Galizia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarues, de Algezira, de Gibraltar, de las yslas de Canaria, de las Indias orientales, y occidentales, y Islas, è tierra firme, del mar occeano, Archiduque de Austria, duque de Borgoña, de Brabante, y de Milan, conde de Absburg, de Flandes, y de Tirol, &c. Señor de Vizcaya, de Molina. &c. Por quanto por parte de vos el Guardian, frayles, y conuento del monasterio de sant Francisco, de la ciudad de Salamanca, nos ha sido fecha relacion, que fray Diego de Stela, frayle del dicho conuento, auia compuesto vn libro sobre sant Lucas: el qual se auia corregido y emendado por fray Iuan de la Cruz, a quien los Inquisidores de Seuilla lo auian cometido, como constaua del parecer que daua firmado de su nombre al fin del dicho libro, suplicando nos vos mandassemos dar licencia para lo poder imprimir, conforme al priuilegio que os estaua concedido por otros diez años mas, ò como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematica por nos, agora nueuamente hecha dispone. Fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon: y nos tuuimos lo por bien. Y por la presente vos damos licencia e facultad, para que por esta vez podays hazer imprimir el dicho libro que de suso se haze mencion, en estos nuestros reynos, sin por ello incurrir en pena alguna. Y mandamos que despues de impresso, no se pueda vender ni venda, sin que primero se trayga al nuestro consejo, juntamente con el original que en el fue visto, que van rubricadas las hojas, y firmado al fin del de Miguel de Ondarça çauala nuestro escriuano de camara, de los que en el nuestro consejo residen, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, y se tasse el precio porque se ouiere de vender cada volumen, so pena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y leyes de nuestros reynos, de lo qual mandamos dar è dimos esta nuestra carta sellada con nuestro sello, y librada por los del nuestro consejo. Dada en Madrid, a veynte y dos dias del mes de Iunio, de mil è quinientos y ochenta y vn años.

Antonius Episcopus. El Licenciado Fuen mayor. El Licenciado Pedro Portocarrero. El Licenciado Riba de Neyla.

El Licenciad don Fernando Niño de Gueuara. El Licenciado Mardones. El Licenciado Guardiola.

Yo Miguel de Ondarça çauala Secretario de Camara de su Mageſtad, la fize eſcreuir por su mandado, con acuerdo de los de su conſejo.

✠ 2

Universidad de Deusto

EL REY.

POR quanto por parte de vos Fray Diego de Stela, predicador de sant Francisco de Salamãca nos fue fecha relacion diziendo, q̃ vos auiades compuesto vnos cõmentarios en latin, sobre el Euangelio de sant Lucas: los quales eran muy vtiles y prouechosos para todos los predicadores, suplicandonos lo mandassemos ver y examinar, y hallando ser tales, os mandassemos dar licencia y facultad para los poder imprimir, y priuilegio para los vender, o como la nuestra merced fuesse: lo qual visto por los del nuestro consejo, por quanto en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematica por nos ahora nueuamente fecha sobre ello dispone, fue acordado q̃ deuiamos mãdar dar esta nuestra cedula en la dicha razon. E nos touimos lo por bueno, y por la presente os damos licencia y facultad para que vos, o la persona q̃ para ello vuestro poder ouiere, y no otra persona alguna podays hazer imprimir y vender los dichos libros q̃ de suso se haze mencion, en estos nuestros reynos de Castilla por tiempo y espacio de diez años, que corran y se cuenten desde el dia de la fecha desta nuestra cedula, so pena que qualquiera persona, o per sonas q̃ sin tener para ello vuestro poder los imprimieren y vendieren, o hizieren imprimir y vender, pier dan toda la impression que hizieren y vendieren, con los moldes y aparejos della, y mas incurran en pena de cinquenta mil maruedis por cada vez que lo contrario hizieren. La qual dicha pena sea, la tercia parte para la persona q̃ lo acusare, y la tercia parte para el juez q̃ lo sentẽciare, y la otra tercia parte para nuestra camara y fisco: con tanto que todas las vezes q̃ huuieredes de hazer imprimir el dicho libro, durante el dicho tiempo de los dichos diez años, le traygays al nuestro consejo, juntamẽte con el original q̃ en el fue visto, q̃ va rubricada cada plana, y firmado al fin del, de Iuan Gallo de Andrada nr̃o escriuano de camara, de los q̃ residen en el nuestro consejo, para q̃ se vea si la dicha impression esta conforme a el, y se os de licẽcia para lo poder vender, y se tasse el precio à como huuieredes de vender cada volumen, so pena de caer è incurrir en las penas contenidas en la dicha prematica, y leyes de nuestros reynos. Y mandamos à los del nuestro consejo, y à otras qualesquier justicias destos nuestros reynos guarden y cumplan y executen, y hagan guardar y cumplir y executar esta nuestra cedula, y todo lo en ella contenido. Dada en el Bosque de Segouia, a diez y seys dias del mes de Iunio, de mil y quinientos y setenta y tres años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad. Antonio de Erasso.

EL REY.

POR Quanto por parte de Vos el Guardian, Frayles y Conuento del monasterio de sant Francisco de la ciudad de Salamãca nos ha sido fecha relacion, q̃ tratãdo se pleyto en el nuestro cõsejo entre Vos y Martin de sant Christoual Vezino dela ciudad de Stela, en el nuestro reyno de Nauarra sobre aquien pertenescia el priuilegio è impression de las obras q̃ auia compuesto F. Diego de Stela de la orden de sant Francisco, hermano del dicho Martin de S. Christoual, q̃ se intitulauan, el vno, Comentarios en Latin sobre el Euãgelio de sant Lucas, y otro en Romance, intitulado, La Vanidad del mundo: y otro en Romance intitulado Meditationes del amor de Dios: y otro en Latin intitulado Modus concionandi. y sobre el Psalmo Super flumina Babylonis: è os auiades concertado, y hecho y otorgado cierta escriptura de assiento è concierto de que ante los del nuestro consejo hezistes presentacion, suplicando nos que conforme à ella os concediessemos prorogacion del priuilegio que auiamos dado al dicho fray Diego de Estela, para imprimir los dichos libros, por otros diez años mas, o como la nuestra merced fuesse. Lo qual visto por los del nuestro consejo, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula para Vos, è yo tuue lo por bien. Por la qual Vos prorogamos y alargamos el termino de los dichos priuilegios que tenemos dados y concedidos al dicho fray Diego de Stela, para imprimir los dichos libros por otros diez años mas, que corran y se cuenten: despues de cumplido y acabado el termino contenido en los dichos priuilegios, y conforme a ellos: para que durante el dicho termino podays hazer imprimir las dichas obras y libros que de suso se haze mencion. Con tanto que todas las vezes que se imprimieren, no los podays vender, sin que antes è primero se traygan al nuestro consejo, y en el se corrijan con los originales de ellos, q̃ en el estan, y se tasse el precio à como se han de vender. Y mandamos que durante el dicho tiempo, persona alguna sin poder vuestro, no pueda imprimir ni veder en estos nuestros reynos, ni meter defuera dellos los dichos libros, so las penas cõtenidas en el dicho priuilegio. Dada en el Pardo, a veynte y ocho dias del mes de Nouiẽbre, de mil y quinientos y sententa y ocho años.

YO EL REY.

Por madado de su Magestad. Antonio de Erasso.

ILLVSTRISSIMO, REVERENDISSIMOQVE DOMINO D. Didaco Couarruuias de Leyua, Episcopo Segobiensi, Regij senatus in Hispania præsidi meritissimo. F. Didacus Stela fœlicitatem exoptat.

PROVERBIVM FVIT CElebratissimum diuini illius Platonis, Antistes præclarissime, hominem non sibi solum natum esse: sed partim patriæ, partim amicis, partimq; alijs hominibus. A qua sententia Stoicorum schola non discedit: astruens homines ipsorum hominum gratia fuisse conditos: vnde mutuo iuuaminis beneficio tenẽ tur & constringuntur. Si igitur naturale lumen mentibus nostris infusum, hoc nobis ostendit: quanto potius Christianus homo hoc sibi cognitum habere debet, quem lex diuina docet proximum esse diligendum? Quod cum identidem mecum sæpesæpius reuoluerem, considerans quo officij genere vtilis possem esse proximo & Christianæ reipublicæ deseruire, cum tot viderem commentaria recentiora præter vetusta super Euangelistas Matthæum & Ioannem quotidie pullulantia, tam paucosque scripsisse super sanctum Lucam: inter alias occupationes & conciones ad populum frequentes: secundum ingenij mei imbecillitatem & angustiam, super sanctum Euangelistam Lucan scribere decreui. Quod opus cum superioribus annis diuino afflante numine Matriti in curia Regis Catholici Philippi Secundi inciperem: tandem in hac alma Salmanticensi vniuersitate absolui. Quod cum ita magnum sit & difficile, & à nostra ingenij tenuitate procedat, non dubito quin multis scateat defectibus: vnde patrono sibi & defensore habet opus, qui iuuamini & tutelæ illi sit. Cui igitur potiori iure quam tibi, Præsul amplissime, hos exiguos manuum mearum labores offerre possem: quandoquidem tua eximia authoritate, & virtutum tuarum excellentia & splẽdore, meis lucubrationibus valorem & pretium addes? Vellem equidem modo huius, tam diuitis & copiosæ materiæ, vel aliquid minimum posse exprimere: at tam innumera sunt tuarum virtutum encomia & præclara facta, vt etiam ab acutis ingenijs comprehendi nequeant, vbi non posset non meum periclitari. Prædicat id tuas præclaras virtutes, tuam vtriusque iuris admirabilem peritiam & eximiam eruditionem: nam cum in Ciuitate Burgensi adesses, inter tantam præclarissimorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum virorum multitudinem, nulla affectus solicitudine, summo omnium applausu & incredibili totius nostræ Hispaniæ gaudio in supremum eiusdem Hispaniæ Præsidem dignissimè tuis exigentibus meritis à Catholicissimo Rege nostro Philippo absens fuisti electus. Quapropter qui præclaro pollueriṇt ingenio tuis laudibus sint intenti, & hoc sibi assumant opus: nam ego non ita ausus sum, vt existimem breui hac præfatione posse comprehendere innumerabilia bona, quæ de te scribi possent. Vnde omnia illa omissa facio, te rogans & orans, vt si quando hoc opus tibi non placuerit promptam voluntatem accipias, quæ alia non fuit, nisi tibi soli hoc exiguo munere deseruire: quam si acceptaueris, dignam compensationem totius huius laboris libenter accipiam. Vale.

CANDIDO LECTORI.

INVINEA Domini sabbaoth admodum reuerẽdum patrẽ fratrem Didacum Stellam nostræ religionis alumnum aliquantulum desudasse, & iuxta creditũ sibi talẽtum, & luminis aliquid diuinæ scientiæ, secundum sui nominis etymologiam, cõmunicatum, proviribus laborasse, non possumus non fateri. Ne sicut alter piger, & nequã seruus illo tremendo iudicio, vel socordiæ, vel inertiæ à Christo Dño notaretur. Imò fertiles imitatur agros, qui nunquam sine vsura reddunt, quod acceperũt. Deo igitur Optimo Maximo ingentes gratias agere debemus, qui talem gratiã dedit hominibus. Siquidem velut alter Lysias Christiani oratoris viam, olim aspera, & minus comptam suis præclaris monumentis lenem, & suauem reddidit, exornauitq;, necnon assiduus habitis ad populum concionibus eximia eloquẽtia dixit, rudesq; homines edocuit non insulsa verborum copia. His, & alijs præclarè gestis, præcipuè ista enarratione in sacrosanctũ Iesu Christi Domini nostri Euangelium secundum Lucam egregiè elaborata, cui ferè in tota vita non parua suæ salutis iactura tantopere desudauit. Optans imprimis Dei gloriam, & communem vtilitatem, animarumque salutem, claram sui nominis memoriam posteritati consecrauit, & omnes suos conatus pia diui Lucæ affectione, patrocinioq; muniuit. Sui ipsius clarissimi ingenij acumen, & improbus, & indefessus labor plura nobis promittebant, si Deus ei vitam concessisset longiorem. Accipe igitur lector cãdide hoc opus ingenti cura, ac diligentia reuisum, & elimatum, quod sine vlla erroris suspicione (vt D. Hieronymus supra Hilarij libros ad Lætam testatur) pede inoffenso poteris decurrere. Cui diu noctuq; inuigilare cures si coram populo affectas pio, & Christiano more habere aliquem sermonis comitatũ. Adiecta sunt ei ob gratiam tui quàm plurima loca in indice authoritatum Euangeliorũ reliquorum Euangelistarum per totum annum maxime conducentia: vixq; poterit reperiri Euãgeliũ, quibus vnica, duntaxat, nocte præuisis facili negotio neque as concionari. Bonus, & probus author non in principio, vel in calce operis egregia dicta, insignes sententias, raras expositiones, subtiles sacræ scripturæ lucubrationes proponit, vt solent facere auari mercatores, vt vel sic rusticos homines decipiãt, ignobile mercimonium inter præcipuum venale exponentes, sed per vniuersum opus debito ordine, loco, & tempore seruato graphicè, & expolitè digerit. Quare si tibi vis, venam preciosissimam orientalibus lapillis ornatam reserare, à principio ad finem vsque tibi vniuersum opus perlegendum est, quod in omnibus ferè libris faciendum censeo. Neque enim vnumquodq; bonum in ipso statim fronte se nobis offerre potest: ea verò, quæ paruo labore acquirimus solemus æstimare vilioris. Atqui ego, ne tibi molestus sim, ad silentij portum me recipio: interim humiliter te obsecro, vt tanti pignoris emolumentum deperdere non patiaris. Continua itaque, & integra prælectione vberrimos fructus ad Dei omnipotentis gloriam & animarum salutem percipies, ac deinde coronidem sempiternam. Vale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FRATRIS DIDACI CARO ORDINIS MINORVM Prouinciæ sancti Iacobi, in laudem operis & authoris,

VERSVS ASCLEPIADÆI.

Mvsarum requies inter Olympicum,
Necnon sacrisoni munera rhetoris,
Si quando licuit carmina fundere
Pulsanti resonis plectra fidibus
Clio, nunc liceat, dum tibi plauditur:
His famæ rediuiuo inclyte versibus,
Nauarræ nitidum sidus, & omnibus
Stellæ Vrbisq; decus, sumpseris Diduce
Ex eius pater hæc nomina nomine:
Omittens patrij nobile stemmatis,
Nomen, ceu eloquij fulminis omine
Fausto, mirifici tempore pulpitis
Illo, Mulciberis pectore ductilis
Præsagus superis certus, vt affores.
Dum mundo reseras mystica literis,
Interpres sidus, & luce noua micas,
Lucæ Euangelium dum paraphrasticis
Claris, & scholijs ingenio refers:
Phœbeumq; iubar seruidus attrahis
Exponens Bibliorum abdita præcoci.
Hæc est quam imposuit, non prior, Vltima
Nec sit typica, nunc, ars graphicè manus,
Præclaro huic operi, conscia præmij
Mox prælo poterit tradere millies.
Concentus relegis quiq; meos, age,
Infessusq; librum voluere noctibus
Hunc cures animo, si cupis aureo
Mentes eloquio accendere frigidas:
Corde ex gemmifero dulciter affues,
Rerum nec copia deficiet tibi
Sermo doctiloquus tempore quolibet,
Mordaces paueant rodere linguæ:
Cuius si latuit, sydere, lux, nouo
Vrbs iam Stella modo fulgida promicat:
Censorum siquidem iussaq; dogmatum
Prauorum faciunt prodere lynceis
Visum luminibus, commoda in omnium.
Hæc Clio, tacuit, cætera vocibus
Hinc Stellam resonans pulsat ebur comes,
Fama perpetuò plauserit ordini
Protanto Assisio munere crédito.

EIVSDEM SVPER AVthoris morte.

Dixerat eloquio miro, tremefecit auerno
Auitys homines: pulueri & ecce iacet.
Ordinis Assisyq; fuit præclarus alumnus:
Nunc quoq; Franciſci (creditur) esse Polo.
Si clisim passa est, modo iam generosa reuixit:
Stella micans, Stella, lumine, ab vrbe, nouo.
Quòd si morte fuit veteris priuata nitoris:
Phœbus, vt orbicolis pignora tanta manent.

LAVS DEO.

BEATI LVCAE EVANGELISTAE, in Euangelium suum PRAEFATIO.

QVoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem, quæ in nobis completæ sunt, rerum, sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis: visum est & mihi assequuto omnia, à principio diligenter & ordinatè tibi scribere, optime Theophile, vt agnoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

AVTORIS ENARRATIO.

EST admirabilis Dei bonitas & clementia, vt non solũ dignatus fuerit in hũc mundum descendere ad inuisendũ hominem, quẽ à misera dæmonis, & mortis tyrannide eripuit: verùm eiusdem hominis intellectum diuinis sui luminis radijs illustrare, & ab eo omnes ignorantiæ tenebras repellere altissimo decreuit consilio: vt vel sic vnusquisque facillimo negotio veritatis doctrinã posset apprehendere, & sanctis institutis seipsum componere, vt tandem fœlicem illum beatorum statum (quem signato lumine nouimus ipsi homini conditum) non sine magno fœnore gloriosus sibi obtineat. Nam nõ solùm propter crimen primi nostri parentis voluntas hominis violata & ex praua natura male affecta extitit: verùm etiam ipsius intellectus acumen ea cœcitatis pœna obtusum & hebetatum mansit, vt in rebus cognoscendis nihil aliud calleat, quam oculi noctuæ ad lumen solis. Quamobrem si ignorat homo quę suiũ cognitu facillima & per ea repit quæ natura sua manifestissima sunt: nonne in diuini numinis altissima cõtemplatione, quãdo humanum captum prorsus superat, ignoranter errabit? Quapropter vnigenitus Dei filius homini cæco & perdito nõ solùm Redemptor, verùm & doctor suauissimus venit: qui suo precioso sanguine nos redemit, sua nos pauit doctrina, & ignorantiam nostram expulit, vitam sua morte tribuit, & in libertatem asseruit, & tandem moriens cælum aperuit, docens quo pacto illud simus consequuturi. At quid rogo nobis cõduceret cælum nobis manifestum esse, nisi cognoscceremus simul quid nobis faciendum esset, vt ad id conscenderemus? Idcircò cum in omnibus operibus suis Deus absolutissimus sit & perfectus, cum nos redemit, simul etiam nostræ salutis remediũ præstitit: quod & ipse per Oseam prophetam multis retro temporibus iã prędixerat. Tem- Osee.10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus autem requirendi Dominum cum venerit qui docebit vos iustitiam. Hanc sacram Euangelicam doctrinam diuinus concionator, qui simul & magister venit, per vniuersum Iudææ regnum, & per Galilææ prouinciam prædicauit: quam cælestem doctrinam sanctissima & purissima vita confirmauit, necnon clarissimis miraculis illustrem reddidit. Vnde necessum erat vt post Christi sermones ad homines habitos, postque eius Ascensionem in cælum, essent scriptores & Euangelistæ, qui vniuersam Christi anteactã vitam describerent, ipsiusque præclara gesta. Et quanquam Christi doctrina per suos discipulos & Apostolos fuit ab ore in os trãsla ta: nihilominus operæpretiũ erat libros Euãgeliorum scribere, tam ad fidem liberam & incolumẽ seruandam, quam ad statum noui testãmenti, & sanctam morum institutionẽ. Namq; articuli fidei non per se simul colligũ tur, sed ex aliquibus longis narrationibus ha bentur, quas Euangelistæ audierunt, & viderunt, & postea tanquam ministri sermonis sa cris literarum monumẽtis consecrarunt. Neque aliter impios hæreticos perfricatæ frontis poteramus conuincere, nisi sacros habere mus codices, ex quibus clara veritas nobis elucesceret, quibusque paganorum & hæreticorum impetus valeremus reprimere. Quod si scire cupias, quid Euangelium sacrum sit, id tibi esse intelligas, munitissimam armorũ aulam, quam nobis reliquit Dominus ad sui nominis defensionem. Præterea quia non solùm erat nobis necessaria fides ad vitam æternam consequendã, sed etiam recta opera: idcircò legẽ nobis dedit quæ actiones nostras dirigeret, & gubernaret, & hæc in sacro continetur Euangelio. Multi autem in ipsa primitiua Ecclesia pseudoprophetæ surrexerunt, qui scripserũt Euangelia vt Basilidas, & Apelles. Itemq; & alij falso tituloEuangeliũ à Bartholomæo & Mathia scriptum suum esse dicebant. Fuit etiam & aliud Euangeliũ Nazaræorũ, & quod vocant Euangelium secundũ Ægyptios, & Euangelium secundum duodecim. At Ecclesia sancta Dei diuino illustrata spiritu hæc omnia Euangelia tanquam apocrypha reijcit, & sacratissima quatuor Euangelistarũ volumina Matthæi scilicet, Marci, Lucæ, & Ioannis suscipit, non quod authoritatem habeant ab Ecclesia (quamuis nõ sine Ecclesia) quæ sic iudicauit. Quodquidem appositissimo simili tibi ostendam. Gemma abhis reperta qui gemmarũ pretium ignorant, licet suũ valorem habeat ex natura sua, attamen eis qui inuenerunt nullius est pretij, do nec peritorum iudiciũ in hac re accedat. Adducam etiam & aliud ex sacra pagina exemplum non minus elegans. Nam cum duæ illæ meretrices ad regem Salomonem accesserũt de puero contendentes vtrius esset filius, cũ prudentissimus rex puerum dedit ei, quæ verè mater erat, non id effecit, vt puer propriæ matris esset filius: at decreto iudiciali declaruit, vt deinceps filius illius mulieris reputaretur, & quod de illa re nunquam amplius contenderetur. Sic sancta Ecclesia iudicat & definit de scriptura, & hanc habet authoritatem quia prior est Ecclesia quam scriptura: quæ quidem excipiens doctrinam Christi, suis authoribus, necnon Apostolorum suorum, vidensque tanta tamq; diuina miracula quibus cælitus cõprobata fuit, rectè potuit iudicare de traditionibus scripturarum quæ postea fiebant an conformes essent ei doctrinæ quam ab Apostolis acceperat. Nã si tu audisses Christi doctrinã, eiusq; adfuisses miraculis: nõne postea iudicare posses de scriptura vbi hæc reconderentur vera esset, necne? Potuit ergo primitiua Ecclesia hanc ob causam de scriptura iudicare, dicente domino. Et vos testimonium perhibebitis quia ab initio mecum estis. Vnde Ioannes non immeritò inquit, Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, annũciamus. &c. Et beatus Lucas in hac præfatione, Sicut tradiderunt (inquit) nobis qui viderũt. Ita sanè Ecclesia Catholica quatuor hæc Euangelia gemmas pretiosissimas iudicauit, & definiuit: alia autem nihili faciẽda duxit. Sancta hæc quatuor Euangelia quatuor sunt illi vastissimi fluuij è terreno paradiso promanantes: hoc est ex sacratissimo pectore Christi redẽptoris nostri, quæ vniuersam Catholicã Ecclesiam lauacro regenerationis inundant, & altis radicibus propagãt. Hæc sunt quatuor illa sancta animalia quæ vbi erat impetus spiritus gradiebantur: quiq; repleti spiritu sancto, eodemq; dictante tanquã illius viua organa plena fide & veritate, sacrosancta Euãgelia conscripserũt. ¶ Porrò quantę excellẽtiæ sit & dignitatis hoc Euangeliũ Lucæ inter reliqua alia non ita facilè est dictu. Verum omnia præteribo, tria tantum cõmemorans, quibus beatissimus Lucas reliquos Euangelistas antecellit. Primũ adeo elegãti procedit sermone vt dicat sacer Hieronymus, quod redolet quandã secularem eloquentiã. Neque id mirũ cum fuerit Philosophus & medicus, & Græci sermonis nõ ignarus. Deinde beatus Lucas cãcellarius fuit virginis

Mat.4.
3.Reg.3.
Ioan.15.
1.Ioan.1.
Gene.2.
Ezech.1.

ginis matris necnon secretarius eiusdem & Christi redemptoris nostri. Solus hic scripsit angeli Gabrielis salutationem, colloquium virginis cum Angelo, visitationem Mariæ ad Elisabeth, canticum, Magnificat, Benedictus dominus, Nunc dimittis, conceptum Saluatoris, eius natiuitatem, circuncisionem, virginis purificationem, laudes Annæ & Simeonis, & quidquid ad infantiam & pueritiam Christi pertinet: quæ omnia à virgine Dei genitrice audiuit, cui familiaris semper extitit. Præterea sanctus hic Euangelista dulcior & suauior est, dum Christi misericordiam & pietatem, magnificat & commendat. Hic est qui maioribus criminibus grauatos & afflictos dulci consolatur eloquio. Hic vires ipsis peccatoribus addit, ne de pietate & misericordia diuina desperent, eamq; copioso sermone pertractat. Solus hic scribit Magdalenæ & Zachæi conuersionem, vbi maxima pars illius diuinę bonitatis relucet. Solus enarrat quomodo publicani & peccatores appropinquabant vt audirent Iesum, vbi parabolam centum ouium & drachmæ apponit. Solus parabolam illam filij Prodigi amoris dulcedine & suauitate plenam scribit: ita graphicè & artificiosè, vt dura hominum obstinatorum corda, ea audita, tanquam cera liquefiant, & in diuini numinis dilectionem rapiantur & eleuentur. Solus hic scripsit, quomodo Christus in cruce pendẽs, non oblitus suorum crucifigentiũ pro illis ad patrẽ orauit. Deniq; solus hic meminit quomodo Christus latroni in cruce dixit, Hodie mecum eris in paradiso: & tandẽ scribit quomodo Christus misericordia motus, dixit viduæ, noli flere. Et turbis, estote misericordes sicut pater vester misericors est, & damnationem & pœnam illius diuitis qui pauperis Lazari non est misertus. ¶ Quapropter ego non potui hoc Euangelium præ cæteris omnibus summo nõ prosequi amore: quod etiam omnes peccatores facere tenentur, quandoquidẽ portæ cæli & diuinæ misericordiæ clarius in eo, quam in alijs nobis patẽt. Vnde vt aliquid persoluam huic sacro Euangelistæ pro mea in illum deuotione (etsi nostrarum viriũ imbecillitati multum sit impar) operæpretium duxi illum interpretari, dum diuinum numẽ calamum simul & mentem direxerit. Sed interim id nobis summis precibus est orãdum, vt veniens agnus de tribu Iuda signatum librũ dignetur aperire: vt intelligamus, quid ipse per secretarium suum Lucam nobis voluerit commendare, & vt posimus legis intelligentiam spiritualem percallere, cum eo qui dixit, Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Accedamus igitur pro ingenij nostri tenuitate ad textus explicationem.

Luc.1.
Luc.2.
Luc.7. & 19.
Luc.15.
Luc.23.
Luc.7.
Luc.6.
Luc.16.
Apoc.5.
Psal.118.

QVoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem. Solus beatus Lucas inter cæteros Euangelistas suo Euãgelio præfationem præmittit: quia specialiter ad vnum hominem illud dirigebat. Alij autem Euangelistæ sine vlla speciali ratione scripserunt. Vbi statim animaduertendum sese offert quanta sit charitatis vis atq; potentia. Etenim beatus Lucas non recusat vnius hominis gratia tantum oneris & laboris sibi assumere: vt vel sic eum in accepta fide confirmaret, cui etiã acta Apostolorũ cõsecrat. Ad eundẽ modũ Christus propter vnam Samaritanã defatigatus ex itinere prædicauit, & post resurrectionẽ propter vnum Thomam incredulũ apparet. Multi (inquit) conati sunt ordinare narrationem. Non Matthæus, non Marcus, sed Basilides, Apelles, & alij. Isti cœperunt, sed non perfecerunt: cum diuina gratia illis abesset. Mali propria virtute sua opera incipiunt: vnde euenit, vt frustra & sine fructu laborent. Quod diuinus vates Hieremias prædicit, Vt iniquè agerent laborauerunt. Sic etiam & alij sub Pauli nomine epistolas scripserunt, vt ipse fatetur. Quod quidem de se nimis præsumentes sunt aggressi, vt hoc modo suas hæreses suaderẽt, quo fecerunt, vt laborem tantum non fructũ colligerent. Non sic laborauit beatus Euangelista: sed diuino spiritu sermonis vbertatem ministrante dictorum simul & factorum, fœliciter cœpta compleuit. Admonet iste locus vt qui quid velimus incipere, sub Christi nomine id incipiamus non nostro freti auxilio, sed diuino lumine pręuio, quod omnes cęcitatis tenebras & errorum præcipitia potens est auertere. Hinc est quòd dicat Apostolus, Omnia in gloriam Dei facite. Illi namq; qui nomẽ suum gloriosum in terra esse voluerũt, quique cœperunt turrim Babel in Senaar ædificare: quia in nomine domini non cœperũt, penitus confusi sunt. Certè mihi crede, quòd lucebunt opera tua & optatum finem assequẽtur, si sub nomine Christi initiũ feceris. Vbi diligenter animaduerte quã cito angelus Satanæ in Ecclesiam Dei falsam doctrinam voluit inserere, & pestiferum venenum diffundere. Ea etenim est huius maligni hostis natura, vt semper nostris inceptis insidietur. Sic primum nostrum parentem in terreno paradiso deiecit, sic cum secundo ingentes habuit congressus. Sic & innocentes pueros interfici fecit. Sic denique initio nascentis Ecclesiæ molitus est hæreses, errores, & menda

Ioan.4.
Ioan.20.
Iere.9.
2.Thes.2.
1.Cor.10.
Gen.11.
Gen.3.
Matt.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cia disseminare. Nicolaus vnus ex septem
Act.6. diaconis ab Apostolis electis hæresim docuit. Et Ebionitæ surrexerunt negantes Chri
sti saluatoris nostri diuinitatem, aduersus
Apoc.2. quos Ioannes Euangelium scripsit, & multi alij vt noster Lucas ait, conati sunt proprio ducti spiritu, Christi gesta narrare. Sic etiam nobiscum impius hic & nefarius Satan consueuit agere: nam quando in virtute infantes sumus, & Deo seruire incipimus, tunc maximas suas tentationes nobis parat, vt facilius nos in virtute debiles & imbecilles vincat.
Eccle.2. Quocirca cum Deum colere cupieris, ab eo
Gen.31. discede, & Ecclesiasticum dicentem audi; Fili
Exod.14. accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem. Bonis enim inceptis semper insidiatur: quod experimento in Iacob comperies, quem fugientem Laban est persequutus. Sic Pharao Israelem abeuntem persequitur. Nunquam dæmon eum persequitur qui iam captus est, & in eius seruitute detentus: sed tunc potissimè quando Deo seruire cupis & illum deserere. Vbi (si ita loqui licet) ipse diabolus nos monet: nam eo modo quo in virtute debiles nos tentat, ita etiam principio oportet nos eas vincere, quando minorem vim habent. Tunc enim recte serpentem aliquem interficies, si caput eius obtruncaueris: sic bene ipsum dæmonem infernalem serpentem morti trades, si eius caput abscideris: quod quidem tunc
Gen.3. abscinditur, si in principio fuerit victus. Vnde dominus de muliere loquutus, ad serpentem dixit, Ipsa conteret caput tuum. Lubricus est antiquus serpens, qui nisi cito apprehendatur, facilè labitur. Vnde dominus
Cant.2. in Canticis iubet capi vulpeculas antequam
1.Reg.17. fiant vulpes. Dauid quoque Gigantem Go-
Exod.12. liath in fronte percussit. Is enim diabolum in fronte percutit: qui initio tentationis illum vincit. Pharao etiam populum Dei in morte primogenitorum liberum reliquit abire, quod in alijs plagis non fecerat. Nec diabolus populum Christianum omnino dimittit, donec sancta mater ecclesia correctioni paruulorum studeat, & laboret, vt interficiat peccata & tentationes dum recentia sunt. ¶ Aduerte etiam quòd diabolus non solum initio nostra bona studia, destruere satagit; sed etiam fucata & palliata pelle se induit vt sub specie virtutis & recti vitia inserat. Sic isti sub nomine Christi conati sunt Euangelium scribere, vt aliquibus veritatibus mendacia ingererent, & zizaniam inter
Mat.13. triticum seminarent. Sicut vxor Hieroboan
3.Reg.14. quæ mutata veste voluit decipere Ahiam prophetam. Sed Deus reuelauit veritatem prophetæ, & ostendit veritatem simulantis. Et beato Lucæ veritatem Euangelij manifestauit, vt detegeret aliorum insidias & fucata verba. Nec diabolus hac nostra tempestate assueta relinquit, nam etiam nunc multi sub specie boni & recti tentantur, & decipiuntur. Ita nimirum quòd sub specie pietatis furtum suadet, vt eleemosynam de alieno tribuas indigenti: & inter virum & vxorem discordias seminat sub specie deuotionis, quando ipsis mulieribus prædicat abstinentias quasdam, pœnitentias, & peregrinationes. Quando inter duos principes, Christianum, videlicet, & Turcam, bellum aliquod nauale agitur, si forte Christianos Turcarum naues nauigantes & à longè per mare venientes videant, statim ficta principis Christiani vexilla erigunt, vt ipsi Christiani securius ad Turcas accedant, vt vel sic falsi & delusi captiui capiantur. Sic non dissimiliter Christiani hominis sunt arma & signa charitas, oratio, ieiunium, &c. diabolus autem inimicus noster fallax & astutus multoties nobis prædicat, & hortatur ieiunium, eleemosynam, & peregrinationes, vt quanquam inimicus sit, amicum eum esse putes, cui sic omnia tua credas, vt etiam vitam in eius manus constituas, vt tandem tibi in eis sit pereundum. Multi certè stulti 2.Cor.11.
& amentes cum ignorent angelum Satanam in angelum lucis figurari, dæmonis tentationem, diuini spiritus motum esse existimant, & hac de causa multoties à via veritatis aberrant, & toto falluntur iudicio, cum à diaboli tentatione vincantur. Tamen cum ecclesia semper iudex fuerit, & rectè cognouerit veras scripturas à falsis distinguere, & apocrypha & mendacia reprobare: ita tu viros doctos & probatæ fidei consule, quos sequi debes, nec tuo niti iudicio. Atque ita nisi omnino errare velis, credere te oportebit ecclesiæ, illud Euangelium esse diui Lucæ illudque falso beato Bartholomæo adscribi. Ita tu qui inscius es, & arcana scripturarum non nosti, tuas tentationes cum doctis & senioribus hominibus versæs, quorum consilio iudicium tuum submittes. Vnde fiet vt nisi tibi fideris, non errabis. Namque isti tibi aperient, hanc esse dæmonis tentationem, & qua via poteris illam euadere, quæ legi diuinæ minimè subiecta est, licet boni similitudinem asserati & illud malum esse licèt boni similitudinem præseferat. Iam igitur ad contextum reuertamur. *Quæ in nobis completæ sunt rerum.* Rerum ait non verborum elegantia namque scripturæ non est in verbis, sed in factis. Si rhetores,

rhetores, poëtas, & humanarum rerum historiographos legeris, in eorum phrasi magnam verborum elegãtiam & apparatum inuenies: at verò nihil vtilitatis aut fructus inde videbis, nisi mera mendacia fucatis verbis inuoluta. Et tanquam malus cibus toto hoc indiget condimento, vt comedi valeat. At verò sacra scriptura animæ nostræ cibus & substantia est succo plenissima, quæ nullũ sibi postulat obsonium vt libenter comedatur. Veritas quippe quemadmodum ipsa per se pulchra est, ita nullo ornatu habet opus, & ea maximè quę in sacris literis nobis aperitur. Ipsa etenim natura ita iucunda est & suauis, vt nullo addito stibio reliquas omnes facillimo negotio antecellat. ¶ Aduertes præterea quod non dicit Lucas à nobis, sed in nobis sibi nihil, Deo omnia tribuens. Quo admonemur loco vt quidquid fecerimus soli Deo adscribamus: à quo omne bonum nobis promanat. Apostolus
1.Cor.15. namque post longos labores susceptos, & maximas tentaciones superatas dixit. Non ego sed gratia Dei mecum. Quapropter vel vnico hoc exemplo liquidum tibi erit, quomodo sancti collati honoris gratiã Deo potius, quam sibi referunt. Sic sanctissima illa fœmina Iudith postquam impium Holofernem
Iudit.13. trucidauit, dixit, In manu fœminæ percussit illum dominus, nõ dixit ego percussi, sed dominus, ipsi Deo honorem tribuens. Vnde
1.Cor.3. etiam diuinus Paulus. Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Et per Esaiam. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea: aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Et ipsemet dominus
Ioan.15. inquit, Sine me nihil potestis facere. Nam quamuis sanus sit oculus, nihil potest cernere, nisi lucis claritate sit adiutus: sic etiam & nos nisi diuino lumine cælitus fuerimus adiuti, nihil possumus operari, æterna salute dignum, etiam si bonum oculum, hoc est, etiam si liberum habeamus arbitrium. Quid igitur est, quod tu ipse de bono facto gloriaris? Itaque sicut serra non habet vnde glorietur, sed artifex qui secat in ea: sic tu non glorieris de
Philip.2. bono quod Deus per te operatus est. Vnde merito diuinus Paulus, Deus est qui operatur in nobis velle & perficere. Nam in quolibet genere ad vnum primum deuenimus, à quo tanquam à suo principio omnia illius generis descendunt: quodquidem apertum est in motu: nam omnis motus à motu primi mobilis est. Et idem dicendum est de motore, de mouentibus quippe & motis non resultat processus in infinitum, sed deueniendum est ad aliquem motorem primum. Sic etiam omnia bona opera necessario debent deriuari ab illa prima & inexhausta bonitate. Vnde gratia semper Deo agenda est, de quocunq; opere quod ipse per nos fuerit operatus.
Quapropter Dauid toties idem diuersis ver- Psalm.117.
bis replicat, Fortitudo mea & laus mea domi Psal.93.
nus & factus est mihi in salutem. Et nisi quia Psalm.70.
dominus adiuuisset me, &c. Et factus est do- Psalm.43.
minus firmamentum meum, & refugium meum. Simile etiam est illud, In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Non dixit nostra virtute, sed in te: hoc est, in virtute tua, & in dextera tua. Iam hic vides omnia in Deum referri, tanquam in autorem vitæ & salutis.
Quia vero Moyses & Aaron hunc honorem Num.20.
non tribuerunt, non introduxit illos dominus in terram promissionis. Si Moyses & Aaron qui maximam cum domino inierant amicitiam, ita puniti sunt: quid tecum faciet, qui te ipsum laudas, & quodcunque bonum opus à tuis viribus profectum esse dicis? Sed de his aliàs. *Sicut tradiderunt nobis qui ab initio viderunt, & ministri fuerunt sermonis.* Vt ex illis verbis, scilicet, ipsi viderunt, doctrinam & scientiam significet: ex illis vero ministri fuerunt sermonis, opera ostendat. Nam cum dicit, sicut tradiderunt nobis qui ab initio viderunt, ostendit, se dominum in carne non vidisse: quia beatus Lucas post Christi mortem ad fidem fuit conuersus, & Paulum sequutus. Quapropter qui dicunt Lucam vnũ fuisse ex duobus euntibus in Emaus omnino errant: cum dicat hic ab Apostolis didiciisse Euangelium. Etenim si Lucas esset vnus Luc.24.
ex illis duobus, quibus dominus interpretabatur scripturas, non dixisset, sicut tradiderunt nobis qui viderunt: sed dixisset vtique, sicut tradidit nobis Christus. Accepit namque Euangelium à beato Paulo, qui illud per Gala.1.
reuelationem habuerat: accepit etiam ab alijs Apostolis qui dominum in carne sequuti sunt, quod Paulus non fecit. Etenim non solus Lucas & Marcus auditu didicerunt quæ scripserunt, sed etiam Matthæus & Ioannes multa de infantia, de pueritia, & genealogia Saluatoris alijs narrantibus literis consecrarunt. Matthæus namque non vidit transfigurationem domini, nec passionem: nec
Ioannes vidit quomodo Christus Magdale- Mat.17.
næ apparuit, nec eorum aliquis vidit resurre- Ioan.20.
ctionem domini, quæ tamen scripserunt. Verum licet Apostoli & Euangelistæ multa ab hominibus didicerint, fides non est nisi à solo Deo, & donum nobis ab ipso collatum. Etenim fides ex auditu est, quantum ad cogi Rom.10.
tare

Universidad de Deusto
Biblioteca

tare de creditis, circa quæ est fides: & est ab illuminatione diuina quantum ad consensum, qui est in fide. Et sic beatissimus Lucas quãuis audierit à virgine Deipara & ab Apostolis, nihilominus Spiritu sancto dictante & mouente scripsit: quod quidem ipse sub silentio præteriuit vt superbiam & iactantiam vitaret. Viri namque boni non audent dicere in suis operibus se à diuino spiritu dirigi: nisi ab alijs cogantur super re aliqua quæ ad laudem & gloriam Dei spectet. Sic beatus Paulus, loquutus ad Corinthios & grauiter propter eorum peccata indignatus dicit. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Vbi videas rogo sacri Euangelistæ Lucæ humilitatem, qui vt humiliter loqueretur, potius dixit se ab hominibus eruditum quam ab Spiritu sancto dirigi: qui dicendi modus conuenientior est, & maiorem humilitatem ostendit. Id autem oportebit te considerare quòd Lucas dicit de Apostolis, & vidisse, & ministros fuisse sermonis: nam in hominibus perfectis gemina virtus est, visio scilicet & actio. Factores etenim fuerunt sancti Apostoli eorum, quæ viderunt & audierunt, illud Iacobi attendentes. Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos, nam si quis auditor est verbi, & non factor, &c. Docemur etiam iuxta ea, quæ audiuimus, & credimus, operari. Namque dominus præcepit in Leuitico vt os turturis sub ascella torqueretur, vt hoc significaret, ori coniungendam esse actionem. ¶ Expende etiam dixisse, ministros fuisse sermonis. Sermones vocat res gestas. Qui modus dicendi à sacris literis non est alienus: nam in libris Regum sic legimus de Dauide. Non declinauit ab omnibus quæ præceperat ei dominus cunctis diebus vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Æthæi. Ministri fuerunt Apostoli earum rerum quas viderũt. Certissimus est testis oculatus, & Apostoli & discipuli vani testes non fuerunt, quorum vitam miracula declarabant. Non enim quæ Christus gesit vulgariter tradita sunt, sed omni certitudine & indubitata fide sunt edocta. *Visum est mihi assequuto omnia.* Omnia inquam non quæ Christus in vita gesit: nam si singula scriberentur, nec ipse mundus capere posset libros vbi scriberentur. Obserua hic diligenter quod quamuis Lucas dicat assequutum esse omnia, non tamen intelligas quòd omnia necessaria ad salutem in suo Euãgelio tradiderit. Nam de fide tenendum est, ita vt quis saluus esse non possit, nisi id crediderit, quod Christus conuertit aquam in vinum, & quod illuminauit cæcum à natiuitate, & Lazarum iam mortuum suscitasse, & plura alia quæ Lucas non scripsit, sed Ioannes transactis iam sexaginta annis post mortem Christi. Nec Ioannes, nec Lucas, nec omnes simul scriptores tradiderunt omnia mysteria fidei: nam plura viua traditione ac velut per manum transfusa in omnem ætatem custodiuntur. Paulus enim ait, Tenete traditiones quas didicistis siue per sermonem, siue per epistolam. Vides ne quomodo Thessalonicenses moneat, vt teneant quę per sermonem audierunt? Corinthijs etiam ait, Laudo vos fratres, vt per omnia memores mei estis: & sicut tradidi vobis præcepta mea tenebitis. Laudantur quia tenent præcepta sine scriptura. Sine scriptura dico, quia epistola qua eos laudat prima est ad eos scripta, quos non per scripturam, sed viua traditione docuerat. Quæ loca varsans Diuus Chrysostomus sic ait, Hinc patet quòd non omnia per epistolam, sed multa etiã sine literis Apostoli Christi tradiderunt. Quorum alibi sæpe meminit Apostolus. At verò tanta fide hæc quam illa sunt digna. Ita quoque traditionem ecclesiæ dignam putauimus, traditio est, nihil quæras amplius. Hæc ille. Eadem ferè verba dicunt in hunc locum Pauli, Theophilactus, & Vulgarius vetustus autor probatæ eruditionis, & Diuus Damascenus in quarto libro fidei orthodoxæ. Itaque vt finem dicendi faciam in hac re, si omnia credenda & agenda sufficienter scripta erant in Euangelium Matthæi, Marci, & Lucæ, quid est quod beatus Ioannes necessarium existimauit in extrema sua senecta quartum Euangelium esse superaddendum? Rursum, Si scripturis quatuor Euãgeliorum omnia comprehendebantur: ad quid erat opus vt Apostoli multa detegerent in suis epistolis? Cur Lucas scripsit Acta Apostolorum: & Ioannes Apocalypsim? Deinde si omnia ad salutem scripta sunt in codicibus noui Testamenti: cur dicit Paulus, cætera cũ venero, disponam? cur Ioannes dicit, multa habeo vobis scribere: sed nolui per chartam? Cur monent vt persistant in traditionibus per sermonem, vt teneant etiam præcepta tradita quorum nulla extat scriptura? Ex quo manifestum apparet, quam nullum sit argumentum quod negatiuè sumitur ab autoritate scripturæ. Non legitur hoc in scripturis sacris, ergo non pertinet ad veritatem religionis Christianæ. Hoc autem alienum est ab omni bona argumentatione, nam illatio negatiua ab autoritate nihil concludit. Etenim non rectè sequitur, Cicero parens eloquentiæ

2.Cor.13.
Iacob.1.
Leui.2.
3.Reg.15.
Ioan.21.
Ioan.2.
Ioan.9.
Ioan.11.
2.Thes.2.
1.Cor.11.
Chrys. ho. 4. epist. 2. Thessa. to. 4.
1.Cor.11.
2.Ioan. D.

quentiæ non fuit eo pacto loquutus: igitur nemo sic dixit Latinè. Similiter non sequitur, Christus viuẽs in terris nihil tale docuit, igitur non est credendum. Ipse etenim dixit, Multa habeo vobis loqui, quæ non potestis portare modo. Valet tamen hæc illatio, Christus hoc non docuit, nec prophetæ ante Christum, nec Apostoli post Christum, nec sancta ecclesia diuino illuminata spiritu hoc tradidit, ergo non pertinet ad veritatem religionis. Iam enim argumentum nectitur per sufficientem inductionem, à remotione omniũ quibus in hac parte debetur autoritas. Nam si ex eo quod aliquid non inueniretur in scriptura ob id non esset credendum, sequeretur inde quod antequam Matthæus scriberet suum Euangelium, qui primus omnium scripsit, nihil esset credendum per totum illud spacium quindecim annorum post Christi Ascensionem, in quibus nulla erat noui testamenti scriptura: quod quidem ineptissimum est asserere. Denique si hæretici non crederent nisi soli scripturæ, sequitur quod nihil crederent. Nam quis illis dixit hæc Euangelia esse Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, nisi ecclesia? Si ergo ecclesiæ non crederent, nec scripturæ crederent, ergo nihil crederent. Verum si scripturæ crederent, eo quod dicit ecclesia scripturæ diuinæ esse credendum, credant & alijs ab ipsa ecclesia traditis. Sed de his satis. Iam Euãgelistam audiamus Theophilo vlterius dicentem. A *principio diligenter ex ordine tibi scribere optimè Theophile.* A principio ait, quia Lucas ordinem seruat historicum, & suum Euangelium exorditur à conceptione beati Ioannis Baptistæ, quod nemo alius Euangelista facit: nam Marcus & Ioannes à prædicatione beati Baptistæ cœperunt, Matthæus à Christi natiuitate: Lucas vero à conceptione præcursoris, & incarnatione verbi, initium Euangelij sumit. Atque ideo dixit à principio tibi scribere. Vbi iam singula verba notanda veniũt. Diligenter inquit: nam materiæ altitudo & grauitas huius operis & hominem circunspectum & reuerenter loquentem postulabant.

Lege Aug. contra epi. Fundamẽti & ad Ianuarium.
Ioan.16.
Ierc.48.
Rom.12.

Vt maledictionem Ieremię fugeret dicentis, Maledictus ille qui opus Dei negligenter facit. Nam quanto diuiniora & altiora sunt quę tractantur, tanto diligentius scribenda sunt. Qui locus docet operibus Dei diligenter, nõ segniter esse incumbendum. Vnde Paulus, Cum solicitudine spiritu feruentes: domino seruientes. Petit dominus in nostris operibus & spiritum & feruorem, nimirum quia gratior & iucundior est illi vna hora feruidè & ardenter in eius obsequio cõsumpta, quàm si mille dispenderis dies, segniter & tepide collocatos: etenim quia potius attendit spiritum quo illum colimus, quam tempus male consumptum. Breui quippe temporis spacio si ardenter & cum charitate laboraueris, maiori eris dignus mercede, quàm si multum male consumpseris. Paruum quidem fuit momẽtum temporis, quo latro insignis in cruce pẽdens Christo seruiuit: tamen propter sedulã diligentiam qua Deo mirificè placuit amplissima retributione fuit dignus. Nec absq; magno sacramento paschalis agnus properanter & cum festinatione comedi præcipiebatur vt nobis significaret omni semota pigritia illi esse inseruiendum. Addit insuper beatus Lucas se ordine velle scribere: quod multum confert ad clariorem sermonis intelligentiã. Nam Apostolus ait, Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Sic in Leuitico in oblationibus, & sacrificijs ordinem seruari voluit. Sic Moysi loquutus de sacrificijs dixit, Subijciet in altari ignem, struet lignorum arte compositã, & mẽbra quæ sunt cæsa desuper ordinantes. Vbi iam vides quomodo nihil incompositum aut inordinatum velit dominus in suis sacrificijs. Vt nos docti simus in omnibus rectum, & debitum ordinem seruare, Omnia in vobis (dicit Paulus) secundum ordinem fiant. Sapientis enim est & verbis & factis ordinem seruare. ¶ Porrò Theophilus hic præsul Antiochenus septimus fuit, ex qua vrbe Lucas suam originem traxit: cuius precibus acquiescens Euangelium hoc scripsit, necnon etiam eidem acta Apostolorum dicauit. Nec dubium est quin Græco sermone scripserit in partibus Bœotiæ & Achaiæ. Quapropter iuxta sanctorum Patrum doctrinam: si qua difficultas oritur in sacris literis ad fontes Hebræorum, & Græcorum (vt vis verbi melius intelligatur) recurrendum est. Multa enim sunt in exemplaribus quæ Latinè nec plenè, nec perfectè transferri possunt. Nam literæ nostræ non ex æquo respondent Hebræo, & habet suas peculiares phrases vnaquæque lingua, vt testis est Diuus Hieronymus. Nã multa sunt in scriptura sacra loca, quæ nisi ad Hebraicam vel Græcam linguam te contuleris vix ea intelligere poteris. Vt est illud Psalmi. Inimici defecerunt framęæ in finem: & ciuitates eorum destruxisti. Nam inimici iuxta aliquorum sententiam est nominatiui pluralis casus, sed melius est vt sit genitiuus in hunc sensum. Inimicorum nostrorum vires fractæ, debilitatæque sunt. At vero iuxta Hebraicam veritatem vocatiuus est, & inimice legendum. Atque ijs error irrepsit, ex affini-

Rom.8.
Leui.1.
1.Cor.14.
Ambr. lib. de Spiritu sancto. c. 6. August. lib.1. doct. Christ.c.11.
Hiero.com. Heluid. & super Eze. cap.8.
Hiero.epi. ad Tit. c.3.
Psal.9.

tate literarũ. Loquitur aduersus Goliath Philistim, atque irridens vires eius, miratur quomodo tam celeriter fuerint fractæ. Et in alio
Psalm.129 Psalmo, Ecce hæreditas dñi filij merces, fructus ventris. Nomẽ filij potest esse genitiuus singularis, aut nominatiuus pluralis, quod rectius videtur, ac si dicat, Hæreditas domini sunt filij, nam hæc erat fœlicitas veteris legis. Et subdit, qui filij sunt merces & fructus ventris materni. Et alibi etiam, Propterea vnxit
Psalm. 44 te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. Primum nomen (vt Hieronymus ait ad Principiã virginem) est in vocatiuo ad hunc sensum. Propterea ô Deus vnxit te Deus tuus oleo lætitię. Et nisi breuitati consulerem plura & ferè innumera scripturę loca afferre possem vbi lingua Hebræa & Græca necessario consulendæ essent, vt exactè possent interpretari. *Vt cognoscas eorum verborum de quibus eruditus es, veritatem.* Hic est scopus & ratio scribendi, vt ad veritatis agnitionem veniamus. Solemus quando quis nobiscum loquitur sine scripturis suspicari ne quid mendacij illis verbis admixtũ sit: quando vero quæ loquitur scribit, tũc credimus quod non scriberet, nisi vera diceret. Propterea igitur scripsi tibi Euangelium: vt veritatem de qua sine scripturis eruditus es, maiori securitate conserues. Quocirca quàm recto ordine, quàm à principio, quàm dextere, exactè, eleganter, & diligenter Spiritu sancto dictante beatissimus hic Euangelista Lucas hoc volumen scripserit, satis ostendit. Ad cuius explanationem finita iam præfatiuncula auxiliante domino nostro Iesu Christo, eiúsque beatissima matre, nec non secretario eius Luca accedamus.

CAPVT I.

Ioan.1. DESCRIPTVRVS Lucas ea, quæ Christus gesit in terris, à natiuitate Ioannis exordium sumit. Adhoc venerat Ioannes vt testimonium de eo perhiberet. De ipso namque scriptum est. Hic venit in testimonium vt testimoniũ perhiberet de lumine. Sed numquid testis vnus
Deut.17. sat erit vt fidem faciat: cum scriptura dicat. In ore duorum, vel trium stat omne verũ? Nonne rectius esset duos, vel tres præcursores à domino mitti, vt suæ diuinitatis sufficiens testimonium ostenderẽt? Ad quod dubium facilè tibi sume responsum. Tãtæ tamque probatæ fidei & integritatis potest esse vnicus testis, vt eius testimonium plus valeat, quã decem alia testimonia contrarium asserentia. Beatissimus Baptista tanta fuit præditus sanctitate, tanto morum & vitæ candore, tam cælesti & admiranda vita, vt vniuersus populus potiùs ei soli crederet, quam mille alijs testibus. Quapropter quando vitæ integritas testem commendat, qualis fuit beati Baptistæ, dignus est, vt ei soli fides adhibeatur. Etenim insanus & amens esset ille qui tanto tamque probato viro non crederet: qui præter sanctissimam ipsius vitam, viriliter & magna cum
Mat.3. audacia ipsos pharisæos & primates Hierusalem increpabat, appellans eos genimina viperarum. Qui tam amicus fuit veritatis, vel aduersus impium Herodem non dubitauerit eã
Mat.6. dicere, & tandem pro ea defendenda in captis & vitæ discrimen seipsum offerre. Intentiõ igitur Euangelistæ fuit, nobis significare & tradere Iesum esse speratum illum Messiã à prophetis & sanctis patribus desideratum, eundemque esse filium Dei & mundi redemptorem. Quod statim initio sui Euangelij ex duplici capite probat. Primo ex testimonio beatissimi Ioannis qui hoc asseruit: & vt D. Ioannis testimonium magnificet, prius eius personam laudat & extollit, dicens illum esse ortum ex sanctissimis parentibus iam senibus & in sterili ætate constitutis, fuisseq; Spiritu sancto plenum antequam ex vtero materno in lucem prodiret. Cuius rei causa rationis vsus in eo ipsum naturæ ordinem superauit: qui tandem cum in deserta loca recederet purissimam & admirandam vitam degit, ita vt cum angelis merito si velis possis illum conferre. Quamobrem vix credibile est, talem hominem in rebus tanti ponderis & momenti aliquo modo mentiri posse. Vult enim sacer Euangelista D. Ioannis personam summopere cõmendare, vt maiorem autoritatem suis dictis afferat: vt merito tantam fidem illi adhibeas, quantam decem alijs testibus posses adhibere. ¶ Secundo probat beatus Lucas suam intentionem, testimonio prophetiæ: quam olim Iacob morti appropinquans prædixit. Non auferetur (inquit) sceptrum de Iuda, & dux de fœmore eius: donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expe
Gen.49. ctatio gentium. Ostendit igitur Euangelista Ioannis excellentiam vt maiorem ei adhibeas fidem, postquam dicentem audieris. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.
Ioan.1. Ostendit insuper eo tempore quo Christus conceptus & natus fuit adimpletam esse prophetiam Iacob, & finitum esse sceptrum regni Iuda: quia tum temporis imperabat in Iudæa Herodes alienigena, qui natione erat Idumæus. His duobus innitens fundamentis probat Euangelista, Iesum verum Messiam esse, & filium Dei, qui tollit peccata mundi: & ita inquit. *Fuit in diebus Herodis regis Iudæ sacerdos quidam nomine Zacharias.* Ad quod vsque tempus huius Herodis rex vel dux in Iuda de eius tribu nunquam defuit. Nam in captiuitate Babyloniæ mortuo Sedechia rege: cœpit regnare Zorobabel, qui de stirpe Dauid erat, & de domo Iuda. Et quanquam Babyloniæ suum imperium exequi non poterat impediente captiuitate: tamen postea in patriam suam reuersus cœpit regnare, & sceptrum regni accipere, vt liquido constat
Zacha.10. in Zacharia & in Aggæo. Postea autem succesit Neemias, & eius successores, vsque ad
Aggæi.2. summos sacerdotes qui populo imperare cœperunt eumque regere, vt in Mathatia & in filijs eorum Machabæis. Et isti erant de tribu Iuda: nam summi sacerdotes ducebant vxores de tribu regia, de filiabus regum, vel de stirpe regali, vt constat in Aaron qui duxit
Num.2. Elisabeth siliam Aminadab, & sororem Naason ex principibus tribus Iuda. Et temporibus regum Iuda idem factum constat, quia
4.Reg.11. Iosabeth regis Ochoziæ soror Ioiadæ summi sacerdotis vxor erat: quæ Ioas regem abscondit. Et mortuis tribus fratribus Machabæis regnauit Ioannes Hyrcanus filius Simonis Machabæi, qui sibi ipsi regis coronam imposuit. Postea autem regnauit Aristobolus, deinde Iannæus, deinde vxor eius Alexandria, & postea Hyrcanus vltimus Iudæorum
1.Mac.16. naturalis rex. Statim vero post omnes hos Herodes iste alienigena regnum susçepit, & triginta annis superbè & tyrannicè contra Iudæorum voluntatem imperauit. Qui iam tã dura seruitute defessi, vltro sese illius imperio tradiderunt, & regnum obtulerunt, adstringentes illi in posterum suam fidẽ & obedientiam. Anno igitur trigesimo secundo regni Herodis, & sui legitimi principatus anno primo natus est Christus. Nec frustra Euãgelista noster dicit tum temporis regnare Herodem in Iudæa: vt intelligas iam adesse tempus Messiæ. Porro hic erat Herodes Ascalonita vocatus: qui infantes in Bethleem inter-
Mat.2. Mar.6. fecit. Alius fuit Herodes Antipas filius huius, qui Ioannem iugulo tradidit, & Christum in
Mat.26. Act.12. passione derisit. Tertius autem fuit Herodes Agrippa, qui Iacobum decollauit, & Petrum in carcerem detrusit: qui tandem ab angelo percussus, vermibus consumptus est. Tamen quia postquam in hoc D. Lucæ opere contextum Euangelij fuero interpretatus, statim cõuersurus sum eius doctrinam ad mores cõponendos, & ad cõmodum & ad vtilitatem animarũ: nã vt Paulus ait, quidquid scriptum est,
Rom.15. ad nostrã doctrinam scriptum est: statim hic in principio aliqua esse censeo ad nostrã eruditionem notatu digna. Et in primis offert se verbum illud, fuit, præteriti temporis, à quo noster Lucas exorsus est Euangeliũ suũ: quod certè mihi cõsideratione dignũ videtur. Verũ namq; illud est: nullum esse verbũ in tota sacra pagina, vbi aliquod non lateat mysteriũ: plena quippe est multis sacramentis licèt nobis propter angustiam ingenij nostri ignotis.
Orig.hom. 8.super Leuit. Contingit enim aliquando vt in agro pastorẽ videas recumbentẽ super floribus & eas terentẽ, cũ earũ virtutẽ atq; naturã prorsus ignoret, tamẽ si accedat pharmacopola eas magnipendit vtpote necessarias & vtiles ad pretiosa medicamenta conficienda. Sic scriptura sacra insçijs hominibus mysterijs carere visa est: attamẽ qui penitius & alta mẽte illã conté plantur, (si humiliter sibi inuocẽt diuinũ spiritũ) nullũ verbũ inuenient sine mysterio, nullã syllabam sine doctrina, nullã deniq; literã
Gen.17. sine causa appositam. Deus dixit Abrahæ, Nõ vocaberis vltra Abram, sed Abraham. Et Sarai vxori suæ dixit, Non vocaberis Sarai, sed Sara. Vide quopacto in vnica tantum litera in. h. aspiratione, vel. A. significauerit aliquod magnum latẽre mysterium. Lucas igitur à verbo præteriti temporis exorditur: Ioannes autem suum Euangelium incipit per verbum
Ioan.1. erat, imperfecti temporis dicẽs, In principio erat verbum, in quo aliquid mysterij esse absconditum intelligas. Illud nempe quia cum Ioãnes à diuinis incipiat, vsus est verbo, erat, ad significandã diuinarũ personarũ æternitatẽ. Lucas autẽ ab humanis exordiũ sumẽs, per verbũ, fuit, incipit propter earũ trãsitionẽ & mutabilitatẽ. Etenim diuina manẽt, humana transeunt & defeciunt. Quod egregius psaltes loquẽs de creatore & creaturis Deo dixit,
Psal.101. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut vestimentũ veterascent, & tu autẽ idem ipse es, & anni tui non deficient. Deus enim semper est permansurus, creatura vero fuit, & desinit esse. Quo nimirum docemur vt omnes nos, & amicitiam nostram in Deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

conferamus: vtpote quæ firma & ſtabilis erit: non vero in homines, in mundum, nec in creaturas: quia natura ſua deficientes & non perpetuæ ſunt. Nomen namque Deo magis proprium & peculare, eſt nomen ſubſiſtentiæ, & ſubſtantiæ. Ideo ad Moyſem
Exod.3. ait, Ego ſum qui ſum: vel potius iuxta Hebraicam veritatem, Ero qui ero. Et Moyſes populo dixit, Qui erit miſit me ad vos, Id eſt, qui ſemper futurus eſt. Etenim voluit ſignificare ſe Deum eſſe, cuius vita æterna eſt: & non eſſe, ſicut ſunt dij gentium. Deus itaque eſt, qui eſt, & qui erit, mundus autem non eſt: nam in ſacris literis (vt optiHier.in cõ mè D.Hieronym. annotat) ea quæ pereunt, mẽ. Abdiæ quæque peritura ſunt, non eſſe, meritò dicuntur. Vnde Abdias inquit, Viuent omnes gentes iugiter, & erunt, quaſi non ſint. Et
Hester.14. in libro Heſter legimus: Non tradas domi-
Deut.32. ne regnum tuum his qui non ſunt. Et loquens ſcriptura ſacra de vocatione gentium ait, Ipſi me irritauerunt in his qui non ſunt dij: & ego eos irritabo ſuper gente quæ non eſt. Dicuntur impij non eſſe propter eorum nullam vitam: quod de omni fas eſt dicere. Etenim vnus ex his quibus maximis tenentur homines erroribus, is eſt, exiſtimare in hac vita rẽs aliquas firmas & ſtabiles eſſe. Si nihil in mundo ſtat, ſi nihil æque conſiſtit, ſi omnia continuo currunt: quî fieri poteſt vt firmum ſit id quod nunquam firmo pede conſiſtit? Homo (inquit ſanctiſsimus
Iob.14. Iob) fugit velut vmbra, & nunquam in eodem ſtatu permanet. Non dicit homo mouetur, ſed fugit: vt innuat velocitatem & breuitatem vitæ. Nec dicit fugit, velut corpus aliquod ſolidum, ſed vt vmbra, qua nihil inconſtantius, nihil futilius, nihil fugacius. Dauid etiam inquit, In imagine per-
Pſal.38. tranſit homo. Et Apoſtolus, Præterit figu-
1.Cor.7. ra huius mundi. Non ait ſubſtantia, ſed figura, vmbra, & imago. Vnde ſi vt prudens de alicuius vita interrogaueris, ne dixeris, quot habet annos: ſed quot non habet. Vnde beatus Auguſtinus, Res cum creſcunt & tendunt eſſe: cum magis creſcunt vt ſint: eo
Li.25. Mo magis feſtinant vt non ſint. Et Gregorius, Vi-
ra.cap.1. uere (inquit) eſt à vita tranſire? Si curſor quidam maxima cum celeritate ciuitatem hanc pertranſiret, qui magnis clamoribus & alta voce prædicaret, dicens, mea eſt hæc ciuitas Salmantina, mea eſt hæc ciuitas Salmantina: qui protinus ab eadem ciuitate diſcedens, nuſquam amplius appareret: nonne huius imperium ridiculum exiſtimaretis? Nonne dignus eſſet homo iſte vt amens & inſanus iudicaretur? Talia igitur imperia & poteſtates huius mundi debetis iudicare. Ita rex quidam Hiſpaniæ, & ſtatim alius, quẽ tertius eſt ſequutus breuiſsime tranſierunt. Quod ſi mihi in hac re nolis fidem præſtare:
Iob.9. Iob dictis vellem te acquieſcere qui inquit, Dies mei velociores tranſierunt curſore. Dixit velociores curſore: quia etiam ſi maximã celeritatem & breuitatem in currendo ſeruet: tamen temporis aliquantulum & in comedendo, & in dormiendo conſumit: cuius rei cauſa aliquantulam moram facit. Tamen dies hominis, modo comedat, modo bibat, modo dormiat tam celeri & veloci curſu in mortem tendunt, vt vix hæc quæ proſequor valeas intelligere. Quapropter ſanctiſsimus Iob veriſsime fuit loquutus, dicens dies hominis curſoribus, & equis pennatis velociores eſſe. Quod ſi hoc ita vero conſonat, nonne mundi regna & principatus vmbra ſunt & vanitas? Cito omnia prætereunt, & in momento temporis iam non ſunt. Nondum ad ſignatum terminum curſores deuenerunt, quando iam inde proficiſci coguntur. Ita omnes res mundi cum primum naſcuntur, iam earum vitæ finis imponitur. Quamobrem ſalubre erit conſilium, vt ne in huius mundi res oculos aut mentem cõijcias, vtpote quæ cras ſine dubio peribunt, teque ſolum derelinquent. Illum non eſſe hominem dicimus, qui in rebus peragendis inconſtans & mutabilis eſt: ob quam cauſam eius amicitiam nemo cupit. Huiuſmodi ſunt omnia terrena, in quibus nullam conſtantiam, nullamque ſtabilitatem inuenies. Quocirca res conſtantes & quæ natura ſua permanentes ſunt nimio amore proſequi debes: eas verò odio proſequi, quæ cum mutabiles ſint, & inconſtantes nullum eſſe habent. Nam ſi nunc mundanæ res tibi arrideant, lætamque tibi frontem oſtendant: nihilominus eis nec credas, nec fidas: ſit enim vt vẽturo die earum cauſa in luctũ & in planctum te conuertas. Nam ſi hodie dilegeris, craſtino die odio habeberis. Itaque maximè tibi eſt obſeruandum vt eum eligas amicum qui ſemper in tua amicitia perſeueret, quique nunquam nec in periculoſo, neque in tuto loco te deſerat. Cuius conditionis, & ingenij ſolum Deum reperies, cui te credere poſſis, cuiuſque amicitiam tibi adiungere, cum in perpetuum ſit duratura. ¶ Vbi animaduertere debes Dei curam & diligentiam, qui nunquã mundũ dereliquit. Prius quidem iuſtorũ hominum miniſterio eccleſiæ prouidit, vt ſi fortè malorũ vitia & peccata te perterruerint, bonorũ virtus & eorũ ſtudioſæ actiones te in charitate ſolidum & firmum reddant. Tempore Herodis iniqui, vixit etiam Zacharias bonus, ac rectus: nam ſi te malus & iniquus ad male agendum prouocat, boni exemplo
3.Reg.17. ad virtutem ſectandam inciteris. Sic dedit He-
4.Reg.21. liam temporibus Acab. Sic Eſaiam tempo-
4.Reg.24 ribus Manaſſes, Ieremiam tempore Sede-
Gen.6. chiæ: qui omnes iniqui & ſcelerati fuerunt. Et cum ad id temporis mundus deueniſſet, vt omnis caro corrumperet viam ſuam, inuentus eſt Noe vir iuſtus & ſanctus. Neque id in hoc loco ſilentio prætereundum quòd cũ Helias putaret ſe ſolum ſeruum Dei in terra
3.Reg.19. manere, dixit illi dominus, Dereliqui mihi in Iſrael, ſeptem millia virorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal. Malis regnantibus, mittit dominus viros iuſtos & probos, ad malitiam reprimendã: & vt plebi ſuæ prouideat. Habet etenim dominus ſuorum curam: ita vt quamuis mali & improbi in mundo reperiantur, non deſunt etiam multi boni & probi quorum virtutes, & ſequi & imitari poſsimus. Et ſi multi ignorãtes & inſcij ſunt, multos doctos & eruditos inuenies quos poſſis pro tui ingenij tenuitate conſulere. Quod ſi pauperes & egeni ſunt: diuites multi adſunt qui ſucurrere poſsint pauperũ egeſtati. ¶ Vbi tertio loco operæpretium erit animaduertere quòd ſub impij regis imperio erat ſanctus ſacerdos Zacharias: & ita ſæpe in mundo contigit malos dominari bonis, & ſapientes ab
Thren.1. ſtultis regi. Quod quàm rationi ſit diſſonum vel etiam cæcus videre poterit. Neque id ſub ſilentio præterijt Ieremias dicens, Serui dominati ſunt nobis. Neque id nouum in mundo eſt, aut inuſitatum, nam Salomon cum tot iniqua & ſcelerata in mũdo miraretur: inquit,
Eccle.10. Vidi malum ſub ſole: poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & diuites ſedere deorſum. Vidi ſeruos in equis: & principes ambulantes ſuper terram, quaſi ſeruos. Hunc tamen deprauatum ordinem adhuc in mundo fieri videmus. In illa namque frondoſa & altiſsima
Dan.4. arbore quam vidit Nabuchodonoſor in ramis erant aues: & ſubtus eam habitabant animalia & beſtiæ. Sed quid quæſo hoc genus monſtri eſt, quòd vrſi, leones, & quælibet alia fera animantia ſurſum per ſuperiores ramos hinc inde feruntur: at volatilia inuerſo naturæ ordine (quem Deus in omnibus præſtituit) in imis & infimis præmantur locis?
Pſal.36. Quoties ego vidi impium exaltatum ſuper
Mat.17. cedros Libani? Non ſic Chriſtus dominus qui in ſua tranſfiguratione præſtãtiores Apoſtolos Petrum, videlicet, Iacobum & Ioannẽ ſecum duxit in montem excelſum quia vt

Chryſoſtomus ait, digniores erant alijs rec-
Chryſ. ho. tis. At nunc hac noſtra miſera tempeſtate Iu-
57.in Mat. das impius in altam dignitatem aſcendit, Petrus autem in puluere ſedens iacet. Sed de his ſatis, Iam ad contextum reuertamur: & quia Euangeliſta dixerat, Zachariam fuiſſe ſacerdotem, modo cuius claſsis & ordinis fuerit;
1.Par.24. declarat dicens. De *vice Abia*. Cum Dauid ordinare vellet cultum Dei elegit ſibi ex viginti quatuor generationibus viginti quatuor ſacerdotes, qui temporis ſucceſſu per hebdomadas in templo domini ſeruirent: & octaua ſors cecidit ſuper Abiam, à quo deſcendit Zacharias. Diſcat igitur prælatus qui Chriſti vices in terris gerit: quo pacto moribus & vita illi ſtudeat eſſe ſimilis, nemini præbens ſcandalum, aut offenſionis cauſam: vt ſicut Pau-
2.Cor.6. lus inquit, non vituperetur miniſterium eius.
Mat.27. Quia ſi Ioſeph ab Arimathæa extinctũ Chriſti corpus in munda & candida ſindone inuoluit: & illud ſepeliuit in monumẽto in quo nullum aliud fuerat poſitum: quanto maiori iure Chriſti corpus viuum in viſceribus & anima mundis tu debes recõdere, vbi nec cadauer, nec aliquod peccatum mortale ſit? Magna equidem debet eſſe mũditia tam corporis quam ſpiritus illius qui frequenter corpus domini & manibus & mente contrectat.
Num.8. Quod clare oſtenditur à domino dicente, Leuitas ter lotos debere eſſe, vt vitulum pro peccato offerrent. *Et vxor eius de filiabus Aarõ, & nomen eius Eliſabeth.* Non ſolum carnem & ſanguinem Aaron in hæreditatem accepit, ſed etiam religionem & ſanctitatem: de Aaron
Sap.18. nque ſcriptura inquit, Properans homo ſine querela. Et de Eliſabeth & Zacharia ait noſter hic Euangeliſta, quod ſine querela erant. Quapropter tu qui, nobilis es, & te ex illuſtri ſanguine ortum magnificas, tuorum maiorum ſtudioſa facta & ſequi & imitari cures, & ita virtutibus imbutus eſſe, quales illi fuerunt. Nobilitas namque cenſus quidam perpetuus eſt virtuti debitus, quem ex nobilibus progeniti per vniuerſum tempus ſuæ vitæ exoluere tenentur. Nam qui ab hac vera nobilitate deuiant, monſtra quædam naturæ ſunt à proprijs parentibus degenerantia. Si ex nobilibus parentibus ortum trahis, maiori detentus es obligatione vt bonus & ſtudioſus ſis: vt bonis à te geſtis operibus clarum tuæ nobilitatis argumentum exhibeas. Ex eadem radice roſa naſcitur & ſpina, & ex eadem matre filius nobilis vel ignobilis naſci poteſt. Bene poteris tu ex pulchra & nobili radice originem ducere: & nihilominus venenoſa ſpina, & peſsi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pessimus aculeus videri poteris. Fratres nobiles, & parentes nobiles Cam & Cain & Esau fuerunt: tamen ipsi eorundemque filij viles homines & pagani fuerunt, quique maculā eximia dignitatē suam contaminarūt. Quod si domum construas, studiosum opus est, si tamē eam perdas, vitiosum. Vnde tu iniquis cum sis, tuam domum quam maiores conditerunt destruis & perdis. Melius est initium familiæ facere, quam familiam finiri. Quocirca bonus esse studeas, & à te ea nobilitas incipiet quā tui superiores caruerunt. Si vero fueris vitiosus, etiam si ex nobilissimis parentibus duxeris ortum tui causa genus tuum & splendorem & nobilitatem amittit. Hæc illustris ex Aarone viro sanctissimo originem duxerat, quem simul & maiorum probitatē imitata est. ¶ Notabis etiam quod proprio nomine eam Euangelista appellat, vt intelligas prophetico spiritu claruisse, Nomina autem matrum Esaiæ & Ieremiæ non referuntur, sed patrum tantummodo, nam vt Hieronymus annotat patres horum prophetarum prophetæ etiam, non vero matres fuerunt. Vt cum dicit, visio Esaiæ filij Amos, intelligas prophetam fuisse. At vero & patris & matris nomina beatissimi Ioannis hic apponuntur, quia vterque Propheta fuit. *Erant ambo iusti ante Deum.* Si igitur scriptum est, Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuēs, quomodo coram Deo quis potest dici iustus? Si iustitia attendatur quatenus aliquid culpæ habet admixtum, nullus iustificabitur: quia in multis offendimus omnes, & quasi pannus menstruatæ sunt omnes iustitiæ nostræ. Item si collationem feceris nostræ iustitiæ ad iustiam diuinam, nullus equidem saluus fiet. Vnde Iob sanctissimus inquit. Nunquid homo Dei comparatione iustificabitur? At si secundum modum humanæ conditioni commensuratum hæc iustitia consideretur, sic electi, & omnes qui in diuina amicitia existunt aliquo modo iusti dicuntur apud Deum. Parum aut nihil est coram hominibus esse iustum vt sunt hypocritæ qui foris iusti apparent: intus autem omni virtute sunt vacui. Magni autem faciendum est, aliquem coram Deo iustum esse, vt parentes beati Ioannis, quorum laus (vt inquit Paulus) non ex hominibus sed ex Deo erat. Pharisæi ieiunantes iusti videbantur, sed quales illi fuerint, Christus ostendit dicens, Væ vobis, qui similes estis sepulchris dealbatis, &c. Homines vident faciem, Deus autem intuetur cor. Illi enim vere iusti dici possunt, qui Deo curant placere. Iusti namque (vt inquit Sapiens) in perpetuum viuent. Sequitur, Cogitatio eorum apud altissimum. Tota solicitudo & diligentia iustorum circa id versatur vt Deo placeant. Quapropter Paulus Romanis consulit dicens, Induimini dominum Iesum Christum. Non dicit, Induite vos Christi veste: nam hoc est habitu tantum & ceremonijs se induere, vt hypocritæ qui vestem induunt Iesu Christi. Nam vt sancti loquuntur in eorum sermone, in incessu, in ficta humilitate, & in pallore vultus iusti videntur: intus autem si eos aspexeris, non Iesum Christum, sed diabolum ferunt. Tamen indui aliquem Iesu Christo est, illum in secretioribus animæ, & in intimis penetralibus adducere, qui quidem vera iustitia, & vera sanctitas est. Verum sicut plurimi Pharisæi non induebant Christum nisi tantum exteriori habitu, & iusti erant coram hominibus, non coram Deo: dixit Iesus turbis; Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisæorum non intrabitis in regnum cælorum. Id autem hoc loco cauere debes, ne existimes nos damnare exteriorem sanctitatis compositionem, nec ceremonias: sed tantū id vitio vertimus quod multi vacui interiori virtute, solum hominibus placere student. Atqui exteriori cultu religiose & sancte incedunt, & Ecclesiæ ceremonias & præcepta obseruant, & his addunt interiorem animi candorem & munditiam, digni equidem sunt isti omni laude & veneratione. At exteriorem lauare cuticulam, & quę corporis sunt tantum curare: hoc impijssimum & nefarium facinus est. Qui corde iustus est, sui ipsius curā habet vt Deo placeat. Ideo de viro iusto dicitur in Psalmis, Ascensiones in corde suo disposuit. Et has ascensiones intelligas, de quibus ibidem dicit, Ibūt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Sicut ascendebant angeli per scalam illā quam vidit Iacob à terra in cælum tā gentem. Quas quidem ascensiones vir iustus posuit in corde per virtutum gradus. At quæ sit vera iustitia, & quæ falsa in fine huius vitæ, & in hora mortis clarius eluceſcet. Tunc enim manifestabuntur abscondita tenebrarū & reuelabuntur obscura cordium. Vnde dominus per Psalmistam ait, Cum accepero tēpus, ego iustitias iudicabo, Iudicabo, inquā, & videbitur quis sit iustus coram Deo, & quis coram hominibus. Et addidit vlterius, Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea. Quasi velit nos reminiſci, quod tempore niuis omnis terra candida & pulchra est: at cum venerit sol, & liquefecerit niuem, tota terra apparet deformis, & immūda, & loca vbi sunt cadaue-

Hieron. in cōmen. Sopho. cap. 2. Esa. 1.
Psal. 143.
Iaco. 3.
Esa. 46.
Iob. 4.
Rom. 2.
Mat. 25.
1. Reg. 16.
Sap. 5.
Rom. 13.
Mat. 5.
1. Cor. 4.
Psal. 74.
Psal. 83.
Psal. eodē.
Gen. 28.

cadauera & serpentes clare conspiciuntur. Sic hypocritæ falsa iustitia & candore externi cultus sua peccata & immundos mores dissimulant, & pulchri & sancti videntur coram hominibus, sicut terra cooperta niue. At cum Christus verus sol iustitiæ apparuerit, sicut nix liquefit ad solis radios (vt inquit Dauid) ita liquefacta est terra, hoc est, homines terreni, & eorum opera exteriora in nihilum conuertentur, & interiora corda apparebunt dolo plena. At iusti & recti viri, qui non terra, sed marmoreæ columnæ sunt in altum erectæ, quorum conuersatio in hoc seculo viuēdo, in cælis est, tunc in gratia confirmabuntur: iam enim cadere ab amicitia diuina non poterunt, sed perpetuo in gloria manebunt. Atque ideo subdit Dauid, Ego confirmaui columnas eius. Vocantur iusti columnæ terræ, quia illi sustinent impios in terra: & propter eorum merita multoties dominus cum magna patientia suffert peccatores. Nonne fuit Moyses plus quam columna marmorea vniuerso populo Israel: nam cū vellet dominus illos perdere orationibus Moysi pepercit illis? sic & sanctus Loth Sodomam sustinebat. Et eo modo quo sublato substerniculo totum ruit ædificium: ita vniuersa ciuitas Sodoma, statim vt ipse ab illa discesſit funditus euersa & combusta est. Ideo velim vt intelligas, quantum oporteat, vt iustitia tua abundet plusquam Scribarum & Pharisæorum, ne in die illa tremenda in damnationem eternā abeas. Non erant Zacharias & Elisabeth sicut illi de quibus Christus dicit, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: sed similes Noe, de quo in Genesi dicitur, Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis: Cum Deo ambulauit, &c. Salomon fenestras fecit obliquas in templum: & templum Ezechielis fenestras habebat obliquas in thalamos: foris enim latæ erant, intus vero strictæ vt parum exterioris luminis reciperent: diuino namque splēdore potius quam corporeo lumine illustrabātur. Etsi vtrumq; lumen bonum sit interius per conscientiam, & exterius per exemplum: tamen multo præstantius est interius quàm exterius. Omnis gloria filiæ regis ab intus (inquit Dauid) in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Ac si vellet dicere. Omnis decor & pulchritudo interius in anima debet esse claris virtutibus insignita. Et quia curat etiam exteriorem ornatum, vult aureas fimbrias, & exemplorum bonorum varietatem in operibus exterioribus relucentem. Bonus itaque est vterque splendor, sed ille longe præstantior qui in rectis & sanctis operibus inuenitur. Idque Paulus asseuerat, Hæc (inquit) est gloria nostra, testimonium conscientiæ nostræ. Quemadmodum pyri, & nucis nucleum comedimus, putamina vero in terram reijcimus: sic virtute oblectamur, speciem autem virtutis ab ipsa virtute separata contemnimus. Vera virtus solum Deum quærit, & ipsi placere satagit sicut Zacharias & Elisabeth qui ambo coram Deo iusti erant. ¶ Potest etiam locus iste exponi ad modum loquendi linguæ Hebraicæ, coram domino. Id est, quod vndequaque absolutam & perfectam habebant virtutem. Cum enim diuinæ scripturæ aliquid magnum aut excellens significare volunt vsitata phrasi dicunt, coram domino. Vt est illud Geneſis, Robustus venator coram domino. Id est, excellens venator. Et illud de Sodomitis, Erant peccatores coram domino. Id est, maximi & abominabiles peccatores. ¶ Demum vt concludam illud in hoc loco obseruatione dignum esse censeo: nimirum quod vterque & Zacharias & Elisabeth erāt iusti. Beata illa domus dici potest in qua vterque coniux eiusdem sunt voluntatis & vnum quærunt, vt in præceptis domini ambulent, & in iustificationibus suis, vt mox dicit Euāgelista. Vbi vero alter cōiugum claudicat, & à recto deuiat ordine, accidit id quod in boum iugo, si alter fugiat, tunc enim nihil rectè fieri potest. Sic fuerunt illi duo Abraham & Sara sancto matrimonij iugo copulati, qui inseruiendo hospitibus & peregrinis ambo erant simul. Nec solus Zacharias iustus erat coram domino, aut Elisabeth, sed ambo simul. Sed quomodo iusti coram domino? Si hoc ab impijs Lutheranis peteres, facilè tibi responderent, quod sola fide: sed si à beato Luca petiueris, ipse tibi respondebit. *Incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus domini.* Videsiā quomodo non sola fide iusti sumus, sed obseruatione etiam mādatorum Dei? Cōcedimus enim quod sine fide impossibile est placere domino: radix enim & origo iustificationis est. Ideo Petrus de fide ait, quod purificat corda, nempè ab infidelitate & illud tanquam iustificationis ad gratiam præparat suscipiendam, qua gratia iustus fit impius. Verū iustificatio non fit per solam fidē, sed per gratiā & bona opera quę fructus sunt charitatis, iuxta illud. Si quis diligit me sermonem meū seruabit: obseruatio autem mandatorum charitatis est fructus, & sic etiam cętera bona opera. Itaque à charitate procedit hæc obseruatio mandatorum quæ hominem iustum efficit. Et Ioannes inquit: Qui habuerit substantiam

Mala. 4.
Exod. 32.
Gen. 19.
Luc. 16.
Gen. 6.
3. Reg. 6.
Ezech. 41.
Psal. 44.
1. Cor. 11.
Gen. 10.
Gen. 13.
Gen. 18.
Heb. 11.
Act. 15.
Ioan. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Ioan.3. tiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Non dicit quomodo fides Dei, sed quomodo charitas Dei manet in illo siquidem opera bona sunt fructus, non fidei, sed charitatis. Demũ doctori illi qui petebat à Christo, quid facturus erat vt vitam æternam possideret, respondit Christus per illam parabolam descendentis à Ierusalem in Ierico, & Samaritani exemplo dixit, Hoc fac & viues. Ideo qui exercet opera misericordiæ exercet charitatem, quæ vitam præstat, non tamen sola fides sufficit. Igitur mandatorum obseruantia homo iustus fit, & anima ex charitate viuit. Aliàs mortua esset, vt Iacobus testatur. Hoc autem est, quod omnis scriptura proclamat dicente domino, Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum Angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundum opera sua. Non dicit, secundum fidem eius: sed secundum opera eius. Quæ doctrina clarior & illustrior redditur verbis illis Matthæi, quibus multi dicent in illa die. Domine in nomine tuo dæmonia eiecimus, virtutes multas fecimus. Non poterant equidem isti prophetare, nec dæmonia eijcere, nec miracula facere, nisi fidem haberent: qui tamen cum sua fide separantur à domino, quoniam inanem & vacuam sine diuina charitate eam habuerunt. Et in die illa finalis iudicij de operibus erit tantum disceptatio: dicet enim dominus iustis, Esuriui, & dedistis mihi manducare, sitiui, &c. fides igitur sine operibus non saluum facit, nec vnit aliquem cum Deo. Et quia inferius in capite septimo huius de fide & iustificatione dicturi sumus, hæc satis sufficiant. ¶ Disce exemplo parentum beati Ioannis Baptistæ non segniter te habere in vijs mandatorum domini, sed sanctis & rectis operibus incumbe. Nihil tibi proderit si fidem tantum nudam & informem habeas. Nam quid prosunt in naui oculi, nisi essent manus? Quid proderit, nautam in gubernationis chartam respicere, aut solis altitudinem metiri, nisi adsit qui puppim voluant, aut restim nauis apprehendat, aut qui vela complicet, aut extendat? Sit aliquis qui in cælum dirigat, necessum est: tamen quid hoc prodesset, nisi esset simul, qui ad nauis carchesion ascenderet? Sic etiam quid proderit quòd in cælum respicias, & quòd intellectum habeas, vt Deum cognoscas, & vt credas etiã quidquid ecclesia tenet: si manus & pedes colligatos habueris, vt ne quid boni proximo facias? Quid vtilitatis tibi accedit, quòd credas Deum in cælis esse: si tu ita vitam agis, ac si Deus non esset? ¶ Obserua etiam quòd non solum incedebant in aliquibus mandatis, sed in omnibus: nam quicunque vniuersam legem seruauerit, dum in vno offenderit, factus est omnium reus. Videbis etenim plurimos castos, bene compositos, qui nemini maledicunt, rebus sacris assistentes: alios vero auaros, & rei alienæ cupidissimos, qui etsi pauperem videant fame pereuntem, nec obolum ei tribuunt. Alios itidem magnificos & liberales videas, qui mundi & perfecti apparent: quorum viscera ambitionis & dignitatis honor crudelissime corrodit. Et denique inuenies plurimos multis virtutibus circundatos, quos alia etiam vitia comitantur, quæ virtutes coinquinant, & labefactant. Quorũ status adeò periculosus est, vt peior sit eorum statu, qui omnino perditi sunt: nam si omnino mali essent, aliquando suæ conscientiæ scrupulus eos à peccatis seduceret. Tamen isti priores bonis quæ fecerunt, nituntur, & patrata scelera non aduertunt: & cum se bonos existiment, malorum quæ fecerunt nunquam pœnitentia subit. Et quod deterius est, contingit sæpius diabolum christianis hominibus bona opera consulere, vt his fidentes operibus incauti viuant: quo fit vt laqueo diaboli detenti magis quieti & tranquilli sint. Facit adhoc illud Leuitici quod dominus dixit, Si operuerit lepra omnem cutem plagæ, &c. Mirum equidem videtur, quòd corpus omni ex parte scabie plenum sanum & integrum iudicetur: non autem id quod lepra aliqua parte tetigerit. Quo nimirum ostenditur eum in maiori versari periculo qui aliquas partes habet læsas, aliquas vero intactas quia iste talis de malis non curat, fiduciam habens in reliquis bonis. Nolite (inquit Ieremias) confidere in verbis mendacij, dicentes, Templum domini, templum domini est. Putabant namque Iudæi omnia illis esse tuta, si boues & arietes in templo mactarent, si calendas celebrarent. At dominus per Esaiam has oblationes & obsequia detestatur, quia manus eorum sanguine erant plenæ. Sic Simon ille Pharisæus quia aliqua operabatur bona, sanum se existimabat: at Magdalena, quæ vndique coinquinata erat, sanitatem adipiscitur. Cum piscator magnum aliquem piscem habet captum, non statim violenter extrahit, sed funiculum extendit, donec piscis hamum simul & escam deglutierit: nam si confestim nimis compresserit, scindetur funiculus, & aufugiet piscis. Sic cùm diabolus inimicus noster aliquem peccatorẽ suo hamo deuinctũ habet, scilicet

Luc.10.

Iaco.2.

Mat.7.

Mat.25.

Iaco.2.

Leuit.13.

Ierem.7.

Esa.1.

Luc.7.

scilicet scelere aliquo mortifero constrictum & voluptatum illecebris alligatum: nõ illum statim vehementer opprimit, aut discruciat, ne vel hoc irritatus abrumpat vincula, & celeriter euadat: sed potius demulcet illum, & sinit aliquibus virtutum actionibus incumbere, & quoad fieri potest funiculum extendit, vt securius illum teneat & possideat. Permittebat nanque Herodi, iste nefarius nebulo, quẽ hamo suo habebat apprehensum, vt Ioannem Baptistam audiret, & eius consilio nonnulla facta' ad iustitiam dirigeret: at habebat illum irretitum luxuriæ fortissimis vinculis. Nam quemadmodum auis si alterum pedem ligatum habeat, nequaquam volare potest: ita homo licet ad eleemosynam largiendam, & ad preces fundendas, liber esse videatur: nihilomin⁹ totus ligatus, & vndiq; deuinctus est, si vel solo vno vitio fuerit detẽtus. Nec mirũ est, si Dauid noluerit videre eos, qui dimidiam barbã rasam habebant: sed præceperit eis, vt manerent in Ierico. Sic Dominus nequaquam eos cõspicere potest qui aliquam sui partem intactam, aliquam verò coinquinatã habent. Nec illud quod in Ezechiele legitur mysterio vacat: scilicet quod pennæ sanctorum animalium capulatę erant vnius ad alterũ. Vt vel hoc nobis significaretur, virtutes quæ ad modũ alarum se habent, quibus ad cælum conscendimus, debere sibi mutuo cohærere. Quapropter apprime necessariũ tibi est, vt omnes virtutes tibi copulatas habeas, omnia etiã præcepta Dei obserues: si talis esse cupis, quales Zacharias & Elisabeth fuerũt. Etenim euangelicus ille negotiator inuẽta sibi preciosa margarita, vniuersa quæ habuit, vendidit. Et Apostoli Christi obseruãtissimi sectatores nõ partẽ aliquam, sed omnia bona dereliquerunt. Ecce (inquit angulare fundamentũ Ecclesiæ) nos reliquimus omnia. Nec immeritò Ananias & Zaphira puniti sunt subita & impræuisa morte: eo quod partẽ pretij venditi agri tulerunt Apostolis, & partẽ sibi reseruarũt. Quod si infœlices illi nihil sibi reseruassent, nõ vtique mortui essent. Sic multi se omnino negare nolũt: adimplent etenim voluntatẽ prælati, in eis in quibus per omnia non coguntur: in his autẽ in quibus potissimè se negare debuissent: suo palato satisfaciunt, suamq; voluntatem exequuntur. In aliquibus sunt obtẽperantes, in alijs verò obedire recusant: partim diuina mãdata custodiũt, partim verò ea transgredi nõ magnificiũt. Quid rogo, tibi proderit si vniuersas ciuitatis portas clauseris, vnã tamen patentem reliqueris, qua inimici ingredi & ciuitatẽ capere possint, & vitam simul & animã auferre? Ad quid conduceret te nouem decalogi præcepta obseruantissimè custodire, si vnum illorum fregeris. Maximi enim refert omnia simul custodire. Vnde Dauid cantabat Domino dicens, Ad omnia mandata tua dirigebar, omnem viam iniquã odio habui. Et Christus legem appellauit iugum omniũ præceptorũ. Tollite (inquit) iugum meũ super vos. Vbi diligenter est animaduertendũ, quod non dicit, tollite iugum super collũ vestrum, aut super humeros vestros, sed super vos totos. Vniuersa enim Christiani hominis pars iugum legis asportare debet. Quo sanè argumento concludimus, quod qui huius oneris partem recusauerit, sciat se totum iugum abiecisse. Rectè Dauid totũ hoc onus supra se sentiebat, cum dixit, Omnia ossa dicent. Domine quis similis tibi? quia videlicet Deum gerebat super omnia. Et rursum, Benedic anima mea Dominũ, & omnia interiora nomen sanctum eius. Qua ratione cũ Paulus iret Damascũ circundatus est luce cæli: vt insinuaret illum oportere, in omnibus mandatis incedere. Aliquos circuit lux cæli, non totos sed partem: hoc est, quia partim lucidi sunt, partim verò tenebrosi. Oportet enim vt cælesti lumine totus fulgeas, nullam habens partem obscuritatis. Omnia vitia & peccata in te extincta esse debent. Nam cũ Pharao perijt in mari, simul & vniuersus exercitus suffocatus est, ita vt nec vnus ex eis remã serit. Sic & tu omnia vitia propellere debes. Leprosi nanq; qui mundandus erat secundum legem omnes capillos tenebatur radere. Sic tu omnia vitia & passiones debes scindere à corde tuo. Præcepit Dominus Sauli vt omnes Amalechitas destrueret, & quod nemini parceret: quia verò hæc non fecit, à Domino reprobatus est. Tu autem quomodo à Domino vis probari, qui vitia quæ tibi omnino non placent, destruis: illa verò quibus delectaris viua relinquis: quemadmodũ Saul fecit, qui omnia pecora & armenta pinguiora ex gregib⁹ Amalech sibi reseruauit? Quod si Deo placere cupis omnes Amalechitas debes interficere: hoc est omnia vitia & peccata in te extincta esse debent. ¶ Rursus hic notabis quod non solùm dicit obseruantes seu custodiẽtes omnia mandata: sed incedẽtes in mandatis. Singula enim verba suam emphasim habent. Non enim satis est vt omnia Dei præcepta custodias, sed opus est vt incedas & ambules in via mandatorũ Dei. Ne igitur

Mar.6.

2.Reg.10.

Exech.1.

Mat.13.

Mat.19.

Act.10.12.

Psalm.118.

Matth.11.

Psalm.34.

Psalm.102.

Act.9.

Exo.14.

Leuit.14.

1.Reg.15.

Lege Gregor. lib.11. Mor. ca.16.

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in chœnice sedeas, aut otio indulgeas: sed pro
Psalm.83. pera, ambula, & curre in via mandatorũ Dei,
& ita ibis de virtute in virtutem, & videbis
Ezech.1. Deum Deorum in Sion. In via Domini non
proficere, iactura est. Nam sancta illa anima-
lia quæ vidit Ezechiel, vbi erat impetus spiri-
tus gradiebantur: nec reuertebantur cum am-
bularent. Sic tu dum diuinus flauerit spiritus,
de bono in melius debes proficere. Sicut flu-
uius, qui semper in mare tendens nunquam
ab itinere desistit, quousque ibi consistat: &
sicut luna quæ semper crescens, nunquã cess-
sat quousque complementum luminis attige-
rit. Et denique sicut ignis qui semper ascen-
dit, vt quiescat in naturali sua sphæra. Sic pro-
culdubio nos nunquam ab incepto virtutum
itinere debemus desistere, quousque ad mor
tis terminum deuenientes ingrediamur illud
glorioſum paradisi mare, vbi in Deo sphæra
nostra quiescamus. Qui vltra non progredi-
tur, retrouertitur. Nam si rota putei non sem
per voluatur statim retrouertitur, & mutatur.
Sic humana mens nunquam in eodem consi
stit: quocirca si à virtutis profectu cessat, sta-
tim retrorsum in vitia abit. Sic Isaac proficie-
Gen.26. bat, donec magnus effectus est. Nec non etiã
2.Reg.3. Dauid, qui robustior semper fiebat. Ideoque
Gen.28. Angeli in scala Iacob ascendebant, & descen
debant: vt inde tu intelligas quod in via man
datorum Domini (quæ scala sunt cœli) nulla
tibi est admittenda quies. ¶ Porrò dixit Euã
gelista quod incedebant in mandatis & in iu
stificationibus Domini. Mandata quippè ad
præcepta moralia pertinẽt, iustificationes ve
rò ad iudicialia, quibus & ad proximos, & ad
Orig. lib.2. in Lucam. Deum rite ordinamur. Nam (vt Origeni pla-
cet) quando benè & rectè de aliquibus iudi-
camus in iustificationibus Domini incedi-
mus, sed quando hoc aut illud facimus in mã
datis illius ambulamus. Vnde non immeritò
Lucas prædicauit in his duobus laudem esse
perfectam. Quibus mãdatis & iustificationi-
Psalm.118. bus intentus erat Dauid, cum dicebat, In mã-
datis tuis exercebor, & meditabor in iustifi-
cationibus tuis. Verum enimuero quia maxi
mum encomium est non solùm Deo place-
re, sed hominibus etiam esse gratũ, subdit sa-
cer Euangelista, *Sine querela*. Maxima profe-
ctò hæc est laus iustorum: nam multi boni
sunt, & coram Deo iusti: tamen quia nec co-
mes, nec benigni proximis sunt, ideo nec
amabiles, nec grati hominibus sunt. Grande
quidem negotium est, ita viuere, vt homini-
bus etiam improbis satisfacias. Namque de
Eccle.45. Mose scriptum est, Dilectus Deo & homini-
bus Moses, cuius memoria in benedictione
est. Et de Iudith etiam dicitur. Erat in omni- Iudith.8.
bus famosissima, quoniam timebat Dominũ Roma.12.
valdè: nec erat qui loqueretur de ea verbum
malũ. Vnde diuinus Paulus, Prouidemus (in-
quit) bona non solùm coram Deo, sed etiam
corã omnibus hominibus. Nec absq; cõsilio
præcepit Dominus Noe, vt ligna, ex quibus Gene.6.
fabricãda erat arca, vt & intrinsecus & extrin
secus bitumine linirẽtur. Tales enim nos Do
minus desiderat, vt & intus mũda cõscientia
splendeamus, & foris sancta cõuersatione ho
minibus placeamus. Discere igitur nos opor-
tet horum iustorum exẽplo, sic de fratribus
loqui, & cũ illis agere, vt omnibus grati & di
lecti simus: iuxta illud Apostoli, Nemini dan 1.Cor.6.
tes vllam offensionem, vt nõ vituperetur mi
nisteriũ nostrum. Et idem Philippenses hor- Philip.2.
tatur, dicens: Omnia facite sine murmura-
tione, vt sitis sine querela simplices filij Dei
in medio nationis prauæ atq; peruersæ. ¶ Po Orig. homi.
test & locus iste aliter explicari. Potest nan- 2. in Luc.
que ambulare aliquis in omnibus manda-
tis & iustificationibus Domini, non tamen
sine querela. Nam quando aliquis adimplet
præcepta Domini, & facit quod ipse iubet: at
non propter Deum solùm, sed potius vt ho-
minibus placeat: is equidem non sine quere-
la operatur. Ideo Dominus, Iuste quod iustũ
est, persequeris. Nisi esset iustũ aliquid quod Deute.16.
non iuste sequeremur, nequaquã nobis præ-
ciperetur, vt iuste quod iustum est, sequere-
mur. Quando iusta Dei præcepta propter
ipsum exequimur, in mandatis Domini ince
dimus, & in iustificationibus suis sine quere-
la, & tũc iuste quod iustum est, adimplemus.
Aduerte autem quod in Græco est, ἐμπεπαι,
quod & actiue & passiue accipi potest: nec
ipsi querebãtur, nec de ipsis aliqua erat que-
rela. *Et non erat ei filius.* Quæ verba non absq;
digna commendatione sunt prætereunda.
Nam cum res illis accidisset tam infœlix, sci-
licet carere prole: non ob id à iustitia recede-
bant, nam sterilitas antiquis erat opprobriũ,
& inter præcipua vitæ mala numerabatur.
Sic Dominus dixit. Non erit infœcunda nec Exo.23.
sterilis in terra tua. Et in Deuteronomio. Nõ Deute.7.
erit sterilis apud te vtriusque sexus. Putabant
enim eum populum à Domino esse reiectũ,
cui fœlix aliqua proles non obtigisset. Quo
sterilitatis opprobrio percussi sunt Zacharias
& Elizabeth, cũ adhuc essent iusti apud Dominũ. Vbi iam aperte vides quomodo Deus
dilectis suis afflictiones & tribulationes mit-
tit. Sed quare? Quia infirmitatem nostræ car-
nis

nis cognoscit: & intelligit multoties ho-
mines tũ fauoribus, tum honoribus super
bire, & hac de re radicitus perdi. Quod si
huius rei exempla vel ad oculum patere cu
pis: adducam tibi Petrum, qui cum à Chri
Matth.16. sto laudaretur, hac elatus laude, ausus est
Christo cõtradicere à quo laudatus fuerat.
Sic etiam Moses nimia prosperitate elatus,
Exo.33. à Deo petijt, quem erat missurus cum eo,
quando cum illo facie ad faciẽ loquebatur,
& dixerat. Noui te ex nomine, quasi vellet
Deum compellere vt mysteria absc̃dita,
& arcana sua illi reuelaret. Sic cum spon-
sus laudaret sponsam, audiens ab ore eius,
Canti.1. quod cæteris pulchrior esset, in audacẽ vo
cem prorupit dicens. Indica mihi quem di
ligit anima mea: vbi pascas, vbi cubes in
Matth.20. meridie. Sic etiam filij Zebedæi, quia affi-
nitate cum ipso Saluatore erant coniũcti,
ausi sunt in regno suo dextram & sinistrã
impetrare. Qui omnes etsi asperũ à domi-
no responsum audierunt, vtile tamen, &
quod spẽ suæ petitionis præbebat. Petrus
nãque audiuit. Vade post me Satana. Mo
ses. Posteriora mea videbis. Sponsa. Si ig-
noras te. Et filij Zebedæi. Non est meum
dare vobis, sedere ad dextram, & sinistrã.
Nam quando alicui famulo vinum purum
damnum infert, præcipit dominus ante-
quam iterum purũ porrigatur, parũ aquæ
illi admisceri, vt vini robur leniatur. Ita sa
ne dominus cum intelligat prosperis & fœ
licibus superbire, & in multas insanias la-
bi, his tribulationes & afflictiones iungit,
Exo.24. vt vel ita vires frangat & extingat. Ita Mo
si cõtigisse cernimus. Permisit nanque do-
minus, & voluit septem dierum spatio in
mõte à Mose expectari quibus finitis in se
ptimo illum vocauit dominus. Vt nimirũ
ne tãta familiaritate & amore elatus super-
Gene.18. biret. Idem fecit cum Abraham dilectissi-
mo: ad quem si aliquando venire dignaba
tur nunquam tamen domum eius ingredi
voluit: ne ditius quippe solet aliquando diui
nis fauoribus insolescere: quapropter do-
minus eorum prosperitatem temperat, ne
eos perdat, quos ardenter diligit. Quod vt
tibi clarius elucescat vel collatione apposi
tissima facile demonstrabo. Nam si aliquis
nobilis accipitrẽ habet, quem maximi æsti
mat, propria manu ipse necessaria præstat,
mira diligentia plumas componit, demul-
cet, & in eo videndo maxime delectatur.
Nec his omnibus contentus dominus, com
pedibus accipitrem deuincit, & oculis ap-
ponit capitium. Quod si queras qua de cau
sa tantam curam & solicitudinem erga illũ
habeat? respondebo tibi, quia mirũ in mo-
dum illum diligit, quod si iterum interro-
gas, quid est, quod compedibus & fumibus
illum constrictum teneat? responsum tibi
accipe: ne dilectus accipiter fugam faciat.
Quod quidem dominus consueuit facere
cum amicis & dilectis suis. Vt est videre in
sancto Propheta Dauid, qui multis benefi
cijs & fauorib? affectus fuit à domino. Fuit 1.Reg.16.
nanque in regem vnctus à domino, & à cu 1.Reg.17.
stodia ouiũ eductus, datus fuit illi Prophe-
ticus sermo, & glorioſa victoria aduersus
gigantẽ Goliat. Tandem effecit in eius gra
tiam, vt vniuersus populus in gloria & lau
dẽ eius tympanis & psalterijs caneret ouã-
tibus virginibus. Saul percussit mille, &
Dauid decẽ millia. Quæ omnia dominus
in illum contulit, quia maxime illum dili-
gebat. At ne margarita hæc preciosa amit-
teretur, nec tot fauoribus elatus superbiret,
datus est illi Saul in persequutorem, cuius
persecutionibus velut quibusdam compe-
dibus opprimebatur. Adducam tibi alium
ex non contẽnendis dilectis & amicis Dei
Ioseph, qui quẽadmodum patri suo Iacob
amabilis fuit ita etiam non minus iucũdus
& gratus exitit oculis domini sui Putifar. Gene.27.
At ne tantus amor & indulgẽtia illum per
deret, à fratribus fuit in Aegyptum vendi-
tus. Erat autem tanta gratia & amicitia do-
mini sui inflaretur (videbatur nãque & si-
bi ipsi, & alijs dominus cum super vniuer-
sam domum Putifar imperaret) in carcerẽ Gene.29.
& in ferreas cathenas fuit detrusus veluti ac
cipiter, qui à domino deuincitur, ne in fu-
gam se conuertat. Humiliauit enim Deus
(vt de ipso Dauid canit) in nõpedibus ani- Psalm.104
mam eius. Familiaris etiam & clarus ami-
cus erat domino propheta Helias cum quo 3.Reg.19.
facetissime loquebatur: ne autem in super-
bum euaderet, immisit in illum persequu-
tionem Iezabel, vt vel sic in Sancta humi-
litate immobilis persisteret. Et vt de hac
re finem iam dicendi faciã, audiamus Pau- 1.Cor.12.
lum dicentem. Ne magnitudo reuelationũ
extollat me, datus est mihi Angelus Sata-
næ qui me colaphizet, &c. Sic igitur hos
iustos sterilitatis opprobrio dominus humi
liauit: ne nimia prosperitate superbirent.
Sic etiam Propheta sanctus Ezechiel ne
multis reuelationibus elatus insolesceret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vocatur à domino sæpe filius hominis. Nã
Eze. 2. filius hominis Hebręa phrasi verum homi
nem significat, obnoxiũ calamitatibus, &
doloribus, vt vel sic insolentię nullus locus
detur, neue tantum lumen propheticũ ma
gni lapsus esset causa. Quod quidẽ non par
um est beneficium in nos collatum ne se
cundis insolentes simus. Vnde non ab re il
Eze. 1. lud Ezechielis erit in memoriam reuocan
dum, nimirum quòd de igne egrediebatur
fulgur: quia ex amoris igne egreditur ful
gur calamitatis. Et quẽadmodũ fulgur ter
ram ferit & cælũ illustrat, sic afflictio pro
pter Deũ corpus debilitat, & dolore frãgit,
mentẽ autem purificat & clariorem reddit.
Vnde euenit vt homo humilietur, & seip
sum cognoscat. Mittit igitur dñs tribula
tiones pro tanto in nos amore, ne secundis
rebus in elationem animi descendamus.
¶ Secũdo tribuit dominus afflictiones ami
cis suis: vt celerius ad Deum ire satagãt: ne
ne his terrenis detineantur. Contingit nan
que sæpius viatoribus ex itinere sessis vt si
forte viderint amœna aliqua loca, à recto
itinere deuiant & moras nectũt, allecti pul
chritudine loci, & animi requiescendi grã
tia. Qua etiã de causa dominus dilectis suis
iter ad eum faciẽtibus asperum iter facit ne
floribus & amœnitate huius vitæ detenti,
ad Deũ tendere impediantur. Tribulatio
nes sic mittit vt omni sublata mora ad Deũ
celeriter tendant. Vult nãque dominus ab
his terrenis hominum animos auertere: &
ad ea inducere, quæ perpetuo sunt duratu
ra. Ad hoc enim permisit dominus, vt filij
Exod. 1. Israel à Pharaone persequerentur, vt terrã
promissionis maioribus conatibus cuperent: quos velut vilia mancipia tractabat,
præcipiens illis vt & lateres efficerẽt, & pa
leas colligerent ad concoquendos lapides.
Sic nimirum vt hæc terrena nobis displi
ceant, gratãque sint illa superna & immor
talia bona permittit nos in laboribus & af
flictionibus ambulare. Nam si in insulam
quis aliquo dierũ spacio segregatus esset,
vbi omnia quæ vellet, quæque placida illi
essent, abundanter suppeterẽt: nulla equi
dem amplius animũ ipsius recordatio pro
priæ patrię subiret. At vero si misera fame
& infœlicitatibus ibi premeretur, sine du
bio nihil magis quam propriam patriã ar
denter desideraret: Quæ vel vnico exem
plo ex sacra pagina adducto non erit incõ
modum tibi comprobare. Nam tantũ tem
poris Iacób in domo Labã permansit: quã
tum quæ sibi placita erant fiebant: neque
aliquando patriæ suæ recordatus fuit: nisi
cum domus illa iam illi incepit displicere.
Gene. 30. At vero quãdo Laban ipsum Iacob, toruis
& inimicis oculis aspexit: statim dixit. Vo
lo recedere, non respicit me Laban sicut he
ri, & nudius tertius. Indeque fit vt isti san
cti coniuges sterilitatis afflictione afficiantur vt totam suam spem in vnicum Deum
Chryso. homi li. 1. ad popu. Antio. reponant. Videbis de his Chrysostomum
egregie loquẽtem. Iam igitur videris, quã
iustus & rectus sit dominus, & quomodo
quos diligit flagellat, Vt omnia credas Dei
incorruptissimo iudicio fieri. Nec mireris,
si aliquando videris simplicem & rectum
adolescẽtem in matura ætate surripi: & de
prauatum peccatorẽ diu in seculo viuere.
Quocirca optimo iure canebat domino Psal. 118.
Prophetа regius. Omnia iudicia tua æqui Iob. 1.
tas inqui persequuti sunt me. Nunquam
Iob propriàs facultates amisisset, nisi Dei
voluntate traditus esset Satanæ. Sic omnia
mala pœnæ, quibus dominus nos affligit,
non sine eius voluntate fiunt: quam volun
tatem cum tu nullatenus videas, & ignores
in murmurationem prorumpis. Quis obse
cro, si oculos conijceret, in bonitatẽ & sim
plicitatem Iob, non diceret, iuste posse de
eo conqueri? At iudicia domini abyssus Psal. 35.
multa. Nec ideo ipsam virtutem deserere
statim debes, si Dei seruos oppressos vide
ris. Nam si deformitas, & nubecula mulie
ris suo amatori grata est, cur virtutem amã
tes ea quæ ipsi sunt coniuncta & amare &
summo prosequi studio non debent?
¶ Voluit etiam alia de causa dominus, vt
Zacharias & Elisabeth tot annis steriles es
sent: vt postea de suscepto filio maior esset
alacritas & gaudium. Nam quæ magis de
siderata accidunt, maiorẽ voluptatem ad
ducunt. Voluit dominus hos sanctos ita
spe affligi propter hunc filiũ, vt postea ma
iori alacritate & gaudio illo fruerentur. Sic Deute. 32
Moses edixit mel de petra. Nec inuenimus populum de petra mel comedisse, sed
aquã bibisse: at cum populus siti defatiga- Chryso. to. 5.
tus esset (vt ait Chrysostomus) aqua illa tã homil. 9. su
quam mel illi sapuit. Mirum in modum id per illud ne
gustum recreat, quod fame comeditur. Ita molæditur
dñs in hac vita vult nos laboribus oppri- nisi à seipso.
mi, vt quæ postea bona acceperimus me
lius cognoscamus. Maiori nanque gaudio
affectus fuit Zacharias cum suscepto filio
in

in senectute: quam si in iuuentute daretur.
Exo. 12. Vnde dominus præcipiebat, quod agnus
lactucis admixtis comederetur. Tribuebat
dominus eis amarum condimentum, vt in
esu agni magis delectarentur. Nam post
hiemis grandines, pluuias, & tempestates,
veris claritas magis æstimatur. Quocirca
dominus in conferẽdis beneficijs aliquan
tulũ remoratur: priusq; labores ad nos mit
tit, & alia quibus angimur infortunia, vt
postea munus quo à domino afficimur, &
pluris fiat, & magis gratũ nobis contingat.
Quę omnia iterum ex sacris eloquijs addu
ctis testimonijs, non pigebit demonstrare.
Gene. 12. Nam ante quã dominus Abrahæ quietem
Gene. 39. daret, in peregrinatione vitam egit. Et an
Gene. 27. & 29. tequã Iacob bonis potiretur, seruiuit La
ban. Et Ioseph antequam dominaretur in
Aegypto, multa passus est infortunia. Et
Dauid antequã regno potiretur, mirũ est,
quas calamitates & afflictiones sustulerit.
1. Reg. 19. Et filij Israel antequam desideratam terrã
ingrederentur, quibus laboribus & infor
tunijs fuerunt obnoxij? Denique libet ad
uertere quod quæ miraculo fiunt, præstan
tiora sunt quã quæ natura producit. Sic vi
Ioan. 2. num illud effectũ à domino ex aqua in nu
ptijs in Chanaa Galilææ præstantius fuit,
quam à vitibus vnquam productum. Vn
de qui ex mulieribus sterilibus nati sunt,
præstantiores sanctitate fuerunt, quã reli
qui alij illius temporis, vt Isaac, Ioseph, Sã
son, Samuel, & Ioãnes Baptista. Vt igitur
mundo ostenderet Deus Ioannis Baptistę
sanctitatem, & parẽtes ipsius lætos faceret,
voluit vt ex sterili nasceretur. Causam au
tem cur non esset filius Zachariæ & Elisa
beth subdit Euangelista dicens. *Eo quod Eli
sabeth esset sterilis: & ambo processissent in diebus
suis.* Hunc seruat scriptura morẽ, vt siquid
obscure dixit, statim id explicat. Vt est vi
Gene. 12. dere in Genesi vbi dicitur. Erat Sarai steri
lis: & id statim explicat, dicens. Nec ge
nuerat filios. Et iterũ ait, quod dixit Abra
Gene. 15. ham Deo. Ego vado spoliatus, & nudus,
Esai. 51. & filius procuratoris domus meæ. Et sta
tum declarat. Mihi non dedisti semen. Et
Deute. 7. Esaias. Aspicite ad petrã vnde excisi estis.
Et subdit explicans. Attendite ad Abra
ham, &c. Et in Deuteronomio. Non con
nubia iunges cum eis, scilicet, cum Chana
næis. Et sequitur. Non dabis filiam tuam
filio eius. Sic in præsentiarũ: non erat eis
filius. Declarat se ipsum dicens. Eo quod
Elisabeth esset sterilis: & ambo processissent in diebus suis. Ex duplici causa natura
liter filiũ habere non poterant. Primo quia
natura sua erat sterilis, cum neque in iuuen
tute cõcepisset: tum secũdo quia iam anus
erat. Ideo conspicuati duplex impedimen
tum abstulit dominus. Hæc sunt diuina &
admirabilia opera, nam vbi maior est natu
ralis difficultas, & vbi nulla prorsus spes de
siderati relucet, ibi Deus maxime suã glo
riam ostendit. Vbi differe oportet, nunquã esse de diuina misericordia desperan
dũ licet arduũ & difficile negotiũ videatur.
Dereliquit dominus filios Israel, quousq;
iam nullus apparebat aditus. Et cum exer
citus Assyriorum duce Holoferne in obsi
dione haberet Bethuliã, ita vt cum despera Iudith. 8
ti essent, iam decreuerãt post quinque dies
tradere ciuitatẽ: tunc dominus cum iam de
omni remedio esset desperatum, misit for
tissimam fœminã Iudith cuius manu eos li
berauit. Et Apostolis qui tota nocte labo
rantes per noctauerant apparuit Iesus non Matth. 14.
in prima vigilia noctis, sed circa quartã vi Marc. 6.
giliam cum iam fere de labore desperabãt.
Quilocus nos admonet, nũquam de Deo,
vel etiam in maximis & periculosis rebus Abacuc. 2.
desperandum. Nam licet aduentum differ
rat, vt experimentum faciat: veniens ta
men veniet & non tardabit. Ideo si moram
fecerit expecta eum in omnibus angustijs
& tribulationibus, quẽadmodum Sancta
illa fœmina Susanna de qua dicitur: quod Dani. 13.
eius cor erat fiduciam habens in domino.
Quis rogo crederet post tot sterilitatis an
nos futurũ esse, vt Elisabeth pareret? Insu
per & Zacharias iam ad senilem deuenerat
ætatẽ, vt inde intelligas conceptum magis
desperatũ esse. *Factum est autem cum sacerdo
tio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante
Deum secundum consuetudinem sacerdotij: sorte
exijt vt incensum poneret, ingressus in templum
domini.* Factum est, inquit. Hæc loquu
tionis forma frequens est apud Lucam: ac
si diceret. Accidit. Porro Zacharias ingres
sus est in templum Domini, in festo ex- Leui. 23.
piationis, quod celebrabatur decima die
Septembris. Ingressus est autem vt incen
sum poneret, offerens dona pro peccatis.
At nostra hac tempestate multi reliquũt
officium offerendi, & assumũt sibi munus
auferendi, & expoliandi templa domini.
Hinc fit vt isti diuites & pingues fiant bo
nis ecclesiasticis & decimis, ipsæ vero eccle

Universidad de Deusto
Biblioteca

siæ pauperrimæ: quorum domus nitore artificio sunt elaboratæ, lectum & eius fulcra pauimentis aureis strata, altaria vero domini omnino ex parte neglecta. Qui denique argenteis & aureis vasis potum assumūt, calices vero multi ecclesiarum plumbo, & vilissimo ære sunt cōfecti. Sed de his satis. ¶ Ex hac autē diui Lucæ lectione existimarūt multi *Ambro. & Beda super Luc.* Zachariam fuisse sumnum sacerdotem & pontificem, quia incēsum apponere semel in anno intra Sancta sanctorum tantūmodo soli pontifici licebat. Sed quia nullus Iudæorum de hoc pōtificatu & sacerdotio loquens aliquā mentionem sacerdotij Zachariæ facit mihi rectius apparet, si dixero illum non fuisse summū sacerdotem. Nam apponere incēsum etiam minores sacerdotes facere poterant, quia quilibet lotis manibus & pedibus, accipiens prunas de altari holocaustorum intrans primam partem templi, quæ vocatur Sancta concremabat thymiama & tunc erat sacrificium consummatum. In illam vero partem quę vocatur Sancta sanctorum, solus summus sacerdos intrabat cū sanguine hirci & vituli immolati pro peccato populi, vt illo sanguine propiciatoriū aspergeret. At si Zacharias esset ingressus cum tali sanguine in Sancta sanctorū non vtique euangelista tacuisset: cum id esset maximū inter omnia quæ ad officium summi sacerdotis pertinebant. ¶ Præterea Angelus apparuit ipsi, dum nuntiū afferret, in præcipua parte vbi suū officium exercebat: & hic dicitur quod apparuit ei stans à dextris altaris incēsi quod altare nō erat intra Sancta sanctorū. Quod si dixeris soli summo sacerdoti licitum esse apponere incensum intra Sancta sanctorū in die expiationis, dicēdum, id verum esse, sed illud aroma non ponebatur ad sacrificium, sed vt nebula inde consurgens operiret locum illum, dum Pontifex aspergebat sanguinē hirci, & vituli. At Zacharias non posuit incensum isto modo, sed offerens illud super altare incensi ad consummationem sacrificij. Deniq; in patrocinio meæ sententiæ facere intelligo id, quod in *2. Para. 29* libro Paralipomenon secundo ad sacerdotes loquitur Ezechias. Nolite negligere filij mei. Vos elegit Deus, vt stetis coram eo & ministretis ei, colatis eum, & eremetis incensum. Hoc ergo incensum, cuius ministerium ad minores sacerdotes attinebat posuit Zacharias accēdēdo thymiama pru-

Leui. 16.

nis ardentibus, ponendo hoc incensum super altare incēsi, quod item altare aureum appellatur. At si literam diui Lucæ introspexeris, satis constat quod non erat summus sacerdos cum dicitur illum esse de vice Abiæ, quia ex viginti quatuor sacerdotibus minoribus erat, quique sorte exijt, in ordine vicis suæ: quæ omnia ad minores sacerdotes pertinere clare constat. ¶ Notabis etiam quod sacerdotium illud sorte illi cōtigit, non vsurpatum aut male acquisitum. Vbi discas, sacerdotium, aut officium prælato non adeundum esse negotiatione, aut ambitu, sed tanquam alteri Aaron. Nam *2. Para. 26. Num. 16.* cum Ozias sacerdotis officium arroganter sibi assumeret, lepra coopertus est. Et Core cum suis cōsumptus est igni. Zacharias autem sorte exijt. Vnde sapiens ait. Dabitur illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima. Illis autē verbis quibus ait, in ordine vicis suæ, docemur ne in ecclesia Dei ministeria sint confusa: sed vnusquisque ita ministerium suum exerceat, vt alienum nolit vsurpare. At sunt aliqui homines qui cum ad sua munera obeunda minime sufficientes sint, aliorum officia volunt facere, & sic contingit sæpius ministerium domini in ecclesia confundi, vnde etiam fit vt inter ipsos ministros rixæ & contentiones oriantur. Ideo dominus Aaron de leuitis loquutus ait. Ad vasa sanctuarij, & altare non ascendant, ne moriantur. Vult nanque dominus vt vnusquisque suo proprio munere fungatur, ne confusio sit in ministerio domini. ¶ Vide etiā quod dixit, ordine vicis suę ante Deū, hoc est, in conspectu dñi. Nam certē quidquid agimus, in diuino conspectu agimus, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius. *Hebræ. 4.* Quod quidem in omni opere & cogitatione tua attentius considerare debes, cū quid quid agas, coram Deo agas. Sed væ hominum impudentiæ qui maiori pudore corā hominibus suffunduntur, quam corā Deo. Nam multa audemus facere in Dei conspectu, quæ puderet nos facere coram hominibus, sed beatus est ille (Ecclesiasticus inquit) qui videt circunspectionē Dei. Deuenit nanque peccator in id genus stupidū stultitiæ: vt existimet, quòd cum ipse non videat Deum nec ipse videtur à domino: in cuius gratiam hæc insana verba proferūtur. Quis videt me? Tenebræ circūdant *Eccle. 23.* me, & parietes cooperiunt me, & nemo circun-

cunspicit me. Quem vereor? Delictorum meorū non memoratur altissimus. Et non intellexit quoniam omnia videt oculus illius. Vnde putabat Iudas filius Iacob peccatum suū occultum esse: sed Thamar misit annulum & baculum & patefactum est. *Gene. 38.* Sic Dauidi dixit Nathan, tu fecisti absconditè, ego autem faciam verbum istud in cōspectu omnis Israel. *Et omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.* Hoc est in atrio templi, quia non licebat secundum legem, populū ingredi Sancta, aut Sancta sanctorum, idest secundam partem templi. Tres nāque habebat templum Salomonis potissimas partes. Priorē partem Sanctasancto rum vocabant: secundam verò, Sancta, vbi omnes ministri & sacerdotes ingrediebantur. Tertiā verò partem Atriū appellabāt, in quā vniuersus populus congregabatur. *De cōse. dist. 1. c. sacerdotum.* Sic etiā & olim in nostris obseruabatur tēplis & ecclesijs: in cuius rei gratiā quoddā decretū erat sancitum, vt laici inter clericos nō sederent, interim dum sacra peragūtur: quod quidem sanctè & religiosè institutū est. Nam si tanta reuerentia volebat dominus, vt in illo templo antiquo omnes incederent, vt dum sacra celebrabantur, non licebat populo templū ingredi, cum omnia illa vmbra essent & figura eorū quæ faciendā erant in tēplo nostro vbi Christus verus Deus & hostia immaculata pro peccatis offertur: quantò maiori reuerentia deberet christianus populus sacris interesse? Tamē ad id genus impudentię multi seculares deuenerunt, vt ita sint altaribus proximi, vt celebrantibus sacerdotibus maximum sint impedimentum, vt ad cornua altaris non possint volui. O vtinā, ecclesia nostra plures haberet Ambrosios: qui sanctissimus vir, vel ipsi Imperatori Theodosio concedere nolut vt prope altare accederet: sed iussit illi, vt recederet in locum ipsi populo signatū. Et illa olim memoria digna erat consuetudo, quòd interim dum lectiones, & euangelia legebantur vniuersus in templo aderat populus: postea tamen dum sacerdos Christi corpus conficiebat, ejiciebā tur foras catechumeni: nunc etiam non solum seculares & mulieres, sed etiā canes vsque ad aras ingrediuntur. Sed de his alias. Vbi autem dicit sacerdotē esse intra Sācta, populū autem foris: datur nobis intelligi, quod Christi sacerdos mysteria dñi & arcana magis percallere debet quā populus: & cum proximus Deo sit tractare debet ea frequentius, & profundius penetrare. Is enim debet esse pastor & vitæ integritate, & moribus incorruptis, vt ipsius comparatione cæteri greges dicantur. Tenetur nanque sacerdos quæ Dei sunt altius & profundius cognoscere, quā reliqui alij homines. Vtinam non à popularibus edoceamur, ne uè propinquiores Deo sint quam nos, cum multis negotijs secularibus & exterioribus impediti simus. Vtinam cum fatuis virginibus non excludamur, & seculares cum Christo sponso ad gloriam admittantur. *Matth. 25.* *Apparuit illi autem Angelus domini stans à dextris altaris incensi.* Bene apparuisse dicitur ei (vt Augustinus diserit) quandoquidem repente eum aspexit. Quod quidem scriptura diuina de Angelis aut de Deo loquēs consueuit dicere vt quod præuideri nequit, apparere dicatur. Sic in Genesi dicitur. Apparuit Deus Abrahæ in conualle Mambræ. Apparuit autem ad altaris dextram Angelus læta nunciaturus: nam quæ dextra sunt fœlicitatis nomen sortiuntur. Talem enim locum Angelus elegit, qualia erant nuncia, ab ipso allata. Vbi non ab re notandum erit, quòd nusquam Angeli certius inueniuntur, quam vbi sanctis & pijs operibus vacatur. Qualem operum tuorū desideras inspectorem, talia operare. Vbi nanque conuiuijs, epulationibus, mendacijs, & carnis voluptatibus datur locus: ibi non Angelus domini, sed Satan apparebit quia ipsius operibus assistitur. ¶ Præterea non omnibus, sed mundis corde & sanctis apparuit qualis erat Zacharias. Apparuit illi orāti, & ab amplexibus abstinēti, & à mū dana turba separato. Sic nimirū si tu cælestibus cupis frui gaudijs à terrenis necessum est te ipsum abstinere. ¶ Deniq; id diligenter obserua, quod dum Zacharias suo officio & munere fungeretur, apparuit illi Angelus dñi. Quja bono muneri erat intētus, meruit Angelum domini videre. Fauet enim dominus hominibus qui sanctis muneribus funguntur. Sic dominus Petrū & *Matth. 4.* Andream piscantes vocauit: quos discipulos, & Apostolos suos fecit. Nec sine mysterio intelligas euangelistam dixisse. Erant enim piscatores. Quid enim ad nos facit scire, vel non scire illos esse piscatores? Quod certe dictū fuit, vt sciamus, multos aliquādo ad piscandum ire, qui quidem piscatores non sunt, fungūtur enim piscatorio mu-

Augu. de videndo Deum epi. 112. c. 5.

Gen. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nere, vt delectẽtur, non vt eo viuãt. Petrus vero & Andreas piscabantur, quia eo munere necessaria vitæ comparabant. Quod quidem Euangelista expresit, vt doceat Deum suis officijs & muneribus intentis fauere, & ijs qui suis manibus, non alienis officia exequuntur. Sed tu qui episcopus es, quid ad hæc dices? Et tu qui beneficium habes, & animarum curam: quid est quod eas tradis manibus conducti mercenarij? quid est quod eas non visitas, nõ lactas, nõ pascis, nec sacramenta porrigis? Quare pastor cum sis, pastoris officio non fungeris? Quare oues iugulo tradis, postquã sanguinẽ suxisti? Quare ecclesiæ tuæ nõ assistis? Tibi profecto non angelus lucis apparebit à dextris: sed angelus Satanæ in articulo mortis à sinistris: & sicut perpetuo absens es à tua ecclesia: ita perpetuo diuino regno destituêris. Nec id faceres, si intellexisses, quantã pernicie tuo gregi inferas, cum tua absentia. Nam absente Mose populus ido

Exod.32. lolatriæ seruiuit: quod vtique non fecisset si ipse Moses adesset. Nec mirum si actis Apostolocis legamus, quod vmbra Petri

Acto.5. sanitatem dabat infirmis: vt intelligas quãtum interfit, vt prælati semper suis ouibus custodiendis assistant: cum vel sola vmbra sanos eos faciat. In regalibus curijs prælati nihil aliud mihi videntur, quã mortuæ caluariæ. Quando canis molossus, cui data cura est pecus custodiẽdi relicto grege in mõte domũ petit, vt panis quadram vel aliud quid possit capere: solent filij familias, & famuli vocibus obstrepentes canem è domo eijcere, & illum fustibus cædere dicentes: Abi ad pecus, abi ad pecus, vt iterum ad custodiendas oues abeat. Ita in regum & aliorum secularium principum curijs plures prælatos, & antistites videbis, quibus animarum cura data est, qui semper habẽt in faciem regis oculos conjectos, vt si forte pinguior episcopatus, vel alia opima dignitas vacet: quos quidem valde similes ego esse iudico canibus, qui buccellam panis à manibus domini sui ab ore ipsius pendentes expectant. Quos certe principes, & vniuersi homines à ciuitate vocibus, & clamoribus deberẽt expellere, dicẽtes. Canes nequã & proditores pergite advestras oues custodiẽdas, nolite amplius hic demorari. Solent aliquando mulieres, præsertim illæ quæ delicatam nimis, & mollem vitam instituunt, postquam infantem pepererunt, nutricibus alendum tradere, & illis imponunt omnem laborem & diligentiam, quã ipsæ deberent præstare. Et id nulla alia de causa faciunt, nisi quia iterum ipsæ volunt grauidæ fieri, cum maritis carnaliter & viciose accumbendo, vt vel sic nullam curam erga filios nutriendos adhibentes totas se libidini voluptatibusque tradant. Similes his mulieribus sunt multi ecclesiastici in regum curijs, qui vt in libertate, & sine labore viuant oues sibi creditas, cõductis ministris & mercenarijs tradunt, vt secũdum regulas carnis in aulis regalibusque dominibus assistant. Quod si dixeris alium ecclesiæ in tuũ locum substituisse, qui recte officio tuo possit fungi, quem quidem non immerito omnes credãt pro te eandem diligentiam, quam tu præstaturum, quæro à te, si tibi tanquam digno, & literato huiusmodi officium collatum est, tu verò aliũ substituis, qui te indignior sit, nonnè oues tibi commissas manifesta iniuria affi cis? Si verò mercenarius substitutus ita est dignus, vt tu, & vel forte dignior maioriq; præmio afficiendus, nunquid illi iniuriam non infers, si non donaueris illi omnes fructus beneficij, quos tu ociosus colligis cum illi potius essent tribuendi quandoquidem ita doctus, & dignus sicut tu, vel forte dignior, omne pondus & laborem sustinet, quem tu ignauia & pigritia perditus subterfugis? Quod si hæc quæ dicimus vera sunt, quid est quod omnes fructus beneficij ab eo poscis, nihil ei relinquens, quo vitæ suæ possit consulere? Qui

2. Thessa.3. non laborat (inquit Paulus) non mãducet. At si tu non laboras, quare manducas? In Numeris legitur, dixisse dominum sacerdotibus & leuitis. Excubate in custodia

Nume.28. sanctuarij. Nam quemadmodum ianitor, ianuę ipsi debet assistere, & nauis gubernator in puppi sedere, ita etiam præsul adesse debet suæ ecclesiæ, vt oues suas doctrina & exemplo pascat, quod proculdubio vel non, vel summa cum difficultate absens præstare poterit. Quis non videt, hæc quæ diximus proprium hominem requirere?

1. Timo.3. Qui episcopatum desiderat (inquit Paulus) bonum opus desiderat. Non dicit bonam dignitatem, aut diuitias bonas, voluptates, seu redditus (quæ omnia quanuis non damnãda tamen non est in eis omnis pastoralis cura constituenda) sed bonum opus, & bonum laborem. Per præsentiam suam

Matth.9. *Lucæ.7.* *Ioan.11.* suam suscitauit dominus filiã Archisynagogi, filiũ viduæ, & Lazarum: non tamen per procuratorem, aut substitutum. Qua de causa dominum nostrum Christum, vt nobis sempternum documentũ relinqueret suo exemplo quum per alium salutem largiri posset nunquam legimus valitudinem præstitisse, singulis manus imponens

Lucæ.4 (ait noster euangelista) curabat eos. Iacob reddens rationem quomodo oues Laban custodierat, dixit. Noctu diuq; gelu vrgebar, & somnus fugiebat ab oculis meis. Cũ

Gene.31. dicit, se oues custodisse, non dicit se habitasse in aula regia, nec in Põtificis curia, ne ue somnos delicatos & dulces cepisse, aut per miñisterium alicuius oues obseruasse: tunc nanque non diceret: & somnus fugiebat ab oculis meis. Ita nimirum necessum est vt semper pastor ouibus custodiendis adsit. Nam Samaritani tãdiu morsibus leo

4. Reg.17 num fuerunt infestati, quãdiu inter eos sacerdos non fuit: sed postquam ad eos venit sacerdos domini, qui cultum diuinum eos docuit, ira leonũ fugit ab eis: ita enim præsentia prælatorum admodũ est necessaria, vt illis absentibus, prorsus ignoret populus diuinum cultum, & obseruantiam diuinorum mandatorum: sicut contigit illis Samaritanis. Vnde in Prouerbijs habetur.

Prouer.11. Vbi non est gubernator, corruet populus. Quando multas dignitates te habere dicis, ridiculum est, vt fatearis, in pluribus posse simul locis esse. Quando in Dei ecclesia deficerent homines, non mirum esset, si vnus homo episcopus, & cardinalis, & abbas esset: itemque plura haberet beneficia. Tamen immensæ gratiæ ob id Deo agendæ essent, eo quod permultos & sapientes viros & in theologia, & in sacris iuribus nobis dedit, tum etiam sanctis moribus imbutos, qui nec buccellam panis ad comedendum habent. Sed quare tria vel quatuor beneficia simul haberevis, cum nec tres homines in illis sint, de quibus cura tibi sit habẽda. Præcipue cum pluribus sacerdotibus abundet ecclesia Dei, qui in misera paupertate vitam agunt, quique ad id beneficium obtinendum te digniores & præstantiores sunt? Quod si generosum & illustrẽ te esse dicis, & tuæ personæ dignitati omnes illos redditus esse necessarios, assumens tibi omnes redditus, quos vel ditissimus episcopatus habet, vt tuam libidinem & auaritiam explere possis, ò nefandũ dictum, & dæmonis laqueus astutissimus: cũ velint isti Christi patrimonio vanitatibus mundi, & insaniæ suæ deseruire. Quod certe nihil aliud mihi videtur, quam hominem velle esse centaurum, aut Minotaurum: hoc est, mediam feram, & mediũ hominem. Nam ecclesiasticus cum sis, & mũdo renunciaueris, adhuc mũdo imperare cupis, & suis voluptatibus immiscẽri, non attendens dictũ domini. Regnũ meum non est de hoc mũdo. Quapropter si saluus esse cupis, vnum *Ioan.19.* tibi accipito beneficium, quod pro dignitate & persona tibi sufficiens sit: cætera autem in bonos & doctos viros cõferas: cumque tuæ ecclesiæ inseruieris, & in eo laboraueris, postea refectionem accipe, cum dignus sit mercenarius mercede sua. Nãque *Matth.10.* luna cum minor sit stellis, plus tamen mouet hæc inferiora, quam quelibet illarum: non quòd natura sua efficaciorẽ habeat virtutẽ, sed quia proximior est nobis in inferno orbe constituta. Vbi iam videris quantum valeat propinquitas ad mouendum. Eodem modo præsul debet præsentia sua subditos regere, nec ab eis discedere, vt eos possit ad virtutem inclinare, quibus ita familiariter debet agere, vt ipsorum nomina cõperta habeat. Quod si dñs voluit vt Adã *Gene.2.* subditorũ animantium nomina cognosceret: quid respondebit prælatus, qui per totũ annũ ecclesiam nõ videt? Quomodo nomina eorũ cognoscet? Quod si quantũ pertinet prælatorũ persona in omnibus agendis velis intelligere, scias Giezi non potuisse baculo Eliseι mortuũ puerum suscitare, *4. Reg.4.* quousq; ipse Eliseus domũ adiuit. Præsentia prælati, vel mortuos suscitare valet: ipsius vero absentia nefandã scelera cõmittũtur. Quis enim tã stupidus & mẽtis inops est, vt nõ intelligat perpetuã prælatorũ absentiã à suis ouibus cõtra legẽ diuinã, naturalem, & positiuam esse? Et enim scriptura diuina, sacra cõcilia, necnon & naturalis ratio id nobis demõstrãt prælatos teneri suis ecclesijs assistere. Quod si placuerit, legas aliquãdo de hac re beatũ Augustinũ, Gregoriũ Nazianzenũ, Hieronymũ, Ambrosiũ, Gregoriũ, Chrysostomũ, Bernardũ, & *Aug. lib. de pasto. Nazi. in oratione de statu. epis. Hiero. epistola ad Oceanũ Ambro. & Gregorius in* tandem post plura alia cõcilia sacrum Cõcilium Tridentinum eleganter de hac re loquutum. Et nihilominus licet hæc ita sint non desunt plurimi Theologi qui in oppositam sentẽtiam abeant, etiam si stimulus conscientiæ eos pungat, hoc argumẽto mo

Universidad de Deusto
Biblioteca

pasto. Chrys. de sacerdotio Ber. ser. 77. in tanti. & Concil. Tride ti. sessio. 6. & sessio. 23 in decreto de reformatione.

ti, vt episcoporum gratiam sibi concilient, & vt rudi plebi suam scientiam & acumen ingenij ostendant. Id enim est hominum ingenium, vt tunc existiment coram rudibus & ignorantibus aliquod magnum faci nus perfeciſſe, si singularem aliquam opinionem quantum vires valuerint, defendant. Nam id quod alij tenent sibi commune videtur, & non se peritos existimãt, nisi peculiarem aliquam opinionem tueãtur, etiam si ex diametro cum ipsa veritate pugnet. Quos insipiẽs & stolidum vulgus scientes appellat, cum aduersus communem sententiam insurgunt. Quod hominum genus arrogantiam & superbiam tan quam humilitatem amat: nec mirum si tales aliquando in periculosas hæreses, & miseros delabantur errores. *Et Zacharias turbatus est videns, & timor irruit super eum.* Quod contigit ex subito & insolito angeli aspectu, & ex humana fragilitate: sicut Danieli contigit, qui viso angelo dixit. Non remansit in me fortitudo, sed species mea immutata est in me, & non habui quidquam virium. Nec subinde mireris, si audieris Zachariam viso angelo turbatum esse: nam vulgo celebratum erat, eum hominem statim moriturum, qui Deum vidisset & angelum eius. Quod verum esse historia Gedeonis manifestè nobis indicat. Nam videns Gedeõ quod angelus ei fuisset loquutus: dixit. Heu mihi domine Deus, quia vidi angelum domini facie ad faciem. Dixitque illi dominus. Ne timeas, non morieris. Sic etiam Manue pater Sansonis intellexit, sibi angelum apparuisse: dixitque ad vxorem suam, Morte moriemur, quia vidimus dominum. *Ait autem ad illum angelus. Ne timeas Zacharia.* Multum interest inter boni angeli, & mali visionem. Nam angeli boni initio visionis terrorem & timorem incutiunt: postea reficiunt, & consolantur. Nam cum primum hic angelus bonus Zachariæ apparuit, illum deterruit, statim vero illum consolatur dicens. Ne timeas, & illum lætum facit, promittens illi futurum filium, gloriam & decus totius seculi. Apparuit etiam bonus angelus beatissimæ virgini, quæ licet statim tremuerit: subinde tamen tanto & tam incredibili gaudio illam perfudit, vt humanis verbis explicari nequeat. Apparuit etiam pastoribus: qui etli principio turbati fuerũt, tamen postea incredibili gaudio sunt perfusi cum læto nuncio natiuitatis saluatoris. Ita quæ sunt Dei nimis ponderosa & grauia principio apparent: vt sunt virtutes, quæ earum nouos cultores deterrent: tamen si ipsum finem respicias delectabilis, gratus, & suauis est. Si toracem nouum induis, caligas, vel tunicam, prima die, defatigatus incedis, ita vt te ipsum mouere nõ possis: at si tres vel quatuor dies hæc assueueris grata tibi & iucũda videntur. Vnde diuinus Paulus dicebat. Induimini dominum Iesum Christum. Qui quidem vestis nostra est, nobisque ipsis confecta: qui si principio visus fuerit, non tibi commensuratus, perseuerandũ tamen tibi est, tunc que æque illũ & corpore & anima indues. At dæmon & carnis vitia multo aliter sese habent, nam principio dulcia, amica, & iucunda accedũt, postea tamen, animam torquent. Induit enim se dæmon cum ad tentandum accedit, læto & amœno vultu, tamen in fine animam ipsam tristem relinquit, & inquinamentis carnis contaminatam. Statua illa, quam vidit Nabuchodonosor, caput habebat aureum, pedes verò terreos: quia vitia omnia aureis & pretiosis vestibus induta nobis ostendit, pulchra & decora facie picta: quæ (si attentius consideres) finem habent vilem, miserum, & infœlicem, qualis est peccati. Vnde memorem te esse oportet in visione tam angeli quam dæmonis ipsius finis. Virtus nãque in fine delectat, vitium verò torquet. Verum vt scias, quomodo sancti angeli fortes reddunt illos, quibus apparuerũt, postquam angelus Zachariæ dixit, Noli timere, statim illũ consolatur, dicens. *Quoniam exaudita est deprecatio tua.* In primis certum id est, Zachariam non orasse, eo quod dominus illi prolem concederet, quando de ea angeli promittẽti desperabat. Quo circa dici solet, quod orabat pro populi salute, qui exauditus est, cũ filius datur: nãque natiuitas Ioannis Baptistæ initium fuit liber tatis populi. Verùm quantum ego conijcere possum, orabat, vt Messias illi daretur, tanquam alter Simeon: & ideo subditur ab angelo. *Et Elisabeth pariet tibi filium.* Quorum verborum sensum intelligo. Messiam pro quo oras, dabitur: & vltra hoc Elisabeth pariet tibi filium, huius Messiæ præcursorem, cuius tu pater eris. Et post pauca addit angelus. Ipse præcedet ante illum. Hoc est præcedet Messiam, pro cuius aduentu depre-

Danie. 10.

Roma. 13

Danie. 2.

Indi. 6.

Iudi. 13

Lucæ. 2.

deprecatus es. Quæ sententia aperte conuincitur, quia relatiuum, illum, non refert nisi Christum, quem Ioãnes anteiuit, quẽ Zacharias summis precibus postulabat: & cõiũctio, &, additionẽ significabat, scilicet, q̃ pater esset Zacharias præcursoris Dni. Vbi obserua, quod quando angelus hic loquutus est Ioseph de partu virginis, non dixit, pariet tibi, sed pariet absolute: quia Ioseph nihil ibi operatus est. At Zachariæ dixit, pariet tibi filiũ: hoc est, pariet filiũ à te genitũ. *Et vocabis nomen eius Ioannem.* Quod quidem magnum priuilegiũ est, vt ab ipso domino Ioanni nomen imponatur: quod dominus non consueuit facere nisi cum dilectissimis amicis suis, vt cum Abraham & beato Petro. Innuit nanque dominus, cum nomen alicui imponit, donum aliquod diuinitus illi esse concessum. Sic dictum est Abrahæ. Appellaberis Abraham, quia pater multarum gentium constitui te. Et Petro. Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Imponitur enim huic viro nomen aptissimum & sibi conueniens: futurus nanq; erat Ioannes, vt coram vniuerso mundo gratia & donis diuinitus concessis illustris & splendidus esset. Nam sicut Adam nomen omnibus rebus imposuit conueniens earum qualitatibus & naturæ: nomen igitur à Deo alicui impositũ aptius & conuenientius illi adaptabitur. Vnde psalmista loquens de Deo inquit. Qui numerat multitudinem stellarũ, & eis nomina vocat. Omnes nanque angelos (quos hic nomine stellarum intelligit) proprio vocat nomine: quamuis scriptura tantum trium meminerit. Tamen si per omnium angelorum & hominum nomina (duobus exceptis) discursum feceris, nullum ita sublime, ita magnificum & illustre inuenies sicut Ioannis: Ioãnes quippe gratum significat, gratia plenum, miris indultis, immunitatibus & priuilegijs insignitum. Etenim in humana creatura nihil magis magnificum, aut excellentius inueniri potest quam Deo placere. Nam si ij, qui in cælis & in sanctorum habitaculo sedent, Deo non placuissent, nequaquam vlla beatitudo illis esset: & si qui in infernis torquentur aliquid diuinæ gratiæ participarent, vtique miseri non essent, sicut qui in purgatorio detinentur, non sunt miseri. Vere Ioannes beatus & fœlix dici potest, qui tale nomen consequi meruit, non ab ore hominũ aut angelorũ positum, sed ab ore Dei. Et quemadmodum hoc nomen maius & excellentius est omnibus alijs nominibus: ita ille, cui nomen est impositum maior & illustrior est omnibus hominibus *Et erit gaudium tibi & exultatio.* Nam vt inquit Salomon, filius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mæstitia est matri suæ. Zacharias quippe protinus, vt vidit filium, maxime lætatus est, & vt suæ lætitiæ signum manifestum ostenderet, cantauit. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit, &c. Sic in prouerbijs legimus. Exultet in gaudio pater iusti: & qui genuit sapientem lætabitur in eo. *Et multi in natiuitate eius gaudebunt.* Et inferiùs dicit noster Lucas, quod vicini omnes audientes, magnificasse dominum misericordiam suam cum illa, congratulabantur ei. Quod quidem eueniebat, nam cum Zacharias & Elisabeth iusti & sine querela essent, & nemini malum inferrent: ab omnibus diligebantur, & de bono Zachariæ omnes lætabantur. Gaudebant etiam videtes miraculum nouiter factum de conceptu sterilis mulieris, & cum cognoscerent maximam vtilitatem venturam populo, & considerabant diuinam visionem, quam habuit Zacharias in templo, completam esse in puero nato. Hoc quidem in huius sancti natiuitate commendatione dignum existimo: quod non solum Christianus populus, sed vniuersus terrarum orbis Mauri, Turcæ, & infideles in festo natiuitatis eius miris lætitiæ & exultationis signis exultant. *Et erit magnus coram domino.* Mirabile dictu angelum dixisse, Ioannem futurum magnum coram domino. Audite obsecro, qualis & quantæ excellentiæ sit iste, de quo nobis est sermo. Nam si collatione regis terreni nullus subditorum dicitur magnus: qualem illum existimatis, qui coram Deo, ante cuius conspectum vniuersi imperatores & reges terræ nihil sunt, magnus appellatur? Audias obsecro sapientem qui Deum alloquitur dicens. Tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris, qui cadit in terram. Et sanctus Esaias. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei. Omnes fluuij ingredientes mare nomen suum amittunt: nam cum mare ita vastum sit & profundum omnes ingurgitat. Sic nimirũ magni

Matth. 16.

Gen. 17.

Genes. 2.

Psal. 148.

Gre. hom. 13 super Gen.

Prou. 10.

Sap. 11.

Esa. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudo & excellentia Dei ita grandis & incomprehensibilis est: vt siquid magnum in nobis esse dixerimus comparatione facta ad ipsius magnitudinem statim magnitudinis nomen amittet, & nihili nomen assumet. Nam si liberalitatem nostram cum diuina conferre vellis, auaritiæ nomen meritò sortietur, si bonitatem nostram cum diuina æquiparare nitaris, malitiæ nomen & peruersitatis induet: si denique nostrum esse & diuinum æqua lance perpendas, iam nostrum nihil, & tanquam vmbram esse merito dices. Sed velim certe intelligere, quid est, quod diuus, Ioannes, non solum magnus appelletur, sed magnus coram domino? Hæc quidem magnitudo in admirationem me rapit, vt magnus appelletur iste, in illius conspectu ante quem vniuersæ creaturæ nihil sunt. Magnus hic fuit non natura, sed æstimatione. Multi coram oculis suis magni sunt, vt superbi, qui & magnos se esse putant, & ad grandia natos: de quibus in Esaia dicitur. Væ qui estis magni coram oculis vestris. Sic fuit Lucifer, qui sibi ipsi placens dæmon factus est. Sic fuit Nabuchodonosor qui tantam sui ipsius voluptatem cepit, vt in irrationale animal fuerit conuersus. Hi sibi ipsis sunt causa, vt luant pœnas, cum se aliquid esse putantes nihil sint. Putantes sapientes se esse, stulti facti sunt. Huiusmodi erat episcopus ille, de quo in Apocalypsi habetur sermo. Dicis quod diues sum, & nullius egeo & nescis quod pauperes, & nudus, & cæcus. Solus ille vere magnus habendus, qui à domino plurimi fit quique domini statera & incorruptissimo suo iudicio perfectus iudicatus fuerit. Vnde egregie diuinus Paulus. Non qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat: sicut beatissimus Ioannes commendatus fuit. Sed quem obsecro Deus vnquam sicut Ioannem commendauit? Neminem vtique. Commendauit, & laudauit Nathanaelem dicens. Hic verè Israelita est, in quo dolus non est. Et Magdalenæ dixit. Sinite illam, bonum enim opus operata est in me. Et Petro. Beatus es Simon Bariona. Centurioni. Non in ueni tantam fidem in Israel. Paulo. Vas electionis es mihi. Et Cananææ. O mulier magna est fides tua. Verùm enimuerò has laudes dominus obiter & velut in transcursu protulit: quæ duo tantum vel tria verba continent. At vero non ita se gessit in laudibus Ioannis Baptistæ, sed pleno ore, & absoluto sermone in laudes eius prorupit: & postquam illum laudauit, de vitæ constantia, de asperitate, & sanctimonia, eum angelum, prophetam & plusquam prophetam, & inter natos mulierum maiorem appellauit. Talibus encomijs à domino celebrari, magnæ laudis est. In quo obsecro diuus Ioannes magnus fuit? Imo in quo non magnus fuit? Magnus in conceptione, magnus in natiuitate, magnus in vita, magnus doctrina, magnus in officio & sanctitate, & magnanimus in sua morte. Habuit nanque sacros euangelistas suorum gestorum scriptores, & Christum sua rum virtutum egregium concionatorem. Nec illud silentio prætereundum, quod cum Ioannes euangelista tanquam aquila volasset, & postquam mysteria diuinitatis, originem & natiuitatem verbi pertransisset, ad humanas res descendens, prior in qua gradum sistit fuit Ioannes Baptista, tanquam in sublimiori vertice & cacumine totius mundi. Quando quis in lucem respicit, & oculos luce circunfusos habet, si tunc auertat à sole oculos, & aliò transferat nihil videt, vel maxima debet esse res, vt aliquid videre queat: quo argumento colligitur magnam & sublimem rem esse Ioannem Baptistam. Nam cum sacer euangelista oculos remoueret à radio solis (cum sicut aquila in solem respexisset) statim ad Ioannem Baptistam se conuertit & dixit. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Vt videas quis Ioannes Baptista sit, & quam propinquus sit Deo. Si aliquã do videres regem à principibus & magnatibus comitatum per publicam viam incedentem, nonne illum magis familiarem regi diceres & magis amicum, qui propinquior regi esset? Coram Christo rege æterno omnes veteris testamenti patres adierunt, & post eum omnes homines noui testamenti. Sic Abrahæ dixit. Ambula coram me. Et Ezechias dixit domino. Memento, quod ambulauerim coram te. At vero omnibus noui testamenti dicit. Sequimini me. Petro & Andreæ dixit. Venite post me. Idem dixit Matthæo, & omnibus alijs discipulis. Similiter nobis dicit. Qui vult venire post me, abneget semetipsum. Tamen Ioannes non est ex illis qui præeunt, aut qui illum sequuntur. Fuit nanque

Esa.5.
Esai.14.
Dan.4.
Apoc.3.
2.Cor.7.
Matth.11.
Ioan.1.
Mar.14.
Matth.16.
Matth.8.
Act.9.
Matth.15.
Matth.11.
Ioan.1.
Gen.17.
Esai.38.
Matth.4.
Matth.9.
Luc.9.

nanque finis veteris testamẽti, quia lex & prophetæ vsque ad Ioãnem Baptistam duravuerunt: at fuit principium noui testamẽti: quia ipse incepit prædicare regnũ cælorum. Et de illo dixit Christus. A diebus Ioãnis Baptistæ regnum cælorum vim patitur. Ideo nec coram rege, nec post regẽ, sed proximus regi venit, vt magnũ & optimatem illũ iudicemus. Et hinc illud est, quod omnes veteris testamenti de futuro prædixerint. Veniet rex. Esaias. Ecce dominus veniet. Sic Dauid, sic & alij prophetæ. Tamen omnes noui testamenti, qui illum sequuntur, dixerunt regem venisse de præterito, & iam præcessisse. Sic diuinus Paulus. Misit Deus filium suum. Tamen cum Ioannes proximus sit regi, inquit de præsenti illum digno demonstrans. Ecce agnus Dei. Sed cum de excellentia Ioannis multa possemus dicere, breuitatis causa ea omittimus: & quia in visitatione sanctæ Elisabeth aliqua etiam dicemus. *Et Vinum & siceram non bibet.* Diuites huius seculi omnem suam fœlicitatem, laborem & industriam collocant in parádis sibi cibis lautis & opiparis, potuque frigida niue commixto, quæ res nihil nobilitatis in se habet, imò rusticitatẽ & ignobilitatem. Nã diui Ioannis magnitudo & excellentia ea fuit, vt se pauciſsimo cibo & potu alere: vt mirum sit, quo modo vita ipsa constistere potuit. Ioannes non fecit miraculum, quia omnis eius vita miraculosa erat. Nam siue vitam, siue esum, siue potum, siue demque indumentum respicias: hæc omnia miracula sunt, & portento simillima. Porrò sicera apud Hebræos nomen generícũ est, omne id significans, quod inebriare potest: dicitur enim à verbo sachar, quod est inebriare. Quo verbo angelus voluit significare, diuum Ioannem ita abstinẽtiſsimum esse, vt nec vinum, nec aliquid aliud biberet, quod ad ebrietatem spectaret. Sic etiam angelus apparens vxori Manue, quæ erat cõceptura Sansonem, qui saluaturus erat populum præcepit ne ipsa vinum biberet. Et similiter idẽ angelus apparens Manue præcepit, ne permitteret filium eius, qui nasciturus erat, bibere vnquam vinum in omni vita: debebat enim esse Nazarcus, hoc est, domino cõsecratus. Quanto melius Ioãnes Baptista, qui ab vtero fuit domino cõsecratus, & qui nunciaturus erat mundi saluatorem, oportebat, vt mirabili abstinentia polleret? Nam cum totus deberet esse in deserto intentus altiſsimæ cõtemplatiõni, ideo oportebat à cibis & vino abstinere: quia impedimento sunt, ne mens à terrenis ad cælestia euolet. Vnde in lege vetari sacerdotes prohibebantur vinum bibere: quando ingressuri essent sanctuariũ domini. Qui locus admonet vt ebrietates, & nimios cibos fugiamus, si Deo vacare volumus. Vnde Paulus. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Noe quia vinum biberat nudus iacuit, & irrisus fuit à filio. Holofernes etiam vino sopitus, sua ebrietate extinctus fuit: & filij Iob comedentes & bibentes in domo fratris maioris, cecidit domus vbi erat conuiuium: & omnes perierunt simul. Quid dicam de Loth, quem abstinentia ab incendio Sodomæ liberauit? At in mõte postquam vino inebriatus est, ad filias accesit, & cum illis rem habuit. Et Amon filius Dauid cum in conuiuio temulentus esset, misere occisus fuit: & multi alij sic infœliciter vitam finierunt, quos longum esset recensere. Vnde merito Ecclesiasticum dixisse intelligas. Multi per crapulam perierũt. *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.* Quemadmodũ speculum ñulla contagionis macula mũdum esse oportet, vt ad viuum imaginem expressam referat: sic nimirum beatissimum Ioãnem purum esse oportebat & mũdum, vtpote qui spectrum esse debebat, quod Deũ decebat exprimere, & vbi ipse Deus relucere debebat: & ideo ab vtero matris sanctificatus, & Spiritu sancto repletus fuit iuxta illud Hieremiæ. Antequam exires de vulua sanctificaui te, & prophetam dedi te. Dicitur autem Spiritus sanctus infundi & dari, quibus dona gratũ facientia infunduntur: illos vero implere dicitur, quos singulari & abundanti perficit gratia. *Et multos filiorum Israel conuertet ad dominum Deũ ipsorum.* In euangelijs etiam legimus, quod egrediebatur ad Ioannem omnis Iudææ regio, & Hierosolymitani vniuersi, & baptizabantur ab eo: Noster etiam euangelista inquit, quod milites & publicani veniebant ad eum dicentes, quid essent facturi, vt salui fierent. Instruebat, & baptizabat omnes confitentes peccata sua: quia verba eius Spiritu sancto erant plena, & hominũ corda penetrabant, ita vt ea renouaret, & sanctis institutionibus componeret. Ideo vt quæ dixerat angelus probaret, scilicet, ad

Matth.11.
Esai.40.
Psal.49
Gala.4.
Ioan.1.
Ioan.10.
Iudi.13.
Leui.10.
Ephe.5.
Gene.9.
Iudi.13.
Iob.1.
Gene.19.
2.Reg.13.
Eccl.37.
Hier.1.
Matth.3.
Marc.1.
Lucæ.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad prædicationem multos esse conuertendos, & illum potentem & illustrem in sua prædicatione futurũ, subdit dicens. *Et ipse præcedet ante illum in spiritu & virtute Heliæ.* Duob⁹ prophetis expressius figura Ioānis cõtigit, eo quod in vtero materno vterque sanctificatus fuit. Hieremiæ quippe dictũ *Hiere.1.* est. Antequã exires de vulua sanctificaui te. Cũ ambo ex genere sacerdotali fuerint. Heliæ verò similis fuit vitæ austeritate, & *3.Re.19.* libertate correctionis. Sicut Helias fuit præco iudicis, sic Ioānes fuit præco redemptoris. Ambo in deserto vixerunt parcissimo victu, inculti vestitu, ambo regum insaniã *4.Reg.2.* tolerant. Ille Iordanem diuisit, cælum pe- *Matth.3.* titurus: hic ad lauacrũ regenerationis quo cælum aditur, hominum corda conuertit. Ille virili pectore, & incredibili libertate *3.Reg.18.* vitia regis Achab arguebat, hic acerrimus *Mar.6.* erat accusator flagitiorum Herodis. Ille cũ domino gaudebat in gloria, hic cum eo cõ uersabatur in terris. Ille persecutus fuit Iezabel, hic ab Herodiade. Demum de Helia dicitur, quod erant verba eius sicut fac- *Eccle.48* la ardens: de Ioanne verò saluator inquit *Ioan.5.* esse lucernam ardentem. Ambo eodem spiritu & virtute venerunt, & efficax erat verbum eorum. Nominãtur hic parentes Ioã- *3.Reg.17.* nis. Helias verò sine parentibus introduci- *Gene.14* tur, sicut Melchisedec: quia Ioannes præuenit aduentũ in testimonium carnalis generationis Christi: Helias vero secũdum, vbi carnalis generatio nullum locum habe- *Matth.19.* bit, sed spiritualis. Vnde ipse saluator: In regeneratione cũ sederit filius hominis, &c ¶ Sed vnum hic aduertendum est quod eũ dicit angelus in virtute & spiritu Ioannem venisse: nomine virtutis non intelligitur aliqua virtus moralis, aut Theologica: sed per virtutem intelligit hic fortitudinem, siue animi vim: nam beatus Ioannes virili & audaci fuit pectore ad vitia principum & magnatum carpenda: quemadmodum Helias fecisse dicitur: & hoc animi robur, & fortitudinem vocauit angelus spiritum & virtutem, quæ ita magna fuit, vt dixerit angelus. *Vt conuertat corda patrum in filios: & incredulos ad prudentiam iustorum.* Vt alter Mo- *Exod.19.* ses, qui præparabat corda filiorum Israel, vt acciperent legem Dei, dicens, estote parati in diem tertium. Sic Ioannes dicitur Christo præparasse viam. Nam si quis nocte domum perueniat, nõ ab omnibus excipitur, sed solum à vigilantibus. Sic Ioannes præparauit populum domino. ¶ Aduertendum autem tibi est, Ioānem ad duo venisse: primum, vt præpararet populum ad suscipiendum Messiam: deinde vero, vt ostenderet hunc Christum, esse Messiam illum à sanctis prophetis & patriarchis desideratum. Primum præstitit prædicando baptismum pœnitentiæ secundum vero, quando homines peccata detestabantur, & disponebãtur ad vitæ perfectionem: quod efficitur, quando homines se inuicem diligunt, & inter se concordant. Ideo dicitur, vt cõuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum. Secũdum efficit negando se esse Messiam & suo sermone saluatorem ostẽdens cum dixit. Medius vestrum stetit, quem vos nescitis. Altera autem die videns Ioannes saluatorem *Ioan.1.* ad se venientem dicit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et tamen nemo potest peccata tollere nisi Deus. Ideo clarissimum testimonium perhibuit, illũ, quem ipse ostẽdebat, esse Messiam. Quod quidem Ioannes non semel, sed sæpissime populis significauit. Vbi videre poteris maximam Iudæorum iniquitatem, quia ipsi putauerunt Ioānem esse Messiam, quod si ipse id de se assereret, vtique credidissent: quo circa miserunt ad interrogãdum eum, an esset Messias. At cum Ioannes sæpius affirmasset, se non esse Messiam, Christum noluerunt recipere, cum tamen potius Ioãni id dicenti de Christo deberent credere, quam si diceret se esse Messiam: cum testimonium de se ipso prolatum infirmum & nullius momenti sit. ¶ Porrò conuertere corda patrum in filios, est efficere vt Iudæi illius temporis essent amabiles & conformes patriarchis & prophetis iam defunctis inducendo illos ad Christi fidem & baptismum. Et incredulos, hoc est, perfidos Iudæos, conuertat ad prudentiam iustorum, hoc est, ad veram sapientiam, euangelicam que doctrinam, spiritualemque scripturarum intelligentiam, ne legem carnaliter intelligant, ne literam, quæ occidit, sequantur. Vera autem scientia prudẽtia est iusto- *1.Cor.3.* rum: qua Deo rationabili obsequio inseruiunt. De qua prudentia loquitur Paulus *Roma.8.* cum inquit. Prudentia spiritus, via & pax. In hac autem reformatione cordiũ per pœnitentiam, vtilitas, quæ inde sequitur est præparatio viæ ad susceptionem Messiæ. Ideo sequitur in contextu. *Parare domino plebem*

plebem perfectam. Per illam cõuersionem ad prudentiam iustorum disponit eos ad euãgelicæ legis obseruantiam, per quam fiant plebs Christi perfecta: quia neminẽ ad per- *Hebræ.7.* fectũ duxit lex, vt Paulus Hebræis inquit. Ideo illa lex dicitur lex timoris: quia imperfectorum est, timore pœnæ à malis retrahi. Lex autẽ euangelica dicitur lex amoris, quia perfectorũ est retrahi à malis amore boni. Hæc igitur est narratio angeli, qua laudat sanctissimum Domini præcursorẽ, & ostendit virtutem & fructum prædicationis eius. Quę omnia (si diligenter euãgelia legeris) inuenies à diuo Ioanne perfecta esse. Sed vnde, rogo tanta virtus Ioanni inerat, vt suis verbis corda patrum in filios cõuerteret, & vt præpararet domino plebem perfectam? Ioannes non aliud euãgelium, quam nos prædicabat, nec magis subtilia, nec altiora, quã nos proferebat: sed cur tot homines ad Christi perfectionem inducebat, nos verò nullos aut paucos? Fiebat vtique cum moribus & vita prædicaret. Cur *3.Reg.18.* Heliæ verbis rex Achab pessimus obtemperauit? Certè quia in suo conspectu hominem videbat pœnitentia pallidum, rigidũ, squallidum, perizomate & cilicio indutũ, & noctu diuque altissimę contemplationi vacantem. Quis etiam non crederet beatissimo Ioanni caprinis pellibus induto & aspera pœnitentia confecto? Tremebant homines, & corda eorũ in admirationem rapiebantur, dum viderent tantam vitæ sanctimoniam & tam diuinum spiritũ semper in cælestia eleuatum. Itaque iã conc*Cap.3.8.& 10.* cluditur beatum Ioannem vitæ sanctimonia & asperitate plus prædicasse, quã verbis. Vnde discas prædicator charissime, vt semper vita verbis tuis respondeat, si velis animas ad Christi mandata & ad eius suauissimum iugum flectere. Sed quia de his inferius acturi sumus, vbi opportunus se obtulerit locus, audiamus nunc, quid angelo respondeat Zacharias. *Et dixit Zacharias ad angelum: Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex & uxor mea processit in diebus suis.* Quibus verbis hominum ingratitudo iam reprehẽdenda venit, nam cum pro tanto beneficio & lęto nuncio Zacharias, gratias esset acturus: id incredulitate rependit. Quod non multum alienũ est à nobis, nam multoties Dei nuncijs & inspirationibus ingrati fumus. A mõ derisit nuncios Dauid, atque ideo punitus fuit: & sic etiam Zacharias vt statim in sequentibus videbimus. Nos itidem si nuncios Dei & ipsius sanctas inspirationes cõtemnimus acri plectemur supplicio. Quã rem Zacharias ratione naturali metiebatur, atque ita ipsi naturæ repugnans videbatur, vt cum eius vxor sterilis & senio esset confecta, & concipere, & parere posset. Non eius cõditionis fuit Abraham, qui (vt Paulus ait) non est infirmatus in fide, nec cõsiderauit corpus suum emortuum, quia *Rom.4.* consideravit diuinam potentiam. Sed Zacharias hæsitauit: quia tantum humanã rationem consideravit. Vt fidei diuinæ credas, nequaquam humanæ rationi est tibi acquiescendum: quod si huic aures tuas attentas præstiteris, nequaquam poteris in fide constans esse. Quam ob causam necessum tibi erit, naturalem rationem prorsus nõ admittere. Nam quemadmodum qui plantare vult vitem aliquam, prius extracta terra foueam facit, & statim subtus foueam vitẽ ponit: quo facto iterum terram in suum locum admouet, vt planta fixa & bene consita maneat: ita nimirum ad fidem plantandam, & inferendam cordibus, rationes naturales (quæ terra sunt) explodere debes: postquam vero plantaueris, rationes naturales poteris iterum admouere, quibus eam corrobores, & confirmes. Nam si ratio naturalis fidem præcesserit, mirum in modũ offenditur: quod si post fidem sequatur, & augetur multum, & illustratur. Vnde tuo iudicio adhibito res fidei nunquam metiaris: ex illa quippe, & longo interuallo superant omnem humanum captum. Præ- *Exod.12.* cipiebat nanque dominus in Exodo, vt os quoddam paschalis agni dentibus nõ frangeretur, sed vt degluteretur intactum & integrum. Ita tu, res quas ecclesia tradit credẽdas, integras deuora si nolis te ipsum præcipitem dare. Moses dominum alloquuturus *Exod.34.* velamen ante faciem ponebat. Sic nunc vi- *1.Cor.13.* dere nos oportet in ænigmate. Si fixis oculis solem aspexeris, statim visu priuaberis: in cælis autem illum facie ad faciem videbis. Tunc (ait Paulus) cognoscã sicut & cognitus sum. Id est sicut cognitus sum modo à Deo distinctẽ & clarè: ita tunc ego cognoscam clarè & aperta visione. Nolis obsecro, potentiam Dei infinitam tuo fragili iudicio metiri. Certè si tuo intellectu quæcunque in Deo sunt, attigisses: hac eadẽ ratione ei credere non debuisses. Etenim in illum Deum non es crediturus, quem caput tuum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuum vanum, & iudicium fragile capit. At autem quia mirabilia eius nequaquam intelligere potes: hoc ideo maxime illi est credēdum, quam si comprehēdisses. Quod cum ita cognitum sit, milliades milliadum hominum in mundo sunt, qui ei non credunt. Mirum quidem valde est, quod verbis dæmonis sine vllis signis, sine miraculis credimus: Deo autem post tot confirmationis signa non credimus. Nunquid quādo dæmō primo homini immortalitatem promisit, dedit aliqua signa? simplici verbo credidit. At Zacharias signum petijt dicens: vnde hoc sciam? Sed vnde rogo originem in nobis habuit tanta diffidentia? Arbitror equidem ex malitia nostra natā esse: nam quemadmodum nos fallaces sumus, ita credimus & alios fallaces esse. Nāque cum multoties ego & Deo & homini bus fuerim in promissis mentitus, sic idem de alijs iudico. Merito itaque punitus est Zacharias, quia tot aderant signa, vt absq; peccato suam incredulitatem saluare nequeat. Nam angelus apparuit ei in loco sacro, ministerio diuino assistenti, & nunciabat ea, quæ ad hominum salutem pertinebant, & ad Dei gloriā: quæ omnia Zachariæ argumento esse deberent, illum bonum esse angelum, perindeque mentiri nō posse. Crediderim tamen quod solum venialiter deliquit. *Et respondens Angelus dixit ei. Ego sum Gabriel qui asto ante Deum.* Ac si diceret, simul hic, & ante Deum āsto. Non sum Angelus expulsus à facie dominī: vnde nec mentiri queo, cum semper videam dominum, & eo fruar. Quibus etiam verbis significat, se paratum esse ad implenda Dei iussa. Et ita docemur semper debere esse promptissimos, ad implendum diuina mādata. Hanc animi promptitudinem habebat Dauid, cum dixit Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Parati quidem erant, & prompti illi Machabæi ad implendas iustificationes domini, cum dicebant, Parati sumus mori magis quam patrias & Dei leges præuaricari. Nec non Esaias ita erat paratus quando illi dixit dominus. Quem mittam? Et quis ibit nobis? Et dixit. Ecce ego. Mitte me. Et Saulus dixit. Domine quid me vis facere? Sed vbi nunc inuenies tales Paulos, tales Esaias, & Machabæos? Inuenies equidem plurimos ad nefanda scelera & flagitia paratissimos. Pedes eorum (inquit Salomō)

Gene.3.

psalm.118.

2.Mac.7

Esai.6.

Act.9.

Pro.1.

ad malum currunt, & veloces (inquit Dauid) ad effundēdum sanguinem. Et Hieremias omnes cōuersi sunt ad cursum suum: quasi equus impetu vadens ad prælium. At oportet, vt sicut volumus cum angelis in cælo gaudere, ita illis similes simus corā Deo adstātes, & præceptis ipsius obsequētes. *Et missus sum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare.* Cum lætum nuntium afferret, verbo euangelizare visus est: nam verbum euāgelium bonum nuncium sonat. *Ecce.* Quæ demōstratiua particula in sacris literis sem per magnum aliquid significat. *Eris tacens & non loquens vsque in diem quo hæc fiant.* Iam apropinquabat tempus, quando incredula synagoga debebat obmutescere. Vnde hac pœna in Zachariā animaduertitur, vt ostendatur, in aduentu Christi legi veteri impositum esse silentium, & locum fieri legi euangelicæ. Nec mirum est, si obmutuerit ob propriam incredulitatem: cum Ezechielem mutum reddiderit aliena incredulitas. Deus nāque dixit illi. Eris mutus, nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. ¶ Ad tuam autē eruditionem aduertere debes, quanto odio sit domino peccatum: ita vt nec veniale in suis amicis reliquerit impunitum. Non enim angelis (vt inquit Petrus) pepercit, sed eos æternis ignibus reliquit cruciandos. Non dimisit peccatum Adæ impunitum licet sanctissimus esset. Non peccatum Dauid, licet arctissimo amicitiæ vinculo cum eo esset constrictus. Non denique peccatum Mosi, licet dilectissimus ei esset. Quomodo ergo Deꝰ tua scelera & flagitia silentio præteribit? Non dereliquit peccatum Zachariæ impunitū cum veniale fuerit, & putas, quod tua mortalia manebunt impunita? Quod quidem non absque diuino consilio sanctissimus Lucas perpetuis literarum monumentis consecrauit, vt discas omne peccatū fugere, vt fugias etiam pœnam, quam alieno capiti infligi vides. Etenim fœlix ille est, qui alieno periculo fit cautus. In numeris legimus præcepisse dominum Eleazar, vt tolleret thuribula ænea, in quibus obtulerant illi, quos incendium deuorauerat, & vt produceret ea in laminas, vt haberēt postea filij Israel, quo recordarentur. Voluit etenim dominus vt ista punitio non excideret à memoria & laminas illas esse ante oculos filiorum Israel: vt cauerent postea in talia crimina incidere, quibus dominus vehe-

psal 13.
Hiere. 8.

Ezec.3.

2.Pet.2.
Gene.3.
2.Reg. 12.
Nume.24.

Num.16.

vehemēter offenditur, & cum in tales peccatores grauiter soleat animaduertere. Ita nimirum beatus Lucas hæc scripsit, vt diuinam punitionem debitā mortali peccato fugias: præsertim cum ita seuere se in illis puniendis gerat, vt Zachariam reddiderit mutum per nouem menses propter veniale peccatum. Secundò docemur prædestinationis esse signum & amicitiæ cū Deo, quempiam in hac vita puniri. In qua re ignoranter errant multi, se fœlices & gratos Deo existimantes, cum omnia secundum palatum illis contingunt: qui si attentius rē istam perpenderent, intelligerent vtique, nullum certius esse signum, aliquem ex numero damnatorum esse quam, cum ei omnia prospera & fœlicia in hac vita contingunt. Peccaui (inquit peccator) & nihil triste accidit mihi. Qui si responsum huiusmodi amentissimi sermonis à me peteret, dicerē ei, si nihil triste & calamitosum in hac vita tibi accidit, sempiterna te manet miseria, & stridor dentium. Quod si id quod Deo nobiscum contingit, exemplo appositissimo videre cupias audi. Solēt aliquando pater, qui charissimos & amantissimos filios sibi habet, ob leuem rem, vel minimam negligētiam grauiter eos affligere: quod si publica via incedens, forte alios videat grauia scelera committentes velut nihil videns silentio ea præterit, & incepta via pergit, cuius ratio est, quia istorum nulla est illi cura, illos verò maximè diligit. Eodē modo Deꝰ vel ob leuem culpam & ignorantiam eos, qui sui gregis sunt acerrime corrigit, & velut amantissimos filios castigat: extraneos verò vel grauissimis sceleribus contaminatos non curat, imò tradit eos suæ libidini & voluntati. Quorum infœlicitas dignis lamētis esset celebranda. Vnde iam videbis argumentum efficax, quod si deliqueris, & non punitus fueris intelligas te à domino esse oblitum, & in libro vitæ tuum nomen deletum esse. Quod si huius rei pulcherrimum exemplum in sacra pagina audire velis, legenda tibi erit prophetæ Ionæ historia. Cui cum dominus præcepisset, vt abiret prædicaturus ad Niniuitas, ipse aliud sibi elegit iter, & mare fuit ingressus: cuius causa ingens inter ventos & in mari orta fuit tempestas. Ita vt ipse Ionas dixerit. Propterea tempestas hæc orta est: qui cum eiectus esset è naui, statim sedata fuit tempestas, quæ nauis vbi Dei propheta naufragabat, plena erat hominibus idololatris, pessimis & insidelibus, & certum est illos esse Gentiles, cū ex ipsa historiā constet. Etenim illi dixerunt prophetæ, surge inuoca Deum tuum. Et etiam Ionas dixit, Hebræus ego sum, & dominum cæli & terræ ego timeo. Vbi vides quomodo impijssimis idololatris Deus parcit, & inobedientiam Ionæ ita grauiter punit. Quæ quidē maris pacatio & trāquillitas prosperitatē peccatorū significat. Sic etiam dominus multa bona temporalia in homines peccatores confert & in Christianos & pios homines multa flagella. Nec ideo propter hoc Christicolæ animus incōstans esse debet: nec putare debemus illorū dominum recordari, nos verò obliuioni tradidisse: imo è contrario credendum nobis est, nos tanquam dilectos filios corrigi. Cuius rei typus est populus ille Israeliticus, quem dominus per manus impij Pharaōnis puniebat, per Nabuchodonosor, per Assur, per Antiochum, per Philistæum, & denique vt vno concludam verbo, per alias barbaras & gentiles nationes. Suffert dominus multa patientia inimicos suos, quorum animaduersionem in infernum seruat: dilectis verò suis, statim vt flagitium cōmittūt, punitionem mittit. Sic animaduertit in peccatum Mosi, sic Mariam sororem eius lepra percussit, sic dilectissimū Dauid, peccatū etiam Ionæ, denique & peccatum Zachariæ. Facit etiam ad nostrum propositum id, quod in libris Machabæorum legitur. Etenim r. Olto tempore non sinere peccatores ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere, magni beneficij est indicium. Non enim sicut in alijs nationibus dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies adtenerit, in plenitudine peccatorum puniat ita & in nobis. &c. Voluit dominus iustam vltionem de peccato Zachariæ sumere, vt sciant peccatores, qui impune delicta sua transeunt, grauissima tormenta illis parata esse. Nā si in ligno viridi hoc fit, in sicco autem quid fiet? Tamen sciant iusti & amici Dei hanc illis inflictam animaduersionem paternam esse: quodque si vna manu de illis supplicium sumit, altera eos ad se allicit, & suis flagelis medetur. Quod quidem luce clarius ex hoc textu colligitur: quia postquam dixit angelus, eris tacens, & non poteris loqui, statim terminum pœnæ imposuit, dicens. Vsque in diem quo hæc fiant. Quasi diceret. Nō perpetua erit pœna, nec durabit

Exod.1.
4.Reg.25.
Esai.10.
1 Mach.1.
Num.12.
2.Reg.12.
2.Mac.6.
Num.12.
2.Reg. 12.
2.Mac.6.
Luc.23.

Eccl.5.

Ionæ.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

durabit multum temporis spacium, concedet namque tibi dominus filium cum quo etiam restituetur loquela, & erit tibi ingēs gaudium, & lætitia. Vbi iam vides, quo pacto dominus iustos consoletur in suis laboribus & afflictionibus, & quomodo iustitiæ suæ rigorem pia quadam consolatione mitiget. Ideo ipse ait. Ego percutiam, & ego sanabo. Moses & Aaron peccauerunt, cuius causa in pœnam delicti in terrā promissionis non sunt ingressi: quorum pœnam ita sedauit, & ambos consolatus est, cum permiserit, vt Eleazarus filius Aaronis ei in sacerdotio succederet cūque eum viderit sacerdotalibus vestibus indutum. Parenti namque in extrema vitæ parte cōstituto, maximum solatiū est, vt filius eandem dignitatē & munus subeat, quod ipse. Consolatus est etiam dominus Mosem, cū ostēderet illi terram promissionis antequā moreretur. Ideo in Psalmo habetur. Si autem dereliquerint filij eius legem meā, &c. Visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata corū. Videas ergo quomodo dns iustitiā suam cum misericordia temperet, nam subdit statim. Misericordiam autem meam non dispergā ab eo. Nec aliis testimonijs tibi opus erit hāc veritatem cō probare, scilicet, quod quāuis dominus in præsenti vita iustos corrigat, statim in eadem eos cōsolatur & fouet, quemadmodū fecisse legimus, cum Iob, Zacharia, & multis alijs, quos modo longum esset recēsere, tamen peccatores, qui in hac vita flagella Dei non sentiunt sine vlla misericordia illa in inferno experientur. *Pro eo quod non credideris verbis meis, quæ implebuntur tempore suo.* Vt intelligās verba domini per seruos suos prolata non esse contemnēda, nam ipse dicit. Ecce ego mitto angelum meum. Et sequitur, obserua eum & audi vocē eius, nec contemnendum putes, quia non dimittet cum peccaueris, & est nomen meum in eo. Sic per sponsam Christi dilectam ecclesiā catholicam nos docet, quam impij hæretici nō audiunt. Qui vos audit (inquit Christus prælatis suis) me audit. *Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur, quod tardaret ipse in templo.* Vide populi huius deuotionem. Nam quamuis sacerdos, moras faciebat, non ideo templum deserūt, & domos abeunt, sed expectant donec finita sit oblatio. At hisce nostris tēporibus tam exigua deuotio est: vt si cōcionator plusquam horam concionem protulerit, vel fastidium ingerit, vel saltim ab ecclesia discedūt. Volunt isti pro exigua sua deuotione sacrificium breue, nec expectant sibi copiam à sacerdote fieri quousq; dicat. Ite missa est. Quæ misera consuetudo in multis Hispaniæ locis: iā inualuit, vt post cōmunicationem factam à sacerdote, vnus tantum vel alter in ecclesia remaneat, in missis, quas vulgo, cantadas, vocant. De populo antiquo temporibus Samuelis sacerdotis, habetur in primo regum. Nō comesturus est populus panem, donec ille venerit, & benedicat hostiæ. Sic Christianus populus nō debet ab ecclesia recedere, nisi ad pta à sacerdote licētia cum dixerit, Ite missa est. Vbi statim benedictionem præbet vt fœlices, & in pace vadant. *Egressus autem non poterat loqui ad illos.* Quod idem sed diuersimode accidere solet eis qui in diuinam contemplationem rapiuntur. Moses enim domino dixit. Ex quo loquutus es ad seruum tuū impeditioris & tardioris linguæ sum. Et Daniel. In visione tua dissolutæ sunt compages meæ, & nihil in me remansit virium, sed & halitus meus intercluditur. Propter quod in notitiam veritatis deuenerunt, & ideo sequitur. *Et cognouerunt quod visionem vidisset in templo.* Quod vtique cognouerunt ex facta mora in tēplo, ex subita mutatione vultus, ex colloquio cum angelo, ex priuatione loquelę. Porrò voluit dominus, vt populus sciret, angelum apparuisse Zachariæ, vt postea cognita veritate de cōceptione beatissimi Ioānis, iam populus se disponeret ad susipiendam fidem Messiæ.

¶ Aduerte autem, quod non dicit, populum cognouisse quod Zacharias esset incredulus: sed quod vidisset visionē in templo. Etenim non vult dominus vt vulgus hominum cognoscat sacerdotū & magnatum defectus: sed quoad fieri potest, eos abscondit, & occultat. Abscōdit eos in abscōdito faciei suę à conturbatione linguarum. Ita Deus noluit, vt Aaron in media cōgregatione populi Israel moreretur: sed iam morituris iubet, vt ascendat verticem mōtis. Et Mosi & Aaroni principibus populi, quando ad aquas contradictionis peccauerunt, non statim principatum abstulit, sed post multos dies. Nec crediderim quod eos publice arguerit, sed secreto & occulte. Vt inde videre possis, quanti faciat dominus suorum sacerdotum honorem.

Et

Deute. 11
Num. 20.

Deut. 34

Psal. 88.

Lucæ. 10.

Iob. 42.

Exo. 23

1. Reg. 9.

Exo. 4.
Dani. 10.

Psal. 30.

Num. 20

Num. 16

Et ipse erat innuens illis, & permansit mutus. Per ea, quibus quis peccat, punitur. Quia non obedierat, factus est surdus, & quia cō tradixerat, damnatur, vt teneat silentium. Quas punitiones silentio non præterit hic Euangelista. *Et factum est vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domum suam.* Postquā tam lætum tāque iucundum nuncium accepit, non tanta lætitia elatus superbit, nec ad amplexus vxoris currit, sed expectat, vt adimpleantur dies muneris & ministerij sui, & postea domum proficiscitur. Vt inde conijcias, viros sanctos & coniunctos Deo omnia mature facere: grauiter & circunspecte. Erāt quippe sacerdotes illi separati ab vxoribus. Deo in templo seruientes, quousque complerentur dies sui ministerij. Vide obsecro & tu, si sacerdotes veteris legis quorum sacerdotium collatione nostri vile & vmbraticum erat: si ita se à proprijs vxoribus abstinebant, quam abominandi sunt sacerdotes Euangelici, qui sanctissimum Christi corpus consecrantes, & suis manibus contrectātes vilia scorta suis domibus habent. Si diuites huius seculi mundos sibi eligunt seruos, qui eis ad mensam ministrent, quantò magis munditię amator erit is, de quo in Canticis dicitur, quod pascitur inter lilia, hoc est, qui inter candorem castitatis delectatur? Nonnè æquissimum tibi videtur, & rationi cōsonum, vt is, qui Christi corpus consecrat, contrectat, & in pastum animæ sumit, nullatenus mulieribus immiscеatur? Quæsuit à Dauide Abimelec sacerdos, cum esuriret ipse, & qui cū eo erant: an mundi essent pueri, vt panes propositionis possent comedere. Maiori igitur ratione à mulieribus se abstinere debet, qui sacratissimum Christi corpus tangit, confieit, & ministrat fidelibus. Nunquam legitur aliquē post susceptos sacros ordines vxorem duxisse: licuit tamen ministio nascentis Ecclesiæ qui vnicam vxorem duxerat, eamque virginē, vbi illa extremū obijsset diem ad sacerdotium, & Episcopatum posse ascēdere. Alias nunquam licuit alicui sacerdoti vxorem ducere. Et hoc est, quod Paulus petit ab episcopo & diacono, quod sint vnius vxoris viri. Quoniam qui ad secundas nuptias transijt, tanquam de castitate suspectus non admittitur ad sacerdotium, nec ad diaconi ministerium. Audi igitur dominum Deum tuum, tu qui ad sacra accedis. Sacerdotes (inquit) qui accedunt ad dominum, sanctificentur, ne percutiam eos. Et per Esaiam. Mundamini, qui fertis vasa domini. *Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius.* In mense Septembri, octauo Calendas Octobris, luna vndecima, in æquinoctio autumnali. Vide quo modo dominus inter flagella dat filium, & aufert opprobrium sterilitatis. Sic Deo dixit Abacuch. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Sic primis nostris parentibus post punitionem fecit illis perizoma ta, vt defenderentur à frigore & calore. Ex quo loco prælati discere debent, vt postquam subditos ob peccata correxerint, eis etiāamoris & pietatis signa ostēdāt, nec propterea victum, & quæ necessaria illis sunt, auferant. Nam si peccator puniendus est: homo tamen fouendus, & amoris & pietatis signis tractandus. Qui mos antiquus & familiaris est domino. Nam in Esaia legimus, quòd cum propheta ex mandato domini populum obiurgasset, dixit statim ei. Consolamini, cōsolamini populo meus. Idem legitur in Osea, vbi post plures reprehensiones plebem Israeliticam consolatur, dicens. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. ¶ Obserua etiam quòd post dies muneris sacerdotalis concepit, in quo ostēditur, spiritualia anteponenda esse carnalibus. Prius nāque spiritualia compleuit, deinde operibus carnis inseruiuit. Vnde cum Martha solicitudinem rerum temporalium potius curaret, quam spiritualium, increpata fuit à domino. Quo circa Christus ait. Primum quærite regnum Dei, & hæc omnia, videlicet temporalia, adijcientur vobis. Quod dominus quibusdam dixit, qui relictis Ecclesijs suis, & rebus diuinis, circa res exteriores toti erant intenti, sic inquit. Quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam: propter hoc prohibiti sunt cæli, ne darent rorem, & terra prohibita est, ne daret germen suum. Quia pro temporalibus dereliquistis spiritualia: propter id vtrūque perdidistis. Non sic contigit Apostolis, qui spiritualia temporalibus præferentes dixerunt. Non est nobis æquum relinquere verbum Dei, & ministrare mēsis. *Et occultabat se mensibus quinque.* Quantæ curæ fuerit sanctis viris & mulieribus pudor & verecundia vel ex istis verbis colligi potest: quia & ipsa Elisabeth de re honesta & sancta sic adeo erubuit, vt vel quinque mē

Cant. 3.

1. Reg. 21

1. Time. 3

Exod. 19.

Isai. 52.

Abac. 3.

Gene. 3.

Isai. 9.

Luc. 10.
Matth. 6.

Oseæ. 2.

Aggæi. 1.

Act. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibus se occultaret, ne prauis hominib⁹ spe
ciem præberet mali. Nanque malorum id
est ingenium honoris proprij nullã habe
re rationem, ita vt gaudeant, cum malè fe-
Prou.2 cerint & exultent in rebus pessimis. Peccã
di consuetudo sanctum & honestum pudo
rem tollit. Sic virtus tantam honestatem in
se continet, vt non solum quod peccatum
est facere vereatur, verum etiam id quod
affine carni & sanguini (licet licitum sit) fa
cere pertimescat. Cognouerat enim bene
hæc sancta & cauta mulier, quã promptũ
sit hominum vulgus ad malè de quacũque
re iudicandum & loquendum, quod vel le
ui etiam occasione, quodcunque sese offert
nulla adhibita consideratione, statim pro-
Act.28. fert. Sic Paulo contigit, cum Mileti exci-
perentur, cũque viperam in manu eius vidis
sent, statim dicere cœperunt illum homici
dam esse. Quibus docemur sancta proposi
ta & cogitationes, necnon dona spiritua-
lia per aliquod tempus occultanda esse: ne
initio spiritualis vitę inaniter extollamur,
& boni incepti faciamus iacturam. Absco-
ditur à sanctis spiritualis conceptio, tan-
quam lumen sub modio, ne ventus inanis
gloriæ illud extinguat. Vbi cõsideres opor
tet, quod iniuria afficiebatur propter con-
ceptũ in senecta ætate: putabat quippe in-
decorum esse in tali ætate filium generare.
Si grauida fieret, tempore iuuentutis, non
vtique ob id erubesceret. At tu plus debe-
res erubescere, quia adolescens cum sis, &
robustas vires habeas ad pœnitentiã ag-
gendam, decrepitam ętatem expectas. Age igi
tur pœnitentiam in adolescẽtia tua, nec ex
pectes in senili ętate bonas cogitationes cõ
cipere: ne sterilis semper sis, nec sine fructu
potiores vitę tuæ annos cõsumas. Illum tu
verum pudorem existima, quem cõcipies,
cum ante iudicis tribunal fueris præsentatus, quam iste quem beata Elisabeth de se
concepit, cum is miraculosus omnino fue-
rit. *Quoniam sic fecit mihi dominus.* Non dixit.
Sic fecit mihi maritus meus, sed sic fecit mi
hi dominus, sed gratiæ Dei totum est tri-
buendũ, ita non dicatur. Ego sum Cephę,
1.Cor.13 ego vero Pauli, sed cum Esaia. Omnia ope
Esai.25. ra nostra operatus es in nobis. Vbi doce-
mur, omnia quæ Deus operatur in nobis,
ipsi Deo adscribi debere non nobis. Nam
cum Moses & Aaron miraculum in petra
factũ non Deo tribuissent, dixit illis domi-
Nume.20 nus. Quia nõ credidistis mihi, vt sanctifica
retis me coram filijs Israel, non introduce-
tis hos populos in terram, quam dabo eis.
Nabuchodonosor se ipsum laudans dixit.
Nõne hæc est Babylon ciuitas magna quã Dani.4
ego ædificaui in domũ regni in robore for-
titudinis meæ, & in gloria decoris mei? Et
statim audiuit vocem de cælo dicentem.
Regnum tuum transibit à te: & ab homini
bus eijcieris, &c. Sanson propter quãdam
victoriam, quæ illi à dno fuit concessa, dice
bat. In mãdibula asini percussi eos: & ideo Iudi.15.
punitus fuit tali pœna, vt serè siti fuerit per
emptus. Sic angelus domini percussit He- Act.12.
rodem, eo quod non dederit honorẽ Deo,
& consumptus vermibus vitã finiuit. Elie Gene.24
zer seruus Abrahę omnia bona dni sui ipsi
Deo adscribebat. Ita in Exodo scriptũ est Exod.15.
in illo Cantico populi Israelitici. Fortitu-
do mea, & laus mea dominus, & factus est
mihi in salutem. Vbi rex Ezechias iam ta-
xandus venit, nam cum per nuntios à rege
Babylonis visitaretur, non dedit gloriam
Deo, sed dixit. Venerunt ad me de longin Esai.39.
quo, quod quidẽ non debuisset facere si sa-
næ mentis esset, sed potius in diuinum mi-
raculum referre. Nam cum mirabiliter con
ualuisset, cũque sol retrorsum esset versus,
misit rex Babylonis legatos ad illum. Ob
quam causam obseruandũ tibi puto, quod
semper in omnibus quę tui causa dominus
operatur, illi te fidelem præstes, nec auferas
gloriã Deo, tãquam fur & latro. Præterea
admonet locus iste quanti facienda sint be
neficia Dei præsertim soboles. Dedit tibi
dominus vitam & salutem, & opes, & non
solum ei gratias non agis, sed nec cognoui-
sti talia beneficia tibi ab eo esse collata. De
mũ est hic considerandum, quam patiẽter
Zacharias & Elisabeth opprobrium sterili-
tatis sustinuerunt. Vnde discere te opor-
tet vt omnia aduersa in multa patiẽtia ani-
mi tui tolleres. *In diebus quibus respexit auferre opprobrium meũ inter homines.* Opprobriũ,
scilicet sterilitatis. Eodem modo loquuta Gen.30
sunt Rachel. Abstulit Deus opprobrium
meum. Et Sara vxor Tobiæ iunioris. Peto Tob.3.
domine vt de vinculo improperij huius ab
soluas me. Vbi aduertas, quod respicere
pro misereri sumitur. Sic Dauid in Psal-
mo. Respice in me, & miserere mei: quia Psal.24.
vnicus & pauper sum ego. Et inferius scri-
bit Lucas, quendam dixisse Iesu. Obsecro Lucæ.9
domine respice in filiũ meum. Id est mise-
rere ei, & sana, & libera illũ à dæmone. Et
facit

Matth.26 facit etiam illud. Respexit dominus Petrũ,
Psal.101 quia misertus est illi. Et in psalmo habetur.
Respexit dominus super filios pauperum,
& non spreuit preces eorum. Aliquãdo so
Exo.14. let domin⁹ respicere iratus. Sic respexit su
Gene.19 per castra Aegyptiorum, & omnes in fluc-
tus deiecit. Respexit etiam dominus So-
domã & Gomorram, & subuertit eas. Et in
Psal.103 Psalmo scriptum est. Respicis super terrã,
& facis eam tremere. ¶ Expẽde etiam pro
maiori huius literæ declaratione, quod di-
xit Elisabeth inter homines, nõ apud Deũ,
quia infœcundi non erant apud Deum ma
ledicti, cum nec Hieremias, nec Elias viri
sanctissimi habuerint vxores, sed maledi-
ctio illa fuit erga homines opprobriũ, quo
niam veluti quidã pudor est, coniugio co-
pulatos, nuptiarum fructu carere. Quod in
Matth.19 lege gratiæ nullatenus est intelligendum
nam sunt eunuchi, qui se castrauerunt pro
pter regnũ cæleste. Etenim perfectior sta-
tus est continẽtiæ, quam coniugum. Quã
Sapien.3 sterilitatem ipse Sapiens fœlicem esse ait,
dum inquit. Fœlix sterilis & incoinquina
ta, quæ nescìuit torum in delicto.
¶ Sed iam nunc pedetentim ad narrationẽ
sacratissimę incarnationis diuini verbi gra
dum faciamus. Postquã Angelus Gabriel
præcursoris Christi nũciauit conceptum,
subditur. *In mense autem sexto.* A conceptio
ne Ioãnis, qui Martius erat, vt sic eo tẽpo-
re, quo mundus conditus erat, eodem repa
ratus esset. Porro velim intelligas senariũ
numerum nõ vacare mysterio. Quia enim
perfectus est homo inter cętera opera Dei,
sexto die conditus est. Ideo Christus venit
sexta mundi ætate, & sexto numero annoꝝ
rum, & sexto mense conceptus, & sexta fe
ria passus, & sexta hora in cruce suspensus,
vt verisic significaretur venisse in plenitudi
ne temporum, & perfectione. Distulit au-
tem dominus incarnationẽ, quia voluit vt
intellectus cognosceret peccatũ: & voluit
vt volũtas haberet remedij desideriũ. Ideo
duram legem Mosi dedit, vt cognoscerent
grauitatem peccati, & etiam alia ratione as
pera & ponderosa fuit, vt ab illa liberari cu
perent, & clamantes peterent aduentum
Christi, & in eo maximè gauderent.
¶ At postquam venit plenitudo temporis,
Gala.4 scilicet, à Deo æterno electi. Venit enim tẽ
pus clementiæ, & benignitatis, tempus mi
2.Cor.6 serendi eius, tempus acceptabile & dies sa-
lutis. Audiens igitur pater misericordiarũ
& Deus totius consolationis gemitus com 2.Cor.1
peditorum & clamorem oppressorum: & Psal.11
videns homines, quos impius Pharao in mi Exo.1
seram constituerat seruitutem, non potuit
amplius in ira sua persistere, nec misericor
diam suam continere, & ideo decreuit filiũ
suum in terram mittere, vt mundus per il-
lum reconciliaretur. Dignus autem nun-
tius legationis huius. *Missus est angelus Gabriel à Deo.* Iuris regula singularis est, vt per eas-
dem causas, quibus aliquid fit, dissoluatur.
Ità per easdem causas, quibus in mundum
ingressa fuit mors, per easdem egreditur.
Mors igitur mundum intrauit propter dia
logum habitum inter angelum & mulierẽ,
vita itidem ex simili colloquio angeli, scili
cet & mulieris. Et sicut per fœminam trãs- Eccle.25
gressio facta fuit (à muliere quippe initiũ
omnis peccati est) ità per fœminam opus
reparationis contigit. Nam qui vult ex ali-
qua arbore ramum scindere, non truncum
aut fortiorem partem arboris sibi sumit,
sed debilem & delicatum ramum eligit, vt
facilius propositi compos euadat. Ita nimi
rum inimicus noster (vtpote qui sagax &
supra modũ astutus est) volẽs hominem à
sua radice & origine segregare, non incipit
ab Adã, qui fortior erat & Deo cõiunctior, Gene.3
sed ipsam mulierẽ fuit aggressus, quæ qui-
dem infirmior & fragilior erat, vt vel sic
post eam ipsum virum ad peccãdum indu
ceret. Quia autem ea, quæ à Deo sunt, sa- Rom.13.
pienter & miro ordine disposita sunt: cum Sapien.8
videret ab ipso hominem per mulierem se
paratum, ita & ipse, vt hominem sibi vniat
mulierem in instrumentum sibi assumit.
Vt vel sic eo ordine, quo diabolus fefellit,
& ipse falsus sit. Principium namque inte-
ritus nostri ortũ habuit ex colloquio Euæ
cum serpẽte, principium autem reparatio-
nis ex colloquio virginis Mariæ cum Ga-
briele. Ille angelus malus, hic angelus bo-
nus. Ille per terrã repsit, hic è sumino cælo
à Deo mittitur. Ad hoc (inquit Ioãnes) ve 1.Ioan.3
nit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli.
Et sicut regina Vasthi conturbauit regem Hester.1
Assuerum superbia sua: ita Hester placuit
ei sua humilitate. Et sicut Eua occidendo Aug.ser.2.
obfuit, ita Maria viuificãdo profuit. Et tan assum.Virgi.
dem per eandẽ viam, per quam noster inte fol.10
ritus ingressus fuit, per eandem vita. Quæ
omnia ad id adduximus, vt discas, si spiri-
taliter mortuus es, vitã quærere ea via, qua
mortem inuenimus. Quod si mala cupias

Universidad de Deusto
Biblioteca

fugere, egredere per portam, qua intrasti, & vestigia dissolue, quibus malum compa rasti. Nec mirū si cum agitatur taurus, sem per ad portam qua ingressus est, redeat, na turali quippe instinctu docetur, per illam viam à laboribus esse euadendū. Quapro pter si à mundo exagitatus es, respice por tam, qua ingressus es, scilicet, malitiā tuam, & voluntatis tuæ consensum, & eo egrede re peccati pœnitētia ductus. Hoc est, quod tibi Deus præcipit, quando tibi dicit Pœni tentiam age, vt nimirum voluntas quæ in *Lucæ. 13* peccato consensit, postea repugnet. Et quē admodum consensus voluntatis dæmoni per peccatū portam aperuit: ità etiam det Christo consensum pœnitētiæ. ¶Sed qua re Deus angelum mittit? Nōnè posset ipse Deus hoc mysterium ipsi virgini reuelare? Poterat quidem, sed voluit angelum mitte re. Primò vt manifesta sit nobis charitas & amor, quibus nos prosequitur, ità vt mini sterio angelorum nostram redemptionem curet. Sic Paulus. Nōne omnes adminis tra *Hebræ. 1* tores spiritus sunt, propter eos, qui hæredi tatem capiunt salutis? Ex quo loco iam ar gumētum potest elicere homo, vt seipsum magnificiat, & plurimi æstimet, quando quidem ipsi cælestes spiritus ad ipsius mi nisteriū mittuntur. Si puer aliquis pædago gum haberet episcopum, vel optimatē ali quem, vtique statim puerū illum vel regis vel imperatoris filiū esse existimares, quē *Hiero. super* etiam plurimi faceres. Quod exemplum *c. 18. Mat.* ideo adducimus, vt consideres, quōmodo cælestes spiritus tuo ministerio adsunt, vt te custodiāt, defendant, & in omnibus vijs tuis quasi manu ducāt. Quapropter ne ob secro vilibus huius mundi rebus te ipsum tradas, cum gloriari possis de nobilitate, & illustri sanguine. Nam si princeps aliquis, vel comes se in terram abijceret, vt colligeret micas quæ ex mensa ceciderunt, contēnendus profecto esset, & nihil æstimādus. Sic tu qui illustris & generosus à Deo es fa ctus, cum tibi angelos ministros habeas, fle cti nō debes in hæc terrena, quę vilia sunt, & nihili æstimanda. Si homo aliquis rusti cus infimę sortis, & è media plebe natus, so licitus ambularet, vt ad suum amorem regi nam aliquam mulierem alliceret, non solū talis mulier precibus huius rustici non ac quiesceret, verum etiā contra rusticum in dignata eum fustibus cædi præciperet. Sic igitur corpus tuum rusticum, fœdum, & vi le, si aliquando animam excellentem regi nam, & principem ad turpe aliquod patrā dum facinus incitauerit, non solum anima consentire non debet verum fustibus illud & pœnitētia corrigere, vt insana eius auda cia, & temeritas debitas pœnas luat. Quod *Act. 9.* si iterum contra stimulū velit calcitrare la crymis, verberibus, vigilijs, ieiunijs, & ora tionibus in illud est animaduertendum, vt obediens sit, nè postea resiliat, & animi cō pos euadat. ¶Mittitur secundo angelus, vt maximo honore ipsa angelica natura effe ratur. Etenim angeli erant quasi iniuria la cessiti, cum viderent à se prodijsse illum, qui tātam perniciem nobis moliebatur, vt fuit Lucifer malus angelus qui in paradiso terreno primos nostros parentes tentauit. Atque ità dominus decernit nunc angelos honorare, vt quemadmodum angelus fuit causa nostri damni & miseriæ, ità etiam an gelus sit author nostræ felicitatis, vt de il lis neutiquam conqueri possimus: nam si vnus parauit nobis dānum & interitum, al ter gloriam & vtilitatem afferat. Quod si tuo intellectui scandalum ingerit angelus, qui Euam fefellit, te constantem possit red dere Angelus qui hodie Mariam alloqui tur. Vt inde intelligas nequaquam tibi esse murmurandū si aliquos malos videris, nā statim aderit vnus, & alter bonus. Quod vi tiū frequentissimum est hominibus secula tibus, qui si aliquando vident religiosum aliquem, vel in minimum peccatum delin quentem, protinus vniuersum monasterium, & totam congregationem condemnant, illud peccatum omnibus narrātes & de bonorū afflictionibus gaudentes. Quē admodum amœnus, & fructifer hortus nō ideo contemnendus est & eradicandus, eo quod vrtica inter alia olera nascatur: sic nec damnanda est religio si inter multos viros sapientia & virtute prestantes, quidam in ueniatur voluptatis, aut ambitionis igne contactus. Nā in sacro Christi collegio fue *Ioan. 6.* runt, apostatę, qui Christum dereliquerūt, nec vnquam redierunt. Fuerunt etiam glo *Matth. 20* riæ humanæ cupidi, qui dextrā & sinistrā in regno petierunt. Fuit etiam alter, qui il- *Mar. 14* lum iuramento asseueranter negaret, fuit etiam quidā proditor, qui Christum trigin ta argenteis tradidit, qui posteà misere & *Matth. 26* infœliciter vitam finiuit. Sed nunquid ro go, quia isti mali fuerūt, vniuerso Apostolico collegio detracturus es, necnon sanctis simæ

simæ domini doctrinæ? Nunquid sacras re ligiones condemnabis, quæ marmoreæ co lumnæ sunt, quibus bona pars totius Eccle siæ nititur, propter vnum vel alterum, qui flagitiosus sit? Sed iam hos tam perfrictæ frontis homines missos facio, neque cum il lis vlterius sermonē contexam, ne cum bel luis digladiari videar. ¶Tertio non absque consilio ad hanc salutationē Angelus mit titur, cum lapsus angelorum per Christum incarnatum restaurandi essent, iuxta illud *Ephe. 1* diui Pauli. Quoniam proposuit in eo in di spensatione plenitudinis tēporum instau rare omnia in Christo, quæ in cælis & quę in terra sunt in ipso. Et in Psalmo dicitur. *Psal. 109* Iudicabit in nationibus & implebit ruinas. Nam cum ex singulis choris, & ex singulis speciebus aliqui ceciderint, cōsentaneum fuit angelum nuncium mitti, qui negotiū ageret attinēs ad restaurationē suæ naturæ. ¶Missus fuit Gabriel potius, quam alius, vt promissis dominus staret: nam sicut per hunc angelum, mysterium hoc fuit Danie- *Danie. 9* li prædictum, sic per eundem manifestatū fuit virgini. Ecce (inquit Daniel) vir Ga briel quem videram in visione à principio citò volans, tetigit me tempore sacrificij ve spertini, & docuit me, & sequitur. Septua ginta hebdomadæ abbreuiatæ sunt super populū tuū, & super sanctā vrbem tuā, &c. ¶Præterea quia inquit euangelista, missus fuit à Deo existimauerunt aliqui hunc an gelum esse ex supremis Seraphinorū cho ris, quod ego nō credo, cum illa superiora agmina ab intimis nūquam discedant. An geli enim infimæ Hierarchiæ à Deo mittū tur, & omnes mittuntur ad intra, vel ad ex tra, mediatè, vel immediatè ab ipso Deo. Crediderim tamen hunc Gabrielem maxi mum esse inter omnes suæ Hierarchiæ, vt- potè qui nūciaturus erat tantum & tam di uinū mysteriū virgini tantæ & tam eximię virtutis. Vbi etiā consideres oportet, quo modo Angeli non dedignentur nobis ipsis ministrare, cum videāt & ipsum regem cæ li iam propter nos hominem velle fieri. Quia quando famuli regis aliquem homi nem videt à rege diligi, & maximi haberi, omnes illum summis honoribus afficiunt, & de eius vtilitate sunt soliciti. Vnde An *Gene. 3* geli qui Adam & Euam è paradiso eiece *Gene. 19* runt, & qui Sodomā castigabant, cum mo do videant nos à dño honorari, & ipsi no stram salutem quærunt. Sic tu amicos Dei quo potueris honore afficere debes, sicut sanctus ille Dāuid qui dicebat. Mihi autē *Psal. 138* nimis honorati sunt amici tui Deus, &c. Apparuit autē Angelus hic beatissimæ vir gini humana specie indutus, pulcherrima, & decora facie, iuuenili ętate & cādida veste ornatus. Facta autem fuit hæc salutatio vi gesimaquinta die Martij, feria sexta, ante solis ortū, vt significaret nobis angelus, ve rum solem iustitiæ Christū redemptorē no strū iam iam nasciturum. Sed quò mittitur. *In ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth.* Non in agro, aut in quouis alio loco dominus cō cipi voluit, sed in ciuitate, quæ hominum habitatio est, vtpote qui propter nos homi nes, & propter nostram salutem descendit de cælis, & carnem sumpsit, vt Iudæos & Gentiles saluos faceret, propterea in Gali læa, quam hi duo populi tunc incolebant annūciari & concipi voluit. ¶Præterea nō absque causa ciuitas, in qua Christus conci pitur vocatur Nazareth quæ florem sonat, cum ipse sit, qui in Canticis alloquitur spō sam dicens. Ego flos campi. Non hortorū, *Canti. 2* quia flores hortorum humana diligētia, & industria nascuntur, at Christus nullo ope re interueniente viri, sed Spiritu sancto cō ceptus est. Secūdo flos campi omnibus pa tet, sic Christus omnibus carnem assumit, & omnibus seipsum præbet. Tertio bruta animalia flores conculcant, & super eis re cumbunt, sed homo prudens colligit, sic Christus ab impijs qui vitam agunt bestia rum more cōculcatur, & à iustis honore affi citur. Ideo flos cāpi, & non hortorū dicitur. ¶Vbi iam expendes quāti Deus faciat hu milia & abiecta. Elegit nanque Nazareth ciuitatem paruulam vt conciperetur, & in minima Bethleem nasci pro sua misericor- *Lucæ. 2* dia dignatus est, qui humilia respicit, & al- *Psal. 137* ta à longe cognoscit. Ab initio quippe mū di hoc dominus habuit ingenium, vt amato r esset humilitatis. Et vt testimonijs sa cræ paginę comprobetur hæc veritas, scias quòd ex prioribus fratribus, qui in mundo geniti sunt Cain, scilicet, & Abel dominus *Gene. 4* minorē elegit. Et ex filijs Abraham Isaac *Gene. 25* elegit, qui minor quam Ismael erat, & ex *Gene. 27* filijs Isaac elegit Iacob qui minoris erat ęta *Gene. 41* tis quam Esau. Et ex duodecim filijs Iacob elegit Ioseph, vt dominaretur AEgypto, *1. Reg. 16.* qui etiam ex minoribus fratribus erat. Et *1. Reg. 9.* ex octo filijs quos Isai genuerat, sibi Dauid em assumpsit, vt esset rex, & magnus pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pheta, qui antea paruulus pastor erat, & coram hominibus contemptus. Elegit etiam dominus Saulem in regem, qui ex minori tribu erat, & ex inferiori domo & familia Israel. Et denique in mundum veniens hic sanctissimus humilitatis amator, non magnates, aut principes sibi associauit, sed humiles & pauperes piscatores. Nouit minimũ animal formica tritici vim regeneratiuam abrodere, ne nascatur, & crescat, & ipsum ad solẽ producere, ne putrefiat, & spelunca claudere, ne aqua introeat: & denique alia multa quæ longum esset recensere, quam scientiã & cognitionem Deus, nec elephanti dedit, nec boui, nec equo maioribus animãtibus. Et inter volatilia quid mirabilius cerni potest, quã apum industria in fabricandis fauis, vt si hęc contẽpleris, in diuini artificis amorẽ neutiquã non rapiaris, quam quidem scientiã & industriã, nec aquilæ, nec maioribus alijs volatilibus donauit. At si mũdi creationẽ velis inspicere, iam ex materia prima re vilissima vniuersum tam pulchrũ tamque diuino artificio elaboratum videbis condidisse. Et tandem si claro testimonio hæc, quæ diximus comprobari velis, conuertas oculos in præclarum, & maximum opus, quod pro nobis fecit, libẽtissimè. Namque pro nobis moriturus ignominiosius mortis genus subijt, ita vt se ipsum humilians vsque ad mortẽ crucis, factus fuerit obediens. Ita dominus paruulorum fuit semper amicus, vt diceret. Simite paruulos venire ad me, istorũ enim est regnum cælorum, superbiam autem, & elationẽ Capharnaum exprobrans inquit. Et tu Capharnaum, nunquid vsque in cælum exaltaberis? vsque in infernum descẽdes. Et tu Bethleem humilis & paruula nequaquam minima es in millibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat Israel. Nã etiã si parua sis, non ideo te ipsam vilipendas. Hac quippe de causa Deo gratior & iucundior eris, afferet quippe natalis eius tibi ipsi nobilitatem, & splẽdorem. Et à Nazareth exigua & contempta (vtpote quam Nathanael illudens dixerit. A Nazareth potest aliquid boni esse?) exiet conceptus Christus, qui illustrem illam & splendidam faciat. Quod si propter paruitatem & contẽptum suum Nazareth coram oculis domini tantum meruit, si pauper & humilis es, cur te istius paupertatis pœnitere debet? Ex quo loco humilitatem & abiectionem semper teneris diligere. Nam quanto profundior est puteus, tanto eius aqua dulcior est, & quanto humilior fueris, tanto Deo gratior & iucundior. Nã cum Centurio de se ipso humiliter sentiret, cũque non se dignũ existimaret, vt Christus domũ suã ingrederetur omnibus Iudæis illũ dominus ante tulit. Et Paulus qui se minimum Apostolorum vocauit, præstantiori vi in cõcio nando polluit, & plus omnibus laborauit. Et Petrus, qui se indignũ Christi consortio iudicauit, factus est Apostolorũ princeps, & Ecclesiæ maximus Pontifex. Et Ioãnes qui dixit. Non sum dignus soluere corrigiã calciamẽti eius meruit, vt corã eo Christus genibus flexis in Iordane inclinaretur.

¶ Vbi nec illud tibi sub silentio prætereat, quod in humili Nazareth conceptus fuit Christus, & in superba Hierusalẽ crudelissima morte interemptus. A cordibus humilibus concipitur Christus & à superbis interficitur. Quapropter esto semper humilitatis amator, & ipsum Christum in anima tua concipies. Quod si ipsum audire velis per Esaiam loquentẽ, fieri nõ poterit, quin in ipsius amorem totus rapiaris. Ad quem (inquit) ego respiciam, nisi ad contritum, & humilem & tremẽtem sermones meos?

¶ Secundo in hac re cautus esse debes, vt nunquam glorieris te ex nobili ciuitate natum, quemadmodum multi stolidi & amẽtes facere consueuerunt. Potuisset namque dominus, si vellet in ditissimis & potentissimis ciuitatib⁹ nasci, videlicet Romæ, quę regina est & princeps vniuersi, aut Athenis, vbi tum temporis florebant multi, & sapientissimi & acutissimi philosophi, aut Hierusalem vbi tunc sanctitas & religio inualescebat, sed ad Nazareth mittitur angelus, quæ erat parua & cõtempta ciuitas, vt ostendat se mundana non quærere, sed potius ea contemnere, & tantum humilia diligere. Amauit igitur Christus humilitatẽ in conceptione, amauit etiam in natiuitate, amauit in vita, amauit in morte, necnon etiam post mortem eiusdẽ amore tenetur. In cõceptione humilem Nazareth elegit, in natiuitate paruam Bethleem, in vita nõ habuit, vbi caput reclinaret, & iam iam moriturus admirabili humilitatis exemplo pedes discipulorum lauit, quod fecit vt innueret, quanto amore illam prosequebatur. Humiliauit semetipsum vsque ad mortẽ, & post mortem hanc virtutem nõ tradidit obli-

Matth. 4 · *Gene.* 1 · *Phi.* 2 · *Matth.* 19 · *Matth.* 11 · *Matth.* 2 · *Miche.* 5 · *Ioan.* 1 · *Matth.* 8 · 1. *Cor.* 15 · *Lucæ.* 4 · *Ioann.* 1 · *Lucæ.* 9 · *Ioan.* 13 · *Philip.* 3 · *Esai.* 66

Ioan. 20 · *Act.* 9 · *Matth.* 11 · *Gene.* 2 · 2. *Cor.* 3

obliuioni. Nam Magdalenæ dixit. Dic fratribus meis. Ascendo ad patrem, &c. Poterat bene illos vocare discipulos & seruos, sicut ipsi vocabãt illum magistrum & dominum, sed noluit, vt humilitatem nobis cõmendaret. Denique & post Ascensionem ad cælos non est oblitus huius virtutis, sed Saulo persecutori dixit. Saule, Saule cur me persequeris, causam discipulorum paupertatem propriam iudicans. Merito ergo & ipse clamat. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Iã igitur videmus, quis mittitur & à quo mittitur, restat inuestigare ad quẽ mittatur. *Ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.* Viro dixit nõ homini, viri namque nomẽ fortitudinem, animi robur, & virtutem significat. Ea enim vxor vnicuique danda est secundum suam sortẽ & conditionem. Regi quippe aut duci, aut illustri viro nõ ancillã, aut Aethiopissam dares. Sic nimirum dominus (vtpote in cuius operibus semper admirabilem sapientiam & consilium inuenies) volens primo nostro parenti sodalem tribuere, oculos cõiecit in vniuersas creaturas, cũque nullam eius dignitati similem inuenisset, quæque ipsius Dei capax esset, vt Adam, decreuit ex Adæ costa similem ei efficere. Sic nimirum ipse dominus, vt daret socium & spõsum beatissimæ virgini, non quæ fuit hominem humanis rebus intentum, aut voluptatibus seculi deditũ, sed virum optimũ, virtute & sanctitate perfectũ, & omnibus suis numeris absolutum. Nam sicut dominus eam mulierem elegit, vt mater esset filij sui, qua melior aut similis in vniuerso non reperiretur: ita etiam talem virum in sponsum illi matri dedit, quo sanctior, aut purior vix queat reperiri, cum etiam & filij sui custos & pædagogus deberet esse. Et sicut rex custodem filij sui præstantissimũ & optimum hominem cõstituit, sic etiam Dñs virum purissimum, & sanctissimo filio suo præfecit. Nam semper dominus ad suã ministeria idoneos sibi querit. Idoneos (inquit Paulus) nos fecit Deus ministros noui testamenti. Cum igitur Ioseph Christi pædagogus futurus esset, necnon maritus eius mulieris, quæ Christi sponsa erat, potest ne aliquis sanæ mentis homo existimare ipsum dominũ in tali electione errauisse? Hoc certè stultissimum esset, & ab omni prorsus humano intellectu alienum. Ipse namque fuit primus omnium hominũ qui Christum in carne vidit, & adorauit. Extollitur miris laudibus Ioannes Euangelista, & merito quidẽ, eo quod matrem suã illi Dominus commendauerit, sed Ioanni commendata fuit, cum iam virgo adoleuisset, & ad maiores annos ætatis suæ peruenisset: at Iosepho tradita est iunioribus suę adolescentiæ annis. In quo quidem apparet maxima ipsius Ioseph cõmendatio. Ioannes etiam paucis annis cum ea habita uit, Ioseph vero spatio triginta annorum. Ex hoc itaque cõiugio tantum honoris, & laudis ipse Ioseph comparauit, vt matrem Dei in subditam habuerit, simul & filium. Nam vt inferius videre est in nostro Luca, Christus erat subditus illis, scilicet, Mariæ & Iosepho. Quod si verum est illud quod asseuerat regius propheta, scilicet, Cũ sancto sanctus eris, quid iudicãdum erit de Ioseph, qui familiarissimè intra eandem domum tot annis cũ Christo, & sanctissima eius matre angelicam & purissimam vitam egit? Cum nullo homine Christus & sanctissima ipsius mater in hac mortali vita ita familiariter egerunt. Certè verè loquutus est Christus in illis verbis cum dixit. Qui mihi ministrat, me sequatur vt vbi ego sum illic sit & minister meus, iste in cælos supremos videtur collocandus, qui in terris ipsi Christo familiari obsequio seruiuit, & fidelior omnibus post Mariam inuentus est. Quod si Christus Apostolis dixit. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis, quanto præstantius obsecro est, non solum videre, sed etiã tangere? Quãto beatior est Ioseph, qui non solum Christum vidit, sed eum sæpius fuit osculatus? Si ille qui prophetæ dederit vas aquæ frigidæ, mercedem ab ipso propheta accipiet, quam mercedem is accipiet, qui non solum vnum vas aquæ dedit, sed multa, panem, & obsoniũ ipsi prophetarũ domino? Denique vt ad alia quæ nos expectãt gradum faciamus meruit in terris Christi pater appellari, vt inferius capite sequẽti noster Lucas inquit, & nullam puram creaturam, sic adeo dilexit beatissima virgo sicut sanctũ Ioseph.

¶ His omnibus adijcies aduertendum non solum Iosephũ ab Euangelista tanquã patrem putatiuum hic positũ esse, sed tanquam verum patrẽ, non naturalem, sed legalem. Cumque talis esset Ioseph, ipsius genealogiam narrandã sumpserunt Euangelistæ, licet virginis matris naturalis esset filiꝰ. Et hoc ità fuit, quia

Ioan. 19 · *Lucæ.* 2 · *Psal.* 17 · *Ioan.* 12 · *Lucæ.* 10 · *Matth.* 10 · *Lucæ.* 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus in temporalibus succedebat Ioseph, cuius hæres legalis erat. Vnde illi qui asserunt scripturæ morem non esse genealogiam ex parte mulierum, sed virorum cõputare, non videntur prorsus satisfacere, quia multoties in sacris literis cũ narratur genealogia alicuius, dicitur, talis mulieris fuit filius. Et quãuis in alijs hoc non fieret, conueniens fuit in hoc loco, cum Christus ab homine non fuerit genitus, sed tantum à virgine. ¶Primo autem beatissima virgo desponsata fuit, ne conceptionis causa honor & fama ipsius detrimentum paterẽtur, quia si innupta conciperet, mala mulier reputaretur. Ne vero sacratissima virgo aliqua infamiæ labe contaminaretur, voluit dominus eam viro coniungi. Vbi docemur famam alicuius nunquam esse contemnendam, iuxta illud Sapientis. Cura de bono nomine. Nam qui famam contemnit flagitiosus est, aut prorsus inhumanus. Arguendi quippe sunt illi, qui dicunt, mea intẽtio & cogitatio sancta est, & syncera, dicat autem vnusquisque quæ pro libito voluerit. Quid enim refert tuam intentionem bonã esse, si factum tuum ansam præbet, vt de te homines male suspicentur, & sentiant? Homines quidem intentionem non videt, sed exterius opus, quo eis scandalum præbes, cum prudentiam, in dictis & factis tuis non serues. Et id quod dicimus, dominus commendauit, cum discipulos rogauit, dicens. Quem dicũt homines esse filium hominis? Bene ipse sciebat quid homines dicerẽt, sed id fecit, vt nos intelligeremus semper curã habendam esse de bono nomine. Vide licet, quam bonus amicus sit dominus dilectis suis. Mauult enim dominus aliquantulum detrimenti pati, quam vt patiantur amici. Maluit dominus (vt inquit Ambrosius) de suo ortu, quã de matris pudore dubitari. O quã fidelis amicus nobis est Deus, & quanti suorum honorem facit: ità vt nõ velit cum alterius iniuria honorem sibi cõparare. Curandum igitur tibi maximè est, vt Deo amicus sis, præsertim cum tanto te ipse prosequatur amore, & mũdum fugito & eius amicitiam, quando datam fidem nõ seruat. Perierunt principes Edom, memoria Amalech euanuit, & superbia Philistinorum dispersa est, tamen sacrosancta Ecclesia & honor amicorum Dei nunquam finietur, permanet in seculum seculi, & vsque in sempiternum.

Ecclc. 41

Matt. 16

Ambr li. 2. cõmẽ. in Lu. cap. 1

Zacha. 9
Exo. 17

¶Secundo voluit dñs vt sacratissima virgo viro nuberet, vt Ioseph custodia esset, & honestas virgini. Nam sicut frondes arborem defendunt ab iniurijs cæli, sic Ioseph virginem protegebat, ex qua sicut amœnissimus flos egressus est Christus. Et quia flos aliquãdo in medio foliorũ nascitur, ne existimares, quod de Ioseph Christus natus est, dixit Esaias. Egredietur virga de radice Iesse & flos de radice eius ascendet, non in quã de folio, sed flos qui Christus est de radice, id est de virgine natus est, non autẽ ex Ioseph. *De domo Dauid.* Videas obsecro quibus terminis & fine continentur regna, imperia, & totus mũdi principatus. Regia & opulentia domus Dauid, tam potẽs & magna, cui alij reges obedientiæ signa præstabãt, vbi est, aut quo termino & fine clauditur? vtiq; fabro pauperculo cõtenta est, qui etsi diues & iustus corã Deo, tamen hominum oculis egenus. Quot quantique erunt in Hispania homines, qui originem ducãt ex illustri Gothorum sanguine ipsi tamen sutores, sartores, lixæ & pauperrimi sint. ¶Vtique apparet hic quomodo principatus & imperia mundi, & omnis eius nobilitas & potentia lapsu temporis finiuntur, quia mortalium opera, mortalẽ finem sortiri debent. Sic etiam illustre & præclarũ Corinthiorũ regnum finitum est, & potentissima Assyriorũ Monarchia, Medorũ item & Persarũ temporũ iniuria corruerũt. Vt discas omnia hæc mundana paruifacere, & tantũ Deo placere studeas, quippe memoria iustorum vsque in seculum seculi, & in æternum permanet. ¶Dixit autẽ Ioseph esse de domo Dauid, vt ostẽdat Christum ex semine Dauid descẽdisse, sicut ei dominus promisit. Iurauit dominus Dauid veritatem & nõ frustrabitur eum, de fructu vẽtris tui ponam super sedẽ tuam. Et Esaias. Super solium Dauid, & super regnũ eius sedebit. Et rursus in Hieremia. Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit. Quãuis autem Ioseph nihil in conceptione Christi operatus sit, ex hoc colligitur virginẽ fuisse ex eadem domo. Nam mulieres in hæreditate paterna succedentes non poterant contrahere matrimoniũ, nisi cum viris suæ tribus, ne fieret confusio inter sortes, vt habetur ex domini sententia. Iam igitur videas quomodo dominus adimplet promissa, cum mittat filium suum ex semine Dauid. Promisit dominus

Esai. 11

Psal. 131

Esai. 9

Hiere. 23

Num. 36

Deute. 7

Psal. 131
2. Reg. 11

Gene. 22

Exo. 1

Lucæ. 15

populo Israelitico filium suũ daturum, populus autem promisit domino ipsius præcepta obseruare, at quanuis Israel datam fidem nõ seruauit, nihilominus Deus verbũ suum adimplet. Promisit dominus Dauid, filium suum hominibus missurũ, ne autem cum homines viderẽt Dauid homicidã & adulterũ, existimarent dominũ fœdifragũ futurum, filiũ suum nobis donauit, & cum eo innumerabilia bona. At si dominus cum eis qui illi fidem frangunt, promissis stat, quantò melius gloriam tibi dabit, si præcepta eius custodieris. ¶Præterea obseruandum tibi est, quod Christus potius dicitur filius Dauid, quã filius Abrahæ, cum etiã facta fuerit promissio Abrahæ, vt nos doceret dominus, quanto amore Deus prosequitur peccatorem ad se pœnitentia cõuersum, vt tu non dubites quantũuis flagitijs, & sceleribus sis cõtaminatus, ad illũ accedere. De peccatis Abrahæ nihil legimus, imò constat, semper domino obedientem fuisse, at Dauid grauiter Deũ offendit. Nihilominus vt dominus ad pœnitentiã peccatores alliceret, maiori honore Dauid affecit, quã ipsum Abrahã. Quando nobilis aliquis ad venationẽ tendit, si forte sylues trẽ suem interficiat, plus gaudet ipse & eius familij, quam si arietem vel bouem ad comedendum interficerent. Ita nimirũ viri iusti sunt domestica animalia domus Dei, & quãuis alicuius delicti in quod ceciderunt, subeat eos pœnitentia, non ideo tantũ gaudium fit, quantum per conuersionẽ vnius peccatoris, qui tanquam rusticum & sylue stre animal est, qui appetitũ suum sequẽs, vsq; ad precipitiũ nõ desinit currere. Quãdo igitur dominus huiusmodi peccatorem venatur, maximũ fit gaudium super eo pœnitentiam agente, &c. Sic Dauid qui prius carnem & appetitus suos sequebatur conuersus est ad dominum per pœnitentiam, atque ita maiori honore illum affecit quã Abraham etsi ab ambobus secundum carnem descenderit. ¶Præterea cum ait Euangelista, de domo Dauid, de familia, sanguine & generatione Dauid intelligendũ est. Et sic intelligendum puto id quod in Exodo dicitur de obstetricibus Aegypti, quod Deus ædificauit illis domos. Hoc est, quod dedit eis generationem & successionem. Nam quia ipsæ pepercerũt filijs Hebræorũ dedit illis dominus filios, vt factũ illud more Talionis solueret. Aedificare enim est dare posteritatẽ, quare familia vocatur domus, quia ad modum domus ædificatur. vt in scriptura multiplicare sobolẽ dicitur ædificare domum. Sic Nathã dixit Dauid. Domum faciet tibi. Idest familiam multiplicabit. Et paulo inferius. Domus serui tui stabilita erit corã te. Et Rachel dixit Iacob. Ingredere ad ancillã & ædificabor (vt Hebraeus habet) in ea & in Deuteronomio de muliere quæ spuebat in faciẽ viri habetur, quod dicebat. Sic fiet homini qui non ædificauit domũ fratris sui. Et in libro Ruth dicitur de Sara & Lia, eas ædificasse domos Israel. ¶Denique pulchrè Euangelista regalem generationem, & originem Ioseph, & virginis Mariæ expressit, ne Christi parentũ paupertas despiceretur, quia quãuis pauperes essent, tamen nobiles erant. Sed hac misera nostra tempestate ille solus nobilis est, qui multas habet pecunias. Nam quantumcunque aliquis nobilis sit, si paupertate premitur, vel ipsis fratribus & consanguineis odio habetur, & despicitur. Filij nanque huius seculi solas diuitias in honore habent. Demum expẽdas Christum voluisse & nobilem & pauperem esse. Nobilis quia nobilitas ad virtutem obligat. Diuitiæ autem (vt Apostolus ait) Laquei sunt diaboli. Ideo Christi parentes & nobiles, & pauperes fuerũt. *Et nomen Virginis Mariæ.* Huius nominis sororem habuit Moses mulierẽ præstantissimam omniũ earum, quæ transierunt per mare rubrum, quç quidem glorioso cantico dominũ magnificauit dicens. Cantemus domino glorioſẽ enim magnificatus est, &c. Hæc autem secundi legislatoris mater diuinis laudibus & canticis dominum suum exaltauit.

Deute. 7

2. Reg. 7

Gene. 30.

Deut. 25

Ruth. 4

1. Timo. 6

Exo. 15

¶Porrò non solũ nomen sponsi, sed etiam sponsæ Euangelista expressit: nã sicut dominus illos cõiunxerat in matrimoniũ, ita nec hic separandi erant ab Euangelista. Nomen autem Ioseph priori loco apponitur, quia vir caput mulieris est. Sic etiã Maria posteà honorem contulit ipsi Ioseph, dicens. Pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et iterũ. Erãt pater eius & mater mirantes. Sic & Sara virum suũ Abrahã dominum vocauit. Sed iam in nostra Hispania dolendũ est, vt viri suarũ vxorũ mancipia videantur, incedũt quippe ornatæ & cõpositæ ad similitudinem templi, ità vt si maritos videris simul cum eis ambulantes, illas reginas iudicabis, eos vero famulos &

Ephe. 5
Lucæ. 2
Gene. 18

Psal. 143

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruos. Quis obsecro vnquam vidit talem confessionem, aut talem monstrum, vt pedes sint caput, caput autem pedes? Vtique prouenit ex carnis concupiscentia, quæ sic adeo creuit, vt hominis carnis appetitū, & desiderium sicut Deum adorent, & seipsos mulieribus sicut bruta animantia tradant.
¶ Præterea id obiter annotabis, sacrū Euāgeliſtam, & nomen prouinciæ nominasse, ciuitatis, angeli, virginis, & etiam sponsi, vt intelligas miram diligentiam habuisse, in scribendo hanc historiam. Præterea tot circūstantias, & verborum ambages adduxit, vt inde veritatis certitudo clarius eluceret. Si enim in ciuilibus causis tam seriò agitur, vt ipsi scribæ locum apponant, tempus, testes, & eorum nomina, deinde traduntur libelli, & appendūtur sigilla, vt dictis & narratis fides adhibeatur, quanto potiori iure hoc fieri debet in tam ardua causa nēpe in incarnatione diuini verbi, vt nos de promissionibus certos redderet, & hæreticorū impetus, & Hebræorū obstinationem conuincerent? Signum enim manifestæ veritatis est, cum quis tibi aliquid narrat, si locū, & personam, vbi id contingit, significauerit. Sic dū aliquis tibi dixerit te apud multos malè audire, nisi personam & locum designauerit, statim mendacij & culpæ venit arguendus, nam sicut vulgo dicitur. Qui fabulam narrat, ipse compositor eius est. Est namque quoddam hominū genus qui amicorum prætextu, te ipsum dictis suis lacessunt, mentientes illa ab alijs audisse, & cum ipsi authores sint, in alios culpam conijciūt. Illi nanque senes qui falso Susannam accusarunt, cōuicti postea de mendacio fuerūt, quia vnus dixerat vidisse Susannam adulterantem sub cino, alter vero sub pino testificabatur. Ita tu caute verbis mēdacibus de tractoris attēdere debes, vt sic facile ipsum de mendacio conuincas. *Et ingressus angelus ad eam dixit.* Equidem manifestissimæ insaniæ veniet reprehēdendus, qui conatus fuerit ad Mariam ingredi, nisi angelicam puritatem prorsus redoluerit. Etenim si in Mosi faciem Israelitæ non poterant oculos intendere propter gloriam vultus eius, quanto minus humanus oculus amictā sole poterit intueri? In quo loco illud attenta animi consideratione debes aduertere, scilicet, quam procul distaret sacratissima virgo ab humanis solicitudinibus, quam à tergo relictis humanis honoribus, quantum orationi, & contemplationi vacans, quando Deus ad altissimam, & supremam omniū dignitatem illam euexit, nempe vt ipsius mater esset. Nec solicitus erat Ioānes quærendis honoribus, cum factum fuit illi verbum domini in deserto, vt eius præcursor, cōcionator esset. Nec vlla solicitudo Abraham vexabat, cum eduxit illum dominus de terra sua, & cum fecit in gentem magnā. Et ipse Moses cum pascēdis ouibus curam impenderet, cum ei appareret dominus cō stitutus est in principem populi sui. Et denique Dauid sanctus in deserto oues pascebat, quando ad gubernādum regnum fuit vocatus. Vt his omnibus intelligas, quod si honores & dignitates à tergo reliqueris, & Deo inseruieris, ipse te opportune vocabit. Nec quisquam (ait Paulus) sibi sumit honorem, sed qui vocatur tanquam Aarō. Sicut Christus non semetipsum clarificauit, &c. Quod si honorem fugeris, illum facile obtinebis, si eiusfueris oblitus, Deus recordabitur tui. Nam cum sacratissima virgo in secretiori cubili esset clausa, tantæ dignitatis oblita, tunc mater Dei eligitur. Cū autē Angelus dicit, quod ingressus fuit ad virginem, manifeste ostendit, beatam virginē intra clausum ostiū esse, & in secreto cubili. ¶ Qui locus nos docet, quod si nos Deo tradere cupimus, humani strepitus, & humanæ conuersationes sunt nobis omnino fugiendæ. Nam vt dominus Abrahę nota faceret beneficia quibus illum volebat afficere, ab hominū conuersatione illum eduxit. Et Mosem perduxit dominus ad verticem montis Sinai, & præcepit etiā nequis ad montē appropinquaret. Et in solitudine montis apparuit angelus Agar, & Elias ab hominū consortio procul aberat, quando Angelum Domini vidit. Etenim quando dominus cor nostrū solum & omnibus terrenis exutum inuenit, mox veniens cœnat cum eo. Ingrediamur igitur ad cor nostrum, & ipsius aditum negotijs & murmurationibus claudamus, si colloquijs angelicis, & diuina familiaritate frui volumus.
¶ Vnde discant oportet puellæ, exemplo sanctissimæ virginis clausas esse, & sui obseruantissimā custodiam habere. Sic adeò hæc, quæ modo diximus in fœmineo sexu dominus requirit, vt præceperit in veteri lege homines ter in anno ad templū venire, mulieribus autē nec semel in tota vita. Vt inde intelligas oculis domini pergratū esse mu-

Danie. 13

Exo. 34.

Apo. 12

Gene. 12

Exo. 19

Gene. 21

1. Reg. 18

Exo. 23

Amb. lib. 2. Com. in Luc. cap. 2.

Gen. 34.

Prou. 7.

Cant. 4.

Mat. 6.

Iudith. 8. Tob. 3.

Luca. 3

Hebræ. 5

Gene. 12

Exo. 3

1. Reg. 16

mulierum obsequium (& præcipue virginum) si intra priuatos parietes fiat. Ideo Beatus Ambrosius ait, beatam virginem cum festinatione ascendisse in mōtana, vt visitaret Elisabeth, vt pote quę ab hominū conuentu videri renuebat. Ità infructuosæ arbores in medijs campis & in montibus sunt consitæ, nec vlla adest illis custodia: at arboribus à quibus fructus in maturo tē pore colligi expectatur, & sepibus & custodia prouidetur. Nec Dina pretiosam virginitatem amitteret, nisi egrederetur ad videndas mulieres regionis illius. Nec immerito Salomonem de mulieribus, quibus & consortia & itinera grata sunt dixisse scias. Ecce occurrit ei mulier in ornatu meretricio, præparata ad decipiendas animas: garrula & vaga, quietis impatiens, non valens in domibus consistere pedibus suis. Nunc foris, nunc in plateis, &c. At beata virgo merito dicitur & anima & corpore hortus conclusus tanquam bona & fructuosa arbor. Non inuenit eam Angelus in plateis, nō in foro, nec in cōuiuijs: sed in cubiculo orantem. Orabat beatissima virgo patrem in abscondito, clauso super se ostio. Nam si conceptio præcursoris annūciata fuit patri sacrificijs & oblationibus intento: probabilius multo iudicandum est, conceptionem Saluatoris virgini annunciatam esse in oratione & contemplatione existenti quod si Iudith in secretiori parte domus suæ recōdita erat: & Sara vxor Tobiæ iunioris in supremas domus suæ partes ascendens, tribus diebus & noctibus assiduis lachrymis dominum orabat, vt eam ab omni angustia liberaret: quanto melius de sacratissima virgine dicendum erit, eam ab alijs separatam in oratione pernoctasse? Erat tū temporis virgo sancta nō solum intellectu in Deum transformata, contemplās mysteriū incarnationis (vt pote quæ nouerat ex scripturis iamiam illam appropinquare) verum & ipsa voluntate, quę eiusmodi naturæ est, quæ potius & magis est vbi amat, quam vbi animat: nanq; vbi animat adest quantū ad esse quod habet: at aūt vbi amat quantum ad ipsam operationem. Mirabile quidem visu esset, tum temporis virginis pulchritudinem aspicere, illius faciem solem & lunam splendore longo interuallo superantem, & denique sanctam ipsius animā in diuinum illud verbū translatam, quod statim erat cōceptura. Credite enim mihi animam nec pulchriorem nec deformiorem esse re illa, quam studio & amore prosequitur: nec magis graphicè ab aliquo pictore depingi posse, quā ibi vbi per dilectionem adest. Quod si ità verū est cū diuinitas sculpta esset in preciosissima virginis anima, ab eo desumēs excellentiam, quod in se trāslatum erat: quam obsecro pulchritudinem & decorē haberet anima illa cuius Deus imago & idea erat? Talem igitur intelligite fuisse conceptum, qualis in anima fuerat contemplatus. Et ita diuina virgo in admirabilē ecstasim eleuata, mente & spiritu in Deum transformata incredibili gaudio orans dominum, psallebat. Mitte domine quem missurus es. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuū da nobis. Veni ad liberandum nos, domine Deus virtutum. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ouem Ioseph: qui sedes velut Cherubin, Benjamin, & Manasse. Excita potentiam tuā & veni, vt saluos facias nos Deus: conuerte nos, & ostende faciem tuā, & salui erimus. Ecce sceptrū de Iuda ablatum est & dux de fœmore eius. Danielis hebdomadæ impletæ sunt: veni ergo domine & noli tardare relaxa facinora plebis tuæ Israel. Exurge igitur domine & miserere Siō, quia tēpus miserendi eius, quia venit tempus. Exaudi domine, placare dne: attende & fac. Ne moreris propter temet ipsum Deus, misericordia mea, spes mea à iuuentute mea, & vsque nunc & in æternum. Talibus & similibus orabat virgo, cum fuit ab Angelo salutata. Quj humano & aereo corpore indutus iuuenili ætate, iucunda facie, maxima humilitate & reuerentia salutās virginem, dignitatem ipsius admiratus, colens & honorans illā aut.

Aue gratia plena. Similis salutatio nulla inuenitur in sacris literis, nec etiam inuenitur cur dictum fuerit, aue: quæ sola salutatio beatissimæ virgini fuit reseruata. Rex Artaxerxes salutatus fuit à dicentibus, Rex in æternum viue. Et Absalon salutatur. Salue rex. Et Ruth. Benedicat tibi dominus. Tobias. Gaudium sit tibi senex. At salutatio hæc virginis noua est, & merito ab ea principium sumit. Quia væ, & calamitas quam propter peccatum introduxit Eua, hęc sacratissima virgo in causa fuit vt cessaret. Ideo non immerito virgini dicitur, Aue: q̄ idem est, quod, sine væ, sine miseria, sine infœlicitate. Nomen quippe Euæ à contrario

Gen. 49.
Dan. 9.
Psalm. 34.
Abac. 2.
Psal. 101.
Dan. 9.
Psal 70.

Neem. 2.
2. Reg. 16.
Ruth. 3.
Tobiæ. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rio ſumitur, quia beata virgo per diuerſam & contrariam viam remedium miſeriæ cõtulit, quam Eua antea adduxerat: vt iam diximus. Eua quippe propter leuitatem inobedientiam, & garrulitatẽ multa perdidit: virgo autẽ maxima humilitate reſarciuit, quidquid Eua amiſerat. Quo circa Angelus à nomine Euæ initium ſalutationis ſumit. Salutat enim eam ſecundũ ſuam qualitatem & merita. At mũdus (quæ ſua ſuperbia eſt) omnes titulos elationis maxima tyrãnide ſibi aſſumit. In fine quippe ſortis & conditionis homo magnifici titulum ſorti tur, quem nobiles ſoliti fuerunt ſibi aſſumere. Nobilis autem illuſtris vult appellari, ſicut potens dux aut comes: & hi magnates non contenti illuſtrium nomine, excellentiæ titulũ ſibi aſcribũt. Et denique ad id impudentiæ genus reges peruenerunt, vt diuinum nomen (quod incommunicabile eſt) arroganter vſurpent. At Angelus virginẽ appellat eo nomine, quod illi decens erat & conueniens. Nam, quia in vrbanitate domus Dei omnia rectiſsimo ordine ſunt conſtituta: & quia beata virgo omnibus alijs puris creaturis excellentior erat hæc ſalutatio fuit illi reſeruata. Verbũ nanque χαῖρε apud Græcos ſignificat valere. Aue (inquit Angelus) ab omni vel tenuiſsimo peccato originali etiam prorſus immunis. Aue tota pulchra, tota immaculata, tota gratia plena: ità vt nunquam in te vel prò temporis momento, vel ad ictum oculi quic quam fuerit, quod Deo diſpliuerit: vt nimirum veriſsimum ſit quod te totam gratia occupauit, & quod te totã gratia poſſedit. ¶ Habuit nanq; beatiſsima virgo gratiã habitualem gratũ facientem: cuius donis & virtutibus ei annexis diuinitus fuit circũmunita. Et licet de beato Stephano dixerit Lucas fuiſſe plenum gratia, & idem referat Ioannes de Chriſto Saluatore noſtro, non tamẽ Maria habuit eã gratiæ plenitudinem, quã Chriſtus, licet maiorem Stephano. Quippe gratiæ plenitudo multiplex eſt. Eſt enim plenitudo gratiæ quoad ſufficientiã, quæ alicui ſecundùm ſuum ſtatũ, & merita ſufficiens eſt: qua ille & contentus, & ſatiatus eſt. At hæc in omnibus ſanctis eſt, quã alius vberiorem, alius verò minorem habuit, ſua tamen gloria vnuſquiſq; gaudet & contentus eſt. Maria autẽ gratia omnes puras creaturas lõgo diſcrimine ſuperauit. Nam quantò quis in vno quoq; genere primo principio eſt coniunctior & propinquior, tãtò magis effectum illius principij participat. Ideò angeli vt pote qui propinquiores ſunt Deo, ipſius bonitatis magis participes ſunt. Vnde cũ ſacra virgo Deo fuerit cõiunctior omni alia quacũq; creatura, relinquitur certũ, eã maiorẽ gratiæ habuiſſe plenitudinem. Nam cum diuina ſapientia fateatur, ſe cũ filijs hominum in hoc ſeculo delectari, id vtiq; nõ poſſet facere niſi in ſacris virtutibus, & ipſarũ effectibus, cũ igitur præ cęteris cum hac præclara virgine magis delectetur, decebat eam præcunctis gratiæ donis & titulis exornari. ¶ Verũ licet Maria ab inſtanti ſuæ puriſsimæ conceptionis hãc habuerit gratiæ plenitudinem, crediderim tamẽ angelũ hic nõ loqui, niſi de magna familiaritate, qua beata virgo Deo erat coniũcta. Et ita Græco ſermone vnica tantũ dictio eſt, gratia plena: quæ dictio participiũ eſt præteriti paſſiuæ vocis cuiuſdã verbi quod acariciar, ſignificat, quod latine dicitur beneficijs allicere vel beneficijs exornare. Verbũ nanq; χαρισο in dulgere ſignificat. Hiſpanus nanq; noſter ſermo ex Græco ſermone multas dictiones ſumpſit, inter quas eſt hęc dictio, acariciar, quod vocabulũ idẽ eſt Græcè, q̃ & Græco ſermone dicitur κεχαριτωμενη ſignificatq; aliquã gratioſam fuiſſe factã. Vnde interpres qui hic vertit, Aue gratioſa, rectè tranſtulit. Et huius ſalutationis propria explicatio hęc eſt. Fœlix ſit allecta, quę fuit domino & grata. Aue gratioſa, beneficijs à domino affecta, iucunda, placida, indulgẽtijs & immunitatibus decorata, quę maiores fauores & gratias à domino conſequuta es, quam omnes quæ fuerunt, quæq; in poſterum ſunt vẽturæ. Et hic ſenſus qui germanus & genuinus eſt literę nihil à virginis honore detrahit, imò ipſius honor maximè hac explicatione augetur, quia dicere illam eſſe gratia plenam, ſi ſolum de gratia gratum facięte intelligamus, etiam de quolibet iuſto dici poteſt, vel de infantulo ſolũ octo diebus nato, qui iam baptiſmũ ſuſcepit. At quod dicat angelus magnũ fauorẽ illam obtinuiſſe erga Deum, maximum quidem eſt. Maius quippe eſt aliquem regi familiarem & amicum, quã ſi ſubditus, ſit, vel ſi alicui miniſterio in regali domo ſit ſignatus. Nam rex ſuos ſubditos diligit, at familiares & amicos maiori amore pro ſequitur. Hoc autẽ quod angelus dicit, inſinuat virginem

Act. 6. *Ioan. 1.* *Prouerb. 8.*

ginem gratiam gratum facientem & Dei amicitiam habere: nam certũ eſt, regi familiarem regis gratiã habere, & quod maius eſt ipſius conſuetudinem. Et de hac familiaritate, quæ gratiam præſupponit, loquutus eſt angel⁹, quãdo dixit, κεχαριτωμενη, vocãs eam gratioſam, allectam, & iucundam oculis domini. ¶ Sed cur angelus, prio nomine non illam appellauit: dicens, aue Maria, ſed tãtum inquit, Aue? Primo quia per Antonomaſiam earũ perſonarũ nomẽ intelligimus, quæ dignitate aliqua ſunt inſignes. Ita ſi dixeris, hoc ſapiens dixit, intelligeretur Salomon: nempe quia mirabili ſapientia fuit clarus. Sic nimirum cum angelus dixit, Aue gratia plena, intelligitur virgo Maria, vt pote quæ omnes puras creaturas dignitate gratiæ ſuperauit: quod quidẽ in honorem cedit virginis, ſcilicet quod angelus eam non nominauerit. Nam maiori honore ſacrum euangeliſtam Ioannem affices, ſi illum appellares, diſcipulum dilectũ Ieſu: quia ſtatim inſinuas inter dilectos à domino, illum magis fuiſſe dilectum. Sic virginem vocat angelus gratioſam, quia inter omnes plenior gratia, inter familiares familiarior, inter pulchras pulchrior, & inter omnes dilectas dilectiſsima. Ita vt ſi cẽtum virgines ibi adeſſent protinus, vt angelus diceret, Aue gratioſa, intelligeretur, angelum de ea fuiſſe loquutum, cum ipſa gratioſior & iucundior dño eſſet. ¶ Secundò non eam proprio nomine nuncupauit propter ſuæ dignitatis altitudinem & excellentiam, quia perſonas in ſublimem dignitatis gradum conſtitutas titulo dignitatis nominamus. Sicut dicimus rex, vel dux, vel epiſcopus talis ciuitatis hoc fecit: quia dignitate proprium nomen amittitur. Dignitas quippe ſanctiſsimæ virginis talis ac tanta fuit, vt cuncta ſua potentia altiorem maternitatem alicui dare Deus non potuerit. Nam ſicut fieri non poteſt, quenquam æterno verbo meliorem eſſe: ita fieri nequit vt altior maternitas, aut dignitate ſublimior reperiatur. Et ita propter magnitudinem excellentis dignitatis, nomẽ amiſit. Poſteà verò cum vidiſſet angelus beatã virginem pro eximia ſua humilitate timidam & pauentem, prudentiſsimè eam ſalutauit & proprium nomen expreſsit, dicẽs, Ne timeas Maria, quaſi dignitatis ipſius oblitus, vt illi reſponderet. ¶ Tertiò non proprio nomine illam ſalutauit, quia cum ea tanquam cum ciue cæleſti egit. In hac quippe miſera & caduca vita omnes propria nomina habemus: nam ſi aliter fieret, nihil aliud mundus eſſet, quam chaos & cõfuſio, & nulla eſſet conuerſatio inter ipſos homines. Vnde primus noſter parẽs Adã prudentiſsime rebus omnibus nomina impoſuit, & vnum ex filijs vocauit Cain, aliũ Abel, tertium vero Seth. Sic & Abraham filio ſuo nomen impoſuit. Quod vtiq; ſit propter ingenij noſtri tenuitatem, & intellectus anguſtiam. At in beata illa cęleſti patria, vbi habitantes ſunt perſpicaciſsimi intellectus, nulla ſunt, ppria nomina. Quãdo autem in ſcripturis imponitur nomen alicui angelo, id ſit cum ad terram mittitur, vt aliquo munere fungatur: propter quod nomen illi datur quod antea non habebat. Sic ille angelus qui labia Eſaiæ calculo ignito tetigit, vocatus eſt Seraphim, cũ talis non eſſet. Et ille qui miſſus eſt ad Tobiam vocatus eſt Raphael, id eſt videns: quia illum illuminauit. Et hic qui mittitur ad Mariã vocatur Gabriel, vt pote qui potẽtiam & fortitudinem domini oſtenſurus erat, quam hoc nomen ſignificabat. Itaque loquitur angelus, cum beata virgine tanquam cum cęleſti ciue, quibus nullum eſt impoſitum nomen. Nã ſicut angeli in gratia fuerunt creati, ſic virgo Maria: & ſicut angeli puriſsimi, ita & virgo Maria puriſſima, ad quam ità loquitur angelus, quia etiam ſi mortali carne erat induta, & in hac lachrym. Jum, valle vitam degebat, tamen cum puriſsimis angelis conuerſabatur, & cæleſti contemplatione tota imbibebatur. *Dominus tecum.* Per modum deprecantis loquitur, acſi diceret dominus tecum ſit. Intellexit autem ſingulariſsimo modo, ſcilicet per verbi incarnationem: ac modum explicandum poſtea reſeruauit. Dominus (inquit) tecum non tantum per eſſentiam, potentiam, & præſentiam, vt eſt in omnibus rebus, nec ſolum per gratiam vt eſt in alijs hominibus, ſed per carnis aſſumptionẽ, quia corpus diuinitati vnitũ fuit forma tũ ex beatæ virginis puriſsimis viſceribus & ſanguine, & per nouẽ mẽſiũ ſpatiũ intra eadẽ viſcera latuit. Nullus dolor, nullaq; miſeria, o ſacra virgo cruciare te poterit, cũ in te ſingulari modo tãquã in proprio tabernaculo requieſcat Deus. Nathã dixit Dauidi regi. Quidquid in corde tuo eſt vade, age, & perfice illud: tecũ enim dñs eſt. Eodẽ modo

Ioan. 1. *Esaiæ. 6.* *Tob. 5.* *2. Reg. 7.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudi. 6 modo salutauit angelus Gedeonem dicẽs. Dominus tecum. Cuius verbi virtute percussit ille castra Madianitarum. Quãto ob secro verius potuit angelus virgini dicere, Dominus tecũ? Vnde tu adhibeas oportet diligentiam, vt dominus tecum sit, tũc quippe omnia poteris. Qui Deum habet, omnia habet, nã cum Deus omnia habeat, si illum tenueris, nihil tibi deerit. Nam si diuitias, opes, honores, aut voluptates sitis: si requiem, lætitiam, gaudiũ, & consolationẽ desideras: si pulchritudine delectaris, hic vnus hęc omnia abundanter suppetet, ideò quanto poteris conatu age, vt tecum sit.

Psal. 22 Vnde Dauid qui Dominũ habebat, dixit. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Solus ille qui Deum possidet, dicere poterit, Nihil mihi deerit. Nitere igitur, vt tecum sit dominus. Stultè quippe multi narrant sanctorũ vitas, & eorum præclara gesta, & quomodo Deus cum illis fecerit, cum ipsi procul sint à Deo. Quid tibi prodest, aut quod emolumentũ inde tu excerpis, quòd dominus cum alijs fuerit, si tecum non est? Mihi crede omnia bona cum illo habebis, nec præsentiã suam tibi denegabit, dũmodo feceris, quantũ tuæ vires valuerint: nam facientẽ quod in se est, nunquã dñs deserit.

¶ Expende etiã, quàm rectè subdiderit angelus, Dominus tecum, post quã dixit gratia plena. Quia quẽadmodum sine Deo nihil possumus facere, aut habere: ità nec sine eo acquisita conseruare. Ideò post datam gratiã, necesse est vt nobiscũ adsit, vt custodiat, quod ipse dedit. Etenim quanuis ipse in danda gratia nos præueniat, tamen adiutores sumus in custodiendo eam, nec vigilat super nos, nisi vigilemus cum eo.

¶ Rursus expendas, quòd dominus Gabrielem virgini miserat, sed ipse dñs priusquã Gabriel, iam virgini aderat. Quod considerans angelus, non dixit, dominus veniet ad te, pãra ei hospitium, exorna cordis tui thalamum, sed ostendens hæc omnia iam parata esse, & dominũ ante ipsum venisse, dixit Dñs tecum. De alijs sanctis dicitur, quòd cũ Deo sunt, quòd eius volũtati obediunt, & quòd faciunt ea, quæ dño sunt placita.

Gene. 5 Sic Enoch coram domino ambulauit, sed Mariæ dicitur, Dominus tecum, quia Maria super omnes ipsius voluntati obtemperauit. *Benedicta tu in mulieribus.* Obserua tibi in his verbis, quòd benedicta nullam designat vocalem laudem, nec sumitur pro benedictione, quæ communi vocabulo dicitur benedicere, nec etiam pro laudare aliquem, aliquam bonitatem vel perfectionem illi tribuẽs: tamen benedicta idem est ac si diceret, cui dominus benefecit, id est, quę à domino maxima & diuina beneficia accepit: ità vt nulla in vniuerso beneficiorum cumulo illi fuerit æqualis. In Hebrẽo est Berucha, siue meborecheth, id est, benedicta, quę dictio donũ, vel beneficiũ, vel munus propriè significat. Nec solũ in hoc loco, sed in varijs scripturę locis benedictio pro beneficio, & munere accipitur. Vbi statim offert se illud primi regũ, vbi legitur, quòd postquã Abigail obuiã Dauid fuit, *1. Reg. 25* & obtulit ei munus suũ, nempe ducẽtos panes, & duos vini vterculos, & quinque arietes cũ alijs rebus postquã Abigail illum salutauit, dixit. Quapropter suscipe benedictionem hanc, quam attulit tibi ancilla tua domino meo. Vbi clarum est benedictionem ibi pro dono, vel munere accipi. Idẽ in Genesi inuenies in benedictione Isaac *Gene. 27* & Iacob, quam benedictionem non existimes, aliquã oris laudẽ esse, vel quid aliud, sed trãslationem, quam facturus erat Isaac suæ primogenituræ & substantiæ, quæ sub nomine benedictionis significatur. Idem dixit Iacob Esau de Mesopotamia redeunti, cum illũ maximo beneficio affecit. Esto mihi propitius, & suscipe benedictionem, *Gene. 33* quam attuli tibi. Et Naaman Syrus offerens munera Eliseo dixit. Obsecro vt accipias benedictionem à seruo tuo. Sic igitur *4. Reg. 5* benedictio Dei collatio suorum munerum est. Ad quod illud facit, Benedixit dominus domui AEgypti propter Ioseph, & *Gene. 39* multiplicauit tam in ædibus quam in agris cunctam eius substantiam. Et iterum. Benedicat te Deus Deus tuus in cunctis frugibus, &c. *Deute. 16* Item dominus benedixit nouissimis Iob magis, quam principio eius. Sequitur, facta sunt illi quatuordecim millia ouiũ *Iob. 42* sex millia camelorũ, &c. Itaq; cum benedictio Dei sit collocatio munerũ, & eorundẽ multiplicatio, tãto beatior est virgo Maria, quãto maiora & altiora munera à dño accepit. Vnde ipsa tã magnificè ab angelo salutatur non solũ propter præsentem dignitatem & merita, sed propter mox futurã dignitatẽ, quæ in prædestinatione fuerat ęterna. Quomodo Ozias laudauit Iudith di- *Iudi. 13* cens. Benedicta es tu filia à dño Deo excelso præ omnibus mulieribus super terrã.

Quod

Quod ideò dixit, quia dominus multa dona contulit Iudith, quæ & castitatem amauit, & Holofernem iugulauit. Sed multo beatior virgo fuit, quando dominus illam in matrem elegit. Fecit nanque Deus sanctos suos suis muneribus idoneos. Vnde diuinus Paulus. Idoneos nos fecit ministros *2. Cor. 3.* noui testamenti. At mundi reges & principes etsi maxima officia & munera suis inferioribus tribuant: tamen sufficientes & dignos illis officijs nõ reddunt eos: quia in eorum potestate non est, hanc sufficientiã illis conferre. Sũmus nanque pontifex etsi possit episcopum & cardinalem eligere, tamen non potest eundem illa dignitate dignum & aptũ facere. At quando dominus officium aliquod impartitur prius illũ aptum reddit ad illa munera obtinenda, eundemque idoneum efficit, vt digne illo munere fungatur. Vnde quando in aliquem apostolum oculos conieceris, non statim prima fronte illum apostolum considerare debes, at considerãdus homo talis tibi est, eis virtutibus abũdãs & præditus, vt merito ad apostolatus dignitatem potuerit ascẽdere. Et idem de euangelista, & de virgine matre existimandum est: quam dominus ita præparauit, ita exornauit, ita illustrauit vt dignè mater Dei potuerit esse. Vnde manifestè colligitur, quod cum hæc virgo tanta puritate polluerit, tanta sanctitate fuerit clara, tanta animi mũdicie fulgens, & denique tantis virtutũ titulis insignita, vt eam Deꝰ in filij sui matrẽ elegerit: post Christũ dominũ nullam purã creaturam illi fuisse æqualẽ. Ideo beatus Anselmus inquit. Decuit virginẽ ea puritate nitere, qua maior nequit sub Deo intelligi. Vnde aliquatenꝰ virginis matris dignitas infinita dici potest propter partũ filij Dei, quoniã in alia creatura alia dignitas inueniri nequit, cũ qua ista conferatur. Et ideo admiranda maxime, & suspicienda venit sanctissimę virginis puritas, & integritas, ita vt infinita hæc appellare possis. Non quia hæc omnia ex sui natura ad eum gradũ, ad quẽ gratia peruenire possint, quia hoc Christi propriũ est: tamẽ infinita dicũtur, si personã attenderis cui in sunt. Si nãque id aduerteris, matrẽ Dei purã creaturã fuisse, intelliges, quod nulla maiori gratia splendere potuit, habuit tamen eam puritatẽ, quæ in purã creaturã potest cadere, relicta semper absoluta & diuina potentia, loquor solũ de ordinaria. Itaque

Anselm. de conscn. virg. cap. 18.

tantam gratiã Deus virgini contulit, quantam puræ creaturæ dare decreuit. Quia credere nõ est dignũ, quidquam gratiæ virgini Deũ denegasse, quam secundũ potentiã suam puræ creaturæ dare potest. Lege de hac re diuũ Thomã. Vnde Hieronymus. *3. part. q. 7. art. 10.* Cæteris virginibꝰ præstatur gratia per partes, Mariæ vero tota se infundit plenitudo *Hieron. ser mo. Assumptio. Virgin.* gratiæ. Et beatus Anselmus alloquitur virginem dicens. Nihil tibi domina est æquale, nihil comparabile. Omne enim quod *Anſel. de cõceptu virg.* est, aut supra te est, aut infra te est. Quod supra te est, solus Deꝰ est, quod infra te est, omne quod Deus non est. Considerate ergo hanc virginem, & non statim matrem Dei, tamẽ tam sanctam mulierẽ, tam puã, tam singularẽ, vt digna mater Dei esse possit. Animaduertite etiã quot quantisq; beneficijs à domino fuerit affecta: quã benedicta, quam diues gratia, quam insignis singularibus virtutibus, quantis immunitatibus, & priuilegijs decorata, quam denique gratia plena. Sed dicas, rogo, his omnibus beneficijs, quæ virgini à domino sunt collata, nunquid diuinæ bonitatis fons exhaustus est? Nunquid potentia Dei diminuta? Nunquid manus eius abbreuiata? Nihil minus. Plura nanque & modo potest conferre, quam tu valeas accipere: nec ipsi voluntas deest, vt te suis beneficijs exornet. At quid est in causa, quod tanta beneficia tibi non impartit, quãta, & alijs sanctis? Respõdebis, quia non vult, aut quia non potest? Minime, sed quoniã tu manum non porrigis, vt ea accipias. Ipse nãque est, qui singulis dicit. Aperi os tuũ, & ego adimplebo il- *Psalm. 80.* lud. Sed quare nõ implet os? quia tu nõ aperis illud. Deus nãq; sanctis suis impartit gratiã & multa cũ ea beneficia, ipsi vero cũ & arbitriũ disponãt, & pro acceptis laudẽ referãt, vberiorẽ & maiorẽ illis cõfert, & hæc est causa quare in domo dñi tot sancti & illustres viri fuerunt. Tamẽ cum tu ingratus sis, & limina cordis tui dño claudas. fieri nequit, vt aptus sis suis donis & muneribus accipiendis. Opus est, vt pãdas cordis tui ostia si vis, vt dns gratiã suam illi infundat. Adquod subseruiet illud Eliſei exẽplũ, qui *4. Reg. 4* statim vt domũ viduæ fuit ingressus, præcepit vt omnia vasa vacua essent: tandiuq; oleũ abũdauit, quãdiu vasa prophetę apponebãtur vacua. Cũq; iã omnia vasa essent plena dixit propheta filio viduæ. Affer mihi aliud vas, tuncq; cum nullũ vacuũ super

esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

esset defecit oleum. Dum vasa vacua erãt, dũque apponebantur, non defuit oleũ: tamen finitis vasis, & oleum finitũ est. Quod nimirum insinuat, quod si tu obtuleris domino cor tuum vacuum, terrenis cogitationibus, & ab omni carnis inquinamẽto mũdum: tunc ipse præsto adest, vt misericordiæ suæ oleum & beneficiorum suorũ gratia in illud infundat, cum ipse sit bonorum omnium fons perpetuo scaturiens. Nanq; si oleum cessauit, non ideo est, quia diuina magnitudo finita est, sed quia vasa, quibus oleum erat infundendum defuerunt, quia sicut vidua vasa illa solum adimplenda obtulit, totidẽ si offerret, non dubiũ quin diuina munificẽtia & liberalitate adimplerentur. Sancti ideo multũ recipiebãt: quia multũ offerebãt: tu vero nihil recipis, qa cor tuũ mundũ Deo nõ offers, & ab omni mũdano amore longe remotum. Primũ enim mũdanum amorem, à corde tuo oportet expellere, vt cor tuum vacuũ domino offeras. Virgo nanque Maria cum amore terrestri vacua esset, meruit prorsus diuina gratia impleri. Qua propter angelus tot laudibus illam salutat, & gratia plenam illã vocat, & benedictã inter mulieres hoc est plusquã omnes mulieres. Sed audi, quid inter tanta sue virtutis preconia sacra virgo egerit. *Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius.* Græcè habetur, quæ cũ vidisset διεταράχθη & hoc modo in vetustis exemplaribus scriptum reperitur, & sic legit diuus Ambrosius. Sed propter excellentiam sensus visus multoties in scriptura, ea quæ audiuntur vel quæ tanguntur, videri dicuntur. De priori exẽplum est in libro Exodi, vbi dicitur quod omnis populus videbat voces domini vbi videre pro audire sumitur. De secũdo exẽplum habes in Euangelijs, vbi de Thoma apostolo dicitur, quod vidit vulnera domini. Quia vidisti me (inquit Christus) Thoma credidisti, vbi videre pro tangere sumitur. Interpres autem noster transtulit, quæ cum audisset. Nam in Greco exemplari videre pro audire sumitur. Nam ex sermone angeli, quẽ audierat, turbata fuit beata virgo, quæ quidem turbatio ex virginea vere cũdia, & vera humilitate processit. Verum ex sermone turbata dicitur, non ex visione sicut Zacharias, quia virgo solita erat multoties angelos videre. Sermo autem angeli turbationis fuit causa, cum se tam excellenter audiret laudari, cumque ipsa tam humiliter de se sentiret. Quia (vt inquit Chrysostomus) vir sapiens cum laudatur in facie percutitur in mente. Hæc enim vera humilitas est, vt quanto quis profundiores, & altiores in virtute egerit radices, tãto de se humilius iudicet. Huius autem ratio est, quia nunquã quis progredi poterit vlterius in recta vita, nisi intellexerit, plura & maiora superesse, quam quæ hactenus superauit. Nã in literarum studio quãto quis doctior est, tanto magis suam ignorantiam cognoscit cum intelligat multa alia illi restare, quę intellectu sunt difficillima. At vero indocti, qui nondum scientiarum limina salutarũt, iam elati existimant se ingentes fecisse progressus. Ita similiter cõtingit in ratione bonorum operum, nam qui maiorẽ vitæ partem in studio vitiorum, quam virtutũ consumpsit vehemẽter insolescit. Sic auari cũ maiores opes congesserunt, eo maiori semper cupiditate inflammantur. Cernunt nãque illo pecuniarum & facultatum incremento aliud maius maiusq; superesse. Quę quidem insatiabilis sitis rerum humanarũ semper digna reprehensione non vacat, at si iste inexhaustus appetitus verorũ sit animi bonorum, quæ hominẽ fœlicem & beatũ reddunt maximis encomijs est celebrandus, vt pote qui summũ illud bonum quantum fieri potest conatur imitari. Quod quidem quantumuis quisque in hac vita vires protenderit, neutiquam consequi poterit. Hanc igitur ob causam prudentissima virgo quãuis mirabili præconio esset digna, tamen ei videbatur hanc salutationẽ suæ humilitatis terminum & lineam prorsus transcendere. Turbata itaq; fuit beata virgo hac salutatione, & ipsius cor percussum, cum se laudari videret. Humilis nãque ęgrius fert honorem, quam contemptum superbus & hic quando contemnitur, leuiori pœna afficitur, quam ille cum laudibus extollitur. Quid obsecro sentire potuit Lucifer superbissimus, quando è cælo eiectus est? Nihil minus existimo pro eximia sua humilitate virginem sensisse, quando angelus dixit illi. Aue gratia plena. &c. Nec extollitur, sed in humilitate progreditur, & turbatur. Nam vt sapiens inquit. Sicut argẽtum igne probatur, sic virtus ore laudãtis. Quod purum agentum est, si ignis accedat, facile examinatur, at quod alchimia vel immundicies est in fumum cõuertitur. Ita insanus cum laudatur, facile deuanescit, humilis vero si laudibus extollitur, tũc de se abiectius existimat. Quæ enim hic virgo gesit, & Christum fecisse in Ioãnis euangelio legimus. Nã cum eum quererẽt Gẽtiles quidã & illum magnificarent, dixit. Nũc anima mea turbata est. Quid nos miseri dicturi sumus, qui omnibus virtutibus prorsus vacui humanas laudes semper sitimus, maiori studio & diligẽtia, quã Epicurus voluptatem quærebat, & tũc potissime conturbamur, quãdo quis nõ bene sentit de nobis. *Et cogitabat, qualis esset ista salutatio.* Nouerat nãque virgo beata Satanæ angelum in angelũ lucis aliquãdo se transfigurare, ideo antequã respõderet prudẽter cõsiderauit, quid hoc esset, iuxta illud quod Ioãnes monet dicẽs. Nolite credere omni spiritui, sed probate, an ex Deo sit. Quod virginis exemplũ nos docet, vt in agẽdis rebus cauti & prouidi simus. Die nãq; resurrectionis dñi primo mane expectauit Magdalena in sepulchro, & cum dñs apparuit, nequaquam ab ea tangi permisit, tamẽ à Thoma incredulo discipulo cõtrectari gauisus est. Quodquidẽ factũ prorsus rationi dissonũ tibi videbitur infideli discipulo fauere, & Magdalenæ eundẽ fauorem imo disparẽ non præstare.

¶ Vbi aduertas oportet, quã inimicus dñs sit imprudẽtis obsequij. Dixit Thomas. Si tetigero credã, & per octo dierũ spatiũ in proposito firmus mansit, qua de causa dñs illius votis acquieuit. Magdalena vero protinus vt nouit Christum, nulla præhabita cõsideratione in illius pedes se coniecit, & ideo merito expulsa fuit. Non vult dominus vt præcipitanter aliquid faciamus, sed vt prius maturo & cordato cõsilio quid faciendũ sit iudicemus. Requirit dñs prudentia & considerationem in nostris operibus, quia qui futura nõ prospicit in posterũ egere cogetur. Quippe scriptum est. Gens sine consilio & prudentia. Nã si Dauid repente nõ credidisset Sibæ, nõ vtiq; protulisset in iustam sententiam aduersus Miphiboseth. Non cuiquã repente fidem adhibeas, quia qui cito credit, leuis corde est. Ne moueariis ab omni vẽto, ne incedas omni via. Vnde Paulus cõsulit dicẽs. Videte fratres quo modo caute ambuletis, nõ quasi insipiẽtes, sed vt sapientes. Ideo priusquã aliquid facias, id considera, quia si prudentiam non habueris, in tenebris, & extra viam curres, & tanto maiori periculo curris, quanto maiori impetu proficisceris. Et hac de causa priusquam aliquid facias, id perpendas, & antequam promittas, ad quid adstringeris. Hisque omnibus ita consideratis neutiquã in agendis errabitur. Quando mulier adultera coram saluatore fuit adducta, priusquã accusantibus respõderet digito in terra scribebat. Quod sane exemplum fuit, vt priusquam de aliqua re sententiam proferas, aut aliquid faciendum decreueris te prius contineas, & digito considerationis aduertas, quid te oporteat facere. Et antequam ad interrogata responderis, recte excogita, sicut beata virgo fecit, quæ cogitabat, qualis esset ista salutatio, priusquã angelo respondere. ¶ Secundo docemur, nunquam debere loqui dũ animum aliqua perturbatio inuaserit, nã sæpe contigit homines ira præcipiti multa fecisse & dixisse, de quibus postea grauissima subit pœnitẽtia. Quod quidem si appositissimo exemplo sacræ paginæ audire cupis, attende. Dixit dominus Esaiæ. Clama ne cesses. At vero sanctus Esaias antequã clamaret, volnit scire quid esset dicturus, ideo dixit. Quid clamabo? Et audiuit. Omnis caro fœnum. Vide quo modo antequam loqueretur voluit scire, quid esset dicturus, tu autẽ loqueris quidquid venit in os: ideo tace & cogita priusquam loquaris. Quod si quispiam dixerit, de te multa audiuisse, quę ad honorem tuũ attinent, existimare debes vel alio tendere, vel diuerso fine esse prolata quam tu iudicas. Et tunc in mentem illud adducas de Christo Saluatore multa & maiora mala dicta esse, quam de te dici poterunt, qua via gloriam tibi, & immortalem vitam consequeris. Considera etiam multa secreta flagitia de te pandi posse, quorum manifestatione dignus es, quodque si cognitus esses ab hominibus multa peiora de te possent prædicare. Attende etiã quòd si minus caute coram hominibus fueris loquutus, stolidus iudicaberis, quòd si tacueris & linguã compresseris, & iniustas hominũ contumelias patiẽti animo tuleris, prudẽs reputaberis. Audi regiũ prophetã. Turbatus sum, & non sum loquutus. Videṡ itaq; angelus virginem paurentẽ & trepidantem, fortem illam reddit, & animum restituit, & aufert ab ea omnem timorem dicẽs. *Ne timeas Maria.* Ne timeas, quia non affero ignitum gladium, vt claudam portam paradisi: imo annuntio eum, qui aperturus est ianuas paradisi. Ne timeas, quia non sum missus ad pu-

Hom. 27. in opere imperfecto. Mat.

Ioan. 12

2. Cor. 11

Ioan. 4

Ioan. 20

Deute. 31

2. Reg. 19

Eccle. 19

Ephe. 3

Prouerb. 27

Ioan. 8

Esa. 40

Psal. 76

Gene. 3

Gene. 19

Lib. 1. offi. cap. 18.

Exo. 20.

Ioan. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

niendum peccatores, sicut illi angeli qui venerunt vt Gomorram & Sodomã euerterent, sed illius nuntium affero, qui tollet peccata mundi. Ne timeas, quoniam non affero legem oneris & timoris, sicut ille angelus, qui apparuit Mosi in mõte Sinai domini vices gerens, sed affero legislatorẽ suauissimum, qui mandata dabit amoris. Ne timeas, quia non venio necem daturus, sed denunciaturus autorem vitæ. Ne timeas, quia non veni, vt obmutescas, sicut Zacharias, qui meis dictis fidem nõ adhibuit, sed vt meo nũtio læteris, & vniuersum orbem iucunditate adimpleas. ¶ Iam verò illud venit obseruandum, quod superius tetigimus, cum idem hic angelus similia verba diceret Zachariæ, scilicet, ne timeret. Solet nanque angeli boni initio dum apparent, terrere, at in finẽ maximam cõsolationem & lætitiam relinquere, quod facile est videre in beata virgine in hoc loco, & cum Zacharia, necnon cum pastoribus & cum alijs multis. Visio autem & apparitio angeli Satanæ visioni angeli boni contraria est. Quia omnia mũdanarum rerum principia iucunda & delectabilia sunt, finis autem tristis & amarus est, virtutes vero in principio duræ & asperæ sunt, in fine perfectum gaudium gignunt. Quod si hæc, quæ prosequimur exẽplo sacræ paginæ videre cupias audi. Amon ingenti amore fororem suam Thamar prosequebatur, & postquã cum illa accubuit, tantum illius odium cõcepit, vt dicat scriptura, hoc odium maius esse, quam fuit amor, quo illam prosequebatur. Ideo in Prouerbijs dicitur. Fauus distillans labia meretricis, & nitidius oleo gutur eius, nouissima autẽ illius, &c. Ne cõijcias oculos in pulchritudinẽ peccati, quod sicut vinũ inebriat, calet nanque & illo homines euanescunt, & suorum sensuum impotentes efficiuntur, & virus tanquam Basiliscus diffundit. Ideo angelus præcepit Loth & vxori ipsius, filijs & filiabus vt domũ citius exirent, & vt neque oculos retro verterent in ciuitates, quæ igne comburebantur. Fœlicius nanque illis cõtingeret, si iter suum insequentes non retro aspicerẽt, vitia enim natura sua homines alliciunt, & attrahunt, ita vt si in ea respexeris, omnino detineari. Quod si ad vitia respexeris, non tam principia, quam exitus illorum considera, at si virtutem non initium, sed finem, nam principio forsan difficilis via tibi videbitur. Arcta est via, sed id attẽdas, quòd ad vitã ducit. Non sinas hanc corticẽ aperire, & frangere. Intus nãque medulã & cibum suauissimũ inuenies. Nam malũ punicum etiam si corticem amarã & insipidam habeat, non ideo est reijciendũ. Quod si agricola hyemem horridam grandine, & pluuijs abundantem expauesceret non vtique messes in maturo tẽpore colligeret. Respicit tempus fructus, tẽpus augusti, in quo maxime delectatur & gaudet, sic nos attendere debemus ad virtutis exitus, nã si principia inspicimus, ab incepto desistemus earum asperitate deterriti. Pascebat oues Moses, cũ apparuit illi dñs, & dixit, vt proijceret virgam in terrã, quæ cum proijceretur conuersa fuit in colubrum: at Mose caudã colubri apprehendente, iterum coluber in virgã fuit cõuersus. Quod insinuat, vt si virtutis principia apprehẽderis expauesces, & trepidabis, illam colubrũ & basiliscũ iudicans, at si finẽ intueris facilis tibi tanquam virga videbitur. Vnde si quis audiat dicere, Beati paupẽres, beati humiles, beati qui lugent, qui persequutionem patiuntur, prima facie protinus mirabitur, & deterrebitur: at si finem attendat, & consideret, quoniam ipsorum est regnum cęlorum, & quoniã ipsi consolabũtur, gaudebit vtique, & animus eius lætitia reficietur, necnõ intelliget, quòd ex amara virtutis radice dulcissimi, & suauissimi fructus colliguntur. In virtutis exitus vas illud electionis cõiectos habebat oculos, quando Corinthijs suis dicebat, Considerantibus nobis non ea, quæ videntur, sed quæ non videntur, ea verò quæ videntur momentanea sunt, quæ non videntur æterna. ¶ Vbi iam tandem in his angeli verbis considerandum venit, vt in visione angeli principio beata virgo timuerit, in fine autem angelus illam consolatur, & timorem propellit, ità vt mater Dei virgo manserit, & in altissima omnium digni tatum constituta, vt inde intelligas, quam beatũ & fœlicem finem ipsa virtus sibi fortiatur. Subdit deinde angelus, vt virginis gaudiũ magis augeat. *Inuenisti gratiam apud Deum.* Reddit angelus rationem, quare non debeat timere. Timeant illi, qui sunt sceleribus & flagitijs contaminati, timeant peccatores seuerum iudicium domini, timeant malefactores subire tribunal iudicis, tu vero, qui gratiam apud dominum inuenisti, gaude & lætare, tantum abest, vt aliquis timor

Ioan.1.
Exo.19
Matth.7
Exo.3
Matth.5
Lucæ. 6
2.Reg.13
2.Cor.4
Prouer.5
Prouer.23
Gene.19

mor animum tuum posit inuadere. Qui Deum non timet, reliqua omnia mundi timere debet, at tu qui Deum times, immunis manes à reliquis alijs timoribꝰ. Cain protinus vt timorem domini amisit, totus animo linquebatur, ità vt dixerit. Omnis qui inuenerit me, occidet me. Mirabile quidẽ est, vt qui animum habuit & vires, ad occidendum crudelissime fratrem iam se fateatur animi deliquium pati ad vniuersas res mundi. Quemadmodum enim miles scuto & hasta amissis, magno timore corripitur, & vt nauta fracto gubernaculo in medijs fluctibus constitutus maximo metu deterretur, sic homo diuinis gratiæ armis spoliatus, & timore domini amisso pertimescit, ne fluctibus inferni absorbeatur. Qui verò Dei gratiã habuerit, nihil est quòd timeat. Quo circa dominus Esaię dixit. Ne timeas quia ego tecum sum. Iacob cum existimaret forsitan aliqua culpa teneri, cum Laban idola sua quærebat, tacuit: at cum omni culpa vacare intellexit, timore repulso audacter eum reprehendit. In quo facto considerare debes quam fortem reddat animum recta conscientia. Quod si recta conscietia non est, tũc Deum times, fulmen times, & infernum, & denique tuorũ factorum reddere rationem formidas. Sapiens ait. Fugit impius, nemine persequente, iustus autem vt leo confidit. Tu autem beata virgo noli timere, quia inuenisti gratiam apud dominum. Rex cum comitatus incedit hominibus illis hastatis, & ensibus munitis omnẽ timorem procul expellit, nescio autem cur timeat homo, cum Deum in custodem suũ habeat. Si quando cum amicis & sodalibus incedis, ni hil formidas, minus multo timere debes cum Deum in custodiam habeas. Etenim regius vates inquit. Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Dominus salus mea, quem timebo?

¶ Iam verò hęc verba angeli, scilicet, quod apud Deũ gratiam inuenit, singula æqua lance sunt perpẽdenda. Multi nãq; quęrũt gratiam, non apud Deũ, sed apud mundũ, cuius certè gratia & mendax, & fallax est. O bone Deus quam anxio labore & solicitudine ab istis gratia quæritur, & quanto labore hæc eadem gratia sustinetur, & quã to animi dolore tandem relinquitur. Vtinã vt Deo essent grati, tam anxiam curam & solicitudinem præstarent. Hi certè videntur terrena hæc & caduca æternis illis, & nunquam perituris bonis anteponere. Qui quidem admodũ similes sunt Iudæis illis qui tyrannidem Pharaonis in Aegypto ferre maluerunt, potiusquam aliquã tulum laboris sustinentes, terram promissionis ingredi. Similes etiam sunt isti conuiuis illis, de quibus legitur in euangelio, qui pluris habuerunt sua negotia conficere, quã summa animi requie & lætitia regis eterni nuptijs interesse. Omnes vtiq; hinc soli rei operam intendunt, in id vires & neruos exhauriunt, vt gratiam principum & magnatum concilient, gratiam autem Dei, vel nihili pendunt. Quod certe studium hominũ stultorum & amentium est. Viri autem iusti eam diligentiam, quam mali adhibent, vt grati & iucundi sint hominibus seculi, eandem ipsi impendunt, vt grati & charĩ sint Deo. Quæ quidem solicitudo & diligentia à beata virgine non fuit aliena, ipsa etenim maiorem gratiã, quam reliquæ omnes mulieres apud Deum fuit consequuta. Sed iam angelus postquã timorem expulit à virgine, incipit suum nuntium declarare dicens. *Ecce concipies in vtero.* Expende, quòd non dixit solum. Ecce concipies, sed subdidit, in vtero, vt ostenderet, ipsam parituram sua virginitate intacta & integra permanente. Sola hæc virgo in vtero concepit, reliquæ nanque mulieres licet fœtus suos in vtero portent, tamẽ non concipiũt in vtero, sed extra vterũ. Virgo non sic, sed ipsa sola nullo interueniente opere viri, sed Spiritu sancto assistente, cõcepit. Quod si conceptum tibi annũtio, nulla macula, aut iniuria Mariæ virginitati fiet, quia non sicut aliæ mulieres, sed iuxta Esaię vaticiniũ Spiritu sancto obumbrata concipes. Bene igitur addidit angelus, in vtero, nam cum beata virgo cogitaret, esset ne illa salutatio ab angelo lucis, vel à dæmone, cum virginitatis votum promisisset, existimaret forsan illum dęmonem esse, nisi in vtero adderet, cum suaderet, vt votum virginitatis frangeret. Ideo sapienter angelus suam salutationem pronũciauit, ac si diceret. Quia quem paritura es, vnicus est filius Dei, & verus homo, ita modus nascendi peregrinus & inauditus erit, quia matris gaudio frueris, nec ideo amittes coronã virginitatis, quia hoc opus miraculosum erit, factum ab Spiritu sancto. Ideo diuinus Psaltes inquit. Homo natus est in ea, ipse fundauit eã altissimus. Præterea non superuacaneè addidit, in vte

Gene.4
Esai.41
Gene.31
Proverb.28
Psal.26
Prouer.31
Nume.21
Matt.22
1.Ioan.
Esai.9
Psal.86

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro, vt ostenderet diuinũ verbum ex virginali vteri substantia carnem sumpsisse, & ex purissimo ipsius sanguine sacratissimũ corpus fuisse formatum. *Et paries filium.* Tui ipsius Saluatorem, & omnium hominum redemptorem, & fiet absque aliquo dolore & pudore tuæ virginitatis. Nam sicut in cõceptione libido non erit: ita neque in partu corruptio. *Et vocabis nomen eius Iesum.* In Hebræo Iesuah, quod est Saluator, quæ dictio latine significat eripere, vel aliquid ex aliquo periculo liberare. Itaque Saluator liberatorem, vel ereptorem ab aliquo periculo significat. Et ita duces illi constituti à Domino super populum Israeliticum, de quibus fit mentio in libro Iudicum, vt Samson, Geptẽ, Gedeõ, & alij, qui liberabant filios Israel in aliqua necessitate constitutos Saluatores vocabantur. Suscitauit illis dominus Saluatorem, hoc est virum qui illos ab inimicis eripuit. Sic Christus vocatur Iesus, id est, saluator, qui à dæmonis seruitute nos liberauit. Quemadmodum enim Romani duces illustria nomina sunt sortiti, vt Britãnici, Africani, Germanici eo quòdam mi sui virtute has nationes debellarunt: ità Christus inuictissimus dux, rectè Saluatoris nomen sibi accepit, quãdoquidem humanum genus à morte & imperio dæmonis eripuit. At Christus multo potiori iure, quia cæteri Romani imperatores à deuastatione, à destructione, & à morte honorem vsurparunt, Christus autem à reparatione, à restauratione, & vita honoris titulum sibi asciscit. Nãq; Scipio ille, qui cognomento Africanus fuit vocatus, hoc cognomen sortitus est, quia Romano imperio Africã subiecit. Christus autẽ, quia diabolum vicit, & animas tulit, quæ ipsius erant spolia, hominum Saluator appellatus est. Qua de causa meritissimò, inquit apostolus, Dedit illi Deus nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. Notabis autem, quòd non dixit angelus, impones illi nomẽ, sed vocabis, quia hoc nomen iam illi erat impositum à Deo patre, iuxta illud. Vocabitur tibi nomẽ nouum, quod os domini nominauit.

Iudi. 1

Luc. 11

Philip. 3

Esai. 62

Matth. 1

¶ Denique obseruãdum hic est, quòd quãdo angelus loquutus fuit cum Iosepho virginis sponso, de hoc sanctissimo & benedicto nomine Iesus dixit. Vocabis nomẽ eius Iesum, ipse enim faciet populũ suum liberũ à peccatis eorũ. Vbi iam vides quomodo angelus Ioseph, & nomen pueri & eius declarationem aperuit. Quod cum virgine neutiquam fecit, tum propter virginis excellens ingeniũ, cum ipsa ità omnia percalleret, vt nulla emendicata expositione indigeret: tum etiam, quia angelus peccatum nominare noluit coram ea, quæ libera ab omni peccati cõtagione nata fuit. At vero cũ nec ipse angelus coram beata virgine ausus fuerit peccatum nominare: tamẽ hac nostra tẽpestate multi sunt, se ipsos discruciãtes, qui maxima curiositate voluunt, & reuoluunt libros, vt in ea peccatum inueniant. Qui tamen si attẽtas, & pias aures sacro vati præstarent, in id amentiæ genus nõ incidissent. Quæretur (inquit) peccatum illius, & non inuenietur. Sed post nominis impositionem, qualis futurus sit Saluator, subdit angelus dicens. *Hic erit magnus.* Tot tãtiq; illi erunt virtutũ tituli, vt nemini alij quã homini & Deo cõuenire possint. Vnde nec cõsentaneũ rationi esset, vt eo honore, quo Deus vnigenitũ filium suũ decorauit, reliquum alium illustraret. Nãq; maximũ argumentũ erat ad probãdam Christi diuinitatẽ, humanitatis ipsius claritatẽ considerare. Quodquidẽ efficax argumentũ diuus Ioãnes cognouit: cũ dixit. Verbũ caro factũ est. Sequitur, Vidimus gloriã eius gloriã quasi vnigeniti à patre. Vbi dictio illa, quasi, neutiquã diminutiua est, at sonat idẽ quod, tanquã. Nec adiungenda est nomini vnigeniti, ita vt efficiat sensum. Vidimus gloriã eius, quæ tam egregia ac tanta est, ac si esset gloria vnigeniti filij Dei. Qui quidem nõ bonus sensus est, quia vere fuit gloria, nõ quasi vnigeniti, ita quod particula, quasi diminutionẽ significet, sed tanquam vnigeniti, quia gloria Christi vere & pure fuit vnigeniti filij Dei gloria. Itaq; dictio, quasi nõ connectẽda, aut iungẽda est genitiuo vnigeniti, sed accusatiuo, gloriã, & tũc reddit sensum. Data est illi gloria, quæ decebat vnigenitũ patris ẽterni, quæ soli illi cõueniebat, vel quæ in eum solũ cadere poterat, vel quæ sibi, & nõ alij tribui poterat, cũ esset filius Dei. Filio enim Dei cõueniebat ex ea matre nasci, quæ ante partũ, & in partu, & post partũ virgo existeret, & ipsum solũ decebat, vt in natali suo angeli canerẽt, & vt eum reges adorarent. Ipse solus est, qui meruit a Simeone, & Anna magnificis laudibus extolli, à magno Baptista prædicari, & testimonio patris filius declarari cum

Ioan. 1

Luc. 2
Matth. 2
Mat. 3

cũ dixit. Hic est filius meus dilectus, quẽ vti que laus & honor ipsi soli cõueniebat. Huic soli miracula illa portẽtosa tribuenda erãt, quæ in morte sua, passione, & resurrectione acciderũt. Itaq; illius humanitas talibus titulis fuit illustrata, qualibus oportebat filiũ Dei decorari. Ideo rectè dixit Angelus. Erit magnus. Et quid vlterius addit? *Et filius altissimi vocabitur.* Ac si diceret. Ita illustris & magnus erit, vt facile possit colligi, eum esse naturalem altissimi filium. Et hinc est, quod ipsius gloria & claritas tanta erit, quãta decuerit filium altissimi patris. Antea filius altissimi erat, sed postquã carnẽ assum psit, vocat⁹ est à multis, vt à Petro, Martha, Centurione & multis alijs. Ideo nõ dixit, erit, quia antea iam erat, sed vocabitur. Nõ autem adoptiuus, vt cæteri, sed naturalis, coæternus, vnicus & coæqualis, iuxta illud.

Matt. 16
Ioan. 1.
Matth. 27

Psal. 2.

Dñs dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. ¶ Expende autẽ quod quãdo angelus loquitur de magnitudine apponit verbũ, erit, futuri tẽporis: at cum loquitur de filiatione inquit, filius altissimi vocabitur, vt scias, quod quãdo dixit magnus, de Christo homine intellexit, quia si de Christo Deo intelligeret, non opus esset dicere, magnus erit, sed solũ, hic est magnus. Itaq; cum dixit, filius altissimi vocabitur, de ipsius diuinitate fuit loquutus, qui semper & ab æterno filius eius naturalis extitit, ideo non dixit erit, sed vocabitur, vt æternus pater illũ vocabit, & Centurio & alij. *Et dabit illi dominus Deus sedẽ Dauid patris eius.* Conditionẽ describit, statũ & dignitatem, quã habiturus erat Messias. Dabit (inquit) sedem Dauid. Vbi sedes pro statu sumitur. Ita ad eundẽ modum dicimus, sedes vacans, cum summus Põtificatus, vel aliud quoduis imperiũ vacat. Ita consuetum est dici. Papa sedit annis decẽ, quia tãto tẽporis interuallo pontificatũ gubernauit. Sic intelligendum est illud Exodi, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius vsq; ad primogenitũ ancillæ, quæ est ad molã, hoc est, à primogenito, qui gubernat. Sic Christus quatenus homo sedet in domo Dauid, quia sceptrũ habuit domus suæ, & dñs fuit Dauid, quatenus Deus. Ideo Esaias ait. Multiplicabitur eius imperiũ, & pacis non erit finis. Super soliũ Dauid, & super regnum eius sedebit, vt cõfirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia. Vbi animaduertas. Prophetam nõ dixisse acquisitione gloriæ tẽporalis, aut diuitiarũ terrenarũ, nam temporalis gloria fluxa & momẽtanea est, sed dixit, in iudicio & iustitia. Per hæc enim regnũ Christi in omnibus suis fidelibus cõfirmatur & permanet. Quo circa Romanorũ regnũ, defectu iustitiæ cecidit, & plura alia regna, quæ longũ esset cõmemorare. *Et regnabit in domo Iacob in æternum.* De hoc Christi regno ait Psalmista. Regnũ tuum regnũ omniũ secu lorũ & dominatio tua in omni generatione & generationẽ. Et Esaias. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, super solium Dauid & super regnũ eius sedebit, vt confirmet illud. Et Daniel. Magnũ eius regnũ sempiternum, &c. Et Michæas. Regnabit (inquit) super eos in monte Siõ ex hoc nunc & vsque in seculũ. Aduerte autẽ quod loquẽs angelus de Christo, nõ dixit, illũ regnaturũ in domo Abrahæ quãuis pater fidei fuerit, nec in domo Isaac, cui factæ fuerunt repromissiones, quia Abrahã habuit filiũ Ismaelẽ à quo Ismaelitę (gens idolatra & infidelis) ortũ duxerũt. Similiter Isaac filiũ habuit Esau, a quo processit rex Edõ cũ populo suo gẽtili, idololatra & infideli. At filij Iacob omnes fuerunt fideles, à quibus originem traxit Dei populus, & in quo Deo notus erat & adorabatur. Propter infidelitatẽ filiorũ Abrahæ, & Isaac nõ regnauit Christus in domo Abrahę, aut Isaac nõ propter peccata, nã in domo Iacob, etiã peccatores fuerũt. Omnes nãq; Christi fideles, licet peccatores sint, dummodo salua & incolumis in illis fides maneat, ad Christi regnũ pertinẽt. Infideles autẽ hæretici, & perfidi Iudei, diabolũ habẽt regẽ, nos tamẽ Christũ & regẽ & ducẽ nostrum sequimur, qui in sua sancta & catholica regnat ecclesia. Diximus superius omnẽ illũ, qui Christi fidẽ incolumẽ habet, etiã si aliquo peccati inquinamẽto noxius sit, nihilomin⁹ eius dẽ Christi esse membrũ, licet mortuũ. Nãque in arca ecclesiæ animalia sunt mũda & immũda, & in eadẽ triticũ est paleis admixtum, & itẽ sagena est vbi sunt pisces boni & mali. Quod ideo prosequimur, vt totis viribus nitaris, ne huius regni mortuus ciuis sis per mortuã fidẽ, & id præ oculis semper habeas, q⁹ Christus dicit. Filij regni eijcientur in tenebras exteriores. Vbi manifestè innuit, quo pacto fides sola nõ sufficiat ad cõsequendã vitam æternã, nã Israelitę illi, de quibus Christi est sermo, per fidẽ erant filij regni, tamẽ defectu operũ excluſi sunt à re

Esai. 9.

Dan. 3
Mich. 3

Gen. 8.
Mat. 13.

Matth. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

gno cælesti, nam cum congregauerit pater familias triticũ in horreo suo, paleas cõburet igni inextinguibili. Vt intelligat Christicola nequaquam illi de sola fide esse gloriandum. Quod si te sola fide dignũ honore putaueris, fortasse continget, vt illã amittas, iuxta illud beatissimi Pauli, de quibusdã hæreticis Timotheo scribentis. Habentes bonã conscientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Si bonã amittis conscientiam, etiam post conscientiam fidem perdes. Cõtinget quippe illud tibi, quod pomis reconditis, quod quando vnum corrumpitur, corrumpitur etiam alterum illi adiunctũ, ita sane volũtate viciata ex multitudine & affinitate vitiorũ, multoties & fides in intellectu corrumpitur, intellectus bonus omnibus facientibus ea.

2. Time. 1.

Qui enim mãdata Dei custodit (inquit Dauid) bonum habebit intellectũ ab ipsorum mandatorũ obseruantia, & ab ipsa legis custodia: nam dominus nõ permittit, vt in hęresim labatur, qui Christi mandatis obtemperat. Quj manum supra oculos suos ponit, ipse sibi est impedimento, ne à solis radijs illuminetur. Quod vtique multi ex catholicis fecerunt, qui inter oculos suos & lumen fidei multa flagitia, & scelera constituentes, non lucente illis sole iustitiæ, fuerũt in causa vt miserũ illorum cor excęcaretur, & vt in Barathrũ hæresum laberentur. Princeps huius cateruæ fuit Lutherus nostri seculi miseranda pestis, qui prius quam in hæresim laberetur, superbus sępe, luxuriosus, & multis alijs flagitijs, & sceleribus contaminatus. Nam homini spurcitijs carnis dedito facile suadebis simplicem fornicationẽ non esse peccatum. Nec erit ab re illud relatũ à diuino Augustino, quod quidam nomine Aerius qui episcopatum ambiebat, cum non posset illum attingere, in id insaniæ descẽdit, vt assereret simplicem sacerdotem habere tãtam potestatem sicut episcopus. Intellectus nanque cum nostrę voluntati assentetur protinus, vt in aliquã rem inclinatur, etiã si mala sit, tanquam bonam approbat. Vnde Esaias, quem beatus Ioãnes citat, ait. Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde, & conuertãtur & sanem eos. Sed de his aliâs.

Psal. 100.

August. lib. de Hæresibus cap. 53.

Esai. 6. Ioan. 12.

¶ Pro maiori autem huius literæ explanatione meminisse oportet, historiã tertij libri regũ recolere, vbi habetur quod domus Iacob Dei cultoris diuisa fuerit in duo regna tẽporibus Roboã nepotis Dauid, & habuit duos reges, scilicet, Ieroboã, quẽ sequuti sunt decem tribus, & vocatus est ipse, & eius successores rex Israel, & duæ tribus sequutæ sunt Roboam, qui vocatus est Iuda. Ideo ne existimaret beata virgo, quod in regno Iudæ solũ esset Christus regnaturus, cui⁹ successio est illa, quæ profecta est à Dauid, & nõ in reliquis tribubus, ideo inquã postquã dixit, in domo Dauid patris eius addidit Angelus, regnabit in domo Iacob, vt inde intelligas Christum regnaturũ super duodecim tribus, & vtrũq; regnum, & imperiũ Iudæ & Israel complexurũ, quæ tribus omnes erãt successores, & filij Iacob patriarchæ. ¶ Vbi autem dicit hoc Christi regnum esse æternũ, manifeste insinuat nõ esse tẽporale, sicut multi falso existimarũt, scilicet, Messiam copulaturũ omnes duodecim tribus quæ antea sparsæ & diffusæ erãt per diuersas nationes, & imperaturũ omnibus duodecim tribubus, quẽadmodũ Dauid & Salomõ. Ita Christũ interrogauerũt discipuli dicẽtes. Dñe si in tempore hoc restitues Israel? Ita credidit Herodes, & ideo turbatus est, ne forsan perderet temporale suũ regnum. Item cũ dixit Angelus regnũ eius æternũ fore insinuauit clare illud futurũ esse spirituale, quia tẽporalia æterna nõ sunt. Sic Daniel de Christi regno inquit. Regnũ eius potestas æterna. Dauid etiã in Psalmo quẽ de Christo in sensu literali allegat Paulus, dixit. Sedes tua Deus in seculũ seculi virga æquitatis, &c. Fere nihil erat Christo ab aliquo imperatore regnũ temporale auferre sicut abstulit à Pharaone, at temporale regnũ, & omnia quæ in eo sunt nihili pẽdũtur à Christo. Sed hac nostra misera tẽpestate, omnis fons & origo discordię inter reges Christianos est, quis eorum maiori dominaturus sit imperio, aut quis magis aucturus, aut locupletaturus sit suũ regnum. Si quatuor palliola ex vili lana cõfecta volentibus tragœdiam repręsentare in medium adducerentur, & protinus inter eos rixa oriretur, quis meliori lana confectum pallium esset induturus, nonne manifestissima insania hæc esset, & omnino isti mentis impotes iudicarentur? Omnia nam que palliola ex eadem lana sunt cõfecta, & peracta comœdia ibi manere debent, quia mutuata fuerunt. De nihilo alio certe reges inter se pugnãt quam de lana caprina, quis maiora

1. Reg. 12.

Actor. 1.

Matth. 2.

Danie. 2.

Psalm. 44

Hebræ. 1.

maiora regna possideat, quis pluribus gentibus dominetur. Ideo oportet aduertere, ne quis rerum mũdanarum imagine capiatur, omnia nãq; palliola sunt vili lana contexta, & omnia hęc relinquenda sunt. Quo circa optimo iure Christus hanc controuersiam noluit acceptare, imo fugit quãdo Iudæi illũ in regem eligere voluerunt.

Ioan. 6.

¶ Admonet locus iste vt temporalia fugiamus, & vt amemus cęlestia. Hęc enim quę videntur temporalia sunt quæ non videntur æterna. Quid enim obsecro aliud est aurum & argentum, nisi terræ immunditia? Quid hęc quibus induimur, nisi ferarum & brutorum coria? Quid bombycinium, & sericum, quibus pretiosæ vestes cõficiuntur, nisi vilium vermium stercora? Quid pretiosæ purpuræ & regalia indumenta, nisi animalium vellera? Quid denique supremæ arces altissimis mœnijs vallata, quid fortia castella, quid laquearia miro artificio elaborata, quid nisi terra sunt? Omnia quæ sub cælo sunt vile stercus, & vanitas sunt. Talia Apostolus iudicauit cum dixit, Omnia arbitratus sum stercora. Et regius vates hos miratus qui superbas istas domos nimis amant dicit. Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Vanitatem diligitis & quæritis mendacium, quia hæ non sunt permanẽtes, nec veræ diuitiæ. Quod si hęc ita sunt, quot & quantos in mundo inuenies qui harum terrenarũ rerum amore depereũt, & superbia elati nimis deuanescũt? Vnde regius Prophęta postquam de impijs multa mala dixerat, statim de ipsorum moribus adiecit dicens. De abscõditis tuis adimpletus est venter eorum. Nam si regiã domũ, vel alterius nobilis ingrediaris protinus omnia cubilia videbis preciosis ornata pauimentis, vasa omnia nitida & fulgentia, lectũ & fulcra miro artificio elaborata, tecta denique eburneis, & aureis laquearibus fabricata, quæ omnia si rectè considęres videbis materiam ab ipso opere superari. At vero si conieceris oculos in alia miseria infima, non apparent, cum tamen & his domus etiam abundet, quæ nunquam propter earum vilitatem ante cõspectum Domini adducuntur. Sic nimirum amor Dei sanctus, virtutes, & multa alia illustria dona in publicum sunt collata, tãquam supellectilia magnifica, & tanquam margaritæ pretiosę, quæ in cõspectu Domini sunt, vt omnibus notæ fiant. Tamen aurum & argentum, & aliæ pretiosæ margaritæ humanis oculis in pretio habitæ, diuinis autẽ contemptæ, in inferioribus terræ partibus reponũtur, vt in ipsius viscęribus, & in marinis conchis, vbi ipsæ generantur. Ait itaque Dauid Domino. Vide & cõsidera quales isti sint, quorũ venter & animus de absconditis tuis adimpletur. His nãque rebus, quæ ob earundem vilitatem in infimis terræ partibus sunt reconditæ, vt aurum, argẽtum, gemmæ, & alia huiusmodi his inquã eorum animus & venter est repletus, quibus superbi & elati incedũt, necnon & eas magnificiunt. Qui certè non alio solidiori cibo, quam vento aluntur. Et dimiserunt (inquit) reliquias suas paruulis suis. Hæc quippe bona filijs & hæredibus suis impartiuntur, alij domum, alij vineam, alij fundum, quorum singulis singuli sunt contenti. Quod si à diuino vate quæras. Nunquid eius venter his omnibus satietur? respondebit vtique. Ego autem satiabor cum apparuerit gloria tua. Hic nãque bonis spiritualibus (inquit Dauid) satior, & deinde diuinis, & nunquam perituris satis ero contentus. At vero quia de his vberiorẽ fecimus sermonẽ in prima parte libri, quem de vanitate mundi nos scripsimus superiori anno, quæ tu videre poteris, ad contextum Euangelij sancti gradum iam faciamus. *Et regni eius non erit finis.* Quæ verba & superflua & Angelo indigna per transennam cõsiderata videbuntur. Quia cum prius dixisset. Et regnabit in domo Iacob in æternũ, quid vlterius opus erat addere, & regni eius non erit finis? Quia quod æternũ est, aperte cõstat idem finem non habiturum. Quã obiectionem facili negocio dilues, si aduerteris, coniunctionem, &, expositiuam esse. Hæc enim nomina æternum, & sempiternum, multoties in sacra pagina nõ pro perpetuitate temporis, sed pro multorum annorum spacio vsurpantur. Nam de circunciſione dixit Dominus esse pactum sempiternum, quæ tamen modo mortifera est. Si circũcidimini (inquit Paulus) Christus nihil vobis proderit. Et loquutus de sacrificijs dixit, esse legitimũ sempiternum, quibus non obstantibus finita sunt iam sacrificia illa deleta & mortifera. Vnde necessario conficitur legitimum sempiternum in tempus finitum & limitatum debere resolui. In Exodo etiam dicitur, quod seruus

Psal. 4.

Psalm. 16.

Gene. 17.

Galat. 5.

Exo. 28. & 30.

Leui. 16. & 27.

Exo. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nolens libertatem maneat seruus in seculum: & tamen in anno Iubilei omnes sua libertate fruebantur, vt habetur in Leuitico. Idē de festo paschali dicitur in Exodo, & de Sabbato, & de sacrificijs in libro Numerorum. Et plura alia loca in sacra scriptura inuenies, in quibus æternum, & sempiternum, nō pro perpetuitate temporis, sed pro longo aliquo interuallo accipiuntur. Itaque coniunctio, &, in hoc loco expositiua est, præcedentia verba declarans. Alia etiam loca inuenies in sacris literis his similia, vt est illud Genesis. Benedixit diei septimo, & sequitur. Et sanctificauit illum. Hoc enim est benedicere. Et in Matthæo colligent de regno suo omnia scandala: & declarans id Euangelista dicit. Et eos qui facit iniquitatem mittent in caminū ignis. Et in Apocalypsi. Fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo. Vbi cōiunctio, &, exponit Deum esse patrem Iesu Christi filij sui. Ne igitur beata virgo existimaret regnum Christi aliquo tempore finem habiturum, addidit angelus, & regni eius nō erit finis. Ac si diceret. Tali modo æternū erit, vt nullis terminis, aut finibus claudatur. ¶ Siue aliter tibi placuerit respondeo, quòd etiam si æternum significet infinitū tempus, dico tamen quod licet æternum sumatur pro tempore perpetuo & semper duraturo accipitur hic, regni eius non erit finis pro extensione, latitudine & magnitudine regni eius. Quod regnum nullis terminis, aut regionibus claudetur, non solum quantum ad durationem temporis, verum etiam tam amplum, tam latum, tam extensum, vt nulla possit circunscribi mensura. Regno quippe Hispaniæ Pyrenæi montes finem imponunt. Francorum vero Alpes, & alia itidem regna suis finibus continentur. At regnum Christi nec Hispania, nec Gallia, nec Italia, nec Constantinopoli finitur, quia regni eius (inquit angelus) non erit finis, sed in omnem terram, in quanlibet remotissimā regionē, vbi aliquis Christi fidelis fuerit se extendit eius imperium. Vnde & ipse inquit. Regnum cælorum intra vos est. Non habet circunscriptum locum regnum eius, quia possessio eius vbique est. Dominabitur, (inquit Psalmus) à mari vsque ad mare & à flumine, &c. ¶ Tertiò huic difficultati potest satisfieri, quod cū dixit, & regnabit in domo Iacob in æternum intellexit de rege Christo, nūc vero cum dicit, & regni eius non erit finis, loquitur de regno eius, hoc est de subditis suis, atque ita rex, & ipsius regnum nullū finem habebunt. Quod prius est, ad regem pertinet, secundum vero ad eius subditos. Poterit ne Hispanus, vel Francus rex alicui subditorum dicere. Nunquam moriēris? An poterit hunc eundem à morte eripere, & perpetuum facere? Minimè. Christi autem potentię, vel hoc parum est, qui suis dicit. Capillus de capite vestro nō peribit, omnes enim sunt numerati. Nam Christi subditi, qui in cælo cum sanctis regnant nū quam mortem agnoscent. Quod si tu perpetuus esse vis, Christi seruus esto, quando quidem humana diligentia nihil aliud magis curat quam se ipsam perpetuam facere, quod vtique consequetur is, qui ex Christi regno fuerit. Si autem mundanus fueris peribis, siquidem & mundus perijt. *Dixit autem Maria ad Angelum.* Licet Angeli verbis firmiter crederet de conceptione filij, quia tamen nō exactè modum concipiendi Angelus explicuit, ideirco rogat Beatissima virgo. *Quomodo fiet istud?* Principio turbata est, quia cognouerat Satanam, aliquando figurā gerere Angeli lucis, & poterat eam tentare, sicut & ipse Christus tentatus fuit. At cum nedum ipse angelus sermonem finiuisset, cognouit diuina reuelatione tunc facta, illum non esse dæmonem, sed angelum bonum. Atque ita non dubitauit, sed fidem verbis præstitit. Non sicut Sara, quę in risum prorupit & in illusionem, nec sicut Zacharias, qui dubitauit, cum vterque sciret angelum esse bonum, qui illis apparuit. Ideo dixit ei Elisabeth. Beata quę credidisti. Nanque virginem non latebat, Esaiam multo antea prædixisse. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. At (vt inquit sacer Augustinus) modum quo conceptura erat ignorabat. Et hoc est quod modo ipsa quærit, quomodo fiet istud? de facto non dubitans, sed prudenter modum inuestigans, rationem subdit suæ interrogationis. *Quoniam virum non cognosco.* Quasi diceret intra se. Si meæ virginitatis iacturam aliquam sum passura, & promissum votum violare, nolo esse mater Dei, at vero quia scio dominum potentem esse, vt mea virginitate intacta manēte possim parere, quęro quomodo Dominus id facere disposuerit. Vbi protinus aduertere debes, quam curam, & solicitudinem habeat beata virgo

Leui. 25. Exod. 12. Exod. 31. Nume. 28. Gene. 1. Matth. 13. Apoca. 1. Luce. 17. Psalm. 71. Matt. 10. Luce. 12. 1. Ioan. 2. 2. Cor. 11 Matth. 4. Gen. 18. Esai. 9. Auguſt. lib. 16. ciui. cap. 24

go de obseruando virginitatis voto, & virginali puritate, dicit nanque Angelo, se tātam dignitatem & honorem neutiquam ascendere velle, si aliquantulum detrimenti suæ puritatis, & virginitatis passura esset. Quòd si quæras à beata virgine, nunquid malit virginitatem custodire, quam matrē Dei esse, non dubito quin tibi respōdeat, melius & salubrius esse, cordis synceritate, & animi virtutibus splendere, quam dignitatem aliquam quantumuis sublimem, & excellentem subire. Omnes nanque dignitates, & honores parui pendendi sunt, si diuinis mandatis, vel minima aliqua offensa irrogetur. Sed ò mundum omnino perditum, & amentem, quid de te, deque ingenij tui moribus dicam, prorsus ignoro. Quis enim hac nostra misera tempestate hominum reperiretur, cui si regalis dignitas oblata esset, quam vel grauissimis flagitijs esset ascensurus, prorsus renueret? Sed quid dico regem? contentus esset ille si minimus daretur redditus. Nam multos hodie inuenies, qui propter lucrandum teruntium, vel minimum aliquod stipendium, grandia, facinora perpetrabunt, imò quotidie perpetrant. At virtus nunc parui penditur, & gratia sine aliqua necessitate à nobis maximè offenditur. Quæ res in causa est, vt beata virgo tam solicitè, & diligenter, rem hanc requirat, ne fortè aliquod ibi lateret incommodum, quod suæ virginitati, & puritati nociuum esse posset. Quam vtinam curam virgines nostri temporis tam solicitam haberent suæ virginitatis seruandæ & religiosæ seruandi vota, quæ domino suo vouerunt. Quod autem beata virgo votum fecerit virginitatis aperte ex hoc loco colligitur. Nā si solum hoc intelligeret ipsa de præterita virginitate, quam hactenus custodierat, esset nihil dicere. Quia virgo quæ nuptias expectat, & nubendi propositum habet, non reputabit inconueniens, dicenti filium se pariturum esse, virginitatem hactenus obseruasse. Nam si ipsa diceret, virgo sum, facile ei posset responderi. Poteris nubere viro, & filium parere. Ideo cum Maria iudicauerit ad id inconueniens esse virginitatem, clarè constat, propositum illam habere custodiendi promissam virginitatem. Nam cum dixit, Virum non cognosco, idem est, ac si dixisset, nec cognitura sum. Quæ quidem loquutio Hebraismus est, & apud nos vsitatus loquendi modus. Sic Pharao dixit filijs Israel. Non do vobis paleas. Id est, nec dabo, vt reuera nunquam illis dedit. Sic Ioannes cum misit discipulos suos Christo, vt interrogarent, an ille esset, qui venturus erat, ibi venturus in Hebræa veritate est participium præsentis, ac si dicerent, es tu veniens? Et Christus Petro, & Ioanni dixit. Tempus meum prope est, apud te facio pascha. Hoc est, decreui pascha vobiscum celebrare. Et alibi. A Galilæa propheta non surgit, pro præterito, surrexit. Sicut & aliquando ponitur præsens pro futuro. Qui loquendi modus frequenter vtitur, nam cum aliquem inuitamus, vt vinum bibat, solet respondere. Ego non bibo vinum. Quasi velit dicere, nec bibiturus sum. Vt si aliquem Chartusiensem monachum inuitares ad comedendas carnes, responderet, non comedo carnes, id est, nunquam comesturus sum illas, quia ex voto, & instituto ordinis non possum illas comedere. Sic modo beata virgo inquit. Non cognosco virum, id est, nec illum vnquam cognoscam. Ex quibus verbis colligunt sancti Patres Augustinus, Bernardus, & Beda voto se castitatis, & virginitatis astrinxisse. Quia non solum id in animo habuit, scilicet, virginem esse, sed hanc suam virginitatem stabili voto consecrauit. Nam cum fides catholica teneat Mariam perpetuo virginem fuisse, optima ratione elicitur, perfectissimum statum virginitatis habuisse, qualem Dei matrem decebat. Status autem firmitatē sonat, firmitas vero non nisi per votum stabilitur, quo certum est virginem seipsam astrinxisse. Hoc enim discriminis est inter bonos & malos, quòd boni ità mala decernunt facere, vt facile ab instituto recedant. Non iurant mala facere, nec ad illa voto obligantur, ad bona autem faciendа etiam teneri volunt. Sic Abraham iurauit se non nociturum Regi Abimelech. Et Dauid, iuraui (inquit) & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Et alibi. Votum vouit Deo Iacob, nunquam ingressurum lectum strati sui, donec inueniret locum Domino. Mali vero bona ità faciunt, aut facere proponunt, vt facilè ab incepto desistant, ad mala autem patranda (si opus est) arctissimo se adstringunt voto. Quemadmodum illi, qui promiserant, se nec comesturos, nec bibituros, donec

Exod. 5. Matt. 11. Matth. 26. Ioan. 7. Aug. lib. de virgi. cap. 1. Ber. ser. 4. in can. Beda super Luc. Gene. 20. Psal. 118. Psalm. 131.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act.23. occiderẽt Paulum. Et Iezabel promittens
3.Reg.19. & iurans, se Heliam occisuram dixit. Hæc
faciant mihi Dij, & hæc addant, si non. &c.
Et quod deterius est, ita se his votis obligant, vt nunquam velint ab eis recedere. Si
Marc.6. cut impius Herodes, qui iurauit: se daturũ
saltatrici quidquid peteret. Beata itaq; virgo de re iusta votum fecit, quod semper integrum inuiolatumq; seruauit. Vnde oportet discere, vt non mala, sed bona Domino
promittas, & ea firmo & stabili animo semper seruare. Hieremias propheta, vt habetur in capite vlt. Baruch, qui fuit scriba Hie
remiæ, mittens epistolam populo Israelitico in Babylonia captiuo, adducit illis in
Bar.6. memoriam differentiam, quæ est inter
Deum Israel, & deos quos Babyloniæ colebant. Dij Babyloniæ sunt ligniei, lapidei,
aurei, & argentei: si quis illis votum vouerit, neque id reddiderit, nunquam id requirent. Videte igitur quid facitis, quia agitis
cum Deo Israel Deo viuo & vero, qui vobis fidem promissam petet: & grauiter in
vos animaduertet, nisi steteritis promissis.
Quia Deus lapideus aut surdus non est, vt
non audiat votum quod tu religiose ei promisisti: nec sine memoria est, nec elinguis
aut mutus, vt non possit exactè rationem
voti petere. Itaq; cuilibet religioso aut moniali existimandum est, cum Deo viuo se
agere, vt à memoria non excidant vota ab
eo promissa. Vult nanq; dominus vt adimpleamus vota, etiam si inde nullum commodum ipsi eueniat. Nam cum dominus
iustus sit, magis diligit proprium honorẽ,
quam hominum vtilitatem, vt sic honor
Dei cultoribus suis prosit. Nam si homo,
qui vermis terrenus est, iniuria afficitur, cũ
promissis illi non statur: ita dominus egre
fert, vt illi promissa non adimpleantur.
Vult etiam dominus, vt vota persoluamus
propter propriam vtilitatem nostram, quia
maxima vtilitas homini accidit, si Deo
promissis satisfecerit. ¶ Aliud autem inde
notabis, & ad tuam doctrinam discES, quã
optimum sit, aliquod bonũ incipere. Maria nanq; prima omnium virginitatem vouit domino, quam postea multæ aliæ sunt
sequutæ, iuxta illud psalmi. Adducentur
regi virgines post eam proximæ eius afferẽtur tibi. Nec dominus tanti obsequij immemor, grãdia beneficia in eos cõfert, qui
Psal.44. boni alicuius authores fuerunt. Vt est vide
re in Aminadab qui in exitu Israel de Ægy
pto primus ipse fuit, qui cum sua tribu ma- Exo.14.
re Rubrum fuit ingressus. Quapropter tribus Iuda meruit princeps esse inter alias tribus, cum natu non esset maior: & ipse princeps fuit nobilioris tribus ex qua reges originem duxerunt. Quo fit vt sponsa in Cantis dicat. Anima mea turbata est propter
quadrigas Aminadab. Et in psalmo. In exi Cant.1.
tu Israel de Ægypto, domus Iacob de po- Psal.113.
pulo barbaro: facta est Iudæa sanctificatio eius. Tunc enim elegit dominus tribum
Iuda in regiam dignitatem, ex qua Chri- 3.Reg.6.
stus humanam induens vestem natus est.
Deseruiet etiam nobis in huius rei exemplum templum illud quod Salomon Hierosolymis ædificauit, licèt à Chaldæis de- 4.Reg.25.
structum fuerit, & in reædificatione Hie- 1.Esa.1.
rusalem post transmigrationem Babylonis aliud fuerit à Zorobabel ædificatum: ni
hilominus templum illud Salomonis nomen retinuit. Quod & confirmat euange-
lium Ioannis qui inquit, ambulasse Iesum Ioan.10.
in porticu Salomonis. Quem honorem sibi Salomon comparauit, eo quòd primum
templum ædificauerit, quanuis non illud, in quo redemptor noster ambulabat.
Cuius etiam honoris beatus Ioannes Ba-
ptista fuit particeps, quia prior fuit qui Matth.3.
regnum cælorum nunciauit, & pœniten- Marc.1.
tiam prædicauit. Quem numerum etiam
ingreditur sanctus Dei martyr Stephanus,
qui antesignanus fuit, qui pro Christi nomine incredibili gaudio sanguinem effu-
dit. Nec memoria tibi excidat, quibus ho- Act.7.
noribus, quibus laudibus, quibus encomijs
celebrantur modo, & per seculi immortalitatem celebrabuntur sanctissimi religionum principes & fundatores, vt Benedictus, Augustinus, Franciscus, & Dominicus, & alij etiam sancti qui lapides angulares fuerunt Christianæ nostræ religionis.
Itaq; cũ beatissima virgo prior fuerit, quæ
sanctam suam virginitatem Deo consecrauit, dici non potest, quibus encomijs, qui-
busque laudibus digna est, vt celebretur.
Vnde tibi curandum est, vt ad quodcunque opus bonum prior & paratior inuenia
ris. Ita vt si ad rem sacram pulsetur iam tu
alios in itinere precedas. Si eleemosyna est
alicui eroganda, nunquã moras nectas, dicens, cras istud faciam subinde repetens:
vt vel ità bono exemplo alios multos allicias ad idem faciendum. Nec dubites quin
futurus sis particeps horum etiam meritorum

rum in cælo, vbi aduentitiũ præmium tibi
augebitur, cum alios videas, qui tuis hortatibus cælũ conscenderũt. ¶ Dispari autem
modo cũ eis agitur, qui principes sunt & au
tores alicuiꝰ mali qui maiori plectũtur supplicio, & in inferno manet illos, aliud accidentarium. Venit iam præ oculis rei huius
exẽplum. Nã Ieroboã ne populus reuerte
retur ad domũ Dauid, ascendẽs vt adoraret
3.Reg.12 Deum Hierosolymis, vt ipse & posteri sui
regno tẽporali potirentur, aureos vitulos fe
cit, vt eos adoraret Israel, quẽ iniquũ regẽ
ipsiusq; exemplũ sequuti sunt illius succes
sores, quorũ multi idololatræ fuerunt. Vbi
aduertas quòd sæpius scriptura horũ scele-
ra Ieroboã ipsi tribuit, nã cum de aliquo sce
lerato rege loquitur, inquit. Non recessit à
vijs Ieroboã, qui peccare fecit Israel. Vbi
scriptura sacra culpã reijcit in Ieroboã, nã
ipse prior fuit, qui vitulos conflauit, cũ alijs
peccandi ansam prębuerit. Vnde & tormẽ
ta Ieroboam in damnatione istorum augebantur. Idem etiam in libro Numerorum
Num.15 habetur, quod cum filij Israel inuenirent,
quendam colligentem ligna in die Sabbati, quẽ iussu domini lapidauerunt, quia (vt
inquit glossa) primus Sabbati violator fuit
& occasionem alijs prębuit violandi festos
dies. Sic etiam diues ille epulo qui suo ma-
lo exemplo quinque fratres corruperat, ro
Luc.16 gauit Abrahã, vt mitteret aliquem, qui eos
auerteret à via iniqua, ne ad loca tormento
rum peruenirent: quod quidem nõ motus
charitate fecit (cum nulla in inferno habi-
tet) sed propterea quia timuit, ne eorum ad
uentu grauioribus supplicijs torqueretur.
Vnde cauendum tibi est, ne alijs occasionem delinquendi præbeas, nanq; hoc tibi
imputabitur, vt acrioribus pœnis plectaris.
Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te. In hoc admirabili & diuino
opere sancta Trinitas operatur sine alicuius interuentu, cumque opera Trinitatis ex
terna indiuisa sint, id quod actionis fuit in
incarnationis mysterio toti Trinitati tribuendum venit. Vocatur autem opus Spi
ritus sancti per appropriationem, quia Spi
ritui sancto donum gratiæ tribuitur, & me
rito cum hoc fuerit supremum quod in vni
uerso ipse operatus fuerit. Namq; cum diuinus spiritus distributor sit omnium donorum & gratiarum quorũ omnium cum
in Christo summa plenitudo fuerit, ideo
Spiritus sanctus autor conceptionis Chri-
sti dicitur. Nam non solum anima Christi,
sed etiam ipsius caro viuificat, & vitam spi
ritualem largitur, digne eam comedenti, cũ
verũ sit Christi humanitatem gratiam tri-
buere meritoriè, & etiam efficienter. Me-
rito ergo illa humanitas de Spiritu sancto
est, quę in spiritũ ita absorpta erat, & rapta,
vt spiritum largiretur. *Et virtus altissimi obumbrabit tibi.* Qui tenent beatam virginem in
originali peccato conceptam esse, in hanc
abeunt sentẽtiam, q obũbrare in hoc loco
idem sit, quod fomitem extinguere. Nam
cũ munus vmbræ refrigerare sit, ita obum-
brare nihil aliud est, quam refrigerare incẽ
dium (quod est fomes) quem nullum post
Christi conceptũ sensit. Alij autem de ma
iori gratia ei collata ista verba interpretantur. Verum hæc nihil ad rem nostram attinent, sed standũ est in sensu literali & pro-
posito in quo angelus fuit loquutus. Nan-
que Maria nõ quærit, quæ gratia illi dona-
bitur in verbi incarnatione, aut quod bonũ
Christi aduentu sit susceptura, sed inuesti-
gat, quomodo hoc fiet. Itaque sensus huius
loci legitimus est. Si interrogas ò sacra vir-
go quomodo istud fiet, dico quod Spiritus
sanctus superueniet in te, & virtus altissimi
obumbrabit tibi. Id est, Spiritus sanctus ge
ret vicem viri, & in hac sanctissima conce-
ptione tota trinitas operabitur. Aderit ibi
sacra Trinitas, nã de eius conceptu agimus
qui verus Deus erit. In re hac nullum viri
opus interueniet, nam diuina virtus id totũ
præstabit. Ideo apposuit duo verba, quæ
matrimonij actionẽ significant: nimirum
superueniet & obũbrabit. Quæ duo verba
viro ratione mulieris cõpetunt, scilicet mu
lierem obumbrare, & pallio illam operire,
qui actus est matrimonij. Quod licet vide-
re in libro Ruth, quæ cum ad pedes Booz
obdormiret, & eam ipse sentiret, admiratus
est, ipsa autem rogabat eum, vt vellet eam
in vxorem ducere, quæ in petitione sua fe-
rè his verbis vsa est dicens. Extende palliũ Ruth.3.
super ancillam tuam, quia propinquus es.
Quod idem fuit, ac si diceret. Ducas me in
vxorem. Et idem intellexit Booz, vt ex
ipsius verbis patet. Quiesce nocte, & facto
mane si te voluerit propinquitatis iure. Le
ge caput tertiũ libri Ruth, ibique clare colliges, quod extendere pallium, & obumbrare, & vmbram facere ad actus matrimonij pertineant: nempe ad amplexum, & ad
amorem quibus vir & mulier copulantur,

vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt fiant caro vna & cor vnum, qui amor ad matrimonium perneceſſarius eſt. Vnde cum in Exodo dicitur dominum non habere poteſtatem vendendi ancillam, cuius honorem cõtemptui dederit, verti poterit, quoniam operuit eam, id eſt, quaſi ſi maritus eſſet, cum illa egit. Nam in Hebræo eſt verbum Bagad, quod eſt tegere & operire. Vnde & Beged veſtis eſt, qua quis tegitur & operitur. Mos nanque erat Iſraelitarum vt quam primum aliquis vxorem vellet ducere, extenderet pallium, & cooperiret eam in ſignum matrimonij: hanc protectionem & tutelam ſignificans, quam vir præſtat vxori. Itaque altiſsimi virtus obumbrabit tibi: quippe in hoc opere ſancta Trinitas viri fungetur officio: & tu ſacra virgo in conceptione hac concurres, ſicut & cæteræ mulieres in conceptibus filiorum. Id tamen non in tempore, ſed in inſtanti fiet: & ita fiet vt naturalis & ſupernaturalis mater Dei ſis. Supernaturalis, quia concipies ſine virili ſemine: & naturalis, quia verè ex ſubſtantia tua ſaluatorem gignes. Vnde & dicendum eſt plus beatam virginem fuiſſe operatam quã reliquæ aliæ mulieres, quia ex ſolo virginis puriſsimo ſanguine Chriſti corpus formatum fuit: quia ſecundum carnem Chriſtus non fuit filius alterius perſonæ, ſed ſolius virginis, quod quidem nũquam in mundo accidiſſe conſtat. Aduerte tamẽ q̃ licèt poſſet angelus dicere, Deus viri munus præſtabit in hac conceptione, vſus tamen eſt verbo obũbrare, hoc eſt protegere: vt intelligas taliter Deum in hac incarnatione interueniſſe, vt ſacra virgo & actiue & paſsiue concurrerit. Nam quemadmodum multoties contingit vt lucidiſsimis ſolis radijs caligent noſtri oculi, vt nihil operis conficere valeamus: tamen interuentu alicuius nubeculæ iam oculi ſuo munere funguntur: nanq; nubes illa calorem ſolis temperat, & mitigat, & radiorum eius vires debilitat. Ita virtus diuina non aliter vt oſtendimus in hoc opere adfuit & vices viri geſsit. Si autem diuina ſola potentia opus hoc efficeret, & nihil virgo operaretur, non cum tãta proprietate diceretur mater Dei: ideo temperat Deus potentiam & virtutem ſuam, vt virgo poſsit operari, & reuera operetur. Poſſet vtique Deus (ſi vellet) carnem humanam ſumere abſq; aliquo interuentu virginis & ipſius labore: tamen ſe ipſum cõprimere voluit, vt & ipſa operaris eſſet particeps, & tali honore & excellentia gauderet. ¶ Vbi iam Dei bonitatem & clementiam expendere licet, quæ talis & tanta eſt, vt aliquando ſuæ potentiæ vires reprimat, vt amicos & dilectos ſuos honoribus afficiat. Nam cum ipſe ſit author huius diuini operis: vult tamẽ q̃ virgo ſuã partem accipiat, vt verè titulo matris Dei gaudeat. Quod idem frequenter conſueuit facere in alijs multis operibus, quorum etſi ipſe præcipuus author ſit, non in eis ſecundum omnem potentiam ſuam operatur: ſed aliquid amicis ſuis faciẽdum relinquit, vt eiuſdem laudis & honoris ſint participes. Nec opus eſſet rem iſtam alijs exemplis illuſtrare, quam ipſomet experimento. Quid enim Deo erat opus, vt Moſes mare virga percuteret, vt populus liber & incolumis id tranſiret, niſi dominus vellet ipſum Moſem & laudibus & honoribus afficere? Poſſet etiam ſine miniſterio pallij Eliſei Iordanem aperire, id tamen voluit, vt ſuę virtutis diuini radij in ſanctis ſuis mirabiliter ſplendeant. Nec illud ſilentio præteriendũ quod Gedeon fecit, vt expugnaret fortiſsimum exercitum Madian: ſonare fecit tubas, buccinas tangi, lagenas frangi, quæ omnia infirma & debilia erant ad tantum exercitum debellandum, niſi dominus ſua virtute vires inimicorum infringeret: nihilominus voluit, vt Gedeon laboris aliquid applicaret, vt inſigni victoria illuſtris redderetur. ¶ Nec ſuum ingenium adhuc dominus mutauit: id nanq; quod antiquitus fecit, & nobiſcum etiam modo facit. Poſſet nanq; dominus ſine aliquo noſtro impenſo labore, ad illam beatorum patriã vel ſolo nutu nos ducere, & nos ab omni peccato immunes, & in gratia confirmatos condere: tamen id renuit, vt noſtris etiã laboribus patriam illam conſcendamus, vt illuſtrior, vt grandior, & vt nobis copioſior laus & gloria inde conſurgat: quia melius & laudabilius eſt gloriã noſtris meritis adipiſci, quam gratis, & in chœnice ſedẽtibus. Quod etiam manifeſta veritate videre licet in duobus filijs Zebedæi, quibus noluit cõcedere honorem illum, quem gratia cõſanguinitatis petebant, niſi prius paſsionis calicem deguſtarent. In quo etiam Domini benignitas, & amor pro ſui admiranda liberalitate multis nominibus ſplẽdet, qui plus donauit duobus fratribus, quam ipſi poſtulabant: animus quippe illorum honorem

Exo. 21.

Exo. 14.

4. Reg. 2.

Iud. 7.

Matth. 20.

norem efflagitabat ſine aliquo merito & labore. Ipſe vero dñs certos promiſsi fecit martyrij lauream illis deſignans, quod mortis genus neceſſario gloria conſequitur. Facile enim poſſet dominus petitioni eorum acquieſcere, tamen potentiam ſuam mirabili modo compreſsit, & ſine martyrij diſcrimine gloriam non tribuit, vt vere cum Paulo cooperatores Chriſti poſsint dici.

Rom. 8

Non ſunt (inquit) condignæ paſsiones huius ſeculi, ad futuram gloriam: tamen quæ Dei bonitas eſt, & clementia pro tanto in nos amore illam libenter nobis donat, vult tamen & aliquid laboris nos impendere, vt & glorioſius donetur nobis brauiũ. Ita vmbræ interſtitio inter virginem & ſuæ potẽtiæ vires vſus eſt dominus, vt non ſolum ipſe, ſed etiam beatiſsima virgo ſuum adderet laborẽ, vt merito tali gloria & honore illuſtraretur. *Ideoque quod naſcetur ex te ſanctũ.* Chriſtum ſanctum vocat, ad differentiam ſanctitatis quæ in nobis eſt. Chriſtus nanque fons & origo eſt totius ſanctitatis: à quo tanquam à principio ſanctitas reliquorum iuſtorũ deriuatur, nos autem licet ſancti ſimus & hoc nomẽ nobis ſortiamur, nõ ita propriè aſſumimus (cum tanquã arundines ſimus mutabiles) ſed quadam participatione illius, quæ in Chriſto capite noſtro reſidet. Lumẽ quippe à ſole ortum longo interuallo differt ab eo, quod procedit ab igne. Nam quod ab igne eſt, ſemper fumum ſibi habet admixtum & aliquam imperfectionem. Nam cum Chriſtus ſit lumẽ de lumine, quemadmodum lux à ſole oritur abſque aliqua corruptione, non aliter Chriſtus limpidiſsimum ſpeculum ab hac beata virgine ſanctum naſcitur. *Vocabitur filius Dei.* Pro huius literæ clariori intellectu operæpretium eſt animaduertere, quòd ſolet aliquando in quæſtionem verti.

¶ Vtrum Chriſtus quatenus homo ſit naturalis filius Dei, aut adoptiuus. Quæ quæſtio reſponſionem habet, eſſe filium Dei naturalem, nam filiatio ſuum fundamentum habet in ſuppoſito & perſona, non autem in natura. In Chriſto vero non ſunt duo ſuppoſita, quamuis duabus naturis cõſtet, ſed vna tantum perſona eaque ſimpliciſsima. Et perinde manifeſtò cõcluditur, non poſſe habere hãc filiationem adoptioniscũ naturalisilli & propriaſit. Nihil tamẽ obſtat, quòd eam gratiã habeat, quæ in nobis ſufficiens eſt cauſa vt filij adoptiui dicamur. Qui tamẽ etiã ſi virgo, doctor, & martyr fuerit tamẽ illum habuiſſe aurcolas nõ dicimus, quia aureolæ ſignificãt participationem perfectionis in actu, cum ipſe non habuerit participationem perfectionis, cũ fons & origo ſit, à quo omnes ſuas perfectiones emẽdicauerint. Sic etiam ſi in corpore immortali ſurrexerit, impaſsibili, claro, ſubtili, tamen in ipſo non vocantur dotes corporis glorioſi propter connotationem vocabuli. Sic etiam vocandus venit filius naturalis Dei, quia adoptio videtur naturalitatem negare. Aliqui nãque dicere voluerunt filiũ Dei adoptiuum etiã debere nominari, eo quòd ſanctiſsima trinitas ſine viri miniſterio operata fuerat. Literã hanc male intellexerũt iſti, aſſumẽtes illam particulam, ideoq̃, in rigore, ita quòd ſignificaret cauſam præteriti ad id quod ſequẽs eſt. Vt ſi diceres, Ego ſum homo, ideo riſibilis. Simili etiã modo dicunt, Spiritus ſanctus ſuperueniet, ideo quod ex te naſcetur filius Dei vocabitur. Quja etſi Spiritus ſanctus non veniret, erat nihilominus Chriſtus filius Dei naturalis: ergo (inquiũt) de alia filiatione intelligẽdum eſt. Hi certè falſo & infirmo nituntur argumento, quia ibi particula, ideo, nõ dicit cauſam verborum prę cedentiũ, imò differitur ab effectu ad cauſam, vt ſi dixeris. Dies eſt, ergo lux & claritas eſt. Et ita intelligẽdus eſt locus iſte. Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus &c. ideoque, &c. ſcilicet. Quia ipſe filius naturalis Dei eſt, ideo Spiritus ſanctus ſuperueniet in te. Ideo cognoſcet mundus Dei naturalem filium eſſe. Sic eccleſia hũc locũ interpretatur, nam in quodã reſpõſorio loco, ideoq̃ poſuit, quòd enim exte naſcetur ſanctũ, &c. Sequitur. *Et ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concipiet filiũ in ſenectute ſua, & hic mẽſis ſextus eſt illi quæ vocatur ſterilis.* Exẽplo non erat opus illi, quæ firmiter credebat, quo circa hic locus dupliciter exponendus venit. Primò dico hoc exemplum adduxiſſe, non vt crederet, ſed ad maiorem lætitiam & gaudiũ virginis, & ad maiorem firmitatem eorum, quæ circa fidem ipſi virgini dixerat. Quja fides à ratione offenditur, quam ipſa ratio præcedit, tamen ſecus contingit, quãdo ſequitur. Nam poſt quam credimus quod naturali ratione non probatur, ratio, quæ poſt fidem ſequitur iuuat, & fortiorem efficit ipſam fidem. Et ita poſt ſuſceptam fidem, quæ audducuntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur rationes, non sunt, vt per eas credamus: sed vt cognoscat fidelis, id quod creditur consonum rationi esse, etsi humanum prorsus excedat intellectum. Itaque non adduxit hæc angelus virgini vt crederet: sed vt eius animus reficeretur, & vt intelligeret id mysterium secundum rationem esse. Vbi aduertes particulas illas, & ipsa, maxima emphasi pollere. Nam si ipsa concepit, à fortiori & tu concipies vt tibi dixi. Ex parte Dei nullum est miraculum, quia quidquid producit libera sua voluntate producit. Ex parte autem nostra maius erat miraculum vt conciperet Elisabeth: nam duo erant illi impedimenta, alterum sterilitas, alterum vero senectus. Nihil enim vnum miraculum sufficeret, quia etsi viginti annis natu esset, non pareret propter sterilitatem: & licet fœcunda, non pareret propter senilem ætatem. At vt virgo pareret, vno tantum miraculo fuit opus: quia nec sterilis, nec ad senectam peruenerat. Rectè igitur angelus disputat, & sumit argumentum à minori ad maius, recensens vtrunq; miraculum: alterum quando dixit, concepit filium in senectute sua: alterum verò, cum subdit, & hic mensis sextus est illi, quę vocatur sterilis. Acsi diceret. Si solius hominis conceptionem duo præcedunt miracula, quid mirum si conceptionem veri Dei vnum miraculum anteeat. Secũdo locus hic venit exponẽdus, nam cum angelus in hac re summopere virginis consensum optaret, intendebat, vt breuiter ipsi responsum daretur, etenim cupiebat, vt quam citissime donũ acceptaret: & ideo dixit, Ecce Elisabeth cognata tua. Nec particula, ecce, sua emphasi caret. Acsi diceret, considera ô gloriosa virgo Elisabeth cognatam tuã filij tui præcursorem ab hinc sex mensibus cõcepisse, vt vel sic virgo sacra dictis annueret.

¶Sed offert se statim dubium, quomodo Elisabeth cognationem habuerit cum beata virgine, cum lex prohiberet eos, qui diuersæ tribus erant matrimonio copulari, & virgo vt ex priori capite Matthæi constat erat de tribu Iuda, & de domo Dauid: Elisabeth verò vxor fuit sacerdotis, qui ex tribu Leui ortum ducebat? Satisfit autem huic obiectioni si aduerteris, hanc diuisionem factam fuisse propter confusionem possessionum, vt habetur in Numeris. Sed tribus Leui non habebat possessionem: ideo poterat contrahere matrimonium cum alijs tribubus. Mos verò erat sacerdotibus, vt semper contraherent cum filiabus de tribu Iuda, quę & regalis & nobilior erat. Sic Aarõ qui erat ex tribu Leui, accepit in vxorẽ Eli sabeth sororẽ Naason, filiam vero Aminadab: qui erat princeps tribus Iuda. Et Ioyada summus sacerdos duxit vxorem Iosabeth filiam Ioram regis Judæ, sororẽ regis Ocoziæ: qui erat ex tribu Iuda. Ideo quanuis Zacharias esset de tribu Leui bene poterat vxor eius beata Elisabeth esse de tribu Iuda. Fuit enim mater Elisabeth soror Annæ matris Mariæ virginis, sed natu minor, quæ virũ habuit Aaronitẽ, ex qua nata est Elisabeth, & sic cognata fuit virginis Mariæ. Nã vt Augustinus ait caro Christi ex vtroq; genere regũ, scilicet & sacerdotum fuit propagata: & Maria virgo Aaronitica erat, & ex semine Dauid regis. *Quia non erit impossibile apud Deũ omne verbum.* Quia nõ solum id quod fit, sed id etiam quod cogitatu cõprehendi potest factu facile domino est: cum verbũ & oris, & mentis opus ambiat. Ita enim licèt diuinã maiestatem venerari & suspicere, vt quẽadmodum angelus absolute dixit, omne verbũ: ita intelligas nullũ esse verbũ siue oris, siue mentis, siue angeli, siue diuinæ maiestatis quod Deo factu impossibile sit. Ipse enim est qui dixit, & facta sunt: qui vocat ea quę non sunt, tanquã ea quæ sunt, qui imperiũ habet sicut & vitæ ita & mortis. Vnde nec dixit angelus, nulla res est ei impossibilis, sed verbũ, quia dicere Dei est facere. Hominẽs multa consueuerunt dicere, quæ facere neutiquã possunt. Esaias dixit. Ecce virgo cõcipiet. Dixit ipse, & factũ est ab Spiritu sancto. Nihil Deo factu difficile, in cuius potẽtia per obediẽtiam est omnis creatura. Ieremias inquit. Nõ erit tibi difficile omne verbũ, qui facis misericordiã in millibus. Et diuinus psaltes. Omnia quæcũq; voluit fecit. ¶Aduerte autẽ omne verbũ, in hoc loco, idẽ valere quod nullũ: ac si diceret. Nullũ verbũ est ei impossibile. Sæpe enim in scriptura sacra particula, nõ, quæ præcedit aut sequitur post dictionem omnis, significat idem quod nullus. Vt ad Ephesios ait Paulus. Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat. Id est nullus sermo malus. Et Abacuch. Omnis spiritus non est in eo: Id est nullus spiritus. Et in Ecclesiaste. Non est omne nouum sub sole, Et in Exodo dominus ait. Omnem viduam & pupillum non

Num.36.

Num.vlti.

Exo.6.

2. Para.22.

Aug. lib.2. de consen. euang. c.2.

Psal.148. Rom.4.

Esai.9.

Iere.23.

Psal.113.

Ephe.4. Abac.2. Eccle.1. Exo.22. Leui.3.

Leui.3 non affligetis. Et in Leuitico. Omnem adi
Exo.20 pem & omnem sanguinem nõ comedetis.
1.Ioan.1 Et iterũ in Exodo. Non facietis omne scul
Gene.4 ptile. Et Ioãnes. Omnis qui peccat non videt Deũ. Et in Genesi. Vt non interficeret eum omnis qui inueniret eum. Sic in præsentiarum. Nõ erit impossibile apud Deũ omne verbum. ¶Sed ad maiorem huius loci explanationem, non parua videtur hic oriri difficultas. Videtur nãque quod angelus his verbis velit, paruæ fidei nota ipsam virginem inurere, vel saltim desperationis crimine. Inquit enim, nihil esse Deo impossibile, quasi ipsa de hoc dubitauerit, vel crediderit, aliquid esse Deo impossibile. Nam si virgo credidit hæc omnia esse Deo possibilia, quid opus erat, vt angelus hæc verba subderet? Solutio huius dubitationis tibi erit, quod illa verba quę angelus fuit loquutus, dantur in respõsionem his quibus virgo interrogauit cum dixit. Quomodo fiet istud. Acsi diceret. Iam tibi modo dixi, scilicet, spiritum sanctum in te venturũ esse, & Deum habiturum se loco viri, & nõ solum hunc modum, sed & alios plures dominus habet, quos nec possum cõprehendere, & me ipsum latent. Hoc tamen vnũ scio, nihil difficile, aut impossibile esse admirabili suæ potẽtiæ, cum multis & varijs modis idipsum possit præstare, tamen hic modus conuenientior fuit. ¶Sed his omnibus prætermissis, aduertat hic Christianus lector, hęc verba. Nihil apud Deum impossibile, maximũ esse nobis solatium. Sæpe nãque dominus vult, & potest nobis velia desperatis suppetias ferre. Non possum nõ eorum animos reprehendere, qui in suis vitijs & peccatis iacentes existimant se nunquam posse ad meliorem vitæ conditionẽ respicere. Aliud hominum genus est, qui nunquam læti incedũt, & iudicant vix fieri posse, vt eorum animos aliquando exultatio salutet. Alij verò sunt ita mentis impotes, & vitio carnis dediti vt vel monstrũ esse fingant, posse vel vno die sine mulieribus conuersari, vel castum & mundum esse. Qui omnes si attentis auribus suæ inscitiæ reprehẽsionem velint auscultare, audiãt vas illud electionis Paulum dicentem.

Phi.4. Omnia possum in eo qui me cõfortat. Libẽter namque tibi, quicunque fueris concedimus, sine Deo, adiutorio nostro parum, aut nihil imbecillam nostram, & fragilem naturam posse, tamen si ipse Dominus no bis adest, quod pelagus non audebimus intrare? aut quod periculum non aggrediemur? Illud autem in omni angustia, aut infirmitate agendum tibi est, vt semper rogationibus instes, vrgeas, ores, illum inuocando, potens quippe est, & castitatem tuam custodire, & te obseruare immunem à peccato, & ingentem spiritus consolationem prębere, nisi forte tu fidei imbecillitate ipsi obstaculo fueris. In quorum omnium gratiam, si tibi placuerit, leges septimũ caput libri quarti Regum, vbi eleganter videbis quomodo omnia dño sint facilia, etiam si humanis viribus longe ardua & impossibilia videãtur. Dixit enim Eliseus in tempore hoc erat modius similæ vni statęræ. Respondit autem incredulus quidã, Si dominus etiã fecerit cataractas in cælo nunquid poterit esse quod loqueris? Nihilominus factũ est, vt dixerat propheta, & incredulus ille mortuus est. Quocirca tibi laborãdum est, Deum semper exorare, vt velit te ad se ipsum conuertere, & neruos tuos in id debes intendere: vt adimpleas ea, ad quæ teneris, tũq; videbis omnia negotia tua fœliciter succedere, etsi hodie tristises, crastino die, lętus eris. *Dixit autẽ Maria.* Tũc beatissima virgo auditis verbis angeli, quę profundissima sua erat humilitas genibus flexis, manibus corporis simul, & mente eleuata, dixit. *Ecce ancilla domini fiat mihi secundum verbum tuum.* Statimque prolatis verbis angeli & ipsius virginis cõsensu adhibito quatuor miracula facta sunt. Primum, corporis Christi ex purovirginis sanguine cõceptio & formatio. Secundum, animæ Christi ex nihilo creatio. Tertium animæ ad corpus vnio, siue infusio. Quartum assumptio humanitatis nostræ à diuinitate. Quemadmodum enim terræ vapor solis præstanti vi in sublime fertur, vbi sub aurora concretus in rorem conuertitur, qui decidens terram fertilem & lætam reddit: sic purissimus sanguis virginis gloriosæ virtute Spiritus sancti vterum influens sine vlla virilis seminis commixtione creuit in corpus Christi, qui editus in lucem, terram ingenti gaudio affecit, & generi humano spiritus fœcunditatem tribuit. Quod intuens Esaias dixit. *Esai.45* Rorate cæli desuper, &c. Aduerte autem hæc quatuor in eodem instanti fuisse facta, quia in his non fuit prius aut posterius tempore, sed naturæ tantum. Nanque nõ per temporis incrementum formatum fuit

4.Reg.7

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit corpus Christi sanctissimum, sicut cæ
tera humana corpora, nec anima facta com
pletis quadraginta diebus : sed vnico tem-
poris momento Iesus Christus filius Dei fa
ctus est perfectus homo, assumens verbum
diuinum naturam humanam invnitate sup
positi, in quo eodem instanti celebratę fue
runt in vtero intemeratæ virginis nuptiæ
hypostaticę vnionis . O admiranda erga
miseriam & fragilitatem hominum diuina
dilectio . O diuinus amor qui ex duobus
vnum efficit. In primitiua ecclesia erat cor
Act. 4. vnũ & anima vna. Quod factũ intelligendũ
venit vel in voluntatibus , vel in pijs affe-
ctionibus: quod re vera nõ ex duobus vnũ
conficit : quia etsi duo fratres ardentissimo
inter se conjungantur amore: at hic amor fi
nitus cum sit, neutiquam ex duobus vnum
faciet . Verum tamen diuinus ille & super-
nus amor, quo Deus nos fuit prosequutus,
cum nullis finibus aut terminis clauderetur
ex duabus naturis personam vnam fe-
cit: quia Christus non duplex, sed vna tan-
Psalm. 71. tum simplicissima persona est . Descendit
Dei filius facturus ex Duobus vnum: sicut
descendit pluuia in vellus . Non autem si-
cut pluuia in terram, nam tunc sonitum red
dit: super vellus autem nullum . Cum igi-
tur filius Dei descenderit non cum sonitu
& strepitu, ideo ait egregius psaltes descen
disse, sicut pluuiã in vellus, cum magno si-
lentio & taciturnitate, ita vt ipsum dæmo-
nem latuerit ingressus eius in virginalem
aulam. ¶ Preterea descendit plũ, ia in vel-
lus, nullo iniecto discrimine in ipsum, sed
integro & intacto manente . Sic Christus
descendit in virginis vterum ipsius virgini
tate intacta & incorrupta manente. ¶ Ter
tio extrahitur aqua à vellere sine corruptio
ne velleris. Sic Christus ab vtero matris mi
cans exijt, ipsius virginitate ex omni parte
integra manente. ¶ Quarto purius & niti-
dius propter pluuiã manet vellus . Sic bea
ta virgo sanctior melior & excellentior fuit
post partum quam antea. Addidit vlterius
Psalmista . Et sicut stillicidia stillantia su-
per terram. Nimbus si magnus est submer-
git & vitiat terram: tamen stillicidium ca-
dens eam vberiorem reddit . Quod quidẽ
mysterium sancta ecclesia significare vo-
luit, cum inquit. Quando natus es ineffabi
liter ex virgine, tunc impletæ sunt scriptu-
ræ: sicut pluuia in vellus descendisti . De
cuius pluuiæ fructu, sequitur . Vt saluũ fa-

ceres genus humanum. ¶ Verum enimue-
ro iam erit operæpretium singula verba
huius tanti mysterij discutere : & protinus
videbimus singulares virtutes, quas virgo
sacra his excellentibus verbis pandit. En in
primis obserua particulam, ecce, idem esse
quod, vtique, siue, sane, estq; significatiua
obtemperantis seu dedentis se in Dei obse- Esaiæ. 6.
quium. Vnde Esaias dixit . Ecce ego mitte Psal. 39.
me . Et in Psalmo . Tunc dixi, ecce venio.
Et quando dominus apparuit Samueli, re-
spondit Samuel. Ecce, ego. Ac si diceret. Pa
ratus sum tuos iussus adimplere . Et in hoc
sensu sumitur in isto loco . Significat enim 1. Reg. 3.
promptum, paratum, solicitum diligentẽ
seruum, qui paratus est vt sine difficultate
obediat. Ecce ego, non fugio , non me ab-
scondo, prompta sum, & parata . Paratum
cor meum Deus, paratum cor meum. ¶ Vti Psal. 107.
tur etiam verbo, fiat. Per primum fiat, con-
ditus est mundus, & per secundum Mariæ
reparatus. Hoc verbo fiat vsus est dominus
creaturus cælum, terram, & lucem . Vide- Gen. 1.
tur tamen excellentiorem & præstantiorẽ
fortitudinem habuisse hoc virginis, fiat:
quam illud, quo mundus est conditus . Nã
illo domini, fiat, factæ fuerunt omnes crea-
turæ: hoc autem, fiat, virginis, vniuersi crea
tor homo factus est: qui æternus cum esset,
nostram mortalitatem induere fuit digna-
tus . ¶ Obserua etiam non dixisse , fiat in
me, sed mihi: cum & optimo iure posset di
cere, fiat in me: quandoquidem in ipsa ope
ratus est dominus illud diuinũ mysteriũ,
& in ipsius ventre Christus cõceptus fuit.
Sic angelus. Quod in ea natum est, de Spiri Matt. 1.
tu sancto est. Et in psalmo. Nunquid Sion Psalm. 86.
dicet homo, & homo natus est in ea . Ideo
iure optimo posset dicere fiat in me secun-
dum verbum tuum : sed noluit ita dicere,
sed fiat mihi, id est, in meũ bonum , in meũ
honorem, & vtilitatem . Omnes afficiun-
tur donis hac sancta virginis obedientia,
quia omnibus remedium præbuit : tamen
maioribus me ornauit beneficijs : quia me
elegit in matrem excellenti modo gratia
sua me ipsam præseruans . ¶ Aduerte autẽ
domini nomen esse in hoc loco, ecce ancil-
la domini, nomen proprium . Pro quo sciẽ
dum Deum in scriptura sacra multa nomi-
na habere quæ alijs communicantur. Nam
nomen elohim Deo proprium est, nihilo-
minus angelis & iudicibus tribuitur. Tamẽ
vnum solum nomen tetragrammaton in-
commu-

communicabile alijs præter Deũ est, quod
quatuor literis constat ' iod, ה he, ו vau, &
ה he, quod est Iehouah, quod ineffabile
erat apud Hebræos, vel eo quod literæ quę
nomen componunt quiescentes & insonæ
sint, & nullam per se ipsas articulatam vo-
cem possint exprimere, vel propter diuinę
maiestatis reuerentiam : cuius propriss imũ
nomen nec audire, nec nominare fas putãt.
Et quia antiqui gentium poetæ audierant
Deum appellari Iehouah finxerunt Deum
suum, quem vocauerunt Iouem deductum
à Iehouah. Quod nomen Dei propriũ por-
Exod. 28. tabat sacerdos in lamina aurea. Ne autem
tã potens & ineffabile nomẽ Iudæi nomi-
narent, loco Iehouah vtebantur nomine
Adonai, quod significat idem quod domi-
nus: quia Dominus & Deus appellatiua
sunt, quia Deus commune nomen, & non
singulare est, etsi de vno tãtum verificetur,
sed id propter suam significationem nõ est,
sed quia dij plures non sunt. Sicuti sol qui
verificari non potest, nisi de hoc sole, quem
dominus condidit: quod nomen appellatiũ est, quia si plures soles essent, quilibet
isto nomine gauderet. Eodẽ modo hoc no-
men, dominus, appellatiuum est, & conue-
nit Deo post creaturarum conditionem, in
quas omnes dominium habet. Tamen no-
men Iehouah proprium Deo est, & ipsius
naturæ : & significat vnitatem naturalẽ es-
sentiæ in Trinitate personarum sine aliquo
respectu ad creaturas, & sine relatione ad
extraneam rem. Significat etiam summam
entitatem sine dependentia: significat tan-
dem fontem & originem totius esse. Tanto
enim honore nomen hoc apud Hebręos ha
bebatur, vt si legentes scripturas ipsum in-
uenirent, non voce, sed mente tantum illud
proferebant : ita vt dignos se non iudicarẽt
ad tantum nomen exprimendum, & ita lo-
co nominis Iehouah vtebãtur nomine Do
minus. Et ita in versionibus transferebant,
Dominus. Virgo autem Maria totum ser-
monem istum habuit Hebręa lingua. Et ita
dixit. Ecce ancilla Iehouah, , fiat mihi secũ
dum verbum tuum . ¶ Iam verò videre re-
stat, quas virtutes sacra virgo verbis istis ma
nifestauerit. Primò nanq; mirabilis obedię
tia ipsius splendet, cũ se ipsam totam in do
mini manus committit: vt pro libito in ipsa
operetur. Ex qua obedientia poteris tu exẽ
Proverb. 21. Genes. 3. plum elicere, vt prælatis & superioribus ob
tẽperes. Nam Sapiens inquit. Vir obediens
loquetur victoriam. Vnde tẽpore quo Adã
obtemperans erat dño, ipsi omnia subijcie-
bantur. At vero postquã mandatis dñi non
acquieuit animalia etiam obedientiam illi
denegarunt. Nec mireris si aduersus inobe-
dientem Ionam ipsum turbulentum mare, Ion. 1.
nauis & venti insurgant, & resistant: post-
quàm verò dño se subiecit, piscis qui ipsum
deuorauerat, illum euomuit, & Niniuitæ
se ipsi subiecerunt, & eius dictis obtẽperã-
rũt. Leones subiecti sunt Danieli, cornu fer- Dan. 14.
uebant Heliæ: nec pueros in caminum in- 3. Reg. 17.
iectos, ignis combussit. Et quod maius est Dan. 2.
ipsemet dñs homini obtemperãti obediuit:
nam ad vocem Iosue stetit sol in cælo con- Iosue. 10.
tra Gabaon. ¶ Secũdò humilitas eius osten
ditur: nam cum in reginam cæli, & matrem
Dei eligitur, ancillam se vocat. Quod qui-
dem igenium est iustorum & sanctorum vi
rorum, qui dũ magis laudibus extolluntur,
ipsi abiectius & humilius de se sentiũt. Cu-
ius rei exemplum in rege Dauide experie
ris: cui cum Nathan egregia & præclara di- 2. Reg. 17.
xisset, ingressus templum in terra humiliter
sedens dixit. Quis ego sum dñe, &c. Sic & 1. Reg. 25.
Abigail cum in vxorem à Dauide accipere
tur, in terrã prona humiliter respondisse fer
tur seruis Dauid. Ecce famula tua sit in an-
cillã, vt lauet pedes seruorum dñi mei. Quẽ
admodum enim superbi cum laudantur, &
honoribus afficiuntur, magis ac magis inso-
lescunt: sic viri perfecti altius in virtute radi
ces agunt. Artifex nanq; paruam domũ cõ
structurus, non altum iacit fundamentum,
quia parietes non multũ erigendi sunt. At
ædificaturus templum, turrim, aut arcem,
profunda mittit fundamenta. Sic dñs quan
do vult aliquem pro sua ingenti in nos libe
ralitate sanctissimũ efficere: prius humilita
tis sanctis documentis illum instituit, ita vt
quanto perfectior & sanctior fuerit, tãto sit
in humilitate profundior. Nec longè huius
rei appositissimũ testimoniũ habes in Ioã-
ne: qui cum exemplar sanctitatis esset: di-
xit. Nõ sum dignus soluere corrigiã calcea- Ioan. 1.
menti, &c. Et Paulus Apostolus. Ego sum 1. Cor. 15.
minimus Apostolorum: qui nõ sum dignus
vocari Apostolus. Et alibi. Christus Iesus 1. Tim. 1.
venit peccatores saluos facere : quorum pri
mus ego sum. Et sanctissimus ille fidei pa-
ter. Loquar ad dñm meum, cum sim pulvis Gen. 19.
& cinis. Nec beatissima virgo super omnes
angelorum choros exaltata esset, nisi prius
infra omnes humilis se ipsam abiceret. Cũ

E igitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

igitur beata mater promouenda esset ad tã-
tam dignitatis celsitudinẽ: ideò profundis-
sima humilitate decuit exornari. Verum
enimuerò si in hac re mundanũ morem attẽ
deris, videbis eum ad similitudinem falsi ar
tificis operari. Nam quos mundus extollit,
nullis iactis humilitatis fundamentis, cito
corruunt. Et in hoc facile dignosces eos, qui
vel à mundo, vel à Deo extolluntur. Quip-
pe quos dñs ad dignitates & excelsa mune
ra eligit, ij suis officijs humiliter præsunt, &
in suis honoribus, nec latum vnguem ab hu
militate discedunt. At electi à mũdo super
be imperant. Vnde beata virgo sicut digni-
tate omnes antecelluit: sic omnibus humili
tate præstãtior est. Et ita ab angelo salutata,
& à Deo exaltata respondit. Ecce ancilla
Dñi. Nec mirum videri debet, quòd in infi
mo statu aliquis constitutus humilis sit: sed
illud maximum est, & omni laude dignisi
mum, vt inter honores & dignitates sedens,
humilitatis documentum in ipso splẽdeat.
Quod si forsitã dixeris Dei matrem nõ fuis
se humilem, quia maior humilitas est hono
res à se abijcere, quàm acceptare illos: vt est
videre in illis, quibus episcopatus, & maxi
mæ dignitates offeruntur, quas renuunt: &
Ioan.6. Christus humiliter se gesit, quãdo in regẽ
illum voluerunt eligere. Quod si Maria hu
milis erat quid est, cur hanc dignitatem ac-
ceptauit? Ad quod attendas rogo. Aliter nã
que cum hominibus aliter cũ Deo agendũ,
quia dignitates, quæ ab hominibus tribuũ-
tur, cedunt multoties in acceptãtium di-
spendiũ & periculũ. At quod Deus iubet,
in nostram vtilitatem redundat, & humili-
tas est, id amplecti: esset autem superbum
obicem opponere. Si autem Deo cõtradice
res venires arguendus superbiæ, cum signi-
ficares, Deum in præceptis errare, te vero
Ioan.13. nõ falli. Vnde Christus Dñs merito Petrũ
reprehẽdit, cũ nollet, vt eius pedes lauaret.
Existimabat Petrus, Dñm id quod facie-
bat ignorare: quod genus superbiæ est. Si
magnatũ aliquis famulo suo præciperet, vt
in scabello sederet, volens illius pedes laua
re, si tunc famulus resisteret, superbus esset:
quia existimaret se recto cõsilio duci, dñm
autẽ suum aberrare. Humilitas exercetur,
cum de voluntate superioris cõstat ipsi obe
dientiam præstari: cum vero virgini diuina
reuelatione constaret, illum esse angelum
Dñi, & velle Dñm virginem in matrem su
scipere: quanquã ipsi videbatur tanti hono
ris esse indignã, tamen se ipsam diuinæ vo-
luntati obtulit templum immaculatũ. Po-
test etiam responderi appetitum nostrum
honoris sitientem duabus indui virtutibus
humilitate, scilicet, quæ retrahit ne volũtas
aliquem honorem ambiat præter debitũ or
dinem. Ex altera autem parte adest huic ap
petitui magnanimitatis virtus, quæ animũ
addit & stimulum voluntati, ne dignitatem
subire timeat, quando illam dñs confert in
multorum vtilitatem. Quæ duæ virtutes in
sacra virgine micarunt: nanque magnanima
fuit acceptando dignitatem, quæ futura
erat remedium humani generis. Item & hu
militate fuit præclara: quia nec dignitatẽ cu
piuit, nec solicita de illa fuit, sed ex diuina
domini voluntate virgini confertur. Quo
facto non solum obedientiæ & humilitatis
exemplum dedit, sed etiam præclaræ magnanimitatis, cuius munus est, alta & egregia
sua lance conferre. ¶ Ostendit etiam animi
sui fiduciam. Posset nanque tunc temporis
virgo Angelo respõdere. Videas, me paren
tes habere, quibus huius rei rationem sum
redditura. Quid enim Ioseph vir meus di-
cet, si grauidã me viderit? Quid secum cogi
tabit? Si autem astruero opus esse Spiritus
sancti, nequaquã dictis meis fides dabitur.
Iudicabor blasphema. Confidit virgo in do
mino: & se omniaque sua in eius manus cõ
mendauit pro nimia spe & fiducia animi
sui. Sic de Susanna legitur, quod cùm fal- *Dan.13.*
sò accusaretur, cor eius habebat fiduciam in
Dño. Et denique vt breuius agamus in hac
incarnationis historia nouem præclaras &
excellentes virtutes de virgine sacra narrat
Euangelista. Virginitatem, cùm inquit.
Missus est Angelus Gabriel ad virginem.
Vitę suę honestatẽ, cùm dicit: ingressus An
gelus ad eam. Verecundiã, his verbis. Tur-
bata est in sermone eius. Silentiũ, his, cogi-
tábat qualis esset ista salutatio. Prudentiã,
vbi inquit. Quomodo fiet istud? Obedien-
tiam. Fiat mihi. Humilitatẽ, se ipsam Dñi
ancillã vocãs. Magnanimitatẽ: quia pro vni
uersi generis humani salute matris dignita-
tem acceptauit. Fiduciam, quia se totã Deo
cõmisit. ¶ Postquam Angelus legationem
suam absoluit, cum iam in virginis vtero fi-
lius Dei esset cõceptus incredibili lætitia,
quasi licentiã postulans à regina sua, quã vt
Dei matrẽ iam venerabatur, *Discessit Ange-*
lus ab ea. Crediderim ego maioris reuerẽtiæ
signa Angelũ in discessu ostendisse, quam
prin-

principio salutationis: nã priùs futuræ ma-
tris Dei cultũ prębuit, postea verò ipsam ve
neratus est, vt pote quæ iam reuera Dñi ma
ter effecta erat. ¶ Scias autẽ oportet præter
omnes virtutes enarratas sacram virginẽ ex
cellenti charitate fuisse præditam, quæ regi
1. Cor. 13. na est & princeps omnium virtutum. Nam
protinus post Angeli discessum, non mon-
tium asperitate detenta omni difficultate iti
neris, aut laboris procul reiecta ascendit in
mõtana. Propriũ quippe charitatis ingeniũ
est, omnia ferre, omnia inuicto animo tole-
rare. Abijt per loca aspera, inuia, & quæ vi-
rum alioqui robustũ & fortem à tanto labo
re possent deterrere, vt visitaret Elisabeth:
quia locus vbi Zacharias morabatur altior
erat Galilæa, à qua recessit Maria. *Exurgens*
Maria abijt in montana. Cũ rex ad aliud regnũ
proficiscitur, nemini non est notũ, quo pro-
fectionem suam dirigat, ità vt nihil aliud in
omnium ora incidat, quã regis profectio, &
omnes incedũt, dicentes. Quid sibi vult hoc
inopinatũ regis iter? Quod est modo nego-
tium ita arduũ & difficile vt possit regem à
proprio regno & à propria patria commoue
re? Huius autẽ rei causa ea est, quia nobiles
& principes in altis locis & in sublimi sunt
constituti, ita vt gressus eorum non possint
Apoc.19. non ab omnibus iudicari: & si aliquãdo pro
imbecillitate oculorũ existiment se à nemi
ne videri. Ecce nunc rex regũ, & Dñs domi
nantium proficiscitur in breui virginis vte-
ro à Galilæa in Iudæam, à prouincia in pro-
uinciã non deterritus itineris asperitate. E
quidẽ non sine causa, non sine altissimo cõ-
silio tales ac tanti viatores iter aggrediũtur.
Duabus igitur moti rationibus tẽdunt à Ga
lilæa in Iudæam. Primũ ea voluntate mo-
tus vt ei operi initium daret ad quod in mũ-
1. Tim. 1. dum venit, vt peccatores saluos faceret. Pro
ficiscitur iam diuinus hic mercator animam
Ioãnis lucraturus. Incipit iam suo diuino re
dẽptoris munere fungi: & initiũ facit liber-
tatis peccati ab anima diui Ioannis. Vnde
Esai. 9. postquam Esaias dixit. Ecce virgo cõcipiet,
& pariet filiũ, prophetans natiuitatẽ Dñi:
subdit statim. Accelera, festina, prædare: an
tequam puer sciat vocare patrem, aut ma-
trem, auferetur fortitudo Damasci. Auferet
vires diabolo, & prædã ab ore ipsius extra-
het. Et in Psalmo egregius vates postquam
Psalm.18. de Christi natiuitate fuit loquutus, inquit.
Et ipse tanquam sponsus procedens de tha
lamo suo. Et subdit. Exultauit vt gigas ad
currendam viam. Quod idem insinuauit *Matth.2.*
Matthæus dicens. Cũ natus esset Iesus in
Bethleem Iudææ ecce Magi ab oriente vene
runt. Acsi diceret. Statim vt natus est Chri
stus vocauit gentes, & venerunt ab oriente.
Non distulit eorũ vocationem, nec procra-
stinauit in distribuendis suæ pietatis & mi-
sericordiæ thesauris: nam nõdum natus, Ma
gis se ostendit: & nondum conceptus, Ioan-
nem Baptistã vocauit. Certè inertia nostra
& segnities digna reprehensione nõ vacat:
nam cum Christus ita diligenter se gerat in
nostra salute seruãda, nihil magis nos poste
riori manticæ mandamus cum sit nobis diui
nus Paulus exemplum præsentissimũ, qui
2. Tim. 4. inquit. Cursum consummaui. Et Dauid. *Psal.118.*
Viam mandatorũ tuorum cucurri. Bene igi
tur Esaias inquit. Deprædare, accelera, spo-
lia. Nam si adhuc infantulus manibus & pe
dibus deuinctis, in ventre clausus, ò sanctissi
me redemptor talem prædam è draconis fau
cibus eripuisti: quid de te in Caluario aper-
tis brachijs poterimus expectare? Non pos-
sum equidẽ non mirari, ò bone Christe, tuã
istam sedulam diligentiam, & solicitudinẽ:
quam erga oues tuas lucrãdas attulisti. Nam
cum posses Ioannem à Nazareth sanctum
efficere, & gratiam tuam illi cõferre, digna
tus es, ad illum proficisci: vt maiori donorũ
cumulo tibi deinctus teneretur. Rectè Da-
uid in persona Ioannis inquit. Dñs solicitus *Psalm.39.*
est mei. Nõ dixit, quod illius curã habebat:
sicut rex suorũ subditorum habet, aut alius
quispiã: sed solicitus est. Vt rectè verba ver-
bis, & promissa promissis consonent. Quia
non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit
Israel. ¶ In cuius loci cõsideratione gradum *Psal.120.*
sistas oportet, & videas quanto odio pecca-
ta dñs prosequatur: nã protinus vt in virgi-
neo vtero carnem assumpsit, incepit ipsum
peccatum expugnare. Qui locus nihil aliud
nos admonet, quam vt semper peccata tan-
quam pernicioſissimam pestẽ detestemur,
vel eo maximè quia Iesus Christus maxi-
mis laboribus, & tanto suæ vitæ discrimine
id ab animabus relegauit. Quòd si videre cu
pis quo gradu ipsum peccatum oderit, pluri
bus possem demonstrare: sed vt reliquis pa-
tientes aures mihi accõmodes breuibus tecũ
agam modo. Ita Dñs peccatum detestatur,
vt illius causa filium suum interfecerit. Quę
ratio deberet te ipsum ita conuincere, & cõ-
mouere, vt nihil magis à te alienũ esset, quã
flagitium cõmittere. ¶ Secũdò proficiscitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

virgo in domum Zachariæ, vt ſemper in illa maiora beneficia & honores cumularentur. Vult enim Dñs vt virginis dignitas & excellentia quæ ab Angelis erat ſolũ cognita, nota ſit etiam hominibus, vt ipſa tanquã mater Dei laudetur. Poſtquã enim Angelus matris honore illã ſalutauerat, vult etiã vt à beata Eliſabeth laudetur & debita veneratione colatur, cum dixit. Vnde hoc mihi vt veniat mater Dñi mei ad me? Vbi diligẽter aduertas obſecro, quãtam adhibeat Dñs diligentiam in colendis ſuis amicis, & in manifeſtandis, mũdo ipſorum virtutibus, quas ipſi propter humilitatis virtutẽ abſcõdunt. Quis enim valebit dicere, etiam ſi flumen ingenij pro animi ſententia ei natura cõceſſerit, quibus encomijs, quibus laudibus & honoribus ſanctum Ioſeph in Ægypto venditum extulerit? Quis beneficia Dauidi collata (etiam ſi lacteus eloquentiæ fons illi fœliciter cõtigerit) poterit enarrare? Quis deniq; attingere audebit laudum Moſi narrationem, qui electus à dño fuit in ducem populi Iſrael? Nec mirũ ſi tecum paratiſsimus ſit id facere, ſi vanas mundi laudes nõ captaueris & ſoli Deo placere ſtudueris. Nanq; officium dñi & munus eſt, abſcõdita mundi inueſtigare, vbi ſanctis vitæ documentis ſerui ſui delitescunt, vt eorum nomina per totum terrarum orbem celebret & prædicet. Itaq; exurgens beatiſsima virgo abijt in mõtana, non de verbis Angeli incerta, ſed lumine cœleſti illuſtrata dictis Angeli fidem adhibens: vt vel ſic per eius aduentum ea Ioãni contingerent, quæ Angelus Gabriel prædixerat, ſcilicet, vt adimpleretur Spiritu ſancto. Quòd autẽ verbo exurgere vtatur, Hebræa loquutio eſt, aliquid agendum ſignificans. Vt eſt illud canticorum, Surge propera amica mea. Et in Pſalmis. Surge Dñe in requiem tuã, tu & arca ſanctificationis tuæ. Et iterum. Exurge Dñe non prævaleat homo. Et exurgat Deus, & diſſipentur omnes inimici eius. Et poſſemus idem ſexcentis alijs locis comprobare. ¶ Quòd ſi attentiùs hunc locum conſiderare velis, inuenies aliquid adhuc, quod poſsit in tuum lucrum & emolumentum cedere. Nam ſicut beata virgo cum primum iter aggreditur montes & laborioſa loca inuenit, nec his omnibus ab incepto deſtitit: ſic tu ſi aliquod virtutis opus facere inceperis, ſcias multos labores paratos tibi eſſe, multa obſtacula & impedimenta, quæ omnia leuiſsima eſſe debent, vt

Gen. 41.

1. *Reg.* 16. *Exod.* 3.

Cant. 2. *Pſal.* 131. *Pſalm.* 9. *Pſalm.* 67.

tẽ ipſum poſsint deterrere. Omnes namque qui piè volunt viuere in Chriſto, perſequutionem patientur. Vnde iam te perſuaſum eſſe velim, vt nolis per mollia & blanda vitæ tuæ curſum peragere, nolis vitijs & voluptatibus placato animo indulgere: ſed manu ſemper apprehẽde ea, quæ difficilia & aſpera ſunt, vt per ſemitam virtutis recto trami te ad culmen gloriæ valeas peruenire. Secũ dò aduertas, ne vnquam difficultatis cauſa à bono incepto diſcedas: quia non ſine labore aſcenditur ad montana loca. Nam Saluatoris eſt dictum. Arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Huius namque difficultatis & laboris conſideratio à bonis inceptis gradum retrahit. Iſraelitæ etenim audientes fertilitatẽ terræ promiſsionis gauiſi ſunt valde, & ſe ipſos parauerunt, ad poſsidendum eam, & ad præliandum: at poſtquam difficultatem & laboriosum iter inſpexerunt ingenti timore ſunt perculſi. Tertiò ſcias oportet non ſatis eſſe, vt omnia tibi ſint proſpera & fœlicia, & quòd nihil tibi deſit: ſed etiã eſt per neceſſarium, vt fratrum & vicinorum tuorũ curam ſemper habeas: vt & in laboribus & afflictionibus eos conſoleris, & in neceſsitatibus liberali & amica manu eis ſubuenias. Abijt Dauid, vt viſitaret fratres ſuos in prælio conſtitutos, & interfecit Goliam. Abijt etiã Ioſeph, vt inuiſeret fratres ſuos: & quanuis priùs venditus fuit, inde tamen conſequutus eſt ſedem regni. Licèt etiam aliquando vitam contemplatiuam relinquere, vt actiuæ poſsis miniſteria præſtare. Etenim etſi contemplatiua excellentior ſit actiua, nihilominus multoties propter commodũ proximi eam licet deſerere. Vt eſt exemplum ſacræ virginis, quæ vt viſitaret Eliſabeth contemplationem reliquit. Nec intelligas magis meritoriam ſemper eſſe contemplatiuam vitam, quam actiuam. Huius autẽ rei ratio eſt, nam meritum, charitatis perpẽdiculo menſuratur. Vnde cum aliquis ita feruidus in Dei amorem actiuo operi poſsit incumbere, aliùs verò remiſſe & tepidè contemplationi vacare: inde manifeſto elicitur eo caſu actiuam vitam ſuis gradibus contemplatiuam antecellere. Hinc fit vt beatiſsimus Paulus dicat, ſe velle à ſuauitate contemplationis abduci propter ſalutem fratrum, quibus prædicandi munere maiorem diei partẽ conſumebat: quod quidem actiuę vitæ præclarum, exercitium eſt, & magnũ pietatis & miſericordiæ opus. Hæ duæ nan

Matth. 7.

Num. 14.

Rom. 9.

que

que vitæ ita mutuis officijs ſe adiuuant, vt nequeat contemplatiuus dici, qui actiuæ nõ ſuccurrerit, vidẽs proximum in neceſsitate conſtitutum. ¶ Quinto loco curandum tibi eſt, ne dona tibi à Dño collata parca manu tuis fratribus communices. Ne tibi contingat, quod ſeruo illi in euangelio, qui damnatus fuit, eo quòd talentum à domino traditũ abſcondit. Ad cuius rei recordationem te facile adducet pulchritudo & ornatus cœli, ſol, luna, ſtellæ, arbores, & denique vniuerſæ creaturæ: quæ omnia ſedulo miniſterio, & ſui creatoris nutui obediũt, & nobis ſuas virtutes communicant. Cur igitur dedigneberis tu, eruditione & doctrina tua alios inſtruere, non recordatus Pauli dictum. Diſpenſatores ſumus miniſteriorum Dei? Nõ dicit, Domini ſumus, ſed diſpenſatores. Voluit beatiſsima virgo donum Dei communicare Sanctis Zachariæ & Eliſabeth: vt eius aduentu Ioannes Spiritu ſancto adimpleretur, & vt Zacharias & Eliſabeth ſpiritu prophetico clari eſſent. ¶ Vt autem intelligas Deo eſſe ſeruiendum nõ tepidè aut ignaue, ſubdit ſtatim Euangeliſta virginem abijſſe. *Cum feſtinatione.* Quid verba hæc ſibi volunt, vt virgo honeſtiſsima itineris inimica, cubilis amatrix, cum tanta feſtinatione proficiſcatur? Certè id altiſsimo myſterio non vacat. Ex omnibus, quæ protinus & incitare & inuitare nos deberent, vt in domini obſequium diligentes eſſemus, id vnũ eſt, cum videamus pro eximio ſuo in nos amore, eum pigrum eſſe ad vindictam ſumendam: liberalem autem & magnificum in venia condonanda. Nam cum primum primus noſter parens in delictum incidit, inquit ſcriptura, quòd deambulabat dñs ad aurã poſt meridiem: quãdo venerat ſumpturus de ſcelere vindictã. Non dicit ſcriptura, q̃ currebat, ſed deambulabat vt intelligas: pedetentim, & pluſquã teſtudineo gradu incedere, cum vult ſuppliciũ infligere. Cuius rei exemplum videre licet. Nam cum eſſet in animo grauiter in Sodomitas animaduertere ad Abraham loquitur, & fit illi obuiã: vt pro tam iniquo populo rogaret. Cuius voluntatis ſignum euidentiſsimum eſt, vt dixerit, quòd ſi decem iuſti in ciuitatibus illis inuenirentur, ſe relicturum illas ciuitates liberas & incolumes. Et cum decreuit vniuerſum aquis diluuij ſubuertere, centum annis ante ſubuerſionem id Noe manifeſtauit. Et Pharaonem ſepties monuit priuſquam in mari Rubro illum ſubmergeret. Et Niniuitas etiam priùs monuit & miſit ad eos Ionam prædicaturum. Contrarium autem morem obſeruat, cùm tendit ſua miſericordia cum aliquo vſurus: feſtinat, accelerat ſolicitus & anxius tendit. Nam Zachæo dixit, Zachæe feſtinans deſcende. Quare cum feſtinatione? quia tendebat ad iuſtificãdum peccatorem: in his autem, quæ ſpectãt ad miſericordiam non opus eſt mora. Et impio illi ac nefario Iudæ dixit. Quod facturus es, fac citiùs. Cupiebat iam pijſsimus redemptor pretium noſtræ ſalutis perſoluere. Et ipſe Dñs ait. Baptiſmo habeo baptizari: & quomodo coarctor donec perficiam illũ? Loquebatur de ſua paſsione, & redemptione noſtra. Sic Spiritus ſanctus repente deſcẽdit ſuper Apoſtolos eos ſanctificaturus. Nec id ſilentio prætereundum quod centũ & quinquaginta diebus diluuium durauit, paucioribus vero aquæ defecerunt: vt oſtẽderet ſe magis pronum eſſe ad miſerendum quam ad flagellandum, & vix ferre poſsit ſemper in punitione perſiſtere. Et Eſaias in quit. Prædicare annum placabilem domino, & diem vltionis Deo noſtro. Vbi elegãtibus verbis iam videris, vltionem vnica tãtum die claudi: expiationem verò & miſericordiam per anni ſpatium. Quod etiam idem Eſaias confirmauit dicens. In momẽto indignationis abſcondi faciem meam à te: & in miſericordijs ſempiternis congregabo te. Perpendas autem, quomodo indignatio per temporis momentum duret: miſericordia autem ſempiterna ſit. Nec mirũ ſi Dominus pronior ſit ad miſerendum quã ad vindicandum. Nec mirum etiam ſi piger & cum tarditate ad puniendum abeat ad cõdonandum verò cum properatione. Nam ſi lapidem ſurſum velis in altum ædificium collocare magnis ingenijs, machinis, & funibus opus eſt. Quòd ſi in centrum vſque velis eam proijcere: non alia vi indiget, niſi vt à manu excidat, cum grauis natura deorſum ſit tendere leuis autem ſurſum. Ita ſanè ſicuti lapidi proprium eſt nulla facta mora deſcendere: ita Deo proprium miſerationibus vti. Vnde eccleſia ſancta diuino ſpiritu gubernata dño canit. Deus, cui propriũ eſt miſereri, ſemper & parcere. Peccatoribus iraſci, & in eos animaduertere, opus Deo alienũ eſt, vt inquit Eſaias: quia ei aduenti tiũ eſt ratione tranſgreſsionis mãdatorum. Ideò quaſi coactus, & noſtris flagitijs exigẽ

Matth. 25

Gen. 37.

Gen. 3.

Gen. 19.

Genes. 7.

Exod. 14.

Ionæ. 3.

Luc. 19.

Ioan. 13.

Luc. 12.

Act. 2.

Genes. 8.

Eſai. 41.

Eſai. 54.

Eſai. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esai. 1. tibus dolens punit, vt ipsemet per Esaiam inquit. Heu cõsolabor super hostibus meis: & vindicabor de inimicis meis. Ratio autem cur Domini proprium sit, misereri, ea est: quia ad completam rationem effectus misericordiæ non requiritur actus, vel meritum nostrum sed solum quod Dei est. Ad rationem autem effectus iustitiæ meritorum exigentia requiritur. Ideò proprium est ei parcere & misereri, alienum autem punire. Vnde idem Esaias hoc Domini ingenium clarioribus verbis expressit dicens. Egredietur Deus de loco suo, dum punit. Et Ieremias in Threnis dicit non ex corde suo abiecisse filios hominum. Diligens itaq; est dum miseretur. Hac de causa virgo beata properat in domũ Zachariæ cum festinatione. Mouebat Christus gressus matris vt festinanter incederet quia ibat ad parcẽdum peccata. Ad quid ò beata virgo cũ tanta festinatione properas? Non certè vt aliquem occidas, non vt vindictam sumas: sed vt parcatur, & vt misericordia vtatur. Ingenium hoc est filij tui, vt festinanter pergat ad condonandum, quod idem à te non esse alienum existimo. ¶ At nos ad nihil aliud videmur voluntatem Dei cognoscere, nisi vt in omnibus & per omnia aduersarij illi simus. Velocissimi nanq; sunt pedes nostri ad vindictam de illatis iniurijs reposcendam, ad debita exigenda & vt appetitus nostri semper adimpleãtur, & vt voluptatibus nostris latissimus pateat campus. Diligens mercator surgit primo mane, vt ditias sibi cumulet. Impiger extremos curr-

Esai. 23. Thren. 3.

Hora. epi. 1. rit mercator ad Indos, Per mare p̃æperiem fugiens, per saxa per ignes. Et alius, vt illatã iniuriam vindicet, noctu diuq; in cogitationibus euanescit: ita vt velocissimo cursu vadat ad effundendum sanguinem. Et sapiẽs

Psalm. 13. Prouerb. 1. Ierem. 8.

inquit. Pedes impiorum ad malum currunt. Et Ieremias. Omnes cõuersi sunt ad cursum suum quasi equus impetu vadens ad prelium. Mirum enim est videre quot quantiq, sunt, qui vel vno die, imò vnica tãtum hora multos, & varios ascendunt equos vt celeriùs, vt breuiùs & vt maiori impetu in infernũ prolabantur. Currentes properant à peccato in peccatum & mille fœditatum & abominationum genera inueniunt vt grauiùs, & vt crudelius contra se Deum incitent. Ita currunt vt brauium constitutum videatur ei, qui prius ad illum miserum, & infœlicem locum appulerit. Vt autem Deo seruiant non est opus meis dictis, vt videas quam seguiter se habeant in via mandatorum domini. Non ita faciebat ille, qui dixit. Viam mandatorum tuorum cucurri. Et Paulus, vt moneat nos in via mãdatorum Domini esse incedendum inquit. Sic currite vt comprehendatis. Sed iam vlterius progrediamur vt innotescat nobis, quo tam properanter sacra virgo abeat. *In ciuitatem Iuda.* Vbi erat domus Zachariæ. *Et intrauit in domum Zachariæ.* Qui senex & mutus erat. Vt nobis fieret exemplum eos, qui recta valetudine fruuntur, ituros esse, vt videant, vt consolentur & vt subueniant ægrotis & indigentibus. Ita vt in nobis adimpleatur illud. Non te pigeat ministrare infirmo, ex hoc enim in dilectione firmaberis. Et expende quod dicit, intrauit. Ingrederis tu domum amici, vel familiaris tui nulla licentia impetrata, aut vt plærumque contingit hospite insalutato. At ignoti domum vt intres, vel inimici, prius ad fores pulsas & clamas. Ita Dominus domum Zachariæ iusti ingreditur sine pulsatione tãquam domum familiaris sui: quia ianuam apertam inuenit. At peccatorum ianuas prius pulsat, & foris ad postes stat, expectans & rogans an velint illi aditum præbere, vt amicitiam cum eis ineant. Vt facilè videre est in illo Apocalypsis loco. Ego sto ad ostium & pulso: siquis aperuerit mihi, &c. Fœlix ille nuncupari potest, qui portas animæ suæ patentes habet vt Deum excipiat. Et verè beatum eum dicere possis qui in corde suo nullum obicẽ posuerit, vt Dominus dignetur ingredi: tamen sunt multi eiusmodi ingenij & conditionis ad cuius fores per multum temporis spatium dominus clamat, nec ipsi aditus datur. Quòd si nos tanta dona & beneficia, quibus quotidie afficimur, vel aliquo obsequij genere penderemus, videremus certè quomodo amicorum suorum domos dignetur visitare, cùm nec vocatus, nec inuitatus fuerit. Imò ipse est qui maximis bonis cumulaturus, nos inuitat: vt videre licet in sacro Euangelio Lucæ, vbi legitur ad Zachæum dixisse. Hodie in domo tua oportet me manere. Sic etiam in domum Marthæ & Mariæ tendebat, vt beneficio hospitalitatis gauderet. Ita nec Zacharias, nec Elisabeth Dominum inuitarunt, vt ad eos veniret: ipse tamen gaudens & libens proficiscitur: nam eius moris est, vt semper maximam & solicitam curam adhibeat erga ea, quæ suorum amicorum sunt. *Et salutauit Eli-*

Psalm. 118. 1. Cor. 9.

Apoc. 3.

Luc. 19. Luc. 10.

Elisabeth. Quid dixerit, Euangelista non explicat. Sed ego crediderim alterum duorum dixisse. Pax vobis: vel, Pax huic domui. Primo salutandi modo vsus est Christus: secundum autem ipse docuit discipulos, vt ingredientes aliquam domum eo vterentur. Hoc verosimile videtur, quia vt inquit Augustinus, prius beatæ virgini fuit Christus magister, quam filius. Et ideò quod postea docuit discipulos, docet & nunc matrem. Et si discipulis dixit. Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: quãto potius id modo faceret, cum diuino spiritu matris lingua moueretur? Filius loquitur per os matris, & sicut posteà ipse dixit pax vobis, ita & nunc. Hæc nostra salutatio debuerat esse, & hic loquendi modus: sicut Paulus multoties vt inquit in epistolis suis salutabat. Mundi, heu, vanitas Christi sermonem suffocat, & stultus iam habetur & irridetur qui ad exemplum Christi loquitur. ¶ Vbi virginis matris pietas iam venit multis nominibus prædicanda, quæ tantum sibi sumit laborem, vt congratuletur Elisabeth de Ioannis conceptione. Nanque vera pietas potius congaudet de fœlicitate aliena, quàm studeat iactare suam. Vnde diuino incensus amore Paulus dicebat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Nec mirũ si regis summi mater militis matrem salutet, & ministret vt sanctissimis humilitatis documentis nos instituat. Qui humilitatis magister inquit. Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester seruus. Quod faciebat Paulus cum dixit. Cum liber essem ex omnibus, omnium me feci seruum. Quod idem pijssimus redemptor adimpleuit qui de se ipso inquit. Non veni ministrari, sed ministrare. Et iterum. Ecce ego in medio vobiscum sum tanquam qui ministrat. ¶ Verum enimuerò hæc salutatio non tam dicenda est virginis ad Elisabet, quam Christi ad Ioannem. Sed non potest non factum istud me ipsum in admirationem rapere. Id nanque quod prius fecit Christus post incarnationem fuit Ioannem visitare. Nec dubitandum est, captum fuisse Dominum Ioannis amoribus: quandoquidem protinus vt humanam induit vestem ad ipsum accedit. Rex Assuerus maiori fuit amore prosequutus Husam ciuitatem, quam reliquas omnes sui imperij, ea tantum ductus ratione, quia regni sui principiũ fuerat: vnde singulis annis ibi omnibus splendida conuiuia solebat facere. Dauid etiam nimio amore ciuitatis Sion tenebatur, & ita speciali priuilegio illam suam esse vocabat quia prior erat, quam ipse acquisierat: & ita arcam fœderis eo tulit, vt arcæ præsentia, benediceretur ciuitas. Id nanque quod magis diligimus, & maiori ipsius amore tenemur, maioribus afficimus beneficijs. Sic prior ciuitas quam Dominus expugnauit fuit Ioannes Baptista, & sui regni principium: & ita gratior & dilectior regi Christo præ cæteris alijs fuit. Non magnũ regem primo mane surgere ante ortam lucẽ iturus ad visitandũ seruum? vbi coniunctio, &, magnam familiaritatem videtur exprimere. Nõnè satis est seruum accersere? non equidem si dominus nimio ipsius teneatur amore. Ita dominus sua præsentia Ioannem visitat: nec id immerito, cum dixerit Angelus eum magnũ esse coram Dño. Hæc enim est differentia inter mediæ plebis homines & magnates: quod ad magnatum & nobiliũ domos vadit magister, eos docturus. Christum docturũ Apostolos ipsi sequuntur relictis retibus & domibus: at in domum Ioãnis magister cœlestis properat, vt eum doceat. Vbi iam vides quomodo dominus cũ Ioanne agat tãquam cum magnate & principe regni sui. Vnde in maximam admirationem rapiebatur sanctissimus Iob, cum dixit. Quid est homo quia magnificas eũ aut quid? &c. Quis est, ò Christe sancte, iste Ioãnes, qui cum sit homo tot tantisq; honoris ornamentis à te afficitur? Ad cuius cor nullo verborum strepitu & murmure ita loqueris? quẽ ita diligenter & solicitè inquiris, vt ante diluculũ illum visites: vt rectè admiretur Iob (visitas eũ diluculo) nec in his gradũ sistas, sed subito probes illũ? Quod si inquirat aliquis, quomodo probatur Ioãnes, intelligat ita probari, vt Christi honor in ipsius manibus fuerit constitutus. Ecclesiam Dominus cõmisit Petro, & suum vicarium illũ constituit: & matrem suam Ioanni Euangelistæ credidit, corpus suũ Ioseph ab Arimathæa, crumenam suam Iudæ: at honorẽ (qui totius humanæ vitæ põdus est & quo nihil pretiosus, nihil excellentius aut pulchrius hominibus existimatur) Ioãni Baptistæ tradidit. Nanq; cum rogatur, sit ne ipse Christus, clarè & verè respondit, non esse, imò nec esse dignum, vt soluat Christi calciamenta. Quod si interrogationis affirmatiuã partẽ astrueret, nihil dubites, protinus

Ioan. 20. Luc. 24. Luc. 10.

Matth. 10.

2. Cor. 12.

Hester. 1.

2. Reg. 5. 2. Reg. 6.

Matth. 4.

Iob. 7.

Matth. 20. Luc. 22. 1. Cor. 9. Matt. 20.

Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipsum tanquam Christum coli & susci-
pi. Vbi iam videris quomodo Christi honor to
tus ab ore & responsione Ioannis pendeat.
Et factum est. A si dixisset. Accidit, vel cõti-
git. *Vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exul*
1. Reg. 16. *tauit infans in vtero eius.* Cum spiritus Domini
malus exagitabat Saulem (vt legitur in pri-
mo Regũ) accipiebat Dauid citharã, & sta-
tim spiritus nequam ab eo recedebat. Sic
Christus velut alter Dauid accipiens, vt in-
strumentũ sanctissimã matrem labia ipsius
mouendo propulsauit à Ioanne spiritum ne
quam: & sic ad virginis salutationem exul-
tat infans in vtero repletus Spiritu sancto.
¶ Vbi iam expẽdere libet quàm magnum
beneficium Domini fuerit incarnatio Chri
sti, cum voluerit Spiritus sanctus tanto cul-
tu & obseruantia per hunc puerum manife-
stari & celebrari. Docemur itidem, quid sin
guli facturi simus maiores natu, & ætate per
fecti, quandoquidem inter breues corporis
angustias puer iste clausus talem habuit ob-
seruantiã. Exultauit gaudio, ita vt externis
corporis signis internum gaudium demon-
2. Reg. 6. strauerit. Si rex sanctus Dauid coram arca
Dñi constitutus canebat & saltabat: quo
iubilo, quibus gaudijs credendum est virgi-
nem sacram, & Christum à Ioanne fuisse ac
Ioan. 8. ceptos? Si gauisus fuit Abraham, hunc diem
in spiritu videns: qui iam præsentem eundẽ
habebat: quid credas eum fecisse? O quã dili
gens seruus D. Ioannes appellari potest, qui
cùm nondum cælum & terram vidisset iam
Vide Aug. ser. 3. Ioann. Bapt. cœli & terræ creatorem adorabat. Vix erat
ei spiritus vitæ, & iam inerat spiritus gratiæ.
Ioan. 1. Ab vtero matris præcursoris, officio fungi
incipiebat: nam cum esset homo ostendens
Iesum digito dixit. Ecce agnus Dei. Sic mo
do cum intueretur illum oculis animæ, cor-
poris obsequio eundẽ demonstrauit: & quẽ
verbis salutare non potuit prophetico cog-
nouit spiritu. Sicut enim in horologijs sola-
ribus contingit, vt cum index vitio ex ali-
qua parte laborat, cum primum à magnete
tangitur, statim correctus ad septentrionalẽ
polum vertitur, certam horam designans:
sic beatissimus Ioannes in ventre matris de-
litescens, Spiritus sancti gratia tactus, digi-
to Saluatorem indicat, & tempus iam adue-
nisse, in quo mundum perditum visitãdum
esse censuit, cum & rationis vsus ipsi diuino
beneficio fuerit acceleratus. Vnde & ipsius
pater Zacharias cum eo loquens dicit. Tu
puer propheta altissimi vocaberis, præibis
enim, &c. Sed miraberis forsitan, quod
de rebus tanti ponderis & momenti cum
puero agat, nec puer cum sit de puerilibus
sit sermo: at neutiquam mirari oportet quia
etsi Ioannes infans erat non eum latent,
quæ proferuntur à patre. Nanque quod mul
ti viri iusti & sancti fecerunt adhuc ad sene-
ctutem peruenientes, ipse diuinitùs adiutus
à matris vtero præstitit. Mirum etenim nõ
est, quod quis ad triginta, vel quadraginta
annorum numerum accedens iudicio & in-
tellectu polleat: at si is in vtero matris vta-
tur, omnem prorsus admirationem superat.
Contingit enim frequenter, vt aliquibus
viginti annis natis iudicium accedat, alijs
triginta, alijs verò quadraginta: alijs verò
post sexaginta & septuaginta nondum il-
lud contigit. Nec mirum si post tempus hoc
cum iam senuerint ornati incedant, compti
& perpoliti, & in id dementiæ & stultitiæ
genus lapsi sint, vt mulierum amatores effi-
ciantur. At nostro Ioanni priusquam na-
sceretur iudicium contigit & vsus illius. Ab
vtero materno Dominum cognouit, & cu-
bicularij ministerio præcipuo regi gloriæ
Christo deseruiuit in cubiculo virginalis
vteri conclusus. Ventris abstruso recubans
cubili, Senseras regem thalamo manentem.
Sed mirabile est, quod sequitur. Hinc pa-
rens nati, meritis vterque Abdita pandit.
Exod. 28. Quemadmodum enim antiquitùs accepit
Dominus de spiritu Mosi, quem inter se-
ptuaginta viros diuisit: sic modo de spiritu
Ioannis accepit, quem parentibus suis im-
partitus est. Tantum Moses & Ioannes
apud Dominum meruerunt, vt ipsi alijs
etiam spiritum meruerint. Itaque non quia
parentes Ioannis Prophetæ fuerunt, ideò &
Ioannes Propheta fuit sed è diuerso intelli-
gere debes. Et ex abundantia gratiæ filij
partis aliquid in parentes redundauit, ita vt
in sequentibus verbis subditur. *Repleta Spi-*
ritu sancto Elisabeth. Nihil mirum si Christi
aduentu & ipsius præsentia diuino spiritu,
Genes. 31. & multis alijs donis repleatur. Nam si olim
Dominus præsentia Iacob multa bona con
tulit Laban, & præsentia Ioseph largitus est
Gen. 39. multa Putifar. Quanto potius Christi ad-
uẽtu repleri debet Spiritu sancto Elisabeth?
Et ita. *Exclamauit voce magna & dixit.* Exple
nitudine internæ deuotionis in altas voces
prorupit: nanq; ex abundantia cordis os lo-
Luc. 6. quitur. Qui Deum secũ habet, de Deo lo-
quitur: qui verò Satanæ spiritum, blasphe-
mat,

mat, maledicit, peierat, & proximi sui famã
ignominiosis verbis intingit. Quilibet
enim homo suo sermone satis aperte demõ-
strat, qualis sit, aut quo ducatur spiritu. Si-
cut æs sono cognoscitur quale sit, & an ha-
beat aliquod metallum, quod rationi soni-
tus nõ bene adaptetur: & quemadmodum,
si intus horologij rotæ bene cõpositæ sunt,
etiam cymbalum foris debitum sonitũ emit
tit: ita etiam homo verbis rationi rectæ dis-
sonis clarè demõstrat intus nullum ordinẽ
in conscientia habere. At Sancta Elisabeth,
vt pote quæ plena erat Spiritu Sancto, in do
mini laudes prorumpit: necnon sanctissi-
mæ matris eius. *Benedicta tu in mulieribus.*
Sunt mulieres benedictæ propter donum:
& aureolam virginitatis: & in veteri testa-
Psalm. 127. mento propter fœcunditatẽ. Vxor tua sicut
vitis abundans in lateribus domus tuæ. Sed
tu ò sacra virgo maiorem benedictionem es
adepta: quia & intacta virgo existis, & fœcũ
dissimæ prolis mater. Vnde in Canticis di-
Cant. 7. citur. Omnia poma noua & vetera seruaui
tibi. Pomum vetus est, matrem esse: pomũ
verò nouum esse virginem. Aliæ mulieres,
vel virgines sunt, vel matris munere fungũ
tur, & propter alterum benedicuntur, sed tu
alterutram benedictionẽ attingis, quia ma-
ter es, & virgo. ¶ Non solum autem inter
omnes benedicta quia mater est, & virgo:
Ser. assump. Virg. sed quia vt beatus Hieronymus ait, cæteris
virginibus præstatur gratia per partes, Ma-
riæ vero tota se infudit plenitudo gratiæ. So
lent omnes virtutes diuisæ reperiri in cæte-
ris mulieribus: sed in vna Maria omnes si-
mul tanquam in cumulum conuenerunt.
Nam si de hac re discursum velis facere, nul
la tibi tanta naturæ & eloquentiæ subsidia
cõtigerint, vt possis fœlici pede rem ita dif-
ficillimã pro sui magnitudine & excellen-
tiã exprimere. Etenim si vrbanitatem & hu
militatem quæras, inuenies alteram Rebec
Genes. 24. cam, à qua cum famulus ille Abraham aquã
efflagitasset, respondit, se non solum illi, sed
etiam camelis omnibus libenter concede-
re. Si animi constantiam & iudicium ad gu
bernandum expectes, quis hæc præstantio-
ri modo habuit, quam Debora, Iudith, &
Iudi. 4. Iudi. 14. Esther? quæ imperatorum officijs functæ
Esther. 5. 1. Reg. 25. sunt. Si prudentiam, quis maiorem quã Abi
Iosue. 2. gail? Si hospitalitatem, nulla maior quã in
4. Reg. 4. Raab, & Sunnamite. Et in nouo testamen-
Actor. 9. to Lidia, Purpuraria, Thabita Priscilla, &
Actor. 18. Luc. 8. mulieres illæ, quæ Christum sequutæ sunt
insignibus virtutibus floruerunt. Paulus lau *Hebræ. 11.*
dat Saræ fidẽ, quia fide concepit sterilis: sed *Gen. 18.*
dignior laude est sacra virgo, quia Sara risit,
& virgo credidit Angelo. Et ideò dixit ei
Elisabeth. Beata quæ credidisti. Istæ mulie
res singulæ singulis virtutibus excellentes
fuerũt: sed virgo Maria omnes, quas tẽporis
obliuio deleuit, quęq; in posterũ venturę sunt
facillimo negotio longo interuallo superat.
Nanq; ipsa sola omnes gratias, quas reliquę
habuerunt dispersas in cumulũ comparauit.
Quemadmodũ egregius ille pictor Zeuxis
graphicè & appositè volens Iunonis figurã
depingere omnibus virginibus Agrigenti-
nis inspectis, quinq; illarũ elegit, ex quibus
quod præstantius & pulchrius erat penicil-
lo expressit, vt imaginem absolutam & per
fectissimam effingeret: ita Dominus pro ad
mirabili sua sapientia omnes fœminarum
perfectiones & gratias visus est in virginem
matrem cumulasse, cuius splendescens co
rona vniuersum mulierum opprobrium ab
stulit, in qua sola plus reperitur eximia lau-
de dignum, quã in omnibus vt vituperetur.
Itaq; excedit lõgo discrimine beata virgo re
liquas alias mulieres, quarum laudes à sacra
pagina decantantur. Vnde spiritus angelici *Cant. 6.*
alter ad alterum admirati dicebant. Quæ
est ista quæ ascendit, pulchra vt luna, electa
vt sol, &c. Sedes solis in medio planetarum
habitat: tres subtus se habet, tres verò supra
se. Ita sanè altiori ordine supra virginem ni
hil aliud pulchrius cõstitutum est, nisi diui-
næ illæ tres personæ: sub se verò tres Ange-
lorum Hierarchias habet & omnia, quæ à do
mino effecta sunt. Sic ascendit in montana
Iudææ pulchra, vt luna, electa vt sol, & terri
bilis varia virtutum supellectile circũmuni
ta. Et ideò meritissima laude eximia inuẽta
est inter omnes mulieres. ¶ Ex quo loco iã
aliud documentum tibi suboritur, vt sem-
per probos laudibus afficias, & eorum virtu
tes insignibus ornamentis prosequaris. Nã
Angelus & beata Elisabeth spiritu diuino
repleta in virginis laudes prorumpunt, & il
lam benedicunt, illud Ecclesiastici recorda-
ti. Laudemus viros gloriosos, & parentes no *Eccles. 44.*
stros in generatione sua. Sed de his vberior
alibi continget sermo: nunc autem historiã
prosequamur, & dictis Elisabeth aures ac-
commodemus, quæ vlterius addit. *Et benedi-*
ctus fructus ventris tui. Quæ verba Angelus
non protulit, quia tunc nondum beata virgo
filium Dei conceperat: sed expendas obse-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cro differentiam. Nam Mariam benedictã appellat cum limitatione & restrictione inter mulieres dicens, at verò ipsum Iesum benedictum dicit, sine aliquo termino sine limitatione, nulla denique facta collatione. Vbi obseruabis, quod quando Deus in peccatum Adæ animaduertit, maledictionem intulit in serpentem: homini autem nõ maledixit, sed terræ propter eũ. Cuius rei mysteriũ est, nam Dñs bene nouerat se aliquãdo sumpturum carnem, quapropter humanam naturã noluit maledictionis nota inurere: fructus enim virginis multis benedictionibus erat afficiendus. Præterea Christus secundum vtrãq; naturam benedictus est, quanuis diuerso modo. Nam quatenus diuinitatis est compos per naturam benedictus est & sanctus. Iuxta illud. Benedictus es Dñe Deus patrum nostrorum. Secundum verò humanam naturã per gratiam dicitur benedictus, quoniam plenitudo gratię ipsi fuit collata nullis terminis, aut mensura clausa. Sed id aduertas, quod fructus non benedicitur propter arborem, sed arbor propter fructum. Vnde Christus nõ matris causa benedicitur, imò mater ipsius causa absoluta & perfecta benedictiõe decoratur. Qua propter coniunctio, &, valet pro, quia. Acsi diceret. Benedicta tu in mulieribus, quia benedictus fructus ventris tui. Consueuit nãque scriptura coniunctionem, &, accipere pro quia vt hic: & in Marci Euangelio, vbi dicitur. Annuntia illis quanta tibi fecerit Deus, & misertus est tui, Id est, quia misertus est tui. Et in Psalmo. Da nobis auxiliũ: & vana salus hominum, ideſt, quia vana salus est ab homine. Et Esaias. Tu iratus fuisti: & nos peccauimus. Id est, quia nos peccauimus. Et in Ioanne habetur, Christum dixisse, scio illum & mandata eius seruo. Sic etiã illud intelligendum esse puto. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus. Id est quia in terra pax: quæ contingit pro bona Dei voluntate erga homines, aut hominum erga Deum. Quem locum ita interpretatur Gregorius Nisſenus in homilia natalis Dñi.

Genes. 3. *Dan. 3.* *Marc. 5.* *Psalm. 59.* *Esai. 64.* *Ioan. 8.* *Luc. 2.*

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Quemadmodum Ruth mirabatur, quãdo venit ad Booz, dicebat enim. Vnde mihi hoc vt inuenirem gratiam ante oculos tuos: & nosse me digneris peregrinam mulierẽ? Petrus etiam expauescens Christi præsentiam dixit. Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Et Centurio, ipsius maiestatem admiratus dixit. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, &c. Sic Sãcta Elisabeth cum solis & Lunæ claritatem intueretur, suæ paucitatis venit in cognitionem: & ita his verbis exclamat. Vnde hoc mihi? Duos humilitatis modos esse comperimus. Alterum, ad quem deueniunt serui & ministri fustibus & flagellis icti, quæ humilitas tribulationum, & persequutionum causa in eis nascitur: quæ potiùs humiliationis (vt ita loquar) & abiectionis nomen meretur, quam humilitatis. Alter est nobilis & vrbanus qui non tantum coactione, & vi fit, quantum bono hominis arbitrio. Hanc humilitatem habuit beata virgo, Ioannes, & Elisabeth. Mirantur aliqui Diuum Ioannem, cum ita humilis, ita Sanctus & omnibus gratissimus fuerit: sed ego in maiorem admirationem rapior, quare humiles non sumus, quãdo ita peccatis & flagitijs sumus detenti. Peccatori nanque facile erit suum humilitatis fontem inuenire, quia in medio sui locatus est. Tamen in his, qui innocẽti & immaculata vita vixerunt, vt Ioannes & Elisabeth, vnde hoc principium & ortum habet? A Deo quidem, & è cælo manat & à consideratione diuinæ potentiæ & magnitudinis. Animaduertas rogo id virorum prorum & rectorum ingenium: nam quæcunque ipsi habent & possident, omnia existimant à Deo sibi tradita esse nihilque boni suis viribus comparasse. Si ferrum igne accensum cum ipso igne vellet competere: vtique diceret ignis: quod tibi mutuatum & emendicatum à me est depone: & statim videbis, quantum valeas, & quousque tuæ se extendant vires. Sic viri sancti & iusti quanto sanctitatis & iustitiæ magis participes sunt, quanto Dei altiorem cognitionem sunt assequuti: tanto humiliùs & abiectiùs de se ipsis iudicant, & sentiunt. Quo circa sanctissimus & humillimus Iob dicebat. Oculus meus videt te, propterea ego in cinere & fauila pœnitentiam ago. Quia Domine vidi & cognoui quam magnus & potens sis, propterea me ipsum puluerem iudicaui. Gloriatur quis maximè de suis natalibus & aliquod imperium habere videtur: at si iste ad regis, vel imperatoris curiam accedat, statim suæ inscitiæ & amẽtiæ in cognionẽ venit, nec vllam collationem cũ his, quæ diximus, habere. Nobilis quippe si à propria patria nõ recesserit magnum se existimat, & potẽtem: in curia verò cum nemini

Ruth. 3. *Luc. 5.* *Matth. 8.* *Iob. 42.*

ni notus sit, paruiducitur & habetur. Ita nimirum quantumuis aliquis homo potentissimus & ditissimus sit, si cum Domino velit comparari nomen potiùs amentis & insipientis subibit, quam aliquid faciat, ex quo vel minimum laudis sibi comparet. Nam cum longo discrimine à Deo distemus, ideo fit, vt nostra æstimatione & iudicio plurimi ducimur: & hinc superbia nostra ortum ducit: tamen si ad diuinum illius fontis lumen accedamus, nihil nos esse fatebimur. Vnde factum est, vt qui iustiores & sanctiores erant, potissime de humilitate gloriabãtur: tanto enim quis sibi humilior videtur, quanto propinquior & cõiunctior est Deo. Sic Abraham. Loquar ad Dominum meũ cum sim puluis & cinis. Vnde fit, vt beata Elisabeth cum sanctissima esset ita humiliter & reuerenter loquitur? Quia repleta Spiritu sancto ipso inspirante matrem Dei cognouit. Edocta nanq; diuino spiritu cognouit illam & hominis & Dei esse matrẽ: quo fit, vt tanta reuerentia & obseruantia puerũ & matrem coleret. At tu cùm Deum ignores, nulla obseruatione & reuerentia erga illum vteris. Veluti rusticus & agrestis, qui obuius regi fit, nulla veneratione illum afficit, cum incognitus illi sit. Anima nostra multoties ipsum Deum contemnit: quia altitudinem ipsius non attigit, nec vnquam quis sit, cognouit. Nobilis autem, qui semper & regem alloquitur, & in ipsius ministerio diu vixit maxima veneratione & reuerentia ipsum regem veneratur, cum & illum cognouerit, familiariter egerit, & denique cũ nimio ipsius amore teneatur. Sic viri sancti & iusti, vt pote qui in regia aula nutriti & educati humiliter ipsum colunt: at peccatores, qui admodum similes sunt rusticis hominibus in syluis educatis, quibus semper custodia porcorum sibi curæ est, Deum & Dominũ suum despiciunt & ipsum nulla vrbanitate prosequuntur. At beata Elisabeth virginis matris dignitatẽ considerans, summa reuerentia excepit illam. Vbi discere oportet, vt non negligenter, non ignauè, sed attentissimè virginem beatam colas & obserues. Nam si à tota cœlesti curia summo venerationis studio prosequitur: quanto potiùs nos, qui virtutis sumus inopes, studiosissimè illam venerari oportet? ¶ Ex verbis Sanctæ Elisabeth apertè colligitur. Christum redemptorem nostrum in instanti suæ conceptionis perfectũ fuisse hominẽ: nã ista verba prolata sunt paucis diebus post incarnationem: sed si imperfecta prolis inchoatio esset in virgine, sicut & in alijs mulieribus, in quibus transeunt saltim quadraginta dies antequã corpus infantuli organizetur, & anima infundatur: tunc beata Elisabeth, imò diuinus spiritus, qui ipsius labia mouit non dixisset, mater Dñi mei, sed mater embrionis. Videetiam, quibus laudibus, & encomijs sacra virgo ab Elisabeth tã breuibus & succinctis verbis extollatur. Aliqui dicunt sacros Euãgelistas in virginis laudibus laconismo fuisse vsos. Quj certè nullavero simili ratione mouentur, quia etsi in eius laudibus pauca verba cumularunt, nihilo secius hac tanta breuitate altissimas & heroicas ipsius virtutes decantarunt. Quibus obsecro verborum ambagibus, aut quibus eloquentiæ & facũdiæ luminibus alciùs posset extollere virginis matris encomia sacer euãgelista Matthæus, quam breuiloquio illo. Ex qua natus est Iesus, qui vocatur Christus? Quid magis supremum quid diuinius, aut excellentius de illa posset canere? Equidem vnico verbo id omne protulit, quod in pura creatura laude dignũ inueniri potest. Sic in isto loco beata Elisabeth, cum Mariá matrẽ Dei appellat, tacitè dicit virgini matri maiorem gratiam fuisse collatam, quam puræ alij creaturæ. Itaq; esse Apostolum, Euangelistam, Prophetã, Martyrẽ, Angelum, Seraphin, & Cherubin, velut nihilũ reputabis hæc omnia si matris Dei dignitatẽ cum illis velis cõponere. Nec mirũ si hæc cõstanti animo asseramus, quando nobiscum consentit Angelicus doctor D. Thomas, qui dicit, matrem Dei infinitam dignitatẽ habere, propter infinitum bonũ, qui Deus est. Nihil enim beatius & egregius, quam mater Dei. in quantũ terminatur in Deum quia finis & terminus dignitatis virginis, Deus est. Et hoc, esse matrẽ Dei excellentiã quandã, magnitudinem, atq; dignitatem suprema secum affert. Nam cum cuiusuis mater significet illius esse autorẽ & principium, quãuis non actiuum sed passiuũ principium sit: sic matrẽ Dei esse aliquo modo principiũ & rei causam & autorẽ Dei denotare esse: in quo Deus aliquo modo virgini subiectus existit, quia eius filius est. Quo circa noster Lucas dixit, Christũ subditũ fuisse virgini. Nihilominus quãuis omnia hæc dicta sint humanitatis titulo, etiã meritissimo & pleno ore matrẽ Dei illã appellamus: nã etsi

Genes. 19. *1. par. q. 25. artic. vltim. ad. 4.* *Matth. 1.* *Luc. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

etsi hominem concepit, hic homo Deus etiã erat. Res equidem non parua admiratione digna, nam beata virgo vnico solo partu præcipuum locum & magis excellentem inter omnes creaturas obtinuit ità vt nihil sit illi æquale, nisi solus Deus, qui virginem super omnem modum excedit. Nec mireris si Ioannes in Apocalypsi illam viderit amictam sole iustitiæ Christo redemptore nostro, & sub eius pedibus lunam: quia vniuersæ creaturæ, quæ mutabiles sunt sicut luna inferiores sunt illa. Graphicè igitur & apposite beata Elisabeth virginem laudauit, matris domini titulo, ex quo omnes excellentiæ, immunitates, gratiæ & priuilegia ipsi concessa tanquam à suo fonte & origine, dimanarunt. ¶ Vbi iam aduertere libet, quomodo magnũ illud & diuinum incarnationis mysterium vniuersis hominibus absconditũ mutuò à duabus sanctis mulieribus explicetur & proferatur. Cuius facti non possum nõ magnopere mirari, cum apud Plutarchum legerim libro de viris illustribus Catonem illum Censorinum dixisse, se de tribus facturum pœnitentiam, si aliquando per totum vitæ suæ spatium illi contigissent. Quorum primum erat si mulieri aliquod arcanum aliquãdo detexisset. At contrarium factum videmus à Christo, qui & sapientior & prudẽtior erat Catone: mysterium incarnationis humanæ omni sapientiæ incognitũ duabus mulieribus reuelauit, & de quo inuicem ab illis confertur. Nam quando mulieres sunt prudentes, non inconuenit negotia illis pandere, cùm audiamus Ecclesiasticum dicentẽ. Mulier sensata & tacita non est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiã mulier sancta & pudorata. Sed iam opus est attentas aures Elisabeth præstare. *Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo.* Protinus, vt facta est vox. O quam mirum & citissimum est opus diuini spiritus. Statim, vt facta est vox. In illo instanti, eo tẽporis momento, quo vox facta est, gaudium infantis nascitur: quia statim vt vox aurium intima penetrauit, eodẽ temporis articulo virtus spiritualis attigit cordis penetralia audientis. Nec solum genitricẽ sed & genitum Dei amore aduenientis accendit. Prosilijt puer nondum natus, velut occurrere gestiens domino suo, ac debitum honoris officiũ exhibere: & applaudens voci, quã Adã in paradiso timuit audire. Adã de'publico in absconditũ fugit: Ioannes verò de abscondito in lucẽ gestit, vt omnibus manifestet agnũ, qui tollit peccata mundi. Sentiens Ioannes domini præsentiã exultat: Christus largitur illi gratiã, Ioannesque ipsi gratiã rependit ob acceptum beneficiũ: ità vt vterq; infans inuicẽ certabãt, alter gratiam tribuens, alter verò gratũ animũ ostendens ob acceptum beneficiũ, & in posterũ ardentissimi obsequij signa demonstrans. Quorum infantũ pugna longo distat discrimine, ab ea, quæ fuit inter Iacob & Esau, Pugnabant nanq; illi vter esset priùs in Lucem euasurus: at certamen istud amoris pugna est. Vbi aduertas oportet ex hoc motu Spiritu sancto reuelante matrẽ collegisse diuinam virtutẽ in puerum esse infusam ob maximam reuerentiã in eius conditorem. Erat quippe Hebræis mos in diuino cultu motũ corporis ex spirituali lætitia colligere. Vnde legimus hac incredibili animi exultatione Dauidem corã arca domini saltasse. Existimabat nãq; glorioſissimus ille vates rem dignissimam esse deposito regali sceptro coram arca testamenti tripudiare. Quanto rogo meliori iure coram arca viua oportebat externis signis, internum animi gaudium demonstrare? Nam si Magi illi (vt refert Matthæus) videntes stellam gaudio magno sunt gauisi: quid illum facere oporteret, qui iustitiæ solem verum præsentem habebat? Quod si euangelicus ille negotiator inuento thesauro præ gaudio nimio abijt, & vendidit omnia quæ habuit, quid decuit Ioannem facere, cum iam sibi inuenisset fontem illum, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei sunt. Quemadmodum enim Zachæus ingenti spiritus gaudio Christum excepit: sic oportebat, vt lætus & gaudens ipsum susciperet, ità vt signa interioris lætitiæ in externa prodirent: in quo motu ipsa Elisabeth Spiritu sancto reuelante cognouit Christum esse clausum inter breues virginis vteri angustias. ¶ Vbi diligenter obseruandum est, quomodo ad Christi & ipsius matris aduentum & Elisabeth, & Ioannes exultant. Nemo quippe verè exultare potest, nisi Christi præsentia. Omnia læta, omnia fœlicia, tranquilla & tuta sunt Christo præsente: quia ipse perfectum, & absolutum est gaudium animi nostri: at verò sine ipso omnia tristia, & misera sunt. Nec mirum si ipse regius vates ità absentiam domini lamentetur dicens

Apoc. 12.

Ecclꝛ. 26.

Genes. 3.

Ioan. 1.

Genes. 25.

2. Reg. 6.

Matth. 2.

Matth. 13.

Colo. 3.

Luc. 19.

Psal. 41. dicens. Fuerunt (inquit) lachrymæ meæ panes die ac nocte. Sed quid est in causa, quod huiusmodi lachrymas ita fuderit Dauid sanctus? Si ab ipso quæsieris respondebit tibi. Dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? Nihil aliud restat miseris peccatoribus, qui propter scelera & flagitia exterminati sunt à domino, nisi suã tristitiã & solitudinẽ dignis lamẽtis celebrare. Exemplũ huius rei appositissimũ in sacris literis erit nobis, filius ille prodigꝰ, qui domũ paternã egressus, nihil aliud inuenit nisi famem, miseriã, & dolorem: at reuersus inuenit vitulũ saginatum, tympana & choræas. Ità sane peccator si à domo domini fugerit: non valebis numerare quot ærumnas, quot miserias, quot calamitates & angustias sibi paratas habet. Verum si ad paternam domũ in animo fuerit reuerti, omnia gaudio plena sine dubio inueniet. Sed quid de te dicã insane, qui per huius mundi deuia & peritura lętitiam quæris: cum fieri non possit, vt in his vera lætitia & gaudium possit consistere? Reuertere, reuertere, nè ità cæcus in miseras inferni tenebras incidas, & solum Christũ quære: vbi verum iubilum, propriã sedẽ habet. Sed de his inferius in parabola filij prodigi continget sermo. ¶ Vlteriùs verò operæpretium est aduertas, nõ solũ dixisse beatam Elisabeth, infans exultauit, sed addidit, in gaudio, quod quidẽ digna cõsideratione nõ vacat. Omnes nanq; tã boni, quã mali lętantur & gaudẽt: sed id est discriminis, quod boni exultãt in gaudio, mali vero minime. Id enim de peccatoribus in Prouerbijs dictum est. Lætãtur cũ malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Sed proh dolor, gaudet peccator quia illatam iniuriã digna cõpensatione vindicauit, alius verò quia obscœnũ & iniquum suorum desideriorũ pelagus expleuit: & tandem alius, quia cũ diuitias sitibundus concupiscęret, eas sibi cõparauit. Sed vt vera dicam, hęc lętitia & exultatio vana est, quæ à rebus infirmis & perituris suã originem ducit: exultãtio autem iusti firmum & stabile substerniculum habet in gaudio interiori rectæ & immaculatæ conscientiæ. Vnde diuinus Paulus. Gaudiũ nostrum (inquit) hoc est, testimonium conscientiæ nostræ. Ideò enim mundi gaudium nullius momenti est, quia infirmũ sibi iacit fundamentum: quo fit, vt citò cadat & arescat. Defuit Ismaeli aqua, qui filius erat Abrahæ secundum carnem: tamen Isaac nõ defuit, quia filius spiritualis erat. Mundi solatia, & gaudia carnis facilè carnalibus hominibus finiuntur: tamen iustorum gaudia fontes sunt aquæ viuæ perpetuò scaturientes, sicut putei Isaac, qui nunquam exhausti sunt. Vana enim mundi oblectamenta & voluptates minimè animi interiora attingunt. Nam si adusta febri laboranti guttas minimas aquę dederis, vt palato satisfaciat, nequaquam sitis extinguitur, imò magis ac magis videtur exardescere: quippe nimius calor guttas illas minimas prius consumit, quam ad stomachum perueniant. Ità non dissimiliter malos & flagitiosos mundi voluptates non satiant: quia non vlterius, quã ad corporis sensus pertranseunt. Nã si homini fame pereunti ciborum multitudinẽ in pectus conijceres, vtique famem illius non subtraheres quia cibus in loco suo non est repositus. Quodquidem manifesta ratio conuincit, cum fames intra ipsum hominẽ sit, cibus autem exterius adsit. Sic nimirum gaudium & voluptas in corde sunt & omnia ista bona mundi, quæ perfectam lætitiam non generant: at gaudium animæ perfectũ est, & idcircò iusti exultant in illo, quemadmodum Ioannes: quæ quidem exultatio propria est iustorum. Sed iam illam vlterius procedentem audiamus. *Et beata quæ credidisti.* Virtutis fidem in ipsa commendat, quæ veluti annulus est, quo anima Christo coniungitur, quam beatissima virgo Dei genitrix & sponsa gloriosa mirabili & supremo modo habuit. Nam cum fides lumen quoddam sit animę nostræ in caligine mundi huius degenti, clarum est beatam virginem præ omnibus fuisse illuminatam, quã do fidei lumine super omnes illustrata fuit. Beata autem dicitur, quia credidit: quia cognitio per fidem, inchoatio quædam est cognitionis beatæ in patria: ipsum quoq; credere ex charitate meritorium est beatitudinis cõsummatæ, & ad illud dirigitur tanquã meritum ad præmiũ. Quemadmodũ enim clara & aperta visio summi illius rerum omnium conditoris in ciuitate illa sanctorũ patrię beatitudo dicitur: ità sanè cognitio fidei & beatitudo viæ, quia initiũ est beatitudinis beatitudo nũcupatur, quæ auriga est ducẽs nos in ciuitatem illam Ierusalem cælestem. Sicut enim fructus in virtute sunt in semine: sic in virtute continetur beatitudo nostra, & fælicitas in fide. Omnium primũ est credere, vnde diuinus amor continuo pro-

Luc. 15.

Cap. 15.

Prou. 2.

2. Cor. 1.

Gene. 16.
Gene. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

proficiscitur & deriuatur: amorem vero ipsa opera sequuntur: ex operibus vero in diuinã amicitia factis fœlicitas & beatitudo nostra consurgit: quo fit vt merito credentes beati dicantur. Vnde facillimum est colligere fidei cognitionem præstantiorem esse, quacunq; alia scientiarum & rerum omnium notitia: quia hæc nullam fœlicitatem stabilem secum afferunt, illa vero beatos in patria cælesti nos efficit. Qua ratione ductus Spiritus sanctus in Canticis Ecclesiam laudat dicens. Meliora sunt vbera tua vino. Multum interest inter lac quod infantulus ex matris vberibus sugit, & vinum: quia quando vinum bibimus continuo nobis innotescit quem colorem sortiatur album sit necne, vel rubrum, vel flauum: at puer neutiquam percipere potest cuius coloris sit lac. Omnes humanæ scientiæ veluti Philosophia, Astrologia, Cosmographia, & scientiæ illæ, quę de rebus humanis tractant iunt veluti vinum, quæ & ipso experimento cognoscuntur. Nam si tibi dixerit philosophus, nihil esse vacuum in natura vel cælum esse rotundum, vel minimam stellam maiorem esse terra: vel alias similes propositiones, nullo modo illi fidem adhibebis, nisi id tibi firma ratione probauerit. Itaque quando his propositionibus assentiris, oculis internis ipsius intellectus eas conspicis: nam aliàs, non præstares illis fidem. At si fidelis homo dicat tibi Deum esse trinum & vnum, si huius rei rationem petas, nulla tibi reddetur, quia trinitas in diuinis nulla ratione naturali tibi probabitur. Eodem pacto neque aliquis tibi probabit vlla ratione naturali quantumuis subtili & peregrina aliquẽ articulum fidei. Et ideo aduertere oportet fidem esse veluti lac, quod ex vberibus sanctissimæ nostræ matris ecclesiæ sugere oportet, captiuantes intellectum in ipsius obsequium. ¶ Sed nunquid puer dicit matri, cum ab ea proprijs vberibus lactatur, vt ostendat illi cuius coloris sit lac? minime. Sic nimirum tu nulla ratione licet, vt ab ecclesia postules, quid est, quod credis, aut quomodo id proprijs oculis cognosces. Sed potius audire debes principem Ecclesiæ Petrum tibi dicentem. Quasi modo geniti infantes sine dolo lac concupiscite. Bene igitur & eleganter inquit. Meliora sunt vbera tua vino. Ac si clarius diceret. O sancta Ecclesia catholica, quod filijs tuis docendum proponis, omni scientia præstantius & excellentius est. Fides igitur melior est, quam reliquæ omnes scientiæ naturales. Sed iam id percontari libet qua ratione præstantior, & excellẽtior sit? Ea sane, quia in fide & propter fidem digni sumus præmio, alijs vero scientijs nihil meremur. Sed si à me roges, si Lunam dixero maiorem, quam terram esse, idque probauero tibi ratione naturali: si meis rationibus assenseris, mereris aliquid? Nihil prorsus. Quod si itidem in natura nihil esse vacuum dixero, & manifesta experientia tibi comprobauero: qua mercede ob id rogo ero dignus? nulla certè. Tamen si Deum optimum maximum, dixerim tibi mortem libenti animo subijsse, & mortuos iterũ debere resurgere, quid merebor? sum mam illam fœlicitatẽ. Meliora igitur sunt vbera tua vino: quia meliora sunt ea, quæ homines beatos faciunt, quam illa, quæ fœlices reddere nequeunt. Beata igitur Maria, quæ credidisti, & assensum præbuisti his, quæ omnem prorsus humani ingenij capacitatem superabant. Beata enim es, quia hæc tua fides initium est illius beatitudinis, quam postea tanto Angelorum gaudio, & cælestium spirituum iubilo cõsequutura es. ¶ Sed iam etiam opus est aduertere, beatam virginem non laudari ab Elisabeth ob grandem diuitiarum supellectilem, aut propter mundi huius prosperitatem: quemadmodum consueuerunt facere mundani, & amentes homines, qui dixerunt, Beatus populus cui hæc sunt: sed eam commendat ob eximias, & admirabiles virtutes, quæ in ipsa relucebant, & præcipuè de fide, quæ radix est omnium aliarum virtutum. At multò aliter mundus, qui carnis pulchritudinem laudat, vitia & peccata, vt solent facere scurræ & gnatones qui principum & magnatum pessimos mores eximijs laudibus prosequuntur, vt eorum bonis stomacho suo satisfaciant. ¶ Itidem obseruandum est in hoc loco, quod ex his, quæ hic loquitur sancta Elisabeth ostendit perfectum habuisse spiritum prophetię. Triplex nãq; est (vt optimè explicat D. Gregorius) spiritus prophetiæ de præterito, de præsenti, & de futuro. De præterito prophetauit Moses cum dixit. In principio creauit Deus cælum & terram. De futuro Esaias dicens. Ecce virgo cõcipiet & pariet filium. De præsenti verò cum Paulus dixit. Si autem omnes prophetãt, intret autem quis infidelis vel idiota conuincitur ab omnibus: dijudicatur ab omnib⁹, occulta enim cordis eius manifesta fiunt. Cum dicit, occulta cordis eius manifesta fiunt, ostenditur per hũc modũ prophetiæ spiritum non prædicare quod futurum est, sed quod iam est. Rectè prophetia dicitur, non quia prædicit ventura: sed quia prædicit occulta. Vẽtura enim res venturo tempore occultatur, præsens autem cogitatio absconditur in latenti corde. Est enim prophetia presens, cũ res quilibet nõ per animũ, sed per absentẽ locũ tegitur, quæ tamen per spiritũ denudatur: & ibi sit præsens prophetantis animus, vbi per præsentiã non est corpus. Nã Giezi lõgè à propheta recesserat cum Naamã Syri munera percipiebat, cui tamen idẽ propheta dixit. Nõne cor meũ in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Itaq; manifestò colligitur beatam Elisabeth de preterito prophetasse, cũ dixit. Beata quæ credidisti, scilicet, verbis angeli. Nouit enim illustrata diuino Spiritu habitum colloquiũ inter angelũ & virginẽ. De præsenti verò prophetiam explicuit, cũ dixit. Vnde hoc mihi, vt veniat mater Dñi mei ad me? Nanq; diuino spiritu cognouit illã, quam oculis intuebatur, esse matrẽ Dei & hominis. Prophetiam etiam de futuro pandit, cum virgini nunciauit, adimplẽda esse, quæ angelus illi promiserat, dicens. *Quoniã perficientur quæ dicta sunt tibi à Dño.* Quia verbis angeli integram fidẽ præstitisti, omnia dicta tibi ab angelo suo tempore à Dño cõplebuntur. Obserua autem quod ex fide duplici modo procedũt opera perfectionis & miraculorum. Primò per dispositionis modum, quia fides est dispositio ad operationes perfectas, & naturã transcẽdẽtes. Quippe grande & superbũ ædificium nequit stabiliri, nisi priùs firmissima fundamenta fuerint iacta. Oportet igitur fidẽ stabilem permanere, in eo, qui perfectis operibus illam corroborauerit. Idcircò diuinus vates. Omnia opera eius in fide. Quia verò Maria firma stetit in fide credens angelo nuncianti ex parte dñi, inde factum est, vt in ea diuina & mirabilia opera facta fuerint. Alio modo procedunt opera per modum meriti. Nam multorum fides meruit, vt Christus in eis operaretur & exterius & interius. Vt videre licet in Magdalena, Cananæa, Centurione, Paralytico, & in multis alijs, qui propter fidẽ in pristinã valetudinem sunt redacti. Sic etiam beatissima virgo fide meruit, vt in ea perficerentur quę dicta sunt ab angelo. Optimè igitur hæc diuina miracula tribuit fidei beata Elisabet, dicens. Beata, quæ credidisti, quoniã perficiẽtur ea, &c. ¶ Sed iam rogo quid erat quod adhuc restabat perfici, an non iam erat mater Dei? Audi. Octo dixerat angelus virgini Mariæ, & vnum tantum cum hæc loquebatur ei Elisabeth erat adimpletum: alia vero septẽ adimplenda & perficienda erãt. Primũ dixit angelus, Ecce concipies in vtero: quod iam peractũ erat. Secũdo dixit, & paries filium: quod adimpletum fuit in Christi natiuitate. Tertiũ dixit, Et vocabis nomen eius Iesum: hoc impletum fuit in eius circuncisione. Quartũ dixit, hic erit magnus: quod sanè tunc temporis factum est, quãdo Christus insignia miracula faciebat & prædicabat: nam tũc effectus est magnus coram hominibus, qui dicebant. Propheta magnus surrexit in nobis. Quinto loco dixit Filius altissimi vocabitur: quod factum est, quãdo Petrus, Martha, & Centurio dixerunt illũ esse filiũ Dei. Sexto subdidit. Et dabit illi Dñs Deus sedẽ Dauid patris eius: hoc quidem adimpletum est, post resurrectionem, cum ipse discipulis dixit. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Septimo. Regnabit in domo Iacob in æternũ, quod factũ fuit, cum assumptus est in cælũ, & sedit à dextris altissimi. Octauo, dixit. Et regni eius non erit finis. Regnum eius (vt inquit Dauid) Regnum omniũ seculorum: quod sanè quotidie videmus adimpleri, nã Christus per seculorum omnium immortalitatem, supremus iudex regnabit. Vides igitur quam rectè dixerit Elisabet, perficiẽda esse in Maria ea quæ dicta sunt ab angelo, cum ex omnibus vnum tantum, idque primum opere esset completum? Nunc ergo si in te laudamus silentium, & solitudinem: videas obsecro optimè à sapiente dictum, tempus loquendi, tempus tacendi. Modo iam ò beatissima virgo tempus est loquendi, ne diuinis in te collatis beneficijs videaris ingrata. Nam si Anna mater Samuelis post sterilitatis opprobriũ, quia conceperat prophetam laudauit Dominũ & canticum cecinit dicens. Exultauit cor meum in Domino: quanto potiùs tu id facere debes qui prophetarũ doctorẽ, & sum mũ totius vniuersi opificem genuisti? Ceci nit Debora canticũ Dño: cecinit, & casta Iudith pro victorijs nũc & tu primas nõ feres inter

Canti. 1.

2. Cor. 10.

1. Pet. 2.

4. Reg. 5.

Psal. 143.

Psalm. 32.

Luc. 7. Matth. 15 Matth. 8. Ioan. 5.

Homi. 1. sup. per Ezc.

Gen. 1.

Esa. 7.

1. Cor. 14.

Luc. 7.

Matt. 16.

Ioan. 11.

Matt. 27.

Matt. 28.

Marc. 16.

Psal. 144

Eccles. 3.

1. Reg. 2.

Iud. 5.

Iud. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter omnes tuo mirabili cantico? Et *ait Maria*. Canunt sancti, & celebrant suum dominum propter summa beneficia in eos collata, sicuti Dauid qui psalmos composuit, & beatissima virgo: nos vero sicut ingrati & immemores beneficiorum domini ea silentio inuoluimus. Expende etiam quod ante Ioannem prophetat Elisabeth, & ante ortū saluatoris prophetat Maria. Quia sicuti peccatum incepit à muliere, & deinde descendit in virum: sic & principium salutis à mulieribus habuit ortum. Itaque ne forsitan ingrati animi sacra virgo argui posset, vt potequę gratum & promptum animum super omnes domino suo semper ostendit, in ipsius laudes cōcinit. *Magnificat anima mea Dominum*. Si tu sancta Elisabeth me ipsam laudib⁹ effers, si magnis me celebras encomijs: verum cum sciam me nihil boni habere, vniuersa ista quę tu in me conijcis, ego in dominum meum refero: ipsumque immensum & summum dominum fateor. Deum magnificare dicimur, cum ipsius maiestatē, sanctitatem, & diuinitatis suæ altitudinem nostris verbis, & operibus ostendimus. Vnde fit quod impij dicantur sanctum nomen domini polluere, quoniam quantum pro viribus possunt illum dedecorant & inhonestant. Itaque magnificamus Deū, siue Deus magnificatur in nobis, non quod ei aliquid accrescat: sed quia magnificatur in nobis per actus nostros diuino suo iuuamine affectos. Regis nanque imperium non in ipsius persona, sed in subditorum obedientia cōsistit. Sic dixit Esaias. Erit sicut seruus dominus, & sicut ancilla domina eius. Illi igitur, qui non tantummodo sunt contenti obsequio & obedientia domini, sed vlterius gradum mouent, exhibentes ei alia excellentiora officia, ij sane magnum & potentem dominū faciunt, Quo fit, vt rex sanctus dicat. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur deus. Etenim vniuersis naturæ bonis renuntiare, & nihil defuturum iudicare magnanimi & excellentis viri cogitatio est. At verò mundani homines abiectum & infirmū animū habent, custodientes hæc bona sicut pupillam oculi, & existimantes sibi omnia defutura, qui Deum ipsum terminis & mensura claudunt de ipsius potentia desperantes. At vero quando quis virili animo rebus omnibus huius mundi contemptis patria, substantia, parentibus & amicis posthabitis religionem ingreditur, tunc temporis magnificatur: quia magis illum suspicimus & veneramur. In maiorem & excellentiorem dignitatis altitudinem Deus non potest ascendere: tamen aliquo modo potest crescere in famulis & seruis suis, si illorum numerus magis ac magis crescat, & multiplicetur. Imperium nanque quidam respectus est creaturarum ad dominum, & sicut creaturæ non sunt æternæ, ita nec dominatio in Deo est æterna: quia dominus quis non dicitur, nisi seruum & famulitium habeat, & ita Deus crescit in imperio suo quando homo ipse in obedientia domini crescit & augetur. Beata igitur Maria omnes suas potentias offerēs domino suo, & exhibens ipsi quantam poterat obedientiam, magnificat & extollit domini imperium. Et ideò vocabit illū dominum, & non Deum, quia eius dominiū magnificatur, non autem maiestas, nec deitas. ¶ Secūdò quia ante incarnationem eius dominium breuioribus terminis claudebatur: quia notus in Iudæa Deus: sed post incarnationem magnificatus est super omnē terram. Idcircò agens beata virgo de incarnatione per quam notus factus est Deus per totum orbem, magnificat & prędicat ipsius dominium. ¶ Tertiò cum Christus imago sit Dei inuisibilis, & anima nostra imago sit illius: cum illum cognitione & operibus veneramur, tum imago nostra in nobis grādis efficitur & ipse dominus in nobis magnificatur. Nec mirum si Maria hoc fecerit exēplo sanctissimi Dauidis: qui dixit. Magnificate dominum mecum, & exultemus nomen eius in idipsum. Sed cum singula verba huius cantici dignissima sint consideratione, operæpretium erit ea expēdere. Anima (inquit) mea: & merito cū Deus potius mente & animo, quam voce sit laudandus, iuxta illud Pauli. Cantantes in cordibus vestris Deo. Vnde etiā dicebat. Psallā in spiritu, psallā & in mente. Magnificat (inquit) anima mea: quia lingua balbutiens est, vt tāta in me collata beneficia possit numerare: ideo interiorē animi affectū in agendis gratiarū laudibus offero. Anima, inquit mea. Quasi diceret. Mirabilia quæ Deus protulit, in meo corpore exercebit: sed non infructifera erit anima mea apud Deum. Conuenit nanque mihi & voluntatis fructum producere. Nam quanto ampliori doceor miraculo, tanto maiori vinculo teneor eum glorificare, quia talia in me operatur. Vbi docemur Deum potiùs laudandum esse animo & mēte, quam corpore. Sed multi habēt vocis & oris orationē tantum, non autem cordis, quibus dominus dicit. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est à me. Similes admodum sunt isti leoni illi, quem Sāson interfecit, qui habebat in ore mel, & ipse non comedebat, sed pater eius, & mater & ipse Sāson. Sic multi modo canunt suauiter in choro, & habent mel in ore, sed ipsi non percipiunt internam animi dulcedinē, imò potius si aliqui sentiūt, seculares sunt venientes ad ecclesiā qui spirituali lætitia gaudent, sicut Sanson & parentes eius, qui comederunt de melle oris leonis, ipse vero leo ieiunus mansit.

¶ Sed iam modo aduertere debes beatā virginem nō fuisse suam animam exhortatā, vt Deum magnificaret, sicut legimus Mariam sororem Mosi fecisse, quæ prouocans alias mulieres dixit. Cātemus domino, gloriosè enim magnificatus est. Neque vti Dauid, qui in pluribus psalmis exhortatur, & inuitat animam suā, vt velit Deum laudare. Vt ibi. Lauda anima mea dominū. Et iterū. Benedic anima mea dñm. Et sæpius ait in Psalmis. Benedicam dominū in omni tempore. At beata virgo non dixit, lauda, magnifica, seu benedic, sed magnificat, quia ipso actu in illo instanti erat laudans, & benedicens dominum, nam auditis his, quæ dicebantur ab Elisabeth, & visis illis mysterijs in domo Zachariæ sanctissima ipsius anima in dominum suum erat translata, quod fuit in causa ne esset opus se ipsam incitare in domini sui laudes.

¶ Obserua etiā non tantū dixisse, Magnificat anima, sed addidit, mea. Nanque ille solus potest dicere anima mea, qui immunē illā habuerit ab omni sceleris & flagitij cōtagione. Nam etiam si multi existiment se animā habere, falluntur omnino, quia pro mūdano amore, proque vanis & perituris voluptatibus illā vendiderunt. Amor quippe distrahit amantem propter rem amatā, ita vt amans non sit suus proprius, sed potius illius rei, quam studio & amore prosequitur. Quo circa præceptum est à domino, vt illum super omnia diligeremus, non autē ob id, quia amoribus nostris indiget, sed ob id solum, quia de nostro lucro, de vtilitate, & honore agitur. Quia cum voluntas ociosa esse nō possit cumque necessum sit aliquid diligere, fit cōsequens quod quādo diuitiarum amore teneris, animam tuā pro opibus vendis, cumque ipsa pretiosior sit omnibus mundi opibus pro vili stercore illam mutuas tanquā puer vberibus matris lactatus, qui lapidem pretiosum contēnit, si pomum ei offeratur. Quamobrem præcepit dominus, vt illum toto pectore, & totis animi viribus diligamus, vt hāc mi serā mutuationem tollat honoris, quam in nobis mundus efficit, qua quidem & fallimur & decipimur. Idcirco, si animā tuam thesaurum pretiosissimum, Dei compotē & participem promiseris voluptatibus tradidisti, iterum eam redde domino suo, vt vel ita non solum ore, sed etiam anima tua ipsum dominum magnificare possis, tanquā re & possessione propria, cuius dñs es.

¶ Notabis præterea vlteriùs nō dixisse beatam virginem, Magnificat anima mea filium, sponsum, vel Deum, vel dominum meum, sed absolute dixit dominum. Vbi intelliges psalmum istum altissimis mysterijs non vacare, & vnum quodque ipsius verbum proprium pondus secum habere. Non dicit virgo spōsum filiū, aut patrem, quanuis singula & omnia vere dicere potuerit, sed tantum dicit dominū, vt in omnibus, & per omnia laudes proprias fugeret. Etenim si dixisset dominum suū, humilitatē tacuisset: si autē dixisset sponsum, patrē, vel filium, multum laudis sibi adscriberet. Idcirco dominum appositi, quod ad seruū & ancillam respectum habet, quod etiam nomen quandam vilitatem & abiectionē secum importat. Dicens dominū, se ipsam ancillā vocauit. Et quemadmodum respondens Angelo dixit, Ecce ancilla Domini: ità modo in suo Cantico non dedignata est id nomē sibi sumere. Dominum etiam dixit absolutè, quia non est loquuta de aliquo domino, qui aliquam huius mundi partem possidebat, sed de illo, de quo est scriptum. Dominus vniuersorum tu es, & in ditione tua cuncta sunt posita. Dominum itidem dixit vt suam mentem ad illius timorem & reuerētiam excitaret, quia initium sapientiæ timor domini.

¶ Age & tu vt Deus sanctus, & omnipotēs sit dominus tuus. Quid obsecro tibi proderit si vniuersorum sit dominus, super te vero nullum habeat dominium? Multi nāque sunt, qui illum in Deum habēt, non autem in dominum. Credunt etenim Christiani illum esse Deum, & illum tanquam Deum verum adorant, sed diabolum habent

Aug. ser.2. assum. Virgi. to.10.

Ezech.36.

Esai.24.

Psal.63.

Psal.75.

Orig.hom.8. super Luc.

Psal.53.

Ephe.4.
1.Cor.14

Matth.22.

Matth.15.

Esai.29.

Iudi.14.

Exod.15.

Psal.145.
Psal.102.
Psal.33.

Hester.13.

Sapi.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bent dominum, cui obediũt, cui inseruiũt, & ad nutum obtẽperant. Sed id obsecro, vt quemadmodum Deus tuus est, ita & sit dominus, & tunc erit dominus tuus, si ipsius mandata sedula diligentia obseruaueris, si in omnibus, & per omnia illi placere studueris. Meritò quidem regius vates inquit. *Psal. 143.* Beatus cuius Deus, dominus illorum est. Beatus populus, qui habet Deum in dominum. Vt igitur omnia dicta in compendium redigamus, quia primus fructus spiritus est pax & gaudium & virgo sancta totã sibi auferat spiritus gratiam, meritò subiungit. *Et exultauit spiritus meus.* Id est, anima rationalis. Idem sonat anima & spiritus, sed anima dicitur eo quòd viuificat corpus. Vnde fit, vt vitæ integritate & sanctitate hæc Deum magnificat, qui fecit illam. Dicitur autẽ spiritus propterea q̃ cælestia, & altissima contẽplatur, cuius est propriũ in Deo exultare. Anima enim talem vim habet, vt possit se à corpore segregare, atque in Deum suum conuerti, & tunc in spiritũ transit, & tunc vocatur spiritus. Quod si ab igne similitudinẽ velis accipere, cum ignis ligno admouetur, vt in id possit agere, primum ad id se applicat & extendit, vt illud inflãmet, deinde vero curat, vt ab ipso separetur, vt seorsum in sphærã suam euolet. Sic anima dum vitam corpori præstat illi se cõmunicat, atque ob id tum tẽporis multum corporeæ naturæ esse videtur, verum dum separatur à corpore tanquam in propriam naturam conuersa, tanquam fortissimus spiritus alta, & sublimia petit, diuina charitate incensus. Atque spiritus hic est acumen ipsius rationis, & quodãmodo intellectu superior, quo in primis ipse Deus à nobis percipitur. Sic apostolus distinxit inter spiritum & animam cum Thessalonicensibus dixit. *1. Tessa. 5.* Vt integer spiritus videtur, & anima & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi cõseruetur. Vnde per spiritũ intelligere possumus præcipuam, & potissimam hominis partem, quã diuina percipit, anima vero ea pars dicatur, quæ naturales exercet ratiocinationes, corpus vero affectus, qui nescio quid corporeũ sapiunt, qui nisi regãtur & frænentur hominem ipsum ferum & immanem reddunt. *1. Cor. 3.* Quam ob causam apud eundem Paulum reperies, alios homines spirituales appellari, alios animales, alios vero carnales, spiritualem dicit omnia dijudicare, ipsum vero à nemine dijudicari, vtpote cuius mens diuinis illustrata fulgoribus omnibus superior sit. Animalẽ vero qui ductum rationis sequitur, tamen caret diuinis, & supernaturalibus illustrationibus, quales fuerunt ethnici illi philosophi, qui quamuis multa acutissimè & sapienter excogitarunt, non tamen illam supremã diuini spiritus altitudinem assequebãtur. Quo fit, vt diuinus Paulus dixerit. *1. Cor. 2.* Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Carnalis vero dicitur, qui contẽpta & pro nihilo habita ratione affectus immoderatos carnis sequitur. Quare eos carnales appellabat Paulus, qui æmulationibus & contentionibus operã dabant. Cum in vobis (inquit) sit æmulatio & contentio, nonne carnales estis, & secundũ hominem ambulatis? *1. Cor. 3.* Quod si hæc ita se habent quantũ existimas procul esse à diuino spiritu eos, qui carnales sunt, & nihil aliud quam carnẽ & terram sapiũt? Discamus ex beatissima virgine Deum nostrũ & anima & spiritu summis laudibus prosequi: ita vt possimus verè cum regio propheta canere. Benedic anima mea domino, & *Psal. 102.* omnia, quæ intra me sunt, nomini sancto eius. Omnia interiora nostra cor, animam, mentẽ, & affectus domino Deo nostro offeramus. Discere etiam nos oportet Deum omni tẽpore laudare, corde, ore, & spiritu. Paulus nanq; & Silas ardentissimi in diuino amore per mediæ noctis silentium quã do corpora in quiete debebant esse, tum tẽporis in Dei laudes erumpunt. *Act. 16.* Et tres pueri in camino ignis inter medias flãmas constituti studiosissime Deo benedicebant. *Danie. 3.* Et patiẽtissimus ille Iob in ipsa rerum omniũ *Iob. 1.* & filiorum iactura, generosa illa verba protulit. Dominus dedit, &c. Nec Ionas in vẽtre immanis piscis clausus est oblitus nouo hymno Dei magnificentiam prædicare. *Ionæ. 2.* Vnde Esaias inquit. Confitebor tibi domine cum iratus es mihi. *Esai. 12.* ¶ Exultet itaque spiritus Mariæ in Deo, hęc enim exultatio est futuræ vitæ quoddã pignus & repræsentatio, de qua scribitur. In æternũ exultabis, & habitabis in ea. Et rursus. Exultabunt *Psal. 5.* sancti in gloria, lætabũtur in cubilibus suis. *Psal. 149.* Exultationes Dei in gutture eorum. Nam *Psal. 19.* exultare in Deo non possunt nisi qui se totos illi dedicauerunt, & idcirco vt statim videbimus salutare suũ appellat, quod in scripturis sacris frequens est. Vt, lætabimur in salutari tuo. Et, super salutare tuum exultabunt

1. Reg. 2. bunt vehemẽter. Et, ab ipso enim salutare meum. Et in cantico Annæ. Lętata sum in salutari tuo. Quam exultationem & lætitiã insanus mundus nõ intelligit, qui in rebus pessimis lætatur & gloriatur. Sic gloriabatur Arfaxat in ingenti copia diuitiarũ, & in *Prouer. 2.* multitudine quadrigarũ suarũ. In hoc breuissimo vitæ nostræ tempore gaudere & lętari in mundi voluptatibus falsis, insanire potius est, quàm aliud facere. Qui certè ad *Iudith. 1.* modũ similes sunt eis, qui cũ phreneſi grauissimo morbo infestentur iam proximi morti delirio capitis rident & cachinnantur. At forsitan hæc exultatio beatæ virginis prouenit ex aliquo mundi honore, quo afficitur? Ex carnis aliquo falso oblectamẽto? Ex generis nobilitate? Ex formæ eximia pulchritudine, vel ex mundi prosperis & fœlicibus? Non equidem, sed, *In Deo salutari meo.* Quod gaudium est in Deo tanquam in obiecto, causa, & fine, non autẽ in se neque in aliquo alio. Quo fit, vt Apostolus dicat. *1. Cor. 10. Philip. 4. Psal. 118.* Qui gloriatur, in domino glorietur, Et iterũ. Gaudete in domino semper, iterum dico gaudete. Sic Dauid in psalmo. *Leg. Augu. ser. 2. Assumpti. Virg.* In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Alij in auro & argento, alij in vestibus, alij in possessionibus, alij in agris, in diuersis denique habent singuli suas delectationes, sed vir sanctus in via testimoniorum Dei delectatur. Itaq; beatæ virginis non solum anima, sed etiam spiritus exultat in Deo salutari suo. *Psalm. 33.* Melius equidem ipsa quam Dauid posset dicere. Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Quod quidem magnum priuilegium est iustorum, vt non solum spiritus, sed & anima sensitiua & caro insurgant cũ spiritu in diuinas laudes, quæ quamuis mortalis sit, tamen in Deo gaudet. ¶ Porrò dominus dicitur ratione gubernationis, Deus ratione creationis, & tandem salutare siue salutaris, ratione iustificationis. Singulari tamẽ modo sunt Deus, dominus, & salutare Mariæ, propter singularia dona & beneficia illi collata. Fuit duobus potissimis modis salutare suũ. Primò quia eam solam singulari quodam modo redemit, quia ipsam ab omni peccato immunẽ tam actuali quàm originali seruauit. Secundo, quia ipsa sola dedit illũ nobis in carne, vt omnibus mederetur, vt redimeret, & vt à captiuitate in pristinam libertatẽ nos asseret. Vnde antonomaticè Christus virginis salutare dicitur. Quare in ipsius persona inquit Dauid. Exultabũt labia mea cũ cantauero tibi, & anima mea, quã redemisti. *Psal. 70.* Si enim patriarchę & prophetę sic adeò exultauerũt propter huius salutaris expectationẽ, & Abrahã exultauit vt videret diẽ hũc, *Ioan. 8.* quanto potiori iure internis animi iubilis gaudere debuit, quæ incarnatũ iam in vtero suo hoc diuinũ verbũ videbat? Sed neq; his omnib⁹ contẽplatis, velim obliuiscaris, Deum per amorẽ tuum facere, ita, vt possis cũ Abachuc dicere. Gaudebo in Deo Iesu *Abac. 3.* meo. Et etiã huius memor esto, ne Christi sanguis pretiosissimus in te pereat, sed quẽ admodũ pro omnibus mortẽ libentissime subijt, & omniũ est salutare, ita tibi dñs & redẽptor sit, vt ipsius crux claui, & passio debitã vtilitatẽ afferant. Nihil tibi proderit Deus, nisi ad maiorẽ damnationẽ, si ipsum tanquã tuum salutare nõ fueris amplexus. Omnibus Christus seipsum præbet & nemini se occultat & negat: ità vt si illũ quæsieris sine dubio illũ tecum habebis, & si in hoc seculo illũ habueris, in sempiternũ illo frueris. Itaq; beatæ virginis exẽplo omnis noster spiritus exultet in Deo salutari suo, totis viribus ipsum magnificãs. Magnificet illũ memoria nostra recolens ipsius in nos diuina beneficia, intellectus noster, ipsius excellentiã contemplando, volũtas, in eius amorẽ accendatur, lingua & vox eum laudet. Modo autẽ causam subdit beatissima virgo, quare tot laudib⁹, & encomijs ipsum prosequatur ipsius beneficia recolens. *Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ.* Id est meã exiguitatẽ & paruitatẽ. Et quãtum coniectari possum fuerit mea sentẽtia sacrã virginem in hoc loco nõ fuisse locutam de humilitatis virtute. Nam in Græco codice habetur ταπεινωσιν, quòd vocabulũ paruitatem sonat. Ac si dixisset clarius. Quãuis paruula sim, & minima ancilla domini, ipse tamen adeo est humilitatis amator, vt oculos cõijciat in infimã ancillã suã. Quis enim sicut *Psal. 112.* dñs Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra? Non seipsam gloriatur, aut iactat sancta virgo de humilitatis virtute: etsi aliquando viris perfectis, & virtute præcellentibus liceat hoc facere, vt ipse Paulus multoties fecisse legitur, sed hic mater Dei non loquitur, nisi de sua paruitate. *2. Cor. 12.* Ex quo facile vnicuique erit colligere, quã alto & supremo gradu in humilitatis virtute radices egerat, quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum tam preclaris virtutũ dotibus illustris, se infimam ancillã existimabat. Atque ità quamuis his verbis virtus humilitatis virginis non significatur voce, tamen ipso opere exercetur. Nec contenta fuit sacra virgo pro sua eximia humilitatis virtute dicere, respexit ancillã suam, sed exiguitatem ancillæ suæ. Et hanc exiguitatem quo ad merita debes attendere. Quippe quæ se ipsam nullius meriti nulliusque virtutis existimabat. Neque id fictè aut falsò, quoniam confiderabat suarum virium præstantiam, nõ autem ex parte Dei dona in ipsam collata. Hæc enim consideratio mater est humilis cordis, cuius radix in ipsa anima est. Quã quidem humili consideratione, quam virgo de se ipsa concepit digna fuit, vt tot donis & priuilegijs ab ipso domino illustrare tur, sic adeò vt ipsius mater fuerit effecta. Hanc à longe respicit Deus propter cordis humilitatem. Sic Samuel Sauli dixit. Cum eras paruulus in oculis tuis, caput in filis Israel factus es, &c. ¶Præterea id tibi aduertendũ est, ꝙ respicere in sacris literis plus aliquid significat quam videre. Significat enim misereri, auxiliari, & dona conferre. Vnde in Exodo dicitur. Respexit dñs filios Israel, & vide quid statim sequatur. Et liberauit (inquit) eos. Et Iudith dño dixit. Respice ad humilitatẽ nostrã, hoc est. Respice abiectionẽ nostrã, & adiuua nos. Et in psal. Respexit dominus orationẽ humiliũ, & nõ spreuit preces eorum. Et iterũ. De cælo respexit dominus, & vidit omnes filios hominum. Quapropter subdit statim. Quoniam adiutor eorum, & protector eorum est. Ex quo iã plane colliges quòd respicere adiuuare sit, auxiliari, misereri, & dona elargiri. Cum autẽ egregius vates hoc dñi ingeniũ bene nouisset, ꝙ cum aliquẽ respicit, alijs vberioribus, & excellẽtioribus bonis cumulat, in maximis angustijs & necessitatibus cõstitutus ad dominũ clamabat dicẽs, Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti. Aspice rogo & oculos tuæ pietatis, & misericordiæ ad me cõuerte, scio enim, & cum his multa bona mihi esse ventura. Et alibi ipse diuinus vates inquit. Respice in me & miserere mei, quia vnic⁹ & pauper sum. Et in Genesi dicitur. Respexit dñs ad Abel & ad munera eius, idq; propter fauorem & beneficium, quod in eum contulit, acceptando ipsius oblationes. Ad Cain autem neutiquam respexit, quia illius dona non suscepit. Itaque cum audieris dominũ oculos suos in aliquem iustum conijcere, nullatenus dubites ipsius aures paratas & attẽtissimas esse ad exaudiẽdas illius preces. Vnde in Psalmo. Oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum. Lõgum autem est discrimen inter aspectum Dei & principum mundi, fit enim vt multi homines alios intueantur, nec aliqua bona illis tribuunt. Solent enim ad se inuicem dicere illi, qui in curijs regum versantur. An aspexit te rex? & respõdet ille. Etiam. Veruntamen, multi quotidie aspiciuntur, nulli tamen aliquid confertur. Bonũ esset & æquũ vt cum rex te infirmum aspiceret ipsius visione ab infirmitate tua liber & incolumis euaderes. Sed multo & excellentior & efficacior est Dei visio, quia infirmum, quẽ respicit sanat & erigit. Si pauper est, amplissimis diuitijs auctum ac locupletatum reddit, si peccator & flagitijs coopertus, ignoscit & lauat, si fortè ad lapidem offendit, onus releuat & fouet. Respexit Christus Petrum, & liquefactum est cor illius, & ad dominũ conuersum. Respexit Matthæum, & protinus ab instituto munere fuit reuocatus, & in altiorem dignitatem reuectus. Cõiecit oculos in discipulos piscatores, eosque vocauit, qui relictis retibus & omnibus quę possidebant sequuti sunt Christum. Respexit cæcum illũ à sua natiuitate, & statim visus illi restitutus est. Respexit turbas, quæ sequebantur eum & ascendens in montem docebat eos dicens. Beati pauperes, &c. cũ quibus lõgum sermonis discursum habuit. Et alia die cum leuasset oculos Iesus, & vidisset multitudinem magnã ad eum veniẽtem, dixit Philippo. Vnde ememus panes, vt manducẽt hi? Et denique necessaria illis ad victum ministrauit, mittens illos in domos suas. Et nunc beatissima virgo. Respexit (inquit) humilitatẽ ancillæ suæ, & subdit statim. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Quod si à beata virgine interroges, quid fuerit consequuta ex eo, quòd suam paruitatem, & abiectionem aspexerit, respõdebit tibi. Ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Ac si diceret. Quia respexit me dominus (cuius aspectus nihil est aliud quã beneficiorum collatio) hac de causa omnes generationes me beatã dicent. Quamobrem nõ incaute imò prouide & sapienter feceris, si tui clamores tanti fuerint vt aures domini pertingãt, vt

1. *Reg.* 15

Exo. 3.

Iudith. 6.

Psal. 103.

Psal. 32.

Psal. 21.

Psal. 24.

Gene. 4.

Psal. 33.

Mar. 14.

Matth. 9.

Matth. 4.

Ioan. 9.

Matth. 5

Ioan. 6.

vt te velit respicere, exemplo illius regij vatis, qui dicebat. Respice in me & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego. Si illi qui negotium aliquod cum rege, vel cũ aliquo ex domesticis ipsius habent, coram se constituunt, vt non possint non videri, ita vt rex non sit eorum immemor, vtque negotia facilius expediantur, quam maiori ratione tibi est opus vt coram oculis domini patens sis, vt tuis negotijs prouideat, vtque tuæ necessitati succurrat. Si pauperes ita se se in medijs vijs diuitibus offerunt, vt vel possint in illos offendere, & vulnera sua illis ostendunt, vt diuites illis subueniant & misereantur, quantis iustioribus de causis debes tu ante dominum sistere, & vulnera, & afflictiones tuas præsentes illi facere, vt sua ineffabili misericordia velit tecum vti. Ne obsecro te abscondas, ne fugias ab oculis domini, quia benignus & misericors est, vt & in te oculos suę misericordiæ cõijciat, & vt tuis vulneribus possit mederi.

Psal. 24.

Psal. 137.

¶Expende etiã, quòd beatissima virgo ab omnibus benedicitur, quia suis oculis paruula & abiectã fuit. Humilia enim subleuat & alta à lõge cognoscit. In quo quidẽ non aliud docemur, nisi quòd si magni esse volumus, & ab omnibus in pretio haberi, oportet nos sanctissimã humilitatis virtutẽ amplecti. Namq; ij omnes, quos modo mũdus prædicat, quosq; summis laudibus celebrat & encomijs, non alia potissima & certiori via hoc dignitatis fastigiũ ascenderũt, quã sanctis humilitatis amplexibus fugientes vanos & perituros seculi honores. Nemo sane ita honore dignus est quam is, qui ipsum honorem fugit, nec ditior aliquis, quã qui nihilo cũ Christo cõtentus, nec altior quis quam qui contẽni cupit, nec vllus sane (vt omnia suo perpendiculo metiamur) ità ab hominum memoria deletus, vt ille, qui suũ nomen in hoc seculo æternum esse studuerit. Grandis quidem error est honorem quærere inter ignominiosam mũdi huius conditionem: nãque tum maxime confundimur, vbi lucrũ sectamur. Humilẽ autem Mariam, quæ gloriam mundi non sitiebat omnes generationes beatam prædicant. Non famam, aut nomen huius mũdi quærebat, nec in linguis hominum sedem habere desiderabat, quo factum est, vt modo ab omnibus per seculi æternitatem celebretur. Videor nanque mihi illud de Iosia rege, & virgini sacræ aptius posse accõmodari. In omni ore quasi mel indulcorabitur eius memoria, & vt musica in cõuiuio vini. ¶Præterea aduertere oportet, ꝙ ab omni generatione benedicitur, tam ab angelis, quã hominibus: ita vt vel inter ipsos immanes & barbaros homines cõmendetur. Omnes nãque nationes beatã & fœlicem illam prædicant, nam ex omni natione aliqui saluti fiũt, dignatur enim dominus pro sua pietate singulari, aliquos suæ fidei diuinis radijs illustrare, vt verum sit illud. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Ne autem beatissima virgo suis meritis videretur adscribere has tantas & tã supremas laudes, referens illas in propriũ autorẽ inquit. *Quia fecit mihi magna.* Quemadmodum est consuetudo bonorum diuina opera magnificare & extollere, ita impiorum diminuere, & labefactare. Moses vir sanctus & iustus terrã promissionis maximopere commẽdauit, sed quidã impij Israelitę dixerũt. Nõ dedisti nobis hereditatem agri, & vini. Virgo autem beata opera Dei in ipsa facta summis laudibus effert. Nõ inquit, per me, aut in me fecit magna, sed mihi inquit fecit. Quod enim in ea ad omniũ salutẽ factum est, hoc priuilegio electionis ad ipsius gloriã singulariter est ordinatũ. Et idcirco dicit magna, nec dicit, qualia, quia cũ omnia Dei opera humani sensus capacitatem excuperent, inter ea omnia potissimum locum obtinet sacramentum incarnationis verbi. Nihil vnquam in vniuerso ita factũ est mirabile, quã quòd Deus fieret homo, & qui naturæ erat incomprehensibilis, ità corporis substãtiã sibi vniret, vt nec illi fuerit additum, nec diminutũ quidquam. Hęc adeò magna sunt, vt si ea velis explicare in medio itineris gradum sistas oportet, quo vadas omnino nescius & ignarus. Nec mirum si beatissima virgo breui verborum compendio fuerit vsa, nam plus tacens, quam aliquid dicens expressit. Sic diuinus Paulus raptus in tertium cælum plus dixit tacẽdo, quam loquẽdo posset exprimere, quia lingua nostra balbutiens & inepta est, vt in diuinorum mysteriorum explicatione aliquid valeat. Vnde Esaias huius rei contemplatione ductus, cum eius anima plena esset dulcedine diuini spiritus, dicebat. Secretum meum mihi, secretũ meum mihi. Nã internæ animi inspirationes & dulcedines illæ iustorum & amicorum Dei, melius significantur silentio, quàm si verborum am

Ecclc. 49.

Psal. 97.

Num. 16.

2. *Cor.* 11.

Esai. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bagę misceantur. Sancti quippe, & amici Dei non similes sunt hominibus huius nostræ tępestatis, qui statim vt interiorę animi lætitiam, & impulsum sentiunt, iam sanctitatem ipsam videntur edocere, & omnibus cōtinuò prædicant id, quod in oratione dominus eis communicauit. Contingit aliquādo ei, qui graui dolore infestatur, vt nequeat illum exprimere propterea quòd ipsius grauitas sensum impedit, nè lingua exprimat quod sentit. Sic Dauid suspensam dicit orationē. Anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo? id est, quousque me ipsum adiuuabis, aut obliuisceris? Eodem modo in alio Psalmo. Miserere mei Deus secūdum magnam misericordią tuam. Quod si ab illo roges, quid est tibi, cuius velis misereri? Nescit exprimere, nec potest propter doloris magnitudinē. Multo ego magis multitudo beneficiorum Dei impedit propriam narrationem. Quis obsecro sic adeo ingenio, & dexteritate dicendi valebit, vt narrare possit quanta fecerit mihi dominus? Quæ sunt ista? Præ ipsorum magnitudine dicere non valeo.

Psal.6.

Psal.50.

¶ Vbi insigne documentū tibi iam suboriri poterit, quòd quamuis hæc omnia dicta sint de virgine Maria, nemo tamen nostrū est, qui nō possit eadē dicere. Quia fecit mihi magna. Si res magna tibi videtur (vt reuera est) virginē gestasse in vtero filiū Dei, atque vberibus suis fuisse lactatū, cū quędā mulier dixisset, beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti, &c. Studit ipse Christus statim. Quinimo beati qui audiūt verbū Dei. Vbi iam cernis ipsum dominū obseruantią verbi diuini præstulisse dignitati matris suæ, quæ quidē excellentissima erat. Eodem paradoxo alibi vsus est, cū dicenti, ecce mater tua & fratres tui foris stāt, quærētes loqui tibi, respondit. Quæ est mater mea & fratres mei? Qui fecerit voluntatē patris mei qui in cælis est. Quare si quis inuidet tātę fælitati huius virginis eo quòd fuerit mater Dei, audiat ab ipso Dei filio se posse assequi hanc beatitudinem. Ideo qui domini voluntati obtemperauerit, poterit dicere, fecit mihi magna. Nonne tecum fecit magna, qui creauit te ad imaginem, & similitudinem suam, qui misit filium suum de cælo, vt te à morte liberaret, qui in vtero matris te custodiuit, qui baptismatis fonte lauauit? Sed, proh dolor, horum omniū immemores sumus, & tantum cura nobis est honoris & pecuniæ. Ait ergo beata virgo non solum loquēs de incarnatione, sed de beneficijs, quæ Deus priuatim illi contulit. Magna in me cōtulit beneficia dominus, vt nisi ipsius omnipotentiam considerem, meis dictis non præstabis fidem, idcirco addit modo. *Qui potens est.* Non propter mea merita voluit in me talia operari, sed quia ipse est cūcta potens. Ac si clarius diceret. Si mea vobis conceptio in causa est, vt miremini neque eam potestis intelligere, hoc ideò fit, quia potentiam domini nō contemplamini. Quocirca humilitate induimini, & attendite Deum plus posse facere quam vos potestis intelligere. Quod si neque valetis cōprehendere quomodo cū sim mater, etiam virgo remāserim: & cum sim creatura, creatoris etiam mater sim, considerate Dei potentiam infinitam, & sic vestræ hæsitationi erit satisfactum. Ille qui ex nihilo omnia fecit, qui vocat ea, quę nō sunt tanquam ea, quæ sunt: ille in me tanta & tam præclara operatus est. ¶ Expende etiam, non dixisse beatam virginem, hoc vel illud potens, sed potens est: vt omni potentem eum esse intelligas, qui nulla exceptione facta omnia potest: de quo quidē verisimè dicitur immensum esse. Abeant ergo modo qui de suo sensu gloriantur, quique diuina opera humana ratione discutiunt, existimantes ipsius potentiam aliquibus terminis aut regionibus posse contineri. *Et sanctum nomen eius.* Sanctum est in se, & in nobis: dum nos in nomine ipsius sanctificationem accipimus. Sed iam rogo quod est nomen eius? Vtique fama ipsius, cognitio eius, fides eius. Hoc nomen cum sanctis sanctum est: quia à sanctis magnificatur & benedicitur, ab iniquis vero, & sceleratis hominibus blasphematur. Et nomē Dei per vos blasphematur in gentibus. Igitur quia magna fecit sanctificatum est nomen eius, quia dum verbum in carne mirabiliter nascitur, gloria Dei per verbū in hominibus declaratur. ¶ Aduerte autem virginem Mariam sui nominis sanctitatem cū potestate Dei adiūxisse, & copulasse, quia imperium & potestas sine sanctitate tyrannis est, cuiusmodi habuerunt Pharao, Nabuchodonosor, Antiochus, Amah, & alij. Itaque Deus noster in nihilo communicat cum potentibus huius seculi, quia ipse sanctus simul & potens est. Sanctum & terribile nomen eius. Et alibi idem propheta.

Luc. 11.

Matt. 12.

Gene. 2.
Ioan. 3.

Roma. 4.

Esai. 1.
Roma. 2.

Psal. 110.

Confi-

Psal. 98. Confiteantur nomini tuo magno, quoniā terribile & sanctum est. Sanctitatē semper iungere oportet cum potestate, ne potestas sine virtute & sanctitate in crudelem tyrānidem euadat. Nemo enim vere de hoc magnifico & diuino opere gloriari potest, sed omnis laus & gloria, quæ inde consurgit in illius artificem reijcienda est. Docemur iti dem sanctæ virginis documento magnalia Dei prædicare, & omnia suæ potentiæ adscribere, non autem nostris meritis. Gloriā in ipsum Deum debes refundere tanquam præcipuum autorem totius boni, ne vsurpare velis id, quod nemini largiri voluit: ipse enim est qui ait. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra cōtra eum, à quo trahitur? Existimabat sanctus Iob magnum cōmitti crimen ab eo, qui manum osculabatur, quod tu facile facis cum te iactas, & prædicas de aliquibus operibus, quę te fecisse fateris, auferens domino debitū obseruationis cultū. ¶ Præterea id vnum inter omnia reliqua tibi commendari iubet, vt quando diuinum nomen audis sanctum & immaculatum esse, ne tuis labijs illum polluas, & dedecores, nam huius criminis maxime conqueritur dominus (signum quidem euidentissimum, grauiter animaduersurum in eos qui sanctū nomen eius polluunt) inquit enim. Nomē meum per vos quotidie blasphematur. Ne accipias nomen Dei in vanum, sed audi rogo illum dicentē. Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Disce etiam timorem domini in tuo corde semper obseruare, & in eo confidere & sperare, cum audias cum potentem esse, quia vires habet vt flagitiosorum hominum peccata puniat, & vt liberet te à malis omnibus. Poterit quidem de tuis peccatis dignam animaduersionem sumere sicut exemplo tibi esse potest scelerati ille Pharao, Core, Datan, & Abiron, & alij multi, quorum mentionem sacra pagina refert. Poterit etiam te liberare à malis, & solatium in tuis miserijs præbere, sicut liberauit filios Israel à seruitute Ægyptiorum, Loth à Sodomitica gente, Iob ab vlceribus & calamitatibus suis, & quemadmodum eripuit Danielem ab vngubus leonum, & tres pueros in camino ignis intactos & liberos seruauit, Dauid à persecutione Saulis, Heliam à manibus Iezabelis, Susannam à falso crimine, Petrum à carcere Herodis, & Paulum à multis periculis, ita vt in hæc proruperit. Sicut abundant Christi passiones in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra. Potens quippe dominus est, facere omnem gratiam in nobis abundare. Nam si aliquo animi mœrore tristis es, poterit dominus hāc tristitiam in ingens animi gaudiū conuertere. Quod si aliqua graui infirmitate laboras poterit Deus in ictu oculi in pristinam & antiquā valetudinē te ipsum reuocare. Si autem dixeris, te magno flagitiorum, & scelerum pelago esse submersum, dicto citius poterit dominus sua omnipotenti virtute animam tuam mundare. Neque vnquam tibi desperandum est in tuis laboribus & afflictionibus de diuina benignitate & misericordia, quin potius fidendum tibi est, cum ipse sit potens ab his omnibus te liberare. Nanque multos vidimus in carceribus constrictos, & alieno ære grauatos, posteà in altas & sublimes dignitates euectos. Sed forsitan his dictis obijcies, nō me latet Deum infinitam habere virtutem, & facillime posse me ab his omnibus incolumem seruare, sed maximū timorem id incutit, quod maximus peccator sum, & indignus sua gratia, & ita existimo me omnino à libro vitæ deletum esse, & Deum mei esse immemorem. Si his timidus & pauidus es, audi obsecro in fiduciam & spem animi tui sanctissimam virginem dicentem. *Et misericordia eius à progenie in progenies.* Domini misericordia infinita est, nec aliquibus terminis aut finibus potest contineri: & ideo potens est, vt saluos nos faciat, & vt nostri misereatur. Mihi (inquit) fecit, non tamen soli singulariter, sed vni excellenti quodam modo, veruntamen eius misericordia à progenie in progenies. Nemo à gratia excluditur, sed per omnes gētes eius pietas & misericordia dispergitur. Vnde dicebat Apostolus Petrus. In veritate comperi, quia Deus acceptator personarū non est. A progenie inquam Iudæorum, quia salus ex Iudæis est, & opus incarnationis effectū est in virgine natione Iudæa, in progenies gentium, quia incarnationis dominicæ beneficium in totum mundum quasi torrens varijs aquarum riuulis diffunditur. Quod quidem abditissimū mysterium regius vates illis verbis expressit. Misericordia domini plena est terra. Non dixit cælum, sed terra, quia diuinum verbum non assumpsit carnis nostræ vestē propter diuinos spiritus,

Esai. 52.
Leui. 20.

Iosue. 7.

Esai. 10.

Iob. 31.

Exo. 14.

Exo. 14.
Gene. 19.
Iob. 42.
Dani. 14.
Dani. 2.
1. Reg. 26.
3. Reg. 18.
Dani. 13.
Act. 12.
2. Cor. 1.
2. Cor. 9.

Act. 10.

Ioan. 4.

Psal. 118.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis. Nũquam enim angelos apprehẽdit, sed semen Abrahæ apprehendit, ita vt effectus æternæ pietatis, & gratiæ diuini illius pectoris ad omnem progeniem extenderetur.

Hebræ. 2.

¶Vbi aduertere oportet, quod beneficiũ incarnationis misericordiam vocat, quia tale & tam diuinum opus sub nullo merito comprehenditur, sed sola diuina misericordia factum est. Vnde fit vt diuinus Paulus dicat. Cõmendat autem Deus charitatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores, &c. Et idcirco sanctus Dauid cupiẽs Dei filium incarnatũ videre, à domino petebat. Ostende nobis domine misericordiã tuam, & salutare tuum da nobis. Ostendisti enim potẽtiam tuam, cum omnia ex nihilo creasti, sapiẽtiam mirabilem in gubernatione, rectam & sanctam iustitiã in peccatorum punitione, at restat domine, vt misericordiam tuam, (quæ thesaurus est inexhaustus, & abũdantissimus diuitiarum tuarum) in filij tui incarnatione liberali animo ostẽdas. Et salutare tuum da nobis, qui in crucis ramis nostram operetur salutem, quique redimat nos pretiosi sanguinis sui numismate. Sic beata virgo in superioribus, & sanctus Simeon salutare vocauerũt verbum incarnatum, & nobis datum, quod idem dari petebat rex sanctus Dauid.

Rom. 5.

Psal. 84.

Luca. 2.

¶Expẽde etiam quod postquam sua recolit beneficia, in hoc carmine & sequentibus magnificat Deũ pro tantis sibi & alijs omnibus collatis beneficijs. Quod quidem ingenium est iustorum, vt sic de alieno bono gaudeant, tãquam de peculiari & proprio. Quo charitatis amore Paulus accensus dicebat. Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Gratias agit beata virgo pro beneficijs alijs exhibitis, quia gaudet tãquãsi in ipsam essent collata. Vtinam & nos hæc eadem vestigia insequeremur, nec inuidia bonorum proximi nostra viscera torqueret. Verũ, quia beneficium incarnationis, quanuis sufficienti virtute ad omnes extendatur: quia non extenditur ad omnes quo ad efficaciã, subdit dicens. *Timentibus eum.* Acsi diceret. Non omnes huius beneficij gratiam consequentur, sed illi solum, qui timorem domini custodiunt in cordibus suis. In hac gratia omnis homo communicat, siue natione sit Græcus, siue Scyta, siue Italus, siue Hispanus, siue Gallus, siue seruus, aut liber, seu denique apud barbaras gentes, & in Indis extremis regionibus sit natus, dũ modo timore domini eius anima fuerit exornata. Nunquid pro vno solum Deus carnem sumpsit, & mortuus est, & non pro omnibus? Minime. Misericordia eius à progenie in progenies. Sed libet modo interrogare, quæ sit causa, quare omnes non salui fiant, & quare omnes nõ ex æquo participes fiunt huius agni pretiosissimi sanguinis pro nobis effusi? Vtique quia salui esse nolunt. Quia si flumen abũdantibus aquæ riuulis aliquã ciuitatẽ pertransiret, ita vt sufficiens esset, vt sitim extingueret & mitigaret omnium habitatorũ illius ciuitatis, nunquid si aliquis nollet se ipsum incuruare, & inclinare, vt aquã hauriret, & ita siti perijsset, aliqua culpa in fluuiũ est retorquenda? Nullatenus. Fluuius quippe abundantissimus est, vt satiare possit omnium sitim, tamen qui tantæ ignauiæ fuerit & negligentiæ, vt nolit capere aquam, peribit sine dubio siti. Sic Christus perẽnis fluuius vitę & salutis omnes vocat & dicit. Qui sitit veniat ad me, & bibat. Veniat, vt gratiã accipiat, & emolumentũ tantæ passionis, & incarnationis. Omnes vocat, omnes recipit & amplectitur, omnibus opitulatur, fuerit tamẽ reijciẽdum in tuam culpam, nisi his tantis beneficijs perfrui volueris. Misericordia Dei omnes vocat, tamẽ ea non omnes fruũtur, nisi illi solum, qui timorẽ domini vigilantissime obseruauerint. Misericordia dñi (inquit regius vates) ab æterno & vsque in æternũ, super timentes eum. Ab æterno & vsque in æternum, quoad sufficientiam ad omnes, & super timentes eum, quãtum ad efficaciam. Sic propheta Malachias loquẽs de incarnatione & ortu Saluatoris inquit. Orietur sol iustitiæ, vobis timẽtibus nomẽ suum. Ea enim est solis natura, vt non solũ ęgrotos oculos nõ recreet, verũ eos vehemẽter offendat & noceat. Sic sanè Christi redẽptoris nostri humilitas, paupertas, & sanctissimũ vitæ suæ institutum, multis molestũ est, ingratũ & iniucundũ. Et idcircò Malachias rectissimè, oritur sol iustitiæ timẽtibus nomen suũ. Quod idẽ beatissima virgo cõcinit suo diuino carmine, vt vel sic merito nemo hominũ huius rei ignorantiã possit pati. Ita, vt si libenter fatemur misericordiã domini infinitã esse & nullis terminis cõprehendi: ita etiã fateamur oportet, infinitam

2. Cor. 11.

Ioan. 7

Psal. 120

Mala. 4.

nitam eius iustitiam, ne forsitan in misericordiæ anchora confidentes, iustitiam contẽnamus. Ne forsitan nobis contingat id, quod euenire solet illis, qui ob infirmitatẽ oculorũ specillis vtũtur, vt res sibi maiores & grãdiores appareãt, quique per angustũ pontẽ transire volũt, existimantes latũ esse & amplũ in aëre pedes figunt, & ita in profundũ fluuij cadũt, & obruũtur. Quod exẽplum tibi adducimus, vt intelligas diuinam misericordiam nihil aliud esse, nisi pontem sine quo ex hac mortali vita ad illã quæ fœliciſsima est beatorũ patria, transire, nõ possumus. In qua si specillis nostræ vanæ fiduciæ vsi fuerimus, sic adeo vt de diuina misericordia maximè gloriemur, nihil diuinæ iustitiæ tribuẽtes, proculdubio peribimus. Fit enim, vt scelera sceleribus addentes, figamus in aërem pedes, ita, vt in miserũ calamitatũ locũ præcipitemur. In diuina igitur pietate & benignitate, ita nobis sperandum est, vt nec latum vnguem ab ipsius iustitia oculos diuertamus. Vnde postquam beatissima virgo diuinã misericordiã altissime diuino spiritu afflata cecinit, in sequẽtibus verbis occasionẽ lapsus peccatoribus adimit diuinæ iustitiæ potentissimas vires ob oculos ponit. *Fecit potentiã in brachio suo.* Ostendit iam beatissima virgo, quid Deus hoc altissimo incarnationis mysterio ergagenus humanũ facere decreuerit. Superbis nanq; & magnatibus huius seculi brachiũ suæ potentiæ ostendit vt eos deprimat, humiles verò & subleuat, & exaltat, & paupere res ingente diuitiarum supellectile ditat. Quæ quidẽ noui testamenti dispositio est. Nam in veteri testamento diuitiæ promittebantur, sed in nouo nulla diuitiarum, aut opum cõmemoratio fit, sed potius pauperum piscatorũ sequela maximè cõmendatur. Primum itaque opus potentiæ est, robur constituisse in brachio suo. Vbi primũ aduertendum tibi est, Deum spiritum esse, nec habere brachia, oculos, aut pedes sicuti homines, sed multoties sacra scriptura metaphorice loquitur, vt qualẽqualẽ cognitionem diuinorũ operum attingamus. Nam licet hæc mẽbra referat scriptura nõ iuxta literã intelligenda sunt, sed inde inuestiganda sunt latentia, & alta secreta rebus illis significata. Itaque cùm audis in Deo caput esse, per id intelligas diuinã essentiam, quę omnia nullis terminis præcedit. Cũque audieris oculis illũ esse ornatũ, scias illum talem & tam perspicacẽ cognitionẽ habere, ita vt nihil eum latere possit, vtpote cuius oculis omnia nuda & aperta sunt. Et cũ audis auribus pollere, id insinuat nullũ verbũ quantũuis submisse prolatum ab eo nõ audiri, de cuius auribus à sapiente dicitur. Auris Dei audit omnia, & tumultus murmurationis non absc̃detur. Itaque domini brachium & robur, & imperiũ ipsius est, quòd vtrunque significat verbum, κράτος.

Esai. 11.

Ioan. 4.

Hebræ. 4.

Sapien. 1.

¶Vbi etiam nõ silentio illud est prætereũdum, nõ sine maximo mysterio opus incarnationis virginẽ vocasse potẽtiam brachij & roboris. Ecce enim ea, quæ per potentiam paruam fieri possunt, etiam vel solo digito adimplere valebis. Nam è solo paleã digito leuabis, si autem velis magnum aliquod pondus assumere, & viribus & brachijs tibi erit opus. Vnde beata virgo, vt ostenderet magnitudinem & celsitudinem altissimi incarnationis mysterij, dixit dominũ potentiam, & virtutẽ suam in brachio forti demõstrasse, quia hoc non fuit digitorum opus, veluti illa, quæ in conditione & cõstitutione mundi fuerunt facta, vt creare cælos, solem & lunam, & reliquam planetarum pulchritudinem. Quod quidẽ eleganter regius vates insinuauit cũ dixit. Quoniã videbo cælos tuos, opera digitorũ tuorum, lunã & stellas quæ tu fundasti. Deus nanque sua omnipotenti virtute minimũ opus iudicauit, solem, lunam, stellas, & reliquas vniuersi creaturas, vel solo nutu cõdere, ipse enim dixit & facta sunt: tamẽ diuini verbi incarnatio nullis verbis exprimi potest quanti roboris quantæque virtutis fuerit opus.

Psal. 18.

Psal. 148

¶Solet etiam ab aliquibus per brachium, Dei filius intelligi, qui Dei robur & fortitudo patris est. Quod sane pulchre in psalmis ostenditur cùm dicitur. Redemisti enim in brachio tuo dñe populum tuum. Et apud Esaiam Dominus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Et rursus idẽ. Parauit dominus brachium sanctum suũ, in oculis omnium gentium. Et, videbunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Per ipsum nanque vniuersa creauit, per ipsum redemit mundum, diaboli caput fregit, inferni portas dissipauit, cælum aperuit, & tandem per ipsum stupenda miracula, & inaudita mirabilia operatus est. Vult igitur dicere beata virgo. Iam non erit sicut temporibus Mosi & Iosue, quibus per seruos, & ministros suos magna operabatur

Psal. 76.

Esai. 40.

Esai. 50.

Psal. 97.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. *Reg.* 19. dñs, & vincebat Reges: iam non per manũ Angeli vincet exercitum Sennacherib, sed per manum filij sui, qui robur & fortitudo eius est, destruet inimicos nostros. ¶ Verũ postquam Deum ratione suæ potentiæ & clementiæ commendauit: eum iterum cõmendat ab effectibus suæ iustitiæ. Vt autem sciasin eo esse & faciem hominis, & faciem leonis, ne fortè ab ipsius miserationibus ansam peccandi sumas suæ iustitiæ vires inexpertus, subdit statim. *Dissersit superbos mente cordis sui.* Potenter se gessit dominus erga potentes veteris testamenti, & ad nihilum reduxit consilia eorum. An non in nihilũ redegit Babylonicos illos, qui eo superbiæ & insaniæ deuenerũt, vt dixerint *Gene.* 11. Venite faciamus nobis ciuitatẽ & turrim, cuius culmen pertingat cælum, & celebremus nomẽ nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras? Nunquid similem amẽtiã aliquando audisti? Sed destruxit dñs cõsilia eorũ. Ait enim. Venite descẽdamus, & cõfundamus linguã eorũ, vt nõ audiat vnus quisq; vocẽ proximi sui. Eodem modo de *Exo.* 14. 4. *Reg.* 19. 2. *Reg.* 17. *Ioan.* 8. *Rom.* 10. *Rom.* 3. struxit Pharaonis, Sẽnacherib, & Achitophelis cõsilia. Possumus etiã in hoc loco nõ incõmodè intelligere superbos Iudæos, qui gloriabãtur se de stirpe Abrahã descẽdere, & de ipsius iustitia nimis præsumebãt. Istos ergo superbos facta potẽtia in brachio suo disperfit mente cordis sui. Vnde cõuenienter adiũxit. *Deposuit potentes de sede.* Quia Iudæos impios, qui sedẽ regni habebãt ignominiosè deturbauit: & humiles, hoc est, Gẽtiles exaltauit: quia gentes quæ abiectæ erãt, per humilẽ cõfessionẽ in cõfortiũ regni, atq; in filiorũ adoptionẽ assumpsit: factũ est enim, vt Iudæi qui priꝰ electi erãt, postea reprobarentur & Gentiles, qui prius erant reprobi, postea assumerẽtur. Hoc itaq́ profundo & altissimo consilio factum est, vt omnia sub peccato cõcluderet Deus, vti omnium misereretur. Quocirca diuinus apostolus in considerationehuius tam profundi sapientiæ pelagi exclamans, dicit. *Rom.* 11. O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia. &c.

¶ Obserua prætereà, quod non dicit. Deposuit sedes potentium, sed deposuit potẽtes: quia magistratus & scientia non meretur vituperium. At superbi literati qui se ipsos de sapientia iactant, quales erant illi scribæ & legis doctores, abijciendi sunt & irridendi. Super cathedrã Mosi (inquit Chri- *Matt.* 23. stus) sederũt scribæ & pharisæi, quæ dixerint vobis facere facite: secundum autẽ opera eorum nolite facere. Non damnat Christus cathedram Mosi, aut doctrinam, sed superbiam, & praua opera scribarum & pharisæorum. Vnde fit, quod beata virgo non dicat, deposuisse sedes potentium, quia sedes optima est: sed potentes dicit abiecisse, ab honoribus & dignitatibus, & eos in cinerẽ & fauilã redegit. Cõuertũtur in terrã, qui in hoc mundo res terrenas ambiũt & sectantur. Vox enim dũ profertur aliquid magnũ videtur, nã ad ipsam multa cõcurrunt, scilicet, lingua, dẽtes, palatum & labia: quam si rectè consideraueris inuenies nil aliud esse quam aërem verberatum. Sic superbi principes quandiu gubernationis sceptrum tenent, multa concurrũt, quæ eos in sua potẽtia, in opibus & mundi gloria amplificare & stabilire videntur: at postquã in angusto sepulchri domicilio recõduntur, vbi veritas eluescit, continuo cognoscẽs eos, qui potẽtes & illustres se gloriabantur puluerẽ & cinerẽ esse & vermiũ pastũ. Quos si roges, vbi sit gloria illa & põpa mundi, in qua veluti in marmoreis colũnis confidebãt: si roges, vbi sit honor & dignitas, in quorũ anchoris totã suam fiduciam reponebãt: vbi deniq; sit tantũ & tã superbũ famulitium, vbi argentea & aurea vasa, vbi lectus pretiosissimus, & eius fulcra miro artificio elaborata? vtiq; respondebũt tibi. Transierũt *Sapien.* 5. omnia illa, sicut vmbra & tanquam nuncius præcurrens. Sic dominus solet animos superborum confringere, & eorum ambitionẽ deponere. Vnde Anna illa mater Samuelis in suo cãtico dicebat. Arcus fortiũ superatus est: & infirmi accincti sunt robore. *1. Reg.* 2. ¶ Sed forsitan non inconcinne obijciet aliquis. Si similitudo amicitiã cõciliare solet, & Deus summè potẽs & magnꝰ sit (vt beata virgo in hoc cãtico retulit) quid est q̃ potẽtes deijcit, humiles vero exaltat & fouet? Quia mos scripturę est: in ea significatione nominibus vti, quę hominibus in cõsuetudine habetur. Diuites nanq; homines appellamus eos, qui pecunias, agros, domos magnificas & cętera huiusmodi possident: pauperes verò qui his omnibus sunt destituti. Potẽtes vocamus eos, qui dãna possũt alijs inferre, & etiam eos, qui magnis beneficijs alios possunt afficere: imbecilles verò, qui ista non valent perficere. Sic pulchros appellamꝰ eos, qui præstãti corporis forma pollent

pollent, qui viribus & integra corporis valetudine præstãt, eos verò qui his nõ valẽt inualidos & infirmos appellamus. At cum ista hominẽ exteriorẽ tantum exornẽt, & vera hominis ratio in animi bonis internis sit constituta, cũq́ue Deus rerũ amet veritatẽ cum ipse sit summa & infallibilis veritas, nõ reputat potentes, diuites, aut fortes eos, qui vulgo tales nominantur, quoniã vt vera loquar, nihil in se habent talibus nominibus dignũ. Sed solæ illæ veræ diuitiæ dicẽdæ sunt, vera pulchritudo, robur & fortitudo, quę ipsum animũ hominis illustrẽ & diuinã partem condecorãt, exornãt, & perficiunt. Et enim is nõ verè potens & diues dicendus est, qui infinitã pecuniæ multitudinem cõgestam habet in arca, cuius animus summa penuria & egestate laborat. Quid *Prouer.* 17. prodest (ait Salomõ) stulto habere diuitias, cum sapientiã emere nõ possit? Videbis sane aliquãdo hominem, qui intus nihilo ab equo vel asino differat, corpore tamẽ incedit purpura, bõbicino, gẽmis, & auro ornatus. Nũquid appellabis hũc diuitẽ? Quo iure? An nõ, quia magnũ pretium in copore gestat? Quod si hæc ita se habẽt & meritissimo etiã poteris asinũ argento & auro onustũ diuitẽ & potentẽ appellare. Si hęc verò quę modo subdidi, ridicula existimas, nihil dominus teneris astruere, hominẽ omni virtute destitutũ, & nullis animi bonis illustratum, ferũ animal in ipsis syluis nutritum. Rursus si potentẽ & fortẽ eum dicis, qui vrbes expugnare possit, qui leones interficere, quiq; cum hostibus manus conserere audeat, ex altera vero parte eum oftẽdis ita luxuria, auaritia & superbia deuinctũ, vt nullo in tẽpore se in libertatẽ redigat, in Salomonis sententiãincides, qui inquit. Melior *Prouer.* 16. est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiũ. Merito ergo dñs huiusmodi potẽtes à sedibus suis deturbauit, quia istud nomen iniustè sibi vendicant, humiles verò ad eas exaltauit, vtpote qui magni sunt apud dominũ, qui non verba, aut nomen, sed ipsa opera attendit. Verùm enimuero iam libet te ipsum exorare, vt audias quid potens & diues, sed humilis *Psal.* 43. Dauid dicat. Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus nõ seruabit me, sed dextera tua & brachiũ tuum & illuminatio vultus tui. Et iterũ. Fortitudinem meã ad te cu- *Psal.* 58. stodiam. Sed mirum est, quòd cum tãta roboris & viriũ magnitudine polleret, vt vel ipsis manibus vrsos & leones confringeret, non in illa fortitudine sibi placebat, sed omnia Deo referebat accepta. Dominus (in- *1. Reg.* 17. quit) qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse liberabit me de manu Philistæi huius. Non dixit, ego qui obtruncaui leonem & vrsum, etiam hunc Philistæũ facilè superabo. Verè illi potentes, & magni appellandi sunt, qui se ipsos intra suos terminos ità continent, vt omnem fortitudinem suã, & robur Deum esse confiteantur, existimantes ob momentaneam accessionem diuitiarum non maiores, aut potentiores esse, memores cõmunis naturæ cursus. Ob quam causam patientissimus ille, *Iob.* 31. & ditissimus Iob non dedignabatur iudicium subire cum seruo & ancilla sua. Et sanctus patriarcha Abraham qui ingenti diui- *Gene.* 18. tiarum supellectile cumulatus erat, ipse in gregem abiuit, & attulit vitulum, & illum parauit in conuiuium, & Sara vxor ipsius subcinericios panes fecit, vt peregrinis ministraret. Hi sane licet diuitias ingẽtes possidebant, tamen humiles erant, & vere potentes, non propter externas opes, sed quia virtutibus & sanctitate erãt insignes. Cum autem hæc sit vera hominis magnitudo, id circo dominus eos tanquam magnos & potentes ad suprema illa cęlestium spirituum habitacula euexit. Eos verò, qui belluinam conditionem & arrogantiam induerunt de externis corporis bonis se iactantes in bruta animantia redigit, vt contigit Nabucho donosor, qui elatus & superbiens potentia magna in hanc amentiam descendit, vt dixerit. Nonne hæc est ciuitas magna quam *Dani.* 4. ædificaui in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei? Cui protinus insonuit vox de cælo dicens. Tibi dicitur Nabucho donosor. Regnum tuum transibit à te. Videant obsecro qui literis opibus, & potentia fidunt, in quot miseris ignorantiæ tenebris vitam degunt, discantq́ue si magni esse volunt in humilitate persistere.

¶ Sed iam aduertas oportet, quòd plerunq́ue homines de tribus solent gloriari, de sapientia, scilicet, de potẽtia, de facultatibus huius mundi, vt autem scias & cognoscas quã potens sit dominus, nulla est sapiẽtia, quã dominus destruere nõ possit, nulla potẽtia est, quã vel solo nutu nõ possit subuertere, nullæ denique diuitiæ quas si velit nõ possit perdere, quod quidẽ beata virgo his trib⁹ versibus aperit, iuxta illud Hieremię. *Hiere.* 9.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non glorietur sapiens in sapientia sua, & nō glorietur fortis in fortitudine sua, & nō glorietur diues in diuitijs suis. Primū horū dixit Maria cum inquit, dispersit superbos mente cordis sui: secundum cum ait, deposuit potentes de sede, hoc est, sapientes à cathedra magistrali. Tertium dixit cum post hęc in verliculo sequenti ait diuites dimisit inanes. Hos sapientes, potentes, & diuites superbos contemnit Deus: & loco istorū exaltat humiles, & esurientes implet bonis. Ideo sequitur. *Et exaltauit humiles*. Hoc Esaias prædixit debere fieri in aduentu Christi. Incuruabitur (inquit) sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorū. Et Anna mater Samuelis ait. Dns suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperē: vt sedeat cū principibus, & solium gloriæ teneat. Exaltauit humiles, id est apostolos, quos & constituit principes super omnem terram: de quibus scriptum est. Quoniā dij fortes terræ eleuati sunt vehemēter. Non solū exaltauit discipulos suos in vita illa beata, sed etiā in hac peregrinatione dedit eis virtutē calcādi serpētes & scorpiones & super omnē virtutē inimici. ¶ Prętereà etiā ambobus oculis id intueri licet, q̄ Deus aliquādo in hac vita (vt modo retulimus) superbos humiliat, vt fecit cū Nabuchodonosore, qui ob animi elationem expulsus à regno inter bruta animantia vitā degebat ad morē illorum pascens, oculis in terram pronis, ne fortè eleuatis irā sui conditoris, quē summè offenderat, aduersus se prouocaret. Humiles verò exaltat sicut Ioseph & Dauid. Quod in plurimū non fit in hac vita, sed in futura: quia cū multis in hac vita dissimulat, ita vt cū sint superbi, non deprimātur: neq; alij humiles exaltātur. Sed id tibi firmissimū statue, quod in futura vita vtrisq; remetietur prout facta sua meruerint, vt videre est in Saule & Achab, & etiā in Lazaro paupere & diuite epulone. ¶ Sed vnū hīc diligēter est obseruādū, quod cum virgo sacra de vēturis prophetauerit, dicēs ea, quæ à Christo erant adimplenda in suo aduentu, de prēterito loquitur, dispersit, de posuit, exaltauit: quod ideo fecit propter certitudinē & infallibilitatem prophetiæ. Qua loquendi phrasi vsi sunt prophētæ, quia sicut nihil certius nobis est quam prætēritū: ita prophetæ vti prætērita ventura prędicebāt. Sic regius propheta locutus de Christi passione inquit. Super vestē meā miserunt sortē. Dinumeratērūt omnia ossa mea. Fōderūt manus meas & pedes meos. &c. Et multa alia his similia in psalmis in Esaia & in alijs locis inuenies. Nā vt D. Hiero. in cōmen. super Esaiam inquit. Tā certa sunt quæ futura dicuntur, vt putentur esse prætērita. Quia sicut fieri nequit, quæ iam facta sunt, facta non esse: sic etiam impossibile est, ita non fore hæc, quæ dicuntur. *Esurientes implenit bonis*. Non dicit op̄ibus aut facultatibus sed bonis. Bona nanque ea sunt, quæ possessoribus suis semper prosunt, & nunquam obsunt. At huius seculi diuitiæ, honores, dignitates, magistratus, regna, & imperia, hæc plerumq; suos possessores in mille pericula & præcipitia ferunt. Bona autem, quibus isti esurientes implentur sunt pax illa, quam Paulus dicit omnem mentē superare: animi tranquillitas, spes certa eorum bonorū, quibus carent, quę post huius vitę curriculū se assequuturos certò sciunt. Beatus ergo Aug. dicit, quod hi filij esurientes humiles & abiectissimi quique sunt, sese prorsus inanes & vacuos gratia reputantes, Hos implet spiritus dni, & horū habitat corda & animos. Nā vt Sapiēs inquit, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictū, transfigurat autē se in animas sanctas. Humilitas quippe Deum esurit, & spiritualia bona auidè cupit. Vnde fit, vt humiles famelici dicantur, quia fatentur se ex omnibus partibus egenos, & nihil boni habere. Sic beatissimus ille Petrus dicebat. Exi à me domine, quia homo peccator sum. Et Saul. Quis ego sum, aut quæ cognatio patris mei: Hos dominus spiritualibus diuitijs, & veris animi bonis implet: nam vt vas in puteo impleatur aqua, necessum est, vt incuruetur, & submittatur. Quo fit, vt Christus dicat. Abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Et per Esaiam dns dicit. Ad quem ego respiciā nisi ad cōtritum & humiliatū? Et sicut implet bonis humiles esurientes, ita diuites superbos vacuos dimittit. Et ideò sequitur. *Et diuites*. Hoc est tēporaliū bonorū nimis cupidos amatores, spiritualib⁹ ea quę diuina sunt prę ferētes. Diuites inquā in cogitationib⁹ suis, quāuis pauperes & miseros corā Deo. *Dimisit inanes*. Sicut vasa ignominiæ, quę in hac vita misericordię non fuerunt recordata in interitum sunt reiecta. Inanes illos dimisit, quia omni diuina gratia vacui fuerūt: & omnib⁹ rebus tēporalibus: quia auaro tā deest id quod habet, quā quod non habet: ità vt nemo sit pauperior ipso, quia dns non est eorum, quę sunt in sua potestate. Sūt enim auari veluti pueri, qui suā vitam consumūt propter adeptionem vnius plumæ per aērem volantis, quibus postquam nox aduenit nihil aliud quam importunus labor domi remanet, & sæpius contingit, pedibus lapides offendere, & sua capita cōminuere, & ita his laboribus perpessis domum plorantes redeunt. Sic huius seculi diuites perpetuo labore defatigati post mūdi diuitias & honores ventos subsequūtur & bibunt, quas post quam iam acquisierunt immenso labore à latronibus & tinea defendunt. At cū mors subito foribus aderit protinus intelligent suum laborem inanē, & nullius momenti fuisse, quando quidē si ad manus cōiecerint oculos, vacuas omnino reperiēt, quo fiet, vt in infernū perpetuū miseriarū pelagus vlulantes discedant. Etenim, vt regius propheta inquit, viri diuitiarū dormierunt somnū suum, & nihil inuenerūt in manibus suis. Vbi eleganter sanctus propheta eos viros diuitiarū appellat, quia non domini erāt, sed diuitiarū serui. Quemadmodum in sacra pagina sancti, viri Dei vocantur, quia Deo fidele obsequiū præstiterūt, sic auari viri diuitiarū dicūtur, quia eis perpetuo ministerio sunt mancipati. Sic populus Israeliticus humilis & cōtemptus Ægyptios spoliauit, & Ægyptij manserunt inanes. Quapropter Sapiētię decimo dicitur. Iusti tulerunt spolia impiorū. Sed iam beata virgo in cāntico vlterius progrediens specialia beneficia exhibita populo Iudæorū recolit. *Suscepit Israel puerum suum*. Suscipere idem sonat, atq; liberare, protegere, vel auxiliari, vt in psalmis inuenitur. Suscipiens mansuetos dns, humiliatus sum, & liberauit me. Porrò à Latinis in dubium vertitur cuius casus sit nomē Israel, sed dubitari nō debet, quin sit in accusatiuo. Et est sensus. Deus suscepit puerum suum Israel. Hactenus enim videbatur Deus & misericordiæ suæ, & gentis nostræ oblitus, videbatur vniuersum Israel reiecisse: at modo suam mentem aperuit ostendens nunquam sui populi immemorem fuisse, neque exuisse misericordiā, de qua maxime ipse gloriatur. Suscepit igitur Israel, id est, curā ipsius. A deò nanque erga illū dominus est affectus, vt in ipso populo carnem suscipere voluerit. ¶ Vbi expendas rogo virginis humilitatē,

Esai.5. *1.Reg.2.* *Psalm. 46.* *Luc.10.* *Gen.41.* *1.Reg.17.* *1.Reg.31.* *3.Reg.31.* *Luc.16.* *Psalm. 25.* *Hiero. in c. 5. Esa.* *Luc.5.* *1.Reg.19.* *Matt.11.* *Luc.10.* *Esai.66.* *Phili.4.* *Aug. li.50. hom. ho.44* *Sapi.1.* *Psal.75.* *4.Reg.1.* *4.Reg.4.* *Exod.11.* *Psal.146.*

quæ verbis tectis loquitur de incarnationis beneficio. Poterat enim dicere. Ego sum mater filij Dei, ego electa sum, vt Messiam vniuerso orbi parerē, & vt ministerio meo mundi salus perageretur. At non tā apertis verbis loquitur, vt pote quę humilitatis exēplum alijs esse debebat, sed hoc mecū fecit. *Recordatus misericordiæ suæ*. Vt carnis nostræ mortalitatē indueret, non coniecit oculos ad peccata nostra, nec ad hominū ingratitudinem, sed diuinā suam misericordiā attendit, & huius recordatione, omnia illa obliuiscitur, quę huic diuino operi poterāt esse impedimento. Vnde fit vt egregius psaltes dicat. Misericordia eius super omnia opera eius. Quēadmodū enim oleū in sublime fertur super omnes reliquos liquores, ita sanè diuina misericordia super omnia opera ei⁹. Nam cum in se iustitiam suā contraheret, suā misericordiā in nos protendit. Nāque hoc illi propriū est ingeniū (vt sancta Ecclesia de illo cōcinit) misereri semper & parcere. Nā si te punit, tua est culpa, cū id & maius aliud suppliciū tua peccata expostulēt, verū vt tibi peccata remittātur, nō tu solus sufficis, nisi dominus aduenīat sua tecū vsurus misericordia. Ne igitur existimaret aliquis nostris meritis Deū misisse filiū suū, sed tantū diuina sua miseratione motus, dixit, recordatus misericordię suę. Sic beatus Ioannes. In hoc apparet charitas Dei in nobis, quoniam filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. Et rursus. Ipse prius dilexit nos, & misit filium suum propiciationē pro peccatis nostris. Et ipsemet Christus in euangelio. Sic Deus dilexit mundum, vt filiū suum vnigenitum daret. Dedit itaq; illū misericordiæ suæ recordatus. Ex quo loco id tu tibi documentū debes elicere, vt non recorderis iniuriarum, quas quis in te contulit, vt de illis vindictā sumas, sed vt ipsius fragilitatē, & miseriā in mentem adducas. Etenim dominus delictorū nostrorum memor nō est, vt in nos animaduertat, sed vt misereatur, & condoleat. Nā de sanctissimo illo Ioseph sacra pagina inquit, fuisse recordatum somniorū, quæ aliquādo viderat, neque dicitur recordatum esse iniuriarum, sed somniorū. ¶ Porrò in Deo non habet locū recordatio aut obliuio, sed Deus habet se ad modū recordationis, dū miserēri non differt, & per modū obliuiscentis, dū differt, nam scriptura sacra cum ad homines loquitur, more humano

Psal.58. *1. Ioan.4.* *Ibidem.* *Ioan.3.* *Gen.42.* *Greg. lib.17 Mora.cap.1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mano loquitur. Et sic dicit, Deum irasci, Deum pœnitere, & his similibus vtitur modis loquendi, non eo, q̃ tales affectiones in Deum cadere possint, sed vt iam diximus, more humano loquitur vt vel sic dñi ingenium intelligamus. Sic & nunc cum sint coram Deo omnia præsentia dicitur recordari misericordiæ, quia non distulit misereri. Recordatus enim est cum misit filium patribus antiquis promissum. Et idcirco subditur. *Sicut loquutus est ad patrẽs nostros Abrahã & semini eius in secula.* Postquam beata virgo aliquantulum temporis in prædicandis factis diuinis mirificis encomijs cõsumpserat, reuertitur modo ad id cuius causa suum canticum inceperat, ita vt his vltimis versibus compendium facere videatur. Ait igitur. Sicut loquutus est ad patres nr̃os, &c. Ac si diceret. Non hic quicquam fortè fortuna factum est: sed quod dominus antiquitus promiserat, id facto adimpleuit, tanquã is, qui nec fallere, nec fallivnquam assueuit. Nam sanctissimo illi patriarchæ Abrahæ dictum est. In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. Et Dauid. Iurauit dominus Dauid veritatem. &c. Et Esaias. Egredietur virga de radice Iesse. &c. Et iterum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Et Ieremias. Nouum faciet dominus supèr terram, mulier circundabit virum. Et Baruch. Postea in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Vbi iam vides, quomodo Deus promissa firmissimis factis compleuit. Et enim ipse est, qui ait. Quæ procedunt ℞ labijs meis non faciam irrita. Nam inter cętera mirabilia, quæ in Deo tanquam in primo suo fonte & origine relucent, id vnum est veritas: vt ea quæ promisit infallibili ratione cõpleat. Sed id non possum non iniquum & sceleratum iudicare, vt nos domino promissa non adimpleamus: ipse vero in nihilo nobiscum deficiat. Videre nanque oportet, vt quemadmodum dominus patribus nostris promissa adimpleuit: ita tu memor sis vt vota adimpleas, quibus te ipsi Deo adstrinxisti & obligasti. ¶ Vbi etiã docemur neutiquam cum mundo tutum esse amicitiam inire, sed tantum cum solo Deo: quia id est hominum ingenium, vt semper gaudeant cum eis conuersari, in quorum ore semper veritas inuenitur: ècontra verò eos summè detestantur, qui mendacij & falsitatis sunt amatores. Cuiusmodi conditionis mundus est, qui montes aureos promittit, postea verò nascitur ridiculus mus. Omnia bona & fœlicia promittit, postea verò statuto tempore in mala conuertuntur. Promittit quietem, & trãquillitatem animi, & in his mille laboribus & angustijs te onerat. Quod si iterum lætitiam & voluptates ad nutum tibi promittat, certè nihil falsius, nihilq; magis ridendum credas: nam statim tibi foribus aderint mœror, tristitia, luctus, & afflictio, quæ omnia nuncij certissimi sunt eorum, quæ animus patietur. At tandem si in abundantia & rerum humanarum affluentia longæuam vitam tibi astruxerit, nihil credas procul à veritate distare, cũ & ocyus & velocius currat naui fluctuãti per aquas, cuius vestigium ob tantam breuitatem nullatenus oportet inquirere. Quod quidem appositissimo exemplo sacræ scripturæ libet tibi demonstrare. Nam cùm sanctus Iacob septennio temporis spatio vitam egisset in ministerio Labã soceri sui, vt pulchritudine & decore formosæ Rachelis matrimonij vinculo gauderet: in temporis plenitudine falsus Laban Liam obtulit, quæ & deformis erat, & lippis oculis suam deformitatem ostendebat. Cuius conditionis & ingenij iam tibi ostendimus apertè miserũ mũdũ esse: qui alta & pretiosa promittens, vilia & abiecta largitur. Atqui in mundo sunt & ipsius ministerio se totos consecrarunt, hanc ipsius palliatam fraudem non agnoscunt: quo vsq; huius seculi transacta nocte (quæ & obscurissima est, & mundanos in tãta caligine detinet) à somno expergefacti oculos & mentem aperiant, quibus mũdi fraudes facilè possint intelligere. Ex quo id tibi sume documentum, vt nunquã ipsius verbis acquiescas, nam semper falsa promittit: sed fiduciã in Deum tãquam in tutissimã anchoram conijce, qui rectè nouit & promittere, & multoties plusquã promisit, concedere. Nec eius animi est vt aliquãdo promissi pœnitẽat: & idcirco dixit in secula. Quia quod semel assumpsit, nunquam dimisit: ità vt perpetuo humana caro Deo maneat coniuncta. ¶ His igitur verbis virgo sacra suum canticũ absoluit: qui & decem versibus clauditur, vt hæc verbis prophetæ consonent, qui dixit. Deus cãticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi. Omnia cantica quæ ante hoc tempus cani solebant, tristia erãt: solus nanq; ille voluptatis & lætitiæ carmina cãtare potest, qui verè lætus & iucundus est, cum

Genes.21. *Psal.131.* *Esai.11.* *Esai.7.* *Iere.30.* *Bar.3.* *Psal.88.* *Gen.29.* *Psal.143.*

cum musica & ipsi cordi conformis sit. Vnde meritissimo beata virgo sola lætitiæ & alacritatis cãticum psallere potest, cum, & ipsa sola peccati, & sceleris tristitia caruerit. Cantica, quæ temporibus retro actis concini solebant mœrorem & tristitiam afferebant, propter cantores, qui sceleribus & flagitijs erant cõtaminati: at carmen hoc ideo lætitia & iubilo est plenum cum cantatrix immunis prorsus fuerit ab omni sceleris cõtagione. Decachordo enim cecinit carmine vt Dei mirabilia proferat. In primo itaque diuinam & supremam diuinitatis altitudinem dulci modulo canit, dicens. Magnificat anima mea dñm. In secũdo vero redẽptionis maximũ beneficiũ, dicens. Exultauit spiritus meus, in Deo salutari meo. In tertio vero liberalitatẽ & magnificẽtiã, qua nostras respicit miserias. Quia respexit humilitatẽ, &c. In quarto vero suorum operum stabilitatem, dicens. Quia fecit mihi magna qui potens est. Et in quinto suæ misericordiæ patentes fores ostẽdit. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. In sexto suæ virtutis & iustitię rectitudinẽ cõmemorat, cũ dicit. Dispersit superbos mẽte cordis sui. In septimo brachiũ suæ potẽtię ostendit, subdens. Deposuit potẽtes de sede. In octauo suorũ beneficiorũ magnitudinẽ recordatur. Esurientes impleuit bonis. In nono clementię suæ nos esse memores vult. Suscepit Israel puerũ suum. Decimo vero carmine claudit verborũ suorum adimplementũ subijciẽs. Sicut loquutus est ad patres nostros Abrahã, &c. Hęc igitur dicta sint de cãtico beatę virginis, nunc autẽ sacrum euangelistã audiamus prosequentẽ historiã nostræ redẽptionis. *Mansit autẽ Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domũ suam.* In Nazareth, scilicet, prouinciæ Galileæ, in qua diuinũ verbũ concepit, & à qua recesserat vt cognatã suam Elisabeth visitaret. Vbi documentum nobis est vt non cito bonorum cõsortium dimittamus, vbi facultas est per aliquod tempus cõmorari, nec leuitate animi discedendum est ab his, in quibus sanctum vitę institutũ esse cognoscitur. Porrò antequam cõplerentur tres mẽses domum suã reuertitur, quia iam appropinquabat partus Elisabeth: nãq; tum tẽporis cõueniebãt aliæ mulieres, & idcirco sanctissimę virginis obsequiũ, nõ erat adeo necessariũ. Neque ob id Maria ingeniũ mutauerat, quia cum clausi cubilis, & solitudinis esset amatrix tantę multitudinis strepitũ conuenientis ad partũ Elisabeth ferre non poterat: & ideo maximè quia cũ eius cõceptio miraculosa esset, nouitatib⁹ amica multitudo quotidie accedebat. Fiebat etiã id alia de causa, quia beata Elisabeth summopere ab omnibus diligebatur, & grata erat coram oculis omniũ & idcirco tot tantiq; concurrebant, vt aliquo ministerio ipsi obtẽperarent. Virgo autem Maria (vt modo retulimus) cum pudicitiam semper sectaretur, & cubilis penetralia diligeret, paucis diebus ante partum domum suam adire statuit, & à tumultibus gentium fugere. Vbi iam videre licet quomodo bonorum hominum cõsuetudo & amicitia semper in maximum nostrum cõmodum redundet. Nam statim in ipso virginis ingressu in domum Zachariæ tantum bonum oritur, vt ad virginis salutationẽ puer in vtero exultauerit, & Spiritu sancto infantis mater repleretur. Quid igitur dicendum est de tot tantisque vtilitatibus, & commodis in temporis discursu subsequutis propter virginis præsentiam? Facit ad hoc id, quod legitur secundo regum, scilicet, quòd arca fœderis domini mansit in domo Obededon sacerdotis trium mensiũ spatio, & benedixit dominus Obededõ, & omnem domum eius, ita vt cum hæc videret sanctus rex Dauid decreuerit ferre illam in domum suam. Sed quantò maius bonorum culmen tibi credendum est dominum contulisse domui Zachariæ spacio trium illorum mensium, quibus sanctissima illa arca fœderis Maria virgo ibi mansit, quæ Angelorum panem intra sua claustra portabat? Benedixit itaque Deus sacerdoti Zachariæ, & domui eius propter arcam quam domi tenuit tribus illis mensibus, ad cuius etiam præsentiam filius suus sanctificatus est vxor repleta diuino spiritu, & ipse Zacharias illustratus est altissimo dono prophetiæ. Vbi non immerito monemur, vt semper nobis cura sit hospitio sanctos viros recipere, vt pote qui semper nobis maximas vtilitates afferent. Sic factum est cum Laban, eo quòd in domo habuit sanctum Iacob, vnde eidem postea dictum fuit. Modicum habuisti antequam venirem ad te: & nunc dies effectus es, benedixitque tibi Deus ad introitum meum. Et iterum in Genesi. Benedixit dominus domui Ægypti propter Ioseph, & multiplicauit

2. Reg. 6. *Gene. 30.* *Gene. 39.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauit tam in ædibus, quam in agris, cuncta
eius substantiam. Nec his consideratis im-
memor sis egregij illius facti, quomodo do
minus multiplicauit oleum & farinam Sa-
reptanæ illius viduæ, quæ victum mini-
strauit Heliæ. Si igitur Deus tot bona con
tulit recipientibus seruos suos: quanto me-
lius credendum est maioribus & locuple-
tioribus bonis cumulaturū eos, qui ipsum
Christum receperint? Vtiq; cum hospitio
suscipis pauperes, Christum suscipis: nam
ipse est, qui dicit. Esuriui, & dedistis mihi
manducare, &c. & subdit statim. Quod vni
ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Ex
quo quidem id tibi documentum summa
diligentia elicere debes, vt semper digneris
pauperibus, & egenis subuenire, vt & tecū
in omnibus dominus sit, & vt multiplicet
tibi tam spiritualia, quam tēporalia bona:
quam doctrinam nisi animus esset breuita-
ti consulere, varijs sanctarum literarum exē
plis tibi comprobarem. ¶ Vbi etiā expen-
dere debes quantum gaudiū secum afferat
iustorū præsentia. Ioannes nanq; protinus
exultat in gaudio, & omnes qui in domo
Zachariæ sunt. Vnde egregius psaltes in
persona virginis dicebat. Qui timent te, vi-
debunt me, & lætabuntur. Qui timent te
(inquit) quia cum boni semper timorē do-
mini in cordibus afferāt, lætantur: mali ve-
ro torquentur, quia iustorū vita tacitè ma-
lorum mores & instituta reprehendit. Quo
fiebat vt ipse Christus, qui oculos Simeo-
nis, Annæ, & apostolorum sua p[illegible]sentia lę
tificabat, alios offendebat: vt visum est in
illis Genezarenis, qui rogauerunt, vt ab eis
discederet. Alij noluerunt illum excipere,
vt Samaritani. At iusti (vt hic Dauid in-
quit) videntes iustum lætantur. Est nanq;
bonorum proprium suas virtutes in alijs di
ligere. Paulus enim ascendit Hierosolymā,
vt iustos videret, & cū Petro mansit diebus
quindecim, vt ex eius familiaritate aliquid
sanctitatis sibi compararet. Vnde etiam fa-
ctum est, vt sic adeo Mileti profecissent in
D. Pauli doctrina & cōuersatione, vt cū vel
let ab eis discedere Hierosolymā iturus val
de fuerint cōtristati, ita vt multis lachrymis
fusis illum ad nauem duxerint. Quod idem
credēdum est sanctos illos feciisse in discess
su beatissimæ virginis, vtpote qui tot bonis
ipsius aductu erant cumulati. Sed quid post
hæc factum sit audiamus. *Elisabeth autem im-
pletum est tempus pariendi, & peperit filiū.* Phra-

3.Reg.17.

Matth.25.

Psal.118.

Matth.8.
Luc.9.

Galat.1.

Act.10.

sis hæc (impletum est tēpus) modus loquen
di accōmodatus est tempori iustorū, quia
isti dies suos plenos, & non vacuos habent:
peccatores vero vacuos & inanes dies possi
dent iuxta illud Iob. Dies vacuos enumera
ui. At iste interpretandi modus violēter ex
tortus est à vero & genuino literæ sensu.
Sed verè id explicabis si dixeris euangeli-
stam docere voluisse, q̄ cū iuuenis erat Eli-
sabeth, nondū erat tēpus pariēdi, nec tēpus
aduenisse, quo Deus illā parituram decreue
rat: quia eius partus in maiorē tēporis matu
ritatē statutus erat, scilicet, in senectutem.
Vbi aduertere debes, nunquā de diuina pie
tate & misericordia esse diffidendū: quia li
cèt aliquando lento & plusquā testudineo
gradu incedere videatur, non id facit vt suis
beneficijs nos destituat, sed vt maiora & lo
cupletiora dona conferat. Detinet se domi-
nus in conferendo, vt in nobis crescat & au
geatur meritum, vt dignliores simus benefi-
cijs suis suscipiendis. Patiens esto, & in san
ctis petitionibus persiste, copiosiora nanq;
bona tibi elargietur, quam expostulas. Za-
charias quippe & Elisabeth quolibet filio
illis dato cōtenti essent, & cum filia etiam,
vt sterilitatis opprobriū à se exterminarēt:
tamen dominus, vtpote qui semper pietate
& misericordia nouit vti plus petito & opta
to cōcessit, quia talē filium dedit, vt merito
inter natos mulierū maior aut sanctior non
reperiretur. ¶ Præterea ex hoc loco aperte
colligitur, virginē Mariam non adfuisse na
tiuitati Ioannis: quia postquā dixit euange
lista. Et reuersa est Maria in domū suā, sub-
dit. Impletū esse Elisabeth tēpus pariendi.
Ex quibus verbis facile est colligere, ante
Elisabeth partum virginem domum suam
abijsse. ¶ Aduerte etiā in hoc loco domini
bonitatē, qui non solū ex bonis bona, verū
ex malis bona producit. Voluit nāq; ex ste
rilitatis opprobrio Ioānē Baptistā oriri, &
ex ingēti tristitia gaudiū magnū erexit: qua
le fuit illud, quo oēs in natiuitate Ioannis
sunt gauisi. Ita etiā ex peccatis humilitatē
& vigilantiā educere solet, quibus peccato-
res non labantur in pristina peccata. Petrus
quippe, qui se fortē & magnanimū asseuera
bat maxima cū arrogātia, postquā peccauit
& pœnitentiā cōmissi criminis egit, ita pru
dens & cautus permānsit, vt rogatus à Chri-
sto, plus ne cæteris illū diligeret? sanctissi-
mo humilitatis documento Christo respō-
dit, Tu scis due, quia amo te. Nulla in alios
illata

Matth.11.

Ioan.21.

Psal.118. illata iniuria respondit. Et Dauid etiam ex
1.Tim.1. perpetrato peccato humilitatem eduxit.
Et B. Paulus ex graui persecutione in qua
versabatur tantam sibi humilitatem compa
rauit, vt dixerit se omnibus peccatoribus
maiorem esse. Itaq; hæc omnia relata ideo
intelligas, vt scias diuinam misericordiam
ex ipsis malis bona producere: vti ex pecca
tis humilitatem, & ex sterilitatis opprobrio
excellētem & illustrem virum, ità vt ipsius
causa dixerit euangelista. *Audierunt vicini
& cognati eius quia magnificauit dominus mise-
ricordiam cum illa, & congratulabantur ei.* Post
opprobrium sterilitatis, misericordiam fa-
cit. Nunquam dominus flagellum suum
Psal.88. mittit, quin suæ misericordiæ recordetur.
Vnde in psalmo postquam dominus mina-
tus est flagellis subdit dicens. Misericordiā
autem meam non dispergam ab eo. Et in
Esai.28. Esaia legitur, quod postquam dominus po-
pulum Israeliticum arguit, dicit. Idcirco
hęc dicit dominus. Ecce ego mittam in fun-
damentis Sion lapidem, id est, Christum.
Posset nanque rectè dicere. O impij & sce-
lerati Iudæi, quia mei fuistis immemores,
ecce ego funditus euertam vos, aut mittam
in vos lupos & leones, qui diripiant & absu
mant vos: sed potiùs dixit. Quoniam mei
estis immemores, & scelere & flagitio pasci
mini, ego mittam vestrum saluatorem. Et-
enim digni erant Israelitæ punitione & tor
mentis, quorum loco misit illis dominus sal
uatorem. Et in Osea legitur, quod ibat post
Osee.2. amatores suos, & Dei obliuiscebatur. &c.
Propter hoc etiam, ecce ego lactabo eam, &
ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius.
Vides iam quomodo dominus nunquam
tam iratus incedit vindictam de aliquo sum
pturus, quin in medio itineris suę misericor
diæ & pietatis recordetur? Sic modo inter
flagella sterilitatis, & inter amissionem lo-
quelæ Zachariæ suam misericordiam ma-
gnificat, tribuens illis fructum benedictio-
nis desideratum. ¶ Præterea vocat Euange-
lista hūc Elisabeth partum misericordiam.
Magna quippe & excellens misericordia
est domini, in mūdum iustos mittere. Quid
enim factum esset de Ægypto septem illis
annis quando vniuersam terram fames oc-
cupauerat, nisi altissimus dominus tum tem
Genes.41. poris Ioseph mitteret illis, qui & eriperet
eos, & suæ necessitati præsentissimo reme-
dio prouideret? Quid de Eliphaz, & de duo
bus amicis Iob, si sanctissimus Iob pro illis
non exorasset? Quid actum esset de Israeli-
tico populo, quando Deus loquutus Mosi
dixit, se illum destruere velle, & alium ma-
iorem ædificare, nisi Moses pro illis exora-
set? Orauit Moses placatusque est ne face-
ret malum, quod loquutus fuerat aduersus
populum suum. Quid iterum de eodem po
pulo factum esset, quando prouocata domi-
ni ira, cœpit ipsos corrigere & interficere: ni
si Aaron intercessisset pro populo Dei? Vi
des igitur quàm magna misericordia domi-
ni sit cum mittit iustos in mundum: quod
signū erit in nos animaduertere velle, cum
iniquos & sceleratos miserit, & de medio tu
lerit rectos. Ità Sodomam euersurus de me-
dio rapuit Loth: & quādo Ægyptum, etiam
Israeliticum populum eduxit de regno, &
de Ierusalem sanctum Iosiam, cum vellet
illam subuertere. Fuit nanque mors Iosiæ si
gnum vltionis, quam Deus volebat sumere.
Rapit iustos de mundo illum subuersurus.
Iustis quippe (vt inquit Paulus) mun-
dus non est dignus. Imò ipse cum & in fa-
ctis & in cogitationibus sit cæcus, ipsos iu-
stos, quorum beneficio & viuit, & sustine-
tur, plusquam nouercali odio prosequitur.
¶ Audientes autem cognati & vicini Elisa-
beth hanc domini factam misericordiā con-
gratulabantur ipsi Elisabeth præcipuè. Scie
bant enim illam sterilem semper fuisse, &
iam ætate prouectam, & idcirco ei congra-
tulabantur: eo quòd dominus illustri proge
nie gloriam & honorem illi dederat. Nisi
particulari gratia & beneficio fieri non po-
terat, vt prolis fructum ederet. Sic enim an-
gelus Zachariæ prædixerat. Multi in nati-
uitate eius gaudebunt. Nam in montibus il-
lis Iudeæ multa lætitiæ carmina resonabāt,
& potius vicini & cognati Elisabeth cæle-
stes habitatores, quam terrestres videban-
tur. Videtur sanè gaudium hoc referre aues
& passerculi, qui in principio veris tota no-
cte taciti secum silentia reuoluunt: quod si
roges, quis tale silentium illis imposuit? vti-
que noctis obscuritas & tristitia. At prima
luce adueniente mirum est quam dulci &
sonoro cantu adinuicem modulentur, suis
vocibus prænunciantes iam esse ortum so-
lem. Clarum enim est secundum apostoli
dictum veterem legem noctem fuisse, no-
uamvero clarum & relucentem diem. Nox
præcessit, dies autem appropinquauit. Nec
mirum si tenebris & obscuritati diui Ioan-
nis natale finis impositus fuerit, qui non ali

Iob.42. *Exo.32.* *Num.16.* *Genes.19.* *Exo.14.* *4.Reg.22.* *Heb.11.* *Rom.13.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter ac lucifer ortus est denuncians Christum redemptorem nostrum, qui suo admirabili ortu diem gratiæ faciebat appropinquare. *Matth.11.* Idcirco Dominus dixit. Lex & prophetæ *Exod. 3.* vsq; ad Ioannem Baptistam. In vniuerso tẽpore noctis veteris legis magnũ fuit silentium, tristitia, & linguarum defectus. Moses nanq; vir magnus & populi Israelici dux dixit Deo. Incircuncisus labijs ego sum. Et angelus ad Esaiam venit qui diuino prophetię lumine maximè erat illustratus, & forcipibus prunam cepit, & labia eius purificauit. Et Hieremias qui superno beneficio in ventre matris fuerat sanctificatus, conqueritur, dicens se loqui nescire. A, a, a, Domine *Hierem.1.* Deus, ecce ego nescio loqui. Vides iam quo pacto illius temporis potiores, & optimates conquerũtur en defectu linguarum. Quod silentium apertissimè significauit taciturnitas Zachariæ, quæ legem veterem mutam & noctis tristitiam designabat. Quid emolumenti natiuitas Ioannis secum affert? Vtique linguarum defectum suppletet, & cum nascitur Zacharias linguam soluit, & cecinit. Benedictus Dominus Deus Israel, &c. Tum præterea omnes illius tẽporis summis laudibus Deum extollere cœperunt. Sic enim mundus lætatus est nouo Ioannis natali, vt illi gaudere solent, qui inaudita & iucunda nuncia recipiunt: quibus & vtilitas, & ingens bonum subsequitur. Et ideo sancta mater Ecclesia solennibus hymnis, & exultationis canticis diem natalis Ioannis celebrat. In eo quippe saluatoris & redemptoris aduentus nobis Christianis denunciatus est, & ipse Ioannes prior omnibus regnum cælorum prædicauit. Ob idq́ue factum est, vt nemo fuerit qui in tanto natali non exultauerit, & gauisus fuerit. ¶ Sed iam tu videas oportet, vt sic vitam agas, vt omnibus in domino gratus & iucũdus sis: & non solum eis, qui bono & modesto sunt animo, sed etiam illis, qui hæc non sapiunt. Cum autem Elisabeth & sanctis vitæ institutis, & candidis moribus esset imbuta, ita vt necui malediceret, necrixam pararet alicui, ideò omnes pro tanto illi collato beneficio lętabantur. Quod si tu illius exemplo vitam velis componere, ita viuas, vt nemo de illata iniuria, de commisso crimine, iniecto malo possit conqueri de te. Non eo modo quo tyranni & superbi huius mundi, quibus pauperes maledicunt: de quibus viduæ frequenter querelas affe-

runt, & mortem illis exoptant, necnon in calamitatibus & infortunijs eorum maximè lætantur. ¶ Vbi id debes iam aduertere, quòd vicini & cognati congratulabantur ei in natali beatissimi Ioannis: & merito id faciunt illi, qui cum eo delicijs, voluptatibus & vanis huius mundi fœlicitatibus bellum indixerunt. Nanq́ue qui conuiuijs & oblectamentis carnis toto temporis curriculo indulgent pro genio, non merito lætabuntur in beatissimi Ioannis ortu. Nemo enim qui vitam suam peccatis & flagitijs coinquinauerit his nuncijs gaudere poterit. Cum & eius vitæ asperitas peccatorum delicias damnet, & sancta pœnitentia ipsius confusionem eisdem pariat. ¶ Aspice etiam illorum temporum syncritatem, & charitatem, qua vicini & cognati erga bonum proximorum afficiebantur. Posset dicere Elisabeth id quod Sara dixit olim. Omnis qui audierit irridebit mihi. Ex quo *Genes. 21.* etiam id tibi documenti poteris elicere, vt tristeris cum flentibus, & gaudeas cum gaudentibus. Sic Ietro sacerdos Madian lætatus est cum Mose pro beneficijs factis po- *Exod.18.* pulo Israelico: & non solum lætatus est, sed etiam gratias Domino egit. Benedictus (inquit) Deus, qui eruit vos, &c. Sed, ò huius nostri seculi inuidiam detestandam, ita vt nemo cum proximi bono & augmento gaudeat: sic adeo vt si tuas facultates augeri videant, siue cum regibus & magnatibus fauorem comparasse ipsi vicini & cognati primi sunt, qui misera inuidia intus torquentur. Hæc enim inuidia (quæ tãquam mortifera pestis vniuersum orbem inuadit) murmuratorum linguas disertas facit: cum & hæc eadem fuerit quæ Ioseph *Genes. 37.* vendidit, quæ Dauid mille persequutionibus affecit: & tandem (quod magis mirandum est) ipsum Christum Dominum cruci affixit. Sciebat enim Pilatus, quod per inuidiam tradidissent eum. Inuidus nanq́ue tale induit ingenium vt existimet, honorem proximo collatum, sibi ipsi auferri. Est ne obsecro aliud maius sceleris & flagitij genus, quam vt aliquem pœniteat, Deũ esse bonum. Est ne aliquid aliud maiori detestatione dignius, quam vt creaturam pœniteat, de sui conditoris & redemptoris bonitate? Quid est igitur ò insane quod te pœniteat, Deum bonum esse & pium in conferendis proximo tuo honoribus, diuitijs, & ingenio? Nunquid tibi aufert, quod proximo

ximo elargitur? Nunquid tibi debitor existit? Quid est obsecro, quod cum Deus liberalitate & magnificentia sua cum alijs vtatur: tu flagitiosam & sceleratam mentem induis? Equidem nullum censeo flagitium hac inuidia infœliciùs, tristius aut miserius, aut quòd (si ita fas est loqui) minus emolumentum suis amatoribus afferat. Nam etsi alij peccatores post huius vitæ cursum misere in inferno torqueantur, viuentes tamen aliquod sibi commodum proponunt, & lætantur in vitijs & voluptatibus quibus dediti sunt. Luxuriosus quippe corporis voluptatem quærit, auarus auri & argenti copiam, ambitiosus ad honores & dignitates aspirat, & tandem gulæ amator sese ingurgitat cibis. At miser & infœlix inuidus nullum honorem, nullam voluptatem, nullas opes, aut facultates sibi propter inuidiam comparat. Piscator etenim sub fallaci cibo hamum occultat, vt vel sic attractus piscis eius manibus succumbat: sic dæmon hamo mortis piscatur auarum, abscondens illum sub dulci diuitiarum siti, quæ tam anxios & solicitos ipsos mortales efficit: superbum verò honoribus & dignitatibus ad se allicit: quæ quidem esca non minus sapit hominibus, quàm modo relata. Et tandem libidini deditos, ipsis voluptatibus carnis, vel lanæ filo facilius trahit: at ipse infœlix inuidus nullo cibi genere comprehenditur, ipse enim sibi inimicus, se ipsum tradit. Ita, vt peiorem induerit conditionem omnibus bestijs maris: quia nullus ita ignarus & sine sensu est, vt nullo appositio cibo hamum ore comprehendat. Quibus omnibus iam videre licet quã improuidus, quã amens & stultus sit inuidus: quandoquidem mortis & inferni hamum imbibit nullis circunscriptum diuitijs, nullis palliatum honoribus, aut huius seculi voluptatibus inuolutũ. Nam si inuidiæ tristitia est causa alieni boni, quid superest ipso inuido lucri? Si alij peccant sectantur bonũ ad minus apparẽs: inuidus tamen nudo hamo comprehẽditur: qui & in hac vita tormentum, & in futura perpetuos cruciatus patitur. Nec mirum si duplicem sibi parauerit gehennam, & in hac & in futura vita. Sed & aliud restat illi maius malum. Nam fieri non potest, vt illũ possit capere cælum: quia si ipsum inuidum de bono proximi pœnitet, cum omnes in illa ciuitate sancta læti, fœlices, diuites & opulẽti sint, quid obsecro ibi faciet? Certè viscera eius inuidiæ igne comburentur, & misera morte peribit, cum videat omnes prosperos & fœlices. Et idcirco locus illi adaptatus est in inferno, vbi nihil aliud miser videbit, quam perpetuum luctum & dentium stridorem. Fiet igitur, vt deinceps ab hac pesti lenti bestia procul fugias: nam si hæc cor tuum comprehenderit, nihil sanè efficere poteris quod Deo gratum & iucundum sit, cum & ipse summa charitas & bonitas sit. Nam si vel tãtillum veneni huius animum tuum tetigerit, omnia bona, quæ feceris procul dubio inficiet. Facies igitur horum vicinorum exemplo, vt semper de bono proximi gaudeas, & eis congratuleris: & tunc dignabitur Dominus maiora tibi conferre. Et *factum est die octauo, venerunt circuncidere puerum.* Ex quo facto liquidò constat, olim circunciſionem non fieri in templo, sed in priuatis domibus: nam aderat hic Elisabeth, quæ vsque ad quadragesimum diem nequibat ingredi templum. Octauo autem die circunciditur, iuxta Do- *Genes. 17.* mini mandatum, qui ait. Infans octo dierum circuncidetur in vobis. Vbi manifestè docemur in diebus festis & lætitiæ neutiquam nos obliuiſci debere mandatorum Domini. Etenim cum omnes tunc implerentur lætitia ob Ioannis natiuitatem, nihilominus non dabant neglectui Domini mãdatum. Nam postquam sancti isti sua desideria finem habuisse viderunt, non Deum obliuiſcuntur nec eorum, quæ Dominus in lege præceperat. At modo sunt multi: qui filios à Domino petunt, qui in pristinam valetudinem restitui desiderant, vel aliquod imminens periculum euadere: quorum causa magna vota Deo promittũt: sed cum hæc obtinuerunt, datam fidem frangunt, & voti prorsus immemores sunt. O quot quantiq́ue sunt qui humanis fœlicitatibus & honoribus adeptis, Deum suum obliuiſcuntur: cũ anteà tribulationis, & calamitatis tempore in suũ patrocinium, & auxilium aduocauerint. Cuius rei appositiſsi- *Exod. 8.* mum exemplum nobis erit Pharao, qui in die tribulationis cum corrigebatur à Dño, ipsum inuocabat, & exorabat: at cũ se à plagarum labore ereptum videret, & in pristinam salutem restitutum, vtique Deum non agnoscebat. Et multi etiam in festo natiuitatis Ioannis, sic in vitijs & voluptatibus, & in taurorum agitatione gaudent: vt nec rem sacram, nec concionem audiant. Quo fit, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

in huiusmodi diebus pauci homines in ecclesias conueniant cum & illa dies & nox etiam suis vanitatibus, delicijs, & insanijs ab eis sit consecrata. Sed proh dolor, vt nesciãt iam homines Christiani voluptatem & gaudium sumere, nisi in suum Dominum & cõditorem peccando: & frangendo ipsius diuina mandata. Nunquid istæ sunt festiuitates Christianis hominibus in diuinum honorẽ consecratæ? Nũquid neomenias istas, & sabbata ista non odit dominus? Sed vę illis, qui his flagitijs & sceleribus dies sanctos Domino consecratos violant. Obserua (inquit Dominus populo Israelitico) ne quando obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius, & iudicia atque cæremonias, quas ego præcipio tibi: ne postquam comederis, & satiatus fueris, & domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisque armenta boum, & ouium greges, argẽti, & auri cunctarumq; rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Sed Diui Baptistæ parentes etsi fœlices & læti erant propter sublatum sterilitatis opprobrium, & talem donatum filium: nihilominus non ob id obliuiscuntur id, quod in lege à Dño præceptũ erat. *Et vocabant nomine patris sui Zachariam.* Nam sicuti hodie fieri solet, vt filij cum baptizantur proprium sortiantur nomen: ita fiebat tunc in circuncisione. Vbi summè notandũ est aduersus hæreticos nostri temporis, qui clamant nihil in ecclesia tentandum, quod expresso Dei verbo, non sit mãdatum. Nulla nanque extat scriptura, sancta, quæ dicat Iudæis in die circuncisionis nomina imponenda esse filijs: tamen id ex pia consuetudine faciebant & obseruabant. Reprehendant igitur Zachariam & Elisabeth, & alios patriarchas, qui hoc fecerunt. Reprehendãt & Apostolos, qui sine expresso Christi verbo vestes asinæ, qua Christus erat incessurus imposuerunt. Sed quia initio huius libri de his vidimus ad alia faciamus gradum.

Esai. 1.

Dent. 8.

Matth. 21.

¶ Appellabant (inquit Lucas) beatissimum hunc infantem nomine patris sui Zachariã. Id nanque consuetudo iam obtinuit vt filij, maximè primogeniti nomine paterno vocentur. Ex quo loco discas oportet, quod prius circuncidebatur puer, & posteà imponebatur illi nomen: quia priùs signaculum Domini imponendum est, quam quoduis aliud. Prætereà circuncisio, quædam erat carnis abscisio: vt significetur nullum esse dignum vocari militem Dei, & in libro vitæ nomen eius scribi, nisi prius carnalia abiecerit, & amputauerit. Verum cognati isti & vicini Elisabeth pro libito id faciebant, nondum conscij cœlestis mysterij, quo iam pridem illi erat designatum nomen: quod non deberet humano mutari consilio. Itaq; cum videret beata Elisabeth eos in nominis impositione à diuina voluntate dissentire, vt pote quæ diuino spiritu nouerat qui vocandus esset, illis continuo restitit. *Et respondens mater eius dixit. Nequaquam, sed vocabitur Ioannes.* Bono animo atque intentione vicini volebant puero nomen patris imponere, quia primogenitus erat, sed aliud visum est Elisabeth: nõ quod mariti nomen displiceret, sed quia id diuino nouerat spiritu. Vbi statim docemur in omnibus diuinam voluntatem nostræ anteponere. Sic Christus cum videret humanam voluntatem diuinæ contradicentem, dixit. Non mea voluntas, sed tua fiat. Et iterum. Non veni facere voluntatem meam, sed eius, qui misit me. Et erudiens nos modum, quem seruare debemus in petitionibus nostris, dixit ita esse orandum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Et Saul, qui vocem Domini non audiuit, reprehensus à Samuele, dictum est illi. Nunquid vult Dominus holocausta & victimas: & non potius, vt obediatur voci Dñi? Ecce Elisabeth, quæ maritum tenerè diligebat, voluntatem Dei mariti prætulit dilectioni: & nomen Ioannes vult, vt infanti imponatur iuxta diuinam voluntatem. Multæ enim sunt mulieres, quæ maritorum placita diuinæ voluntati anteferunt, & vt gratæ ipsis maritis appareant, mille modis ipsum Dominum offendunt. Et tunc quidem amor carnis, amori Dei anteponitur: & humana voluntas pluris, quàm diuina habetur. Cuius rei non erit inutile exemplum illud Iezabelæ, quæ cũ Achab regem virum suum videret tristem, vt ei placeret, & faceret lætum, id sceleris patrauit, vt illius causa Naboth fuerit interfectus, & vinea sua illi ablata. Zares Aman vxor vt viro suo placeret, crucem Mardochæo parandam decreuit. Istæ mulieres maritis suis cum Dei offensa & iniuria placere voluerunt. Nos verò eam curam & solicitudinem adhibeamus oportet, vt potius diuinæ quam nostræ voluntati placeamus. Ita Elisabeth fecit. Ita sanctus ille Ioseph, qui

Matth. 26. Ioan. 6.

Matth. 6. Luc. 11.

1. Reg. 15.

3. Reg. 21.

Hesther. 5.

Genes. 39. qui cogebatur impudico dominæ suæ amori succumbere. Et etiam virili animo perstitit sanctissimum illud castitatis exemplum Susanna quãdo ad turpem amorem à falsis senibus compellebatur. Idem fecerunt sancti illi Machabæi: qui crudeliter pati potius maluerunt, quàm voluntatem Dei transgredi. Et idem feciſſe legimus beatum Petrum Ecclesiæ principem, qui respondit magistratibus. Obedire oportet Deo, magis quam hominibus. De excellentia verò nominis Ioannis iam in superioribus loquuti sumus, vbi Angelus Zachariæ dixit. Vocabis nomen eius Ioannem, sed forsitan inferius aliqua adijciemus. *Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine.* Ex his verbis intelligitur, quare cognati parentis nomen puero vellent imponere: ne forsitan à nominibus suæ cognationis viderẽtur discedere, & aliud nomẽ inuestigare. Et ob id matris dictis non acquiescebant, ignorantes id fieri Spiritus sancti opere. Qui locus docet, vt semper nouitates fugiamus, & eas potissimum, quæ ratione non nituntur. Sed in hac re illud accidit, quod Esaias reprehendens ait. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, & appellatis, &c. Ex quo textu etiam licet colligere Ioannem Euangelistam hoc nomen sortiri propter Baptistam: & propter ipsius respectum & obseruationem. Quia Salome mater Ioannis Euangelistæ soror erat virginis Mariæ, & Maria (vt Angelus illi dixit) cognata erat Elisabeth, vnde factum est, vt Ioannes Baptista, & Euangelista cognati essent. Quòd si Ioannes Euangelista prius nasceretur, quàm Baptista, non vtiq; dicerent isti, nemo est in cognatione tua, qui vocetur hoc nomine. Vnde apertè constat Euangelistam post Baptistam natum esse. Quod factum est, vt cum tanta miraculosa facta in natali Ioannis diuulgarentur: multi admirati & præcipuè cognati filijs suis nomen Ioannis imponebant, quasi nomen à cælo missum, & ab Angelo nunciatum ob reuerentiam beati Baptistæ. Itaq; quemadmodum tu, qui deuotione pia affectus es in beatum Petrum, Petri nomen filio tuo imponis: & ille, qui deuotionem cum D. Antonio habet, filium suum Antoniũ nuncupat: ita Ioannis Euangelistæ parentes tantã miraculorum magnitudinẽ venerati, filiũ suũ Ioannem appellarunt. ¶ Expende etiam, quod quẽadmodum cognati illi Elisabeth

Esai. 5.

Dan. 13. 2. Mac. 7.

Actor. 4.

volebãt, vt præcursor Christi Zacharias vocaretur, & mirabantur, quod mater, Ioannis nomẽ imponeret, quia nemo in tota cognatione tali nomine ostendebatur: ita modo multi sunt, qui pios & Christianos parentes arguũt, si filios suos religioni & sanctitati studere faciunt, & non mundanis lucris. Volunt isti, quod si parentes mercatorum officio funguntur, quod etiam filij eadem vestigia sectẽtur. Si verò in sacram & tutissimam religionis anchoram se conferũt, mærore & tristitia se ipsos conficiunt: existimãtes filios illos fructum esse inanem & omnino perditum. *Innuebant patri eius, quem vellet vocari eum.* O quantus clamor in nominis impositione suboritur: nanque non satis fuit, vt id declararet mater, sed etiam patris voluntatem dignoscere cupiunt: vt ipsius licentia & authoritate filio nomen imponatur. Sed mirum est: quantum insanit mundus circa nominis impositionem. Nam etiam si homo vilis sit, & infimo genere natus, nihilominus illustrem & nobilem titulum sibi asciscit. Quod si nobiliorem sortem ex matris, quàm ex patris sanguine compararunt, matris nomen assumunt. Neque his solum contenti auorum & proauorum stirpem scrutantur, vt vel fortè nobilitatem aliquam inde possint sibi mendicare. Nunc equidem (quod magnum & ingẽs delirij genus est) tota fœlicitas mundi, in nominis & sanguinis dignitate constituitur: neque id curatur, quomodo id nomen insignibus virtutibus antiqui sibi comparârunt, vt vel sic virtutum amore incendantur & inflammentur. Pluris enim facere debes bonam & studiosam vitam, quam bonum nomen. Nam bona opera, non nomina, illustres & generosos viros pariũt. Quid enim tibi proderit, si bonum nomen, & vilia & abiecta opera habueris? Quæ certè conditio propria mundi est, qui in externo nomine suam constituit solicitudinem, cum & intus vacuus sit omni virtute & nobilitate, *Et postulans pugillarem scripsit, dicens.* Pugillarem, idest, tabellam cæratam, in his enim olim scribebatur: pugillaris est quem Græci, πινακίδιον, vocant. Sed si erat mutus, quomodo loquebatur? Id referendum est ad Zachariam, non lingua, sed scripto loquentem. *Ioannes est nomen eius.* Vides quam verè dixerit Euangelista Zachariam & Elisabeth iustos esse coram Domino. Nanque inter matrimonio coniunctos dummodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

concordia adsit, amor in bono persistit. Quod maritus, idem & vxor vult, & è contrario. Nomen quod ipsa vxor imposuerat, vir confirmauit. Qui locus edocet mulierē auscultandam esse, quando secundum voluntatem Dei loquitur. Dixit Dominus Abrahæ. In omnibus, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Maximū bonum habitat inter matrimonio ligatos, si pacis semper fuerint amatores. Nam bene cordata musica dulcem auribus generat sonum: & lyra tunc grata auribus audiētium est, quando ex proportione chordarum melos & suauis concentus auribus sonat. Itaque nunquam cordatam harmoniam facient ij, qui inter se fuerint discordantes. Vnde vbi concordia est inter virum & mulierē, ibi Deus habitat: vbi autem deficit procul Dominus abest, quia Deus charitas est: & vbi amor est, ibi Deus est. Sic in die resurrectionis apparuit Dominus vbi erant discipuli congregati, & non solum in corporibus, verum etiam in voluntatibus, sed pròh dolor, quantæ sunt domus, in quibus Christus nūquam habitat, sed diabolus, quia sæpiùs multa iurgia & discordiæ inter coniuges oriri solent. ¶ Sed dubium statim consurgit, quare voluit Dominus hunc puerum, Ioannem, & non Zachariam vocari quod nomen erat patris: quandoquidem multi & insignes viri hoc nomine fuerūt nūcupati, vt fuit Zacharias filius Ioiadæ sacerdotis, qui tāta fuit sanctitate præditus, vt ipse Christus de ea mētionem fecerit, & alter etiam Zacharias Propheta Domini sanctus? Ad quod dicendum censeo, quod si cum Ioanne mansisset lex vetus & antiquum sacerdotium, consentaneum esset, vt Zacharias vocaretur. Sed cum Ioannes esset finis veteris legis (quia lex & Prophetę vsque ad Ioannem) & principium legis gratiæ, quia à diebus Ioannis Baptistæ regnum cœlorum vim patitur: ideò non decuit nomen paternum illi imponere. Ideò Angelus in Ioannis conceptione nouum nomen denunciat, nomen inquam nouæ gratiæ, populo nouo, nouoque sacerdotio maximè accommodatum. Ioannes igitur quanuis sacerdotis filius, in officio tamen sacerdotali, nec in nomine successit patri: quia Deus dixerat. Ecce noua facio omnia. Nam sicut in Ioanne finitum est sacerdotium & lex vetus, quippe, vt inquit Paulus, translato sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat, sic finitum est nomen Zachariæ. Et quia multiplex fuit gratia in Domini præcursore, & tempus gratiæ inchoabat: rectè vocatus est Ioannes. Ipse enim prior omnibus regnum cælorum prædicauit dicens. Pœnitentiam agite appropinquabit regnum cælorum. Aptè itaque dictus est Ioannes qui mundo sub ira Dei laboranti gratiam per Christum conciliādam prædixit. Idq; non vt reliqui Prophetæ de longinquo & obscuris sermonibus & ænigmaticis, sed planè & manifestis signis ipsum gratiæ authorē verbo prophetauit: quē etiam digito demonstrauit. Meritò ergo nomen gratiæ habuit ille qui tātum cumulum gratiæ habiturus erat. ¶ Obserua autem Zachariam non dixisse. Imponamus illi nomen, vel voco illum Ioannem, quia iam ab ipso Domino erat impositum & ab Angelo nunciatum: sed dixit, Ioannes est nomen eius. Tanquam si clarioribus dixisset verbis. Non est opus, vt humano more illi nomen imponamus: quandoquidem ipse Deus proprium nomen illi dedit, nec nos nomen nouū imponimus, sed quod à Deo accepimus imponendū declaramus. Et *mirati sunt vniuersi*. Eo quod placeret nouum nomen, & ob id etiā quia pater mutus, cum matre in nomine conuenissent. Mirabantur, vt homines: quia ignorabant, quid cum infante diuinitus ageretur. Sed vt magis mirētur, audi quid sequitur. *Apertum est autem illicò os eius, & lingua eius*. Hoc est data est illi facultas, vt loqueretur. Phrasis enim scripturæ est. Aperiens os suum loquebatur. Sic in Matthæo legimus, aperiens Christus os suum docebat eos, ideſt, loquebatur ad illos. Et in libro Iudicum dixit Iepte: quoniā nouerat se occisurum quidquid ei reuertēti de prælio occurrisset. Aperui (inquit) os meum ad Dominum. Sic etiam in libro Iob. Post hæc aperuit Iob os suum & loquutus est. Et in Psalmo. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Et in Ecclesiastico. Aperiet os suum in oratione. Et in Actis aperiens Philippus os suū, & incipiens, à scriptura ista euangelizauit illis Iesum. Iterumque aperiens Petrus os suum dixit. In veritate comperi, quia Deus, &c. Apertū est igitur os Zachariæ, sed à quo? Nunquid à Deo, vel à dæmone? Id certè cognosces ex sequentibus verbis. *Et loquebatur benedicens Deum*. Vides iam quomodo à Domino os eius fuerit apertū, quādo in ipsius Dei laudes prorupit. Sāctorum

Genes. 21.

1. Ioan. 4.
Ioan. 20.

2. Paral. 24.
Matth. 23.

Matth. 11.

Apoc. 21.

Hebræ. 7.

Matth. 3.
Marc. 1.

Matth. 5.

Iudi. 11.

Iob. 3.
Psalm. 77.

Eccles. 39.
Actor. 8.

Actor. 10.

rum os Dominus aperit, & implet illud eloquio suo, sicut cum Mose fecit, quando illi dixit. Ego aperiam os tuum & instruam te, quæ oportet te loqui. Sed per Dauidem etiam inquit Dominus. Dilata os tuum & ego adimplebo illud. Et beatissimus Paulus dicebat. Vt detur mihi sermo in adapertionem oris mei. Illi igitur os habent apertum à Domino, qui in ipsius laudes prorumpunt. Alij autem multi sunt, quorū ora diabolus aperit, quia mendacia loquuntur, aduersus proximum effrenato impetu insurgunt, & aliorum famā in ictu oculi diripiūt. Quod si vis, vt ostendam, quomodo diabolus istorum ora aperiat, audi: nam diabolus dixit falsis prophetis Achab. Ego spiritus ero mendax in ore omnium prophetarum eius. Et de scelerato illo Iuda dicit Ioannes, diabolum misisse in cor eius, vt traderet Dominum. Ipse enim aperuit os eius, vt loqueretur cum principibus sacerdotum & Phariæis, quomodo Christum esset traditurus accepta pecunia. Zacharias loquitur vt laudet Dominum, tu verò vt illum offendas. Satiùs enim tibi foret, quādo istum pessimum loquendi modum induisti, vt mutus & elinguis fieres: vt vel sic in tantam conditoris tui ignominiam intrepidus non curreres. Vbi aduertere oportet quod ipsa loquela vnumquenque manifestum facit, cuias sit. Nam ancilla illa hostiaria dixit Petro. Tu Galilæus es, nam & loquela tua te manifestum facit. Vnusquisque enim materno loquitur sermone. Gallus enim Gallico, Hispanus Hispano, &c. Nam cœlestis lingua tota in laudibus sui creatoris versatur: inferni verò lingua in blasphemias, nugas, & mēdacia prorumpit. Quod si tu semper fœda & scelerata verba loqueris signum euidens est te ex numero electorum non esse: imò consortū habere cum illis qui in perpetua miseria & luctu detinentur. Si autem ad illā cœlestem patriam peruenire cupis in diuinis encomijs cōtinuus esto: nā diuinus Paulus in multis suarum epistolarum locis hortatur semper Dominum esse benedicēdum. ¶ Secundo obseruandum est, quòd id, quòd primo Ioānes audit à patre suo id est, sanctissimis verbis & benedictionibus Deū extolli. Vtinam modo priora verba, quæ pueri à parentibus audiunt similia essent. At (quod maxime dolendum est) his nostris temporibus, priùs pueri nouerunt maledicere & nomen Satanæ in oribus suis ferre: quam dulcissimum & suauissimum Iesu nomen: & priùs fœda & obscœna cantica didicerunt, quam Dominicam orationem, quia mendacijs & diuini nominis offensione gaudent, & hæc priora sunt, quæ adhuc lactantes in vberibus matris pueri didicerunt. ¶ Admonemur itidem, quod quemadmodū Zacharias statim restituta sibi loquela Dño benedixit propter acceptum beneficium: sic nos illi gratias agamus quia nos eripuit à malis, & tantis muneribus ornauit. Alioquin ingratitudinis vitio Deo maximè inuiso veniemus taxandi. Vnde si quod ipse Dominus per Esaiam conqueritur dicens. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. Primum vitium carpendum à quo Propheta exordium sumpsit, fuit ingratitudo: cælum & terram in testes adducit, vt ostendat nullum malum simile huic esse. Et Dominus per Hieremiam. Nunquid reddetur pro bono malum? Igitur, vt huius vitij non arguaris, gratias semper agas Dño. ¶ Tertio loco animaduertēdum venit, quam breui tēpore beatus Ioannes suum munus cœpit exercere. Fuit enim Ioannes secūdus pœnitentiæ dux, & ipse fuit, qui vexilla pœnitētiæ statim in circuncisione in altum leuauit: etiam si nullo scelere esset contaminatus. Qui etiam in sua natiuitate pœnitentiam prædicare voluit, & cum pro ætatis imbecillitate non posset, id muneris parenti suo demandauit, cuius os cum mutum esset, apertum est, & prophetauit. Quando aliquis insignis rector eligitur: præcipit rex, vt aliquis nobilis gubernationem accipiat, quousque puer ad maturiorem ætatem deueniat, in qua puer iam grandis factus munus suum recte exercere valeat. Ita sanè cū paruulus esset Ioannes ad prædicationis officium, illud onus patri imponitur: quo factum est vt illustratus prophetiæ munere ipsum Messiam denuntiat, & insignia pœnitentiæ effert. ¶ Quarto tibi obseruandū est, quo pacto restituta est loquela Zachariæ, qua antea priuatus erat: propter peccatum factus est mutus, & propter pœnitentiam restitutus in pristinā dignitatē. Quòd si in melius vitam tuam transmutaueris, & pœnitentiam egeris, mutabit vtique Dominus sententiam, si tu vitam mutaueris. Donat enim Dominus libenter gratiam peccatori per pœnitentiam, quam per peccatum perdiderat, & non solum gratiam, sed etiam omnia, quæ in statu gratiæ meruerat: tribuit

Exod. 3.

Psalm. 80.

Ephes. 6.

3. Reg. 22.

Ioan. 13.

Matth. 26.

Esai. 1.

Ierem. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi. Quid obsecro Zacharias perdidit per peccatum? Loquelam vtique: modo autem (quæ Dñi clementia est & benignitas) non solum loquelã restituit verum etiam altissimum prophetiæ spiritum tribuit, quem antea non habebat. Si igitur Dñs tanta liberalitate, & magnificentia vtitur erga eos, qui ad se conuertuntur, quid est cur ad illum nõ conuerteris? Quare in posterum distrahis pœnitentiam? &c. Nunc autem pro maiori literę explanatione dubitari potest: quod cum Zacharias punitus fuerit propter incredulitatis peccatum, cum verbis Angeli non credidit: postea verò cum vidit filium natũ fidem adhibuit, de culpa emendatus est: quid inquam est in causa, quare in die natiuitatis Ioannis ipsi parenti non fuit loquela restituta, sed protracta est vsque in diem circuncisionis filij, id est, vsq; ad diem octauum post natiuitatem? Ad quod facilè est dicendum, Deum voluisse grandi honore Ioannem afficere, & ipsi mundo sanctitatẽ eius ostendere, vt gratus acceptusque sit hominum oculis. Nanque munus & officium Ioannis, ad quod venerat, fuit vt testimonium perhiberet de Christo: & ad hoc testimonium oportebat, vt ipsi Ioanni magna fides adhiberetur. Itaque voluit Dominus, vt hæc miracula nota & patentia essent, vt ipse Ioannes magis commendaretur. Quocirca si hoc miraculum factum esset in natali diui Ioannis, illud quidem paucis notum esset, sed solũ illis qui in domo habitabant. At cum peruolasset fama illis diebus sterilẽ Elisabet peperisse multa gentium multitudo per illos octo dies conuenit in domum Zachariæ: & in illa solennitate voluit Dominus linguam Zachariæ soluere, vt & mirabilia diceret, & de aduentu Messiæ prophetaret. Sic adeò miraculum hoc sparsum est, vt dixerit Euangelista, quod in omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Hoc enim Domini erat intentum, vt viso hoc miraculo dictis & verbis Ioannis fides adhiberetur: vtpote qui Christum erat prædicaturus, vt ipsius fidem omnes amplecterentur. Et hac de causa oportuit miraculum hoc in eius circuncisione fieri, vt omnibus patens esset. Secundo etiam responderi potest quod in natiuitate Ioannis nondum verba Angeli in totum erant adimpleta. Quia Angelus non solum dixit ipsi Zachariæ nasciturum esse filium, sed etiam nomine Ioannis appellandum, & multa alia prædixit, scilicet, quod multi gauisuri erant in sua natiuitate. Quæ omnia in die natalis non fuerunt adimpleta, quia Angelus vsque ad nominis impositionem dixit eum mutum permansurum, dicens. Donec hæc omnia fiant: & ideò mutus vsque ad illum diem permansit. Sed iam tot prodigijs visis. *Factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc.* De rebus nouis, ac præter vsitatũ naturæ cursum accidentibus mirari solent homines ac timere: hic autem multa erant, quæ meritò generare poterant ingentem admirationem. Itaque vicini omnes timebant, ignorantes quid sibi omnia illa vellent. Videbantur etenim ibi diuinæ potentiæ argumenta efficacia quam plurima, & hæc cœlestis mysterij ignaris timorem injiciebant. Mox verò cuncta hæc per loca illa diuulgabantur, & alij alijs, vel quæ viderant, vel quæ audierant enarrabant: idque fiebat nõ sine occulto Dei mysterio, vt maioris esset fidei apud omnes illa, quæ multorum testimonio confirmabantur. Sic fides nostra sanctissima & verissima (vtpote, quæ Deum ipsum infallibilem veritatem suum assertorem & doctorem habet) clarissimis semper est fulcita testimonijs: ita vt nihil apud nos incertum, nihil obscurum, nihilque commentitiũ sit.

Ioan.1.

¶ Vbi docemur Dei mirabilia, & bona proximorum nota facere, vt ipse Dominus magis laudetur & extollatur. Sic dictum fuit Tobiæ ab Angelo. Opera Dei reuelare honorificum est. Sed iam his nostris temporibus non eum animum induerunt vt beneficia à Domino collata, & à proximis accepta narrent, sed potiùs siquid est defectus & vitij id omnibus notum & manifestum faciunt. Statua illa quam vidit Nabuchodonosor habebat caput aureum, brachia argentea, & ex metallis multis reliqua erat fabricata, pedes verò luteos habebat: in quos cecidit lapis. Ita mali non caput aureum, non argentea brachia non ventrem æreum, per quem virtutes, gratiæ & alia naturæ dona significantur, pertingunt, sed ad debilia & abiecta oculos conijciunt, vt siquid mali in proximis videant, id omnibus notum faciant: virtutes vero secum taciti reuoluunt: cuiusmodi hominibus mundus plenus est. *Et posuerunt omnes qui audierunt in corde suo dicentes.* Vtinam & nos omnia verba & mysteria Dñi in corde nostro seruaremus:

Tob.12.

Dan.2.

Psalm.118

mus: iuxta illud prophetæ: In corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Tamen Dei verba quemadmodum per vnã aurem ingrediuntur, ità per alteram obliuionis aurem exeunt. Et hinc euenit, vt tantis auditis concionibus, tantis prædicatorum vocibus parum vel nihil fructus reportetur: quia nulla nobis cura est, verba Dei in penetralibus animæ recondere vt vel sic, vberrimos & salutiferos fructus nobis pariãt. Sed quia de his inferius octauo & vndecimo capitibus habendus erit sermo: modo videamus, quid isti vicini & cognati Ioannis, qui hæc miracula audierunt, ad inuicem inter se loquantur. *Quis putas, puer iste erit.* Quod si huius pueri à sanctissimo Dauide vate sententiam quæras hyperbolicòs fuisse loquutum in eius sanctitate demonstrat: sic adeo, vt ipsum eandem sanctitatem & Iustitiam appellet. Iustitia (inquit) ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Si autem à Malachia rogaueris qualis sit iste puer: vtique respondebit tibi. Ecce ego mitto Angelum meum, qui præparabit viam tuam ante te. Nec ex his verbis intelligas beatum Ioannem natura Angelum fuisse, sed potius vitæ puritate & integritate conscientiæ. Ità enim sanctissimè & purissimè vixit, vt in hac miseriarum valle vitam degẽs, meruerit cœlestibus spiritibus assimilari, quando eius vita & conuersatio patriam illam beatam & sanctam potiùs redolebat, quam miserum hoc nostrum calamitatum pelagus. Si hoc ab Angelo Gabriele petieris, dicet tibi, eum magnum futurum esse coram domino: ità, vt visus fuerit ipsius naturę prodigium cum & terrenis, & cœlestibus habitatoribus admirationem pepererit. Quod si rogaueris, in quo beatus Ioannes magnus fuerit: rogabo itidem & te, in quo magnus non fuerit? Magnus & admirabilis in conceptione, magnus in suo natali, magnus in vita, magnus in doctrina: in officio, in sanctitate, in dignitate & authoritate, in morte & in gloria. Ità sanè magnus fuit, vt existimarent multi illum esse Messiam: & id circo missi sunt ad eum sacerdotes & Leuitæ à Iudæis, vt ab eo quærerent, vtrum esset Christus. Hinc certè clarè colligitur quanta fuerit ipsius Baptistæ maiestas, quantus vitæ candor & splendor: vt concepta esset opinio illum esse Messiam & perinde Deũ. Ex quo loco etiam facillimo negotio illã peruulgatam quæstionẽ poteris cõponere.

Psalm. 84.

Mala.4.

Ioan.1.

Vter scilicet fuerit sanctior Ioannes Baptista, an Euãgelista. Etenim Baptista non cõtendit, nec certamen init cum aliquo sanctorum: nam homines suam sanctitatem videntes non cum alio, quàm cum filio Dei illum conferunt. Hoc sanè satis dictum putes de laudibus Baptistæ, vt illum omnibus præferas in gloria & honore, factam fuisse collationem inter eum & Christum, esset ne ille filius Dei, an non. Quod si inter sapiẽtes & eruditos viros dubitatio esset in hac re: sufficit tamen in nostrum propositum à populo Messiam iudicari. Et ità inquit Lucas capite tertio. Existimante autem populo an esset Christus. Sunt enim aliqua corpora ità parua, vt à longa distantia minime videantur: alia verò etsi magna sint, tamen propter hebetem oculorum aciem non videntur: alia denique ità maxima, & clara sunt: vt etiam si longe distent, tamen à quocunque videri & cognosci possunt. Ità sunt aliqui sancti, quorum iustitia & sanctitas in ecclesia Christi cognoscitur, & sua festa celebrat. Alij autẽ sunt, qui etsi numerati ad sint cœlestibus illis ciuibus & cum Deo regnẽt in secula, tamen ecclesia nec eos videt, nec suam bonitatem & sanctitatẽ iudicauit. Tertio verò ordine sunt alij ità sanctissimi & illustres, vt à longe distantes ab omnibus cognoscuntur qualis fuit Ioannes Baptista. Nãque non solum nos, qui vberibus ecclesiæ Christi tãquam proprij filij lactati sumus, quique fidei lumen diuinitus infusum mentibus nostris habemus: verum illi, qui extra ecclesiam sunt delitescentes in miseris ignorantiæ & cæcitatis tenebris beatum Ioannem Baptistam sanctissimum esse cognoscunt, quem maximè honorant, & illi festũ celebrant: de cuius magnitudine & excellẽtia in superioribus multa diximus, in verbis illis Angeli. Erit magnus coram domino.

¶ Si verò à patre Zacharia quæsieris qualis ille sit, dicet tibi. Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim, &c. Et si à matre idem rogaueris, respondebit. Vocabitur Ioannes: in quo est gratia, quia totus plenus fuit gratia & Spiritu sancto, vt is, qui in vtero sanctificatus fuit. Si autem Euangelistã roges, dicet tibi. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes. Apostoli etiam erant missi, tamen hi propter officium: Ioannes verò, per natiuitatem: qui ad hoc de ventre matris natus est & ad hoc venit in mundum, vt testimonium perhiberet de lu-

Ioan.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mine. Quod solùm de filio Dei dicitur. Ego ad hoc natus sum & ad hoc veni in mundũ, vt testimonium perhibeam veritati. Idcirco Apostolus vocari potest naturalis Dei patris: illi verò electi sunt à filio Dei, vt nomen suum manifestum facerent: tamen Ioannes natus est Apostolus & missus à patre, vt filium suum manifestum faceret in omnem mundum. Verè quidem de Ioanne dici potest quod ad magnalia fuerit natus. Si quæras à filio Dei, quis putas puer iste erit? Respondebit protinus, quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Quã magnus fuerit diuus Ioannes: quantaque eius excellentia & dignitas, infrà in capite septimo in expositione horum verborum dicemus. Si deniq; à me quæsieris, quis puer iste erit, statim dicam tibi, futurum esse patriarcham, Apostolum, martyrem, virginem, confessorem eremitam, præcursorem, scholam virtutum, magistrum vitæ, sanctitatis formam, normam iustitiæ, pudicitiæ titulum, virginitatis speculum, castitatis exemplum, pœnitentiæ viã peccatorum veniam, fidei disciplinã, maiorem homine, parem Angelo, legis summã, euangelij sanctionem, Apostolorum vocem, silentium prophetarum, lucernam mũdi, Christi mediatorem, domini testem, & totius Trinitatis medium. Denique cum aduersariorum testimoniũ maximi sit momenti, si ab Herode quæras, qui crudelissimus hostis Ioanni fuit, quique ipsum interfecit: quid de puero isto sentiat? virtutibus eius conuictus & coactus dicet tibi: Quem ego decollaui, Ioannes resurrexit à mortuis, & virtutes operantur in illo. Sciebat enim Herodes Ioannem virum sanctum, & iustum & libenter audiebat eum. Tanta fuit beatissimi Ioannis sanctitas, vt eius occisor & inimicus clarum de illo testimoniũ reddiderit. Demum si à turbis queras, quis puer iste erit: vide quid respõdeant. *Etenim manus domini erat cum illo.* Manus (inquit) domini. Id est virtus Dei operatrix miraculorum, in eius annunciatione, conceptione, & natiuitate. Ex quibus probabili ratione arguebant quod in processu temporis magnus futurus esset. Rex Ioas misit sagitam salutis, sed posuit Eliseus manũs. Sic verba Ioannis erant sicut sagita, sicuti Esaias de ipso inquit. Posuit me dominus quasi sagitam electam. Sed manus domini erat cũ illo sicut manus Elisei: atque ideo tot cordа & animos penetrabat. Sic tu quicunque fueris prædicator non poteris auditorũ corda verbo Dei penetrare, nisi dominus posuerit manus super te. Iste autem modus loquẽdi hebraismus est frequẽs in sacris literis. Solet etiam manus non solum accipi pro virtute operatiua miraculorum, vt modo diximus: sed etiam in alijs significationibus. Solet enim aliquando manus accipi pro opere, vt in Psalmo. Qui docet manus meas ad prælium & in Ecclesiaste. Stultus cõplicat manus suas & comedit carnes suas. Manus cõplicare est illas ad opera nõ extẽdere sed turpi otio & quieti se tradere: carnes autem suas comedere est carnis operibus oblectari, & carnis prudentiã sequi: quã merito diuus Paulus mortẽ appellat, eo quod aduersus dominum, qui vita est, effrænato impetu feratur: nam subdit statim. Sapientia carnis inimica est Deo: vel, vt potest etiam ex Greco verti, inimica est aduersus Deum. Qui virtutibus non studet, manus, idest, opera claudit & contrahit: & carnibus suis pascitur & oblectatur. Vbi iam vides aperte quomodo manus pro ipso opere accipiatur. Ità capite primo Aggæi prophetæ. Factum est verbum domini in manu Aggæi prophetę. Hoc est loquutus est dominus Aggæo: qui talia fecit opera vt dignatus fuerit dominus cum ipso loqui. Aliquando etiam manus sumitur pro officio, vt in Prouerbijs. Mors & vita in manibus linguæ. Aliquando pro potestate, vt apud Iosue. Et nunc ecce nos in manu tua. Aliquando pro flagello & percussione, vt apud Esaiam. Conuertam manum meam ad te. Et in psalmo. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat eos, qui te oderunt. Et Iob. Manus domini tetigit me. Aliquando & pro spiritu prophetico sumitur, vt in Ezechiele. Cecidit super me manus domini. Hoc est fui diuino lumine illustratus, & raptus & splendore interno spiritus prophetici repletus. Denique manus domini accipitur pro diuina consolatione, & auxilio, vt est videre apud eundem Ezechielem. Manus domini erat mecum confortans me. Et Esaias. In manu (inquit) forti erudiuit me. Et in Psalmo. Posuisti super me manum tuam, & manus tua deducit me. Accipitur hic manus pro fauore, protectione, cura & auxilio. Nemo enim vnquam tam fortis & magnus est, vt quemadmodum infantes Dei auxilio egent, ità & ipsi diuino fauore & subster-

Ioan. 19.
Mat. 11.
Mat. 14.
Mar. 6.
4. Reg. 13.
Esa. 49.
Psalm. 143.
Eccle. 4.
Rom. 8.
Aggæi. 1.
Prou. 18.
Iosue. 9.
Esa. 1.
Psal. 20.
Iob. 19.
Eze. 8.
Eze. 3.
Esa. 8.
Psal. 138.

sterniculo: qui certè si ignorant quam necessaria illis sit hæc manus proculdubio miserè & infœliciter corruent. Quod cum bene intelligeret Propheta ita cum Domino agit, velut infans, qui matris substerniculo audet pedetentim ambulare. Domine (inquit) non est exaltatum cor meum, nec elati sunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis nec in mirabilibus, &c. Sicut ablactatus super matrem suam, ita retributio in anima mea. Quid ergo? speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsq; in seculum. Et quis est tam insolens (dicet aliquis) qui non ingenuè fateatur se hac Dei manu egere? Certè bona hominum pars videtur mihi hoc in errore versari. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Qui dicũt, auferte, à me viã, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel. An non eiusmodi sunt, qui peruerso itinere & ab Euangelicis legibus alieno gradiuntur, & nullum scelerum genus reijciunt? modo opes congerant, facultates augeant, honores adipiscantur, qui malunt suis cogitationibus, quam diuinis consilijs fidere. Tu ne dicere audebis ab illius manu velle duci: qui cum manum porrigat, tu eam contrahis? Vtiq; non tu auscultas Prophetam, qui inquit, Iacta cogitatum tuum in Dominum, & ipse te enutriet. Hæc verba quid aliud sunt, nisi quædam manus porrectio: à qua rogaris vt velis illam tanquam ducem & sustentaculum amplecti? Tu verò omnia tentare cupis potiùs, quàm illius auxilium. Admoneris in Euangelio, ne solicitus sis, quid manducabis, aut quo operieris: sed id etiam, vt quæras regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia tibi statim adijcientur. Tu verò potiùs areæ tuæ & herreo pleno, quam diuinis verbis fides. Hoc quidem nõ est velle duci Dei manu. *Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto: & prophetauit dicens.* Superius hoc eodem capite scripserat sanctus Lucas Zachariam virum iustum fuisse: iustus autem esse non poterat, nisi sancto spiritu inductus esset. Cur igitur hic dicit impletum esse Spiritu sancto? Intelligendum est, abundantiori Spiritus sancti gratia: nam prophetiæ munus accepit. Ob seruа autem priùs dixisse repletum esse Spiritu sancto, posteà verò illum prophetasse: quia prophetare opus Dei est iuxta illud Petri. Non voluntate humana allata est aliquãdo prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei omnes. Quo circa operæpretium erat vt priùs Spiritu sancto repleretur, quàm prophetaret. Vbi etiam aduertas etiam beatam Elisabeth repletam fuisse Spiritu sancto, & prophetasse, vt in superioribus ostendimus: sed paucis sermonem absoluit: Zacharias autem prolixiori cantico prophetauit & in laudes Domini prorupit. In qua re docemur mulieres paucis debere loqui, nec munus prædicationis illis esse cõmittendum: vti sunt aliquæ quæ publicè prædicare verbum Dei populo assuescunt. Aliæ autem sunt mulieres: quæ in libellis publicis suam sententiam proferunt: existimantes se aliquid scire, cum nihil sapiant, & ita superbiunt & inflantur, vt velint prolixos de Deo sermones alijs prædicare: neq; in his pro sua insania: & amentia sistunt, sed concionatorum verba examinare nituntur, & suis vanis capitulis in medio proferre sententiam, & denique interpretes fiunt eorũ, quę sacerdotes in Ecclesia Christi proferũt. Quæ quidem si Apostolum Paulum audissent, suæ dementiæ damnationem audirẽt. Mulieres (inquit) in ecclesia taceant, non enim permittitur eis loqui: si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Et iterum. Mulier cum silentio discat, in omni subiectione, &c. ¶ Sed iam videndũ supereſt, quid vlterius Zacharias dicat. Demonstrat etenim quid Christus nõdum natus suo tempore facturus esset: adiungens etiam de puero Ioãne, id quod iam pridem ab Angelo didicerat. *Benedictus Dominus Deus Israel.* Quando nobis consuetum est dicere, Laudetur Deus, siue Deo sit laus: Iudæis est mos dicere, Benedictus Deus. Sic Diuus Paulus. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi. Et in Psalmo legitur. Benedictus Dñs Deus meus, qui docet manus meas ad prælium. Et iterum. Benedic anima mea Dominũ. Idest, lauda, magnifica, & magnalia ipsius prædica. Nanq; benedicere laudare significat. Laudibus immensis Deus est extollendus, qui pro tanta sua pietate & misericordia dignatus est inaudito & mirabili modo populum suum inuisere, qui miseræ pristinæq; seruitutis tædio laborabat: aduersus quem peccatum & mundus inaluerunt, nec non ipse Satanas Christiani nominis acerrimus hostis, sic adeò vt nulla spes esset in lege, quæ ad perfectum in cæremonijs suis non adduxit. ¶ Præterea Dominum vocat iure possessionis

Psalm. 130.
Psal. 48.
Esai. 30.
Psalm. 54.
Matth. 6.
2. Petr. 1.
1. Cor. 14.
1. Tim. 2.
2. Cor. 1.
Psal. 143.
Psalm. 102.
Hebræ. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hester. 13. sessionis: de ipso nanque scriptum est. Dominus vniuersorum tu es. Et Rursus. Domine rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita: & non est qui possit resistere voluntati tuæ. Et in Sapientia dicitur. Tu autē dominator virtutis cum tranquillitate iudicas: & cum magna reuerentia disponis nos.

Iob. 34. Dominus etiam est ratione imperij, vt dicitur in libro Iob. Quem constituit alium super terram, aut posuit super orbē quē fabricatus est? Ratione quoque gubernationis dominus est: iuxta illud psalmi. Dominus nomen illi. Vocatur item & Deus ratione creationis. In principio creauit Deus cœlum & terram. Et Esaias inquit. Ego ipse, ego ipse primus & nouissimus. Et insuper Deus Israel vocatur potissimē quā alterius cuiusuis nationis, duabus de causis. Tum quia solus populus Iudæorum vnum Deum colebat verum. Vnde Deus Israel sæpius in sacris literis appellatur. Vt est illud psalmi. Notus in Iudæa Deus, & in Israel magnum nomen eius. Et in Deuteronomio. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et iterum in psalmo. Qui annuntiat verbum suum Iacob, iustitias & iudicia sua Israel. Secundo non ob id solum, quia potissimē à populo Israel colebatur Deus Israel dicitur: sed etiam propter peculiaria beneficia huic populo exhibita. Vnde in Deuteronomio Moses huic populo inquit. Te elegit dominus, vt sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram, quia dilexit te dominus. Non enim (vt regius psalmographus ait) fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Quod apertè ipse dominus ostendit eis dicens. Ego enim sum dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti. Ac si diceret. Peculiari quodāmodo Deus tuus sum, quia maxima & illustria beneficia in te contuli. Id autem vnum magnum fuit, quod eduxi te de terra Ægypti: vbi manus tuæ seruierūt, & linguam, quā non noueras audisti. Huc etiam pertinet id, quod in Matthæo legitur, dominum dixisse mulieri Cananææ. Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Quòd si peculiariter dictus est dominus Deus Israel, quia singularia beneficia contulit in illum populum: quid est, quod non potius Deum tuum, & dominum tuum illum appelles cum pluribus & maioribus nominibus id tu possis facere, quando quidem cum tantis sis flagitijs & sceleribus coopertus, toties te liberauit, & in pristinam animi valetudinem restituit? Non enim sanguinem suum pro illis, sicuti pro te misero peccatore effudit. Si illos eduxit de Ægypto & de seruitute impij Pharaonis: te autem ab infidelitate, ab ignorantiæ tenebris & à dæmonis tyrannide liberalissimè eripuit: & in suæ ecclesiæ libertatem te constituit, vt possis tandem hæreditatem illam adipisci, in qua ipse cum sanctis suis glorioßissimè habitat. Quòd si familiariter, cum illis agebat, tecum etiam propinquius & familiarius agit: quia in sacratissimo altaris mysterio illum in anima & corpore tuo sumis, quodquidem humanis verbis neutiquam exprimi potest quantæ familiaritatis & amicitiæ signum euidens sit. Illi quidem dicebant. Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. De qua re meliùs tu gloriari poteris cùm Deum & redemptorem tuum ità tibi coniunctum habeas. Quemadmodum igitur quilibet sua propria bona diligit: ità tu Deum diligere debes, qui sic adeò tuus est, vt se ipsum totū tibi tradiderit corpus & sanguinem præbens. Quid igitur est, quòd si tuum esse dicis, tu illi non te tradis, vt ipsius voluntati obtemperes? Nequibis enim illius esse miles si carnis & rerum mundanarum amoribus te ipsum consecraueris. Modo autem subdit Zacharias causam, quare dominus laudandus & colendus sit. *Quia visitauit*. Visitauit nos, non aliter ac peritus medicus iacentem infirmum, vt illum subleuet, sanitatem restituat, & vt doloribus & angoribus suis finem imponat. Quodquidem eleganter in Exodo exprimitur. Visitando visitaui vos, & vidi afflictionem vestram. Et Sophonias, Visitabit (inquit) eos dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Et regius vates ad dominum clamabat dicens, visita nos, in salutari tuo. Hoc ipse olim per Prophetam suum promiserat dicens. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas. Quod dixerat adimpleuit, quā do humanitate assumpta venit quærere & saluare afflictos corde. Sic enim turba clamauit videns tanta miracula, Deus visitauit plebem suam. De illo nanque (vt noster Lucas ait) exibat virtus & sanabat omnes. Vbi diligenter aduertere debes, ne talem visitationem contemnas. Caue ne cum tanta ægritudine laboraueris, ipsi cœlesti

Psal. 67.
Gen. 1.
Esa. 48.
Psalm. 75.
Deute. 6.
Psal. 147.
Deute. 7.
Psalm. 147.
Psalm. 80.
Matt. 15.
Exo. 14.
Deute. 4.
Exo. 3.
Sopho. 2.
Psal. 105.
Ezec. 34.
Luc. 4.
Luc. 7.
Luc. 6.

lesti medico fores claudas. Etenim si illum benignum & misericordem contemnis: timeo certè ne posteà illum iracundum non valeas sustinere. Nam ipse dicit. In die afflictionis visitabo, & hoc peccatum eorum. Et in Leuitico. Quod si non audieritis me, sed spreueritis leges meas. Et in Psalmo ipsemet. Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Quid est, quod tam acerbum supplicium minatur Dominus? Certè non ob aliud, nisi quia, vt ipse Saluator ait, non cognouit tempus visitationis suæ. O quam diuino amore, quantis ad ostium clamoribus, quantis inspirationibus supernus iste medicus te visitat: qui cum sic adeò tuā salutem & incolumitatem desideret, si cum his in melius non proficis, vlteriùs in curatione persistit, & alia antidota componit, scilicet, infirmitates, amicorum & parentum subitas mortes. Quæ sanè omnia ea ratione adductus facit nè in tremenda illa die extremi iudicij in manus eius incidas, qui tanquā rectissimus medicus te iudicaturus veniet. De qua die beatissimus Petrus ait. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet, in die visitationis. Sed vlteriùs progrediamur, vt videamus, quid cœlestis iste medicus in sua visitatione fecerit, vtrùm opera an sola verba fuerint. *Et fecit redemptionē plebis suæ*. Vt videremus quanta sit differentia in visitationibus prophetarum, & in suo aduentu, in quo sacratissimum incarnationis mysterium fuit factū. Ille enim amor, quo semper nos prosequutus fuerat, non verba solum nobis non dedit, sed etiam admirandum opus perfecit. Fecit enim sanctissima sua passione redemptionem talem, quæ tale pretium postulabat, nimirum sanguinem illum immaculati agni, qui pro nobis in ara crucis fuit effusus. Vbi tu discere debes, ne debita solum verbis rependas & etiam id semper præ oculis constituendum putes, vt animam tuam plurimi facias, quando tanti stetit, vt non minus, quam Dei sanguis pro illa fuerit solutus. Empti enim estis (inquit Apostolus Paulus) pretio magno: glorificate & portate Deū in corpore vestro. Quod si intelligere cupis quanti valoris pretium in hoc fuerit audi Apostolum Petrum Ecclesiæ principem. Non enim corruptibilibus auro & argento redempti estis, de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. ¶ Fecit præterea redemptionem, non quam veniens suam inuenit: sed quam visitando & redimendo suam fecit. Obserua etiam dixisse factam redēptionem, quia foribus aderat, cum ei Angelus dixit filium suum, Messiam præcessurum in spiritu & virtute Heliæ: vel eo certè, quod Spiritu sancto repletus intellexerit, ipsum Messiam in virginis vtero iam esse conceptum. Dixit itaque iam factam propter certitudinem euentus. Id etiam sanctus Dauid ob certitudinem redemptionis futuræ multis retro seculis dixit. Redemptionem misit Dominus populo suo. Et alibi ob eandem causam ad noua cantica inuitat, dicens. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit sibi, &c. Notū fecit Dns salutare suum, in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam. Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri. Iam vides quomodo regius vates pro tanta rei certitudine mirabili encomio ea prædicet, quę multis posteà temporibus erant adimplēda. Sic etiam sanctus Esaias hanc fœlicitatem toti orbi venturam quasi præsentē contemplans dicebat. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus, &c. Et alibi, prosperam Ecclesiæ fœcunditatem intuens ait. Exulta sterilis, quæ non paris, &c. Et videns Israelitici populi angustam habitationem propter tantam gentis multitudinem, quæ cōuertenda erat ad fidem, inquit. Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. Ne parcas lōgos facfuniculos tuos & clauos tuos consolida. Ad dexteram enim & læuā penetrabis, & semen tuum gētes hæreditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Et contemplans Apostolos & Euangelicos prædicatores, qui orbem terrarum erant peragraturi, inquit. Quam pulchri sunt super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annuntiātis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, Regnabit Deus tuus. Hæc illi tot ante secula gratulantes canebant. Nos verò qui hæc omnia impleta cernimus tā ingrati sumus, vt mirum sit si quando eorum contēplatio animos nostros subeat. ¶ Perpende etiam quomodo beneficia suo generi collata priuatis anteponit. Non lætatur, non gratulatur ob susceptum filium ac tantum filiū, quantum futurum audierat ab Angelo: sed præparatæ redemptionis duntaxat suo populo

Exod. 32.
Leuit. 26.
Psalm. 88.
Luc. 19.
1. Cor. 6.
1. Petr. 1.
1. Petr. 5.
Psalm. 100.
Psalm. 97.
Esai. 40.
Esai. 54.
Esai. 52.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulo meminit. Benedictus (inquit) dominus Deus Israel. Quare? Non quia dedit mihi filium, non quia restituit loquelam, & abstulit opprobrium sterilitatis: sed quia fecit redemptionem populo suo. *Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.* Cum lingua Hebræa vetustissima sit, tales sibi habet vsitatos loquēdi modos, qui in alijs linguis non inueniuntur: qui quidem nisi recte intelligantur impediunt proculdubio sanctarum scripturarum sensum: ob cuius causam multi in miseros errores fuerunt lapsi. Nam cum significare vult, aliquem vitam suam discrimini mortis offerre: dicit habere vel ponere animam in manibus. Vt est illud.

Psalm. 118. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuam non sum oblitus. Hoc est, quanuis cunctis periculis expositus essem, nunquam tamen obliuiscerer tuæ legis. Et de

1. *Reg.* 20. 1. *Reg.* 28. Dauide dixit Ionathas patri suo. Posuit animam in manu tua. Id est, se obtulit morti propter te. Sic Pythonissa eidem Sauli, posui animam meā in manu tua. Item pro eo quod est facultates & familiam augere, hæc lingua dicit, ædificant sibi domum. Vt est illud. Nisi dominus ædificauerit domum. Et

Psal. 126. *Rut.* 4. cum Ruth fuit data Booz in vxorem, dicebant vicini. Faciat tibi dominus sicut Lię, & Rachel: quæ ædificauerunt domum Israel. Et in Exodo de obstetricibus quæ fauerunt Israelitis: ædificauit (inquit) illis dominus domos. Et in eodem de Mose dicitur.

Exo. 1. *Exo.* 2. Fuit in manibus eius fidelitas. Id est, fuerūt manus eius firmiter extentæ. Vocant dominum verborum, eum qui habeat causas: præcipites corde, vocāt pusillanimes dicūt mutare fortitudinē, pro armare se respōsis, eos vocant qui coram iudice habent causam discutiendam: appellant vestes libertatis nobiles: vocāt primogenitum mortis dolorem grauissimum. Multaque his similia dicunt, quę cū à nostro sermone aliena sunt aduertenda esse oportet à sacræ paginæ studiosis, ni grauiter errare & decipi velint. Hoc in loco cornu accipitur pro fortitudine, victoria, virtute, gloria & regno, potētia & maiestate. Quadrupedum nanque animalium robur & virtus cornua sunt, quibus huiusmodi bestiæ aduersus alia animalia bella gerunt & superbiunt. Reges enim sancto cornu oleo vngebantur. Sic ille prophe

Zacha. 2. *Thren.* 2. ta antiquus Zacharias ait. Ecce quatuor cornua, id est regna. Et in Threnis dicitur. Confregit in ira sua omne cornu Israel, id est omnem fortitudinem. Et Anna mater Samue- 1. *Reg.* 2.
lis in suo cántico sic dicit. Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo: & sublimabit cornu Christi sui hoc est regnum & potestatem Christi sublimabit. Itaque in hoc loco cornu pro fortitudine & regia potentia sumitur, vt sit sensus. Excitabit potentissimum & fortissimum regem, in domo Dauid regis: qui tantum viribus præstet vt manus conserens cum inimico Satana ipsum superet & vincat. Potens erat tyrannus qui plurimo satellitio stipatus omne genus hominum expugnabat à quo viribus humanis vindicari non poterat libertas Israelitarum. Solus Deus hoste potentior dedit infirmis robur mittens potentissimū & inuictissimum ducem, qui diuinæ virtutis cornu opes & vires aduersariorum infringeret & labefactaret. ¶ In domo Dauid *Psal.* 131.
inquit: quia hoc beneficium Dauidi promiserat dicens. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam: peruenturum hūc ad omnes, qui iuxta spiritum promerentur esse filij Dauid, non degenerantes à veritate patris. Huius pugnę præludium fuit pugna Dauidis aduersus illum superbissimum Goliath, & huius meminit Christus cum di- 1. *Reg.* 17.
xit. Fortis armatus custodit atrium suum, in *Luc.* 11.
pace, &c. Huius etiam pugnæ meminit *Colo.* 2.
Paulus dicens. Et vos cum essetis mortui in delictis, & in præputio carnis vestræ: hoc est in gentilitate & in idololatria vestra, cō uiuificauit Deus cū Christo, donans vobis omnia delicta, delēs quod erat aduersus vos chirographum decreti, quod erat contrariū vobis, &c. Vbi eleganter diuus Paulus hoc in loco aduersarios nostros à Christo non tantum victos, sed etiā omnibus armis & prę fidijs spoliatos, id quod sacrum euangeliū, ostendit. Et Paulus ad Hebræos testatur
Heb. 2. Christum per mortem suam eū destruxisse, qui mortis habebat imperium. Etenim
Iob. 41. quis posset nos à dæmonis potestate & seruitute eripere: cum de ipso dicat Iob nullam esse potentiam super terram quæ cum illo valeat comparari? Bene quidem dicit patiētissimus Iob super terram, huius crudelissimi tyranni expertus vires, nam filius Dei à summo cœlo descēdit incredibili & diuina virtute eum destructurus. *Sicut loquutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt prophetarum eius.*
Actor. 10. Sic in Actis legimus. Huic omnes prophe-
Actor. 3. tæ testimonium perhibent. Et iterum. Deus, qui prænuntiauit per os omnium pro-

prophetarū pati Christum, adimpleuit sic. Obserua autem, non dixisse per ora, sed per os: vt scias quòd quanuis diuersis temporibus, vno tamen ore omnes prophetæ loquuti sunt, & eadem docuerunt, & concordi animo de filio Dei prophetarunt. Vbi etiam nec illud obliuiscì debes quod sanctos appellat prophetas, vt eos semper summa veneratione colas & suspicias. Præterea longum id esset modo omnia testimonia, quæ de Christo loquuntur in sacra pagina in medium adducere. Nihil enim egit, aut passus est, quod antea non fuerit in veteri lege prophetatum. Nam eius incarnatio, natiuitas, Magorum aduentus, doctrina, miracula, passio, resurrectio à mortuis, ascensio in cælum, Spiritus sancti missio, & denique cætera alia longe antea à prophetis prædicta fuerunt. Vnde merito ipse Christus dixit.

Ioan. 5. Scrutamini scripturas, quia illæ testimoniū perhibent de me. Et iterum. Si Mosi credideritis, vtique & mihi: de me enim ille scripsit. Et rursum. Quoniam sic scriptum est,

Luc. 24. & ita oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Sed videamus quid vlterius addat. *Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos.* Quod Zacharias antea obscuris verbis dixerat de cornu erectione, idem modo interpretatur. Erectum est cornu, sed non frustra: quoniam cum ipso restituta est nobis salus ab inimicis, ne vltra animas violenter raperent. Liberauit nos Christus Dominus ab hostibus nostris. Hanc salutem ex inimicis promiserat olim Deus ecclesiæ suæ dicens. Exaltabitur manus tua super hostes tuos: & omnes inimici tui interibunt. Et beatus Ioannes ait: In hoc apparet filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Quod sanè non de corporalibus inimicis intelligendum venit sed de spiritualibus, qui semper nos maximo odio prosequuntur. Hos Christus vicit in cruce, & de eis insigni & glorioſa victoria triumphauit, vt ipse postea dixit: qui & de dit virtutem suis calcandi super serpentes & scorpiones, & supra virtutem omnem ini

Luc. 10. mici. ¶ Vbi obseruandum est quod dæmones non odio nos habent, quia aliquid mali ipsis intulimus, sed quia ipsi oderunt Deum, & quia sciunt ipsum velle sanctificationem nostram: ne autem voluntas Domini adimpleatur impēdimenta ponunt iustificationi nostræ. Obstinatus enim & sua malitia induratus pro viribus suis diuinæ voluntati resistit, & in id conatum adhibet, vt nunquam adimpleatur. Expende etiam quod Deus odio haberi minimè potest ratione suæ Deitatis: nam cum voluntatis obiectum sit bonum, impossibile est, vt Deus qui per essentiam bonus est, odio à sua creatura habeatur. Habetur enim odio à damnatis & peccatorib⁹, & precipue à dæmonibus per quosdam effectus, qui repugnant inordinatæ voluntati: sicut inflictio pœnæ & etiam cohibitio peccatorum per legem diuinam, quæ repugnant voluntati deprauatæ per peccatum, & quantum ad considerationem talium effectuū odio haberi potest Deus, in quantum apprehenditur, vt peccatorum prohibitor, & pœnarum inflictor.

Psalm. 73. Sic in Psalmo dicitur. Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Et apud Ioan-
Ioan. 15. nem Christus de Pharisæis inquit. Nunc autem viderūt & oderunt me, & patrem meū: vt impleatur quod in lege eorum scriptum
Psalm. 34. est. Quia odio habuerunt me gratis. Hoc peccatum grauissimum est: nam hæc voluntaria auersio à Deo per se ipsam diuinum odium importat, in alijs autem participatiuè & secundum aliud. Quemadmodum enim voluntas ei inhæret quod amat, ita per se refugit id quod odit: & idcirco quādo aliquis odit Deum, voluntas ipsius per se ab eo auertitur. At in alijs peccatis sicut in furto, aut in fornicatione non auertitur per se à Deo, sed per aliud: in quantum appetit inordinatum commodum, aut delectationem, quæ habet adiunctam auersionem à Deo. Semper autem id, quod est per se est prius, quam id, quod est per aliud, quapropter odiū Dei inter alia peccata grauius est. Dęmones igitur nos persequuntur: quia scelerato hoc vitio sunt pleni. Venit igitur Dñs *Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.* Neque adscribendam putes hanc liberationem ab inimicis, tuis meritis, nihil enim nobis debebat: sed sua tantum benignitate motus carnem mortalem induere fuit digna tus, vt ab inimicis nostris nos eriperet. Nullo sub merito cadere potest diuini verbi incarnatio. Vnde Diuus Paulus. Propter *Ephes.* 2.
nimiam charitatem suam, qua dilexit nos *Tit.* 3.
Deus, misit filium suum vnigenitum natum ex muliere, factum sub lege, &c. Et iterum. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit per lauacrū regenerationis,

nis, quam effudit in nos abunde. Et Dauid loquutus de incarnatione inquit. Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis. Misericordiam (inquit) fecit Deus cum patribus nostris: quia incarnatio, redemptio, & liberatio à dæmonis tyrannide opus fuit ineffabilis misericordiæ & maximæ pietatis Dei: quamuis de congruo meruerunt hoc sancti patres desiderando & petendo: cõgruum enim erat, vt Deus exaudiret eos, qui ipsius mandatis obediebant. Facienda erat cum sanctis patribus misericordia, qui fidem veram, & obedientiam promptam domino seruauerunt cum omnibus sanctis prophetis, qui hæc prædixerunt futura, & pro veritate ludibria, mortem, & ignominiosa tormenta passi sunt. Prolata est hæc misericordia, vt magis ac magis crescret desiderium eorum, & vt magis eorum affectus inflammarentur. Propterea testamentum sanctum, cuius memor fuit, promissio est futurorum, promissio inquam filij sui sancti sanctorum, & firma pollicitatio bonorum cælestium, cuius memor fuit, cum plenitudo temporis venit. *Psal.118.* Hoc est, quod petebat Dauid dicens, Memor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti. Ex verbo datur spes: & ideo Dauid fiduciam & spem habebat in verbo, cuius memorem dominum esse vult. Aduerte autem quod aliud est testamentum sanctum, & aliud testamentum sancti sui. Testamentum sanctum, est testamentum vetus, ab homine datum: sed testamentum sancti sui est testamentum Christi Redemptoris nostri, quod est nouum. Sic Dauid. Respice in testamentũ tuum. Id est illud quod proposuit per filium suum sanctum cuius Zacharias dicit dominum memorari. *Psal.72.* De hoc etiam loquitur Ieremias dicens. *Iere.31.* Ecce dies veniunt, dicit dominus, & feriam domui Israel, & domui Iuda pactum nouum, alias testamentum nouum: non secundum pactum, quod pepigi cum patribus vestris in die, qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de terra Ægypti. Testamentum sanctum sanguinem habet hircorum, taurorum, vitulorum & aliorum animaliũ, nec liberationem captiuorum: sed in nouo instrumento fuit sanguis filij Dei, & libertas animarum sicut prædictum fuerat per alium Zachariam prophetam. *Zacha.2.* Tu quoque (inquit) in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. De quo sanguine dominus ait discipulis. Hic est sanguis meus noui testamenti: qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. *Luc.22.* In vita enim potest testator aliud instituere testamentum firmius: ideoque testamentum sanctum reuocatum est, testamentumque sancti sui morte testatoris confirmatum est, & ideo irreuocabile quod Christi morte fuit signatum. *Hebr.9.* Vbi obseruabis, quòd memorari sui testamenti sancti dicitur quia habuit se ad modum recordationis, quando diuinum illud pactum impleuit. Vnde Esaias. Ego ipse qui loquebar, ecce adsum. *Esa.52.* Sed quia inter patres promissio illa, quæ Abrahæ facta fuerat celebratissima habebatur, meritò in sequentibus Zacharias addidit dicens. *Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturũ se nobis.* Hic modus loquẽdi scilicet, iusiurandũ quod iurauit: frequẽs est in sacris literis, vt expectãs expectaui, exultatione exultabunt, benedicens benedicã, multiplicans multiplicabo dolores tuos. Quidã dicunt esse idioma Hebraicæ linguæ: alij vero dicunt quandam vehementiam & confirmationem sententiæ significare, vt videns vidi, id est optimè vidi: cognoscendo cognoui, id est valde vel maximè cognoui. Sic & in proposito iusiurandum, quod iurauit: quia vehementi quodam affectu iurauit Abrahæ Christum ex eius se *Genes.22.* mine esse nasciturum. Per memetipsum iuraui (inquit dominus) quia fecisti hãc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me benedicã tibi, & multiplicabo, &c. Hoc etiam asseruit D. Paulus ad Galatas & *Gala.3.* Hebræos, Postquam dixerat Zacharias mi- *Hebr.6.* sericordiã fecisse cum patribus nostris, vbi opus misericordiæ ostendit incarnationem fuisse: modo cum dicit in hoc versiculo iusiurandum quod iurauit, addit promissionem sub iuramento factam Abrahæ. Ex quibus etiam colligimus opus incarnationis opus misericordiæ fuisse & debiti. Sed dices protinus, si misericordiæ fuit, quomodo & debiti? & si debiti, quomodo misericordiæ? Audi. Debebat nobis, aut potius sibi ipsi, quia promiserat redemptionem: sed eam promiserat, non nostris adductus meritis, nec nostris demeritis prohibitus, quod sanè totum misericordiæ & gratiæ fuit. Sed iam obsecro vt gratiam & misericordiam videas. Adam & Eua primi nostri parentes diuinũ *Genes.3.* mandatum transgressi, merentur pœnam æternam: verum Deus ab his non rogatus, nullisq;

nullisque meritis prouocatus, vltro pollicetur saluatorem, dicens. Inimicitias ponã inter te & serpentem, & semen tuum, & semen illius, & ipsum suum semen conteret caput tuum. Hic promisit saluatorem, qui serpentis caput, id est, diabolũ cum quo loquebatur, contereret. Sicut igitur dominus sua bonitate & clementia adductus ipsum hominẽ condidit, ita eadẽmet ductus benignitate hominẽ suapte malitia lapsum restituit. Ideo redemptionis opus merito miseri cordię opus dicitur. Misericordię enim est, eo ꝙ promiserat nullis nostris meritis exigẽtibus, debiti tamẽ eo quod promissa exhibuit. *Psal.118.* Idcirco Dauid promissum tanquã debitum petit, dicens. Memor esto verbi tui, in quo mihi spem dedisti. Nemo nanque redemptionem expectare posset, nisi dominus illã esset pollicitus, sed pollicitatione facta, iam cõfidenter & audacter illã *Psal.131.* expectare, possumus. Iurauit Dauid veritatem, & non frustrabitur eum de fructu ventris, &c. *Gene.22.* Et Abrahæ dixit. Per me ipsum iuraui, &c. His promissionibus nitebantur patres veteris testamenti, & bene sciebant *Psal.64.* illas non fore irritas, sed rogabant, vt citò adimplerentur. Hinc illæ voces. Vtinam dirumperes cælos & descenderes.

¶ Vbi diligenter obseruabis quomodo promissa sua dominus impleat, quanuis Iudæi pactum, quod illi promiserant, non verum fecerunt. Ipsi enim dixerunt Mosi, quod- *Exod.24.* cunque nobis iusserit Deus faciemus. Nihi lominus cito præuaricati sunt pactum, sed ideo dominus promissa non reuocauit. Vide quam firmæ & stabiles sint diuinæ promissiones, quia adimplet quod pollicitus est, licet ij, quibus promissiones fiunt, nequaquam fidem datam cõpleant. *Psal.131. 2.Reg.11* Promiserat Dauidi Christũ, cum autẽ peccauit Dauid possent multi existimare, Deum suam promissionem reuocaturum, sed dominus qui firmissimus est in suis verbis, quique nunquã falli nec fallere quenquã assueuit, *Psal.50.* promissis stetit. Hinc ipse Dauid. Vt iustificeris (inquit) in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ac si diceret. Præsta promissum tuum, nõ, quia ego dignus sum, sed vt appareat & elucescat, quàm verax & iustus sis in tuis promissionibus. Sic in præsentia Zacharias inquit, dominum promisisse semini Abrahæ salutẽ illis daturũ per Christum. Sed cum ipsi reijcerent legem Dei, existimare possent dominũ verbum suum reuocaturum, verũ incredulitas eorum diuinum pactum non fregit, potens est quippe dominus quibuscũque promissa sua vera facere. Promiserat igitur filiũ suum daturum nobis, & in rei veritate, vt dixit, adimpleuit. Quia Deus pater seipsum dedit nobis in filio cum eiusdẽ naturæ sit, & substantiæ cum patre. Dicitur etiam se ipsum dare eis, quibus gratiã & charitatem infundit. Sicut enim datus est Iudæis, datus est etiam tibi per gratiã & charitatẽ. Ea enim est liberalissima dilectio, qua quis alteri se ipsum præbet. Sic Hieremias. Dominus *Threno.3.* pars mea, dixit anima mea, propterea expectabo eum. Paruulus enim natus est nobis, *Esai.9.* & filius datus est nobis. Vbi videre licet *Roma.8.* Dei liberalitatem & magnificentiã. Si promisit daturum se nobis, & illum dedit, quo modo cum illo, non omnia nobis donauit? Sed forsitan dicet aliquis. Ad quid hoc spectabat? Quid hæc, quæ retulimus sibi volunt? Quis redemptionis nostræ finis? *Vt si ne timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.* Liberauit nos dominus per crucem & passionem suam à morte, & à tanta dæmonis tyrãnide, vt non simus toti intenti ebrietatibus & delicijs, sed, vt sine timore ipsi Deo seruiamus. Vult enim vt filiali illo timore, quo sancti Deo obsequuntur, seruiamus illi, non autem timore seruili, quem charitas foras mittit. *1.Ioan.4.* Vt seruiamus illi, & non alteri, vt videretur illud Deu- *Deute.6.* teronomij recordari. Dominum Deum tuũ adorabis, & illi soli seruies. Nemo nanque duobus dominis inter se tam longo discrimine dissidentibus seruire potest, vt sunt Deus & diabolus. Necesse erat prius libera- *Matth.6.* ri morte filij Dei de manu inimicorum nostrorum qui dæmones sunt, quam Deo seruiremus. Prius soluenda sunt peccatorum vincula, prius à carceribus & compedibus exire oportet, quam vt possimus sedulum famulatũ Deo exhibere. Et idcirco prius ostendit, à qua seruitute liberandi sumus, scilicet, ab inimicorum manibus, & statim cui inseruiendum sit summa diligentia, & solicitudine. Hoc est, quod Paulus inquit *Roma.9.* ad Romanos scribens. Liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. Et Abrahæ locu- *Gene.22.* tus est dominus in hunc modum dicens. Possidebit semẽ tuum portas inimicorum suorum, hoc est, occupabit ciuitates, & munitissima quæque loca inimicorum suorũ. His cõcinit sanctus sacerdos dicẽs. Vt sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

timore de manu inimicorum, &c. Quāuis hæc, quæ dicit Zacharias melius intelligenda putem de inimicis inuisibilibus: nam Christus nō liberauit Israelem à seruitute Romanorū. Nec tēporalis fuit redemptio, vt multi Iudæorum, falso existimabāt, sed potius spiritualis, quia spiritualiter liberauit nos Christus sua morte à dęmonum potestate. ¶ Verum antequam ad alium versum gradum faciamus, duo hic obseruāda sunt. Primū est, ideo optādū esse ab hostiū molestijs liberari, vt tranquillius Deo vacare possimus, & maiori cum libertate illi seruire. Nunc vero ingratissimi homines tunc temporis potius à Deo procul fugiūt, cum ab hostium tumultibus tuti & tranquilli sedent, cum ab ipso Deo liberalissimo tot tā tiąue inimici procul sint fugati. Et quod non sine lacrymis dici potest, cum maiori pace fruuntur, tanto maioribus vitijs contaminantur. Ob quā causam benignissimus dominus qui salutē spiritualem animæ nostræ vehemēter exoptat, bella, egestatem, & pestem immittit, vt solet pater sceleribus filij adductus in eum animaduertere, cum licentia deterior fit. Quā rem pulchrē & eleganter exprimit Esaias cum in persona vineæ de ingrato filio loquitur. Plantaui (inquit) vineam electam, ædificaui turrim, &c. Quid debui facere vineæ meæ, & non feci? Quare expectante me vt faceret vuas, fecit labruscas? Sequitur. Auferam sepem eius, & erit in direptionem, diruā maceriā eius, &c. Quid est igitur quòd dominus sic cū illa se habuit? Sequitur. Væ, qui coniūgitis domū ad domum, & agrū agro copulatis. Primum propter auaritiam, secundum ob crapulam addidit. Idcirco ait. Væ, qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam. Diuitiæ & saturitas sunt causa vitiorum, & idcirco flagellis animaduertit, vt meliorem vitæ conditionem induamus.

Esai.5

¶ Secundo obserua tibi, quod vt nos Deo tradamus oportet, vt ipse prius se nobis tradat, & vt illi seruiamus oportet, vt ipse prius viam ostendat, quomodo illi sit inseruiendum. Et idcirco in versiculo præcedenti dixit se nobis daturum, & postea dixit vt sine timore de manu inicorum nostrorum liberati, seruiamus illi. Hoc est, ideo promisit dominus Abrahæ se ipsum nobis daturum, & nos liberaturum de manibus inimicorum, vt seruiremus illi. Nanque ni prius ipse nobis aliquid præstiterit, quòd ei possimus donare: ità natura sumus pauperes, vt nullo digno ministerio ei inseruire possimus. Hinc est quòd in psalmo inquit Dauid. Quid retribuā domino, pro omnibus, quæ retribuit mihi? Respondit dicens. Calicem salutaris accipiā, & nomē domini inuocabo. Vota mea domino reddā corā, &c. Dignum quidē admiratione est, quòd quādo Dauid videtur diligentiam adhibere, vt quærat, quid retribuat domino, nihil aliud nouit dicere, nisi calicem salutaris accipiā, quo quidem facto maiori vinculo domino videbatur adstrictus, vt maiori obsequio illi inseruiret. Itaque verum est quòd sancti nihil aliud inueniebant, de quo gloriari possent, nisi quòd debitis onusti essent, & tanto quis plus substantiæ habet, quanto minus alijs debet, qui vero aliquid possidet, & totum debet, se vere nihil possidere, affirmare poterit. Sancti igitur, & amici Dei, qui omne quod habent, Deo debere fatentur, nihil habēt, de quo iactari possint nisi de eo solū, quòd nihil à se ipsis habent, sed à Deo, & propter Deum. De plenitudine eius omnes accepimus (inquit Ioannes) gratiā pro gratia. Et quia illud donare possumus, quod à liberali manu ipsi? Dei accepimus, postquam propheta dixit. Calicem salutaris accipiā, statim inuenit quid retribuere posset, & dixit. Vota mea domino reddā, quia cum calicē domini recepisset, (non opere mortē obeundo, sed desiderio & voluntate) & se fortem in virtute nominis Dei inueniens, dixit protinus. Vota mea domino reddam, coram omni populo eius, qui & hominibus & angelis constat. Nec ob id si pro eo moriar, multum faciā, quia nullis meritis prius vitam mihi donauit, & postea me liberalissime redemit. Itaque lumine prophetiæ duplici titulo vitam meam ipsi debere, & quia de nihilo cōdidit, & quia suo sanguine iterum in captiuitate constitutum me ipsum redemit. Et hic sane videtur mihi huius literę sensus genuinus & proprius. Vnde aduertendū tibi est, vota in hoc loco nō sumi pro aliquibus operibus maioris boni, sed pro ipso desiderio moriendi pro Christo, quod quilibet quadā animi præparatione habere debet. Nam etsi semper Deus nec vitā nec sanguinem petat, ego autē semper illi debitā existimo, & idcirco prōptissimus semper esse debeo, vt si opus fuerit libentissime sanguinem pro ipso fundā. Colligas igitur ex dictis,

Psal.115.

Ioan.1.

dictis, q vt aliquid Deo tribuam? necesse est, vt prius se nobis det: & ità in hoc loco prī dixit Zacharias seipsum nobis dedisse, & abinimicis nostris liberasse, vt statim nos ipsos illius ministerio cōsereremus. Verū vt scias quomodo liberatus à dæmone illi inseruiendū sit, subdit statim. *In sanctitate & iustitia corā ipso.* Hoc est in puritate & integritate animi, habens Deū corā te, qui opera, & corda scrutatur. Tanta nāque conscię tiæ rectitudine semper incidere debes, tanquā is, qui Deum prędentem habet. In quo loco aduertere debes, quam circunspectus & cautus esses, si coram rege in negotio aliquo sisteres, maiori certē cura deberes esse coram Deo qui reges & potētes omnes, & te ipsum iudicaturus est. In sanctitate igitur, & animi probitate viuere oportet: nam ipse dominus inquit. Sancti estote, quoniā ego sanctus sum. Et in Deut. Perfectus (inquit) & absq; macula eris cū domino Deo tuo. Venit igitur Christus, vt per ipsius passionē libere illi seruiamus, nō vt in lege Mosi, quę timorē suis seruatoribus incutiebat. Hęc autē est lex amoris, in qua sanctitate & iustitia est seruiendū, sed nunquid seruiendū est per vnū mensem, vel annū? *Omnibus diebus nostris.* Id est, nulla cūctatione, nullo tēporis interstitio, sed omnibus diebus vitæ nostræ. Saul quidē bene incepit, quia non perseuerauit omnibus diebus suis, dānatus est. Quid enim prodest homini vineā plantare, si prius quam fructus producat, ab eius cultura desistit: ita, vt, postea nullū fructū possit colligere? Et quid prodest bobus terram arare, & frumentum debito modo spargere, si postea maturo tēpore negligit messem colligere? Aut quod emolumentum sequitur militi, si aduenięte hoste vltro arma capit, vt viriliter cum eo pugnet, si postea nondum obtenta victoria contingat arma proijcere? Aut quid prodest nautæ, mari se committere, & flantibus ventis expandere vela, & felici cursu nauigare, si postea in portu fracta naui perire contingat? Ex quibus liquido cōstat, omnem laudem & gloriam in eo cōsistere, si finem belli fuerit consequutus. Idcirco monet diuinus Apostolus. Bonum facientes, non deficiamus, tempore enim suo metemus. Et iterum. Nō coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Et Christus Saluator noster. Qui perseuerauerit vsque in finē hic saluus erit. ¶ Obserua autē, tunc nos in sanctitate Deo seruire, cum illi firmiter credimus, cum illum ardenti amore diligimus, cum laudamus, cum timemus, & denique cum prauas & pestiferas cupiditates in nobis insurgentes mortificamus, cum veterem hominem exuimus, & illum cum omnibus suis concupiscentijs, & prauis affectibus cohibemus. Tunc autem Deo nostro in iustitia seruimus, quando proximo nostro opera impendimus, quæ ipsi nobis desideramus: imo si talia contulerimus, qualia ipse dominus nobis fecit. Nemo autem est qui non desideret in peccatis compassionem, in granaminibus auxilium, & in paupertate subsidium. Pro vt vultis, vt faciant vobis homines, ita facite illis, inquit Christus. Quod si videris aliquem in peccata prolabi, ne exultes, aut illum prouoces, sed potius eum instrue in spiritu lenitatis iuxta Pauli doctrinam, considerans ne forte, & ipse tenteris. ¶ Aduerte etiam quod tria bona enumerat, quæ nobis contulit Christi aduentus, scilicet, vt liberemur ab inimicis, vt seruiamus Deo in iustitia & sanctitate, & quòd hæc faciamus cunctis diebus nostris. Hæc tria ita connectuntur in recto vitæ instituto, vt si vnum deficiat, vita recta & perfecta constare non potest. Primum à malo liberari, secundo in sanctitate & iustitia seruire, tertium perseuerare omnibus diebus nostris. Vbi spiritus domini ibi libertas sancta, & quia inimicus semper bella gerit, Saluator noster docuit nos semper dicere, sed libera nos à malo. Vt autem nos liberet, factus est nobis cornu. Libertas nobis contingit, cum corruptibilibus exuitur affectus, & cum sanctitate & iustitia illi ministramus, tunceque supra humanum sensum vita agitur, cum mores sanctis virturibus componuntur. ¶ Denique, vt concludam, vnum hic aduertendum est, nō solum dixisse Zachariam, vt seruiamus Deo omnibus diebus, sed omnibus diebus nostris, quia tēpus vitæ huius mortalis, quod nobis cōcedit, datum est nobis vt in illo nostris actibus vitam æternam consequamur. Nā veniet mors quando iam non erit locus pœnitendi. Idcirco dominus. Operamini dum dies est, veniet nox quando nemo poterit operari. Vnde diuinus Paulus. Ecce nunc tempus, ecce nunc dies salutis in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros. Nunc autē ad filium conuertit suū sermonem Zacharias, dicens. *Et tu puer pro-*

Leui.12. Deute.18.

1.Reg.9. 1.Reg.15.

Gala.6.

2.Timo.2. Matth.10.

Colo 3.

Lucæ.6.

Gala.6.

2.Cor.3.

Matth.6.

Ioan.9.

2.Cor.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pheta altissimi vocaberis præibis enim ante faciem domini parare vias eius. Zacharias plenus Spiritu sancto duas prophetias prædicit, alteram de Christo, alteram vero de Ioanne. Hactenus dixerat, quanta dominus facturus erat populo suo per Messiam multis retro temporibus promissum, nunc autem ad puerum loquitur ea quæ ab angelo audierat. Vidimus enim in superioribus quomodo ante conceptionem ei dixerat Gabriel, Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Heliæ parare domino plebem perfectã. Ita & hoc quod ad puerum loquitur, potius est patefactio cælestis oraculi, quam canticum prophetiæ, quanquam ipse propheticò spiritu loqueretur. Id enim erat Ioannis munus & ad hoc venerat in mundum, vt disponeret hominum corda ad suscipiẽdum Messiam. Sed nemo ipsum Zachariam irrideat eo quòd cum infante octo nato dierũ loquebatur, qui nec verbã formare, nec ipsum patrem intelligere valebat. Sed nõ mireris quia ille, qui in vtero matris clausus regem suum agnouit, & exiliens Christi nunciauit aduentũ, & præter cursum naturę cõmunẽ rationis vsum habuit, bene poterat & patris verba percipere, & intelligere, nõ quidem secũdum naturalem, suã virtutem. Sed secundũ eius potentiam à quo in vtero fuerat sanctificatus. Sed ad verborũ explicationem accedamus. Tu puer propheta altissimi vocaberis, &c. fuit Ioannes propheta & plusquã propheta, nam quem alij prophetæ venturum dixerunt ipse digito ostẽdit Christum. Multis enim nominibus Ioãnes fuit appellatus. Amicus spõsi, angelus, Christi præcursor, Baptista, propheta, & plusquã propheta, Helias, lucerna ardẽs & lucens. Sed si beatus Ioannes erat propheta quid est, quòd interrogatus an esset prophe ta, respondit, non esse prophetã? Ad quod dicendum, quòd cum interrogatus fuit, an esset Christus, & postea an esset Helias: interrogatus etiam fuit, an esset ex prisc is & antiquis prophetis. Et ideo nõ simpliciter interrogabatur an propheticum spiritũ haberet, sed an esset ex illis antiquis prophetis. Et addit vltra Zacharias illum præiturũ ante faciem, idest, ante Christi corporalem præsentiã, quia antequã Christus prædicaret, ipse prædicauit baptismũ pœnitentiã, & regnũ cælorum, præcesit etiã in limbo, quo fit, vt præcursor Domini merito dicatur. Nec mirũ si tanta in huius viri cõmendationem proferamus, quãdoquidem ipse Malachias de eo inquit. Ecce ego mitto angelũ meum, qui præparabit viã ante faciẽ tuam. *Ad dandam scientiam salutis plebi eius.* Munus & officium Ioannis erat ipsum populum erudire, quænam esset vera & certa via ad salutem cõparandam. Fuit enim Ioãnes tanquam ductor fasciculum ferens ardentem, quo venientem regem illuminat, vt ab omnibus videatur. Et id omne necessum erat, nam mundus tanta ignorantia & tenebris erat inuolutus, vt ministerio & directione Ioannis indigeret, vt veri luminis doctrina illustraretur. Expende autẽ quòd non dicit sanctus Zacharias ad dandam salutem, sed ad dandã scientiam salutis, idest, vt notum faceret ipsum saluatorem. Tu docebis (inquit pater) filios Abrahæ quid illos facere oporteat. Audit populus Israel per omne Sabbatum legem, & prophetas, & audit, & nihil intelligit, quoniam nõ habet qui syncere erudiat. *In remissionem peccatorum.* Scribæ & Phparisæi non sic docent, quia claudunt regnum cælorum: tu autem non sic, sed remissionem peccatorum prædica, & cæleste regnum apertum. Obserua autem quod Ioannes suo baptismo non remittebat peccata, sed præparabat homines ad pœnitentiam: ideo in Græcis codicibus no est in remissionẽ, sed ἐνάφεσιν, ostendit illum qui peccata remittebat, cum dixit. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Vbi discant oportet sacri euangelij concionatores, vt nunquã populo seipsos prædicent, aut vanitates, nec apocrypha vel faceta quę ad risum prouocẽt, sed ea tantum, quæ ad remissionẽ peccatorũ adducere possunt, vt sunt lacrymæ, cõpunctio, & cętera huiusmodi. Multi in suis concionibus varias mouẽt Theologicas quæstiones & philosophicas, & allegãt nomina autorum inaudita, & exquisita, interdum propositiones obscuras, & speculatiuas adducunt, & eas differunt, vt vel sic maximi concionatores habeãtur & à populo laudẽtur. Quod quidem si rectè consideres vanitas & stultitia est. Laudes tuæ lacrymæ auditorũ sint. Neque aliud quid concupiscas, quã animarum salutẽ & libertatem, vt faciebat Ioannes Baptista. Et hoc modo maiorem vtilitatẽ populo afferes, & gratior & iucundior domino eris, quam si elegantibus, & perpolitis sermonibus ad populum loquaris. *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos*

Matth. 11.

Ioan. 1.

Mala. 4.

Luc. 11.

Hiero. ad Nepotia.

nos oriens ex alto. Per misericordiam & benignitatem suam, qua dignatus est in hunc mundum venire, ad visitandum nos, vt in illa ineffabili & incomprehẽsibili dilectione tribuatur hominibus remissio peccatorum. Quia carnem susc ipere, nasci, docere, & in patibulo crucis acerrimam mortem subire voluit, vt nostra peccata remitterẽtur. Expende quod quemadmodum beata virgo omnia beneficia, quę accepimus Dei misericordiæ tribuit, cum dixit, Suscepit Israel puerum sum, recordatus misericordiæ suæ: ita & Zacharias dicens per viscera misericordię Dei nostri hæc nobis tribuit per suam charitatem & amorem. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos (inquit Paulus) sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et ad Galatas. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Et ad Ephesios inquit. Propter nimiam charitatem qua dilexit nos Deus filiũ suum misit in mũdum. Omnes enim iustitiæ nostræ tãquam pannus menstruatæ. Ideo cum in se dominus suam contraheret iustitiam, super nos suam misericordiam extendit, & nostræ miseriæ, & imbecillitati consuluit. Itaque misertus nostri Dominus pro tanta sua clementia non potuit pati nos in tanta seruitute constrictos, & oppressos videre: imo non solũ voluit sua viscera amoris plena demonstrare, verum etiam profundam suam humilitatem, quando à cæleſti suo habitaculo, descẽdere ad infima terræ voluit, & cum naturæ esset immortalis & impassibilis, pro tanto in nos amore mortalem, & passibilem fieri voluit. Hæc omnia tecum peccator reuolue, vt illum vel rearis offendere, qui tanta amoris pignora tibi dedit. Nam cũ esses infirmus te à summo cælo visitauit, & in hoc exilium descẽdit, & pro te talem redemptionem soluit, vt non minus, quam sumptibus sui pretiosissimi sanguinis salutẽ tuam operatus est. Vide autem quod vocat Christum Orientem, iuxta illud Malachiæ. Orietur sol iustitię vobis timentibus nomen suum. Et in Zacharia. Ecce vir, oriens nomen eius. Et subter eum orietur, ædificabit templũ domino. Vbi Paraphrastes Chaldęus pro oriẽte vertit Messiã. Oriens itaq; ex alto propter suam maximam misericordiam & nimiam charitatem dilexit nos, tribuens salutem suo sanguine pretiosissimo. *Illumina re his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent.* Prosequitur metaphorã, quam incepit, dicens, Ortum esse ex alto, tãquam sol, cuius natura est eos illuminare qui in tenebris & ignorãtia sunt. Quod sane ipse Esaias multo antea prædixerat. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam, ambulãtibus in regione & in vmbra mortis, lux orta est eis. Sed ne hoc de corporali luce intelligeremus, aut de corporalibus tenebris, dixit, vmbra mortis, vt insinuaret quòd de spiritualib⁹ animæ tenebris fuerit locutus. Christus enim velut verus sol iustitiæ suo aduentu tenebras ignorãtię expulit, & profligauit caliginẽ peccatorum, & frigida corda nostra igne charitatis suæ accendit. Nox (inquit Paulus) præcessit dies autẽ appropinquauit. Lex etenim Mosi quã Paulus hic mortẽ appellat iam præcesserit, & orto vero sole iustitiæ Christo omnia illuminata fuerũt. Antea omnia erãt vmbrę, & figurę: nam vt inquit Paulus omnia in figura contingebãt illis: modo vero omnia clara sunt, & aperta, & aductu solis illuminata. Præterea iacebamus in tenebris, & non poteramus ad eum oculos leuare, sed cum ipse venerit ad nos, sui luminis radijs in animos nostros immissis dies serenus ac clarus nobis illuxit. Qui prius in tenebris peccatorũ & in desperatione mortis sedebamus, excęcati idololatrijs & cupiditatibus, terrena pro diuinis amplectentes, & vmbras rerum carnalium pro spiritualibus ortus est sol iustitiæ, lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientẽ in hunc mundum. Sed vide quã olim longe antea hoc idem prædixerat Esaias. Surge (inquit) illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum: & gloria domini super te orta est. Venit Ioãnes Baptista, vt eos illuminaret, qui erãt in tenebris, vt hanc splẽdidã & micantẽ lucem possint videre. Quia quẽadmodum illi, qui in densas tenebras, & caliginem obscuram sunt iniecti, si ibi diu detineantur, non possunt subitam solis claritatem intueri, sed oportet prius aliquod minus lumẽ aspicere, alioquin obcæcabuntur repentino splendore: sic mortales scelerum maculis contaminati, & ignorantiæ tenebris sepulti non possunt in excellẽtem illam claritatem Iesum redemptorem nostrũ oculos comjcere, nisi prius aliquo minori lumine fuerint illustrati. Christus enim verus sol iustitiæ est, vt Malachias inquit. Ipse etiam est lux illa, de qua inquit D. Ioãnes. Ille erat lux vera,

Tit. 3.
Galat. 2.
Ephe. 2.
Esai. 46.
Mala. 4.
Zacha. 6.
Esai. 9.
Roma. 13.
1. Cor. 10.
Ioan. 1.
Esai. 4.
Mala. 4.
Ioan. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ illuminat omnẽ hominem venientem in hunc mundum, de qua ait ipsemet Christus. Ego sum lux mũdi. Eumq; vocat Apostolus splendorem gloriæ & figurã substantiæ eius. De Ioãne autem Christus saluator noster dixit, esse lucernã ardentem & lucẽtem. Obcæcatus esset mundus pro oculorũ suorũ imbecillitate si repente vidisset solẽ iustitiæ Christum, quia excellens sensibile corrumpit sensum. Igitur, vt mundus, qui in tenebris iacebat posset Christum intueri ne obcæcaretur, oportebat vt Ioãnes tanquam lucerna esset media, vt sic viderẽt homines solem iustitiæ Christum. Ideo ait pater quòd venit filius illuminare his qui in tenebris sedent, vt lumine suæ doctrinæ pararet corda hominum vt Christum susciperent. Porro Zacharię vaticinium non solum de illuminatione Iudæorum, sed etiã Gẽtilium intelligitur. In hoc autem quod dixit, sedere in vmbra mortis, non solũ de spiritualibus tenebris loquitur, sed etiam in quãdam secretiorem considerationem incidit. Mors enim est priuatio vitæ, & separatio animæ vitalis à corpore vitam habente: vmbra verò mortis est somnus, siue dormitio, quæ propriè dicitur mortis imago. Sic etiam mors est peccatũ, quod nos separat à Deo, qui vita est animæ nostræ, vmbra vero mortis est quædam carentia veræ cognitionis, veritatis, fidei, & lucis æternæ. Fit enim vmbra in aëre ab obiecto & corpore lucis, quo remoto aëris pars clara manet. Sic fit in animabus hominũ, quãdo aliquid supernæ & internę luci obijcitur. Vnde vmbra illa mortis generatur. Sed remoueri potest, dũ viuitur, quousq; animæ detrudãtur in infernũ. Potest etiã hic locus exponi ꝙ corp⁹ sit mors corporalis, vmbra vero mortis, peccatũ: nam sicut sequitur, vmbra corpus, sic vbi mors ibi peccatũ, quia peccatũ secum mortẽ adduxit, per vnũ hominem peccatum, & per peccatũ mors inquit Paulus, & Christus propter peccata nostra mortuus non propter sua. Merito igitur peccatum dicitur vmbra mortis, quia semper comitatur ipsum mors. Vt autem significaret quantum homines in peccatis suis & flagitijs detinentur, vsus est verbo, sedere, & nõ stare, quia plusquam quinque millia annorum transacta erant, à quibus totum genus humanũ deuinctum tenebatur in peccatis. *Ad dirigendos pedes nostros in viã pacis.* Tenebris huiuscemodi depulsis, & vmbra mortis, abiecta pedes nostri, id est, affectus, & intellectus noster dirigantur in viam pacis. In viam illam scilicet pacis, quam mundus non potest dare, quam mundus ignorat, quia superat omnem sensum & captum humanum, quam quidem Christus suæ passioni proximus suis discipulis reliquit, dicens. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Quis igitur nostrũ in illam viã non accingetur, quæ secũ habet omnia bona? omnia mundi bona bellum & perturbationes afferũt, tantũ igitur abest, vt pacem afferre possint. Huic Christi paci vehementer aduersamur, malumusq; perpetuis molestijs affici, quã ad tranquillum pacis oblatum portum nos recipere, digni sanè, vt in priores tenebras, quę mundũ anteà occupauerãt, relegemur. Rotæ illæ, super quas ambulabant illa quatuor sancta animalia, quatuor quidẽ erãt, sed vna omnes videbãtur, quia vna erat earũ similitudo, & ita erat vna vt quatuor esse viderẽtur. Ideò dixit Ezechiel. Et aspectus earũ similitudo vna quatuor. Ac si diceret. Omnes quatuor habebãt vnã & eandẽ similitudinẽ, similes erant inter se, & maxime cõformes. Tales debẽt esse Christifideles per has rotas significati. Quẽadmodũ enim in bono horologio rotę ita cõpositæ sunt vt circulos suos æqualiter conficiãt, & mota vna aliæ itidẽ mouẽtur, & ad quietem vnius & reliquiæ quiescunt, ita, vt multæ cũ sint numero ordine & concordia vna sint, codẽ modo in Christiana republica omnibus debet esse æqualis voluntas, & tanta omnium concordia, vt cum multa sint corpora tamen vnus homo conformibus voluntatibus iudicetur. Nam ad hoc venit Christus, vt dirigat pedes nostros in viam pacis. Quãobrem monet D. Paulus. Vt simus soliciti seruare vnanimitatẽ spiritus in vinculo pacis. Et alibi. Non est (inquit) regnũ Dei esca & potus, sed iustitia, & pax. Sicut spiritus nõ vegetat mẽbra, nisi fuerint coagmẽtata, sic Spiritus sanctus non viuificat ecclesiæ membra, nisi concordi pace fuerint colligata. Qui enim non diligit (vt inquit Ioannes) manet in morte. Sic quia apostoli erant congregati in Ierusalẽ venit Spiritus sanctus in linguis igneis super eos. Impij verò, quibus, vt Esaias inquit, non est pax, seminãt discordias inter fratres: quod septimũ erat, quod detestabatur Dñs, vt inquit Salomon in prouerbijs.

¶ Hactenus sanctus senex locutus est, & his verbis suo canrico finem imposuit. Modo verò euãgelista Lucas prosequitur, quid post hæc beatissimus Ioãnes fecerit vsque ad annum trigesimum, ex quo ex domini præcepto venit in Iordanẽ baptismũ pœnitẽtiæ in remissionẽ peccatorũ prædicãs. *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu.* Quemadmodum per ætatẽ beatus Ioãnes corpore crescebat, ita per affatũ diuini numinis semper proficiebat in maiori spiritus firmitate & virtute. Quod sane exemplum deberet nobis esse, vt quemadmodũ quotidie maiori corporis quantitate augescimus ita in mẽtis diuitijs facultates augeamus. Cuius rei exemplũ habes in apostolo Paulo, cuius verba sunt. Cum essem paruulus sapiebã, vt paruulus & loquebar, vt paruulus: postquã autẽ factus sum vir, euacuaui ea, quæ sunt paruuli. Sed multò aliter id fit, quia crescunt modo homines ætate, & magis crescunt in flagitijs & peccatis, & ꝙ peius & lamento dignum est, quòd in ipsis peccatis senescunt: & ita senescentes, & obstinati in eisdem moriuntur. Idcirco Hieremias. Bonũ est viro cum portauerit iugum ab adolescẽtia sua. Et in Prouerbijs dicitur. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, nõ recedet ab ea. Et idcirco oportet vt à puertia sanctis moribus te induas: & si deprauatam aliquã inclinationẽ habueris, eam depone, priusquã senescat: nã tunc cũ difficultate tollitur. Arbores nãque quãdo tenellæ sunt, si in curuitatem abierint, possunt dirigi, & de loco in locum deferri, vt inferantur: tamen si inueterascunt nullum adest remedium nec dirigi, nec alio deferri possunt. Ita sane tu postquam senueris maxima cũ difficultate teipsum corrigere poteris, si vitã tuam peruersis moribus cõsumpsisti. O sancte & beate puer, qui tam tenellus ętate humeris tuis iugum domini suaue imposuisti, qui contemnens opulẽtam parentis domum admirandam & horribilem pœnitentiã egisti: & quẽadmodum omnes virtute & sanctitate superas, ita etiã facillimo negotio vitæ asperitate reliquos excedere videris. *Et erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.* Noluit in parentis domo diu commorari, sed ab ipsa statim puericia in qua reliqui sibi indulgent, ab hominum frequentia procul fugit, ne vel ex vulgi commercio, vel minimam labem cõtraheret, qui in materno vtero singulari beneficio fuerat sanctificatus. De quo sancta ecclesia, sic canit. Antra deserti teneris sub annis, Ciuium turmas fugiens petisti, Ne leui saltem maculare vitam, Famine posses. Vbi statim docemur hominum tumultus, & mundi familiaritatem fugere exemplo beatissimi præcursoris. Quod sane exẽplum, & multi alij sancti nobis præstant. Dauid enim sic inquit. Elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Esaias solus dominũ exercituum videt, & laudes Seraphin contemplatur. Moses solus ascendit in montẽ & ibi cũ domino familiariter cõuersatus, legem accepit. Et in deserto angelus dni consolatus est Aga. Et Helias habitãs in solitudine pascitur pane angelico. Talẽ vitam decebat agere, qui à dño mittebatur, vt vniuerso pœnitẽtiam prædicaret, & locus ille deserti conuenientissimus erat prophetiæ, quam de ipso prædixerat Esaias. Vox clamãtis in deserto. Hoc in loco sanctissimus puer latitabat, quo maior nullus inter natos mulierũ erat. Hic silebat, vt in suo tempore maiori autoritate & maiestate, & cum maiori animarũ fructu postea loqueretur. Mirandum quidẽ est, vt eo tẽpore quo reliqui pueri se & mundum cognoscere incipiunt, & quando alij cachinnos mouent, ludos quærunt pueriles delicijs nutriuntur in gremio matrũ: tunc temporis sanctissimus Baptista solus vitã ageret in deserto inter syluestria animalia, inter feras bestias, sine domo, sine igne, sine famulo, sine societate, sine pane & vino, sine aliquo alio cibo prẽter syluestre mel & locustas. Non lectulum habebat aureis pauimentis ornatum, sed in humido solo iacebat in cauernis, solis & frigoris iniurias patiebatur, & his omnibus iuuatus in oratione & cõtemplatione perorabat. O diuinum & admirandum puerũ, ò prodigiosum eremitam, ò diuinum monachum, qui omnem mundum tuo natali perterruisti, modo autem deserta habitans, tua angelica vita cælũ ipsum & angelos in admirationem prouocas. Quis obsecro angelorum aut supernorũ spirituũ à summo cælo nõ descendit hoc tantũ miraculum visurus? O quanta omnes rapiebantur admiratione in videndo puero, quantumque in puero hoc diuinam sapientiam venerabantur, quam illi voluit infundere. Quæ rogo (vt tecũ paucis agam sanctissime puer) peccata, quæ homicidia, quæve adulteria perpetrasti: vt tã aspera & mirabili pœnitẽtia vitã ageres? Sed væ nobis miseris peccatori

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus sub quorũ pedibus ardet infernus, fuisque flammis expectat, vt nos deuoret: qui cum onusti peccatis simus, & tanto flagitiorum, & scelerũ pelago submersi, diem iciunij & sanctitatẽ simulamus, neque vel momentũ pœnitentiæ facere volumus. O nos miseros & cæcos, qui tanta tenebrarum & obscuritatis caligine laboramus, si huic puero propter raram sanctimoniam tãtum honorem exhibemus, quare operibus nostris illum non imitamur? Non tantam pro peccatis agebat pœnitentiã, sed quia verus pœnitentiæ prædicator erat, id factis voluit ostẽdere, quod verbis postea docturus erat, vt ipsum Christũ sanctorum omniũ magistrum videretur imitari, qui facere & docere cepit. Cibus eius in tam parua erat quantitate, vt sine diuini numinis miraculo corpus illud sustineri, & ali nequiuerit, & sic Christus de eo dixit. Venit Ioannes non manducans nec bibens, quia eius cibus tantus erat, ac si non comederet, & eius potus ac si nõ biberet, vestitus, vt si nihil prorsus indueret: & tandem vita magis angelica, & diuina, quam humana. ¶ Hoc igitur modo in ista solitudine vigintiquinque annorum spatio vitam degit, quousque à deserto profectus prædicaturus in Iordanem venit. Quæ omnia vel eo diximus, vt nunquã à memoria excidant, sed quoad potueris sanctissimum Christi præcursorem imiteris, quia ob hanc causam sacri euangelistæ mirabilia Ioãnis in nostram vtilitatem scripserunt, vt illius exemplo sanctis vitæ documentis nostram vitam instituamus: quia paratus est dominus in omni tempore nostris votis & petitionibus annuere. Et ne longius quam par est immoremur, præstet huic primo cap. finem Iesus Christus Mariæ filius, Amen.

Acto.1.

Lucæ.7.

Psalm.101.

CAPVT. II.

POSTQVAM EVANgelista noster Lucas in superioribus egit de occulto Dei aduentu in hunc mundũ per admirabilem verbi incarnationem, conuertit modo sermonem ad manifestum aduentum, qui fuit per natiuitatem ab vtero sanctissimæ virginis, in quo clausus per nouem mensium spatium latuerat. Aderat enim iam sancta illa plenitudo temporis, miserationis eius: cũ misit Deus filium suum primogenitum, natum ex muliere & factum sub lege, vt eos, qui sub lege erant redimeret, & omnes homines beneficium gratiæ & redemptionis acciperent, illi potissimum, qui ad vitam æternam ab ipsa æternitate erãt destinati, quosq; Deus elegerat ante mundi constitutionem. Medio igitur tempore incarnationis & partus beatissimæ virginis multa huic natiuitati conuenientia contigerunt in commendationem tanti mysterij. Modo autem sacer Euangelista sequentibus prosequitur, quo modo rex noster mutato habitu ingressus sit bellum, nec in ea gloria & maiestate, in qua vnus est cum patre & imago bonitatis illius: sed potius in humilitate nostra & in similitudinem carnis peccati fortem illum deuicerit, qui mortis habebat imperium. Ad certitudinẽ autem historiæ narrat euãgelista eum qui tunc temporis imperabat orbi illa dicendi facundia & grauitate, quæ tantum historicum decet, præcipuè cum de re tam graui, & excellenti suum instituat sermonem. *Factum est autem in diebus illis, exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur Vniuersus orbis.* In re tam seria conuenientissimum fuit, vt & tempora, & eius temporis imperium Euangelista nobis designaret. Nam si quando Ioannes exijt ad prædicationis munus, descripsit nobis imperium, & tetrarchas regni illius Iudæorum, & itidem sacerdotium dicens. Anno quinto im-

Gala.4.
Ephe.5.2.
3.Reg.22.
Sapi.7.
Philip.2.
Hebræ.2.
Lucæ.3.

perij Tiberij Cæsaris procurãte Pontio Pilato, &c. Quanto potius in Christi Saluatoris nostri natiuitate oportebat imperij, & orbis dominium scribere? Vt vel sic ostẽderet euangelista, qua occasione Maria virgo, & sanctissimus sponsus Ioseph ascenderint Bethlehem, vt obtemperarẽt sacris scripturis, quæ de Christi ortu scriptæ erant: mentionem facit Euangelista de edicto Augusti Cæsaris. Notum est pluspquam, vt declaratione indigeat hunc Augustum, fuisse secundum Romanorum imperatorem, & successorem. C. Iulij Cæsaris, qui fugato Pompeio inuasit imperiũ. Hic cum Octauianus proprio nomine appellaretur, Cæsar dictus est in recordationem, & gratiam sui prædecessoris, à quo imperatores Cæsares dicti sunt. Qui quidem Octauianus deuictis Cassio & Bruto, ac deinde Marco Antonio, & Lepido pacifice totius orbis Dominus factus est. A Domino certe factum

Psal.117.

est istud, & est mirabile in oculis nostris: vt vel ita Christi fides postea propagaretur, & vt altas ageret radices per doctrinam, & ministerium Apostolorum & discipulorum Christi. Quia cum mundus existeret sub vnius imperio non fuit coarctata Euangelica predicatio in vno tanto regno aut prouincia. Construxit hic Octauianus alta mœnia & superba templa in Romana vrbe, quæ bellorum ciuilium tumultu collapsa fuerant: vnde seipsum iactans dicere solitus erat. Vrbem lateritiam inueni, marmoream relinquo. Qua propter cognomẽto dictus est Augustus, eo quòd ædificia, opes & imperium Romanorum magnificè amplificauit, & auxit. Et idcirco tempore huius nascitur Christus secundum carnem, quia hunc inferiorem orbem admirandis, & diuinis virtutibus auxit, superiorem verò, supra quam humanus captus capere possit excellentissimè decorauit. Et nõ solum ipsum auxit & illustrauit: imò antequam humanam vestem indueret mirabili artificio illum condidit, quia mundus per ipsum factus est, ipsumque describi, quia cuncta cognoscit. Nec iste tyrannus est, vt Augustus Cæsar, aut inique vsurpat imperium, sed constitutus est ab æterno patre hæres vniuersorum, per quem fecit & secula. Præterea venire voluit eo tempore, quo vniuersum vnius imperio tenebatur, cum & ipse vniuersorum esset dominus, rex regum & dominus dominãtium, & princeps regum terræ: cuius pedibus pater omnia subiecit, & omnem potestatem dedit in cælo, & in terra. Pacato itaque toto terrarũ orbe, exijt edictũ à Cæsare Augusto, vt cognosceret numerum eorum omniũ, qui suo imperio subdebantur, vt sic ab eis tributum exigeret. Idem legimus Dauid in suo regno fecisse, cum superbia elatus iussit per manus Ioab omnem suum populum numerari. Quod Dauidis peccatum grauiter puniuit dominus magna grassante peste, peccatum autẽ Augusti Cæsaris reliquit impunitum, cum maius esset peccato Dauidis. Nanque Dauid solũ iussit numerare populũ Octauianus autem auaritiæ igne incensus tributa ab omnib⁹ exigebat. Et hinc colliges verisimum & indubitatũ illud esse, quos diligit Deus corrigit, & flagellat omnem filiũ, quem recepit. At cum iniquis & sceleratis peccatoribus dissimulat, quorum punitionem in inferos reseruat. Vnde in Leutico habetur. Qui maledixerit Deo portabit peccatum suum, qui autem assumpserit nomen Dei, morte moriatur. Mirabile quidẽ est (vt Origenes annotat) quod qui maledicit nomini Dei nõ multatur pœna, qui autem nomẽ Dei assumpserit, non minus, quam mortis pœna animaduertetur. Nonne multo grauius est Deo maledicere, quã eum nominare quanuis in vanum? Equidem minus peccatum expiatur hic pœna mortis, vt pœnam æterni ignis non inueniat. Sed qui poterat peccatum suum, & hic non persoluit, æterna supplicia inueniet. Grauius ergo est accipere peccatum, quam morte multari. Hic enim mors in vindictam accipitur, & apud iustum iudicem non vindicatur bis in idipsum. Vbi autem non est soluta vindicta peccatum manet æternis ignibus exigendum. Quod autem hæc verissima sint: adducam tibi in testes ex sacris literis Rubẽ & Iudam patriarchas, qui cum Beniamin vellent ducere in Ægyptum propter fœdus quod pepigerãt cum fratre Ioseph, Ruben ita ad patrem loquitur. Duos filios meos occide, nisi adduxero ad te Beniamin. Iudas verò ait. Si nõ reduxero & reddidero eũ tibi, ero reus peccati in te omni tempore. Iacob ergo eorum pater, cum sciret multo esse grauius, quod promiserat Iudas, dicens. Ero peccati reus, quam id alterum, occide filios meos, Ruben quidem non tradidit filium Beniamin tanquam illi qui leuiorem elegerit pœnã: Iudæ verò tradidit sciẽs grauius esse quod elegerat. Idcircò grauius punitur ille, qui eo quod maledixit Deo, portat peccatum, quam ille, qui occiditur. Sicut grauius punitur is, qui in hac vita non exoluit pœnas peccato debitas: quam ille, qui multis afflictionibus, & calamitatibus premitur. Et quis dubitat quin ille dines, qui quotidie epulabatur splendide, lautis & opiparis ciborum generibus vtens, purpura & bysso semper indutus grauius & acrius sit punitus, quàm Lazarus pauper, qui in hoc seculo multis calamitatibus fuit flagellatus? Quod si diues hic nullas fuit passus ærumnas, nullas tribulationes, & calamitates, tamen æternis gehennæ ignibus perpetuo cruciatur: cui sanè melius esset, vt in hac vita calamitatibus, & angustijs premeretur, ne postea illa omnia æternis ignibus exolueret. Nanque hæc flagella, quæ hic injiciuntur, momentanea sunt: illa ve-

Ioan.1.
Hebræ.1.
Apoc.1.19.
Psal.109.
Matth.28
2.Reg.24.
Hebræ.12.
Leuit.24.
Origi. Homili.14. in Leui.
Nahum.2.
Cene.42.
Gene.43.
Lucæ.16.
Leg.Gregor. lib.5. Mora. cap.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro perpetuo sunt duratura. Melius igitur & salubrius actum est cum sanctissimo Dauide, quàm cum Augusto Cæsare. Dauid enim hic fuit punitus quia populum numerauit. At Augustus portauit secum peccatum suum, & reus fuit peccati, quem æterni ignes discruciant. Vt pro comperto habeas grauius esse & lamentabilius peccatum secum ferre vsque ad inferos, quam in hac vita aliqua mala pati in ipsius condonationẽ. Quocirca cum hæc quæ diximus Paulum Apostolum non lateant, imo conducentia esse fidelibus: de quodã, qui peccauerat inquit. Quem tradidi (inquit) Satanæ in interitum carnis: hoc est pœna mortis eum multasse. Quis autem sit fructus huius mortis tẽporalis ostendit in sequentibus dicens. Vt spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Vides ergo quam eleganter vtilitatem temporalis mortis ostenderit? Sic ille Machabæus Antiocho regi tyranno dixit. Nos propter nos ipsos hęc patimur, peccantes in Deum nostrum: tu autem ne existimes impune futurum, quod contra Deũ, &c. ¶In quo loco gradum sistas oportet, & consideres, quanta dominus benignitate & pietate nobiscum vtatur, dum in hac vita flagellis & afflictionibus tradit, cũ & id certissimum indicium sit nostræ prædestinationis: & ita contrarium argumẽtum in eos militat, qui cum per totum vitæ spaciũ sceleribus & flagitijs se ipsos coinquinent, nulla eis afflictio immittitur nulla calamitas nullum denique supplicium. Equidem malorum fœlicitas & prosperitas sine punitione, incognitum quoddam & durissimũ flagellum est. De quo si velis audi tibi Hieremiam dicentem. Dolore & flagello castigaberis Hierusalẽ: vti ne abscedat anima mea abs te. Hæc sanè vox est misericordiæ & amoris plena: sed audi iustitiam. Nam cum multa sacrilega & nefaria numerasset, quæ populus cõmiserat, addidit. Propter quod non visitabo super filias vestras cũ mœchãtur. Terribile enim est supplicij genus, q̃ scilicet medicus non visitet infirmum: non tiriacam apponat, non purgationes præcipiat, nec sanguinis missiones, cum hæc omnia pristinæ saluti infirmum reducant. Nã cum in peccatis abundaueris & excellueris, tum dominus zelãs auertit à te zelum suũ. Auferetur (inquit) zelus meus à te, & non irascar, &c. Nec ideo fœliciorem te ipsum iudicare debes, si omnia secundũ animi sententiam successerint: imo tunc temporis te ipsum lamentari debes. Nam quanto dominus arcum suæ punitionis intendit, tanto acrius & fortius suæ punitionis & flagelli sagittam emittit. Quippe eos, quos protinus vt delinquunt, punit, nequaquam in æternum torquebit. At illis maxime est timendum, quorum animaduersionem in suum interitum seruat. Qui enim arcum flectit, nec totas vires exhaurit, certe is parum aut nihil nocumenti injcere curat: at si acrius & fortius arcum intenderit, signum est vulnus futurum mortiferum & incurabile. Ita sanè dominus dum in punitione demoratur & animaduersionem differt, tãtò peius & deterius. Quæ omnia rustico exemplo tibi comprobabimus. Nam boues dum aratro & labori custodiuntur fortibus funibus alligantur: at qui iugulo & morti sunt tradẽdi pro arbitrio suo in campis & floribus pascũtur. Et Augustinus, super illud, Zelaui pacem peccatoribus. Vides, inquit, quot sunt, qui lasciuijs, vt boues & vaccæ ad iugulum tendunt: & canentes & saltantes iter parant ad infernũ? De relinquit dns malos vt suo palato in hac vita satisfaciant: atq; ita bonos persequuntur, & eorũ sententia prævalet. Cuius rei sanctus vates non oblitus inquit. Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis, Et alibi. Manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum abstulit Deus. Quando dominus aduersus filios Israel irascebatur, desideria sua adimplebat, & permittebat concupitis satiari. Nam si pater sceleratum filium ad rectæ vitæ institutum traducere nequit, eundem non impedit vt ampla sua desideria sequatur, suis voluptatibus & delicijs frui, vt tandem sceleribus cõstrictus filius suspẽdatur patibulo. Quod si aliqui superuenientes parenti dixerint, quid est quod tantis filij tui flagitijs nõ obstas, hoc enim scelus fecisse dicitur, tunc pater respondet. Iste, quem vos dicitis, neutiquam est filius meus, nec cum eo quidquã mihi comune est. Sic dominus cum nostra scelera ad id itineris peruenerint, vt diuinã indignationem penitus mereantur, concedit nobis omnia secũdum palatum, quousque solus infernus perpetuum habitaculũ nobis maneat. O bone & sancte Deus quid est, quod non conijcis oculos in filium tuũ, quem proprio sanguine redemisti? Sinite illum (inquit dominus) quia nec filius meus est,

1. Cor. 5.

2. Mac. 7.

Hiere. 64.

Eze. 16.

Aug. in 72.

psal. 80.

Zoh. 12.

Job. 5. Isaiæ. 8.

1. Cor. 3. 2. Timo. 1. Roma. 5. Luca. 1

Hebre. 12.

Psal. 72.

est, nec hereditatis meæ particeps. Dimisit illos secundum desideria cordis eorum. Vidistis igitur quomodo aduersitates & tribulationes animæ nostræ sint medelæ. Hinc illud est, quod Angelus Raphael Tobiæ dixit. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Et patientissimus Iob. Beatus homo, qui corripitur à domino. Et sancta fœmina Iudith varijs exẽplis docet, omnes qui Deo placuerunt per multas tribulationes transisse. Et Paulus hoc idem multis in locis suarum epistolarũ docet. Et Apostolus Iacobus subscribit dicẽs. Omne gaudium existimate fratres mei, cũ in varias tẽtationes incideritis. Igitur si tribulatio gaudium est, ne tristis incedas, dum tribulationibus visitaris. Nanque si aliquis domum suam igne succensam videret quẽ ipse solus nequiret extinguere, libenti animo oblatam aquam susciperet, obsequium & donum non persequutionem id existimaret. Quanto igitur potiori iure, cum domus conscientiæ tuæ igne cupidinis ardet, tribulationis aquam, maximum beneficiũ & auxilium existimare debes, non autem calamitatem & aduersum, cum istud nõ aduersus te, imo pro te ipso facit? Cõtra verò vt sæpius tibi repetimus humanam prospe ritatem signum esse diximus æternæ indignationis. Quod Paulus docet, dũ inquit. Quis enim filius, quem non corrigit pater? Quod si extra disciplinam estis, adulteri & non filij estis. Et psalmista. In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et sequitur. Ideò tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Arboribus enim bonis & fructuosis omnes virgulti eas suffocantes abscinduntur, ne sint impedimẽto, quominus ad sperati fructus maturitatem perueniant: at arbores infructiferę quales sunt vlmi & robora isto beneficio carent, nec concutiuntur, sed potius detruncatæ, & abscissæ in ignem mittũtur. Sic boni, qui filij Dei sunt in hac vita varias patiuntur calamitates, vt reseruentur in cœlis, at qui hic non affliguntur perpetuis ignibus cruciabuntur. Quocirca factum est, vt peccatum Dauidis sancti, in hac vita punitione non careret, peccatum autem Augusti Cæsaris tormentis inferni reseruatur, qui in hac vita grandes sibi possedit diuitias, varijs voluptatibus imbutus vitam suam finiuit. Sed quia de his in superiori capite, in illis verbis Angeli ad Zachariam, multa diximus, nunc ad alia gradum faciamus. ¶Secundò libet aduertere, quod à principio mundi, vsque ad aduentũ Christi solus populus Israeliticus iussus est frequẽter remunerari, quod poterit colligi ex varijs veteris testamenti locis: ita, vt ostẽderit dns illorum solũ curam sibi suscepisse, quasi aliæ nationes ad ipsum non pertinerent. Quodquidẽ Amos ex mandato diuino expresit. Vos tantum cognoui ex omnibus nationibus terræ. At postquã venit plenitudo temporis, in quo omnium misereri dispositum Deus, totum orbem describere voluit. Vnde per Psalmistã inquit. Memor ero Raab & Babylonis scientium me. Ecce populus Æthiopum, &c. Ac si apertius diceret. Ego, qui antea nõ recordabar Ægypti & Babylonis, quia ignorabant me: iam nunc illorũ memor ero, quia cognouerunt me. Et filij Palæstinorum & Tyri & Æthiopes, qui antea in ciuitate mea erant hospites & aduenæ: iam nunc vocabuntur. Hierosolymitani, ¶Tertiò obseruabis, id quod dicit noster Lucas, exijt edictum, vt vniuersus orbis scriberetur, non id dictum intelligas de toto orbe terrarum: nam multæ erant tunc temporis prouinciæ, quæ nõ subdebantur Romano imperio. Quo circa vniuersus hic accipitur pro maiori parte orbis. Istæ nanque vniuersales loquutiones in sacris literis non totam vniuersitatẽ ambiunt, sed aliquam partẽ, vt sacri doctores intelligunt. Sic est illud quod de Salomone legitur secũdo libro Paralipome. quod magnificatus est præ omnibus rebus vniuersæ terræ. Quodquidem præ omnibus regionis illius intelligẽdum est. Et cum in Actis dicitur, futuram famem significari in vniuerso orbe terrarum intelligẽdum est de tota Idumæa per synecdochen. Nã vt inquit Diuus Hieronymus, idioma cõmune est sacræ scripturę, vt per omnem terram, eam intelligat prouinciam, de qua sermo incidit. Et apud Esaiam. Dominus exercituũ præcepit militiæ belli vt disperderet omnem terram, quod tantum de Babylone intelligitur. Et illud Geneseos. Vocauit Adam vxorem suam Euam, eo quod mater esset cunctorum viuentium, quod ad irrationalia non extenditur. Et illud. Omnis terra venit in Ægyptum. Id est bona pars. Et Paulus. Fides vestra nunciatur in vniuerso orbe. Id est, multis in locis. Et illud. Eritis odio omnibus hominibus, cum à mul-

Num. 1. & 26.

Amos. 3

Gala. 4.

Psal. 86.

Ambro. li. 3 de Voca. gen.

2. Para. 9.

Acto. 11.

Hiero. in. c. 13. Esa.

Esa. 13.

Gene. 2.

Gene. 41.

Rom. 1.

Matth. 24

Universidad de Deusto Biblioteca

Ioan.10. *Rom.5.* *Hebr.11.* *Gene.5.* à multis fuerint dilecti Apostoli. Et illud. Omnes qui ante me fuerunt, fures fuerunt & latrones. Et etiam id. Omnes in Adam peccauerunt: dempta vnica virgine Maria. Et item illud ad Hebræos. Omnes sancti patres mortui sunt. Et tamẽ, Enoch mortuus non est, quem in catalogo Paulus nominauit. Sed de his satis. ¶ Cæterum tempore pacis Christus dignatus est nasci, quia omnibus in ipsum credentibus veram animi pacem erat daturus, & eam annunciaturus, his qui propè & his, qui longe erant: vt nos doceret vnitatem spiritus seruare in vinculo pacis. *Ephe.4.* Sicut enim ex virgine matre natus, virginalem gloriam & angelicum puritatis decus ostendit sibi esse gratissimum, sic quoque trãquillo tempore natus significationem dedit, pacis summopere amatorem esse. Et quemadmodum adueniente aquila, omnium auium principe, reliquæ aues alas submittunt & in pace quiescunt nec pugnare audẽt: sic aduenientẽ de cœlo aquilã illa diuina Christo redemptore nostro, qui rex regum est & dominus dominantiũ, omnes reges terræ conquieuerunt, quoniã iam ille apparebat, qui est vera pax, de quo *Apoc.19.* *Ephe.4.* Apostolus ait. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum. Tunc præcepto Augusti clausum est templum Iani, quod non nisi in summa pace rerum omnium fieri solitũ erat, vt testis est Suetonius Tranquillus in vita Augusti Cæsaris: quodquidem ab vrbe condita asseuerat semel tantum, aut bis clausum fuisse. Tempore igitur pacis nasci tur Christus, vt pote qui conciliaturus erat pacem inter Deum & hominẽ, Iudæũ quo que & Gentilem: quia ex vtrisque vnum erat facturus. Hanc sanctam pacem secum attulit, quã & Angeli in eius natiuitate hominibus prænunciarunt: quam posteà & ipse prædicauit & discipulis suis reliquit. *Ioan.14.* Pacem (inquit) meam do vobis: pacẽ relin quo vobis. *Psal.33.* In qua pace populo suo benedi xit, & sine qua nemo Deum videbit. Quapropter diuinus propheta singulis & omnibus inquit. Inquire pacem & persequere eam. Denique hic adimpletũ legimus id q̃ *Esa.2.* *Mic.4.* in Esaia & Michæa prophetis scriptũ est. Conflabunt gladios suos in vomeres, & lãceas suas in falces. Non leuabit gens contra *Psalm.71.* gentem gladium. Et in libro psalmorum. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. Nullatenus cohærere posset secundum sine priori: nam vbi nulla viget iustitia, pax esse non potest. Vnusquisque tunc sicut tempore Salomonis pacificè sub ficu *3.Reg.4.* sua viuebat: & tanta erat pax, vt omnia tuta essent itinera, nec vllus erat, qui auderet alicui damnũ inferre. Sed nunc, proh dolor, quot rapinæ, quot homicidia, furta, incendia, & virginum oppressiones fiunt? Vnde dominus per Esaiam. Principes tui *Esa.1.* infideles, socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones, &c. Sicut Ni *Mat.12.* niuitæ & regina Sabba surgent in iudiciũ, vt condemnent gentem Iudæorum: sic Augustus Cæsar surget & condemnabit principes Christianos, qui cum Gentilis esset, & idolorum cultui consecratus maiorẽ iustitiam conseruauit in suo imperio, quàm nostri principes Christiani. Sed de his satis, iam ad contextum reuertamur. *Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cirino.* Si Cirino iussum esset, vt aliquam viduam à pœna debita absolueret, forsitan in adimplendo mandato detineretur & moram faceret. Quod si de regis negotio agitur, etiã si iniustum sit, nihilominus sine mora aliqua exequutioni mandatur. Sic Ioab pro- *2.Reg.11.* tinus, vt audiuit regis mandatum de morte Vriæ omni adhibita diligentia eum interfici fecit. Non sic Ionathas, qui cum ei esset præceptũ à Saule rege, vt Dauidẽ interfice ret: mortẽ eius distulit, & pro Dauidis partibus stetit dicens. Quid tibi mali fecit, &c. *1.Reg.20.* ¶ Secundo diligenter expendas, quantum damni & calamitatis multis afferat, regis, aut principis siue prælati peccatum. Quod enim præcepit Augustus imperator, illud statim Cirinus Syriæ præses fieri studet. Idemque ipsum Macedoniæ, Sclauoniæ, Africæ, Hispaniæ & aliarum prouinciarũ præsides & gubernatores facere deberent. Nã ad motum rotæ molendini, statim & mobilis lapis in circulum trahitur & omnes etiam molendini rotę. Ità sanè propter peccatum principis vel prælati mouentur subditi: nec facere verentur subditi, quæ à principibus perpetrari viderunt. Regis ad imperium (inquit Claudianus) facile cõponitur orbis. Mobile mutatur vna cum principe vulgus. Multoties quidem idque deterius est, maiorem rotam quietam esse, minores verò semper moueri. Vti ille, qui funes conficit, qui cum semel moueat rotã, ipse quietus manet, rota verò non ideo quiescit. Ita principis peccatum tãtum mali & nocumẽti infert reipublicæ, quod quamuis rex maneat

neat & quiescat, & peccati pœniteat, non ideo subditi à peccatis & murmurationibus desistunt. Vt vel his videas quantum mali pariat principis, aut prælati peccatũ. Quẽadmodum enim mare præsertim mediterraneum ipsum aërem imitatur, ità vt si aër tranquillus sit, maris quoque tranquillitas vigeat, quòd si procellosus est, etiam mare procellis huc, & illuc agitatur: sic populus principem suum sequitur, qui semper bonum aut malum ipsius exẽplum imitatur. Nàm vt riuulus fontis sequitur naturã, sic populus principis ingeniũ. Et sicut turbato fonte, turbatur etiam riuulus, ita turbato rege, turbatur etiam populus. *Matth.2.* Quodquidẽ Matthæus insinuauit, dicens. Rex Herodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cũ illo. *Eccle.10.* Vnde & in Ecclesiastico habetur. Qualis est rector ciuitatis, tales habitantes in ea. Idcirco cũ rex aut prælatus malis moribus est imbutus, plurimos seruorũ suorum ad interitum secum manu ducit. Nanque si ab alto ruat paruulus lapis, ipse solus in inferiorẽ locum descendit: at si ex montis cacumine grande saxum in descensum reuoluatur, alios lapides minores secum trahit. Ita nimirum, quando subditus delinquit ipse solus reus manet peccàti sui, tamẽ quando princeps aut prælatus offendit, plurimos alios suo malo exemplo in interitũ animæ defert. Nam quẽadmodum in vita præsenti magnates & principes semper grandi famulitio incedebant stipati: ita sanè moriẽtes non soli in infernum abeunt, sed plurima comitatur eos caterua, quæ malo & deprauato eorum exemplo coinquinata fuit. Quando riuulus à cursu naturali & consueto aliquantulum deflectit, parũ nocumenti facit, at si fluuius maximus à se exierit, si cõsuetum iter aufugerit, periclitãtur sanè omnes vicini loci, quibus maximum infert dãnum sua inundatione. Ita quando subditus peccat vel nulli alij, quàm sibi damnum infert: tamen si prælatus ceciderit, grauissimi mali subditis est causa, cum & subditi superiorum exempla & mores plerunq; sequantur. Sic adeo hęc miseranda calamitas & lues humanum ingenium inuasit, vt non solum subditi, principes suos in vestitu & ornatu sequantur (quod malum vtcunque tolerari posset) sed etiam eorum sectas & fidem sequuntur. Sic sanè Sichimitæ dominum suum in circunciſione fuerunt sequuti. Et quia Emor princeps Sichen circunci- sus est, ideò omnes subditi sui circũcisi fuerunt, principis sui vestigia insequentes. At quam facile propter exemplum principis mutẽt subditi religionem & nouam aliam amplectantur (quod non sine lacrymis est dicendum) facile videre licet in Anglia, & Germania, Angli etenim regem suum Hẽricum apostatã sunt sequuti, & Germania principes hæreticos sanctæ Romanæ eccle siæ impudentissimos & nefarios inimicos. Vnde & in sacra pagina videas quod cum *1.Reg.31.* Saul occisus esset, statim armiger eius se ipsum interfecit, quia minores magnates curant imitari, vt miles hic, de quo modo dixi mus, & Cyrinus ipsum Cęsarem. Et in concilio illo maledicto, quod pontifices & phariſæi contra Christum collegerunt, magna de Christo incidit contradictio, alij nãque bene, & alij malè de ipso sentiebant. Tamẽ postquam Caiphas pontifex dixit. Expe- *Ioan.11.* dit vobis, vt vnus moriatur ait euangelista, Omnes ab illa die cogitauerũt illum interficere. Sed considera quo pacto animus & sententia pontificis cæterorum iudicia secum detulit. Quam rem & modo in multis electionibus & decretis ipso experimento cognouimus. Nam quando subditi prælati volũtatem in partem alteram declinare vident, spontanei & vltronei, illũ sequuntur, ita vt quod superior vult, nihil magis, subditi in votis habeant. Quò fit, vt si prelatus in peccata labatur, facile & ipsi eos sequantur. Nam Oblina consita sit in vineis nihil damni ipsis vitibus infert, quia parum terræ occupat, quod si nucem plantes inter ipsas vites grande illis infert malum, cum & magnum terræ spatiũ ambiat. Sic nimirũ si mediæ plebis homo peccatum cõmittat, parum alijs calamitatis infert, tamen si prælatus id faciat, cum & magnus sit, & in sublimi loco constitutus, maximum dãnum ipsi reipublicæ affert. Non aliter acsi ex superbo ędificio aliquis paruus lapis cadat, facilè illud malũ resarciri poterit: at si angularis petra ceciderit, certè tota ruet machina & solo æquabitur. Sic est prælatus, qui suo deprauato exẽplo multos alios ad peccandum inducit. Lepra Oziæ regis in fronte *2.par.26.* erat, quæ omnibus erat in propatulo. Mo- *Exod.4.* ses autẽ ipsas manus lepra habebat infectas quas facile abscondere poterat, si eas in sinũ intromitteret. Ità lepra & peccatũ principis in frõte est, vt omnibus notũ fiat, subditorũ verò in manibus quæ abscondi possunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt. Et idcirco maxime illis curandum est vt sancte & immaculate vitam suam componant. Etenim maiorum actus, vt lex inquit: pro lege accipiuntur. Iosue & Caleb exploratores terræ promissionis nō solum fuerunt, verum adduxerunt secum grandē & pinguem vuarum racemum: cuius factiL. capitaliū. ff. de pœnis.
ratione & opere & exemplo suorum dicto
Num. 13. rum veritatem comprobarent. Sic nimirū non satis est, vt prælati (qui aliorum sunt lucernæ) subditis suis bona gloriæ prædicēt, doceant, & consulant: sed opus etiam, vt ipsorum operum exemplis eandem veritatē
4. Reg. 13. demonstrent. Etenim Eliseus manus posuit super manus regis Ioas & missa est sagitta salutis contra Syriam. Quod si huius exemplo prælati manus suas nostris adiungerent, vtique celeri cursu sagitta, quæ bonum opus est aduolaret: quia bona prælatorum exempla nostris operibus auxiliarē
Mat. 23. tur, eaq; fortia in dies efficerent. Sed, proh dolor, quia nec digito suo subditorum opera nec tangere, nec adiuuare volūt, sed potiùs sua ignauia & relaxatione ea impediūt, & populum in confusionis Barathrum mittunt. Sed quā grauiter in hos prælatos & principes dominus sit animaduersurus, cōstat aperte ex illa Dauidis historia. Qui postquam reprehensus est à Natan & pœnitentiam peccati cum fletu egit, rediit ad
2. Reg. 12. eum Propheta ex mandato domini, & dixit. Dominus transtulit peccatum tuum à te. Verum quia blasphemare fecisti inimicos nomen domini, propter verbum hoc, filius qui natus est tibi morte morietur. Peccauit Dauid sibi accipiendo Bersabe: & licet in secreto peccasset, tamen peccata regū & principum in occulto esse nequeūt. Nā cū subditi semper pendeant ab oculis principum, nihil committere possunt, quod ab ipsis non conspiciatur. Atque ità Dauidis peccatum etiam si secretum esset, nihilominus ipsi populo factum est notissimū. Vnde populus dementi iudicio falsus peccatū Dauid, quod illi & fragilitati suæ erat imputandum, Deo ipsi tribuebat, dicens. Male nobiscū fecit Deus: quia abstulit à nobis Saul bonū regem & reliquit nobis Dauid. Etenim Saul non rapiebat à consortio virū vxores suas, nec eos interfici præcipiebat, &c. Ideo dixit Nathā Dauidi. Peccatū quod vt fragilis homo perpetrasti, iam tibi dominus id remittit per contritionem tuā: tamen quia blasphemare fecisti nomē Dei, hoc est, quia iniquo exemplo ipsis peccatoribus ansam dedisti, vt in nomen domini blasphemarent, hoc inquam scādalum animaduertet dominus grauiter in te. Sed iam videas, quam leuiter & velut in transcursu Deus punit peccatum Dauid: grauiter autē exemplum iniquum alijs exhibitū. Sic sanPsal. 18.
ctus Dauid postea domino dicebat. Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. De peccatis carnalibus & adulterij commissi loquebatur cū dixit, ab occultis meis munda me: quia hæc peccata secreto & occulto cōmittuntur. Ab alienis autē petit, vt parcat: quia alijs occasionem peccādi strauit. Quia vero peccata carnis adeo immunda & sordida sunt, vsus est verbo mūdare. Petit itaque vt ei aliena peccata parcantur quorum ipse fuit causa, cum recte sciret grauem pœnam illis esse paratam à domino. Vt videre licet in rege illo Ieroboā qui graui supplicio fuit correctus,
3. Reg. 13. eo quod vitulos aureos conflauit, & alios induxit ad peccandum. Et sæpe scriptura sacra de alijs regibus loquens ipsi impingit peccatum, dicens. Non recessit à vijs Ieroboan qui peccare fecit Israel. Vbi diligenter est tibi aduertendum, quomodo dominus non tradat obliuioni eos, qui fuerunt in causa vt alij delinquerent, vt in hos pœnā alijs debitam cōtorqueat. Qua de causa quanuis Eleazar poterat carnes porcinas comedere absque peccato: tamen ne alijs esset offensionis scādalum, potiùs mori voluit, quam malum exemplum exhibere, cū & princeps constitutus esset. ¶ Sed vt ad id vnde digressi sumus reuertamur, hęc descriptio prima dicitur, quia tunc cœpit, quando Cyrinus missus est in Syriam à Cæsare Augusto. Namque terra promissionis quædam pars est Syriæ: quæ Syria multas & potentes in se continet regiones: quia Palæstinam, quę Iudęa est, & Samariam & Phœnicē, cuius prouinciæ etiam Galilæa est ita superior, vt inferior. Continet etiam Cœlesyriam Damasci, Idumæam, Mesopotamiā & Traconitidē regionem: ita vt longitudo eius à Septentrione vsque ad meridiem extendatur, ab Ægypto vsque ad Capadociā: & latitudo ab oriente vsque ad occidentē: idest à mari Mediterraneo vsque ad magnum fluuium Eufratem. Et omnis hæc terra his nostris temporibus vocatur Suria penultima longa. ¶ Porrò Cyrinus hic (vt Iosephus inquit) vnus fuit de his, qui cōfulIose. lib. antiq.
tatio-

tationi aderant, vir in magnis functionibus & officijs celebratus, qui ad culmen dignitatis, & alijs claris dignitatibus constitutus, cum paucis in Syriam venit, censor gentis ab ipso Cæsare destinatus. Cum igitur hoc edictum promulgaretur, inquit Lucas. *Et ibant omnes, vt profiterentur, singuli in ciuitatem suam.* A qua vnusquisque originem trahebat. Quæ descriptio præcepta erat, vt fieret in præcipuis ciuitatibus non solum quātum ad numerum personarum, sed etiam quātum ad determinationem stirpium nobilium, vt cognitus esset numerus determinatus virorum nobilium & ignobilium, & hoc est, quod dicitur, quod singuli ibant in ciuitatem suam vt profiterentur. Dupliciter autem profitebantur subditos esse Romano imperio, scilicet scripto, quia eorum nomina scribebantur, & facto, quia vectigal soluebant imperatori. Quā propter. *Ascendit & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ciuitatem Dauid, quæ vocabatur Bethlehem.* Vbi libet & suspicere & admirari altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, iudicia enim Dei abyssus multa. Ea nanq; quę Augustus & Cyrinus in suam vtilitatem faciunt, idem dominus reducit in cōmodum & emolumentum totius vniuersi. Omniū est enim artifex, omnem habens virtutem, omnia prospiciens. Equidem dominus mirabilis, & diuinus artifex est. Nunquid quando peritissimus artifex tēplum sublime, aut superbam domum construere vult, nonne prius modellum quēdam efficit, postea vero lapides & ligna aptari iubet, & à rustico portari lapides præcipit? Quòd si ab eo roges, quid portas? Vtique respondebit tibi. Hunc lapidem fero ad talis domus vel templi ædificiū. Quod si iterum petas, quo modo iste lapis aptandus est? Subijciet tibi, id ego ignoro, operis autem præfectus explicabit. Ipse tantum (inquit rusticus) meam mercedem quęro. Ita sane dominus permittit hanc descriptionem fieri per manus Octauiani & Cyrini, tamen ad supremum artificem spectat cognoscere descriptionem totius fabricæ, quæ ad vtilitatem vniuersi futura est. Dixerat enim Micheas. Et tu Bethlehem Ephrata parvula es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel. Et Iudęi ipsi quāuis multis in rebus fuerint obcæcati: tamen hanc
Roma. 11 Psal. 35. sapi. 1.
Michæ. 5.
saltim intellexerunt, scilicet Messiam nasciturum esse in Bethlehem: & ità respondeRunt Herodi roganti de natiuitate Christi. Matth. 2.
Et quia crediderunt Iudæi Christum esse à Nazareth de Galilæa & non à Bethlehē, Ioan. 6.
hac de causa noluerunt illi tanquam vero Messiæ credere, etsi & miracula eius viderunt & cognouerūt, ita vt in hæc verba prodirent. Nōne scriptura dicit quod de Bethlehem de castello Dauid? Ideo quia hoc adimpleretur exijt edictum à Cæsare Augusto, & hoc adimpleri præcipit Cyrinus, vt descriptio adimpleatur quam dominus efficit, & Christus veniat nasciturus Bethlehē. Nam si edictū exiret decem mensibus post incarnationem, pareret virgo in Nazareth & post natum Christum ascenderet Bethlehem. Et si edictum ante incarnationem exiret, quanuis ascenderet Bethlehem, tamē paritura rediret Nazareth. At sic dominus ordinauit, vt edictum exiret iam virgine partui propinqua, quo factum est, vt cū peruenisset Bethlehem adimpleretur tempus pariendi, & prophetiarum dicentium Christum nasciturum esse in Bethlehem. Quod si ab Octauiano quæreres, quid de hoc mysterio sentiret, vtique se ignorare diceret, sed nihil aliud quam suum cōmodum intendere. Quod si idem à Cyrino postules, dicet tibi, id facere, vt tātum placeat palato imperatoris, nec aliud mysterium indeRe inuestigare. An Cyrine non moliris, vt beata virgo exeat vt pariat in Bethlehem? dicet, sane nihil minus quam id mihi curæ est. Verum enimuero si ab ipso sancto Ioseph virginis sponso rogares, quò istos duos lapides viuos tecum ducis? Fortasis respōderet tibi, se maioris domini iussis obtēperare, & præfectū opificij id tantum scire, qui (vt semper consueuit) omnia suo diuino ordine disponit, vt Christus redēptor noster nascatur in Bethlehem, & vt nemo ambigat eum esse verum Messiam in lege promissum. His itaq; vsus est dominus tanquā instrumentis vt opus descriptionis perficeret, quam à summo cælo, & ab ipsa ęternitate statuerat ita, vt ipsi aliud cogitarent, aliud vero dominus efficeret, ita vt in altiorem finem eorū cogitatus eleuaret. Prophe
ta Abacuch victum & potū messoribus de Dani. 14.
ferebat. Quo istum potū & cibum defers? Messoribus inquit, & quando prandium condiebat & parabat, id etiam ministerio messorum faciebat, at reuera non messoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus fuit parátum, sed Danieli, qui Babyoniæ inter vngues leonum erat constitutus. Alia erat hominum mens, alius verò animus Deo. Parabat Abacuch prædium messoribus: at diuinum magistrum nõ latebat cui potus & cibus pararetur. ¶ Aduerte etiã quod postquam sacer euãgelista dixit, ascẽdisse Ioseph in ciuitatem Dauid, addidit subinde, quæ vocatur Bethlehem: ad differentiam Sion, quæ appellata est ciuitas Dauid, vt habetur regum secundo. Betlehem
2. Reg. 5. quippe fuit ciuitas Dauid secundum originem: Sion autem secundum regiam habitationem. ¶ Vbi etiam operæpretium est animaduertas Deum nostrũ fidelissimũ & bonum esse amicũ: ità, vt nec post mortẽ suorũ obliuiscatur, vt consueuit mundus facere: imò semper eos memoria inuoluit per millia milliũ annorũ. Ostendit enim dominus se ipsum ità gratum & memorẽ ministerij Dauid serui sui, ità, vt cum velit illũ grã di honore afficere, ab eius patria libet ortũ ducere, & de semine Dauid secundum carnem descendere. Egregiè quidem diuinus
Psalm. 138. psaltes de Deo cecinit, dicens. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Et peccata Salomonis impunita relinquẽs, dixit illi Deus.
3. Reg. 11. Scindam regnum tuũ: sed in diebus tuis nõ faciã, propter Dauid seruum meũ, qui custodiuit præcepta mea. Sic honorauit Mosem cũ arguit Mariam & Aarõ, ipsum, vsq;
Num. 12. ad astra laudibus efferens. Sic etiam, vt ho
Ioan. 4. norem conferret Ioanni Baptistæ Iudæam reliquit, & petiuit Galilæam: vt Ioannes Baptizaret & audiretur, &c. *Et quod esset de domo & familia Dauid vt profiteretur cũ Maria vxore sibi prægnante*. Quomodo autem Maria & Ioseph essent de domo Dauid, deque Christi stirpe in sequenti capite iuuãte domino explicabimus: vbi noster Lucas singulari quodam ingenio Christi domini genealogiam describit. Interim vero hic vnũ adnotabis. Descendentes à mulieribus ex Dauid, de domo Dauid erant, non autẽ ex familia Dauidis: at qui descendebant per lineam masculinam, isti de domo & familia Dauidis erant. Vt autem sacer euangelista nobis exponeret, Iosephũ per masculinam lineã descendisse, dixit de domo & familia. ¶ Insuper aduertendum est, quod id quod dicitur, vt profiteretur, ad Ioseph tantũ referendum est, quia soli viri profitebantur: & cũ dicitur hic, cum Maria, refertur ad verbum ascendit, non tamen ad verbũ profiteretur. Et licet sanctissima Dei mater iter susciperet triginta quinque parasangarũ, quibus distat Bethlehem à Nazareth, tamẽ ob id non grauabatur: tanquã auis quę nõ onerat nec grauatur plumis suis, sed his & leuior & agilior est. ¶ Vbi iam obsecro & obtestor, vt teneram virginem consideres longo itinere defessam & defatigatam & nullũ inuenientẽ hospitium. Mundus enim mũdo arridet, nec alijs, quàm suæ factionis fauet. In propria veniens non cognouit mun-
Ioan. 1. dus suũ autorem. Aduerte etiã quẽ laborẽ virgo sacrà in hoc itinere passura erat, cum tẽpus illi contrarium esset, & parsimonia cibi & paupertate laboraret. Ex quibus omnibus & tu documentum elicere debes, vt huiusmodi virginis gressus & iter pro te susceptum imiteris: nec piger sis vt tantis & tam diuinis peregrinis aliquo pio ministerio subuenias. Consideres etiam oportet, quomodo adinuicem de Deo loquuntur in labore itineris: quandoque orant aliquando contemplantur, & dulciter loquuntur, vt vel sic tantũ itineris laborem vincerent. Ioseph in labore itineris virginẽ adiuuat, & hac de causa illi fuit desponsata, vt illum in omnibus laboribus suis pro suę ætatis infantia eundẽ comitẽ & adiutorẽ haberet. ¶ Nos autem in hoc loco docemur primũ hoc Christi domini facto, regiã potestatẽ à domino esse, quæ & honore & obseruantia digna est. Sic hic censum Cæsari soluit,
Matt. 17. & exactoribus Cæsaris voluit per Petrum dari tributũ: & iterum interrogatus, an tributũ reddendũ esset Cæsari, respõdit. Red-
Matt. 22. dite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Voluit etenim ab ipso suæ natiuitatis exordio legibus subijci: ne qui alijs futurus erat & vitæ & sanctitatis exemplũ, ipsam rẽ publicam conturbaret: qui etiã venerat, vt iacturã resarciret: vt etiã insinuaret iustũ imperiũ sanctiones habere omnibus acceptas, dũ in pace atque iustitia respublica conseruatur. Et ob id neminẽ mortaliũ potestatibus sublimioribus aduersari debere, cũ eis Christus humilitatis exẽplum subijci voluerit.
1. Pet. 2. ¶ Secundo docemur prælatis nostris obedire, non solũ bonis & modestis, sed etiam discolis, vt Petrus inquit: cũ & ipse Christus rex regum & dominus dominantiũ & Ioseph sponsus, & sacra virgo non fuerint dedignati imperatori ethnico & prõfano obedire. Vt merito sanctissima virgo cum puero possent dicere. Sic decet nos implere omnem

Matth. 3. omnem iustitiam: docentes nos obtemperare omni potestati sublimiori. Nec enim quid grande facies, quanuis literatus, sapiẽs aut nobilis sis, si propter diuinum amorem, illi obtemperaueris, qui te aut minor, aut inferior fuerit: quando omnipotens Dominus tui ipsius causa homini gentili obedire voluit. Quòd si asperum & difficile tibi videtur prælato obtemperare, Deum ipsum dilige, fiet nanque, vt diuinus ipsius amor hæc omnia dulcia & suauia tibi reddat. Nanque si in cardines portæ, quæ strepitum facit, dum aperitur & clauditur, oleum diffuderis, nihil posteà audies. Si verò ignauo animo & voluntate ea comples, quæ tibi præcipiuntur, immitte obsecro in cor tuum oleum diuini amoris, & tecũ meditare hoc Christi & virginis matris iter, & tunc suauiter spiritus & animi cõsolatione facies quid quid tibi fuerit iussum. Etenim prælatus locum Dei obtinet, & quod præcipit prælatus, ipse Deus præcipit, dummodo id non fuerit contra legem. In ipso nanque Deum honorare debes, cum & eius personam sustineat, nam etsi ipse malus sit prælatus, officium eius sanctum est. Dauid honorabat
1. Reg. 24. Saulem, quia & rex & eius Dominus erat: quãquam eundem sciebat & malum esse & à Domino reprobatum. Ait enim Dominus. Qui vos audit, me audit: & qui vos
Luc. 10. spernit, me spernit. *Factum est autem cum essent ibi impleti sunt dies, vt pareret*. Bene quidem & verissimè inquit sacer euangelista,
Galat. 4. impleti: quia in plenitudine temporis fuit Christus conceptus & natus. Vnde Paulus. At postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum natum ex muliere, factum sub lege, &c. Animaduerte autem dixisse Euangelistam, impleti sunt dies. Posset nanque dicere, impletum est tempus pariendi, vt de Elisabet dixit, vel adimpletos esse nouem menses. Nihil tale dixit, sed impleti sunt dies, vt vel sic aliquo modo insinuaret, quanta lux suborta est hominibus in natali Christi. Nam sicut in ortu solis, lucescit dies: sic Saluatoris natali noua & diuina luce perfundimur, & dies ille sanctificatus nobis illuxit. Ortus est no-
Malach. 4. bis sol iustitiæ, vt Malachias prædixerat, qui omnes nostræ animæ tenebras fugauit:
Exod. 25. & verò gaudio & luce mentes illustrauit. Vnde nec mysterio vacat ecclesias & templa nostra ad orientem respicere, cum præceperit Dominus Mosi, vt legis veteris tabernaculũ situm esset ad occidentem: quod iusta de causa obseruauit Moses, quippe omnes statim, vt moriebantur in limbum descendebant, & nemo ad cælum nascebatur, vt frueretur luce illa vera Christo redemptore nostro: quousque venit ille, qui oriens vo-
Zachar. 6. catur secundum Zachariam, idest is, qui nascitur, qui & Iesus Christus Saluator noster est natus de sanctissima virgine. Et id circò cum in ecclesijs oramus facies nostras ad orientem dirigimus, vbi natus est nobis verus sol iustitiæ Christus. Approximante igitur die illo cũctis mortalibus fœlicissimo & fausto plusquam humanus captus intellige re, aut explicare valebit, inquit noster Euãgelista, quod gloriosa & immaculata virgo Maria. *Peperit filium suum primogenitum*. O breuia & compendiosa verba, quæ nisi ipso diuino spiritu, quo & dicta sunt, & literis mandata, neutiquam explicari poterit, quanta & quam profunda mysteria & sacramenta in ipsis sint recondita! O diuinum & admirabile beneficium ipsis hominibus nullo modo debitum. Fœlix terra, quam Christus sua præsentia sanctificauit. Vbi protinus ò homo peccator considerare debes filium Dei vnigenitum, ipsi patri æterno coæqualem propter te iam hominem esse factum. Credo equidem inter ipsos choros cælestes nullum remãsisse spiritum, qui non descenderit tantum miraculũ visurus. Descendebant enim tanquam agmina certatim, & tanquam apes ad mellis fauum confluunt, sic Angeli in angustum & pauperrimum illud Bethlehemiticũ domiciliũ. Rapta igitur beatissima virgo diuina contẽplatione vsque ad supremos cœlos, plena quadam inaudita cœlestis gloriæ consolatione & dulcedine (cui nullã similem habuisse dicendum est) sine dolore & corruptione cœlestis aulæ regem Angelorum & totius vitæ nostræ restauratorem peperit. Requiesce igitur in hoc loco, & siste gradum parũper anima mea: effunde lachrymarum fontem sine cunctatione, & huius infantis pedes laua, qui, vt te ipsam quæreret, pro immenso in nos amore, è summo cælo descendit vestem nostrã sumpturus, nec sine vitæ suæ maximo dispendio. Quod enim nimis diligitur, etiam cum dolore quæritur: & ob id Christus te ipsum multo labore, lachrymis, paupertate & doloribus quæsiuit, nec quietẽ agnouit, donec te ipsum ouem perditam ad ouile reduxit. Quod si ò anima mea

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum tuum cognoscere cupis, considera rogo quid ipse pro te: & quid tu ipsius causa sis. Ipse nanq; cum esset Deus tui causa pauper & mortalis effectus est: tu vero propter illum ex paupere, mẽdico, & abiecto, factus es consors Angelorum & cœlestis beatitudinis particeps. Itaq; beatissima virgo filiũ Dei & orbis reparatorem peperit in die Dominico & media nocte: quem & antequam tangeret pro sua profunda humilitate genu flexo & in terram prona adorauit. Deinde summa quadam lætitia sancto timori coniuncta, animo in admirationem rapto, infantem manibus & amplexu cepit, vt & videre posis reginam cœli & matrem Dei, quæ ab Angelis deberet ministrari ipsam sibi & filio ministrantem. ¶ Aduerte autem Christum media nocte fuisse natum ea noctis hora qua homines rerum omnium & sui etiam obliti in vtramuis dormiunt aurem, cum nulla vexat illos solicitudo. Tunc igitur singulare hoc beneficium pijssimus Dominus hominibus præstat. Vnde merito in Canticis dicitur. Ego dormio, & cor meum vigilat: ait sponsa adolescentulis. Ego dormio, & cor meum, id est sponsus meus, dilectus meus, amor meus, qui cor meum est, en ipse vigilat. Cum igitur in vtramuis aurem dormirem & sponsi mei oblita essem: ipse conferens in me beneficia vigilabat. Cum obdormiret mundus in peccatis, tanto amore illum prosequutus est Dominus, vt nasci fuerit dignatus ex tanta virgine. Vnde in sapiente dicitur. Dum medium silentium tenerent omnia & nox in suo curlu, &c. Vt nimirum per hæc intelligamus, quòd dum ipse peccator in vitijs, & peccatis demergitur, tunc ipse Dominus in eum confert beneficia. Natus itaq; est in nocte, vt noctem nostram illuminaret: hic lumine diuinæ gratiæ, illic autem lucem æternæ gloriæ. Insuper & in hyeme natus est, vt pectora nostra frigida diuini sui amoris flamma incenderet. Deniq; filius Dei factus est filius hominis, vt ipse homo filius Dei efficeretur. Sed iam singula verba considerandа veniunt.

Cant. 5.

Sap. 18.

¶ Peperit (inquit) filium suum primogenitum. Non dixit parturiuit, quia significat verbũ hoc cũ dolore parere, & angustias partus sentire. Peperit sacra virgo eum sine dolore, quem sine corruptione concepit. Nec infans nascens aliquo dolore matrẽ affecit, qui futurus erat gaudium vniuerso mundo. Et hoc est, quod vt præteritum Esaias prædixit. Antequam parturiret, peperit. Non inuenit locũ in sancta virgine maledictio illa Euæ, cui dominus dixit. In dolore paries filios: nam beata virgo summa quadam lætitia filium Dei peperit. Filium etiam suum peperisse dicitur: cum in proprijs visceribus & vtero illum conceperit & gestauerit. Denique primogenitum eum vocat, quia nullũ antea pepererat, nec posteà aliquem peperit, & virgo tandem permansit. Dicitur enim ille in scriptura primogenitus, qui prior nascitur, etiam si nullus alius frater ipsum sequatur: non tamen is, quem & alij sequuntur: sed ante quem nullus est. Quod sanè conuincitur ex illo Numerorum. Quidquid primum erumpet è vulua cunctæ carnis, quam offerunt domino siue ex hominibus siue ex pecoribus fuerit sui iuris erit: ita duntaxat vt pro primo genito hominis pretium accipias. Vbi dominus definiuit, quis sit primogenitus, dum inquit, quidquid primum erumpet de vulua. Ad hoc enim, vt primogenitus sit, non sunt conijciendi oculi ad eos, qui oriri debent, sed ad iam natum. Hoc idẽ fatetur Hieronymus in primũ caput Matthæi. Quod si græcũ textũ consulimus, vbi nos habem⁹ primogenit⁹, habetur πρωτότοκος, q̃ omnes interpretãtur primogenit⁹, & recte: est enim cõpositũ à πρῶτος, quod est primum seu primo, & τοκος, quod est fætus seu partus. Et sic stãdo in significationis rigore, intelligemus primũ partũ seu primo nascentem. Idẽ enim est primogenitus & vnigenitus. Nã in phrasi hebræa vnus idẽ est atq; primus. Vt est videre in illo Genesis. Factus est dies vnus. Idest, primus. Sic Iosephus interpretatur libro primo antiquitatũ capite primo. Vnde postquã in textu dicitur, dies vnus, subiũgitur statim, dies secũdus, dies tertius, dies quartus, &c. Et in capite vigesimo nono vbi septuaginta ex Hebræo trãstulerũt κατὰ μηνὶ τῷ ἑνδεκάτῳ τῆς μηνός, Hieronymus vertit, mẽsis enim septimi prima die. Et similiter in capite primo Aggæi, vbi vulgata editio habet in die vna mẽsis, quidã vertit, in die prima mẽsis. Et in Matthæo initio capitis vigesimi octaui ait, εἰς μίαν σαββάτων, Theophilactus transtulit, prima sabbatorum. Itaque vnigenitus idem est quod primogenitus. Cuius vocabuli interpretationi iuristæ arridẽt. Denum, vt concludam si vt impius Heluidius ausus est blasphemare in Dei matrem, si primogenitus intelligitur ratione aliorum subsequentium sequeretur quod iura primogeniti non haberent locum in primo genito: nam tunc temporis expectandus esset alius secundus filius, vt primogenitus esset offerendus in templo. Quòd si alius filius esset expectandus, ad hoc quod primogenitus esset offerendus, quadragesimo die post suum natale, quomodo poterat lex seruari cum in natiuitate secundi iam ferè vnum haberet annum primogenitus? Et licet omnes masculi, vt plerũq; quadragesima die offerentur: tamen primogeniti consecrabantur Domino, eo quod Dominus percusit primogenitos Ægyptiorum, & primogenitos de tribu Leui seruire iugiter Deo. Aliarum verò tribuum primogeniti offerebantur & quinque siclis redimebantur. Quæ lex nullo pacto seruari posset si primogenitus diceretur respectu aliorum subsequẽtium. Nam Hebræi primo filio nato, hoc facere tenebãtur, licet posteà nullum alium filium haberent: qui primogenitus vocatur eo quod ante illum nullus sit natus licet vnigenitus esset non habens posteà fratrem. Deniq; in Exodo legimus Dominum percussisse primogenitũ in omni regno Ægypti, nec erat domus, in qua non iaceret defunctus. Nunquid in omni domo plures erãt filij? Aliquę sanè essent vbi vnicus solum esset filius qui mortuus fuit, quia primogenitus erat. *Et pannis eum inuoluit.* Aliqui pia quadam deuotione ducti existimant Christum Dominum inuolutum fuisse vilibus & dissipatis pãnis, quia vocabulum pannus id significare videtur: quodquidem mihi verum non videtur. Nam licet sacratissima virgo pauperrima fuerit, at ex sua paupertate (quia prouida & prudentissima erat) parata habebat munda lintea: quibus filium inuolueret. Nulla quidem ita pauper mulier est, cui aliqui boni & mũdi panni non sint ad inuoluendum filiũ aliquibus retrò diebus parati, & id præcipuè cum in tali ætate infantes diligantur grandi amore, vt & beata virgo filium suum amauit. In originali Græco est, ἐσπαργάνωσεν, quod sonat infasciauit, idest, fasciculis in uoluit: nequis existimaret dissipatos pannos. ¶ Obserua autem multoties contingere, vt homines ingredientes domos & templa detineantur in contemplandis imaginibus, picturis, & in alijs huiusmodi. At Christus in vili tugurio natus nihil pompæ habere voluit, vt ipsum solum contemplemur & aspiciamus. Nam externus cultus solet

Gen. 3.

Num. 18.

Exod. 12.

Esa. 66.

Gen. 1. Panor. ex Ioseph. de vet. bo. sig. & l. ex duobus in prin. ff. vulg. & pupi. subst. & Bal. l. 3. de iure emphiteu. Abb. in l. cũ anno quio. col. 4. versi. & pro mo præmitto. C. de rei. deliberan. & adeunda & adquirenda hæredita.

mentem distrahere, vt modo hic, modo alibi aduertat, eo neglecto, quod potissimum expectandum erat. Christus autẽ in sua natiuitate ita pauper & abiectus est, vt nihil velit præter ipsum considerari. Nihil aliud ò Christiane tibi considerandum propone nisi vnum Christũ pro te in præsepio natum inter ipsa bruta animantia, in medio hyemis, frigore trementem, pauperem, abiectum & culpas tuas & flagitia tua plorantẽ. ¶ Obseruabis autem quod cum Adam vitam degebat in illo innocentiæ statu, nudus erat, nec ob id erubescebat, at postquã peccauit, ministrauit illi Dominus perizomata quibus operiretur. Quia peccauit homo, data est illi vestis, qua tegeretur: ita vt indumentum signum euidentissimũ sit peccati. Considera igitur Dñm, peccatoris insignibus & indumentis vestitum: quia peccauit homo, dedit illi Dominus pannos, quibus vlcera ligaret: vt & Christum etiam videas vittis & pannis inuolutum, vti peccatorem & plagatum: cum peccatum ex diametro cum illo pugnet, & distet ab eo plusquam bis diapasson. Vnde diuinus Paulus inquit venisse Christum in similitudinem carnis peccati. Peccatoris vestem induerat, etsi peccator non esset. Serpens ille, quem Moses in mõte in sublime erexit serpentis tantum figuram habebat, venenũ verò minimè. Sic Christus in similitudinem venit peccati, & indutus peccatoris veste: cum ipse ab omni peccati labe prorsus esset immunis. Ita sanè siquis eum vittis ligatum cõspexerit, vlcera habere intelliget, cum reuera non sit ita. Videbit tamen in illo veritatem expressam figuræ Iacob iusti & sancti, qui vestibus Esau peccatoris indutus erat, vt patris æterni benedictionem, omnibus fratribus post illum venturis accipiat, qui sanè illi sunt, qui fidei ratione Christi filij & fratres appellantur. O quantum te Deo debere existimandum est, quando non solum pro te humanam carnem dignatus fuerit accipere: verum pannis inuolui & alligari, veluti habens vulnera, & id quidem vt tua propria sanaret. Quod si peccati vestibus Dominus est indutus: quid est, quod te ipsum iactes tuo vestitu? Quid est, quod marthas, purpuram, sericas & bombicinas vestes induis? Sunt quidam pueri, qui cum famosi latrones sint, & merito possent suspendi, ob ætatis paruitatem rigore legis nõ valent puniri: tamen super istorum caput in latronis

Num. 21.

Genes. 3.

Galat. 4.

Genes. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

signum appenditur cymbalum quoddam ferreis virgis adiunctum. Quod siquis ita stupidus & amens esset, vt de huiusmodi signo se ipsum iactaret: nõne merito irridẽdus esset? At si vestis signum est infamiæ & ignominiæ, sicut cymbalum nota latronis, quid est quod in ipso dedecore honorem quæris? Stultus sanè ille appellandus est, qui de signis fragilitatis & vlceris sui se ipsum iactat. In quo loco iam manifesto docemur quanta insania sit, pretiosas vestes quærere, & multum temporis in corporis ornatu cõsumere: quandoquidem ille, qui claris sideribus & stellarum iubare cælum illustrauit, auibus plumas coloribus varijs relucentes dedit, & fortibus pellibus animalia induit, sibi elegit pannis pauperrimis & vilibus indui vestibus. Considera tandem Christum in brumali tempore natum, & ita fiet, vt à te multas curas, & solicitudines reijcias. *Et reclinauit eum in præsepio.* Non in blando & eburneo lecto, aureis pauimentis & fulcris exornato, vt faciunt homines lasciuientes, qui ventri suo deseruiunt. Non equidem reclinauit eum in lectulo tapetibus ex Indorum extremis regionibus itrato: non in sindonibus odoriferis aquis delibutis: nõ in cunna bysso, aut purpura composita, sed potius in præsepio, in antro quodam ex viuo lapide excisо. Sed iam obsecro, vt Christi paupertatem, & charitatem aduertas, quæ maior audita vnquam est humilitas, quam in stabulo nasci? quæ maior paupertas, quàm inuolui tam pauperibus pannis? Quæ maior asperitas, quàm in tam tenera ætate in præsepio reclinari? Quæ maior charitas, quàm vniuersarum rerum Dominum tam grandes labores pro te pati? Equidem in suo natali non habuit domum, sed vile stabulum: & in morte in alieno sepulchro positus, & in vita non habuit vbi caput suũ reclinaret: tu autem cum vilis terræ vermiculus sis, alta palatia ædificas, domos superbas construis? Væ illi qui dicit, ædificabo mihi domum latam, & spatiosa cœnacula. Vnde Amos in persona Domini. Detestor ego superbiã Iacob, & domos eius odi. Ecce in hoc paruo terræ spatio cælorum cõditor natus est: hic visus à pastoribus, hic ostensus à stella, hic adoratus à Magis. Ille cuius pugillo mundus complectitur, præsepij continetur angustia. ¶ At libet & tecum, ò regina cœlorũ, parumper loqui. Quæ tam dura & rigida mater est, quæ filium suũ modo natũ, sine indulgentia tractet? Quod si dixeris non esse locum in diuersorio: nunquid in vlnis tuis non est locus? Credo equidem ibi contentus erit, & potiùs quam in cũctis regalibus aulis. Cur illum ab vberibus semoues, & in præsepio collocas? Cur beatissima virgo puerum tenellum tam rigidè tractauit? Vtique edocta à filio id fecit. Sic enim illi fuit placitum. Modo autem ad filium libet sermonem conuertere & interrogare. Cur ò cœlestis puer ab vlnis matris tolli, & in præsepio collocari voluisti? Vtique non sine alto cõsilio id fecit: & vtinam his omnibus quod à nobis desiderat consequeretur. Quare in præsepio animalium & bestiarum loco? Quia Adam erat in paradiso terreno & cum honore: cum autem misere lapsus fuit, animal factus est, & in locum animalium eiectus. Homo enim cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Cum autem puer iste hominem perditum quærat, eum in loco suo quærit. Præsepium enim locus est iumentorum. Consideret rogo peccator, ibi Dominum esse voluisse: vbi sua peccata illum collocauerant. Voluit sanè diuina bonitas & maiestas eo vsque descendere quousque per peccatum homo descenderat. Et idcirco ad præsepium vadit, vbi illum inuenturus erat.

¶ Præterea cum Christus venerit facere & docere: cumq; docturus esset postea, cũ inuitatus fueris ad nuptias recũbe in nouissimo loco: ita ipse modo protinus, vt nascitur recũbit in humili & nouissimo loco: vt nos profundæ & inauditæ humilitatis exẽplo doceret. Expende etiam præsepium non hominibus, sed animalibus fuisse factum. Christus nanque sua facit multò aliter, quàm mundus. Pauper enim re vnica ad duo officia fungitur: nam si pallium non habet, lecti capit lodicem vt se cooperiat: ita, vt lodix pro pallio etiam deseruiat. Sicut enim pauper ex lodice pallium facit, ita Christus ex præsepio cunnam. Tanta enim Dñs fuit operatus, vt nos in humilitate perficeret, vt difficile sit ea explicare. Nihil enim priꝰ eũ quã hominis & Angeli superbiam offendit: quælibet res consideranda est & secundum qualitatem delicti castiganda. Nanque si superficie tenus rem ipsam perpendamus, videbitur sanè ipse Dominus magis aeriter & aspere cum Angelis quam cum hominibus se ipsum habuisse: cum reuera ego crediderim

Luc. 9. *Ieremi. 22.* *Amos. 6.* *Psal. 48.* *Actor. 1.*

derim duriùs & acriùs hominum naturam quam Angelorũ esse punitam. Nec de pœna loquor in quã incidit Adam & eius successores, sed de pœna vnius Christi? & in hunc maiorẽ fuisse animaduersionem quã in omnes dæmones. Nec dicere valet Angelorum pœnam ipsum infernum fuisse: quia tandem non tantum descenderunt quãtum voluerunt ascendere. Nam (vt de Lucifero loquamur) vt iustam suæ insaniæ susciperet mercedem infinito quodã modo à Deo esset deijciendus: quia contra infinitè potentẽ cor suum eleuauit. Et idcirco, quia huic pœnæ locus non fuit: non pleno rigore fuit adimpleta sentẽtia diuina. Factus tamen Christus homo in animalium præsepio locatus: in vniuersum soluit quod ipse homo peccauerat. Sed iam considera quo pacto hominis peccatum grauius fuit in Christo homine punitum, quàm Angelorum. Et istæ hominis pœnæ tali modo medicamentum attulerunt, vt satis factoriæ fuerint: quia pro nobis exoluit Christus atque hæc solutio summa medela fuit nostræ elationis & superbiæ. Quæ obsecro maior medela esse potuit ad nostram superbiam curandam? Quid obsecro vehementius in humilitatis amorem nos incendere potuisset: quàm cum Christum videamus inter bruta animantia in medio præsepio constitutum? Et quanuis in ecclesia cantetur Deum mundũ vniuersum condidisse: & fecisse Angelos silentio præterit, & creasse homines audit. Tamen cum dicitur, & homo factus est, omnis homo genuflectit & se ipsum incuruat, in venerationem & obseruantiam tanti, & tam diuini mysterij. O hominum superbiam detestandam, qui in cognitione tanti beneficij non elationem suam deponunt. In quo quidem loco nihil dicendum existimo de humilitate sanctorum: nam si cum hac Christi redemptoris nostri conferatur, potiùs appellãda veniet superbia quam humilitas. Vocatur terra humilis, quia pedibus conteritur, cum proprius locus illi sit: tamen si cælum cum terra coniungereтur, magnam istam diceres inclinationem & humilitatem. Homo enim non potest ampliùs inclinari cum omnibus virtutibus sit destitutus. Tamen tu cælum considera in terram ipsam inclinatũ: ita sanè Christus Dei verbum se ipsum humiliauit, vt non solũ paruulus puer factus fuerit, sed in præsepio locari voluit. Induit filius Dei carnẽ, vt nos vbertatem spiritus indueremus. Descẽdit de cælo ad terram, vt nos de terra ad cælum eleuaret. Scribi voluit in terra, vt nomina nostra scriberentur in cælis, & ciuitatem ascendit, vt nos ad patriam cœlestem ascendamus. Et enim non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus, & ille qui totum mundum vario vestit ornatu, pannis inuoluitur, vt nos stolam primam reciperemus: manus pedesque fuis fasciculis adstringuntur, vt nostræ manus ad opus bonum exerceantur, & nostri pedes dirigantur in viam pacis. Denique in præsepio collocari voluit, vt nos è bestijs homines efficeret, & humilitatem doceret. Si rex in aure lectica, vel triumphali curru iter ageret, præciperetque vt omnes potẽtes & magnates regni nullis equis, nec mulis ascensis illum comitarentur, dicerent ipsi neutiquam illum comitari velle tanquam talares serui. Tamen si rex iter suum ageret non ascendens equum, mulam, aut currum omnes alij magnates illum comitarentur vltronei, & quanuis ipsi iam equos ascendissent eos deponerent. Sic legitur quod cum magnus ille Alexander Persiæ regnum debellaret, tanta nix, & tempestas cecidisse dicitur, vt nullus militum iter agere auderet. Quod cum ipse Alexander videret, ab equo descẽdit, & per medium gelu iter pandit, & inquit Curtius quod erubescentes omnes sequuti sunt eum amici prius, deinde copiarũ duces, & vltimo loco milites. Considera igitur Christum regem gloriæ, qui cum mũdi huius vanam pompam & apparatum videret, vt eos ad humilitatem adduceret, & ad honorem & vanitatum contemptum ipse prius in humili præsepio locatur. Quod si milites illi Alexandri erubuerunt, Dominum suum videntes ab equo descendisse: vt quid tu qui & Christianus es, & de Christianismo gloriaris istam pompam, & vanum apparatum non deponis? Vrias dixit Dauidi. Dñs meus Ioab super terræ faciem: & ego ingrediar domum meam, vt comedam & dormiam cum vxore mea? Sed quid est, quòd tu nõ pudore suffunderis, in mundi voluptatibus & delicijs viuendo, cum Christum ducem tuum videas in duro præsepio iacentem, & aspero frigore trementem? Statim cum nascitur iste puer, vt doctor è cathedra, sic ipse à præsepio humilitatis lectionem legit, non verbis, sed ipsis operibus nos instruens, vt vehementius nos ipsos exci-

Hebræ. 13. *Q. Cur. li. 5.* *2. Reg. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

citaret ad illum imitandum. At postquam humilitatis lectione nos instruxit, docet etiam diuitiarum contemptum, quando in loco pauperrimo & abiecto nasci dignatus est. Mira quidem & superna lectione nos docet omnia, quæ in mundo sunt contemptui esse habenda. Clamat vile stabulum, clamat arctum præsepe, clamat alienum & commune hospitium. Si quis non renuncia
Luc. 14. uerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Antepositi infantulus iste humilem paupertatem, cunctis mundi diuitijs. Tertio loco docet, carnis prudentiam mortem propinare, & quòd qui secundum carnem vixerit, morte morietur. Propterea ipse elegit, quæ aspera & dura sunt.
Rom. 8. Clamat hoc noctis, hyemis, & peregrinationis asperitas. Clamat fames, vagitus & lachrymæ. Si quis vult venire post me abne-
Matth. 14. get semetipsum. ¶ Docuit quarto amorem nostrum transferendum esse à mundanis & terrenis ad cœlestia: nihil enim mundanũ, nihil carnis, nihil temporale in hoc seculo Christus habere voluit. O beata paupertas à Dei filio & eius sanctissima matre cõsecrata. Fecit Deus pater, vt magister geometriç, qui cũ videat discipulos, nec proficere, nec intelligere ea quæ dicũtur, figuras proponit in terra: vt vel sic ipsi scholastici aliquod emolumentũ excerpant. Sic etiã Dñs olim loquutus patribus in prophetis de sancta humilitate, de paupertate, de mundi contẽptu, parum aut nihil proficiebant: quocirca factum est, vt modo in isto puero quidquid antea prædicauerat, ostenderit in terra mirabili quodam exemplo. O glorioſissime & sanctissime puer, quam bene dixisti Pilato. Re
Ioan. 19. gnum meum non est de hoc mundo. Et vt vera loquar, quanuis alia ratio non esset, ad mundi vanitatem propellendam, hæc sola deberet sufficere ad eorum cõfusionem, qui de nomine Christianorum gloriantur. Sed respondeas mihi tu qui homo Christianus es: es ne tu prudentior, quam Deus? Ideò attende, vt semper id eligas quod Christus elegit: si hanc mundi vanitatem reijcere cupis. Nanque præsepium hoc durum delicias huius mundi cõdemnat: hoc stabulum efficaciter demonstrat quam vani sint honores mundani: & viles illi panni, quibus diuina maiestas fuit inuoluta, nobis ostendunt qualis conditionis sint diuitiæ huius seculi. At si tu ò anima Christiana videris Isaac spõsum tuum per terram peregrinantem, debes cooperiri pallio sicut altera Rebecca, *Genes. 24.* erubescens, cum videas Christum in præsepio duro iacentem, teque in camelo alto huius mundi honoris & potentiæ: & ita descẽdens sicut altera Rebecca fecit & contemnẽdo vanitates seculi præsentis, vitam redemptoris tui insequere, quandoquidem nosti illum errare non posse. Sed iam subdit causam sanctus Euangelista, cur beata virgo infantem in præsepio reposuerit; scilicet. *Quia non erat ei locus in diuersorio.* Diuersorium domus est, ad quam hospitandi gratia ab iti nere quis diuertit: quod Hispanice vocatur, *meson.* At quoniam multi causa professionis in Bethlehem venerant, & diuersoria occupauerant, nullus locus superfuit sacræ virgini statim filium Dei parituræ. Necesse igitur fuit ad stabulum diuertere: & idcirco dicitur, non erat locus in diuersorio. Id est, in hospitio conducto. Vbi manifeste apparet quod præsepium erat extra diuersorium siue hospitium. Nam cum dicitur, non erat locus in diuersorio, aperte significatur, nullum locum esse illis in hospitio, & perinde præsepium esse extra hospitium. Nã si intra diuersorium esset, non vtiq; dixisset, nõ erat ei locus: sed non erat ei alius locus in diuersorio. Totum quippe diuersorium occupabatur ab alijs, cumque pauperes illi essent, nemo eos excipere voluit, & idcirco necessum fuit foras progredi, & pauperrimo tugurio, & vili stabulo se recipere nostri amoris causa. Sed pietate animi motus, dices forsitan. Si ego illic essem, vtique eos reciperem. Sed quomodo illud faceres, cum quotidie clamet ad ostiũ cordis tui, nec aperis illi? Claudis Christo portam, & diabolo ipsius inimico aperis, & dicis te illis daturum hospitium? Sed insuper quomodo tu illos exciperes, si pauperes non ex
Matth. 25. cipis? Tu Christianus? Quod si Euangelio credis dicenti, quòd vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis: quid est quod pauperẽ non excipis, qui nudus & in medio gelu ambulat: cũ & ex eodem Euãgelio sis edoctus, quòd si hunc excipis, & Christum excipis? Isti enim pauperes, pro quibus Christus sanguinẽ suũ effudit, nullũ operimentũ habẽt, nec domũ, in porticu domus tuæ tota nocte frigore pereũtes: tu autem dormis & stertis in lecto purpureis pauimentis & tapetibus ornato. At dolendũ est, vt quod illi Bethlehemitici cum Dño fecerunt, quem non cognoscebãt, idem tu cũ eo facis quem lumine fidei

fidei cognoscis: nec eum recipis, qui mutatis vestibus venit in paupere. Sed iam vlterius progrediamur. *Pastores erant in eadem regione.* Oportebat enim, vt post natum infantem Iesum, eius natiuitas non esset occulta, sed aliquibus manifestaretur: nam non decebat tantum & tam grande bonũ cunctis mortalibus occultari. Sic enim Raphael Angelus inquit. Sacramentum regis abscondere bonũ est, opera autem Dei reuelare honorificum est. Nemo lucernam ardentem ponit sub vase, sed super candelabrum, vt intrãtes domum, lumen videant. At egressus Iesus ab vtero matris tanquam lãpas igne diuini amoris incensus, venit, vt ardeat in cordibus nostris. Idcircò Euangelista ostendit, quomodo natus Iesus, hic fuerit pastoribus nunciatus. Quem & postea Apostoli vbiq; & omni creaturæ regnũ cælorum prædicantes, manifestauerunt: & tunc viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Expẽde etiam, quod non solum Christus exaltatus à terra omnia traxit ad se, sed etiam reclinatus in humili præsepio. Potẽtior voluit videri Christus in humilitate & paupertate, quã in maiestate. In cruce pendens adduxit latronem, & Centurionem, & plurimos alios qui percutientes pectora sua reuertebantur, & positus in præsepio adduxit pastores & Magos ab oriente. Dicit ergo Euangelista, quod pastores erant in regione eadem. *Vigilantes & custodientes vigilias noctis.* Distabãt isti pastores à Bethlehem mille passus: & in planicie quadam pascebant greges iuxta turrim inter Bethlehem & Ierusalem, vbi Iacob ex Mesopotamia rediens commoratus est cum suis gregibus: vbi etiam mortua & sepulta est Rachel. Dicebatur turris gregis: de qua illud Michææ exponitur. Et tu turris gregis nebulosa filia Sion ad te veni. Verum hic aliqua erunt obseruanda.

¶ Et non indignum consideratione est, quomodo ea, quæ Dei sunt longo interuallo differant ab his, quæ mundi sunt. Nuncia nanque prius regibus, imperatoribus, principibus, & magnatibus deferuntur, deinde ad nobiles, & alios deriuantur, quando vero ad pauperes perueniunt iam veterascunt. Sed multo aliter fit in domo Domini nam nuncia natalis Christi non imperatori Cæsari Augusto, non principibus & magnatibus qui erant in Ierusalem deferuntur: sed pauperibus pastoribus, qui postea alijs nũcient & ipsis principibus. Ea nanq; quæ diuina sunt & suprema, non superbis sed humilibus reuelãtur. Sic Christus respõdit discipulis Ioannis. Pauperes euangelizantur. Aduertite quod bona gloriæ & nũcia regni cœlestis humilibus & non superbis diuinitꝰ dantur. Nanq; per horũ prædicationem fieri debet notum istis regnum cælorũ. Sic loquutus Christus cum æterno patre inquit.
Abscondisti hæc à sapientibus & prudenti- *Matth. 11.*
bus & reuelasti ea paruulis. Non per sapientiam, sed per sanctam humilitatem diuina cognoscuntur mysteria. Sic apostolis & pauperrimis discipulis reuelauit Dominus, quod potentibus huius seculi aperire noluit. Vos autẽ dixi amicos, quia omnia, quæ audiui à patre meo, &c. Ideò Paulus. Non *1. Cor. 1.*
multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt, &c. ¶ Secundo denunciata est prius natiuitas pastoribus, quã alijs, quia pastoris est nascentes agniculos inter dumeta quærere & saxa. Ite ergo & dicite pastoribus, vt agniculum Bethlehemitica porticu natum veniant quærere. Illum inquam de
quo Esaias. Quasi agnus corã tondente, &c. *Esai. 59.*
Et Ioannes, Ecce Agnus Dei. ¶ Tertio pa- *Ioan. 1.*
storum vita, pauper, dura, & pœnitens est. His enim Deus manifestum se facit, & hos vult, suæ natiuitatis futuros prædicatores. Sic vult Dominus prædicatores suos abstinentes esse, pauperes, & à mundo abiectos. Et non sicut plurimi, qui hac nostra tempestate subuculis olandæis & bombicinis vestibus induti tendunt prædicaturi alijs paupertatem & pœnitentiam. Non sic sancti *Psalm. 125.*
apostoli: qui euntes ibant & flebant mittẽtes semina sua. Sine baculo, pera, & calceamentis misit illos Dominus, & nudi nomen Dei portauerunt. Istis sanè humilibus, & pauperculis pastoribus conueniens est reuelatio diuinorũ, & prædicatio Euangelij.
¶ Quarto pastores elegit, vt his prius suæ sanctissimæ natiuitatis sacramẽtum ostenderet: quia iam tempus aderat: quo solus ipse & verus pastor promiserat per prophetam
dicens. Ecce ego requiram oues meas, & vi- *Ezech. 34.*
sitabo eas sicut pastor visitat gregem suum, &c. Et post pauca. Et suscitabo super eas pastorem vnum: qui pascat eas, seruum meum Dauid, &c. Et cessare faciam, &c. Quod neutiquam intelligi potest de Dauide illo rege Israel, qui iam multis retro annis mortuus fuerat, nec iterum suscitandus erat. Quo circa ad literam intelligenda venit de Christo illa prophetia, qui idẽ dicit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 10. Ego sum pastor bonus. ¶ Aduerte autem quod istis pastoribus vigilantibus & nō dormientibus, apparuit angelus Domini, vt discas in mandatis Domini semper vigilare.
2. Tim. 4. *1. Petr.* 3. *Matth.* 13. *Matth.* 24. Vnde Paulus Timotheo ait. Tu semper vigila, in omnibus labora. Hinc Petrus. Vigilate quia aduersarius vester diabolus tanquā leo rugiens, &c. Et Christus. Videte, vigilate & orate. Et iterum. Beatus ille seruus, quem cum venerit Dominus eius, inuenerit vigilantē. Sed hoc præcipue ad prælatos spectat: qui animarum custodes & pastores sunt. Sed quia ipsi dormiebāt sicut Saul prælatus & rex Israel cui abstulit Dauid lanceā & cyphum aquæ: sic quia prælati Ecclesiæ dormiebant, venit Lutherus impius inimicus, & disseminauit zizaniam in medio tritici: vt intelligas quantum referat reges, & prælatos vigilare semper in custodia gregis sui. Vtiq; vigilanti Mosi & gregem custodienti apparuit Deus, quem populi sui principem constituit. Et cum gregem obseruaret Dauid, in regem Israel fuit electus. Et Amos pecora custodiebat, cum efficitur à Dño propheta, vt verè ex his intelligas eos esse tali munere & officio dignos, qui semper vigilant & laborant, neq; vnquam otiosi sunt. His verò temporibus prælati, qui deberent potius greges custodire, in regalibus curijs maiorem partem vitæ consumunt, & commissas oues arbitrio mercenarij regendas tradunt, vt vel sic ipsi prelati in vtranuis dormiant aurem, quo factum est, vt tanta vitia & errores ecclesiam Dei fuerint ingressi. Et enim multa quæ vicarij exercere nō possunt, poterunt & ipsi iuxta spiritualem vitam subditorum. Nanque Eliseus præsens suscitauit puerum Sunamitis, quem Giezi baculo suscitare non potuit. Medici etiam corporales melius & aptius sanitatem confe runt, si ipsi infirmos visitent, & male affectam partem tangant. Sic Dñs ipse non legitur per alium infirmos curasse. Qui Lazarum absens suscitare poterat, suam præsentiam adhibuit. Et Centurioni dixit. Ego veniam & curabo eum. Et leprosum propria manu tetigit. Et in nostro Luca legimus, quod singulis manus imponēs curabat eos. Subditi enim semper quærunt prælatos suos, sicut mulier Sunamitis Eliseum. Sed his iam omissis, videamus quid addat vlterius noster Euangelista. *Super gregem suum.* Non super alienum. Nō tibi ratio exigetur de alieno grege: sed de tuo. Nam seruo illi

1. Reg. 26. *1. Reg.* 16. *Amos.* 1. *4. Reg.* 4. *Ioan.* 11. *Matth.* 8. *Marc.* 7. *Luc.* 4.

Dñs dixit. Redde rationem villicationis tuæ. Nam nō parum efficies, si te ipsum corrigis, tuasque oues custodieris: nec opus est corrigere id, quod ad te non attinet. Ideò inuigilandum semper super gregem tuū, & alienus dimittendus. *Ecce Angelus Domini stetit iuxta illos.* Decebat certè vt sanctam natiuitatem sanctus angelus prænunciaret: eo quòd exinde homines adducendi erant per Christū. Pax etiam reformata est per beneficium incarnationis inter angelos & homines. Ideoq; rectè dixit quòd stetit angelus iuxta illos quasi amicus & familiaris illis, & in hoc familiaritatem & æqualitatem ostendit. Non supra illos stetit sicut ante exaltationem humanę naturæ in Christo, quia permittebant angeli adorari, vt factum est ab Abraham & ab alijs, quod quidem minimè fecerunt post assumptam à verbo humanitatem. Nam Ioannes Euāgelista relegatus in insulam Pathmos, volens angelū, qui ei apparuerat adorare, dixit illi angelus. Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum. Honorauerunt angeli naturam humanā post verbi diuini incarnationem. Expende etiam quod nō absolute vocauit illū angelū, sed angelum Dñi, quia venerat nunciaturus ea solū quæ Dñi erant. Ipse enim erat angelus Gabriel, qui nunciauit præcursorē, qui missus fuit ad virginē, & idem ipse est, qui modo venit Iesum iam natum pastoribus nunciaturus, corpore ex aere formato. Quj quidem duplici honoris signo ab angelo affecti sunt, scilicet consortio & loquutione, & claritatis diuinæ illustratione. Qua de causa inquit Euangelista. *Et claritas Dei circūfulsit illos.* Ad incrementum maioris gaudij visus est claritate quod antiquis patribus nū quam contigit. Exortum est in tenebris lumen rectis corde, & sic nato nouo lumine in hoc mundo, decens erat, vt qui illud nunciaret, nouo luminis radio eos illustraret: quod nec prophetis, nec patriarchis contigerat. Nam in vniuerso veteri instrumento non inuenitur, quod talis lux circunfulserit homines, sicut modo pastores. Post hoc etiam lux de cælo circunfulsit Paulum, & Petro lumē refulsit in cubili carceris detento. Itaque tribus de causis angelus tanto lumine apparuit. Primò quia verum lumen nunciabat, ipse enim ait. Ego sum lux mundi. Vnde æternus pater ad illum. In splendoribus sanctorum, ex vtero ante Luciferum genui te. Et vt litera Hebræa habet, in splendoribus sanctitatum. At quia hæc obscura sunt, explicatione indigent. Si enim in patre producente filium vnicum esset attributum quod splenderet, aut vnica sanctitas, quæ splendorem emitteret: rectè diceretur, in splendore illius sanctitatis genui te. Sed cum pater in sua diuinitate rerum omnium naturas comprehendat (nō corporaliter sed eminenter) sintque in patre infinitæ perfectiones & sanctitates, (licet omnes illæ vnum sint) idcirco omnes illæ creaturæ & omnes illæ perfectiones sunt sanctitates in Deo splendentes. Cum primum nanque pater in sua æternitate contemplatus est se & suas perfectiones & rerū naturas quas in se continebat: tunc illa omnia intellectui diuino splenduerunt, & plenissimè sunt à diuina mente concepta: ex quorum omnium notitia & intuitu verbum diuinum prodijt. Recte ergo verbum diuinum genitum est non in vnico splendore tantum diuinæ essentiæ, sed in splendoribus omnium rerum sanctarum, quas pater in se continebat & intelligebat. Itaque quia filius nō tantum è cognitione diuinę essentiæ est egressus, sed etiam ex cognitione bonitatis, sapientiæ, & potētiæ, & demum omnium creaturarum dicit Psalmus, in splendoribus sanctorum, vel sanctitatum genui te. Igitur filius Dei, qui ex tot splendoribus genitus erat, & quidem ipse (vt ait Paulus) cum splendor esset gloriæ, nobis ex alto ortus est sicut sol refulgēs in suis splendoribus totum orbem illuminans. Ille enim qui ex splendoribus sanctorum genitus est ab æternò, tanquam sol ortus est nobis, & à mentibus nostris tenebras ignorantiæ fugauit, & tantis tamq; diuinis splendoribus intellectum illuminauit. Et idcirco Esaias loquutus de Christi natiuitate hanc lucem vaticinatus est, dicens. Populus, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: ambulantibus in regione & vmbra mortis, lux orta est eis. Is qui male agit & de malo dolet & compungitur, is in tenebris est, nondum sedet, sed ambulat adhuc: at is, qui lætatur dum mala efficit, is sedet in tenebris quia peccatis assuescit, & in vmbra mortis. Beatus ille qui non abijt in consilio impiorum, nec stetit, nec sedet. Sed verè miser qui in via peccati, vel stat, vel sedet. Tales erant homines, nam quidam illorum ambulabant in peccatis suis, & bona pars sedebat in eis: & hic status peccati, planè est mortis & inferni. Qui verò

Luc. 16. *Genes.* 18. *Apoc.* 22. *Actor.* 9. *Actor.* 12. *Psalm.* xlv. *Ioan.* 8. *Psalm.* 109. *Esa.* 9. *Psalm.* 1.

compungitur cum peccat vmbram habet vitæ, sed qui in profundum peccatorum venit, & contemnit, is sanè miserè iacet in inferni vmbra. His igitur in Christi natiuitate lux orta est. ¶ Prætereà non dicit populum, qui ambulabat in tenebris illuminatum, sed dicit, populus, qui ambulabat in tenebris vidit lucem, & non solum lucem, sed lucem magnam, nec dicit habitantibus in regione mortis lux orta est, sed lux est eis orta. Et ideò sancta Ecclesia diuino spiritu gubernata in ingressu missæ secundæ solennitatis natiuitatis Dominicæ canit. Lux fulgebit hodie super nos, quia natus est nobis hodie. &c. Quapropter nos, quia hæc lux nobis illuxit merito cum rege Dauid canere possumus. Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Ideoque pastores isti circundati sunt tanta luce quia lucem mundi nunciabat illis angelus, & iam apparuerat natus Christus in Bethlehem. ¶ Secundo tanta claritate & splendore angelus apparuit illuminans pastores non solum in corpore, sed etiam in corde, vt minimè paruipenderent tam insolitum factum, quod tanto claritatis lumine demonstrabatur. ¶ Tertio tanta apparuit claritate, quia illustrandus erat mundus nouis doctrinis, sacramentis, atque decretis tanti & tam magni principis, qui ad præclara facta nascebatur, & vt depelleret omnes idololatriæ tenebras, & cūctas prauitates à corde credentium, vt vera lux merito posset dici, illuminans omnem hominem Oriente in hunc mūdum. Vide autem quod hanc lucē vocauit Euangelista claritatem Dei, quia magna erat: Hebraicæ linguæ more, quæ magna appellare consueuit diuina: vt montes Dei, cedros Dei, hoc est, ingentes, & excelsas. Cæterum dicitur etiā hæc claritas Dei: quia diuina virtute fuit facta. Et *timuerunt timore magno.* Ob angeli maiestatem, & luminis claritatē timuerūt. Quj timor ex humana fragilitate prouenit, quæ peccatum insequitur. Idque sane mirabile est non timore percuti eorum, quæ consolationem nobis afferunt. Sic illi tres Apostoli visa Dñi trāsfiguratione, ceciderunt in terrā. Et Paul⁹ in apparitione luminis cecus factus est, & cecidit. Et Daniel inquit. Vidi visionē grandē, & nō remansit in me fortitudo, sed species quoque immutata est in me, nec habui quidq; viriū. Et Ezechiel in visione cōcidit, donec spūs eius reuersus erigeret

Prouerb. 18. *Psalm.* 117. *Ioan.* 1. *Matth.* 17. *Actor.* 9. *Dan.* 10. *Ezech.* 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eum in pedes suos. Equidem manifestum est, quomodo natura nostra corruerit à sua tã ta nobilitate & dignitate: & ideo pastores de territi sunt, quãdo potissimum & ingens so latium susciperè deberent. Sicut timuerunt mulieres, quæ in die resurrectionis, se in mo numentũ contulerunt, cum viderunt angelos. Certè dignitas hominum per peccatum cecidit: quandoquidem is, qui ad intuendũ Deum natus est, nec angeli aspectum ferre valet. ¶ Expende quod isti pastores deterriti fuerũt prius & timuerunt valde, sed cito cõ solatus est illos angelus. Sic dñs aliquando videtur dilectos suos derelinquere, vt eos probet: sed cito consolatur eos. Sic egit cum patriarcha Abraham cum præcepit illi vt filium suum in sacrificium offerret. Sic etiam fecit cum filijs Israel in deserto cũ audierũt sonitũ buccinæ, voces, & tonitrua, montẽq; fumigantem, timuerunt & perterriti sunt: quibus dixit Moses. Nolite timere, vt enim probaret vos, venit Deus. Idem enim experimentum fecit in Tobia: quare Raphael angelus dixit ei. Quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te. Sic etiam sæpe dominus tibi immittit flagella, & tribulationes, vt vel ipso experimento cognoscas, quam altas radices egeris in virtute. Tamen semper constanti esto animo in tribulationibus, nec ideo delinquas: quia opportuno tẽpore iuuabit dominus te ipsum & consolabitur. Sed vide quo pacto angelus eos fortes reddiderit dicens. *Ecce ego euangelizo vobis gaudium magnum.* Euangelizare est bona & lęta nuntiare: quo verbo optimè vsus est angelus, qui tãtũ & tã grande bonũ pastoribus nũciabat. Fœlix & in prosperitate erat homo in terreno paradiso: at cum misere peccauit, versa est in luctum cithara nostra, & organum nostrum in vocem flentium. Sed cum Dei filius iam nascitur, vt nos ab exilio in pristinam libertatem astrueret, merito hominibus gaudium angeli nunciant. Christi nanq; natiuitas verum gaudium attulit mũdo: quia venit, vt saluos faceret peccatores, & vt tribueret eis verã vitã. Fecit gaudium rex Pharao in Ægypto sed in illa tanta natalis sui festiuitate occisus est pictor & sanguis humanus effusus. Celebrauit quoque festũ natalis sui Herodes, & ibi occisus est Ioannes Baptista: quia isti non nati sunt saluatores, sed interemptores. Et nõ solum isti, sed etiam viri sancti (vt Ieremias qui in materno vtero sanctificatus fuit) dixit. Maledictus dies, in quo natus sum, & nox in qua dictum est, cõceptus est homo. Et sanctissimus Iob. Pereat dies, in qua natus sum. &c. At Christi natiuitas gaudiũ attulit vniuerso mundo, & idcirco gaudium nunciatur in eius natiuitate futurum. ¶ Vide etiam, quod non solũ gaudium nunciauit, sed id magnũ. Propter duo gaudium hoc magnum est. Primo quia verum & perpetuo duraturum est: ad differentiam mũdani gaudij, quod momentaneũ est. Esaias enim inquit. Ingemuerunt omnes qui lætabãtur corde. Cessauit gaudium tympanorũ, & quieuit sonitus lætantium. Quẽadmodum gaudiũ auium fallax & mendax est, dum sub retibus grana tritici comedunt: & piscium dum iacto hamo escam deglutiunt, quando non minus, quam vita hãc lætitiam exoluunt: ita mundanorum hominũ exultatio vana, breuis, fallax, & mendax est, cum ipsam mortem & infernum sub voluptate propinet. Vana quidem est huius mundi voluptas, cum inter immensa viuamus pericula. Dicit enim sapiens. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Quocirca gaudium Dei, magni nomen meretur: quia animæ gaudium est perpetuo duraturum. Propterea apostolus admonet. Qui gloriatur, in domino glorietur. Et iterum. Gaudete in domino semper, iterum dico, gaudete. Non est gustus, qui sine Deo verus sit. Omnis mundana lætitia facile & breui perit. Ismaeli Abrahæ filio secundum carnem finita est aqua, quam portabat cum matre Agar: tamen Isaac, qui filius erat spiritus, non defecit. Facile mundanæ consolationes in tristitiam, & luctum conuertuntur: tamen iustis sunt viuentium aquarum putei, qui sine cessatione fluunt. Solum domini gaudium certum & securum est, de quo ait dominus. Gaudium vestrum nemo tollet à vobis. ¶ Secundò gaudium hoc magnum dicitur, quia vniuersale est. Bonum nanque ex propria natura habet, vt se ipsum diffundat & communicet: & propterea, quia hoc gaudium optimum & vniuersale, ideo magnum. Et quia ad omnes & in omnes diffunditur, addidit angelus quod erit omni populo. Non dicit, quod erit gaudiũ multis sicut de Ioanne Baptista dixerat: sed dixit omni populo: scilicet Iudæis, & gentibus, & omni populo, & omnibus hominibus cuiuscunque nationis aut conditionis sint: quia pro omnibus natus & mortuus est. Præterea obseruandum, quod omnis, di-

Mar.16. *Gen.22.* *Exo.22.* *Tob.12.* *Iob.30.* *Iob.3.* *Esai.24.* *Eccle.2.* *Luc.1.*

stributio est accommoda: non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Nam quanuis Christus pro omnibus natus & mortuus sit, non tamen omnes consequuti sunt effectum salutis: quia non omnes beneficio Dei sufficientissimo vti voluerunt. Quapropter iusti illi cadentes ad pedes agni dixerunt. Redemisti nos Domine ex omni tribu, populo, & lingua, & natione. Non dixit quo ad efficaciã omnem tribum, omnẽ populum, & omnem nationem esse redemptam. Sed ex omni populo aliqui effectum & gratiam consequuti sunt. Ex quo loco docemur bonum commune semper quærere, & vtilitatem proximorum, neminem ab orationibus nostris excludendo: quandoquidem Redemptor noster pro omnibus nasci voluit: & angelus nunciat gaudium natiuitatis futurum esse omni populo. Itaq; Christus pro omnibus nascitur. Homines verò hac nostra tempestate sibi ipsis solum nati videntur, non verò alijs. Infœlix ille, qui sibi soli natus est. Sunt enim quidam homines ita natura sua miseri & auari, qui solum suo commodo & non alieno inseruiunt. Nihil aliud es tu qui hoc modo vinis, ac si non natus esses. Nulli amicus nisi tibi solum es. Sed cur te ipsum sic adeo amas & non Deũ? Aut cur in omnibus te ipsum & tuam vtilitatem quæris, & non proximorum? Certè quia tecum multum, & parũ cum Deo agis. Homo enim, qui vel in vico pauperrimo, vel in vili patria nascitur, existimat illum locum fœliciorem & meliorem cunctis mũdi locis. Nunquam nisi de tuo commodo agis: & tantam tecum ipse familiaritatem inijsti, vt sit causa tam inordinati amoris, quo teipsum prosequeris. Si Apostolus tantum Deũ diligebat, vt diceret, nulla re posse à Christo separari: non mirum est, si ipse etiam dicat conuersatio nostra in cælis est. Certè diuinus Apostolus multũ cũ Deo, & parũ secum conuersabatur: & idcirco Deum plurimum, seipsum parum diligebat. Considera obsecro nõ solũ tibi, sed & alijs natum esse: & considera Christum qui omnibus nascitur, & se totũ cunctorũ vtilitati accõmodat: & ita tu vtilis esto omnibus proximis tuis. ¶ Obserua etiam gaudium natiuitatis Christi commune esse omni populo, cuiusmodi non est gaudium mundi: nam quando vnus nascitur, alter flet. Victor suũ celebrat triũphum: & victus suam lamentatur miseriã. Vnus in triũphali curru ouat, alius in vincu-

Apoc.5. *Rom.8.* *Philip.3.* *Ioan.16.*

lis constrictus manet. Vnus in dignitatem ascendit: & qui cadit, tristis est. Gaudet & lætatur hæres: & plangit & moritur qui hæreditatem deponit. Alij diuites & læti sunt: alij pauperes & tristes. Alij cum gaudio viuunt: alij in infœlicitate & amaritudine vitæ. Itaque mundus, ita pauper & egenus est, vt si quem ditare velit, alium necesse sum est, vt in paupertatem constituat, & si quem in Hispaniæ regem exaltat alium à dignitate deponit. Et idcirco gaudium mundi non est omni populo, sed aliquibus. At Christi gaudium plenũ est, & vniuerso populo venit. Gaudium (inquit angelus) erit omni populo. Qui seruiũt Deo, omnes gaudẽt: quia multa habet Deus bona quibus eos amplificet & locupletet, cum ditissimus sit, & omnes potest voluptatibus, & lætitia afficere, alterius voluptate non diminuta. Percurre igitur si libet omnem huius mundi gloriam & facile inuenies vnius fœlicitatem, alterius esse luctum: & gaudium alterius, dolorem alteri parare: & vnius salus alteri mortem parat. Et idcirco nullum præter hoc diuinum gaudium est omni populo. ¶ Sed vt his concludam, obsecro vt animaduertas, quod si magnum gaudiũ est Christum, considerare pauperem, infantem, pannis inuolutum, positum in præsepio quod gaudium erit illum videre inter ipsos angelicos choros gloriosum & exaltatum in cælo? Certè id gaudium tale erit, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Ibi perfectum possidebis gaudium, & omnes rationes illius, sine vllo timore tristitiæ. Id gaudium tale erit, quod si obtinueris nemo à te auferet, in cuius comparatione omnis lætitia tristitia est, omnis suauitas dolor: dulcedo est amaritudo, pulchritudo, deformitas, & angor spiritus, id omne quod oblectare potest. Vnde subdit Angelus. *Quia natus est vobis hodie Saluator mundi.* O quam bona nuncia hic Angelus mundo attulit. Ille qui æternus erat & sine principio voluit nasci, & terrenus ciuis fieri: vt consortem cœlestis patriæ te ipsum efficeret. Paruulus nanq; datus est nobis, & filius natus est nobis. Paruulus facile placatur. Si infantem cõtumelia afficeris, releui, & paruo aliquo dono iniuriam remittet. Contemplare igitur filium Dei pauperem, & humilem, peccata plangentem, quæ tu deberes plangere, plorat autem ipse ne tu in infernũ abeas ploraturus. Non districto nasci-

1. Corint. 2. *Esai. 9.* *2. Cor. 10.* *Ephe. 4.* *Gen. 21.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esai.42.

nascitur ense, quia non ad vindictam, sed ad condonationem venit. Modo sane ad illum accedere potes, dum pater æternus de illo dicat. Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus: in quo bene complacuit animæ meę. Sequitur. Non contendet ad modũ mali & seueri iudicis, nec clamabit. Equidem opportunum est tempus, vt ab eo veniã efflagites. Caue ne oblatam amittas occasionem: ne postea illum acerrimum iudicẽ experiaris: quia nunc non contendet ad modum iudicis nec clamabit. Sicut Eliseus descendens de monte puero mortuo fuit coniunctus, vt illum suscitaret: ità verbum Dei descendẽs à summo cælo, nostræ mensuræ se accõmodauit, vt nos à morte culpæ eriperet, & nobis gratiæ & gloriæ vitam daret. Natus est (inquit) vobis. Primo exponitur, vobis hominibus natus est hodie: nam nobis non hodie sed ab ipsa æternitate. Si enim dixisset, tantum natus est hodie: vtique dedisset ansam hæreticis, existimandi, eum hodie cœpisse esse: sed cum, vobis, subdidit, manifesto innuit ab ipsa æternitate illum fuisse. Vobis natus est à matre virgine in tempore, qui nobis semper nascitur & natus est à patre æterno. Vobis est Bethlehem natus, nobis in cælo: vobis natus est paruulus, sed nos illum possidemus magnum & potentem: vos pannis inuolutum habetis: nos vero illũ gloria vestitum tenemus. ¶ Secundo vobis inquit: hoc est, ad vestram vtilitatem & commodum. Ideo Zacharias. Ecce rex tuus tibi venit mansuetus & humilis. Nunquã enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Non dicit assumpsit, aut accepit, sed apprehendit. Tũc dicimus aliquẽ posse apprehendi, quando cursu possumus illum attingere. Exules eramus per carnis desideria, & tandem apprehendit nos. Totus itaq; noster est. Eius lachrymæ nostræ: gemitus, nostri, labores, nostri: & nostra etiam ipsius mors: & nostra redemptio, quam ipse in ligno crucis fuit operatus: nam propter nos homines & propter nostram salutem, descendit de cælis. ¶ Sed cõsidera tu & animaduerte qui diues es, Christum nõ sibi, sed tibi natum: & ita tu non tibi soli natum esse existimes, pauperibus & proximis eleemosynam elargiendo. Sed de his iam multa diximus. ¶ Tertiò exponitur vobis. Hoc est, vobis humilibus, pauperibus, & simplicibus pastoribus: qui à mundanis hominibus despecti estis, qui vestro labore & sudore viuitis. Non superbis diuitibus, auaris, otiosis, carnalibus, & impudicis, nec illis qui primas cathedras diligunt. Non ad istorum consolationẽ Christus nascitur: quia viles panni salutaris mundi contẽnuntur abeis, qui delicatissimis linteis & olandis carni suæ indulgẽt, qui fucum & odifera vngenta sibi parant. Præsepium durum non consolatur eos, qui tota nocte leuibus dormiunt cerucalibus: nec eos, qui media die consurgũt. Equidem paupertas Christi minime consolatur eos, qui inexhaustã habent diuitiarũ sitim. Nec humile & abiectũ præsepium eos consolari potest, qui per totum vitæ discursum contẽdunt, vter in potiori loco sedebit. Propterea Malachias locutus de Christi natiuitate non dixit, quod Christus nascituras esset in omniũ consolationem. Sed terminũ imposuit dicens, Orietur sol iustitię. Quibus obsecro? an superbis, auaris, & voluptatibus deditis? Minimè, sed vobis timentibus nomen suũ. Istis tantum nascitur & isti eius natiuitate gaudent, & eius fructum cõsequũtur. Nascitur Sol mane, & quamuis omnibus oriatur: tamen si quis in cauerni sterrę fuerit abscõditus nequaquã isti nascitur, nec illi etiã, qui sẽ nestrã domus claudit, nec permittit illũ introire, nec illi etiã oritur, qui infirmitate oculorũ laborat: qui tantũ abest, vt illi oriatur, vt etiã eis oculos offendat. Ita Christus verus sol iustitiæ quãuis omnibus oriatur nec vlli suũ lumen & splendorẽ deneget: tamen nõ ijs nascitur, qui odio & mala voluntate sunt pleni, quiq, vitã suã flagitiorũ inquinamentis polluerunt. Solũ illis nascitur, quantũ ad effectũ qui timẽt nomẽ dñi. Quare aduertẽ dũ tibi est maximè, quod qui sole frui voluerit, opus est vt vmbrã fugiat & terga illi vertat. Sic omnia hęc terrena sunt velut vmbra, & transeũt velut vmbra. Terga verte mundo, vmbrã & vanitatẽ illius contemnens, & frueris splendidissimo sole iustitię tibi nato cuius radijs te ipsum cõsolabũtur. Nemo sane tanto solis istius splẽdore gaudet, nisi is qui mundũ reliquerit. ¶ Expende etiã quod nobis nasci voluit, vt nostrũ amorẽ cõciliaret. Diligitur enim aliquis, ppter similitudinẽ nã similitudo causa amoris est. Hac ratione Deus similis nobis in nostra apparuit humanitate, vt à nobis diligeretur: & idcirco non est factus angelus sed homo, quia plus dilexit naturã humanã quã angelicã, vt nos illũ summo prosequeremur amore. Excellẽtioris naturę sunt angeli, tamẽ nos plus dilexit dominus quam illos. Si cui manus dextra, vel sinistra amputaretur & eidem daretur altera aurea & lapidibus pretiosis confecta: hanc secundam eligeret? nullus ita insanæ mentis homo esset, qui vellet sibi propriam manum amputari, vt aurea, vel argentea donaretur. Nam quamuis manus argento confecta, vel auro maioris sit valõris, tamen carnea, est propria eius substantia à venis, nẽruis, & sanguine roborata. Ita nos sumus Christi membra, & manus eius carnea, angeli verò sicut aurea manus & argentea, & quamuis metalli genus pretiosius sit, tamen Deus maiori amore nos diligit, tanquam ipsius manum carneam. Itaque si similitudo amorem generat, iam videas filium Dei propter te hominem factum, & tibi similem. Anteà quidem grandis dissimilitudo erat: nam ille immortalis erat, & tu mortalis: ille inuisibilis, tu visibilis: ille impassibilis, tu passibilis. At modo nobis donatus est visibilis, mortalis, passibilis, & nobis similis, dempto ipso peccato, à quo prorsus immunis fuit. Secundo ea quæ nobis præsentia sunt magis diliguntur: cũ & obiectum præsens fortius moueat potentiam, quã absens, & quę absentia sunt, multoties solemus obliuisci, cum à nobis non videãtur. Nam quamuis Deus ante a vbiq; esset per suã potentiã, præsentiam, & essentiam, sed eũ non videbamus, quo fiebat vt tanquã à nobis absens à multis reputaretur. At modo in humanitate assumpta adest nobis præsens & visibilis: & cũ ad patrem abire oportuit sacrũ Eucharistię mysterium nobis instituit, vt semper corporalẽ ipsius præsentiam nobiscum haberemus. Id circo nasci nobis dicitur, vt cum nobis esset similis & semper nobis adesset presens, nostrum amorem conciliaret ille, qui sic adeò nos dilexit, vt nostrum lapsum reparauerit, potius quam angelorũ, & illos sine remedio reliquit, nos autẽ nimio cõplex? est amore. ¶ Deniq; vt concludam hoc vnũ restat animaduertere, non dixisse angelum, natus est vobis Saluator in hac nocte, sed hodie, quia rem lætã nunciabat. Nõ enim pro qualitate temporis dicit hodie, sed pro qualitate rei. Vbi enim de rebus tristibus agitur, nox nominatur, vt est illud. Omnes vos scãdalum patiemini in ista nocte. Et alibi. Priusquam Gallus cantet in hac nocte, ter me negabis. Et de Iuda traditore inquit Ioanes. Cũ accepisset buccellã exiuit continuo. Sequitur. Erat autẽ nox. Sic etiã diuiti auaro dictum est. Stulte hac nocte tollẽt animã tuam à te quia anima, quæ ad tenebras ducitur, nõ in die, sed in nocte aufertur. Sic etiã Salomõ sapiẽtiam non permansurã nõ in die, sed in nõcte accepit. Nicodemus etiam nocte venit ad Christum: quia longe erat à vera Christi cognitione. Prospera autem & lætanomen Dei accipiunt, vt optimè notat D. Ambros. Nam cum Petrus nocte Christum negasset, in die illum confessus est, dicens. Tu scis Dñe, quia amo te. Angeli etiã ad Abraham meridie veniunt: puniturí autem Sodomam vespere venisse dicuntur. Et patientissimus Iob dicitur eam tentationem, quæ cũ victoria finiebatur, in die sumpsisse. Quadã die cum venissent filij Dei & assisterent cõram Dño. Et cũ die, inquit, ostendit fœliciter Iob euenturam illam tentationem. Et illi quatuor leprosi quamuis in nocte inuenerunt castra Assyriorum plena cibis & diuitijs dixerunt. Hæc dies boni nũcij est, sitacuerimus vsq; mane, &c. lætam nocte diem vocauerunt. Ideoq; angelus quia fœlicia & lætanunciabat, non dixit hac nocte licet reuera nox esset: sed dixit hodie. Secũdo etiã hoc dixit, quia Christi natiuitas noctem illã in diem cõuerterat. Verè enim dies est, cum sol nascitur super terram. Nox (inquit Propheta) sicut dies illuminabitur, sole iustitiæ Christo mirabili quodam modo illustrata. ¶ Præterea mundi Saluator Christus ab angelo appellatur, quia ipse est Saluator noster: nam secundum diuinam naturam per autoritatem & efficientiam principalem dator est salutis & gratiæ: & secundum humanitatem assumptam est Saluator per efficiẽtiam instrumentalem, & velut meritoria causa gratiæ & salutis. Sua enim passione abstersit peccata nostra, & saluauit nos & cõtulit gratiam & salutem, liberauit tandẽ nos à diaboli & mortis seruitute. Nãq; Saluator is dicitur, qui aliquem ab aliquo periculo eripit. Ideoq; Dñs per Oseam inquit. Ego sum Dominus Deus tuus, & Saluator non est alius præter me. Et Esaias. Deus ipse veniet & saluabit nos. ¶ Expẽde etiam, quod non dixit eum esse Saluatorem ab hoc, vel illo malo, sed absolute: ad significandum, quod est nobis Saluator & liberator ab omni periculo & malo. Sed iam angelum audiamus se ipsum declarantem. *Qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.* Hebræum vocabulũ Messiach, significat Græcis Christũ & Latinis, vnctum. Vngebantur enim apud Hebræos

Luc.12.
3.Reg.3.
Amb. sup cap.22. Lu.
Ioan.21.
Genes.18.
Genes.19.
Iob.1.
4.Reg.7.
Matth.26. Marc.14. Ioan.13.
Psalm.138.
Osee.13.
Esai.35.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1. *Reg.* 10.
1. *Reg.* 16.
3. *Reg.* 1.
4. *Reg.* 9.
Leui. 8.
Exo. 29.

Hebræos reges vt videre est in Saule, Dauide Salomone, & Iehu. Vngebãtur etiã sacerdotes vt habetur in Leuitico, & apertius in Exodo. Vngebãtur etiam prophetæ vt Helias, qui de mandato dñi vnxit Eliseũ in prophetam. Christus tamen hoc materiali oleo non est vnctus, quia regnum eius, sapientia & sacerdotiũ æternũ erat: non quẽadmodũ fuit regnum istorum temporale, & breuissimum. Non vngitur oleo Aaron cuius sacerdotium finitum est: sed oleo æterno Melchi

Psal. 109.

sedech de quo in psalmo dicitur. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Vnctus enim fuit Christus oleo sancti spiritus, de quo ad literam inquit Esaias.

Esa. 61.
Luc. 4.

Spiritus dñi super me, euangelizare pauperibus misit me. Et secundum humanitatem vnctus est diuina & supernaturali vnctione & plenitudine gratiæ, nec non spiritus sancti donis iuxta illud prophetæ. Vnxit te

Psalm. 44.
Colo. 2.

Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Etenim non ad mensuram datus est illi spiritus, de cuius plenitudine omnes

Apoca. 19.

accepimus. Quia ipse erat rex regum & dominus dominantium: desideratus cunctis

Aggæi. 2.

gentibus, qui mittendus erat. Quo aduenięte iuxta Aggæi vaticinium vnctio Iudæorum cessare debebat, & sceptrum de Iuda

Gen. 49.

quemadmodum Iacob prophetauerat esse auferendum. Et ideo vt omnia in Christo cõfirmarentur factus est ipse rex & sacerdos in æternum. ¶ Præterea vocat illum angelus dominum, dicẽs, qui est Christus dominus, quia secundum vtramq; naturam dominus est: quamuis diuerso modo. Qui vt Deus est dñs per indepẽdentẽ autoritatẽ: & secũ dũ humanitatẽ est dñs, per potestatem & gratiam tẽporaliter datam, creatam & instrumẽ-

Matt. 28.

talẽ. Ideo ipse ait. Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra. ¶ Obserua vero, quod licèt alij in scriptura sacra vocati sint dñi & Christi, antonomatice tamen solus Iesus Saluator, & redẽptor noster dicitur Christus dominus, quia vt est rex regum & sacerdos in æternum, ita est dominus omnium & nobis

Heb. 7.

vnicus sacerdos. Vnde Paulus. Alij plures facti sunt sacerdotes: hic autẽ, quia manet in æternum, sempiternum habet sacerdotiũ. Expende autẽ & considera Dei bonitatem & clementiã & quã mutata sint tẽpora. Ille

Exo. 20.
Psal. 94.
Psal. 2.
Psal. 133.

autem, qui antea vocabatur Zelotes, vindicans peccata patrũ in filios vsq; ad quartã generationẽ, & dñs exercituũ, & Deus vltionũ, & ille qui antea in virga ferrea regebat, vocatur iam vnctus, mansuetus, & lenis. Ille

Dan. 7.

qui respicit terram & facit eam tremere, ille

Psal. 49.

cui adstant millia millium, & ignis à facie

Psal. 17.

eius exardescit, qui de cælo intonat & mit-

Abac. 2.

tit sagitas & dissipat hostes, fulgura multiplicat, & conturbat eos: qui si aspicit dissoluit gentes, & conterit montes seculi, qui tan-

Psalm. 33.

git montes & fumigant: ecce mansuetus adest & humilis, oleo benignitatis & misericordiæ vnctus, clemens, & pius, in præsepio vagiens. Vnde tibi maximè est cauendum, ne in hac lege & in hac noua gratia malus, & peccator sis: nam coges dominum tuis peccatis, vt Christi nomen deserat, & vt sumat sibi nomen antiquum seueri iudicis, & exactoris. ¶ Denique quia Dauid natus & nutritus fuit Bethlehem, vocatur ciui-

1. *Reg.* 16.

tas Dauid Bethlehem: Christus tamen quia filius eius erat oportuit, vt in Bethlehem nasceretur iuxta prophetiam. Signum tamen

Mich. 5.

vt à pastoribus inueniri posit, quia iuxta

1. *Cor.* 1.

Paulum Iudæi signa petunt, dedit angelus dicens. *Hoc vobis signum. Inuenietis infantem pãnis inuolutum, & positum in præsepio.* Quid hoc sibi vult minister Dei? quia cum vrbanus sis & ciuis cælestis natus ad rusticos & agrestes venis vt eos derideas? Quæ signa sunt hæc? Si saluator iste est, quem tu dicis, & ad saluandos homines venit: vbi sunt illi inexpugnabiles & fortes milites, & vbi sunt copiæ eius? Vbi sunt vexilla sua, vbi armorum strepitus, vbi tormenta, vbi iacula & spicula, vbi tandem instrumenta omnia bellica? Vbi thesaurus opulentus, quo mercedem militibus exoluat? Vbi ducis nostri fortitudo, qua nos erepturus est à potestate inimicorum? Vbi strepitus aduenientis cum eo curiæ? vbi magnates & principes regni ipsi famulantes? Vbi est illa mundi subuersio & conturbatio, qua inimicum prosequitur? An exercitus eius est virgo tenera & sanctus senex Ioseph, & eorũ paupertas thesaurus? Nunquid vexilla extensa sunt telæ illę aranearũ in stabulo extẽsa? Vide quid dicas angele, an irrides nos? *Hoc vobis signum inuenietis. &c.* Hoc maximum argumentũ est & necessariũ signũ, vt cognoscatur. Etenim nõ est quid magnum, aut magnam arguit fortitudinem, vt potens princeps inexpugnabili exercitu in fugam inimicũ vertat & captũ ad se reducat: nec etiam est mirũ, vt magno tormentorum strepitu fortes subuertere muros. At non ingenti copia, nec fortib⁹ armis indutus, sed humana imbecillitate adiutus in

Esai. 9.

Iud. 7.

Iud. 15.

in præsepio positus, superbum vincere inimicum: hoc quidem maximæ potentiæ est tribuendum & ducis Christi virili brachio. *Matth.* 2. Ideo iste est rex potens & Saluator y est, qui pannis inuolutus tyrannos reges treme refacit: & in præsepio repositus, cœlos pro nocat, & puerilibus pãnis, vt diximus, inuolutus inimicos in certamina vocat: & prius eos vincit, quam certamen aggrediatur. Et ita suo aduentu mundi princeps ostenditur, & omnium creaturarum possessor: vt angeli, & sidera cæli ad nutũ illi obtẽperare non dubitent. Hoc erit signum euidentissimum quod vobis ostendere possum, inquit angelus: nã hoc est genus armorũ Dei, vt Esaias inquit. Lætabuntur coram te sicut lætantur in messe, &c. sicut in die Madian. Legitur in libro Iudicum, Gedeonem trecentis viris sibi assumptis vicisse exercitum Madianitarum: qui non pugnauerunt lancea, gladio, aut sagitta: sed tenentes lanceas in manibus & tubas clangentes. Non isti pugnabant armis percutientes, sed ferentes, non aggredientes, sed resistentes vicerunt. Sic Christus sicut in die Madian non pugnans, sed sustinens vicit. O sanctissime rex Messias, ò gloriose infans & Saluator noster, hæc tua facinora, has victorias & triumphos nequeo intelligere (inquit Esaias) quibus possim ea omnia conferre, nisi cum victoria Madian. Ibi ego similitudinem tuæ victoriæ & triumphi vidi. Nam sicut illi non pugnantes, sed ferentes & resistentes potentem Madian exercitum vicerunt: ita tu sine armis, & nudus, solis lachrymis, & à præsepio vagiens potentem Satanæ exercitum debellasti. Frigus illud, lachrymæ & labores, certè arma sunt, quibus vicisti. Vires tibi sunt non in armis: sed in virtute cordis, & in fortitudine animi. Namq; si ancipitem ensem arripis debili & infirmo brachio, nihil mali inferes. Sanson sine armis quacunque alia re sumpta viriliter pugnabat, & timorem inferebat, propter suam fortitudinem: nam cum asini mandibula mille interfecit viros. Qui infinita potentia nascitur, quibus libuerit armis vincere poterit. Idcirco angelus hæc signa dedit, vt pastores intelligerẽt illum verum esse Messiam & mundi redemptorem. ¶ Insuper non potuit angelus potiora ostendere signa, vt significaret eum esse mundi saluatorem, nisi ostendens eundem pauperem, abiectum & in præsepio natum. Duo quippe præcipui saluatores Israel nati sunt sic. Moses qui liberauit populum à seruitute *Exod.* 2. Ægyptiorum sic natus est: qui inuentus est à Pharaonis filia morti expositus, & in flumine proiectus in fiscella iuncea. Cyrus 1. *Esdr.* 1. etiam rex qui liberauit eos de captiuitate Babylonica statim post natiuitatem ab Astiage rege Medorum auo suo (vt Iustinus re- *Iusti. libr.* 1. fert) interfici iussus est. Et Arpago quondã *abbreui. Tro-* miles in quodã nemore puerũ dimisit à be- *gi. Pomp. Xe-* stijs, & ab auibus dilacerandum, & comedẽ *nophon in Pe-* dum. Et idcirco angelus in natiuitate Dñi *dia. Herodo.* signũ dedit abiectionis & paupertatis dicẽs. *lib.* 1. *Clio.* Inuenietis infantem pannis inuolutum, &c. Acsi diceret. Considerate ò pastores eos, qui à duplici captiuitate Ægypti & Babyloniæ vos liberarunt. Mosem videlicet, & Cyrum sic natos esse. Et vt credatis hunc vestrum esse saluatorem attendite quod verbis adhibeo signum, non quidem pompæ, honoris, aut diuitiarum, sed paupertatis & abiectionis. Hæc propria signa sunt saluatorum Israel, sed quia hic liberaturus est vos à potestate dæmonis, & mortis, quorum vires potentiores sunt, quam humanæ. Deus est: & quia redemptio vestra est, ideò factus est homo: & rectè quidem in fragilitate carnis & despectu vestium esse saluatorem ostendit. Filius Dei quia ad liberandũ hominem venit, natus est homo, & mortalitatis signa gerebat, ea videlicet quæ angelus prædixerat. Cognoscitur enim quis à quo sanguine ortũ ducat ex insignijs & stẽmatis quæ in tapetibus defert. Leones nãq; & Castellæ Hispaniæ reges significãt: & flores vulgo de Lis, Frãciæ regis sunt insignia: & ita ex insignijs cognoscitur quis à quo sanguine genus suũ deducat. Sic si Christus nasceretur gloriosus & potẽs, magnus vt gigas, vel nasceretur solum immortalis & impassibilis, non vtiq; haberetur homo. Ideo opus erat pauperem nasci, passibilem, & frigore trementem, vt illum hominem esse cognosceremus, & ex genere hominum ortum. Vnde factum est, vt protinus arma & signa, quibus nascitur, ostendat: vt his signis ostensis veritatẽ assumptæ humanitatis dignoscas, eumque verum esse saluatorem & redemptorẽ. Sic saluatorem tuũ pannis inuolutũ videbis, & lachrymis madidum, vt vel cognoscas iam incipere exoluere pœnam tuis flagitijs debitã: & vt etiã videas munus saluatoris exequentẽ. O fœlices panni, quibus diuina maiestas inuoluitur & clauditur.

O fe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

O ferox leo, qui iam humilis & mansuetus agnus factus es! O iterum fœlices pãni, qui fortis & vastissimi gigantis manus deuinxerunt, ne nostra puniret delicta. O fœlices iterum, quibus nostra vulnera fuerunt ligata O panni semel, bis, terq; quaterq; beati, quibus sanguis nostrorũ vulnerum fuit restrictus. Beati tandem, quibus vt alter Ieremias à profunditate & puteo culpę productũ fuit genus humanũ. Beati etiam luctus & lachrymæ quibus saluator mundi ignem profundi lacus extinxit. Fœlices gemitus, quibus Christus nos à luctu æterno liberauit. Fœlix planctus, qui nostrorũ delictorum torporem lauit. Iam tandẽ fœlix præsepiũ, quod reclinatoriũ esse meruit illius, qui sola manu & cælum & terram sustinet. O sancte nate Dei, qui mundũ ingressus crucẽ iam sustines & portas, & ea perpeti iuuat, quæ carnales homines abhorrent: vt sic prius exẽplo & opere, postea vero sermone doceas, arctã esse viam quæ ducit ad vitam, & regnum cęlorum vim pati, & quod violenti rapiunt illud. Sic sane docuisti, bonum esse viro, si portauerit iugum ab adolescentia sua, & etiam ab infantia: imò à materno vtero, vt tu fecisti. Nos vero miseri curã tantum in voluptatibus & delicijs carnis constituimus, omni oblectamento fruimur: nihil oculi nostri desiderant, quod eis ad libitum non ostendamus. &c. *Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum & dicentium.* Ne vnicus solum angelus videretur assistere, ad autoritatis comprobationem multitudo angelorum fuit adiuncta. Quod si in ore duorũ vel trium stat omne verum: quanto potiùs tantæ multitudini fides erit adhibenda? Mirabatur quidem cælestis illa militia ducem suum talibus armis indutum: & vocibus laudat, quod admirabatur. Nam mos est assistentium ministrorum regem suum laudare: illiq; plaudere noua induto veste. Ne autem crederetur iste homo de terra terrenus, sed de cælo cælestis, idcirco militia cælestis eum laudibus & canticis effert. Quę idcirco militia cælestis dicitur, quia sequitur militiæ ducem, qui contra principes mũdi, & rectores tenebrarũ debellaturus mundum ingreditur. Præliantur ipsi contra inimicos nostros, & ad tutelã nostrã sunt destinati: vt custodiant nos in omnibus vijs nostris, ne ad offensionis lapidẽ aut ad scandali petrã verbo aut opere incidamus. Rectè ergo angeli descenderunt à cælo in terram, eo quod angelorũ rex nascebatur in terra.

Ierem.38.

Matt.7.

Mat.11.

Thren.3.

Deut.17.

Phili.1.

Psalm. 90.

1.Pet.2.

¶Expende etiam quod in hac natiuitate angeli Deũ laudant, & homines ad laudandũ inuitant, quia non solum humanũ genus redemptũ est, sed etiam angelorum ruina reparata. Quia igitur vtrique creaturæ cõmunis saluator natus est: merito vtrique simul gaudent, & se mutuo ad laudandũ prouocant. Ideo non mirandũ si angeli in Christi natiuitate exultant, quando nostra redemptio illorum reparatio est. Nulla enim erat creatura nec in cælo nec in terra, à qua angelorum ruina resarciri posset nisi ab homine. Et ad hoc Deus hominem creauit, vt possideret quæ diabolus perdiderat. Et quamuis diabolum de huiusmodi hominis fœlicitate pœnitebat, nihil non intentauit vt huiusmodi Dei propositum impediret: tamen diuina bonitas multis modis diaboli malitiã superauit. Imò vt ipse diabolus videret, hoc diuinũ propositum sine aliqua mutatione permansurum Deus ipse humanam naturam assumpsit, & aduersus diabolum in medio campo gradum sistit, donec illum vinceret. Vt vel ex his omnibus homo Christianus discat suam redeptionem magnificare. Nam si angeli tanti æstimarunt ruinæ suæ reparationem, quanti nos facere debemus nostram reparationem? Erant enim illi beati, & beati permansissent quanuis Deus nõ fieret homo. Quantò igitur maius argumentum habemus, vt pro tanto dono in nos collato Deo gratias agamus? Cantemus igitur illi cum Dauid canticum nouum quia mirabilia fecit. Notũ fecit dominus salutare suũ, &c. Etenim antequã Christus nasceretur, nulla alia, quàm luctus & tristitię erat causa. Nihil aliud nisi peccatũ videbatur, & nullus qui auxilium cõferret. Nunc autẽ nato iam Christo tempus lætitiæ & exultationis est, & tempus canendi. Hic attulit nobis gaudium, vitam, gratiam, & benedictionem & omne bonum. Cantemus igitur, quia mirabilia fecit. Quid obsecro mirabilius, quã vt is, qui cœlum terramque regit, puer efficiatur? quam vt creator omnium efficiatur creatura? qui Deus erat & est, hominis mortalitatem assumat, sapientia & verbum patris infans efficitur, & qui omnipotens erat infirmus & æger? Qui dicit, cœlum & terrã ego impleo, iacet in humili & arcto præsepio: qui vita est & fons vitæ, mortalis fit: & qui verbo virtutis suæ omnia portat, in vlnis gestatur à matre. Cuius terra est & plenitudo eius,

Psal.47.

Ierem.23.

Hebre.1.

Psalm.23.

eius, in stabulo nascitur, qui omnibus facultates tribuit, pauper efficitur: & qui animalibus, & vniuersis creaturis pascua suggerit, lacte materno alitur: & qui omnia mirabili varietate vestit, nudus & frigori exponitur. Et vt vno verbo omnia dicta complectar, qui summus erat fit infimus. Equidẽ mirabilia fecit Dominus in mundi constitutione, & cum Israelitis magna fuit operatus: nihil tamen collationis habent cum his, quæ nobiscũ egit. Etenim vnum hoc maioris ponderis, & valoris est quam reliqua omnia. Deus homo factus est. Nouis & inauditis mirabilibus nouum canticum conuenit. Cantemus ergo & nos cum Angelis magnificantes dominum, cum & maior ratio horum encomiorum nostræ curæ sit imposita. *Gloria in altissimis Deo.* Mirabile quidem est, vt in præsepio iacens. Angeli gloriam in altissimis cantent. Vbi manifestatur eius potentia, & magnitudo simul. Iacob in canalibus virgas posuit, quarum aliquæ cortice erant coopertæ, aliæ verò sine cortice. Sic Christus hic fecit. Quid rogo magis occultum, aut inauditũ quàm vt Christus tanquam peccator ploret? Et quid manifestius quam gloriam eius Angelos cantare, & illum pleno ore. Saluatorem dicere? Obserua, quod Christus tacet, & canunt Angeli. Sic tu laudes tuas silẽtio prætereas, vt alienum os tua encomia exaltet. Secundò obserua, quod dum quis ab vno laudatur, statim ab alijs multis laudibus prosequitur. Sic tu lauda Deũ, vt alios ad ipsius laudes prouoces. Sic Maria soror Mosi accepit tympanũ in manu, egressæque sunt omnes mulieres cũ illa cum tympanis & choris cantantes. Sic etiã viuere te oportet, vt tuo exẽplo alios exhorteris, vt vitam suam sanctè componant. Ideo dominus. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra, &c. Sic etiam vnus Angelus laudans Christum natũ, alios ad laudem prouocauit, qui omnes simul cecinerunt. Gloria in excelsis Deo.

Gene.30.

Prouer.27.

Exo.15.

Matth.5.

Roma.2.

Hebre.10.

Ioan.3.

¶Aduerte autẽm dominũ tria sibi soli reseruasse, quæ nulli alij cõmunicare voluit. Primum est vindicta de illatis iniurijs ipse enim ait. Mihi vindictam, & ego retribuã. Et iterum. Mea est vltio, & ego retribuam in tempore. Non quando vobis, sed tunc quando mihi placuerit. Secundo sibi reseruauit iudiciũ de occultis, imo de omnibus malis: & ideo ipsemet. Pater omne iudiciũ dedit filio. Quo circa Paulus admonet. Nolite ante tẽpus iudicare. Et rursum. Tu quis es qui iudices alienũ seruum? Et dominus. Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, & non condemnabimini. Tertio reseruauit sibi gloriam. Cum ipse dicat. Gloriam meam alteri non dabo. In omnibus (inquit Paulus) glorificetur Deus per Iesum Christum dominum nostrum. Sic etiam idem Apostolus de Romanis & philosophis ait. Non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Et Pharisæi qui gloriam adinuicem accipiebant, excæcati sunt. Ex quo loco discere oportet in omni re & euẽtu vni Deo soli gloriã tribuere: neque talis animum tuum inuadat cogitatio, vt eã ipsi rapere velis quia grauissimo plecteris supplicio. Etenim in quocunque bono, quod feceris duo considerantur, & honor & cõmodum: ex quibus Deus voluit sibi honorem eligere, tibi autem cõmodum & lucrum reseruare. Et ideo quia honorem Deo debitum violenta, & sacrilega manu rapis, premium quod tuum erat, auferet dominus à te. Itaque si hoc grande facinus perpetraueris, non solum non eris munere dignus, verum grauissime in te animaduertet. Sic Herodem: vt in Actis scribit Lucas percussit Angelus, eo quod non dedit honorem Deo. Manifestum quippe furtum, & latrocinium est, proprium Deo debitum honorẽ sumpsisse: nihilominus quam vicino vas argenteũ subtrahere. Sic Paulus loquutus de Christo, ad id se referens furtum quod Lucifer intentauit facere, dixit. Non rapinam arbitratus est, se esse æqualẽ Deo, sed seipsum exinaniuit, &c. Sub forma Dei nihil præter Deũ esse poterit, sicut sub forma solis, est Sol. Cũ ergo Deus esset sub forma Dei erat Deus: & quod Christus similẽ se faceret Deo, non furtũ erat, sicut illud Luciferi, qui erat sub forma Angeli, & voluit esse sub forma Dei. Ita fecisse Iezabel sacra refert pagina, quæ violenta manu sumpsit vineam Naboth. Caue autem ne tale committas scelus, quia tanquam latro punieris, qui non solũ quod abstulit restituere compellitur, verum etiam bonorum suorum septuplum exoluit: & hac de causa dominus in te ipsum animaduertit, auferẽs tibi cõmodũ, quia tu illi honorem abstulisti.

1.Cor.4.

Rom.14.

Lucæ.6.

Esai.44.

Roma.1.

Phili 2.

3.Reg.21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sanctus ille Ioseph quando impudica eius domina eum ad peccandum inducebat, sic dixit. Dominus meus tradidit mihi omnia præter te, quæ vxor eius es, quomodo possum peccare in dominum meum? Sic etiã Deus tradidit tibi omnia præter gloriam suã, quæ vxor eius est, quomodo ergo peccare poteris in Deum tuum eripiendo illi gloriam suã? Vide ergo quod sicut Ioseph noluit dominam suam, quia vxor domini sui erat, ita nec tu gloriam domini tibi inpudenter ambias, quia vxor eius est, & illam sibi soli reseruauit. In secũdo libro Regum legitur, quod dux Ioab habebat captã ciuitatem Rabbat misit ad Dauid. Obside ciuitatem & cape eam: vt cum à me vastata fuerit vrbs, nomini tuo adscribatur victoria. Fidelis subditus Dauid fuit Ioab, qui quanquam deuastatã ciuitatem iam habebat, quia eius rex & dominus erat Dauid, & bellum inceptum erat ipsius expensis, gloriam & honorem victorię voluit tribuere Dauid, quanuis qui pugnabat, & fortitudinem animi ostẽdebat erat ipse Ioab. Sic tu, qui militas diuinis stipendijs & eius auxilio & fauore aduersus carnẽ pugnas, mundum, & diabolũ, & eos vincis, gloriã tribue Deo, quia miles eius es, & in nomine eius vincis & pugnas. Ne autẽ ab inani gloria & mundi vanitate opera nostra bona extinguãtur, admonuit nos Christus dicẽs. Attẽdite ne iustitiã vestrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis. Sic opus est, vt iustitiã tuam, hoc est, bona opera tua abscondas: ita vt nesciat sinistra, quid dexte ra tua. Nisi enim hoc feceris, continget tibi quod filijs Israel in Ægypto qui filios mares statim, vt in lucem prodibãt eos submergebant aquis, qua de causa matres eosdẽ in occulto nutribant. Ita nisi opus tuum bonum, quod quasi conceptum est animæ occultaueris, diripietur ab Ægyptijs: & in flumen iactabitur ibique vndis, & fluctibus demergetur. Ideoque si eleemosynam, vel aliud quoduis opus bonum effeceris, curandum tibi est, vt non causa hominum id facias, neque laudem hominum quæras: nam si id in occulto feceris commodum & vtilitatẽ accipies. Diuinus Paulus, vt ex multis locis colligi potest in omnibus gratias Deo agebat, & illi gloriam dabat. Et Moses & Aarõ, qui gratias Deo non egerũt ad aquas contradictionis non meruerunt ingredi in desideratam promissionis terram. Sic nec tu terram viuentiũ ingredieris tibi promissam, vbi sancti gaudent diuinam videntes essentiam, si in omni opere bono ipsi Deo gloriam non tribueris. Dominus præcepit Gedeoni, vt dimitteret multitudinem populi ne gloriaretur dicens, meis viribus liberatus sum. ¶Sed quid est quod dominus tam solicitus sit gloriæ suæ? Intelligas ò homo id dominũ non facere sui causa, sed propter nos, nam periculosum esset nobis placere, quia inde possemus superbię ansam sumere. Illic autem, qui super omnia habitat, quantũcunq; se extollat nõ potest superbire, nec quãtuncũq; se laudet, magis extolli. Igitur quidquid boni egeris, & quidquid laude dignũ, ibi cognoscas dominũ Deum tuum, & te ipsum inutilem seruum considera, & vile instrumentum gratiæ suæ. Et quamuis Deo seruias ijs donis, quę liberali sua manu tibi largitus est, aduerte, quod si ipsis peccatoribus ea concederet forte melius, quàm tu operarentur, & ita te seruum inutilẽ iudicare debes cum tepide, & remisse domino inseruias, quãdo tantis nominibus illi sis deuinctus. Regi enim seculorum (vt inquit Paulus) immortali & inuisibili, soli Deo sit honor & gloria in secula seculorum. *Et in terra pax hominibus, bonæ voluntatis.* Pacẽ Angeli nũciant, quã Christus sæpe cõmendauit, & à nobis discedens tanquam testamentum illam nobis summopere commendauit, dicens. Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Sed quia impijs, & sceleratis (vt inquit Esaias) non est pax, non omnibus, sed hominibus bonæ voluntatis prædicatur. Illi enim qui recta animi voluntate suscipiunt Christum, sicut isti simplices pastores, verã Christi pacem habent & possidẽt. Herodes verò, qui Christi aduentu turbatus est, non suscepit Christum, imo ipsum fuit persequutus. Sic modo illum persequũtur, qui ira commouentur, furiosi, & qui semper rixantur, & qui seminant inter fratres discordias, quique sunt diaboli ministri, & pacis Christi subuersores, qui ad nihil aliud valẽt magis quam ad confabulationes nectendas. Præterea per volũtatis bonitatẽ potius dicitur quis bonus, quam per alias potentias, quia voluntas cæteras potentias mouet ad operandum: & ideo bonitas, aut malitia eius in alias potentias diffunditur, sicut influxus primæ causæ in alias causas à prima motas. A voluntate enim dicitur quis bonus, aut malus,

Gene. 39.
2. Reg. 12.
Matth. 6
Exo. 1. & 2.
Nume. 20.
Iudi. 7.
Ioan. 14.
Esai. 48.
Matth. 2.
Proverb. 8.

malus, quia ratio meriti vel demeriti depẽdet à voluntate tanquã à radice, ea ratione, quia libertas directe ipsi voluntati cõpetit. Quare vbi nulla est libertas nec mereri, nec demereri aliquis potest. Et idcirco pax ista non malis, sed rectis cõpetit. Cor enim impij quasi mare feruẽs, quod nunquã nec manet, nec quiescit. In Apocalypsi dicitur, quod omnes illi, qui adorauerunt bestiã, requiẽ non habebant, sicut nec illi, qui bellui nos suos appetitus sequũtur animi pacem vnquã possident. Nanque sicut in mari tumentes fluctus nunquã quiescunt: sic mundi administratores semper fluctuãt, nec vanis suis cogitationibus quietam conscientiam possident. Vera quippe est sententia Saluatoris dicentis. In mundo pressuram habetis, in me autem pacem. Etenim infirmus homo etiam si varia cubilia mutet, & lectos, non ob id quiescit, quia quoquo se vertat infirmitatẽ secum ducit, quæ inquietudinis causa est. Sic sane etiã si in hoc mundo per multum temporis spatiũ viuas nunquam pacẽ & requiem habebis, quousque malos & deprauatos humores expellas, hoc est, tuę prauæ affectionis vitia, quę te æstuãtem & inquietũ reddũt, quod si hæc feceris veram Christi pacem, & quietem possidebis. Pax illa, quæ tunc temporis erat in mũdo cum Christus natus est, & cum exijt edictum à Cæsare Augusto figura erat huius spiritualis pacis. Quod pulchrè Michæas prædixerat dicens. Pax erit in terra nostra cum venerit, & quando calcauerit in domibus nostris. Itaque quia non peccatoribus, sed bonis datur hæc pax, & boni non nisi à voluntate sunt boni, idcirco Angeli pacẽ nunciant hominibus bonæ volũtatis. Porro in Græco originali Lucæ sic habetur, καὶ ἐν γῆς ἰρκὺρ ἐν ἀνθρωποις ευδοκία, ideſt, in terra pax, in hominibus bona voluntas. Quapropter in manu, & potestate tua est hanc pacẽ habere, cũ & in manu tua sit hęc volũtas. Nihil enim est tã in potestate voluntatis, quã ipsa voluntas. Et ideo sicut dns es tuæ voluntatis, ita poteris habere malam vel bonã voluntatem. Bona erit si bonũ virtutis prosequeris, mala, si flagitia & scelera fueris amplexus. Sicut Chamæleõ cum sortitur colorẽ, qui ei in cõspectu est: sic voluntas tali erit, quale illud fuerit, cui per amorẽ iungitur. Nullã aliam vel bonitatẽ vel malitiã habes præter id, quod amore, vel odio prosequeris. Cætera nanq; vt sol, luna, & stellæ dominus dixit esse bona valde, postquam illa cõdiderat. At cum creauit hominem, nec bonum, nec malum illum esse dixit. Non equidem minoris dignitatis est homo, quam reliquæ creaturæ imo multo maioris, & amplioris. Sed quid est quod dominus reliquas creaturas bonitatis sigillo comprobauit, at in constitutione hominis nihil tale dixit cũ reliquis omnibus creaturis multo illustrior, præstãtior & excellentior esset? Vtique id non fecit Deus, quousq; ipse homo manus ad opus applicaret: vt vel sic consideratis rebus ab homine dilectis, vel odio prosequutis nomen illi imponeret. Si bonum amas rectã habes voluntatẽ, quod si rectam habes voluntatem, bonus es, & vice versa. Voluit enim dominus oculis prospicere, ad quod ipse homo animum applicabat, vtrum ad bonum an ad malũ, vt vel sic dominus de illo sententiã proferret. Quod si vt sæpius repetimus bona volũtate præditus fueris, rectum habebis intellectum, vt de Deo recte sentias. Iuxta illud. Intellectus bonus omnibus faciẽtibus eũ. Econtra vero depraua volũtas multoties intellectũ errare coget, eundẽ in prauum suum affectum inclinando. Nanque si volũtas rem illicitam, & diuinis mandatis contradicentẽ amore prosequatur, nihil dubium, quin statim intellectum post se trahat, vt eam approbet. De qua re elegantissime ipse diuinus vates Dauid. Transierunt (inquit) in affectum cordis. Transijt intellectus & reliquæ potentiæ ad factionem voluntatis, ad approbandum vel comprobãdum voluntatis desiderium. De corde exeunt fornicationes, furta, adulteria, &c. Sed quia volũtas fons est, & radix à qua proficiscuntur omnia mala & bona, idcirco Angeli exoptant nobis bonã voluntatẽ, vt omnia in nobis bona sint.

¶Obserua autẽ quod per hæc tria beneficia, tres effectus verbi incarnati significantur. Gloria, pax, & bona voluntas. Gloria in excelsis, pax in terra, hominibus bona voluntas, ad quę tria natus est Christus pro tanto suo in nos amore & dilectione. Ad gloriam, inquam, in superioribus, vbi comprehendũtur omnes beati. Secundo ad trãquillitatem ordinis inferioris nomine terræ significati, eo quod terra infima pars est vbi comprehendũtur omnia inferiora etiã cum dãnatis, qui vel int nol int ad tranquillum ordinẽ per pœnas deducuntur. Et propterea

Ioan. 16.
Michæ. 5.
Gene. 1.
Esai. 57.
Apoca. 4.
Psalm. 118.
Psal. 72.
Matth. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pterea tranquillus ordo inferiorũ qui pax vocatur, licet non ipsis, tamen Deo erit. Ordinatur tertio ad bonam voluntatem in hominibus qua genus humanum sine Christo carebat & caret, quia finis verbi incarnati est, vt Deus sit omnia in omnibus. 1. Corint. 15.

¶ Obserua etiã non interponi coniunctionem, &, inter terrãm & homines, sicut interponitur inter excelsa & terram cum dicitur, & in terra, nec dicitur, & in hominibus ad significandũ ad eandẽ vniuersi partẽ inferiorẽ vtrunq; pertinere, scilicet, tam pacẽ quàm bonam hominibus voluntatem. *Et factum est, vt discesserunt Angeli in cælum.* Peracto suo munere, sicut Raphaël Angelus dixit Tobiæ. Tempus est, vt reuertar ad eum qui me misit. *Pastores loquebantur adinuicẽ.* Sẽtentia est sapientis. Sapientia absconsa, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque. Nihil emolumenti dicendũ est, scientiam illius afferre posse, quæ nulli vtilitati deseruit: & pecunia etiam nihil fere est, qua nõ vtitur ad hominũ vtilitatem. Fruſtra quippe illa potentia facta censetur, quæ ad operationem non transit. Natus est redemptor mundi, sed tanto silentio & sine vlla pompa & strepitu, vt vel ipsos vicinos tale mysterium latuerit. Sed cum nos tanto & tam admirabili beneficio (nisi nobis esset patefactũ) non gratularemur, ideo oportuit, diuinam sapientiã non esse absconditam, & thesaurũ hunc diuinũ hominibus cõmuni cari. Etenim sicut lumẽ sufficiens per seipsum est vt cunctis manifestetur, ita Saluator mundi suam cõmunicans bonitatẽ voluit seipsum pãdere. Quia sicut resurrectionem eius non omnibus oportuit manifestari, sed (vt inquit Petrus) testibus præordinatis à Deo: ita quidẽ admirabilis eius natiuitas æquũ fuit, vt non omnibus manifestaretur, quia nõ omnes digni erant, sed aliqui, quibus occulto Dei iudicio voluit natiuitatem suam aperire. Isti fuerũt simplices quidam pastores, quibus vigilãtibus in regione illa apparuit Angelus, & natiuitatem redemptoris denunciauit. Isti igitur ingenti quadam animi lętitia & gaudio, postquam Angeli ascenderunt in cælum adinuicẽ loquebantur. *Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est quod fecit Dominus.* Vbi diligenter obserua, quòd beata virgo ex regia Dauidis stirpe nata, à nemine in seculo cognita, abiectissima mundo, in vili stabulo sedet & tacet, & nihil de se loquitur, sed quod homines negligunt cælestes ciues honorãt, & inquirunt. Vbi animaduertas curam & solicitudinem domini vt suorum seruorum notam faciat mundo virtutem: nam quanuis ipsi absconditantur, ipse Dominus notos eos facit in vniuerso mundo. Erat enim beata virgo abscondita in occulto & secreto loco, existimans gloriosum illũ partum nemini mortalium cognitum, quem Angeli iam cõcinunt, & de quo pastores inter se colloquũtur. Si bene viuis, si labores sustines, si oras, si plangis tace, quia hæc omnia opportuno tempore in vtilitatẽ tuam manifestabit dominus. Mirabile quidem est, quod dum seruus Dei abscondita quærit & infima loca: ipse dominus tantã illius gerit curam vt vniuerso mũdo laudes suas prædicet. O inconsideratus & stultus hominum error, qui dum honorẽ soliciti quærunt & desiderant, eundẽ amittunt: & dũ nominis immortalitatẽ ambiũt, à memoria hominum penitus delentur. Ea enim, quæ ad conseruationem nostram eligimus, conducunt plurimum ad perditionem: & vbi lucrum inuenire existimamus, ibi maiorem iacturam facimus. Qui paruuli & abiecti proprijs oculis sunt honore inueniuntur digni apud Deum & homines. Quo circa si honoris lucrũ sitibundus quæris, illum fugito. Laudet te alienum os, non tuum. Facito, quod debes & in manus Domini te ipsum conijce: ipse nanque tui honoris solicitam curam habebit. Vbi iam rogo animaduertas, quanta fuerit ipsi domino cura, vt honore & laude afficeret seruũ suum Iacob relegatum, & laboribus onustũ in Mesopotamia. Ita etiã recordatus est Ioseph vinculis & cathenis constrictũ in Ægypto: & Dauid custodiæ ouium destinatum in desertis locis, & montibus in publicum produxit, quem excellenti victoria aduersus Goliat gigantem decorauit. Deniq; vt vnico verbo omnia dicta cõplectar, virginem absconditam & humili loco clausam dominus notam facit & Angelis cæli & pastoribus terræ. Et quanuis initio pastores fuerunt deterriti tam subita Angeli apparitione, iam in lætitiã redacti colloquuntur, quo pacto ituri sunt in Bethlehemiticam porticum. ¶ Obserua præterea Angelos nõ dixisse pastoribus, vt irent in Bethlehẽ nihilominus ipsi viam aggrediuntur, & infantem inuenerunt. Vbi diligenter aduertas, quod ad vitæ perfectionem nõ satis est

Ecclc. 20.

Prouerb. 17.

Gene. 32.
Gene. 41.
1. Reg. 16.
1. Reg. 17.

Act. 10.

Deum cognoscere per fidem, sed opus est ad illum tendere per sancta opera. Certè isti pastores dictis Angeli fidem adhibuerunt, nihilominus vadunt ad illum. Non satis est credere, nisi simul operaris. Per fidẽ nanque & bona opera Deo nos approximamus. Fertur enim anima nostra amore, quocunque fertur. Trãseamus inquam in Bethlehem. Appropinquemus Deo, & appropinquabit ipse nobis. Docemur etiam, vt nullæ rerum cupidines nobis ipsis possint esse impedimento, vt Deo appropinquemus. Isti nanque pastores non fuerunt impediti, à grege suo, vt in Christũ tenderent, omnia reliquerunt, & nulla facta mora ad præsepium accesserunt. Sed multi sunt modo, qui ad Christum animi cupidine ire cõtendunt, nihilominus permittũt impediri ab honoribus, diuitijs, & vanitatibus huius sæculi in quibus omnibus summe cõsiderare deberes, cuius rei iacturã facis, & quarũ rerum causa hanc iacturam facis. Omittis ad Deum ire? sed propter quid? Propter mundum. Si propter rem aliquam illum omitteres, non mirarer tantum: sed omittis Deũ, qui summum bonum est, eundemque postponis stercoribus terræ. Imprudentis est sententiam ferre inauditis partibus. Peccatores sententiam pronunciant in fauorem mundi, & bonum esse dicunt, mundo inseruire: & Dei partem relinquunt, quæ cũ non audiatur, facile condemnationem patitur. Nanque si isti diuini cibi nectar & ambrosiam degustassent cognoscerent quidẽ maiorem dulcedinem in amaritudine esse, quam in dulcoribus & suauitatibus mundi. Gustatõ spiritu, desipit omnis caro. Sic Paulus à Deo vocatus rerum mundanarum dulcedinem, absintij amaritudinem iudicat: & contemnit epistolas in Damascum, & dixit. Domine quid me vis facere? Quid igitur est quod tu mundum non deseris, quandoquidem isti pastores gregem reliquerunt: Matthæus thelonium, Petrus retia, vt Christum adirent? Itaque omnia sunt contemnenda & relinquenda, & iter aggredi debemus. Negotiator ille euangelicus non fuit otiosus, sed lætatur præ gaudio inuento thesauro, sicut isti pastores. Charitas non languida est, non quiescit, non est ociosa: sed Christũ quærit summa diligentia. Sed iam verba pastorum explicemus. Videamus (inquiunt) verbũ quod factum est, quod fecit dominus. Verbum in hoc loco non sumitur pro diuino verbo, siue filio Dei, sicut quidam male interpretati sunt: sed sumitur pro re aliqua, aut facto, vel opere. Sæpe enim in scriptura sacra verbi nomine opus vel factũ aliquod intelligitur. Cuius rei exemplis pleni sunt libri Regum, vbi cum agitur de rebus gestis à regibus Israel vel Iudeæ, dicitur. Reliqua quæ fecit scripta sunt in libro verborũ regum Iuda vel Israel. In secundo etiã libro Regum dicitur, regem Dauid dixisse Amalechitæ rogantem de bellicis factis. Indica mihi verbum quod factum est. Manifesto apparet quod non rogabat Dauid, quid in bello diceretur, sed de factis & gestis in bello. Quod etiam verum esse apparet per datam responsionem ab Amalechitæ nuntio: quo significauit mortuum esse Saulem & Ionatham & perditum populum Israeliticum. Prætereà cum rex Ezechias ostendit thesauros domus suæ seruis regis Babyloniæ, inquit scriptura. Non erat verbum in domo sua quod non ostenderit eis. Id est nulla res. Impossibile nanque reputaui hęc & alia multa scripturæ loca huic similia pro verbo posse intelligi, sed pro opere. Et secundum hunc sensum quem verisimum arbitror, literæ explicatio est. Eamus in Bethlehem & videamus hoc opus Dei: magnũ hoc opus, factum à domino videamus. Videamus inquiunt, Deum qui inuisibilis est hominem iam factum visibilem nostra mortalitate indutum. Ros qui nascitur in alta aeris regione nunquam in suo descensu videri potest nisi quando sedet vel in herbis vel in foliis arborũ. Sic filius Dei qui ab æterno genitus est à patre nunquam apparuit visibilis quousque in gremio virgineo sedit: & ibi descendit sicut ros super herbam virentem viriditate omnium virtutum. Videamus ergo hoc verbum, quod factum est quod fecit dominus. *Et ostendit nobis.* Nobis inquam simplicibus pastoribus. Multi principes & viri literati erant in Hierusalem, & nemini illorum apparuit Angelus sed pastoribus super gregem suum vigilantibus. Certè dici non potest, quin Angelus fuerit prudentissimus quando istis & non illis principibus apparuit. Quia si Angelus huiusmodi diuitibus hanc domini natiuitatẽ prænunciaret, qui in cute curanda fere totam vitam consumunt, nunquam in tota vita iter illud aggrederentur: quippe qui tũc à famulis rogarent serenum ne esset tempus, an cælum nubibus coopertum: si respon-

Rom. 13.

Act. 9.

Matt. 9.

Matt. 4.
Matt. 13.

2. Reg. 1.

4. Reg. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sum acciperent, vel aerem vel cœlũ pluuiã denuntiare, vtique iterum in vtranuis aurẽ obdormirent & alto & profundo somno (vt facere solent) conquiescerent. Quòd si id delicatis mulieribus denũciaret, priusquã stibium & fucum apponerent, iam sol alta montis cacumina pertingeret. Si igitur istis natiuitatem domini Angelus denunciaret prius sol ad occasum tenderet, quam pararent ire in Bethlehem. Ideo sapienter fecit Angelus apparens pastoribus, qui statim nulla facta mora festinant in Bethlehem. Nihil erat quod eos remorari posset: nã induti dormiebant, nec in suauibus lectulis iacebant, non phaleratis equis indigebant, nõ curribus, quin potius nec aeri nec niui, nec frigori parcebant: sed tanquã homines omnibus terrenis orbati, ea hora qua Angelus apparuit, sine alicuius rei consideratione quæ illos detinere posset, Bethlehem profi ciscuntur: diuites autem relicti sunt in Ierusalem, nec vocantur, vt hoc tantum & tam diuinum mysterium videant. Sed obijcies forsitan, dicens. Nonne regibus orientalibus diuitibus & potentibus apparuit stella, & duxit illos in Bethlehem? Verum id fateor, sed rogo aduertas diligenter, quanto labore peruenerunt in Bethlehem itinere tredecim dierum defessi: vt vel ex hoc colligere sit nobis facile, quanto maiori labore & difficultate diuites ad Deum accedunt, quã pauperes. Nãque isti pastores ea nocte qua Christus natus est illum adorauerunt, reges vero post tredecim dies ad Christũ veniũt.

Mat.2.

Et venerunt festinantes. Quòd erant venturi dixerunt prius, nam loquebantur ad inuicem dicentes. Transeamus vsque Bethlehem: agentes de modo quo ituri erant. Promissam fidem compleuerunt. In mundo sane multa sunt verba, & nulla opera. Fallax enim mũdus vniuersis hominibus se ipsum amicum & familiarissimum promittit, mõtesque aureos pollicetur: at in necessitatis articulo, omnes deserit, nulli datam fidem cõplet: isti vero pastores adimplent factis, quod verbis promiserant. Non sicut tu, qui quotidie proponis & promittis ad meliorem vitæ conditionem rediturum, & nihil minus quam id adimples. Proponis alienũ restituere, & confessario id promittis: tamẽ protinus id obliuioni tradis. Proponis accedere Christo, & nunquam accedis. Accidit tibi in hoc negotio sicut nautis in portu, qui semper proponunt vela ventis dare, & de die in diem nauigationem distrahunt, & habentes tempus, aliud fœlicius sibi futurũ expectant: donec præterito nauigandi tempore iam nauis in portu putrescit. ¶ Secundo obserua quod non solum venerunt pastores, sed etiam festinanter venerunt: non pigri aut negligentes fuerunt in quærendo domino. Nanque dominus grandi solicitudine aduertit, quo feruore, & quanta voluntatis prõptitudine opera ministerij sui exequamur. Pater ille qui duos habebat filios, quorum minor natu cum dissipasset bonã partem suæ substantiæ, cum ad domum redijt famelicus & pannosus maius gaudium cum hoc suscepit quam cum illo, quem domi semper habuit: nam dominus neutiquã attendit quanto temporis spatio illi seruimus, sed quanto spiritu, & quanto animi feruore. Et ita verum est, aliquem in vnica hora maiori præmio posse esse dignum, quam alius mille annis: nam dominus pluris æstimat parum & ferues ministerium, quã multum & remissum. Idcirco filius ille prodigus tanto spiritu & feruore se in Deum conuertit, & sues reliquit, quorum custodiæ deditus erat, vt locupletiori, & maiori præmio dignus in oculis paternis fuerit inuentus quam alter frater: quo factum est, vt maioribus honoribus fuerit affectus, quam is qui parenti tepidè ministrabat. Quibus omnibus exẽplis docemur nõ segniter aut ignaue in mandatis dñi nos ipsos debere exercere. Plus duplo consumpsit Salomon in ædificio propriæ domus quam in ædificando templo, quod in obsequiũ domini constructurus. In quo insinuatur res diuinas maiori diligentia efficiendas esse, quam nostræ propriæ. Equidem non oportet ei tepidè aut remissè inseruire, qui tanto feruore & amore venit è cœlo, vt nos quæreret, & frigida nocte nasci voluit. Præceperat dominus vt paschalis agnus festinanter comederetur: quia vult nos in sanctis operibus cum festinatione operari. Nam si grandis summa argenti vel auri tribuenda tibi esset postquã ad finẽ peruenires alicuius incepti itineris: nõne rebus alijs cõtemptis, quæ sese tibi in via possent offerre veloci cursu iter ageres? Considera igitur longam tibi restare viam, & tempus vitæ breue. Quapropter oportet non tepidè iter agere sed summa adhibita diligentia & solicitudine, quando quidẽ mercedis retributio tanti ponderis & valoris est, vt nullo argento, nullo auro, nullis pretiosis

Luc.15.

Exo.12.

3.Reg.6.

3.Reg.17

margaritis conferri aut componi possit. Vtinam in his mandatis domini tanto cum feruore incederes, vt posses cum Propheta dicere. Viam mãdatorum tuorum cucurri. Non tanta ignauia quanta tu, rex sanctus in via domini incedebat nec inseruiebat ea cunctatione & mora, qua tu. Accipitres in regione Noruegiæ optimi sunt: quia cum in ea regione parui sint dies, properant dũ dies est in captandis auibus. Ita tibi faciendum existimo, cum dies huius vitæ breuissimus sit, plusquam dici potest, sanctis & rectis operibus incumbendo, priusquam nox mortis adueniat in qua nemo poterit operari. Etenim quidam sapiens loquutus, vt exẽplum discipulis suis daret dixit. Vita breuis, ars vero longa, experimẽtum fallax, iudicium difficile, &c. Et non dixit, vt discipuli sui studium medicinæ relinquerẽt, sed potius vt in studendo festinarent, cum scilicet ars difficilis, vita verò breuis esset. Ità sanè tu festinanter Deo inseruire debes, quando vita nostra sic adeo breuis est, id vero quod fieri debet multum. Iusta quidem ratione incusari debet Pharao, quia cum domus eius tota, & regnum vniuersum ranis esset plenum: hortatus à Mose dicente, constitue mihi quando deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te, respondit. Cras. Iustum quidem esset, vt medelam suæ infirmitati statim peteret, quando tam iniqua plaga erat obsessus. Tamen ea verba ab homine expectabantur, cuius corpus breuissime in profundo mari erat submergendum, & eius anima in profundo inferni. Itaque omnes nos festinare oportet in nostræ salutis opere, quia protinus etiam operari, sero iudicandum est: nãque bona nostra ea sunt vt valeant Deo ipsi restituere id obsequium & honorẽ, quod tantis peccatis illi abstulimus. Sed de his hactenus. Sed quid isti boni pastores festinantes viderunt? Quid inuenerunt videntes regem natum? Nunquid palatium aliquod marmoreum, aut matrem reginę diademate fulgentem aut eam aureo lecto recumbẽtem? Viderunt ne puerum purpura & byssino inuolutum, aut curiam multis ciuibus abundantẽ? *Et inuenerunt Mariam & Ioseph & infantẽ positum in præsepio.* Iam hic vides sanctorũ patrum desiderium adimpletum, & quomodo Deus eorum petitionibus acquieuit. Audi prophetam Esaiam. Desideranimus eum despectum & nouissimum virorum. Non nè melius foret, vt diues veniret: vt nos diuitijs impleret? Nonnè melius esset vt cum summa potẽtia, veniret, vt nostras iniurias vindicaret? Minimè. Isto enim pacto non illum desideramus: sed humanum, pauperẽ, & abiectum: nanque contraria contrarijs optima sunt medicamenta. Ceciderat Adam superbia & illum humilem exoptamus, vt nostræ medeatur superbiæ. Ille voluit esse magnus, & idcirco hũc ego pauperem, parũum & abiectum desidero, vt vel sic his contrarijs tiriacis curetur hominis superbia & auaritia. Qua de causa rectissime inquit Esaias desiderauimus eum despectum & nouissimum virorum: vt quanto ipse abiectius descenderit: tanto altius ego ascendã. Ideo patientissimus Iob. Vtinam appenderentur peccata mea, & calamitas, quam patior in statera. Nonne Iob peccata, æro aut fructus sunt: vt appendantur in stateram? Peccatum nihil est positiuum, sed priuatio vel negatio quædam, quæ est carentia rectitudinis debitæ in esse. Sed quomodo appendentur? Audi, dum in aliqua stateræ lance aliquod pondus est in terram inclinatur, altera vero lãx quę vacua est in altum eleuatur. Idcirco, vt quæ eleuata est in imum descendat, necessum est vt alteri maius pondus apponatur. Omnes cecidimus propter peccati grauitatem & pondus, & descendimus omnes ad inferni tenebras: vt igitur nos ascenderemus necessum fuit, vt Christus descenderet humiliatus. Ità sanè quanto vna statera descendit, tanto alia in sublime rapitur. Cecideramus nos in profundũ & Christus in alta gloria sedem habebat: & idcirco descendit Christus, vt nos aduolaremus ad cœlum. Qua de causa desiderat Iob, vt nostra appendantur peccata, & constituantur in vna statera, in altera verò Christi lachrymæ, paupertas, nuditas, durum præsepium, frigiditas, & omnes alij labores, quia rectè nouerat Iob plus ponderis esse hæc Christi merita, quã omnia nostra delicta. Quapropter Iob hoc experimentum fieri desiderat, & Esaias non in sublimi loco, sed despectũ, humilem, & abiectum, illum desiderabat. Quocirca possemus dicere. Veni Esaia ad præsepium Bethlehem, & videbis tua desideria adimpleta. Inuenerunt pastores filiũ Dei positum in præsepio non in aulis aureis pauimentis compositis, nõ in preciosis cubiculis, sed positũ in præsepio. Certè quilibet homo, qui hæc considerauerit penitus

Psalm.118.

Leg. Aug. li.1. doct. Christ. ca.14

Ioan.9.

Exo.8.

Iob.6.

Esa.53.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admirabitur, dum videat Dei filium in tantum contemptum deuenisse, vt stabulo dignatus fuerit habitare, animaliumque sociu fieri propter hominum salutem. Tu domine qui cœlum pulchris sideribus ornasti, & herbas campi & flores gratis coloribus induisti, & aues varijs plumis exornasti: gaudes in præsepio esse pannis inuolutus? Quomodo cum gaudium & exultatio Angelorum sis, lachrymis madidus es? Nondum natus es, quando delicta mea plangis? Non solum cum sis Deus, homo fieri voluisti: verũ in maiori hyemis rigore natus es, media nocte, & in tanta paupertate. Nihil sane dubito, quin nox illa, qua Christus natus est, frigidior & asperior fuerit, quàm alia vnquã. Quòd si ratio non valuerit, nec capitis sententia valeat. Quia diuinum verbum cũ humanitate simul accepit omnes nostras miserias & pœnalitates peccato excepto: & has miserias in maximo contemptu & abiectione. Itaque non solum pauper, sed pauperrimus fuit: nec solum mori, sed mortem crucis ignominiosam pati voluit. Itaque sicut volens mori, genus mortis ignominiosissimum elegit: ità volens nasci, noctem rigidissimam elegit. O quantum tibi, ò glorioſe puer, debent homines. Quomodo anima mea in tuum non rapitur amorem? Quomodo cor meum sicut cera non liquefit, dum propter suum amorem videt Deum in præsepio inter bruta animantia positum? Hæc omnia amoris nostri causa dominus facit, & vtinam intentum consequatur. Et non solum in tanta humilitate & paupertate ex virgine voluit nasci, vt nostram abiectionem & miseriam exaltaret: sed vt exemplo vitæ suæ, nostram componeret. Sic prædixerat
Zacha. 1. dominus per Zachariam prophetam. Perpendiculum extendetur super Hierusalẽ. Hæc quidem verba peccatores ipsos vehementer deterrent, at qui vitam Christi sequuntur magnæ sunt consolationis & gaudij: quando dicit omnes metiendos esse sua vita. Si villicus redditurus rationem de expensis maximo timore cõcutitur: quid erit quando vitæ nostræ ratio ætissima exigatur? Malam rationem reddet ille, qui modo nec secum nec cum Deo vllam amicitiam habet. Solent artifices plumbeum perpendiculum apponere, vt vel sic videant, an ædificium rectitudine careat. Vita Christi nobis perpendiculum est, vt nostras actiones moderemur & regamus. Quando dominus ad iudicium venerit, vniuersum ædificium, quod sine regula & perpendiculo inuenerit factum, subuerti præcipiet. Hoc Christi præsepium, paupertas, & humilitas, nostrã metientur vitam. Sed ò sancte & admirabilis redemptor dum me ipsum tibi volo conferre, pudore prorsus suffundor, quam fœda & contaminata mea puritas sit, quam superba mea humilitas, quã cupida mea paupertas, quã crudelis mea misericordia, quã frigida & tepida mea charitas quam ridicula mea lachrymę, quã sine deuotione mea oratio, & nomen Christicolæ fictum, quam sterilis & sine fructu meæ vitæ discursus, si tuæ innocentissimæ & immaculatæ vitæ cum mea velim collationem facere. *Videntes autem cognouerunt de verbo, quod dictum erat illis de puero hoc.* Verbum erat dictum ab Angelo, quod Christus erat natus in Bethlehem: quodque positus erat in præsepio & pannis inuolutus: quæuis omnia quanuis anteà, fide crediderunt (nam si non credidissent non venissent) videntes cognouerunt. Vnde iam isti pastores Angelo dicere poterant, id quod Samaritani dixerunt mulieri. Iam nõ propter tuam loquelam credimus: *Ioan.4.* sed nos ipsi vidimus quia hic est Saluator mundi. Vidimus enim Saluatorem seculorum, regem Angelorum, solẽ iustitiæ inter nebulas mundi fulgentem, & inter præsepij angustiam cœlum terramque regentem.

¶ Modò autem ad tuam eruditionem perpendas obsecro, quam rectè dixerit Paulus. *Rom.8.* Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Isti enim pastores dominũ quę fierunt recta & syncera animi intentione: & quod quærebant inuenerunt domino permittente & volente. Sic tu syncerè & non fictè dominum Deum tuum quære & illum inuenies. Vnde Sapiẽs admonet dicens. Sẽ- *Sap.1.*
titte de domino in bonitate, & simplicitate cordis quærite illum: apparet enim eis, qui fidem habent in illum, & iustitia simplicis dirigit viam eius. Et iterum, Deus nõ proij- *Prou.28.*
ciet simplicem. Prætereà obserua, quod cũ isti pastores Dẽo obtemperauerint, facientes id, quod Angelus præcepit, ideò dominus fecit quod illi exoptabant. Bona nanq; fœlicitas in omnibus illis contigit, sicut Angelus eis prædixerat. Vis tua omnia tibi fœliciter & fauste contingere? fac quod dominus præcipit, & pro palato tibi omnia euenient. Etenim scriptura dicit. Voluntatem *Psal.36.*
timentium se, faciet dominus. Quod si diuinæ

næ voluntati repugnas, quid est, vt velis tuã dominus adimpleat? Obtempera Deo, & quæ volueris pete. Multi sunt, qui grandes dignitates & alta munera obire contendũt, cum & in sceleribus & flagitijs viuant coinquinati: mirantur verò si hæc, quæ desiderant non consequantur. Alij verò immensas lites connectunt, & aduersarios suos mille modis calumniantur: quiquidem litigandi modus iniquus & sceleratus est. Et idcirco permittit dominus, vt quanuis à tuis partibus iustitia stet nũquam tamen pro te sententia feratur, quia cum Dei offensa & iniuria, tua vis conficere negotia. Vera autẽ via vt omnia tua negotia rectè expediantur ea est, vt in eis administrandis id facias, quod dominus præcipit: & ita dominus ijs quas ignorasvijs negotia tua ad fœlicem exitum perducet. *Omnes qui audierant mirati sunt de his, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos.* Obserua, quod Angeli pastoribus, & pastores alijs, Christi natiuitatem annũciant: vt sic Deus ministerio hominum homines doceat. Multi sanè nolunt literis operam impendere, nec magistros audire, existimantes in ipsa oratione & contemplatione, qua eleuati sunt, dominum inspiraturum illis & doctu-
rum scientias: quod certè temere agunt, & Deum ipsum amenter tentant nolentes ab alijs edoceri. Necessum enim fuit Apostolos miraculosè à domino edoceri, infundẽs illis Spiritum sanctum, cum non haberent, qui eos edoceret. Tamen cum in Ecclesia Dei multi sint literati & sapientes. Deũ tentant, qui sine necessitate miracula efflagitant. Vult dominus per causas secundas agere, & quod homines ab hominibus discant, & quod humiliter eis subijciantur, laborantes & libros reuoluentes. Nonne Moses amicus & familiaris domino erat & quotidie cũ eo loquebatur quasi amicus ad amicũ suum, tamẽ voluit, vt ab Ietro sacerdote Madian ediscereret, quomodo recturus erat & gubernaturus populum: & suo consilio vsus, constituit Moses decanos, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, qui populum iudicabant. Sic etiam Eunuchus ille reginæ Æthiopiæ voluit edoceri per Philippum: nam spiritus dixit Philippo. Accede & adiunge te ad currum istum: & postea quam euangelizauit ei, baptizauit illũ. Nõ ne ipse dominj spiritus, qui præcepit Philippo vt accederet ad currum, poterat illũ docere? Plane potuit, sed voluit, vt à Philippo doceretur. Eodem modo Paulum, cui dominus in via Damasci apparuit, poterat instruere in fide: tamen misit illũ ad Ananiã discipulum, vt ab eo disceret: quid illũ facere oporteret. Cornelio etiam apparuit An- *Actо.9.*
gelus domini & instruxit, vt mitteret ad Petrum, qui erat in Ioppe: qui cum accederet prædicauit Cornelio Centurioni, & his, qui *Actо.10.*
cum eo erant, docens eos in fide, & baptizauit. Denique voluit Deus, vt isti pastores edocti ab Angelo, & viso Saluatore, alios docerent: quia vult vt homines ab hominibus discant. Et quanuis sanctissimum & optimum sit orare, vt Deus tuum illuminet intellectum: hoc tamẽ bonum est, si te ipsum adiuuaueris & feceris quod in te est: hoc est, operam literis dando & laborando. Vide de his si placuerit Diuum Augustinũ. ¶ Do- *Aug. in pro*
cet etiam locus iste opera Dei & magnalia *log. e libr.*
eius extollere, & alijs enarrare. Sic Moses *doct. christ.*
fertilitatem terræ promissionis populo narrauit, & mirabilia eius. Sic Angelus Raphael *Deut. 3.*
dixit Tobiæ. Opera Dei reuelare & confite- *Tob.12.*
ri honorificũ est. Et Dauid in Psalmo. Nar- *Psalm. 77.*
rantes laudes domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Obseruandũ hic etiã est, quod isti summopere mirabantur, & rapiebantur admiratione, audientes illa quæ dicta erant à pastoribus. Nec mirum quia
cum Propheta Esaias fuerit vaticinatus de *Esa.6.*
Christi aduentu, inter multa alia & præclara quidem, dixit. Paruulus datus est nobis, &c. Et sic tim subiunxit. Vocabitur nomen eius admirabilis. Sicut enim regina Sabba
videns sapientiam Salomonis & domum, quam ædificauerat & cibos eius, &c. Ità fuit in admirationem raptavt spiritus deficeret: sic isti summopere mirabãtur & non immerito. Vnde egregius psaltes inquit. Cantate *3. Reg. 10.*
domino canticũ nouũ, quia mirabilia fecit. *Psalm.97.*
Et ita isti non immerito mirabantur. Sed
quid mirabantur? Ea, quæ dicta erant à pastoribus. Sed quid dixerũt pastores? Quod viderant in Bethlehem. Sed quid in Bethlehem viderunt? Ipsam patris sapientiam, obmutescentem, fortissimum, in becillũ, magnum, vilem, humilem & abiectum, impassibilem, passibilem, diuitem, pauperẽ: & tandẽ infinitum, finitum, conspexerunt. Nunquid iniustè aut immeritò mirabantur? Iusta quidem ratione admirati sunt. Non mirareris & tu, si aliquẽ infantẽ tibi demõstrarem, & dicerem. Puer iste, quẽ vides, antiquior matre est: & natus est hodie, nec prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipium habet. Pauper est, & similiter diues: magnus & paruus: omnipotens, & nihil potens: impassibilis & passibilis: perit frigore, & omnem calorem secum habet: illum cœlum nec terra capit, & breui comprehẽditur præsepio. Nonne hæc omnia iusta de causa mirareris? O inaudita & stupenda miracula: quod mater & virgo sit, quis talia dicere audiuit? Veniant mundi philosophi suis axiomatibus dicentes, quod locus & locatũ debent habere proportionem: tamen hic locus præsepium est, & quem præsepium capit, tota mundi machina comprehẽdere nequit. Omnes, qui audierunt mirati sunt, & non immeritò. Venit Iacob ad patrem suũ Isaac qui senex erat & cæcus: pater autem existimans illum esse Esau, dixit. Vox quidem, vox Iacob, manus autem manus Esau. Sed quí fieri potest vt Iacob & Esau idem sint? Admirabatur Isaac. Videte igitur filium Dei, tanquam alter Iacob, indutum vestibus peccatoris Esau. Sic Paulus id affirmat. Habitu inuẽtus, vt homo. In habitu hominis peccatoris in similitudinem carnis peccati. Reuera Iacob non erat Esau, sed similitudinem Esau gerebat, & veras vestes etiam Esau. Sic Christus non erat peccator, sed similitudinem habebat peccati: & humanitatem veram, quia verus homo erat. Ideò, si ad eum respicis, audies vocem esse Iacob: manus autem Esau. Audi vocem: Gloria in altissimis Deo. Vox quidem vox Iacob. Vox hæc vox Dei est. Tamen si tetigis, videbis eum frigore tremẽtem & manus Esau esse. Videbis alio modo eum ab Angelis adorari. Et cum introducit primogenitũ in orbem terræ dicit. Adorent eum omnes Angeli eius. Ex altera autem parte videbis eũ lachrymas fundentem, & in præsepio inter paleas iacentem. Vna via sidus mittitur per aera volitans, vt reges vocet, vt venient ad Christum adorandum, & vt cognoscant eum regem & dominum: alia vero via ità necessitatibus nostris vrgetur vt immensum frigus patiatur, nec domum habet, qua ab iniurijs cœli se ipsum tueri possit. Modo videbis huius pueri causa Herodẽ magnopere timere: modo verò ipse à frigore opprimitur. Ex alia parte homo, ex alia Deus ostenditur esse. Ex vna parte Iacob, ex altera verò Esau apparet. Miremur igitur omnes Deum hominem factum: & duo inter se maxima repugnantia iam inter se coire. Miretur Isaac, miretur cœlum & terra, mirentur Angeli, mirentur stellæ & planetæ, mirentur elementa, & omnes creaturæ sensibiles & insensibiles. Omnia volatilia cœli alas suas comprimant & contrahant: nec viridem herbam pascant animalia, suosque suspendant actus, stupescant & eleuentur tanta cum videant miracula. Sic rapiebatur in maximam admirationem Propheta ille Abacuch dicens. Confidei aui opera tua, & obstupui. O Deus meus, & Deus cordis mei. O sponsus & dilectus animæ meæ: cõfideraui ego vermis terræ opera tua, & in eorũ inquisitione prorsus intellectus meus defecit. Vide quod dixit, considerasse opera domini, & idcircò expauisse: quia admiratio ex rerum contemplatione procedit. Consideremus & nos modo sanctissimi huius natalis mysteria: ne sicut homines gentiles aut ethnici vitam agamus tantis & tam diuinis mysterijs ingrati. Miremur & admiremur tantam domini bonitatem & clemẽtiam, quemadmodum isti pastores: cum è summo cœlo, in nostra tuguria dignatus fuerit descendere, & tantos labores propter nos ipsos sumpsisse. Miremur tam profundam humilitatem & abiectionem. Videamus quis sit iste, qui nascitur, & quomodo nascitur, & quorum causa nascitur. Quibus omnibus rectè cõsideratis, & oculis nostris in iustitiæ solem coniectis, commouebuntur alæ nostri cordis & contemplationis, & sicut auis phœnix, igne diuini sui amoris in flammabimur, & altissimis cogitationibus in diuinam illam benignitatem & bonitatẽ rapiemur, & comburetur cor nostrum igne amoris exardescens, secundum illud Psalmi. In meditatione mea exardescit ignis: & ità conuertemur in cinerem cognoscentes nos esse cinerem & viles vermes terræ: & ità fruemur tanto & tã diuino fructu huius sanctissimi natalis, qui est gloria & æterna beatitudo, exemplum sumentes à virgine. De qua ait euangelista. *Maria conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo.* Verba sumũtur hic etiam pro rebus gestis: considerabat enim prudentissima virgo pastorũ, Regumque orientalium aduentum Angelorum apparitionem: & ea, quæ in se gesserat præpotens Deus. Sciebat preterea illud, quod multo ante propheta dixerat, videlicet, Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & se ipsam de radice Iesse, de que eius stirpe profectam esse Maria virgo cognouerat. Ac proinde illud Michææ

Gen.27.
Phi.2.
Hebr.1.
Mat.2.
Abac.3. iuxta 70. interp.
Psal.38.
Mat.2.
Esa.11.

Brit.5.
Eccl.22.
Hebr.9.
Dan.5.
Dan.14.
Ephe.5.

chææ predictum optimè tenebat. Tu Bethlehem Efrata paruulus es in millibus Iuda ex te mihi egredietur, qui sit dominator, in Israel. Quapropter se in Bethlehem dominatorem Israel pariturum esse certo sciebat. Comparat ergo verba factis, vetera nouis, vmbram rei significandæ, figuram veritati: pollicitationes deniq; rebus exhibitis, in quibus omnibus varia, atque diuersa catholica fidei argumenta reperiuntur. Hæc igitur omnia pijssima virgo sapienter quidem ponderabat, & conferebat: vt ea posteà sacrosanctæ ecclesiæ enuntiaret: & sic omnes Christi fideles vberrimos inde fructus, maximamque perciperent vtilitatem. Non habuit prudentissima virgo cor fatui, & stulti: de quo sapiẽs ait. Est sicut vas cõfractum, & nullam sapientiam tenet. Sed erat tanquam arca fœderis, vbi tam secundæ legis Euangelium, quam legis antiquæ tabulæ ponebantur. Nam quæcunque de Christo optimo & maximo dicebantur, vel quæ ipse Saluator noster aperiens os suum, discipulos suos, imperitãque multitudinem docebat, ea omnia serenissima virgo indefessa secum, fidelique mẽte tenuit, & ruminauit. Discamus igitur beatissimæ virginis exemplo concitati meditari cælestia, resque diuinas mente, & cogitatione concipere: quod egregie fecerimus, si consideratione assidua diuina mysteria contemplati fuerimus. In lege veteri animalia, quæ non ruminabant, veluti sus, & eiuscemodi alia, immunda erant, & illa nequaquam ex domini præcepto filij Israel poterãt comedere. Sic tu illa, quæ pro te fecit rerum omniũ conditor, ac fabricator Deus ruminare perpetuo debes: nempe quomodo hominis formam induerit, acerbissimamque mortem pro te misero peccatore subierit. Sed ad contextũ. *Et reuersi sunt pastores glorificantes, & laudantes Deum in omnibus, quæ viderant, sicut dictum est ad illos.* Non quidem pastores ingrati extiterunt, tanti, tamque admirabilis beneficij immemores: sed quæcunque ab Angelo audierunt, & in Bethlehem viderunt, ea omnia voce magna prædicauerunt clamantes, & laudantes dominum, ingentesque Deo gratias referentes pro gloriosa vnigeniti filij sui natiuitate. Disce precor horum exẽplo commotus pro tot, ac tantis in te collatis beneficijs immortales Deo gratias agere. Sic Paulus Ephesijs ait. Impleamini Spiritu sancto loquẽtes vobis metipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes, & psallentes in cordibus vestris domino gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini Iesu Christi Deo patri. Præterea ait quod sicut dictũ erat illis, & sicut audierant, ita viderunt; vnde iure æquissimo poterant hi sanctissimi pastores illud psalmi proferre. Sicut audiuimus, ita & vidimus in ciuitate Dei nostri in ciuitate domini virtutum. Et quanquam cæli, terræque fabricatorem pauperẽ, vilique in præsepio reclinatũ pastores inuenerunt, non tamen vllum de eius paupertate scandalum ceperunt: quin imo diuinas opes, quæ sub paupertate illa abconditæ delitescebant, fide nimia, quæ in eorum pectoribus ardebat, contemplabãtur: qua de causa glorificantes, & laudantes Deum venerunt. Oportebat quidem tales priores illos Ecclesiæ lapides esse, oportebat inquam vt fidei catholicæ radijs illustrarentur, inque sancto Dei seruitio arderent, vt prompti, atque grati in eiusdem beneficijs euulgandis exilterẽt: & verborum Dei præcones facti beneficia in genus humanũ à Deo collata publicarent. Transeamus & nos ista temporalia, & quæ retro sunt obliuiscentes ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu festinantes eamus: & videamus quantam humilitatem, & paupertatem pro nobis Rex gloriæ susceperit. Simus grati beneficijs eius verbo, & opere ipsum imitando, cum Angelicis spiritibus ipsum laudando quantum possimus: nam ipse maior omni laude est. Canamus cũ Dauide. Benedic anima mea dominum & noli obliuisci omnes retributiones eius. Quam obrem si hi diuini pastores sola Christi natiuitate cognita reuersi sunt gaudentes, quanto magis nos, qui totã incarnationis seriem tenemus: & Christi sacramentis imbuti sumus eidem gloriam sempiternã dare debemus: quin potius nullo vnquam tẽpore, de eius laudibus conticescere tenemur. Ideo enim nostram naturam adeo incredibili cõiunctionis vinculo sibi copulauit, vt Deus fieret verus homo. Quorsum autẽ hoc fecit? vt vniuersum genus humanum ab omni vestigio sceleris expiaret, & ab omni flagitio tutum ac sanctum redderet. Sed hæc satis sint de Christi Saluatoris nostri natiuitate: nunc tamẽ ne prolixior in dicendo videar, quam oportet ad alia eiusdẽ redẽptoris mysteria explicanda pergamus, de quibus consequenter Euangelista noster Lucas ait.

Phi.3.
Eccle.43.
Psal.10.

Postquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Postquam consummati sunt dies octe, vt circuncideretur puer. Maxime quidē nos mouere, imo & compellere debet, vt Deū ex toto corde diligamus, illiq; soli fideliter seruiamus legis elargitio, in qua viuamus, nobis ab eodē domino concessa. Nam quanuis donum, vt nos crearet ad imaginem & similitudinē suam, & æterni domicilij capaces efficeret, quanuis inquam hoc donum magnum sit, & excellens, si tamen nobis Deus legē non dedisset, in qua suā nobis exponeret volūtatem, explanando simul, quid nos facere oporteret, vt beatitudinem, ad quam creati fuimus, tandem consequeremur, nostra proculdubio vita tristis esset, & misera. Si rex diceret alicui, meam si feceris voluntatē clarissimis te dignitatum titulis exornabo, ita vt te vno præstantior nullus in meo regno comperiatur: contra verò meæ si aduerseris voluntati, non impunè feres, imò durissimis constrictus vinculis in obscuro carcere pestilenti morte consepultus miserè tandem peribis. Quam iniret viam vir iste? Quod caperet consilium? Curaret quidē, & singulari industria curaret regis voluntatē in primis cognoscere: deinde vt eam adimpleret omni studio contenderet, hoc enim itinere maximum lucraretur bonum, contrario verò dedecus sempiternū. Verū si rex quid amaret, vel quid odio haberet huic homini nequaquam vellet aperire, miserā sanè vitam vir hic traduceret & squallidā, donec in cognitionem regię voluntatis deueniret. Sic Nabuchodonosor sapientibus sub pœna capitis præcepit, vt quod somniarat somnium diuinarēt. *Dan. 2.* Verum enimuerò si rex huic homini omnia sua sensa declararet, corque suum fideliter aperiret: quāta vir iste lætitia exultaret, quantoq; gaudio triumpharet: quādoquidem iam suarū voluptatū ianuam apertā cernebat! Scimus & certò scimus tam fide, quam etiam ratione ducti, quod vnus solummodo Deus in rerum natura existit, & hunc bonum, piū, iustūq; esse nemo est, qui dubitet. Scimus præterea illos, qui obtēperant voluntati huius sanctissimi Dei maximis præmijs in superno illo beatorum domicilio condecorari: & ècōtra illos, qui eundem dīm sceleribus, & flagitijs impudentissimè lædunt, in perpetuā tenebrosi carceris miseriā summa cum ignominia deturbari. Si nobis Deus legem non dedisset, qua tam illa quæ erant fugienda, quam illa quæ erant adamanda explicaret, tristis certè, tristis esset hominum vita & ærumnosa. Nam etiam si ad beatitudinem nos esse creatos intelligeremus, quo nobis tamen eundum esset prorsus ignoraremus. Singulare igitur atq; præclarum in nos contulit beneficium summus ille parens atq; rerum dominus quandoquidem suam legem promulgauit, ex qua omnes Christiani apertissimè intelligerent, quid ad beatam vitam comparandā oportebat, quid verò ad obscurissimas inferni tenebras fugiendas, requirebatur. Sic egregius Psaltes loquens Deo dixit. Propter legem tuam sustinui te dñe, si legē mihi non dedisses, nequaquam vitā hanc ferre possem. *Psalm. 118.* Sic idem Psalmista. Lucerna pedibus meis verbū tuū, & lumen semitis meis. Non parui momenti fuit diuinū illud beneficium, quo Deus mortales deuinxit cū legem illis dedit, ad cuius normā omnes suas actiones fingere, & accōmodare posset. Verū ne lex ista, quā hominibus seruandā dabat, contēneretur: eidem se prius subiecit, qua quidem subiectione legē suam voluit honorare, vt intelligeremus quanti ipse legē æstimaret suam. Nam cum obseruationi legis, quam promulgauerat, minimè cogeretur, ipse tamen legis autor eidē se se libentissimè submisit. Si virū aliquē potentem, diuitijsq; affluentē vidisses, qui nobili pōpa, regaliq; apparatu seruiebatur, verum si eundem postmodum in regis curia genibus flexis insidentem, manus osculantem, regi deniq; in omnibus obtēperantē cernerес, in quæ verba prorumperes? Diceres sanè esse regē? magna res est. Regi enim potētissimi principes, nobilissimiq; clientes seruiunt & obtēperant. Vis scire quantas vires, quantamq; magnitudinē lex summi Dei habeat paululum tecum ipse cōsidera, quod ipsemet Deus eidē subijci & obtēperare non dedignatur. Quandam legē Deus ediderat, quæ se in hunc modum habebat. Infans octo derum circuncidetur in vobis. *Gene. 17.* Christus verò, vt legē ex tolleret suā dicit euangelista: quod filius Dei circunciditur *Gala. 4.* & legi subijcitur. Sic Paulus. At postquam venit plenitudo tēporis, misit Deus filium suum natum ex muliere factum sub lege. Vnigenam filium suum misit æternus pater legi subiectum, vt legem commendaret & honoraret: nos docens quanti æstimanda sint mandata Dei, quantaque vigilantia custodienda & honoranda & quantum

ne nos in vastissimū flagitiorum pelagus in gurgitemus facere teneamur. O tempora, ò mores, ò teterrimi peccatores. Præcepta enim quibus Deus libentissime subijcitur, frangere, & cōminuere non dubitatis. Leges carnis vigilātissime seruatis, spiritus autem frangere non perhorrescitis: prævalēt cacodęmonis leges, Dei vero destruuntur, & abolentur. Plorandū quidem est: inanissimis enim de causis inuiolabiles Dei leges perfrāgimus. *Deut. 27.* Audi quòd scriptum sit. Maledictus homo, qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit. Lycurgus postquā Lacedæmonibus leges publicauit, eas obseruandas esse dixit, quousque reuerteret ab illa regione, in quam proficiscebatur, Cretamque illico profectus nunquam redijt. Nam ibi è vita discedens ipsius ossa comburi, & cineres in mare mitti præcepit, opinabatur enim quòd si corpus nō asportaretur, eius leges perpetuo seruarētur. Si igitur philosophus hic tam ardēter desiderabat, vt seruarētur leges, quas cōdiderat, cur Deus nō volet, legem suā custodiri? *Psal. 118.* Vnde Dauid ait. Tu mādasti, mandata tua custodiri nimis. Tantūque legis huius obseruantiā cōmendauit Deus, vt ipsemet eandem voluerit plenissime custodire. Verū hac nostra tēpestate mortales non solum pedibus sanctissimas Dei leges proculcant, sed quod peius est easdem custodire ignominiosum putant. Bone Deus, quo usque nō ferenda hominū in peccando licēcia peruenit? Infamem se esse putat homo, si Dei præceptis obtēperauerit. Vis hoc luce clarius inspicere? attēde. A it lex Christi. *Matt. 5.* Diligite inimicos vestros, &c. Tanti vero hanc legē fecit Deus, vt iāiam in crucis patibulo moriturus patrē æternū mitē atq; propiciū suos in hostes redderet. *Luce. 23.* Tamē miseri homines hanc legē seruare indecorum esse opinātur. Mundi honos in hoc situs est, & locatus, vt inimicos immaniter quisq; persequatur, nullāq; iniuriam illatam sibi impunitā relinquat. Si autē aliquis reperitur, qui infernā hanc non imbiberit opinionē, infamis atq; stultus illico, & habetur & appellatur. Itaque quòd Deus fieri iussit, vt eius præcepta adimplerentur, iniuriosum reputatur. Tamē isti legis Dei transgressores non existiment perpetuo eorum impudentiam esse ferēdam. *Psalm. 88.* Vnde Dominus eos per Psalmistam terret, dicens. Si autem derelinquerint filij eius legē meam, & in iudicijs meis nō ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eorū, & in verberibus peccata eorum. Igitur magni legē Dei faciamus, quādoquidē ipse, vt eam nobis cōmendatā relinqueret, voluit eidē se prius subijcere.

¶ Porrò circūcisio à Deo Abrahę, & semini eius data fuit propter duo. Primo in remediū peccati originalis: nā per circuncisionis sacramētum peccatū originale tollebatur. Secūdo circuncisio data fuit in signū. Verū vt de his duab⁹ causis aliqua dicamus necesse est. Quod igitur ad primā attinet, Si circuncisio est ad peccati remissionē, quidnā Christus cōmune habet cum circūcisione. Et enim quēadmodū non habet peccatū ille, qui ad remittēda peccata venit, eodē modo sua nihil intererat circūcisio. Erat quippe contra teterrimū peccati morbū singularis atque vera medicina, voluit Deus cum sanus esset, ignis cauterium veluti vlceratus recipere, vt nostra vulnera sanaret, & veluti seruus ferri nota signari voluit, & sicut mancipium vendi, vt nos iamiam deuorandos è faucibus diaboli eriperet, & in pristinam libertatē, per peccatū amissam vendicaret. In incarnatione, carnē Christus suscepit humanā, nunc vero circūcidi non recusat, vt hac ratione nostram superbiam, & arrogantiam cohibeat, & refrænet. Vult dominus peccator videri, cum reuera non sit, & nos cū peccatores simus, iusti haberi volumus. O quā decepti viuimus, & vita nostra, quam contraria est vitæ Christi. Nam cū turpis omnis sceleribus inquinati simus, probi atq; casti haberi volumus, cūq; omni dedecore, & ignominia dignissimi simus, humanas tamē laudes quærimus fucatosq; honores ambimus. Superbe peccator, quæ verba proferes corā humili Iesu in tremēda illa die iudicij? Prępondera tecū ipse, quod propter te Christus peccator reputatur, cū omni sceleris vestigio careat. Amor, quo *Gene. 35. 34.* Emor filius Sichē Dinam prosequebatur, effecit, vt se circuncideret, cum tamē ad circūcisionē minime teneretur. Ita amor, quo Deus mortales dilexit, ipsummet cōpulit quodāmodo, vt circūcisioni sese submitteret, cū tamē ad eam nō obligaretur. Incredibile fuit illud amoris signum, quod Deus hominibus demōstrauit, cum naturam suscepit humanā: tamen hodiernū beneficiū multo maius est & excellentius, pro nobis enim Christus hodie sacratissimū sanguinē suū profudit, & tanquam peccator voluit cir-

Universidad de Deusto
Biblioteca

circuncidi. Placuit illi cum sanus esset infirmi hominis medicina curari, quod sine honoris sui detrimento, atq; iactura fieri non poterat. Num magni amoris signū hoc nō fuit? Detinetur in carcere aliquis homo propter nefandissimum delictum, ignorat quādo ob perpetratum crimen punietur. Interim tamen filium regis transeuntem cernit, cuius fauorem & auxilium miserabili voce imprecatur, dicēs. Dne miserere mei. Tūc princeps huc & illuc conuertens oculos, tandem rogat. Quid hoc? Respondent circumeuntes. Dne homo quidā est, quem pater tuus ob cōmissum crimen detinet in carcere. Soluatur, inquit regis filius, & è vinculis exeat: nam eius crimen ego meis humeris suscipio, imò potius cruciabor illa ea dēq; pœna, quæ illi à lege erat imponenda. Forsitan non est hic amor inauditus, & prope incredibilis? Cum in carcere peccati miserrimè inclusus esses, audit Deus gemitus compeditorum, & cum sis reus, ipsemet tuis oneratur vinculis, & pœnalitatibus, neq; his satiatus circuncisionis tormentum subit. Tu peccas, ille plectitur: & cum non sit peccator, flagitiosus ostenditur. Sic ille per prophetam alloquens patrem ait. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vsq; ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia. Non de aquis materialibus loquitur, quoniam hæ animam, quæ spiritus est, ingredi non possunt: sed metaphoricè per aquas intelligit tristitias, pœnas, & angustias. Sub nomine aquarum intelligit Ezechiel tribulationes, & angustias: cū dixit contra Tyrū, prophetico spiritu correptus. Et adduxero super te abyssum. Subiungit, & non est substātia. Hoc est, non habeo culpā. Essentia enim & substantia peccati culpa est, quę est illa voluntatis malitia, quando assentimur offensioni præpotēti Deo factæ: accidentale vero peccati pœna est. Inquit enim nūc filius æterno patri. Saluū me fac Deus quoniam. &c. quia salsæ aquæ hoc est amarissimæ pœnæ & angustiæ intrauerunt vsq; ad animam meam. Infixus sum in limo profundi, acsi diceret. Ad tantam perueni abiectionem & paupertatem, vt vbi nascerer nō habuerim, nisi vilissimum quoddā animalium stabulum inuenirem. Nec solum è cælo descendi cum Deus essem vt homo fierē: verum etiam ad inferius aliud abiectionis genus in mūdum veni, videlicet vt circuciderer, & non est substantia, id est, nō est culpa, tamē grauissimam pœnam fero. Non est peccatum, & pœnam peccato debitam patior: innocens ego sum, & peccatum non habeo, verum singulari afficior infamia: & denique cum sim ab omni peccati genere liber & immunis, peccator tamen existimor. In similitudinem carnis peccati, dixit Paulus. Sicut æneus serpens, quem fecerat in deserto Moses, habebat similitudinem serpentis, tamen virus non habebat: ita Christus habuit similitudinem peccati, & in se suscepit omnem pœnā peccato debitam. Considera ergo peccator quo pacto Christus omne tuorum peccatorum onus suis humeris asportauerit, ita vt eum tua nefandissima scelera in hoc statu collocauerint: quia nūquam Dei filius humi iaceret, ploraret, atque suū sanguinem effunderet, nisi peccaret homo. Acrius hominem iustū peccatorum onus diseruciat, & seuerius affligit, quam sceleratissimum peccatorem, qui humeris portat grauissimam peccatorum sarcinam. Nullum elementum in sua sphęra est graue. Si profundum pelagus inundiatur quis ad natandum, nō ille sentiet aquarum pōdus etiam si infinitam aquarū copiam desuper habeat. Extra fluuium vero si se vtriculo aquæ oneret, aquæ grauitatem sustinere non poterit: quia tunc est aqua extra suam sphæram. Si vas ligneum in puteum ad hauriendam aquam miseris, leue nimis erit ita vt puerulus illud extrahat etiam si in profundo putei sit: verū dū ad summitatem aquę ascendit, dumq; à suo exit elemento robustiores vires ad illud extrahendum sunt necessariæ, valde enim grauat. Similiter ille, qui allium manducauit, eius odorem non sentit: verum ille, qui foris est fœtorē statim olfaciendo cognoscit. Considera peccator, quod turpissimū peccati allium deuorasti, nec est, qui tuæ famæ detestandum odorem patiatur, nisi tu quoniam illo spurcissimo odore non grauaris, nec mirum est, nam obduxisti iam in peccando callum, sicque peccati fœtorem, & illius graue pondus non sentis: quia prava hæc consuetudo in naturam conuersa est. Dauid quando illa homicidij, & adulterij scelera perpetrauit onus peccatorum, quæ humeris portabat non sentiebat: tamē postquā conuersus pœnitentiam egit, statim dixit. Iniquitates meę supergressę sunt caput meum & sicut onus graue, grauatæ sunt

Psal. 101.
Psalm. 68.
Ezec. 31.
phi. 2.
Num. 21.
2. Reg. 11.
Psalm. 37.

sunt super me. Sic Moses, qui iustus erat, sensit onus peccatorum populi, cum dixit Deo. Dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ, & peccata non erant sua, sed populi. Itaque solūmodo ille, qui peccator est, scelera non sentit. In Christo erāt tua peccata extra suum elementum, eaque in se ipse suscepit, & maximo eorum pondere grauatus est in limo profundi, & grauissimas patitur pœnas suumque effudit sanguinem sentiens, quæ tu nō sentis. Ideo ipse per Esaiam. Seruire me fecisti in peccatis tuis, & iterum Esaias de illo. Vere languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit, de malis corporis & animæ locutus est. Cum enim dicit, vere languores nostros ipse tulit, de corporalibus intellexit, & cum addidit, dolores nostros ipse portauit, de peccatis loquitur. Hostes enim corporis & animæ Christus fugauit. Quid est, quod languores corporis timemus: cum iam non sint languores, sed cæli merita? Quidest quodtot scelera patramus? Cur hostem in patriam reuocamus, quem Christus tanto sudore relegauit? His Iesu lacrymis, his doloribus, his denique cruciatibus, peccatum, languores, & infirmitates nostræ restinctæ sunt. Cur ergo illas renasci patimur? Has autē infirmitates quas relinquit, infirmitates non sunt appellandæ, sed perfectiones virtutum, virtus enim in infirmitate perficitur. ¶ Expende igitur dolores, quos in hac acerbissima circuncisione tolerauit noster redēptor. Eius enim naturæ Christus erat, vt eius sacratissima caro delicatior esset omnium hominū corporibus, quod mirādum non est: nam eius purissimū corpus ab Spiritu sancto in virginis vtero formatum fuit. Neque obstante prædicta ratione, considera vtrum puerculus, qui vix dum octo dies egit, sit tener atque delicatus, & inde poteris colligere, quos dolores in hac circuncisione pro te Christus subierit. Aduerte simul peccator quam magno pretio te Christus emerit & audi Paulum dicentem. Empti estis pretio magno. Quo pretio? Nō corruptibilib⁹ auro, & argento (ait Petrus) empti estis, sed pretioso sanguine agni immaculati. Hoc vellem memoria repeterēt illi, qui propter quemcūque honorem, vel tēporale bonū proprias animas cacodæmoni vendunt: cū tamen illæ magni essent æstimandæ. Nam sicut ex parte corporis humiles esse debemus, terra enim sumus: ita considerata æstimatione, quæ pro nostris animabus tradita fuit, quædam sancta in nobis arrogantia debet reperiri, quandoquidem tam alto pretio redempta fuit anima nostra videlicet pretioso sanguine Iesu Christi, qui pro nobis traditus fuit. Tamen peccator nihil viliuse esse putat anima sua, illā enim quocunque pretio vendit. Si qui amplissimas domos iure hæreditario sibi à patre relictas possideret, quæ triginta millia ducatorum pretium excederent, si is hæres eas duobus argenteis venderet num stultus non haberetur? Maxime quidem. Tu vero imprudentior es, & stultior: nam cum pretio inæstimabili sanguinis Iesu Christi emptus esses, animam fœdo appetitu vendere non dubitas, absque vlla consideratione pretij, quo empta fuit. Meditare obsecro magnitudinem infirmitatis peccati, quandoquidem immortalē fieri mortalis oportuit, vt sanguinem suū pro nostris vlceribus & plagis sanandis effunderet: ex meditatione stimulus ad non peccādum sumere debemus, cum tam obscœna & insanabilis res peccatum sit, vt ad eius medelam sanguis Christi necessarius fuerit. ¶ Vide etiam quomodo primo suę natiuitatis die lacrymas & die octauo sanguinem Christus effuderit. Cōtemplare quam sero filius Dei cœperit concionari, & quam cito sanguinolentas subierit angustias, & tribulationes. Nam vt concionaretur triginta annorum spatium prius transactum fuit, at vt redimeret vix erant octo dies transacti. ¶ Expende etiam quomodo spōsus sanguinis incipit sanguinem pro ecclesia sponsa sua effundere, & sicut spōsus antequam sponsam domum ducat prius illi arrhas tribuit: ita Christus antequam patiatur factis statim cum ecclesia de sponsalibus, singularem ei donat margaritam pro eius redēptione sanguinem suū effundendo. Iam hic secundus Adā exiens à terrestri paradiso, scilicet, à sacratissimo vētre matris suæ incipit bonū, & malū cognoscere: & hic potēs mercator & generis humani redēptor iam incipit pignus vēturæ solutionis dare, paruū istum sanguinē effundēdo, & pignori dando, in signū multitudinis sanguinis, quē postea effusurus est. ¶ Secūdo principaliter circuncisio fuit data Abrahæ in signū: & in ipso cœpit, & in Christo desijt. Quando semen lactucæ vel caulis seruandum est, apponitur illis signū. Sic quia Abra-

Isa. 53.
2. Cor. 12.
1. Cor. 6.
1. Pet. 1.
Exo. 4.
Gene. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abraham seruabatur in carne: vt Christus de illo nasceretur, quia etiam seruabatur semini, illum Deus circuncisionis signo indixit. Nonne vt Paulus ait Abraham signũ accepit circuncisionis? Scripsit illi Deus circuncisionem, vt signaretur amicus eius signo exteriori. Non Deus contentus est, vt interiores solum modo eius amici simus, verũ etiam vult, vt in exteriori illi amicitiam demonstremus. Si hoc ita se habet quã parua Christianitatis demonstratio inter nos est. In Christianis populis, & plateis nihil nisi iuramenta, blasphemias, mendacia, latrocinia, ludos & vanitates audies, ita vt dicere posimus illud Oseæ prophetæ. Non est veritas, non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & homicidiũ, & mendacium & furtum & adulterium mũ dauerunt, & sanguis sanguinem titigit. Si Turca vel alius, qui à vera religione aberrat per hanc ciuitatem deambularet, qua in re nos se ipso meliores esse dignosceret? Plus veritatis inter infideles, quam inter nos reperitur. Si es Christianus, signum Christiani ostende. Ostende mihi fidem tuam ex operibus. Ideo Christus. Luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona: & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Nonne tibi contigit aliquando agrum petere, ibique benè cultam vineam, & parietibus obsessam cum vidisses, dicere. Hæc vinea bonum atque sedulum habet possessorem: etenim video eam bene amputatam, & suo debito more cultam. Ita tu futurus es bonus, castus, deuotus, humilis, modestus, vt infideles qui te viderint, dicant. Magnus dominus debet esse Deus Christianorum, quandoquidem hos famulos habet. Itaque vult Deus quod famuli eius non solum in interioribus illum amẽt, verum etiam in exterioribus amorem, quẽ erga illum habent bonis exemplis demonstrent. Ideoque non solum voluit, vt Abraham & eius descendentes qui erant electi à Deo illum fide cognoscerẽt, verum etiam vt in exterioribus signati signo circuncisionis essent. Quæ circuncisio erat discrimen inter Iudaicum, & Gentilicum populum. ¶ Præterea circũncisio signum erat venturi domini ex semine Abrahæ, qui omnibus populis salutem erat allaturus: verum cum iam venisset, æquum erat, vt circũcisio amplius non valeret, quandoquidem id quod designabat impletum erat. Pactum quod Deus pepigerat cum Abraham deficere nõ poterat: & ita signum dat illius, quod promiserat. Verum quanuis promissiones omnes in Christo fuerunt completæ circuncisio tamen, non statim cessauit in Christi circuncisione quia nondum compleuerat omnia, quæ illi promiserat Deus: ideo mori, & pati prius oportuit. Sed nunc Christiani iam nihil debent, quia quicquid Abrahæ promiserat Deus, in Christo adimpleuit. Chirographum deleuit, illud affigens Cruci, vbi debita iam soluta sunt. Iam Messias venit, & ideo non est opus circuncisione: & qui circucisionem recipit, declarat, quod Messias nondum venit. Vnde Paulus. Si circũcidimini nihil Christus vobis prodest. Sũt quidam vici & rura vbi nullus nobilis, vulgo hijo dalgo, nec habitare, nec vicinus eisdem esse potest: & si habitare in illis vult ascribendus est, & publicam exactionem, & vectigal soluere tenetur, sicut rusticus singulis annis solitus est soluere. Filius itaque Dei nostro in rure habitans etiam si varias, & priuilegijs plenas libertates secum duxit eisdẽ tamen fungi noluit, sed esse ascriptiꝰ & rusticus sicut alij potius elegit. Qua propter tributum soluens, seque rusticum, & tributarium faciẽs circunciditur, vt fidẽ adimpleat, quam antea dederat Abrahæ.

¶ Sed iam nunc viso quod circuncisio data est in remediũ peccati originalis, & in signum: pauca dicamus de tempore circuncisionis. Fiebat enim iuxta legis præceptum die octaua, & sic ait hic Euangelium quod die octaua Christus circunciſus est. Præceperat olim Deus, quod agnus paschalis per septem dies cum matre sua esset, & octaua die, quod posset offerri. Sed iam nunc vide agnum sine macula, qui suo sanguine tollit peccata mundi quomodo sacrificãdus offertur, vt sanguinẽ in hac circũcisione profundat. Expẽde etiam, quod die octaua voluit sanguinem effundere, qui dies primus anni est: vt toto anno fixum nostra memoria haberemus sanguinem, quẽ hodie pro nostra salute effundit Deus. Nam sicut in fronte domus vestra arma & stemmata iubetis vt figantur: ita Deus in principio anni vult, vt Christi sanguinem contemplemur, ne beneficia in nos collata vlla vnquam deleat obliuio. In Ægypto angelus eos omnes interfecit, qui domus limina sanguine vncta non habebant. Sed ò quam acriter animaduersum erit in illos qui hunc sanguinem veri

Rom. 8.
Osee. 4.
Iacob. 2.
Matt. 5.
Gala. 4
Gen. 17.
Exo. 12.
Ioan. 1.
Exo. 12.

veri agni, qui Christus est effusum, præ oculis non habuerint. Prætereà tam citò hoc est octaua die pati voluit Christus, vt doceret nos Christi crucẽ, & pœnitentiam in nostra pueritia esse ferendã & portandam, neq; senectutẽ esse expectandã, sed à primis vngui culis incumbendũ esse virtuti. Vnde voluit Dñs, vt Leuitæ, qui eius seruitio destinati erant, à pueritia diuino cultui totos se se tra derent: puerilis enim ætas tenera est, & facile in illa probi mores imprimuntur, in senili vero non tã facile. Vnde Ecclesiasticus. Curua ceruicem filij tui in iuuentute, & tun de latera. &c. Virga quando est tenera facile ad rectitudinem duci potest: trabs verò postquã exsiccata est minime. Magna illorum insania & fatuitas est, qui in futurũ tem pus virtutem differunt: stultus enim esset is, qui diceret, nolo equum meum itineri & deambulationi assuefacere, donec insenescat, meque in foueam præcipitet, & collum frãgat. Sic insanus est ille, qui corpus suum in iuuentute domare nõ vult, donec in turpissimam peccati foueam spiritum precipitet, & quasi collum frangat, dando ei peccati mortalis occasionem. Sero etenim, vt dicũt, morbo medicina paratur, Cum mala per lõgas inualuere moras. Sero quidem abluuntur vestes, quæ ex diuturnis sordibus iam computruerunt. Amens esset ille, qui habens vas aureum balsamum sibi oblatum nollet in eo collocare, donec luteum & non quodcunque luteum, sed vetustissimum possideret, in quo illud reponeret. Sic fatuus est, qui gratiam Dei in pueritia nõ vult recipere, sed vult vsque ad senectutis tempus vas esse peccati & immunditiæ. Sero enim resistitur hostibus, postquã totam vrbem occupauerunt, & sero etiam sal adhibetur carnibus, quæ iam vermibus scaturiunt. In his rebus, & similibus sciunt homines tẽpus opportunum eligere: verum de tempore saluti propriæ opportuno nõ curant. Nihil enim est eisdem vilius. Vestiuntur quidem homines magnificè, incedunt superbè, verbis vtuntur sesquipedalibus: denique vestes summo cum artificio mirè & nouè quotidie conficiunt: verùm de exornatione animæ non curant. Itaque multo chariores sibi ipsis habent sotulares suos & vestes. Ideoque bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua: quia vt sapiens ait, adolescens iuxta viam suam etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Christus non solum in adolescentia, sed etiam in pueritia imò in sua infantia, & statim in sua natiuitate suis humeris crucem imposuit, & octaua die sanguinem effudit. Qui optimè equitaturus est, vt ab ætate decem annorum equũ ascendere incipiat necesse est, & qui pastor futurus est, etiam debet scire à pueritia peram, & fundam iacere, & in montibus altissimis imbrium frigorumque iniurias ferre. Christus autem qui erat magnus eques cum venisset ad genus humanum de ore leonis liberandum, & ad oues suas reficiendas, qui ad ouem perditam quærẽdam venerat, quam ab ore lupi detracturus erat, sic à principio incipit portare arma, & exercet officium pastoris. Ideo tu disce statim tuis humeris iugum pœnitentiæ susçipere, tradendo te virtuti. Amor ille magnus quem in nos habet Deus bene quidem apparet: statim enim post ortum suũ vult pro nostris miserijs tormenta pati, nec putat se horam visurum, qua nostra causa cruci sit affigendus. Ne negligenter illi seruias, qui tã to animi feruore te quæsiuit, neq; triginta & tres eius vitæ annos sero venturos esse arbitreris: quia horam mortis iam peruenisse vellet, vt tibi vitam ipse daret. ¶ Attende hic etiam quod illum non vocat Euangelista regem, omnipotentem gloriæ principem, Messiam, vel quid simile, nisi puerũ. Ait enim. Postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer. Considera nunc quod rex gloriæ, & filius Dei, cæli, terræq; moderator & rector, solo nomine pueri contentus est, & sub nomine pueri recondita est celsitudo, & magnitudo vnigeniti filij Dei. O paruum nomen & humile, quãtam in te contines maiestatem. Vbi nunc reuerendissimi, illustrissimi, excellẽtissimi, regiæ maiestates, & stultitiæ mũdi sunt? Hoc humile nomen nimis superbiam & arrogantiam mundi deprimit, atque confundit, qui nunquam tam præceps in interitum, & ruinam properauit, vt nostra hac misera, & calamitosa tempestate. Quiuis enim nobilis vult appellari illustris, & si fortè fortuna in literarum subscriptione illustrem se fuisse vocatum non reperit, nequaquam eas legere, quinimò nec videre vult. Quod mirum non est quandoquidem vsq; adeo progressa est hominum audacia & superbia, vt ad sepulchrum (vbi qui nam simus vermes ostendunt) hanc detulerint labilem, & detestandam mundi vanam gloriam. Mille enim

Leui. 26.
Eccles. 30.
Coloss. 2.
Ioan. 10.
Luc. 15.
Ephes. 3.
Proverb. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

titulos & vanitates non quibuſcunq; literis, ſed aureis depingunt in monumentis.

¶ Verum vt ſcias Dñm humiles extollere: puero huic humili & paruo impoſuit Deus nomen ante quod omne genu flectitur cœleſtium, terreſtrium, & infernorũ. Ideo ſequitur in contextu. *Vocatum eſt nomen eius Ieſus.* De quo nomine Paulus ait. In nomine Ieſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, &c: Quanuis enim Deum, æternũ, trinum, omnipotentem, & alios titulos nominantem audias, non humiliaris, nec flectis genua, tamen audito nomine Ieſu, ſtatim flectis. Cur hoc? Quia hoc nomẽ pluris ei ſtetit, quam cætera nomina. Nil etenim Deo cætera nomina ſteterunt, tamẽ hoc nomen eius ſanguine, vita, & honore emptum fuit, & quia tanto pretio emptum fuit ideo nos eſſe gratos Deus iubet, humiliãdo, & abijciendo noſmetipſos, ſicut ille ſe humiliauit, & abiecit, vt nobis hoc nomen quæreret factus homo, & Saluator mundi. O dulciſſimum nomen, Saluator & redemptor captiuorum. Conueniens fuit dato quod venerat ad nos ſaluandum, & eius ſanguinem effundendum pro noſtra redemptione, vt nomen ipſimet imponeretur congruum, & cõſonans illi operi, quod facere cupiebat. Venit vt nos ſaluos faciat, & ideo inditur illi ſaluatoris nomen. Si captiuis Chriſtianis in locis infidelium, & Turcarum, literas rex miſiſſet, quibus anno venturo dixiſſet ſe filium ſuum manu potenti, & copioſo exercitu miſſurum eſſe, vt eos à captiuitate liberaret, dic, precor nonne hi ſunctho gaudio triumpharent? Imo nimis oblongum illum annum eſſe putarent: & quamcunq; nauicula, promiſſum exercitum eſſe putarẽt. Sed quid eſſet, ſi primo cuiuſdam diei crepuſculo copiæ & exercitus ad ripas maris apparerent ſignis regijs extenſis & explicatis? Bone Deus quantam hi captiui voluptatẽ caperent, quandoquidem clariſsimum optatę ſalutis prognoſticon videbant. Ante ortum Chriſti omnes captiui eramus tamq; miſera captiuitate opprimebamur, vt eam nec nos nec patres noſtri portare potuerint, nã mortales omnes etiam, ſi præſtantiſsimis coruſcarent virtutibus, poſt eorum obitum in obſcuriſsimum carcerẽ mittebãtur. Omnes enim ad Limbũ deſcendebant, ibiq; nec ſolẽ, nec lunam videre poterant. Tamẽ quod eos conſolabatur, erat quædã ſcheda, qua cũ vnigenito ſuo loquitur æternus pater dicens. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui eduxiſti vinctos de lacu. Hac ſpe conſolabantur, his etiam literis futurã libertatẽ ſperabant Chriſtiani viri, ſed nunc iam in portu videtis ſoluiſſe exercitum, & angelos fœliciſsimum nuncium paſtoribus denunciaſſe dicentes regis ſigna iam extenſa in portu eſſe, tamen cum ſigna illa lachrymis madeſcerent, erant occulta, nec in totum poterant apparere, etiã ſi Paulus clamat, dicens. Apparuit benignitas & humilitas Saluatoris noſtri Dei. Tamen quia rubens color valde extenditur, apparent hodie ſigna rubea, & ſanguine tincta: vt cum ea homines videant, ſui ſaluatoris ſigna recognoſcãt. Iam in terra Chriſtus eſt, iam ſuum effundit ſanguinem, lætentur bono hoc nuncio paſtores. Sed dato quod venit ſciamus vtrum ſufficiens ad nos liberandum ferat imperium. Sumus enim ſub poteſtate principis tenebrarũ, qui nos habet vinctos duriſsimis cathenis. Ad hoc reſpondeo, quòd vocatur Ieſus, ideſt, Saluator. Et quanuis in veteri lege fuerunt aliqui, qui ſic vocabantur, nullus tamen eorũ homines ſaluos fecit à peccatis, niſi Chriſtus, vt angelus dixit Ioſepho. Vocabis nomẽ eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorũ. Non hoc fecerunt Ieſus Naue, nec Ieſus Ioſedech, nec Ieſus Sirach. Ideo Eſaias. Vocabitur tibi nomen, quòd os Dñi nominauit. Nomen nouũ, quia noua redẽptio, & ſalus data eſt per Chriſtum. Alijs etiam qui hoc nomine vocati ſunt dedit illis nomen Moſes: ſicut Ioſue, & alij hoc nomẽ in ſua circunciſione adepti ſunt. Chriſto tamẽ nomen hoc ab æterno patre datum eſt, teſte Dauid. Sit nomen Dñi benedictũ in ſecula, ante ſolem permanet nomen eius. Vnde Eſaias. Tu Dñe pater noſter, & redemptor noſter ab æterno eſt nomen tuum. Ideo hic nõ dicitur, poſuerũt illi nomen Ieſu, ſed vocatum eſt illi nomen Ieſus, quod eſt Saluator. Nam ſi ſaluator eſt peccatorum, non poteſt eſſe niſi Deus. Si enim homo purus eſſet, peccator naſceretur, dicique peccator & Saluator nõ bene cõueniunt, & quãuis redẽptus eſſet in vtero, & etiã à peccato originali præſeruatus, nõ poſſet ſaluare, nam nõ cohærent redẽptus, & redemptor. Itaq; ſi Saluator eſt Chriſtus & redẽptor peccatorũ, ſequitur quod eſt Deus. Ideoque vocatus eſt Saluator, tanquam Dei filius. Saluatoris eſt cõfligere cum hoſte, & de illo victoriã reportare, quapropter Chriſtus in Eſaia dictus eſt velox

Philip. 2. *Zacha. 9.* *Tit. 3.* *Matth. 1.* *Eſai. 65.* *Pſalm. 71.* *Eſai. 63.*

velox ſpoliator, ſeu prædator. Tertio ſaluatoris eſt, vt doctrina & conſilio nobis prodeſſe poſsit, ob quod etiam Chriſtus admirabilis, & conſiliarius, dici poteſt. Quarto ſaluatoris eſt nobis fortitudinem dare: vnde Chriſtus fortis Deus nuncupatur. Quinto ſaluatoris eſt conſcientiam noſtram tranquillam & pacatam reddere, & nos Deo reconciliare: qua de cauſa Chriſtus princeps pacis vocatur. Sexto ſaluatoris eſt nõ tantũ ſemel auxiliari, ſed omni tempore: nec ſolũ in hac mortali vita gratiã dare, verum etiam in futura æternam gloriam & fœlicitatem: & propterea Chriſtus æternus pater, ſeu pater futuri ſeculi nominatur. Septimo ſaluatoris eſt non vnum tantũmodo, ſed multos, & cunctos mortales ſaluare: ideoq; de Chriſto dicitur, quod poteſtas eius latè propagãda ſit. Poſtremo ſaluatoris eſt non ad tẽpus modo, ſed ſemper opitulari: quod de Chriſto etiam fertur, quod pacis illius non ſit futurus finis. Hæc omnia, quæ Eſaias dixit in nomine Ieſu continentur, quo nihil ſuauius atque iucundius vnquam audire poſſumus. Sed quia hoc nomen lætum dulceque eſt, & hæc omnia bona peccatoribus ſunt nunciata ſimilauit Salomon hoc nomen oleo effuſo, quo ſignificauit conſcientias hominum exhilaraturum, & corda emolliturum, deuotionem auẽturum totumq; hominem cõfortaturum, & reuera ſic ſe habet. Senſit hoc D. Paulus, qua de cauſa in omnibus ſuis epiſtolis toties tamq; honorifice huius nominis mentionem facit. Hoc idem ſanctus Stephanus, & omnes Martyres ſenſerunt, & ſi mul experti ſunt quas vires hoc nomen haberet, ad acerbiſsimos cruciatus mites, & lenes reddendos. Sic etiam Apoſtoli alacres, & gaudentes diſcedebant à conſpectu concilij Iudæorum, eo quod digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati. ¶ Aduerte præterea quod nomina rebus accommodantur ſecũdum earum proprietatem. Sic Adã poſuit nomina rebus iuxta proprietatem eorum. Sic etiam Eſau, quia rufus, & hiſpidus erat admodum, vocatus eſt Eſau. Sic quoque Baptiſta Phariſæos, qui erant hypocritæ viperas appellauit: quæ pellem varijs coloribus depictam habent, intus vero præſentaneum venenum retinent. Chriſtus Herodem ſubdolam vulpem appellauit, eo quod Herodes non ſimplex erat, ſed fraudulentus. Quidam Madianitarum princeps filiam ſuam Cozbi vocauit, eo quod loquax & mendax eſſet. Chriſtus quoque, Ieſus eſt nuncupatus, eo quod eſt Saluator noſter. Si modo Adam reſurgeret, & in mundum veniret, vt poneret nomina rebus: quæro, quod nomen imponeret mulieri fucatis coloribus exornatæ? & illi quæ nunquam domi eſt, imò fermè ſemper per plateas vagabunda deambulat? adulteram eam proculdubio vocaret. Quod vero nomen imponeret vſurario, & mercatori, qui pecuniam vendunt, & pauperes decipiunt? Latrones eos appellaret, &c. Turpius tamen atq; dete ſtabilius omniũ nominũ eſt hoc peccatoris nomen, & ita Eſaias cum populi ſcelera videret, hoc ei turpiſsimum nomen impoſuit, dicens. Væ genti peccatrici. Ita viuamus, vt bonũ nomen adipiſci mereamur: quod quidem omni ex parte bonis, atque ſuauiſsimis moribus conueniat. Chriſtus ſecundum ſuam propuetatem Ieſus fuit appellatus: de cuius dulciſsimo, & benedicto nomine multa dicere poteramus, quæ longum eſſet recenſere, ſed nos breuitati conſulentes ea omittimus. Hoc tantum vltimo loco mihi obſeruandũ videtur, quod in his paucis verbis proponitur nobis hic lex & euãgelium, & tota ſacra ſcriptura quid habet niſi legẽ, & euangeliũ? Vtranq; rem cernis hic, videlicet, legis finem, & euangelij initium. Nanq; ideo Chriſtus circunciditur, & Ieſus vocatur, vt ceſſet omnino circunciſionis lex, nouaſque vires euangelium ſumat. ¶ Porrò circunciſio probat veritatẽ ſuſceptæ humanitatis, & nomen Ieſu indicat veritatẽ diuinitatis, quia nemo, vt diximus ſaluare poteſt, niſi Deus. Circũciſus eſt igitur Chriſtus tãquã Abrahæ filius, & vocatus eſt Ieſus, tanquam Dei filius. Nomen declarat eum ſaluatorem eſſe, & circunciſio monſtrat quomodo nos ſaluare velit, nimirum paſsione, obedientia, pœnitẽtia, & ſanguinis effuſione. Igitur quia hoc nomen Deus poſuit dilectiſsimo filio, & angelo præcepit, vt Beatiſſimæ Virgini, & Ioſepho ſponſo eius nunciaret, ideo ſequitur in contextu. *Quod vocatum eſt ab angelo priuſquam in vtero conciperetur.* Quod veriſsimum eſſe ſatis conſtat ex capite præcedenti, & ex Euangelio Matthæi. Nam in ſuperioribus vidimus quomodo angelus dixerit virgini Mariæ. Vocabis nomen eius Ieſum. Poſtea etiã Ioſepho dixit. Vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populũ ſuum à peccatis eorum. Sic enim Eſaias prædixerat in perſona ſaluatoris.

Cant. 1. *Act. 7.* *Act. 4.* *Geneſ. 2.* *Geneſ. 26.* *Matth. 3.* *Luc. 13.* *Num. 25.* *Eſai. 8.* *Matth. 1.* *Eſai. 49.*

toris. Dñs ab vtero vocauit me, & de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Alijs imponitur nomẽ post ortũ, mihi autẽ priusquam nascar, imò ante conceptionem. Propter tria nomẽ Iesus potius vocatum est ab angelo, quã ab homine. Primo, quia secũdum Originẽ, primo in ipso & per ipsum saluati sunt angeli, & ideò primo conduxit angelos saluatorem nominare, qui prius ipsius salutẽ senserant effectum. Secũdo quia creatura dignior nominari solet à persona maioris reuerentiæ. *Psalm.8.* Inde est quod Adam à Deo nominatus est, & quia Dñs paulò minus minoratus est ab angelis in humanitate nostra constitutus, inde cõueniens fuit, vt ab angelo priusquam ab homine nominaretur. Tertio quia decet illum nomen rei imponere, *Gen. 2.* qui eius proprietatẽ cognoscit. Sic Adã nomina rebus imposuit, & quia homo nominis huius proprietatem non cognouerat, & angelus iam expertus fuerat, quia erat salutum facere, quod perierat: ideo ab Angelo nominatus est. Nemo enim potest rem veraciter nominare, nisi proprietatem rei veraciter cognoscat. Considera igitur Christũ saluatoris nomen habere, & ad redimẽdum venire, & incipere natum octo diebus redẽptionem facere, sanguinem suum in hac circuncisione effundẽdo. Ideo accede ad Christum, ne opulentus iste thesaurus, nempe sanguis Christi tua causa perdatur, imò eo vtere, quicquam tolerando in recompensationem illorum laborum, quos ipse pro te passus est. Sed hæc sufficient, tam de mysterio circuncisionis, quam de nomine Iesu nuncupatione. Nunc cætera nostræ redemptionis mysteria prosequamur, quæ omnia ordinatè (vt in præfatione dixerat beatus Lucas Theophilo) Euãgelista prosequitur. Iam ergo post Christi circũcisionem agit de beatissimæ virginis secundum legem purificatione, dicens. *Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legem Moſi.* Certum & notum quidem est, quod saltem in passibili carne filius Dei non fuisset incarnatus, nec in mundum venisset, si homo non peccauisset. Peccatum enim Adam nobis Christum incarnatum, mortalem, & passibilem dedit. Ideo aduentus Christi non fuit nisi ad nostri vulneris remedium, & generis humani redemptionem. Quod propter magnum amorem, quem in illud habuit redimere voluit sua morte, & passione. Sed cum ad nos curandum veniret, & contraria contrarijs curantur, decebat quod arma peccatis contraria sumeret, quibus vinceret cacodæmonem, qui mortales subactos, atque depressos tenebat. Principium enim nostræ miseriæ, & calamitatis fuit superbia primi parentis, cum præceptum quod seruare debuerat custodire recusauit. Maluit *Geneſ.3.* enim suam, quam Dei voluntatem facere. Ideo cum Deus venerat ad nos redimendum illum humilem ad nostram curandum insolentiam venire, & obedientem ad sanandam nostram inobedientiam oportebat, quæ inobedientia totius mali causa, & origo fuit. Nihil ardet in inferno nisi propria voluntas, quam adimplere potius homo vult, quam Dei. Sic ipse Dominus. *Hierem.2.* A seculo confregisti iugum, rupisti vincula mea, & dixisti. Non seruiam Domino, sed post cogitationes meas ibo. A minimo vsque ad maximum omnes adimplere suas voluntates volunt. Quiuis proprio iudicio regitur, & quod sibi videtur faciundum, facit. Peccatum quidem hanc propriam nutrit voluntatem, quæ nihil aliud est, nisi quædam inobedientia, & legis Dei transgresio. Ideo sicut Adam, quæ custodire tenebatur, non seruauit: sic Christus ad hoc malum curandum venit, & obedire legi voluit, cum ad eius obseruationem minimè teneretur. Noluit homo præpotenti Deo obedire, & Deus abiectissimis hominibus paret, vt tanta sit humilitas Christi & obedientia, quanta fuit superbia & inobedientia prioris parentis. Ideo Paulus. Misit *Galat.4. philipp.2.* Deus filiũm suum natum ex muliere, factum sub lege. Et alibi. Factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis. Primum quidem hoc est quod proponitur nobis de Christo ab Euangelista dicente, quod Christus legi non obligatus obedit, & ei subijcitur offerens seipsum templo. Et hoc factum esse ait secundum legem Moſi, non pro obligatione, sed secundum legem Moſi, cui Christus obedit, vt sua obedientia curet nostram inobedientiam. Præceptum erat in lege Moſi, quod mulier, quæ susceptio semine masculum peperisset immunda esset septem diebus, immunda quidem à consortio hominum, & ingressu templi, & die octaua circuncidebatur infantulus, & tunc ipsa munda efficiebatur, quo ad consortium hominum, licet non quo ad ingressum templi. Sed post septem dies prædictos manebat mulier adhuc triginta tribus diebus

diebus in sanguine purgationis suæ, se abstinens ab introitu tẽpli: & sic quadragesima die præsentabat puerum in tẽplo offerens simul munera pro se & pro illo. Porrò si fœminam peperisset duplicabantur dies, tam quoad consortium hominum, quam quoad ingressum templi. Annotauit sanctus Bernardus, & ante eum Origenes Moſem voluisse hic virginem excipere, eo quod non susceptio semine filium peperit, & pie quidem quanuis non ita verè, nam frequentissimè in sacris literis semẽ accipitur pro filio, vel prole. Nã in Geneſi legitur, quod Abraham dixit Deo. Mihi non dedisti semẽ, id est, prolem & Heli sacerdos dixit Helcanę. Det Dñs tibi semen de muliere hac. Et in Leuitico dicitur de filia sacerdotis. Et semẽ non fuerit ei. Et iterum. Siquis dederit de semine suo idolo Moloch, &c. Quia gentes sacrificabant filios suos illi idolo, transeuntes illos per ignem. Et in Deuter. dicitur. Accipitur itaque hic semẽ pro prole, & est sensus verborum. Mulier cum prolem habuerit si masculum peperit, habetur immũda septem diebus, &c. Ideo beata virgo ratione, qua putant Origenes, & Bernardus non erat exempta à lege, quia prolem habebat, licet alias immunis esset à lege: quia nõ in sanguinis purgatione manebat, quod fas est dicere de partu Virginis. Et Christus qui Deus erat, & Dñs legis non subijciebatur legi, at vt nos doceret obedientiam quã subditi præpositis debemus, & vt legi subijceremur, sic præsentari voluerũt. Discę præcepta maiorum seruare licet aliquando ex lege ad ea non tenearis. Nã bonus obediens sicut Christus, & eius beatissima mater nõ tantũ ea, ad quæ tenetur facit, sed adhuc plura alia propter bonum exemplum, & ad scandalum tyronum deuitandum. Discę ex his prædictis tuam prælato subijcere voluntatem, quandoquidem Christus, & eius mater subijci tua causa cęremonijs legis nõ dubitauerunt. Præterea purificauit se beata virgo Maria, quæ nihil labis & peccati habuit, nos erudiens, vt ab omni inquinamento carnis, & spiritus mundemur, & sanctificationem nostram in timore Dei perficiamus. Hæc enim ad nostram doctrinam fecerunt, & ad nostram doctrinã scripta sunt, non ad suam necessitatem, sed ad nostram vtilitatem. In multis enim, vt Iacobus ait offendimus omnes. Rursus, si volumus templum gloriæ Dei ingredi, debemus stolas nostras dealbare in sanguine agni: nihil enim coinquinatum intrabit in illud. Expurgemus vetus fermentum, & simus azymi. Hæc enim est voluntas Dei sanctificatio nostra. Purificemus igitur nos intus & foris, mundemus prius id, quod interius est, vt fiat id, quod exterius est mundum, &c. Obseruãdum hic est quod bene sciebat sanctus Euangelista, quod beatissima virgo non indigebat purificatione, sed vsus est vocabulo purgationis, quia secundum populi existimationem purgabatur, licèt non secundum rei veritatem. Sæpè enim scriptura dicit aliqua esse non secundum veritatem, sed secundum existimationem. Sic dicitur Ioseph pater Christi, non quod esset pater eius, sed quia sic putabatur. Similiter etiam dicitur in Euangelio quod stellę de cælo cadẽt, cum stella, quæ fixa est in cælo, sicut nodus in tabula, cadere non possit, sed quia sic populus existimabit, & videbitur ei stellas cadere videntes cometas currẽtes. Est enim cõsuetudo scripturæ gesta ita referre, quomodo tunc quando fiebant, fieri putabantur: quod multis alijs exemplis probare possumus. Verum quia de his inferius in literali expositione parabolæ filij Prodigi Deo dante dicturi sumus, nunc ad cõtextum accedamus. Prosequitur namque historiam hanc beatus Lucas dicens. *Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum Domino, sicut scriptum est in lege Domini.* Nunc Christus in tẽplo iam diuulgatur. Sicut sol qui illuminãs suos cursus ascendit: ita Christus per nouẽ menses in ventre virginis fuit absconditus, tamen nascitur, & pastores illuminat, octauaq; die terram suo sanguine incipit rubefacere. Sed nunc ascendere in altum sol incipit, & publicè in templo omnibus ostenditur. Obserua quomodo beata Virgo munus, quod à Domino acceperat, offert Domino. Sic & nos, quæ de manu eius accepimus, per gratiarum actionem ei reddere, & offerre debemus. Omnia enim gratiarum flumina è vastissimo illo infinitæ misericordiæ mari exeunt, & affluenter ea Deus distribuit, & in nos largiter effundit. Ita ergo *Eccleſ.1.* sicut flumina redeunt ad mare, vnde exierunt, omnia bona nostra Deo offerre debemus: quia ab ipso dimanarunt. Quis enim *1.Corint.9.* plantat vineam, & de fructu eius non comedit? Quem amaturus es, nisi illum, qui potentiam tibi ad amandum dedit? Sed Deus cur fructu amoris non fruetur, quãdo-

Orig.hom.8 in Leui. Bern. ser.3. purifi.

Geneſ. 15. 1.Reg.2.

Leui.22. Leui.20.

Deut.12.

Leuit.12.

1.Corint.2. 2.Corint.6.

Iacob.2.

Apoc.7. 1.Ioan.2. 1.Corint.15.

Matth.23.

Matth.24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidem in anima tua voluntatem plantauit, qua eum amares. Si bona opera facis, & habes virtutes, gratias & ingenia, audi quid dicat Iacobus. Omne datum optimũ & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum, & si bonas aliquas cogitationes habes, etiam Dei sunt: sicut ait Apostolus. Nõ sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Redde ergo, quæ sunt Dei Deo: sicut hic virginem fecisse constat. Ne sis tyrãnus, nec bona Dei vsurpes: sed illa redde Deo, qui illa tibi gratis dedit. Multi animam in vano suscipiunt, cum illam Deo non reddunt à quo susceperunt. Vnde Dauid. Quis ascendet in montẽ Domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Respondet ipse. Qui non accepit in vano animam suam. In vano res recipitur, quando ea non vtitur eo modo, ad quem facta est. Construxisti vestem, nec ea indueris, eam frustra construxisti: quia vestis ad induendum facta est. Emisti equum nec vnquam illum ascendis, frustra emisti, quia eo non vteris ad id, ad quod factus, & inuentus fuit. Intellectum tibi Dominus dedit, vt illum cognosceres, & voluntatem, qua amares, & memoriam, qua illius recorderis. Tu verò quia tuum implicas intellectum in rebus seculi dignoscendis, in lucrãdis opibus, in honoribus ambiẽdis, rebus humanis quærendis, voluntatemq; in amãda carne, & bonis secularibus occupas, & memoriã in iniurijs repetendis, quæ tibi illatæ fuerunt, exerces, vt eas impunitas non relinquas: his quidem consideratis sequitur, quod frustra has potẽtias recepisti, quãdoquidem Deus eas dem nõ ad hoc, sed ad illi seruiendũ creauit. Illi quidem in vano animas recipiunt, qui si cut si animas non haberent, viuunt, tradẽtes se se auaritiæ, luxuriæ, & ambitioni, &c.

Iacob. 1.

2. Corint. 3.

Matth. 22.

Psalm. 23.

Considera igitur quod si vis ad mõtem Dei ascendere, ne animã tuam in vano recipias, sed illam reddas Deo, qui tibi antea donauit amando illum ex toto corde, & ex toto animo seruiendo, idem cor & voluntatem offerendo; quandoquidem tibi eandem elargitus est, sicut sanctissima virgo, quæ Deo filium obtulit, à cuius manibus exceperat. Expẽde interim quod quãdo duo homines sunt inimici & inter se pacẽ & amicitiã volunt componere, vt amicitia conseruetur, mutuo ad se consuescunt munera mittere. Sic Abraham dedit Abimelech oues, & bones, & percusserunt ambo fœdus. Sic etiam Iacob confœderatus est cum socero Laban, & postea cum fratre Esau, dedit eis munera. Hoc enim ipsum quotidie ad amicitiam fir mandam contingere videmus. Magna quidem erat discordia quæ inter Deum & hominem esse solita fuit, ita vt diceret Iob neminem audere ponere manum inter illos, postquam à terrestri paradiso homo fuit eiectus. Tamen vbi primum Deus nostrã sumpsit carnem, illico pax inter eum & hominẽ composita fuit. Pacem enim in nocte natali tia Angeli prædicant, & ad maiorem huius amicitiæ cõfirmationem ab vna ad alteram partem dona communicantur. Offert Deus generi humano donum & munus maximũ scilicet, filium suum, vt mundus cognoscat & videat se à Deo amari, & humana natura offert verbum incarnatum Deo in templo sancto suo, & etiam offert ei sacratissimam verbi humanitatem. Filium suum virgo offerẽs, totam nostram etiam offert naturam, & hanc oblationem acceptans Deus, & sacrificium, etiam omnia munera oblationis causa acceptat. Nam propter demonstrationem panni, & eius culturam bono ingenio operatam manet Deus contentus. Hic impletum esse credo illud, quod olim Deus promisit populo suo Israelitico in manu Ezechielis, & Aggæi prophetarum eius dicens: Bonis donabo maioribus, quam habuistis à principio. Et Aggæus cum reuersus esset cum Hebræis suis ex Babylonica captiuitate, & videret templum quod Hierosolymis ædificabatur, afflatus diuino spiritu dixit. Magna erit gloria domus istius nouissimè plusquam primæ dicit Dominus exercituum. Quid est, in quo maior est hæc secundi templi gloria? non certè in diuitijs, nec in templi maiestate, non in cæremonijs, nec in sacerdotum sanctitate: non denique in diuinorum vatum oraculis. Nam omnia hæc multo illustriora fuerunt in primo templo. Quando enim hoc secundum templum instaurabatur, senes qui aderant, & viderant primum templum Salomonis, recordati amplitudinis, & præstantiæ templi primi videntes paupertatem secundi lamentabantur, & non poterant lachrymas continere. Quæ est igitur hæc gloria secundi templi, & quod est hoc præstãtius bonum, de quo loquebantur Aggæus, & Ezechiel? De nullo certè loquebantur alio, nisi de hac gloria huius secundi templi, in quod Christus

Genes. 32.

Iob. 9.

Ezech. 36.

Agg. 2.

1. Esd. 3.

Gen. 20.

stus filius Dei cum nostræ carnis substantia hodie ingressus est. Videbant mentis oculis Ezechiel, & Aggæus per spiritum propheticum tempus fore cum Deus factus homo intra mœnia Hierusalem in secundo illo Iudæorum templo se se videndum in carne passibili mortalibus præberet, præsentatus à matre virgine Maria, & à Simeone sene iusto in brachijs portandus. Hæc fuit gloria Hierusalem, hæc fuit illustrior illa dignitas, & illud præstantius bonum, quod Deus in secundo templo promisit. O vere maior gloria huius secundi tẽpli, quam primi. Subdidit statim Aggæus, & veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dñs exercituum. Aperte dicit hoc templũ gloriosius esse primo, quia Christus in illud erat ingressurus. Præterea cum hoc templũ secũdum sit funditus euersum, apertissimè ostẽditur venisse Messiam, qui iuxta Aggæi oraculum erat ad templum illud venturus. Si Deus promisit per Aggæum vẽturum esse Messiam ad templum illud dum extaret, templum verò illud est modo destructũ, nec est tale templũ, nec lapis super lapidem, vbi est insania expectantium Messiam? Ad quod templum secundũ venturus est, si iam corruit, si est omnino restinctum, si neq; talis templi inuenitur vestigium? Nec dicere possunt Iudæi se habituros templum aliud ad quod Christus veniat, nam Aggæus eorum propheta de eo ipso templo loquutus est, quod tunc Hierosolymis cõstruebatur, & nõ de alio, vt eius verba plane testãtur, imò apertè dixit nullum aliud futurum esse. Nam conijciens oculos in templum ipsum dixit. Magna est gloria domus istius nouissimæ, quam primæ. Clarè & apertissimè asserit propheta templũ illud nouissimũ esse & vltimum, vltra quod nullum aliud esset eis futurum. Quod hodie impletum aspicimus: nullum enim habent Iudæi templum, nec regẽ, nec sacerdotem, nec sacrificium. Adimpletum itaque cernimus in hac Christi præsentatione in tẽplo prophetiam Ezechielis, & Aggæi. Sed iam ad contextum. *Quia omne masculum adaperiens vluam sanctum Domino vocabitur, & vt darent hostiam secundam, quod scriptum est in lege Domini par turturum, aut duos pullos columbarum.* Pro huius literæ clariori explicatione aduerte, quod in veteri lege circa pueros natos duo fiebant, vnum generale & commune omnibus, quia filio nato, vel filia completis diebus purificationis offerebãt sacrificium. Aliud erat circa primogenitos, qui erãt Deo consecrati, eo quod percussit Dominus primogenitos Ægyptiorum, & conseruauit primogenita filiorum Israel ab exterminatore. Sed inter primogenitos, qui erant de tribu Leui, & alios hoc erat discrimẽ. Quia primogeniti tribus Leui offerebantur, & seruiebant iugiter Domino, sed primogeniti aliarum tribuum offerebantur, & quinque siclis redimebantur. Christus, qui ex tribu Iuda erat offertus est, & redẽptus quinque siclis. Sic intellige literam. Omne masculinum adaperiens vuluam, ideſt, omne primogenitum, quia primogenitus est, qui in suo ortu aperit vuluam matris. Sãctum Domino vocabitur, ideſt, consecrabitur Deo. Vnde per Mosen Dominus ait. Pro quo percussi omne primogenitum Ægypti, tam in hominibus, quàm in iumentis, sanctifica mihi omne, quod primo aperit vuluam in Israel, tam in hominibus, quam in iumentis. Ideo ait Euangelista. Omne masculinũ adapericns vuluam sanctum Domino vocabitur. De secũdo autem quod erat generale, & fiebat, pro primogenitis, & etiã pro alijs omnibus dixit, & vt darent hostiam par turturum, aut duos pullos columbarum. Offerebant pauperes par turturum, aut duos pullos columbarum, nam diuites agnum offerebant. Postquam Dominus dixit, & præceperat, vt offerretur agnus anniculus in holocaustum ait sic. Quod si non inuenerit manus eius quæ poterit offerre agnum, sumet duos turtures, aut duos pullos columbarum, vnum in holocaustum & alium pro peccato, orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Verum hic aliqua obseruanda sunt. Primum horum est, quod hic peccatum non accipitur pro culpa, aut pro Dei offensa, sed pro immunditia. Solet enim in scriptura accipi peccatum pro pœna, vt est illud, quod Nathan dixit Dauidi, Dominus transtulit peccatum tuum à te. Ideſt, pœnam peccato debitam. Et illud quod Paulus ait de Christo Iesu. Qui peccatum non nouerat, peccatum fecit, ideſt, pœnã sustinuit, & Ieremias in threnis. Maior est iniquitas, ideſt, pœna iniquitatis populi mei, peccato, ideſt, punitione Sodomorum. Voluit dicere, quod maior erat pœna Israelitarum, quam Sodomorum, quoniam illi in momento submersi sunt cum vrbe sua, ciuitas vero sancta multis diebus prius ferreis machinamentis, bellicisq;

Exod. 12.

Leuit. 12.

2. Reg. 12.

2. Cor. 5.

Tren. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

licisq; tormentis fuit oppugnata, & tandem euersa. Et iterũ idem Hieremias. Patres nostri peccauerunt, & nos iniquitates, ideſt, punitiones eorum portauimus. Et in Geneſi dicit Deus nondum completas eſſe iniquitates Amorrhęorum, ideſt, tempus ad puniendum. Cain quoq; dixit. Maior eſt iniquitas mea, ideſt, punitio, quam vt feram, ideſt, eam poſsim ferre viuus. Sumitur etiam ſępè peccatum pro immũditia legali, ſcilicet, ſanguinis, aut ſeminis, aut contactus mortui, vt ſumitur hic cum fœmina pariens maſculum offerre iubetur par turturum pro peccato, id eſt, pro immũditia: nam nullum peccatum, ſi culpā pro peccato accipis præceſsit in fœmina. Non enim congreſſus cum propria vxore prolis gratia peccatum erat, aut partu ritio, ſed ſola puerperij immunditia peccatum expiandum dicitur. Sic etiam de leproſo, qui ſine culpa ſua lepra laborabat iubetur in Leuitico offerre paſſerem pro peccato, id eſt, pro immunditia. Secundo obſerua quod in eo quod ait, adaperiẽs vuluam, ſatis oſtẽdit Chriſtum legi nõ obligari, quia ipſe vuluam matris nõ aperuit: nam clauſo virginali vtero exiuit abſque matris corruptione. Tertio expende quod Chriſtus hic tanquã peccator redimi voluit, vt nos à morte & inferno liberaret, & vt ſic redemptus nobis totaliter offerretur, & totus noſter eſſet ad vẽdendum, flagellandum, & crucifigendum. In natiuitate enim habuit ſe Chriſtus Ieſus, vt pauper homo: in circunciſione, vt pauper homo, & peccator, ſed hic habuit ſe, vt pauper homo, peccator, & ſeruꝰ. Pauperẽ ſe oſtendit, in eo quod oblationem pauperum obtulit: peccator, qui cum matre voluit expiari, ſeruus, quia ſicut talis redimi voluit. Vt ergo nos redimeret à ſeruitute legis antiquæ voluit ſe legi ſubijcere, vt Paulus ait, vt eos, qui ſub lege erant redimeret. Attende ò homo, qui à tam nobili redemptore redemptus es quantum tam illuſtri redemptori debeas: nam propter te cum ſit Dominus, ſeruus efficitur, & pauperum cum ſit diues oblationem offert. Propter nos enim vt inquit Paulus, egenus factus eſt, vt eius inopia diuites eſſemus. Sed nunquid Magi, qui ab Oriente venerunt, non obtulerunt beatæ Mariæ munera? Quomodo tam cito tantam auri copiam expendit? Eam ferè totam pauperibus, & egenis erogauit. Ex hoc contextu diſcamus primo humiles eſſe exemplo Chriſti Saluatoris noſtri, qui vt iã diximus humilis, peccator, & ſeruus appãruit, cum eſſet diues, & Dominus vniuerſæ terræ. Nos autem cum ſimus peccatores & omni ſcelere coinquinati probi volumus & magni coram mundo apperere. O quam noſtra ſuperbia in hoc Chriſti hodierno opere reprehenſa eſt. Hic nos hanc virtutem, & opere & exemplo docuit & homo factus dixit. Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Aliud eſt enim eſſe humilem intellectu, & aliud eſſe humilem voluntate. Multi ſunt, qui agnoſcunt ſe eſſe peccatores, & dignos æterno ſupplicio, ſed nolunt ſic ab alijs reputari, imò vehementer exoptant coram imperita multitudine maximũ ſanctitatis nomen comparare, & quodcunq; bonũ publicari: malum autem vt ſepeliatur deſiderant. Iſti ſunt humiles intellectu, quia ſe ipſos cognoſcunt, & de ſe non eſſe bonos, ſed malos intelligunt, tamẽ nolunt tales haberi: Verum humilis voluntate eſt ille, qui ſicut ſe ipſum fragilẽ eſſe cognoſcit, ita etiã, gaudet in eadẽ æſtimatione ab omnibus reputari, & ab eiſdem contemni & parui fieri. Sic Chriſtus verè fuit humilis corde, quia quod gloria, & diuinus, honos erat, occultabat & mortalitatem, paſsibilitatem, & fragilitatem, quam vt verus homo habebat, manifeſtabat. Sic hic fecit & in transfiguratione quando in monte excelſo coram tribus Apoſtolis ſuum voluit ſplendorem, & gloriam demõſtrare, verum mortis ignominiam, & paſsionis ſuæ tormentum coram infinita propemodũ hominum multitudine, imò tempore paſchali voluit ſubire, vt ab omnibus videretur. Sic etiam in natiuitate paucis, ideſt, paſtoribus oſtendit mìniſterio Angelorum gloriam ſuam, ſed paupertatẽ ſuam hìc in templo publicè oſtendit coram multis aſtantibus. Nos vero tanquam ſuperbi ignominiam noſtram paucis, vel nullis oſtendimus, gloriam autem publicamus, & per plateas decantari facimus. Et quia pauci ſunt, qui Chriſtum humilem corde ſequãtur, & imitentur, clamat ipſe. Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. Docemur ſecundo exemplo beatæ virginis Mariæ adducere filios in templum, inſtituendo illos bonis moribus, iuxta illud. Filij tibi ſunt, erudi eos, & incurua eos, à pueritia eorum. Sed multi potius offerunt filios diabolo, quam Deo, illos ſumptuoſe veſtibus, & exquiſitiſsimis epulis educando, & multis vitijs, & malis moribus aſſuefaciendo: iuxta illud

Ibidem.
Geneſ. 15.
Geneſ. 4.
Leuit. 14.
Galat. 4.
2. Cor. 8.
Matth. 2.
Matth. 11.
Leg. Greg. lib. 22. mo. cap. 14.
Matth. 17.
Eccleſ. 7.

Pſalm. 105. illud Pſalmi. Immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs. Tertiò, vt primogenita, ideſt, principium vitæ noſtræ offeramus Deo. Mira eſt peruerſitas illorũ, qui florem iuuentutis ſuæ voluntofferre diabolo, fæces verò ſenectutis ſuæ Deo. Ideoq; in inferno fæces calicis iræ Dei bibent. De quibus in *Pſalm. 10. Prouerb. 3.* Pſalmo. Veruntamen fæx eius non eſt exinanita, bibẽt omnes peccatores terræ. Ideo Hieremias ait. Bonum eſt viro, cũ portauerit iugum ab adoleſcentia ſua. Quapropter tu qui iuuenis es, offer Deo bonos tuæ adoleſcẽtiæ annos, neq; in ſeniũ pœnitentiam releges. Tunc enim pœnitere ſi velis ſenio grauatus nõ poteris: iuxta prouerbiũ illud. *Prouerb. 22.* Adoleſcẽs iuxta viam ſuã etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Longa enim peccandi conſuetudo te conſtrictum tenet, & magna quidem cum difficultate te emẽdare, & corrigere poteris. Quod ſi mihi fidem non adhi- *Hierem. 13.* bes, audi Hieremiã. Sicut Æthiops non poteſt mutare pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas, & vos poteritis benefacere cum diciceritis malum. Quãdo peruenit ad ripam nauis non ſunt vela extendẽda, ſed tunc anchora eſt iacienda. Tamen tu quando ad vltimã ætatis tuæ metã peruenieris, tunc poſt vitam conſumptam ſperas poſſe pœnitentiæ vela tẽdere, ſed lõgè te tua fallit opinio: nam modo dum iuuenis es vela pœnitentię ſunt extendenda, nõ verò ſenectus eſt expectanda. Quapropter primogenita, quę ſunt priores anni vitæ tuæ offer Deo, & priores operum tuorum fructus, qui poſtea licet velis non poteris. Docemur quarto magnam rationem circa Dei legem nobis eſſe habendam, & magnam curam circa noſtra opera corrigẽda, & emẽdanda propter præcepta, quæ in diuinis literis ſcripta reperimus. Nã Chriſtus Dñs cum eſſet Deus, & à lege exẽptus, quod facit legi conſentaneum eſt. In his paucis verbis tria dicit Euangeliſta ſecũdum legem Dñi. Primo ſecundum legem Moſi, ſecundo, ſicut ſcriptũ eſt in lege Dñi, & tertio, ſecundũ, q̃ dictũ eſt in lege Dñi. In quo Euangeliſta nobis ſignificare voluit quam meditati debeant eſſe noſtri cogitatus, & noſtra verba & opera quam debeant legi Dei conformari, quandoquidem ipſe Chriſtus quæcunq; facit ſunt ſecundum le- *Pſalm. 118.* gem. Quod Dauid explicauit dicens in Pſalmo. Quomodo dilexi legem tuam Do- *Lib. 22. con. Fauſt. cap. 27* mine, tota die meditatio mea eſt. Cum pectatum vt Auguſtinus ait, eſt dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei: ideò tribus vicibus dixit, ſecundum legem Domini. At nunc lex Dei paruipenditur: & noſtris temporibus plus homines cogitant de cauſis forenſibus, quam de lege Dei: potius legibus mundi reguntur, quæ dicunt iniurias eſſe vindicandas, quàm lege Dei, quæ dicit. Diligite inimicos veſtros, & be- *Matth. 5.* nefacite his, qui oderunt vos. Plus appetunt magnates in pompis & mundi vanitatibus viuere, quam ſoluere debita & ſumptus, ſuperfluas expenſas comprimendo, & tanquam venenoſas reſecando, & ſatis eſt, quod in rebus omnibus lex carnis præfertur legi ſpiritus, &c. Docemur etiam quinto & vltimo cæremonias eccleſiæ ſanctę traditas à ſanctis patribus ſtudioſe ſeruare, & venerari, ſiquidẽ Chriſtus has legis ſanctiones, & cæremonias ita ad vnguem, vt dicũt, ſeruauit. Nã quod mulier quadrageſimo die in tẽplo præſentaretur poſt partum, & has auiculas offerret, non erat præceptum morale, nec iudiciale, ſed cęremoniale, quod vtique Chriſtus Saluator noſter (cuius actiones inſtructiones noſtræ ſunt) non contempſit. Ad has antiquas veteris legis cæremonias ſacroſancta Eccleſia Romana Spiritu ſancto gubernata, alias adiũxit & inſtituit ceſſante veteri lege, vt ſunt cæremoniæ quib⁹ vtimur in ſacrificio miſſæ, & in alijs ſacramentis, quæ maximè conducunt ad veneratiõnẽ ſacramẽtorum. Scio quod in his cæremonijs non conſiſtit perfectio, tamen ſunt, vt ſeps, quæ hortum circunuallat, & fructus cuſtodit, ita hæ cæremoniæ cuſtodiunt deuotionem, animoſque hominum commouent ad res diuinas inquirendas, & hac de cauſa ſicut fauores, & auxilia ſpiritualia cuſtodienda, æſtimanda, & ſumma obſeruatione colenda ſunt. Nævus, quem formoſa mulier habet in facie eandem pulchriorem reddit. Parua quidem res eſt nævus, tamen iuncta pulchræ mulieri illam formoſiorem efficit, ità cæremoniæ quamuis de eſſentia rei non ſint, tamen nimis exornant ſacramẽta & noſtræ fidei myſteria. Has ſanctæ Romanæ Eccleſiæ cæremonias impius Lutherus tanquam apertiſsimus hoſtis eccleſiæ, & totius ſanctimoniæ, & bonitatis infeſtiſſimus aduerſarius damnat, & deſtruit. Sed ille in tenebricoſo inferni carcere perpetuò iacebit, cæremoniæ verò eccleſiæ quicquid Lutherani moliãtur, in ſempiterna ſeculorũ ſecula manebunt. *Et Ecce homo erat in Hieruſa-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lem cui nomen Simeon. Iam hic Euangelista incipit agere de testibus fide dignissimis, quos Christus habuit in præsentatione prædicta. Sed singula verba Euangelistæ annotanda, & discutienda sunt. Per demonstrationem ostenditur magnum notabile & attentione dignum. Inquit enim Euangelista: Ecce homo erat. Hominem vocat illum. Mundus eos, qui per summam audaciam, intolerandáque licentiam detestanda scelera perpetrant hos contrucidando, illos probris & iniurijs lacerando, hos mundus fortes & magnanimos solet appellare, quos quidem sacra scriptura non homines, sed ferocissimos Leones, immanissimosque tigres appellat: illum vero hominem, qui timet Deum, iustum, atque sanctum nuncupat. Non ille dicitur homo, qui habet duos pedes, duas manus, & duos oculos: sed qui iustitiam sequitur, & ratione vtitur iuxta hominis diffinitionem. De iusto & sancto Iob ait scriptura. Fuit vir in terra Hus nomine Iob: non dicit quod habebat pedes, aut duo brachia: sed quod erat simplex, ac timens Deũ, & recedens à malo, & adhærẽs bono. ¶ In Hierusalẽ dicit, quod erat: quia hic vigebat cultus diuinus, studiũque legis ac prophetarum. In hac ciuitate Sãcta erat hic sanctus senex. Vide etiam & tu, qui clericus, aut monachus es, vt talis sis, qualis est locus in quo habitas. Monasteriũ sanctum est, & ibidem multi sanctimoniæ diti habitarunt: & nunc honestè & religiosè viuunt. Locus in quo vitam degis terra sancta est: habes plurimos, qui peccata etiam leuissima confitentur, rem diuinam quotidiè faciunt, Dei laudibus, & psalmodijs in choro assistunt, orationi & lectioni vacant. Ideo tu quare ignauè & remissè viuis, cum inter sanctos, & in choro coram sanctissimo sacramento, & in loco tam sancto vitam agas? Quare inter bonos, malus existis? Eo tempore, quo alij religiosi viri inter sanctos Angelos sunt Deum laudantes, tu malis cogitationibus illum offendis? Idem, quem habitas locum, te damnat, & arguit. Denique vocabatur Simeon, qui inter sacerdotes famosus erat atque notissimus, senectute iam frigidus, spiritu tamen feruens: inclinato corpore, sed animo erecto, ætate marcidus, sed vitæ innocentia floridus. Sed audi quid vltra de sancto isto Simeone dicat Euangelista. *Et homo iste iustus, & timoratus.* Duo dicit. Primò quod erat iustus: secundo quod erat timoratus. Sed singula expendamus.

Iob.1.

Iustus calceus dicitur quando pedi, & mensuræ eius conformis est: ita vt nec laxus, nec etiam constrictus sit. Curialem hominem & perpolitum videbis tã iustos & conformes calceos ferentem vt si forte lapillus, lenticula, vel quæcunque res aliqua intromittantur in calceos, maximum sentiat dolorem, & sic statim vir iste calceum excalciat, lapidemque extrahit. Tamen agaso vel rusticus, qui calceos laxos, vel ocreas oblongas & arena refertas portat, hunc dolorem non sentit, nam licet lapilli & arena intromittantur, non tamen rusticum diseruciabunt: quia calcei laxi sunt, & pedibus mordaciter non adhærent. Sic vir iustus & bonus non ferre potest vel minimum peccatum veniale: nam cum iustus sit, & iustam habeat conscientiam, quæuis res etiam minima illum torquet & angit, & sic illicò tollit calceos, & ad sacrum confessionis fontem, vt mundetur ab illo peccato recurrit. Tamen in improbo homine cum vsuræ, luxuriæ, infamiæ, & mendacia dominentur, & regnent, nec quidquam hæc illum mordent, & lancinant: imo propriæ conscientiæ detrimentum & iacturam non sentit. Dormit, requiescit, & delectatur sine scrupulo conscientiæ, & sine sensu & consideratione peccatorum, quæ patrauit. At sanctus Simeon vir iustus, & timoratus, quamcunque Dei offensionem & perhorrescebat, & considerabat: & ideo addidit illud verbum, & timoratus: quia qui sine timore est non poterit iustificari. Aliqui sunt iusti quorum iustitia declinat in vitium præsumptionis, quia de sua iustitia nimis præsumunt: ideo ad hoc remouendum addit quod erat timoratus, sciens quod omnes iustitiæ nostræ sunt tanquam pannus menstruatæ. Nullus dum mortali hac aura fruitur debet de proprijs meritis, aut de sua sanctitate præsumere: sed potius occulta Dei iudicia formidare. Ad tantam sanctitatẽ pertinerat Dauid, vt cum bis posset occidere Saulem perfecutorem & inimicum, noluerit: quin potius prohibuit Abisai, ne occideret Semei, qui maledicebat Dauid, & lapides mittebat: sed nihilominus desæ præsumpsit, & elatus dixit. Ego dixi in abundantia mea, non mouebor. Sed vt experientia sciret Dauid, quod iustitia conseruanda erat Dei timore, formidando semper interitum, & ruinam, derelictus est à Deo in suo sensu & Vriã optimũ militem occidere fecit. Quis tale putaret de

Eccl.1.

Eccl.25. Psalm.36.

Esa.64.

1.Reg.24. & 26.

Psalm.33.

1.Reg.25.

2.Reg.16.

Psal.29.

2.Reg.11. de viro vtique sanctissimo? Quis crederet, quod ille qui inimicis pepercerat amicum necaret? Qui stat (inquit Apostolus) videat ne cadat. Quia iustitiã cum Dei timore Da uid non conseruabat, ideo submersus est. Quare nõ in proprijs meritis confide, sed in Dei misericordia, timens semper ruinam. Nescis enim quanto tẽpore perseueraturus es in bono opere incepto. Ideoq; non absque causa Euangelista ait, quod Simeon non tantum iustus, sed & timoratus erat. Quiquidem sanctus Dei timor iustitiam & sanctitatem cõseruat, sicut cinis ignem. De ipsa enim sanctitate exijt timor filialis, qui charitatis ignem conseruat. Expende etiam quod quanuis iste iustus Simeon omnibus polleret virtutibus tamen peculiariter suam iustitiam commendat noster Euangelista, laudans illum, dicens in Dei timore esse perfectum, secundum quod dicitur quilibet sanctorum, in aliqua virtute amplius splẽduisse. Propter quod de vnoquoque illorum canit mater Ecclesia illud Ecclesiastici. Nõ est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Vnde Paulus. Vnusquisque enim, suum donum habet à Deo. In his duabus virtutibus peculiariter sanctus Simeon præeminebat, & de his commẽdatur: videlicet de iustitia, quæ est virtus cardinalis & specialis, qua vnicuiq; datur quod suum est: vel de iustitia, quæ est virtus generalis, & virtualiter de omni virtute qui omni virtutũ genere fuit exornatus, fuitque præcipuè charitatiuus, & iustus, non enim proprium, priuatumque commodum, sed bonum commune, & vniuersalem omnium salutem desiderauit. Laudatur etiam quia timoratus fuit: sanctum enim timorem & filialem habuit timens ne Deum læderet. De hoc Ecclesiasticus ait. Nihil melius, quam timere Deum, & in Psal. Timete Deũ omnes sancti eius quoniam nihil deest timentibus eũ. Itaq; iustus fuit erga proximum & timoratus erga Deum. Per timorẽ diuertit à malo, & per iustitiã, fecit bonũ: iuxta illud Psal. Diuerte à malo & fac bonum. Verũ vt scias quam verè dixit Euangelista, quod Simeõ erat iustus, & timoratus, audi quid de illo dicat. *Expectans consolationem Israel.* Quam per Messiam quem iam expectabat sciebat esse venturam. Verè iustus & pius erat hic senex, quia non propriam salutem, sed populi Israel consolationem expectabat. Nõ propriũ cõmodum, sed bonum commune quærebat, quod proprium est iustorũ. Sic Paulus. Non quod mihi vtile est, sed quod multis. Pauci imo pauciss imi sunt qui zelãt bonum cõmune. Omnes enim quærũt quæ sua sunt, & hinc fit, vt non bene respublicæ gubernentur, & vt nullum fermè vestigium iustitiæ in mũdo reperiatur, quia nullus est, qui reipublicæ consulat. Bonus vir, & reipublicæ vtilis erat Moses qui dicebat. Dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ. Et Paulus. Cupio anathema esse pro fratribus meis. Et iterum. Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Non contentus est Deus, vt quisq; sibi viuat, nã quiuis Christianus reipublicæ officialis est: nec sutor & sartor sibi viuũt, sed reipublicæ. Sic tu qui Christianæ reipublicæ officialis es, nõ tibi, sed alijs viuito. Vnde Paulus. Nemo quod suũ est, quærat, sed quod proximi. Et alibi. Vnusquisq; vestrum proximo suo placeat in ædificationem. Hoc autem quod Paulus ore prædicabat opere adimplebat, atque ideo dixit. Cupio dissolui & esse cum Christo, manere autem in carne propter vos. Ideo Petrus vocat homines lapides viuos. Nam sicut in ædificio vnus lapis sustinet alium, & habet alium supra se, & ipse ab alio etiam sustinetur: sic nos sustinere & adiuuare alios debemus, & eodem modo proximi nos, & quidam alijs, alij vero, alijs fauere etiam tenemur, vt illud quod cõsulit Apostolus facere possimus. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Lex Christi amoris est, quia præcipit, vt nos inuicem adiuuemus, & vt proximorũ nostrorũ salutem procuremus, & eorum commoda pro viribus tueamur. Talis erat Senex hic Simeon, qui proximorum salutem, prætendebat, & desiderabat. Sed misera hac nostra tempestate (quod plorãdum est) oppositum fermè quotidie videmus vnusquisque enim suam quærit vtilitatem, nec quisquã est, qui nisi suũ commodum prætendat. Vnde Esaias. Væ qui coniungitis domum ad domum, & agrũ agro copulatis. Quod si rectè aduertimus, reperiemus totum hunc Labyrinthum ex nimio amore, quo nos ipsos prosequimur, dimanare, & hic proprius amor malorum omnium, quæ in mundo fiunt principium est, atque fons. Quod bene Paulus Timotheo scribens demonstrat, quando dicit. In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, erunt homines se ipsos amantes, cupidi,

1.Cor.10.

Philip.2.

Exod.32.

Rom.9.

2.Cor.11.

1.Cor.10.

Rom.15.

Philip.1.

1.Petr.2.

Galat.6.

Esai.5.

2.Tim.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupidi, elati, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati, scelesti sine affectione, sine pace, criminatores, &c. Considera igitur, quæso, proprius amor causa est malorum omnium, quæ ibi depingit Paulus: & ideo hunc amorem in principio collocauit Apostolus vti basim & fundamentum, quo omnia vitia & peccata nitũtur. Nihil acrius homini nocet, quam propria voluntas. Ipsa quidem est supra quam resident tota peccatorum inordinatio & vbi mundi amor requiescit. Tolle fundamentum proprij amoris, & omnes muri Ierico cadent: qui sunt stultitiæ & vanitates, quarum amore flagras. Iudicium peruertit proprius amor, confundit rationem obscurat intellectum, inficit voluntatem, & viã salutis intercludit. Hic proprius amor Deũ non cognoscit, proximum ignorat, relegat virtutes, quærit honores & mundum diligit. Qui sic diligit animam suam (ait dominus) perdet eam. Radix tandem totius iniquitatis amor proprius est. Esau, Saul, & Antiochus non obtinuerunt suorum peccatorum veniam: quia magis suam perditionem & ruinam considerabant, quam Dei offensionem, & eorum dolor & pœnitentia ex proprio amore procedebat. In rebus omnibus quære Deum, & bonum proximorũ & tui obliuiscere. Amor sui est veluti in corpore cor, quod carnem moderatur, neruos regit, & totum corporis orbiculum gubernat: sic venenosus hic amor peccatorem quocunque vult impellit, & ad omnia mala patranda commouet, & stimulat. Amor proprius est sicut perfidia: propter quam mortis pœna, & bonorum confiscatione ¶ perfidi puniũtur. Si proprius in te regnat amor, ea quæ te in interitum præcipitant, optimè intelliges: ea vero quæ saluti animæ tuæ conueniunt, ignorabis. Cæcus es, & ideo vt tibi fides adhibeatur non mereris. Si hæc duo pronomina meum, & tuum prorsus abolerentur, non tantæ in mundo orirentur discordiarum tempestates: proprius enim amor omnium discordiarum causa est & origo. Proprium & non commune bonum mortales quærunt & hinc fit, vt omnia vt videmus ad perditionem tendant. Vtinam nunc plures essent Moses, multi Pauli, & Simeones, qui tantis vulneribus medicinam adhiberent. Sed de his satis. ¶ Expende etiam quod sanctus hic senex non expectabat consolationem temporalem Israel, vt multi putabant, sed spiritualem consolationem animarum, quam iam credebat venturam. Ideoque ante mortem desiderabat Saluatorem cernere oculis corporalibus. Fama erat tunc apud populum Iudaicum tempus adesse venturi Messiæ: & ideo sacerdotes & Leuitæ miserunt Ioanni interrogantes an esset Christus. Sic etiam tunc multi se fecerunt Messiam, & dixerunt esse Christum. Videbant sceptrum regni Iuda venisse ad Herodem alienigenam, iuxta signum quod eis dederat Iacob. Videbãt etiam Danielis hebdomadas, quas decreuerat aduentui Christi propemodum euolutas esse quibus argumẽtis suffultus Simeon consolationem populi Israelitici expectabat Christi aduentu iam appropinquante: & vltra hæc, reuelationem quoque spiritus sancti habebat: atque ideo subditur. *Et Spiritus sanctus erat in eo.* Non solum per essentiam potentiam, & præsentiam, quomodo est in omni creatura nec solum, per charitatem, & gratiam qualemcunque pro vt est in eo, qui est, in charitate, quæ vita est animæ: sed per gratiam eminentem, & charitatem ardentem secundũ quod est in viris Heroicis & perfectis. *Et responsum acceperat ab Spiritu sancto, non visurum se mortẽ, nisi prius videret Christum domini.* Vere hic senex præ magnitudine desiderij expectans salutare Dei deficiebat cor eius & anima eius: & cum Dauide dicebat. Defecit in salutare tuum anima mea & in verbum tuũ super speraui. Absentia dilecti parit animæ defectionem: sed quo amplius laxatur effectus, eo amplius amor crescit: & quo diutius abest qui desideratur eo expectantis desideria maiori quadam vi amoris igniscunt. Caro deficit in hoc sene: sed cupiditas augetur. Expectabat sicut vxor Tobiæ desiderabat filium peregrinantem, & sedebat in supercilio montis vnde respicere poterat de longinquo venientem filium. Sed hic senex sanctissimus verbo Dei fretus responsum & promissum expectabat: nam deficiens, sese in spe diuini promissi erigebat. Expende etiam quod si sanctus iste senex tolerauit huius vitæ miserias, quæ acerbæ sunt iustis, vt Christum in carne non in perpetuũ, sed per horam videret: quantum niti debemus, vt beatifica summi Dei visione in supremo illo beatorum domicilio fruamur? Non sunt condignæ passiones huius seculi (inquit Paulus) ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Vita hominum octoginta transanctis annis (inquit Dauid) non est

Iosue. 6.
Ioan. 12.
1. Reg. 15.
2. Ma. 9.
Ioan. 5.
Gen. 46.
Dan. 9.
Psal. 118.
Tob. 11.
Rom. 8.
Psal. 89.

est nisi labor, & dolor, & plus mori, quam viuere, & hos vitæ labores patienter tulit Simeon, vt vna hora Christũ in carne mortali, & passibili videret. Ideo tu considera, quantos debes pati labores, vt in cælo immortalem Christum perpetuo videas. Tamen ne existimet mũdus probos atque sanctos, quauis in hac vita varijs laboribus afflictentur, ne inquam opinetur illos à summo Deo esse contemptos. Inquit hic Euangelista hunc senem propter responsum ab Spiritu sancto acceptum, esse retentum, vbi certè promissum erat se visurum, quod exoptabat. Nunquam bonos Deus destitutos relinquit: quia inter anxios huius vitæ labores eosdem maximis donis & beneficijs ditat, & cumulat, & reuelationibus spiritualibus eosdem quam sæpissimè solatur, quibus spiritualibus delicijs in hac vita sustentantur, & aluntur. Sic iste Simeon respõso Dei accepto recreabatur, & hoc verbo sibi promisso triumphans quodammodo alebatur. ¶ Sed cum responsum non detur nisi roganti, quando interrogauit hic senex intelligẽs prophetias orabat clauso ostio in secreto loco, magis verò incubili cordis, vt non videret corporis mortem, antequam in corpore omnium vitam Christum cerneret. Hoc expectans, atque obnixè petens accepit responsum ab Spiritu sancto per occultam reuelationem non visurum se mortem in corpore, nisi videret vitam in carne. Quãuis enim opera Trinitatis ad extra sint indiuisa, tamẽ appropriantur Spiritui sancto reuelationes huiusmodi. Credidit Simeõ scripturis, quæ de Messia loquebantur, ac deinde habuit reuelationem. Docemur eos esse dignos reuelatione, qui credentes scripturis assequuntur, quæ credunt, & faciunt ea. Secundo quod illæ reuelationes sunt certæ, quæ non dissentiunt ab scripturis. Tertio quod Deus iustas & sanctas petitiones libenter exaudit: quando ea, quæ ab ipso petimus ad gloriam Dei proximique vtilitatem dirigimus. Quia sanctus hic Simeon bonum commune desiderabat, ideo meruit exaudiri, & auribus suis percipere responsum à Deo. Nos verò propterea non exaudimur, quia nocitura nobis & proximis nostris postulamus. Expende etiam hic Dei bonitatem, & clementiam, quod iustos ex hac vita desolatos proficisci non patitur. Sic Mosi antequã migraret ad Dominum terram promissionis ostendit. Sic Aaron vidit antequam moreretur filium suum Eleazarum summum sacerdotem & vestibus sacerdotij indutum. Dauid quoque in senectute iamiam morti propinquus vidit filium suum Salomonem regnantem, & hic Simeon Christum in carne vidit, & gaudijs & oblectamentis spiritualibus plenus in pace tandem quieuit. ¶ Vide etiam quomodo Deus quemcunq; vocat, eum eisdem rebus commouet, quas manibus assiduè contrectat, & ideo Iudæos, qui rerum diuinarum cognitionem habebant, & circuncisionem atque legem obseruabant, per Angelum qui mentis & rationis compos est, eos Deus vocauit, qui Iudæi perspicaci, & bono erant intellectu, & Deum præterea nouerant. Itaq; Angelus eduxit eos de terra Ægypti, & illis desertũ cõmonstrauit. Pastoribus etiam, qui Iudæi erant, Saluatoris natiuitatẽ Angelus denunciauit. Magos quoq; qui astrologi erant per stellã vocauit, & stella eduxit eos ex Oriente ad Christum. Aman deniq; & Simeonẽ, qui contemplantes orationibus indefesse vacabant, per reuelationem vocauit, & eos ad duxit ad Christum Dominum. Sic quoque tu homines eisdem rebus, circa quas versantur ad virtutem allicere, & attrahere debes. Si hominem infimum veluti fabrum ferrarium consulueris, vt factam sibi iniuriam remittat, alium infimum opificem, non verò potentem magnatem missurus es. Etenim hac ratione quidquid volueris impetrabis. Nam si equitem, vel nobilem miseris parũ, vel nihil cõsequeris multum enim valet ad hominum animos conciliandos morum, vitæ, officij deniq; similitudo & pariformitas. Nam postquam simul biberint, & comederint hi duo opifices, si alter illi, qui est iniuria affectus dixerit. Amice iniurias tibi illatas benignè remittito: facili, imò facillimo negocio, quicquid volet, impetrabit. Itaque nobilem nobilis conciliat & sutor sutorem ad beneuolentiam & amicitiam trahit. Si Deus luxuriosum, vel ambitiosum hominem inspirationibus recrearet putaret ambitiosus aliquas esse cacodæmonis machinationes, ideoq; eas tanquam inutiles, & pernicioſas reijceret. Quapropter summus ille rerum omnium parens filium nunc luxurioſi viri contrucidat, & nunc ambitioſi charissimam vxorem interimit, illumque dignitatibus & honoribus, si quos forte possidet omnino spoliatum relinquit, & hoc modo peccatores ad sese adducit & trahit.

Num. 20.
3. Reg. 1.
Exod. 24.
Luc. 1.
Matth. 2.
Num. 27.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam si inspirationibus essent hi scelerati homines ad virtutem commouendi, cum illi rerum diuinarum gustum & saporem non sentiant frustra tempus absumeretur. Itaque Deus illis eisdem negotijs, quę tractant mortales, illis inquam eosdem commouet ad virtutem. Et ideo inspirationibus & reuelationibus Simeonem ad se traxit: quia vir spiritualis, & contemplatiuus erat. At vero reprehensione & punitione Saulum commouit, qui superbiebat obcæcando illum & in terram mittēdo, dicens. Saule Saule cur me persequeris, &c. ¶ Trutinare etiam quod concedit Deus Simeoni, quod petit: rem enim bonam, vtilem, & conducibilem petebat, nam vt diximus non solū suam, sed populi gratiā & consolationem expectabat, & petebat. Si vero nos quod petimus, non impetramus, est, quia vanitates & res inutiles nostris animabus & proximis postulamus. Cum Iacob quæsiuit nomen Angeli, nō obtinuit, quod petebat: quia inutilis erat petitio, scire videlicet nomen Angeli. Sed cum petijt à domino vt beneficeret ei, obtinuit benedictionē: quia rem vtilem petebat. Martha cum postulauit, vt Maria Soror, quæ verbum Dei audiebat, adiuuaret eam in administrando, non fuit ad votum exaudita: quia inutilem rem petebat. At cū pro Lazaro orabat, quia bonum, & vtilitatem proximi cupiebat, meruit exaudiri, & fratrem suscitatum videre. Sic filij Zebedei, quia honorem ambiebant, & primatum petierunt: non assequuti sunt, quod petebant. Quando Dei fauorem imprecamur, & sanctum aliquem, vt pro nobis intercedat, assumimus: ideo postulata nobis non conceduntur, quia concedenda non postulamus. Quapropter cum perniciosa petamus sancti non intercedunt: etenim non nisi ea quæ sunt iuxta Dei voluntatem petere consuescunt: ideo clamamus, & quod petimus non consequimur quia nec bonum, neque vtile postulamus. Petit vxor à Deo sanitatem marito, & eam non obtinet: quia scit Deus quod si maritus reconualescat futurum esse concubinarium, aleatorem, latronem, vel quid simile propter quod melius est, vt infirmetur. Et sic de alijs. Igitur quia iustus Simeon rem bonam petebat, scilicet in carne videre Christum (qui salus omniū, & populi Israel consolatio erat) exauditus est: & responsum accepit ab Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum. Obseruandū est, quod non dixit illum non esse moriturum, nisi videret Christum domini: sed quod non esset mortem visurus donec videret Christum domini. Aliud est enim videre mortem, & aliud à morte videri. Ille mortem videt, qui illam in vita considerat: & ille etiam videtur à morte qui sine eius consideratione repentè inuaditur, & capitur ab eadem. Qui aggressorem videt, illius iram & furorem facile retardat, & eundem, quod maius est, aliquando contrucidat, verum si venientem inimicum non videt, illiusque inopinatum aduentum non præuidet, facili negotio ab inuasore interfectus peribit. Admirandæ virtutis homines dum his miseris compagibus constricti tenentur mortem indefessa consideratione, assiduaque meditatione intuentur: & ita eam fermè quotidie venientem perspiciunt. Multorum enim morti præsentes interfunt: quod si aliquando ab ea inuaduntur, ipsam vulneratam & occisam relinquunt. Nam licet moriantur, eorum mori viuere est. Tamen flagitiosi homines qui repentinum mortis aduentum nunquam considerarunt ab hac ferocissima bestia imparati aliquando deuorantur: & quod peius est ipsa de eisdem sæpe sæpius triumphat. Sicut pisces capiuntur hamo, sic iniqui capiuntur tēpore malo. Indignus cōsolatione est in morte ille, qui nunquam in vita contemplatus est eam: & mors quando venerit superabitur, si priusquā veniat attente præmeditetur. Nihil te mortis dolore liberabit, quam frequens eius meditatio. Sapientis vita est meditatio mortis. Ideo sapiens admonet dicēs. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum qui cum venerint vanitatis arguētur præterita. Pulchrū est vitam antequam mors veniat consumere, & expectare posteà securè tui temporis aliam partem. Si mortem memoria teneres, nunquam fallacibus huius vitæ mendacijs deciperere: imo præpotenti Deo seruiendo, religiosius viueres. Igitur venturæ mortis recordare, & paratus semper viuito veluti si hic vltimus tuæ vitæ esset dies quia sic paratus mortem appropinquantem videbis & eius consideratione iamiam venientem superabis. Sed historiam prosequamur. *Et venit in spiritu in templum.* Hoc est, Spiritus sancti instinctu, quo reuelante intellexit adesse horam, in qua erant adimplenda omnia, quę de Christi visione sibi promissa erant: & per

Act. 9.
Gen. 32.
Luc. 10.
Ioan. 11.
Mat. 20.
Eccle. 9.
Eccle. 11.

per Spiritus sancti vnctionem acceperat reuelationem, adesse iam Christum Domini sibi promissum. Eadem ergo gratia, qua venturum Messiā prænouerat, præsentem quoque cognouit. Habuit nanque hic beatus senex Spiritum sanctum habitatorem, doctorem, & ductorem. O quam fœlices sunt illi, qui spiritu fornicationis, & spiritu malignitatis non reguntur, sed Domini spiritu gubernantur. Hi enim filij Dei vocantur, iuxta illud Pauli. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Quod si filij, & hæredes per Deum. Sicut enim vento vela inflata videmus, cum illa ab eodem implentur, & impellūtur, sic manifestatur in homine præsentia Spiritus sancti, cum hominis voluntas ad ea, quæ sunt bona perurgetur. In templum autem venit, qui Spiritus sancti instinctu, & ex prophetis Aggæo, & Malachia sciebat illum venturum. Aggæus enim dixit. Hæc dicit Dominus. Adhuc vnum modicum est, & ego mouebo cælum & terram & mare & aridam, & mouebo omnes gētes, & veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria. Magna erit gloria domus istius nouissimæ, plusquam primæ, & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. Idem quoque asseruit Malachias, Ecce ego mitto Angelum meū, qui præparabit viam ante faciem meam, & statim veniet ad templum sanctum suum dominator, quem vos quæritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis. Veni tu quoq; peccator in templum Domini, cum sancto sene Simeone in spiritu, & inuenies puerū Iesum, vt illo fruaris. Non enim abscondit se Dominus Iesus his, qui quærunt illum in corde perfecto, quoniam appropinquat his, qui in simplicitate quærunt illum. Non venit Simeō in spiritu superbiæ sicut ambitiosi, qui ambiunt primos accubitus, & vsurpant dignitates Ecclesiasticas. Non in spiritu auaritiæ sicut Simō Magus, nō in spiritu garrulationis, sicut multi, qui solū ad ecclesias veniunt causa peragendi negotia, & ipsi nec rem diuinā audiunt, nec alios audire suis cōfabulationib⁹ relinquūt, & suo malo exēplo populū scandalizant. Non in spiritu vanitatis & arrogātiæ, sicut multi, qui tapetes, strata, puluinaria & alia id genus ad ecclesias ferri præcipiunt, tantaq; regnat in eorū corde vanitas, vt deinceps putem paulatim mollia quibus dormiunt ceruicalia recūbendi gratia eorum iussu ad Ecclesias esse ferenda. Non auderent hi hoc modo esse coram rege. Sed quarè sic corā Deo recumbunt? hæc grauitas & autoritas coram hominibus est habenda, ad ingressum verò ecclesiæ relinquenda. Quare erga Deum hæc non obseruatur autoritas. Itaq; illud quod corā Deo peracturus non es, tanquam vipereum relinquito, etiam si bonū videatur. Dauid saltās coram arca dixit. Vilior fiam quia in Dei præsentia nulla est autoritas. Familiā regere & de rebus domesticis curā habere bonū, & vtile est, tamen ad Ecclesiæ limina relinquenda sunt hæc omnia. Domus mea (ait Christus) domus orationis est. Emere, & vēdere bonaq; temporalia tractare malum nō est, tamen hæc in domo orationis exercenda non sunt. In Marci Euangelio legimus, quod nō sinebat Christus, vt quisquam vas per templum transferret. Quod si templum illud sacrificijs animalium deputatum, voluit Deus tanta reuerentia coleretur, quanta maiori vellet sacrosanctam coli Ecclesiā, quæ non animalium sacrificijs, sed eidem Deo destinata est? Sed de his satis. Sequitur. *Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo.* Scilicet, vt offerrent par turturum, aut duos pullos columbarum & redimerent puerum quinque siclis, vt iam dictum est. Accepit eum in vlnas suas. Hoc est, inter brachia. In hoc quod ait, quod duxerunt Iesum secundum legis consuetudinem, docemur sanctos ecclesiæ mores, & sanctorum patrum traditiones obseruare. Ne fidem adhibeas istis nouarum consuetudinum inuentoribus. An credendum est, quod reliquerit Deus dilectissimam suam ecclesiam, quam sanguine suo redemit, tot annis errare, vsq; ad annū decimūseptimū, post mille & quingētos, in quo cœpit Lutherus (vt perfidi Lutherani dicunt) illā illuminare? Sed dimisso impijssimo hæresiarcha, senē iustum & piū videamus Christum suis brachijs portantē, amplectentem, osculantem & propter nimium gaudium triumphātem. Senex quis tibi tantam concesit facultatem? Rectè quidem ego scio esse illum, qui dicit. Deliciæ meæ sunt cum filijs hominum. Vult se à nobis ita tractari: nam ad hoc homo factus est. Spōsa quidē cognouerat bene huius sponsi naturam, & conditionem quando dicebat. Quis mihi det fratrem meum sugentē vbera matris meæ, vt osculer te, & apprehendam te, &c. Deus noster non est sicut homines

2. Reg. 6.
Luc. 19.
Marc. 11.
Prouerb. 8.
Cant. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines huius mũdi, nam vt peragas aliquod negotium ad eorum domos accedas millies necesse est, & quod incomportabilius est, tã tum abest, vt aliquid concludas, quin potius neque ab illis audiaris. O quã bonum habemus Deum, quam amabilem quam affabilem, & benignum. O quam fœlix & ineffabile gaudium pium illud Simeonis pectus sensit, quando puerum Iesum tot millibus annorum expectatum pro beneplacito suæ volũtatis amplexabatur. O leue onus, quod portabat Simeon, à quo portabatur & regebatur ipse senex. Sic etiam & Rex debet cliẽtes portare, & econuerso clientes Regem. Sic quoque prælatus portet defectus subditorum, & subditi prælati naturam patiantur iuxta illud Apostoli. Alter alterius onera portate. Et Simeon iste cognouit puerum Iesum inter alios plures pueros. Spiritus sancti doctrina, sic nos in venturo seculo, quos inhabitabit ille spiritus cognoscemus in prõptu, etiam si eos nunquam viderimus. Quare poterat hic senex dicere illud canticorũ. Inueni quem diligit anima mea: tenui eũ, nec dimittã. Expende autem quam magna sit Dei misericordia, vt nostris velit manibus collocari. Suscepimus enim Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Si manus tuas, vt fecit hic Simeon aperire, & extendere velles, ad misericordiam Dei excipiendã, eam proculdubio sicut Simeon reciperes, verum nõ vis. Magnum commodum adeptus est Simeon portans Christum in vlnis. Nã si mulier illa Hæmorroissa solo tactu fimbriæ Christi tantum vtilitatis adepta est, vt statim ad pristinam restituta fuerit sanitatẽ, & à fluxu sanguinis omnino liberata: quanto maius commodum beatum hunc senem comparasse, qui totam Christi personã portauit, credendum est? Mens eius ineffabili gaudio repleta est, cor eius in Dei amore exarsit, vnde incredibili exultatione repletus securus de morte, quam omnes vt terribilissimum malum timent, lætus & gaudens exultauit, & canticum cecinit. Hæc quoq; bona Deus tibi etiam dabit, si illum in manibus portaueris. Extende manus tuas, & cor tuũ amplia, quia Dei misericordia nec exhausta, nec finita est. Vtraque manu & tota virtute nostra domino famulemur sicut illi, qui vna manu pugnabant, & alia faciebant opus. Deus vult se tibi dare, tamen vt manus extendas, necesse est, sicut fecit Simeon, & cum eo simul multa suscipies bona. Aperios tuũ, ait ipse, & ego adimplebo illud &c. ¶ Obserua etiam quam vere locutus sit Paulus cum dixit, Diligentibus Deũ, omnia cooperantur in bonum. Faciet Deus voluntatem seruorum suorum. Iam habet beatus hic Simeon in manibus quod optabat, ideo si vis vt Deus, quod desideras, faciat, & si cupis, vt omnia tibi prospere succedant, cura in omnibus Dei obedire voluntati, quod si feceris, omnia pro votis tibi succedent. Voluntatem enim timentium se, faciet Deus. Obserua iterum quam magnificus sit Deus in adimplendo fidem quam semel dedit, non solum enim quod promittit adimplet, verum etiam alia quam plurima præter promissum dare solitus est, magnificẽtior enim in dãdo, quã in promittẽdo est. Promsit Deus Simeoni, quod non moreretur priusquam videret Christum, & nunc illum non solum videt Simeon, verum tangit, & in vlnis etiam portat. Plus est tangere, & in brachijs portare, quam videre. Vis ti bi multa ac varia huiusce modi exempla demonstrem in sacra scriptura, attende. Ezechias rex cum se à potenti Assyriorum exercitu obsessum videret summa tristitia afficiebatur, cui iussu Dei dixit Esaias. Hæc dicit dominus de rege Assyriorum. Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus. Promittit Deus Ezechiæ inimicos ciuitatem non occupaturos, nec intra ciuitatem sagittam missuros, tamen considera, quod plus fecit, quã promisit, quia in eadem nocte angelus interfecit centum octoginta quinque millia illorum. Contentus esset Ezechias solum quod tolleretur obsessio ciuitatis & aufugerent inimici, & factis his fidem suam adimplebat dominus. Plus tamen fecit: nam illos interficere etiã voluit. In Numeris etiã legimus, quod illis, qui digni fuissent sacerdotio promittebantur flores in virga & non solum dedit flores in virga Aaron, vt promiserat, sed etiam dedit fructus, quos non promisit. Ideo dominus per Esaiam. Venite, inquit, ad aquas omnes sitientes, & qui non habetis argentum properate. &c. Vocat sitientes, vt veniant ad bibẽdum aquas, sed dat non solum potum, sed etiam pastũ. Ideo dixit, Comedite bonum, & dilatabitur in crassitudine anima vestra. Vocat eos ad potum: verum illos quoque ad pastum inuitat. Mundus autem è contrario se habet etenim liberalis est in promittendo, arctus in promissionibus adimplendis. Multos quidem inuenies homines: qui tua causa montes aureos se facturos promittunt: teque verbis sesquipedalibus obruant, tamen cum ad opus deuẽtum sit nihil omnino perficitur. Promittunt se facturos, ad vltimum tamen nihil faciunt, & huiusmodi homines infiniti propemodum in orbe reperiuntur. Verũ religiosi viri ad summi Dei imitationem sunt in verbis arctissimi, verum in operibus amplissimi, promittunt pauca: & multa cõcedunt. Ita legimus fecisse Abraham, quando angelos in hominum forma per domum suam transeuntes inuitauit, quibus dixit. Offeram buccellam panis vt cõfortetur cor vestrum. Non promittit nisi buccellam panis, tamen coram eis posuit vitulum tenerrimum, optimum butyrum, & lac. Crede ergo Deo & eius amicis non vero verbosis hominibus: qui omnes nihil aliud per illud turpissimum os eijciunt, nisi verba mendosa & falsa. ¶ Expende etiã diligenter, quod non sufficit videre Christum oculis fidei nisi etiam portaueris eum in manibus. Non contentus fuit Simeon sola visione, sed vlterius progressus est, donec illum suis manibus excepit: atque ideo iustus sicut fidẽ habet, ita & bona opera. Multi Christum in ore ferunt, diabolum vero in corde portant. Multi etiam Deum per fidem cognoscunt, & omnes fidem adhibent illis rebus, quas sacrosancta mater ecclesia tenet, & amplectitur: tamen manus eorum dicit dominus per Esaiam sanguine plenæ sunt. In actibus suis crudeles sunt tyrãni, & auari: & quãuis Christianum nomen habeant, & in re vera Christiani sint per baptismum, tamen si ipsorum opera & vitam consideres, eos infideles & paganos vocabis. Ignea illa columna, quæ erat in nube & ducebat filios Israel eos ab Ægypto eduxit & per desertum comitata fuit: tamen in terram promissionis eosdẽ non introduxit, quam filij Israel armis expugnauerunt contra gentes debellantes, quæ eandem possidebant. Ità fides catholica sicut illa columna nubis Israel te educit è densissimis tenebris & infidelitate Ægypti, teq; ex infideli fidelem Christianum facit, & per desertum huius mundi te ducit, tamen ad introeundum cælum quod nobis promissum est, opus est non solum debella re sed etiam expugnare cœlum vi armorũ, dæmonem, mundum, carnemque superando: & veluti egregij milites bonis operibus laborantes & pugnantes comparaturi sumus gloriam eo modo, quo sancti eandem consequuti fuere. Quid tibi fides proderit, nisi etiam bona opera habeas? Sed qua causa putes Christum comparauisse fidem grano sinapis? Si respondis, quia paruum est: etiam grãum milij & lini & oryzæ paruũ est. Comparauit fidem grano sinapis: quia vltra quod parum est granum sinapis, habet etiam calorem: illudq; si dentibus extenuaueris & comederis protinus tibi oris intima comburet. Vult Deus quod fides vrat & calorem habeat, & retineat charitatis & amoris ignem, & bonis operibus & charitatis stipata sit. Ne tibi sola fides placeat, quia sola nequaquam sufficit ad animæ tuæ salutem. Quinimo, quam habes fidem perdes, nisi bonis eam suffulseris operibus. Ad domum constituendam & ædificandã cæmento opus est, post parietibus & tecto. Sic in spirituali ædificio, fides fundamentum est. Vnde Paulus, Fides (inquit) est substãtia rerum, argumentum non apparentium. Non proprie substantia est, tamen eam substantiam vocauit cum proprietatem substantię habeat: quia substantia accidentium fundamentum est, Ita fides (vt construat totũ spirituale ædificium) est quædam substantia super qua veluti super fundamentum construuntur & collocantur cæteræ virtutes. Ideoq; vbi Paulus dicit, substãtia, eius discipulus Dionysius vnicum fundamentum rerum sperãdarum dixit. Si ab aliquo domus euertatur contrario modo solo æquabitur ab eo quo cœpit ædificari: nam quod vltimo loco factum est, tectum fuit, & ita à tecto incipiet ruina. Eodem modo dæmon à bonis operibus incipit animæ ruinam desiderans. Tollit eleemosynam, orationem, ieiunium & castitatem, &c. quousque ad cæmentum deueniat, quod fides est, quæ manet sola sine parietibus, vt vsurarij & concubinarij, & scelerati homines Christiani, Exinanite, exinanite, vsque ad fundamentum in ea. Postea autem dæmon aggreditur fundamentum quod fides est, & ruit. Antequã Martinus Lutherus in hæresim laberetur, superbus, ambitiosus, lubricus, flagitiosus, & omni scelere coinquinatus erat: ac deinde hæreticus euasit. Totam domum prius dæmõ demolitus est, videlicet, castitatem, charitatem & humilitatem cæterasq; virtutes: & discooperto fundamento aggressus est fidem & ita mansit hæreticus. Sic Paulus suũ

Gala. 6.
Can. 3.
Psal. 47.
Mat. 9.
Num. 4.
Psal. 80.
Rom. 8.
Gen. 18.
Psal. 144.
Num. 17.
Esa. 55.
4. Reg. 19.
Esa. 37.
Psal. 2.
Esa. 24. 26. 57. & 58.
Matth. 17.
Hebr. 11.
Psalm. 136.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Tim.1. Timotheum monitũ vult dicens. Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, vt milites bonam militiam, habens fidẽ & bonam conſcientiam quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. Quia bonã conſcientiam à ſe repulerunt naufragauerunt in fide. Vtitur Paulus metaphora nauigantium, qui quando rationem gubernacu li habent & nauis clauus ſanus eſt remediũ habent, ſi anchoras in mare mittunt & nauem exonerant: tamẽ perdito & amiſſo gubernaculo, nihil remedij manet. Ita qui ſunt virtute exornati quanuis vnam amittũt & quandoq; aliam, adhuc ſalus manet: verum amiſſa fide, vitiorum tempeſtas exoritur & nauigantes in profundo mari ſubmerguntur. Sunt veluti mercatores, qui quãuis hoc & altero anno non lucrentur, tamen ſi aliquod venit tempus quo perditam fidem recuperent ſuſtentantur & aluntur. Tamen ſi recuperatam fidẽ perdunt iterum corruunt omnino, quia qua re merces agant non habent. Fides magnum Chriſtianorum bonũ eſt, ſi verò hanc perdunt nihil illis reſtat, quo alia bona lucrentur quod quidem ex nimia ſcelerum perpetratione naſcitur. In-

Pſal.118. tellectus bonus omnibus facientibus ea, ait regius vates, quia non permittet dominus deprauatum intellectum aliquem habere circa legem Dei, dummodo illam cuſtodiat & ſeruet. Hinc eſt quod data lege filijs Iſrael peractiſque miraculis, cum non intelligerent Iſraelitæ, & dixit illis Moſes. Cuſto

Deute.29. dite ergo verba pacti huius & implete ea; vt intelligatis vniuerſa, quæ facitis. Quibus verbis ſatis aperte docuit Moſes tranſgreſſionem mandatorum Dei potiſsimam eſſe cauſam, vt non intelligerent nec viderent, quanta feciſſet illis Deus. Fuerunt Angli & Germani aliquãdo Catholici: ſed poſtquã illarum regionum homines ebrietatibus & vitijs ſe tradiderunt, fidem protinus amiſerunt. Et ne idem noſtræ Hiſpaniæ eueniat, quæ nunc catholica eſt vehemẽter perhorreſco: nam ab Hiſpania fides diſcedere & effugere poteſt, & in Indos aduolare, quia tot ac tanta ſunt vitia, tot & improbi & ſcelerati homines, vt quẽ exitum ſimus habituri prorſus ignoremus, niſi noſmetipſos ad meliorem frugem per virtutem receperimus. Ideoq; fidem toto corde amplectimini, eãdemq; ne fugiat bonis operibus firmiter apprehẽdite. Quare ne contenti ſitis ſola Dei cognitione, nec etiam ſatis eſſe putetis illum nuda fide videre, ſed Chriſtũ veſtris manibus deferendo tanquam veri & probi Chriſtiani viuite, alter alterum amãdo, bonaq́ue opera exercendo: ſicut Simeonem feciſſe ſcimus, qui in templo Chriſtũ non ſolũ vidit & credidit: ſed brachijs excepit & in manibus portauit, quem dicit Euãgeliſta eſſe iuſtum quia fidem ſimul cum operibus habebat, quę hominem iuſtificat. Sequitur. *Et benedixit Deum & ait.* Laudat & gratias agit Deo, & ſequens Canticum cecinit pro impletione diuini promiſsi: quia patribus antiquis in rebus arduis & magnis mos erat, diuinis laudibus Deum extollere, & cantica diuina componere. Sic Moſes & Exod.15
Aaron quando profecti fuerũt ab Ægypto, & Ægyptios mortuos & in mari Rubro ſuffocatos atque ſubmerſos viderunt, pſalmũ protulerunt dicentes. Cantemus domino, gloriose enim magnificatus eſt. &c. Sic etiã cecinit Debora prophetiſſa poſt acceptam victoriam contra Siſaram principem exercitus regis Iabim dicens: qui ſponte obtuliſtis animas veſtras. Sic Anna mater Samuelis. Exultauit cor meũ in domino. Sic Ezechias rex Iſrael propter acceptum beneficium de vitæ longitudine: & Tobias propter donum de adepto viſu oculorum. Magnus es domine in æternum, & in omnia ſecula. Sic etiam Iudith truncato Holopherne poſt partam victoriam: & pueri in fornace Babyloniæ. Denique vt concludã cum Moſes vidiſſet terram promiſsionis & cognouiſſet ſe cito moriturum exultans in ſpiritu dixit. Audite cæli quæ loquor audiat terra verba oris mei. Sic ſanctus iſte ſenex veluti alter Moſes videns terram promiſsionis, verbum, ſcilicet, diuinum natura humana indutum & ſciens iamiam moriturum cœpit canere Deum, laudare & illi gratias agere, dicens. *Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace.* Nunc domine, iam nunc in pace moriar: quia oculi mei viderunt ſalutare tuum. Vſq; nunc domine mors erat hominibus horribilis, quia erat fortis & potens tyrãnus, qui obcæcabat animas & eas in infernũ præcipitabat: at nunc aduentu Chriſti iam dulcis mors eſt, quia Chriſtus fortem tyrannum debellauit, debellatumq; cõtrucidauit. Itaq; interclusum iter aperuit, & facilem viam in cælum nobis expediuit. Vſquequo omnium terribiliſsimũ erat mors, quia omnes etſi ſanctiſsimi in lymbum deſcendebant, & gloria priuabantur: at nunc quãdoquidem oculi mei vident mortis interemptorem, in pace moriar. Quamobrem in eo, q́ ait nunc, magnã differentiam oſtendit q́ eſt inter tempus veteris legis & nouæ legis: quia tunc clauſum erat cælum, & ideo mors triſtis erat, ſed nũc cum iam reſeratum ſit cæleſte domicilium lætus moriar, quia vidi oculis meis mortis euerſorem. Et nota, quod, nunc, aduerbium temporis emphaſim habet. Chriſtus morte ſua noſtram mortem ſic dulciſsimam reddidit, vt mors mortis nomen amiſerit, & nomen vitæ ſuſceperit. Ideoq́ue domine non vſqueadeo, ſed nunc lætus moriar in pace, quia meis oculis vidi autorem vitę. Sine me lętum mori, ne poſtea triſtis moriar: ſi te flagellatum, ſpinis coronatum & cruci affixũ videro. Cum ſene Iacob quando filium ſuũ Ioſeph vidit, dicere poterat hic ſanctus Simeon, iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam. Lætatur & cantat, quia dominum viderat. Antea ſicut ſuperius enarrare incepimus cecinit cum regio pſalte, defecit in ſalutare tuum anima mea, præ magnitudine de ſiderij: defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, quando conſolaberis me. Nam (vt Ambroſius optimè diſſerit) cum aliquem ſperamus dilectum, illuc tendimus oculos, vnde putamus illum venturum: & ob longam expectationem lacerati deficimus. Sic Anna vxor Tobiæ circunſpiciebat in via filij aduentum. Sic Dauid curren te de prælio altero poſt alterum de Abſalone ſolicitus præ amore filij nõ cor quietum ſed incitatum habebat & propterea à venientibus & redeuntibus de ſalute filij quærebat. Sic vxor teneræ ætatis maritum expectans de ſpecula litorali indefeſſa expectatione præſtolatur aduentum: vt quamcunque nauem viderit putet illac coniugem nauigare, metuitque ne videndi gratia dilecti alius ante aduertat, vt ipſa poſsit prima dicere, video te marite. Ipſa ſola omnibus domeſticis ablegatis occupationibus, ſemitas viantis quærit. Sic Simeon in reſpõſo, quod à Spiritu ſancto acceperat deficiebat præ magnitudine deſiderij: expectabat, deſiderabat, æſtuabat in deſiderijs, & videre illum cupiebat. At nunc ſaltat, tripudiat, cantat, lætatur & exultat. Conſidera igitur illud quòd ſentiret ſenex ſanctiſsimus cum ſe clariſsimis illis luminibus matre, ſcilicet, & filio circumſeptum videret. Delectabile quidem viſu eſſet, ſuauitatem & deuotionem, videre, qua iſte ſenex ſuum cecinit canticũ: quo tota Euãgelij ſumma clauſa eſt. O quã fortunati domine Deus ſunt illi qui te amãt & obſequium tibi præſtant, & quam bene conſumpti ſunt eorum labores: quando quidem iam in hoc ſeculo præſentiunt miram quandam venturæ gloriæ ſuauitatẽ & dulcedinem. Sola ſtellæ viſione Magi lætaban Matth.2.
tur adeo, vt gauderent gaudio magno valde quæ nihil erat niſi dux quidam, qui eos ducebat ad videndum illum, quem manibus ſuis excepit Simeon. Quanto maiori gaudio triumphaſſe credendum eſt Simeonẽ, qui puerũ Ieſum in vlnis ſuis ſuſcipiebat? Si tantum etiam gauiſus eſt ille, qui inuenit theſaurum q́ præ gaudio abijt & vendit vniuerſa, quæ habuit, nec tunc quidẽ tẽporis habebat theſaurũ: quanto maiori gaudio exultauit Simeon quando habuit diuinum hunc theſaurum, & illum propnjs manibus portabat? Si maxima feſta & ampliſ- Luc.15.
ſima conuiuia feciſſe ſcimus patrẽ familias propter aduentũ filij Prodigi quãdo domũ rediuit quanto maiorẽ fuiſſe ſenis lætitiam exiſtimabimus, quãdo in brachijs ſuis filiũ Dei habuit? Quod ſi tantum lætatus eſt Salomon & omnis populus Iſrael, cum intule 3.Reg.8.
runt arcam fœderis domini in oraculũ tem 2.Para.5.
pli: quanto magis lætatus eſt hic ſenex & gaudio repletus, videns verã fœderis arcam in tẽplo domini? &c. ¶ Porro vt ad alia tranſeamus ſecundũ verbum tuum dixit hoc beneficiũ mihi feciſti: ſecundum verbum promiſſum, q́ Spiritus ſanctus dederat illi. Sic enim dominus per Eſaiam ait. Verbũ meũ Eſai.55.
q́ egrediẽtur de ore meo, non reuertetur ad Pſalm.118.
me vacuũ. Ideoq; dicere poterat illud. Bonitatẽ feciſti cum ſeruo tuo domine, ſecundum verbum tuũ. Addidit etiã in pace. Nõ enim ſimpliciter dixit, nunc dimittis ſeruũ tuum, ſed dixit, in pace: quod proprium eſt Geneſ.15.
iuſtorũ. Abrahæ enim dictum eſt. Tu autẽ Philip.4.
vades ad patres tuos in pace, nutritus in ſenectute bona. Ille nãq; moritur in pace, qui habet hic illam pacẽ de qua Paulus. Et pax Dei quæ exuperat omnẽ ſenſum cuſtodiat intelligentias veſtras. Vis ergo in pace mori? Pacẽ in hac vita cum Deo & tua conſciẽtia compone: & contra vitia atrociſsimum prælium moue. Qui in hac vita pacẽ cũ vitijs inierũt, poſtea in morte dimicant, tamẽ illi qui dũ vixerũt clypeo fidei & haſta belLum cũ mundo, carne, & dæmone habuerũt in pace tandem moriuntur. Præliemur igi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, & in hac vita difficillima carnis expugnemus, si postea in pace mori exoptamus: & eo modo, vt dicere cum prophetа possimus. In pace in idipsum dormiã & requiescam. ¶ Attende quod postquam Simeon vidit Christũ, iam nihil prætер ipsum vult videre. Fastidiunt ei omnia, quæ mundus habet: postquã Christum vidit. Multi quidem res caducas & puncto temporis interituras magni æstimant: hinc oritur quædam veluti nausea, quæ regnat in eorum animis ita, vt nullum summi boni gustum sentiãt. Nam si paululum gustassent Dei suauitatẽ facilè quæ sunt in mundo despicerent: quia vt Paulus ait, Gustato spiritu desipit omnis caro. Stultorum hominum est vtriusq; partibus non auditis iudicare. Si hæc terrena putas esse dulcia & suauia id certè contingere credo, quia Dei suauitatem & dulcedinem non delibasti. Paulus, qui diuinas res gustauerat de terrenis dixit. Omnia arbitratus sum, vt stercora. Tu autem si hæc terrena magno precio æstimas, id fit, quia quanti sint cœlestia æstimanda prorsus ignoras. Flagitiosi homines mundi delicias & vanitates miris ad cælum vsque laudibus extollunt: diuinas autem nullo loco habendas esse putant: quod contingit, quia mundus auditur, Deus vero reijcitur. Pluri mi magni faciunt mundum, quia Dei potentiam non vident. Ideoque si tu incipe res gustare quæ sunt Dei, cito præsentem vitam odisses, sicut hic faciebat Simeon: qui viso Deo noluit amplius mundum videre. ¶ Aduertendum quoque est quod boni desiderant separari à vinculis humanæ carceris, quam Simeon iste iam sicut Paulus cupiebat dissolui & esse cum Christo. Et iterum ipsemet Paulus ait. Infœlix homo, quis me liberabit à corpore mortis huius? Dauid quoque ait. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar. &c. Sicut hierax, qui volans rostrum & vngues iniecit in ardeam quam captam ducere voluit, locusque ei dilaniandi auem relictus est, statim inopinato aucupum aduentu coreatus cucullus hieraci imponitur & vincula, quibus vinculis pedibus hieracis impositis collocatur in loco vbi cæteræ aues, quæ captant collocari consueuerunt. Hieraceque tunc in suo loco posito eius plumæ manent erectę & suis vngulis excusso coreato cucullo inclinatur in tuo & auibus destituto loco & nullus est, qui illum, quietum reddat. Sic Paulus cum ad tertium cælum ductus fuit diuinamque essentiam vidit & gustauit se in hoc mundo videns loco corporibus destituto & cum cucullo carnis non potest quiescere: & omnia frangere volebat, vt iret ad Christum. Sic Dauid, sic Simeon postquã vidit Christum vult etiam volare & iam ei hæc vita fastidit, & tandem vult dimitti & esse cum Christo. Vt enim auicula conclusa in cauea quanuis pretiosa sit ex cedro, ebore, vel auro confecta exire tamen cupit & præ desiderio egrediendi rostellum iterum atque iterum foras extra rete caueæ emittit: sic anima pij viri qualis Simeon erat diuino amore incensa inclusa tamen tenebatur misera hac corporis cauea: & licet omnibus diuitijs circumfluat patiam tamen suam hoc est cælum ardenter appetit, quare pijs illuc eundi suspirijs ac desiderijs flebili gemitu sociatis diu noctuque inflammatur, vt finito huius vitæ exilio, in sempiterno illo beatorum domicilio tandem requiescat. Lę tantur morte iusti, eam cupiunt & à vinculis huius corporis egredientes exultantes triumphant. Tamen impij ècontra inam sicut latrones, qui iudices & prætores timent ita isti scelerati homines à propria conscientia reprehensi fugiunt mortem metuentes ne appareant coram iudice. Si duo in carcere detineantur alter innocens vel leuissimæ rei causa, & alter propter homicidium aut flagitium enorme: qui propter leuissimam rem detinetur cum sit vir probus carcerem odit, & de illo conqueritur cuius causa detentus est. At sceleratus & facinorosus gaudet in vinculis nec à carcere exire vult quia se exiturum ad mortis supplicium prę cognoscit. Nostra anima detenta est à carcere huius corporis veluti aliquis, cui propria domus in carcerem datur. Sic Adam antequam peccaret hoc corpus tanquã propriã domum habebat, cuius dominus ipse erat & effrænati appetitus obedientes erant rationi. Tamen cum peccauit Adam, tradidit illi Deus propriam domum in carcerẽ: itaq; corpus quod antea habitatio iucunda animæ erat postquam peccauit, molestissimus carcer est. Carcerem corpus esse putabat ille, qui dixit. Nunquid mare ego sum aut cæte, quia circundedisti me carcere? & propheta regius domino ait. Educ de custodia animam meã. Boni & mali sumus omnes in hac vita vinculis huius corporis constricti.

Psalm.4. *Roma.8.* *Philip.3.* *Philip.1.* *Roma.7.* *Psal.119.* *1.Cor.12.* *Psal.118.* *Philip.1.* *Prouer.3.* *Genes.3.* *Iob.7.* *Psal.141.*

stricti. Boni tamen summa afficiuntur molestia, eo q̃ se vinctos cernant, quare exire summopere cupiunt quia eorum obitum & exitum ad libertatem & vitam esse præintelligunt, quamobrẽ morte lætantur. Ideo Paulus cũ dixit, Cupio dissolui, statim addidit. Et esse cum Christo: nam alias nõ cuperet dissolui. At homicida eligit potius in carcere manere, quam solui & exire: & ita si audit reserare ostium carceris statim putat esse suspendendum. Sic impius nõdum laborat febri vel capitis dolore, quando vitã cũ morte se cõmutaturũ opinatur. Et sicut homicidam pœnitet, q̃ sibi soluantur catenæ, quia existimat indicium esse venturi supplicij: ita sceleratum pœnitet propter corporis huius solutionẽ quando oppressus infirmitate existimat adesse mortẽ. Et veluti homicida ait. O meæ dulces catenæ, ò iucũda vincula, ò lætus carcer. Quis mihi daret hic esse, nec vos dimittere? Sic quoq; improbus ait. O meæ dulcissimę deliciæ, ò suauissima vita, ò indultum corpus, quãta molestia afficiar si te dereliquero. Sed quæ est causa quare vir bonus morte delectatur, impius vero tristatur? Eam Salomon ponit in Prouerbijs dicens. In malitia sua expellitur impius: iustus autem sperat in morte sua. Quamobrẽ cum te moriturũ certo scias, da operã, vt bene viuas: nam bona & integra vita, signũ certissimũ est mortis fœlicis. Simeõ qui iustus & sanctus erat canit & exultat cum mortis nuncio: & gaudet: quia scit se cito moriturũ, gaudẽsq; mortẽ expectat. Cantat cygnus cũ morti appropinquat, & maris serena flet, & gemitib⁹ incitatur: quia (vt Philosophus ait in problematibus.) In morte accedit sanguis ad cor & sanguis cygni generosus est, & vilis sanguis serenę: atque ideo serena clamat & vociferat, cygnus vero dulciter canit. Sic impij malum habẽt sanguinem, quia peccatum sanguinem corrumpit & vitam constuprat, & ideo morte contristantur: iusti autem cum habeant bonum & generosum sanguinem, ideo lætantur & exultant in morte. Generosum igitur sanguinem habere contende & da operam vt possis cum iusto Simeone in morte cantare. Si in vita ploraueris & pœnitentiam egeris, bonum sanguinem tenuem, pœnitentia & lachrymis purum nutries: quem si habueris, absque dubio in morte cantabis. Expende igitur quod qui flet in vita cantat in morte: & qui ridet, gaudet, & cantat in vita, flebit tandem misere in morte. Simeon vir sanctus, qui in hac lachrymarum valle flebat, nunc cantando moritur: tamen qui rides, ludis, & in hac vita gaudes, non dubites quin flendo moriturus sis, dicente domino. Væ, qui nunc ridetis, quoniam flebitis. Et de iustis. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sed ad contextum. *Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Iam causam tanti gaudij reddit. Causa autem est, quia viderunt oculi mei salutare tuum. Iure æquissimo poterat lætari & gaudere: quia Christus etiam dixit apostolis. Beati oculi, qui vident quæ vos videtis. O si illum vidisset Abraham, qui tantũ desiderauit videre diẽ domini. Quid si illũ videret Iacob: qui hoc desiderio moriens dixit. Salutare tuum expectabo domine? Abraham vidit & gauisus est, tamen de longè Christum prospexit: sed nec vero iste prope erat. Quando rex simulatus venit aliquem ludum & torneamentum visurus magno afficit beneficio illum cui se manifestat & cognitum facit. Ita Simeon pluris hoc æstimauit beneficiũ, quia rex gloriæ Christus in hunc mundum veniens nostra cum humanitate incognitus se manifestare sancto seni Simeoni voluit. Hoc quidem gratulatur Simeon, quia eius oculi ità fœlices fuerunt, vt Christũ videre, digni habiti fuerint. Deuotissima quidẽ res esset nunc senem videre, efferentem laudibus Christum: & dicentem, Nunc dimittis. Quid secum cogitarent, qui erãt in templo cum videret suum sacerdotẽ senio iam cõfectum & omni dignum reuerentia habentem hunc sermonem cum puero, filio pauperculæ & incognitæ mulieris? Mirarentur quidem cum præ gaudio plorantem illum, & cantantem cernerent. Quis non obstupefactus adhiberet diligentiam in huius rei veritate inquirenda? O obstinata malitia Iudæorum: qui hæc omnia videbant, & tanquam cæci non considerabant. Nec miror hoc ab eis non considerari nec aduerti: nam veluti surdi & cæci illud Magorum aduentum non considerarunt. &c. ¶ Aduerte etiã q̃ salutare nostrum salutare Dei vocat, quia propter ipsum decreuit Deus mundum saluare: omniumq; salutem cõstituit in eo, de quo fertur in psalmo. Notum fecit dominus salutare suum, in conspectu Gentium reuelauit iustitiã suã. Et in Genesi Iacob patriarcha. Salutare tuũ expectabo dne: Cui sa lutari loquitur pater per Esaiã. Dedi te in lucem

Psalm.42. *Genes.49.* *Esai.49.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Deniq́ de isto sancto sene Simeone locutus Dauid in psalmo. De siderium animæ eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Longitudine dierum adimplebo eum, & ostendã illi salutare meum. ¶ Perpende etiam ad tuam eruditionẽm, quomodo in solo Deo vera inueniatur pax, verum gaudium & lætitia. Quia enim Christum viderat iam in pace quieſcit. Causam dicit pacis esse videre Christum, quia solum in eo est pax. Ionas à Deo discedens, quietem inuenire nõ potuit: & fugiens in naui, statim vehemẽs tempestas suborta est, quia vbi Deus non adest, ibi vrget tempestas. Orauit ab vtero cæti, & ereptus est à præteritis laboribus. Ne in huius vitæ rebus requiẽ quæras: nec in hoc mundo verum gaudium posse inueniri existimes: quã ob rem ad dominum reuertere: nam breuius iter & certius est Christus, ad inueniendam consolationem, quã tuus spiritus exoptat. Toto tempore, quo Iacob fuit domi Laban, multis fuit lacessitus laboribus: tamen ab eo discedens, statim angelos inuenit. Qui mundo inseruiũt non nisi laborem & desolationem capient, veluti Iacob in obsequio soceri Laban: quapropter domini famulus redeat in domum patris sui qui Deus est, vbi diuinas inueniet consolationes. Sequitur. *Quod parasti ante faciem omnium populorum.* Ante incarnationẽ solum hoc salutare erat ante faciem Israel, quia notus in Iudæa Deus, & in Israël nomen magnum eius. Solum enim Iudæi Deum cognoscebant: illi soli Deum venerabantur, & illis solis Deus dederat legem. Solummodo ante faciem Israël erat hoc lumen paratum, vt illud in versiculo sequenti vocat Simeon: sed incarnatus est vt redimeret omnes, & omnibus notitiam sui præberet: & sic omnes ad se traheret, tam Iudæos quam Gentiles: ita vt sit distributio accommodata pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, sicut in Daniele legimus. Omnes populi, tribus, & linguæ seruient ei. Et in Esaia. Parauit Dominus brachium sanctum suum, in oculis omnium Gentium. Brachium Domini est vnicus filius Dei patris, per quem pater omnia fecit: de quo brachio ait Psalm⁹. Saluauit sibi dextera eius, & brachiũ sanctum eius. Pater parauit hoc brachium ante faciem omnium populorum, quibus prædicaturus erat Christus per Apostolos: iuxta illud Psalmi. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Et rursus. Viderunt omnes fines terræ, salutare Dei nostri. Et Esaias, Videbit omnis caro salutare Dei nostri. Parauit illum in incarnatione, vt in carne illum videre, alloqui, & communicare possemus, vt tractabilis, & vtilis omnibus esset. Nã si gloriosus, & cũ maiestate, & æterna authoritate, quam cum patre habet veniret, quis in eum oculos conijcere posset? Nullus coram diuina maiestate esse auderet. Tamen benedictus Deus qui ita nobis filium suum paratũ dedit, vt eo in similitudinem peccati viso accedere ad eum publicani, & peccatores, claudi, cæci, leprosi, Iudæi & Gentiles possent: denique omnes populi cuiusq́ cunque status fuerint & conditionis.

¶ Præterea in sola Iudæa erat cum Simeon hæc narrabat: sed positum fuit hoc lumen in crucis candelabro, & tunc cognitus fuit ab omnibus populis. Tunc Centurio cognouit, & dixit. Vere filius Dei erat iste: & prædicatio Euangelij diffusa est. Ideoq́ non dixit posuisti, sed parasti, quia paratus erat, vt poneretur postea ante faciem omnium populorum in cruce, vt ab omnibus cognosceretur. Quemadmodum Heli non poterat videre lucernam, donec extingueretur, sic nec Christus cognitus est à mundo, donec per mortem extinctus est in Cruce. In cõspectu omnium populorum dixit, quia omnes populi illum expectabant. De Iudæis. Vtinam disrumperes cælos & descenderes. De Gentibus tamen ait Iacob. Ipse erit expectatio Gẽtium. Et Aggæus. Venit desideratus cunctis gentibus. Et Paulus. An Iudæorum Deus tantum? Nonne & gentium? Et princeps apostolorum Petrus. In veritate comperi, quia non est acceptio personarum apud Deum, sed in omni gente qui timet Deum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Ideo Dominus. Eritis mihi testes in Iudæa, & in Hierusalem & Samaria, & vsque ad vltimũ terræ. Apud Esaiam quoq; legimus. Dedi te in lucem gentium: vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Ideoq; quia Christus vt hîc fatetur Esaias veniebat ad illuminandũ gentes, subdidit sanctus Simeon. *Lumen ad reuelationem Gentium & gloriã plebis tuæ Israel.* Rectè diuidit dans lumen Gentibus & gloriam Israeli, quia Gentes erant in tenebris infide-

Psal.20. *Ion.1.* *Gene.32.* *Psalm.75.* *Dani.7.* *Esai.53.* *Psal.79.* *Psal.18.* *Psal.97.* *Esai.52.* *Luca.19.* *Mar.15.* *1.Reg.4.* *Esa.63.* *Gen.46.* *Agge.2.* *Roma.3.* *Act.10.* *Act.1.* *Esai.49.*

infidelitatis, & illis ignotus erat Deus. Qua propter Esaias loquens de aduentu Messiæ & illuminatione Gentium, ait. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnam: ambulantibus in regione, & in vmbra mortis, lux orta est eis. Hac de causa Gentiles per stellam vocati sunt ad Christum, Iudæi autem habentes legem & Dei cognitionem & fidei lumen, erant legis prẽuaricatores & violatores: ideoq́ gloria in digebant. Gloria enim Iudæorũ fuit Christus, quia ex eis natus est: & omnes à peccatis liberauit. Susceptor meus, gloria mea, & exaltans caput meum, scilicet, à peccatis. Optime hoc testatus est Esaias. Erit germẽ domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis & exultatio his, qui saluati sunt ex Israel. Igitur ad hoc venit Christus in mundum vt oculis gentium cęcis veritas ignota ostenderetur: & Israël promissum, & desideratum excipiens, gloriaretur. Præponitur autem reuelatio Gentium gloriæ Israel, quia plenitudo Gentium prius introducetur, quam reliquiæ Israël saluæ fiant. Paulus enim ait. Cum plenitudo tẽporis intrauerit tũc omnis Israël saluus fiet. Populus itaq́ Gentiũ illuminatus est in Christi aduẽtu, quod olim Esaias prædixerat dicens. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucẽ magnam: ambulãtibus in regione & vmbra mortis, lux orta est eis. Sed quæ lux est hæc? Subdidit dicens. Paruulus natus est nobis & filius datus est nobis, &c. Hoc incepit facere statim in suo ortu cum vocauit Magos ab oriente stella duce, qui fuerunt primitiæ Gentium: vbi latera Aquilonis (vt Dauid ait) facta est ciuitas regis magni. Per quæ latera Dauid intelligit populos Gentiũ. Nam in populos Gentiũ dominabitur ille superbus Lucifer, qui dixit in lateribus Aquilonis ponã soliũ meũ. Inter Gẽtes posuit diabolus soliũ regni sui: & à Gentibus idololatris adorabatur. Et veluti de maximo amico alicuius dicimus, q̃ non recedit ab eius latere, quia cum illo & iuxta illum incedit, sic populus gentiũ latera erat diaboli, propter eius coniunctã amicitiã. Hæc latera Aquilonis in Christi nata h facta sunt ciuitas regis magni Christi, cũ gentes venerunt ab oriẽte, & offerentes aurum, thus, & myrrhã, adorauerũt eum. Erat hoc lumẽ in vtero virginis absconditũ, sed nascẽs fuit positũ super candelabrũ, & illuminauit totũ orbẽ. Ad hoc natus est Christus: vt omnes illuminaret, præsertim cæcos Gentiles, vt hic dicit Simeon, vt sua doctrina, & apostolorum prædicatione detegeret dæmonis fallacias, atque idololatriã destrueret, & sic illuminarentur, auferẽs eorum cæcitatem & ignorantiam, quia Christus mundi saluator, & dominus fuit lumẽ ad reuelationem gentium. ¶ Expende hic & vide quòd lumen illuminãs positum est ante conspectum hominum: ergo si tu nõ rectè ambulas, lumini non imputetur, sed tuæ negligentiæ, quia videns lumen & viã habens, recta via non vis incedere. Pauci iam ignorantia peccant. Nunquam tot in ecclesia extiterunt concionatores, nec tot reperti fuerunt theologi, & literati, nec tam pauca vt nostris temporibus bona opera inuenta fuerũt. Abundanti scientia nunc polleant viri ecclesiastici, sed charitate exigua. Sunt quidẽ homines hac nostra tempestate illuminati intellectus: frigescunt tamen volũtates. Ita nũc homines incidunt in peccata sicut Balaã qui apertis oculis cadebat: quia cum legem Dei cognoscãt & quòd facere teneãtur intelligant, nolunt à voluntate peccandi desistere, sed in peccatorum voraginem se conijciunt. Vide ergo ne lumẽ quod in te est tenebræ sint: ne igitur vitam malis tuis operibus obscuram facias, sed de his alio in loco. ¶ Verum, vt hunc canticum concludamus aduerte quod magnificatur Christus in hoc hymno à beato isto sene sub ratione salutis omnium, lucis gentiũ & gloriæ Iudæorum. Primum clemẽtiam, secundũ sapiẽtiam, tertium vero potẽtiam manifestat sub ratione pacis. Ideo laudatur in hoc cantico, vt pax, vt salus, vt lux, & vt gloria. Pax est, quia mediator, salus, quia redemptor, lux, quia doctor, & gloria, quia præmiator. Et in his quatuor cõsistit perfecta Christi cõmendatio & magnificentia: imò totius euangelicæ historiæ quædã breuissima comprehensio, & veluti epilogus. Quantum ad incarnationem, in pace prędicationem, in luce, redemptionem, in salute, & resurrectionem, in gloria. Et quia canticum hoc cõtinet plenitudinẽ laudis Christi, & cõsolationem mortis Simeonis: ideo singulas post vesperas cantatur in Completorio. Iam vero quid post hoc cãticum actũ sit audiamus Lucam historiam prosequentem. Ait enim. *Et erat pater eius, & mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo.* Admiratio ex ignorantia procedit. Admiratio eue

Esa.9. *Matth.2.* *Psalm.3.* *Esai.4.* *Psa.14.* *Roma.11.* *Esa.9.* *Matth.2.* *Psal.47.* *Matth.5.* *Num.23.* *Matth.6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit, quia viso effectu causa nõ cognoscitur: sicut admiratur rusticus de eclypsi solis & lunę, astrologus verò minime, quia scit causam eclypsis. Miratus fuit Pharao quando septem illas vidit spicas, & septẽ vaccas pingues: & Nabuchodonosor cum vidit arborem & statuam, & Balthasar digitos scribentes in pariete: quia hi ignorabant quænam hæ res significarent. Sed cur Maria & Ioseph mirabantur, si ipsi sciebant Christum esse verum Deum, mũdi saluatorem, lumen gentium, & gloriam Israël? Mirabantur ex ampliori notitia rerum diuinarum. Opera enim Dei quanto amplius cognoscuntur, tanto admirabilius mentem suspendunt. Obstupebant etiam admiratione congratulationis, & reuerentiæ. Bonitatem, & Dei misericordiam admirabantur, necnon diuinam eius sapientiam, & potentiam: quibus humanam salutem tam mirabiliter instituerat: & admirabantur ea, quæ passim de isto puero dicebantur. Sicut regina Sabba mirabatur sapientiam Salomonis propter cibos mensę eius, habitacula seruorum, ordinis ministrantium, & similium: sic Deipara virgo quomodo sapientia diuina ita in numero põdere & mẽsura omnia dispositerat, & admirabatur pulcherrimũ horum omniũ consensum, quicquid pastores, quicquid Angeli, quicquid Magi, quicquid Simeon retulerunt: denique quicquid prædixerant prophetæ optime inter se congruere. Hinc admiratio nascebatur & gaudium: ita vt merito dicere potuissent illud Esaiæ. Quis vnquam audiuit tale? Quis vidit huic simile? Et in Psalmo. Quam magnificata sunt opera tua domine omnia in sapientia fecisti. Et Paulus, O altitudo diuitiarũ sapientiæ, & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt. &c. Discamus opera Dei mirari, & considerare. Vtinam & nobis non stulta & contẽptibilia videantur, quæ illis mirabilia erant. Verbum enim crucis (inquit Paulus) pereũtibus stultitia est, his autem, qui salui fiunt Dei virtus. Multi non mirantur Christi paupertatem, humilitatem, abiectionẽ, imo contemnunt eam, sicut Michol, quæ cum Dauidis humilitatem mirari oporteret, quando coram arca testamenti saltabat, non solũ non est mirata, sed illum despexit. Sic etiam & nũc, à multis Christi humilitas contẽnitur, & vilipenditur euangelica paupertas. Alijs etiã arridet patientia, quam cũ hominibus Deus habet. Nam quia ipsorum conuersionem expectat, & patientiam habet, vt toleret ipsorum grauissima peccata, audaciã, & inanem fiduciam arripiunt, vt grauius in dies magis ac magis peccent.

Genes. 41.
Dani. 4.
Dani. 5.
3. Reg. 10.
Sapi. 10.
Esai. 66.
Psalm. 103.
Roma. 12.
1. Cor. 1.
2. Reg. 6.

¶ Præterea non miramur res diuinas: quia ab eis distamus. Vt enim Apenninus mõs altissimus à Genua nobili Liguriæ emporio incipiens paruus apparet mediterraneũ mare procul nauigantibus magno interiecto spatio, sic opera Dei cum sint sublimia adeo, vt nubes transcendant, quia longe distamus ab eis, & cogitationem & considerationem nostram rebus istis terrenis implicamus, ideo nõ miramur magna opera Dei. At homo pius miratur sublimia Dei opera sicut Maria virgo & Ioseph mirabantur super his, quę de illo dicebãtur. Primus & verus fructus qui ex verbo Dei percipitur animi est admiratio & conscientiæ lætitia: idque omnes electi semper experti sunt: nosque experti essemus si opera Dei, & verbũ eius studio quã maximo meditaremur. Vnde Dauid. Mirabilia opera tua, ideo scrutata est ea anima mea. Cõtemplamini igitur omnes res Dei: nam quanto magis intellexeritis, tanto magis in admirationem rapiemini. Beneficia Dei nunquã miramur, quia ea non consideramus & expendimus. Nõ mirandũ est Deũ per vnum & alterum annum ferre peccatores cum millies ab eis turpissime inhonoretur? Hęresim contra Deũ profers, de eo blasphemiam dicis: & idem met Dominus, quem tu offendis tunc acria mala medica creat, vt tuam tẽperes bilim. Miror sane quoties expendo patientiam, quam Deus habet in ferẽdis peccatoribus, &c. Cæterum de his alias. Verũ in eo quod Iosephum patrem Christi vocat iam in superioribus admonui, & in capite quinto decimo huius in parabola filij prodigi latius explicabo, quod in sacris literis plurimę res vocãtur non vt sunt, in reiveritate, sed quia ita æstimantur & reputantur. Sed ad cõtextũ. *Et benedixit illis Simeon.* Consuetudo fuit sacerdotum veteris legis benedicere parentibus, qui infantem in templo offerebant. Non habemus, qua benedictione illis benedixerit, crediderim tamen illam fuisse, quæ in libro Numerorum habetur. Benedicat tibi dominus, & custodiat te: ostẽdat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui: conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Potest etiã dici quod hæc

Psal. 118.
Num. 6.

benedictio sit imprecatio bonorum. Benedictio enim in sacra scriptura si sit hominis ad hominem est bona precari: si verò est hominis ad Deum, est laudare: Dei vero ad hominem est benefacere. Cuius rei testimonia per ordinem citabimus. De primo in Genesi habetur quod benedixit Melchisedec Abrahæ, ideſt, bona illi imprecatus est. Et in eodem habetur quod fratres Rebeccæ benedixerunt ei, ideſt, bona imprecati sunt illi dicentes. Crescas in millibus, &c. De secundo exemplum habes in multis psalmis. Benedic anima mea dominum. Et etiã hic dicitur de Simeone, quòd benedixerit Deũ dicens. Nũc dimittis, &c. id est, laudauit Deum. De tertio scriptura plena est. Seruus Abrahæ dixit. Dominus benedixit domino meo, ideſt, benefecit in agris, ouibus, &c. Idem dicit scriptura de Putifari domino Ioseph, cui benedixit Dominus, hoc est, multiplicauit bona propter Ioseph. Et idem dicit de Laban, de Iob, & de multis alijs. Itaque hic benedicere idem est, quòd bona precari. ¶ Aduerte etiam, quòd benedicere aliquando sumitur in sacris literis in malam partem pro maledicere, vt est illud tertij Regum, vbi scribens Iezabel ad principes dixit de Naboth Israëlita: Benedixit Deo & regi. Intelligendum est à contrario sensu, pro maledixit, sicut illa verba execrabilia vxoris Iob, cum dixit. Benedic Deo & morere, ideſt, maledic. Et illud etiam ipsius Iob dicẽtis. Ne forte peccauerint filij mei, benedicentes Deo in cordibus suis. Et illud Sathanæ ad Deum de Iob. Nisi in faciẽ benedixerit tibi. Est etiã verbum, benedic, apud Hebræos de numero illarum dictionũ quæ tam in bonam partem quã in malam accipiuntur, sicut apud Græcos anathema, quòd est donariũ Deo in templo appensum, & extremam detestationem significat. Et apud Latinos sacer & sacrum in malam partem interdũ accipiuntur, pro execrãdo & detestando, iuxta quã significationẽ dixit poẽta. Quid non mortalia pectora cogis Auri sacra fames? Hic nõ est dubiũ quin benedicere in bonã partem accipiatur: & sumitur hic pro bona imprecari. Obserua autẽ quod licet maiores essent Christus, Maria & Ioseph, Simeone in sanctitate & excellẽtia, tamẽ Simeõ erat maior in sacerdotio, atque ideo benedixit, quia ex officio illi incũbebat. Docemur honorare sacerdotes tametsi aliqui minus boni sint secularibus: tamen officij, & dignitatis causa honoris digni sunt: quia Christus, & beata virgo licet præstãtiores essent subijciuntur ei, & ab eo benedictionem accipiunt. Quãuis sacerdos impie viuat, obseruatione nihilominus dignus est, atque ideo sacerdoti misit Christus leprosum quẽ curauit: & Caiphas: quia põtifex erat propheticõ spiritu est illustratus. Discamus etiã non contẽnere benedictiones ecclesię & sanctorũ patrũ sed eas amplecti, sicut olim filij diligebãt benedictiones patrũ & matrum. Sic Iacob & Esau contẽdebant de patris benedictione. Idẽ legimus de filijs Iacob, quia vt Sapiens ait, benedictio patris firmat domos filiorũ. Et è conuerso timendę sunt maledictiones: nã sequitur ibidẽ. Maledictio autem matris eradicat fundamenta. Et licet non semper contingat imprecatio maledictionis tamen formidandũ nẽ post multas maledictiones eueniat. Præterea obseruandũ quoque est, quod locuturus Simeon de Christi passione prius benedicit: vt doceat per redemptoris passionẽ nos ab omni maledicto esse liberatos. Sic Paulus. Christus nos liberauit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus. *Et dixit ad Mariam matrẽ eius.* Ad quam prophetico spiritu loquitur de futuris potius quam ad Ioseph, quia sciebat, quòd vera esset genitrix Christi saluatoris nostri: de quo beatus hic senex quinque prophetauit. Primo quia in aduentu eius irruerent multi ex inimicis. Secundo quod sublimarentur amici. Tertiò quod nihilominꝰ haberet multos aduersarios. Quarto quod cũ magna angustia matris occideretur. Quinto, quòd in aduentu eius pateret qui essent amici, & qui inimici. Sed singula expendamus. Ait itaque ad virginẽ. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionẽ multorum in Israel.* Seuera vtique hæc prædicatio est quã omnes qui Christiani sumus sæpe contemplari debemus, vt videamus quid in nobis operetur agnitio Christi: an ad meliora pergamus, an vero in deteriora ruamus. Huius itaq; orationis singula verba discutiamus. Ecce (inquit) positus est hic in ruinã, & in resurrectionem multorũ in Israël. Auditu horribile est quod Christus in ruinam futurus sit: horribilissimum quod non vni, sed multis id accidit, & longe horribilius est, quod id ipsum non similiter de hominibus ac gentibus, sed de Israele dicitur, hoc est, de his, in quos nulla

Gen. 14.
Gen. 24.
Psal. 102.
Psal. 103.
Gene. 23.
Gene. 39.
Gene. 32.
Iob. 42.
3. Reg. 21.
Iob. 2.
Iob. 1.
Matth. 8.
Ioan. 11.
Gene. 27.
Gene. 46.
Eccle. 3.
Gala. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius rei suspicio propemodum cadere posse aliquis arbitretur. Nec solum Simeon dicit: dictum quoq; antea fuit ab Esaia: cuius verba sunt. Erit dominus in lapidem offensionis & in petram scandali duabus domibus Israël: in laqueum & in ruinam habitantibus Hierusalem. Et offendent ex eis plurimi & cadent & conterentur, & irretientur, & capientur. Hæc prophetia non nisi de Messia intelligenda est. Quod autē Simeon hæc prophetiæ verba ad Christū transtulerit manifestum est: quia illum pro vero Messia habuit & credidit. Illud vero quod ait de ruina non intelligendum est, quod ipse præbuerit alicui occasionem ruinæ. Deus enim neminem solicitat ad malum, nec impellit ad peccandum, quia cum ipse nullius mali autor sit ita peccare nequit. Sed ipsi homines sua propria malitia in causa existente ruunt, dum Christum redemptorem & saluatorem nostrum illis datum non tantum per infidelitatem non recipiunt, sed illi & eius mandatis resistunt, scelera patrando. Sic Pharisæi audientes Christi doctrinam scandalizati sunt. Et Paulus ait. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam. Ipse enim non est causa ruinæ. Lapis positus est in itinere & ostendit iter: tū si impingis in illum, tibi imputabitur: ex malitia enim tua prouenit. Prædicabat Christus, & impij pharisæi male interpretabantur: multi enim data opera conabantur illum loco mouere in quo posuerat Deus: & huic lapidi sic credere nolebant & eum pro Messia agnoscere recusabant erat, eo quod humilis veniebat & apparebat. Pharisæi illum repudiabant: propterea quod hypocrisim eorum falsam & fucatam iustitiam arguebat, & solidam iustitiam docebat. Gentiles contēnebant eū & quod in cruce moreretur stultum iudicabant eum, qui tali supplicio affectus esset, adorare. Præpotētes oderant & execrabantur illū quod metuerēt se per illū fore à potestate & imperio deijciendos. Idolorū cultores ferre nequibant, eo quod omnia idola damnabat: & plærique omnes aduersabantur quorum studiū erat fraudulentū & malum, eo quod vitia in illis redarguebat, aliterque docebat quam ipsi vellent. His omnibus Christus factus est in ruinam superioribus temporibus: & quod calamitosius est etiam nunc multis factus est in ruinam in eo, quod quidam norunt & vident verbum Dei atque veritatem: tamen propter proprium compendium & emolumentum, manifestè veritati reluctari audent. Nonnulli cum euangelium gratiæ audiunt, ignauiæ, voluptati, & ocio se dedunt, & flagitia virtutem esse putant. Alij si aliquādo ob peccata pœnam luere coguntur, statim Christum aut Dei verbum fastidire incipiunt. &c. Vnde fit vt Christus his etiam temporibus multis sit in ruinam. Ipsi quidem cadunt: sed lapis Christus integer manet, māsurus in omnia sęculorum sęcula. Timeamus & nos ne pariter in Christum impingamus. *Et in resurrectionem multorum in Israel.* Hæc vox blandior est, & maioris consolationis, quam præterita: imò in hac voce verum habemus fructum aduentus Christi. Ego (inquit ipse) veni, vt vitam habeant: & abundantius habeant. Rursus Deus misit filium suum non vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Idem quoq; sentit Simeon in hoc verbo, positus est in resurrectionem multorum. Auxilio huius pueri multi se erigent & resurgent: qui longo tempore peccatis immersi iacent. Hæc prophetia effectum sortita est, & in dies ad huc impletur. Experti hoc sunt multi miserrimi peccatores, vt Zachæus, Matthæus, Petrus, Paulus, latro in cruce & alij. Quis etiā & nunc à peccatis resurget, nisi adiutus eius auxilio? Ideoque Deo acceptum ferre debemus, qui nobis hunc Christum in resurrectionem dedit: vt in illo & per illum possimus resurgere. Est enim propiciatio pro peccatis nostris. Et ipse quidē ait. Ego sum resurrectio & vita. Admonet locus iste, ne quis quantumuis sibi videatur stare nimis confidat: potest enim cadere. Nemo etiam quanuis sit vitijs suffocatus, & iam in Barathro peccatorum sepultus desperet: positus est enim Christus in resurrectionem multorum. Non est resurrectio quin præcesserit ruina. Cecidisti, peccasti, ne desperes: nam Christus positus est in resurrectionē & ideo resurgere poteris. Audi Paulū. Si cōmortui sumus, & conuiuemus. ¶ Aduerte autem quod non dicit, in resurrectionem omniū, sed in resurrectionem multorum: quia licet venit ad saluandos omnes, hos tamen tantummodo saluauit, qui crediturī erant in nomine ipsius. Venit inquam in ruinam & in resurrectionem multorum. Ac si diceret beatæ virgini. Filius hic tuus quam

Esa.8.
Iacob.1.
Matt.15.
2.Cor.1.
Matt.5.&23.
Rom.10.
Ioan.10.
Ioan.3.
Matth.11.
Ioan.11.
2.Cor.2.
2.Tim.2.

quam datus est à Deo ad hoc, vt salutē conferat omnibus, tamen hominū vitio fiet, vt quēadmodum multos Dei donum amplectentes erecturus est ad spem salutis ęternę ita multos Israëlitas despicientes Dei magnificentiā deijciet in exitium sempiternū. Ab omnib⁹ enim Israëlitis expectatus est, sed non ab omnibus suscipietur. Credentibus veniet in resurrectionem, non credentibus vero in ruinam. Vnde Paulus Romanis ait. Quid ergo dicemus? Quod Gentes qui non sectabantur iustitiam apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem, quæ est in fide: Israël vero sectando legem iustitię, in legem iustitiæ non peruenit. Sic etiam sæpe contingit, vt qui maiorem sanctitatem, & perfectionem profitentur aliquando peiores sint & cæteris deteriores: & vbi iure maiori debuit esse virtus, minorem inuenies. Venit ergo in resurrectionem fidelium & electorum, & in ruinā infidelium & improborū, sed non vniformiter. Nam in ruinam occasionaliter: & in resurrectionem, causaliter & directe. Sic dīs per Oseam, Perditio tua ex te Israël: tantūmodo auxilium tuū ex me. Ad hoc pertinet quod ipse ait, In iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant: & qui vident, cæci fiant. Illuminat enim Christus cæcos, & excæcat videntes. Videntes sunt qui in oculis proprijs sapiētes sunt: quia qui rationi suæ plus credunt quam verbo Dei, merentur excæcari, iuxta illud. Abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Non videntes sunt simplices & indoctiores: imò paruuli illi, quibus pater arcana sua reuelat. Ideo Christus positus est diuino iudicio in ruinam superborum, & in humilium resurrectionē. Sic Paulus. Alijs sumus odor mortis ad mortem: & alijs odor vitæ in vitam. Sicut odor vineæ florentis iuxta naturam suam dulcis est hominibus, sed intolerabilis est serpentibus: sic Christus dominus & bonis odor vitæ est in vitam, & malis est odor mortis in mortem. Nam sicut agens naturale in quātum est de se semper producit suum effectum naturalem: tamen si materia variatur in se vel in suis qualitatibus dispositionibus, secūdum hoc diuersi effectus producuntur: sic secundum quod homines diuersimodè afficiuntur ad Christum, diuersi effectus resultant: sicut lux quæ de se est lætificatiua, sed oculis ægris odiosa est: sanis autem amabilis.

¶ Vide autem quod non dicit positum in ruinam in Babylone, sed in Israel: quia Christus magis offenditur ab his, in quos maiora bona contulit. Sic in domo Annæ percutienti maxillam dixit. Si male locutus sum, testimonium, &c. Quanuis plures reportauerat colaphos, tamen hunc cæteris plus sensit, quia huic Malcho sanauerat abscissam auriculam, sicque grauius Israëlitæ casum sensit quam Gentilis, & plus Christiani, & grauius etiam religiosi, quia hi maiora à Deo receperunt dona, & qui plus accepit, maius tenetur obsequiū præstare. ¶ Perpende etiam quod sicut Christus multis est causa resurrectionis, nā peccatores plurimi videntes Dei misericordiā & quomodo indulget peccatoribus, resurgunt à peccatis, sed alijs est in ruinam, quia videntes quòd Christus misericors est, abutentes eius misericordia fiunt deteriores, & bonitate Dei qua conuertendi erant abuntur, & peiores fiunt. Ideo dominus minatur hos per Esaiam, dicens. Dominus sicut fortis egredietur sicut præliator suscitabit zelum, vociferabitur & clamabit: super inimicos suos confortabitur. Tacui, semper silui, patiens fui, sicut parturiens loquar. Considera, quod quanuis nunc tacet, postea tamen suum obseruabit honorem: & cum acceperit tempus, iustitias iudicabit. Caue ne Christi bonitas & patientia sit tibi in ruinam: ita vt ex bonitate & longanimitate illius occasionem sumas ad augendi peccata peccatis. Sed audiamus quid vltra Simeon dicat de Christo. *Et in signum, cui contradicetur.* Signum vt Origenes, & Augustinus dicunt est quod præter speciem quam ingerit sensibus aliquid aliud offert intellectui. Ideoque positus est Christus in signum fidei quo ad intellectum, vt credatur esse verus Deus & homo. Significabat enim voluntatem Dei patris de qua ipse. Hæc est voluntas Dei patris, vt credatis in eum quem misit ille: de quo Esaias. In die illa erit radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum Gentes deprecabuntur. Sic omnis Christi vita, omnia miracula, & quidquid gesit ad hoc fuit vt ostenderet se esse Deum, & in eum crederent tanquam in Deum. Hoc signabant illa miraculorum signa. ¶ Passiones & pœnalitates hominum assumpsit. & mortē subire voluit: vt declararet se esse verū hominem. Qui ergo negant hæc, vel contradicūt huic

Rom.10.
Matth.11.
Ioan.11.
2.Cor.2.
Ioan.3.
Ioan.18.
Psal.74.
Orige.lib.4. epist. Roma. Aug.2.doc. christi.
Ioan.6.
Esai.11.
Esai.42.

Universidad de Deusto
Biblioteca

huic signo? Huic signo contradixerunt Iudæi, quod admiratus Dauid multo ante tẽpore prædixit in Psalmo. Quare fremuerũt gentes. &c. Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnũ. &c. Nolumus (vociferabantur Iudęi) hunc regnare super nos. Et Christo dicebant. Tu testimonium perhibes de te ipso, testimonium tuum non est verum. Item, Nõne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Et iterum. Dæmonium habet & insanit, quid eum auditis? Et coram Pilato. Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum. Post Iudæos contradixerunt Ethnici: post Ethnicos, hæretici: denique ab omni populo & lingua passus est contradictionem. Sic Paulo dum esset Romæ, dixerunt quidam. De secta hac notum est nobis, quod vbique ei cõtradicitur. Nec solum sermone lex Christi contradictionem passa est, sed etiam opere: dum tyranni aquis vsi sunt, igne, lapidibus, feris, & gladio, ad euellendum euangelium. Prætereà non solum quo ad fidem, sed etiam quo ad charitatem & effectum & exemplum imitationis positus est in signum Christus, vt per ipsum cursum nostrum dirigamus. Posuit me (inquit Ieremias) sicut signum ad sagittas. Sicut sagittarius vnum oculum claudit, vt rectius sagittam emittat: ita nos quoque sinistrum oculum claudamus, vt non respicientes transitoria ad Christum recto itinere eamus. Est enim Christus sicut signum crucis in via positum, vt per ipsum dirigamur: ne erremus in via morum. Omnis enim vita Christi disciplina morum fuit. Sed vbique ei contradicitur, nam maxima hominum pars ei contradicit: nam quod Christus laudat, fugit, & quod damnat amplectitur. Positus est enim Christus in signum humilitatis in præsepio: in signum paupertatis, in purificatione: & in signum patientiæ, & charitatis in passione. Sed huic signo humilitatis, patientiæ, paupertatis, & charitatis contradicunt superbi, iracundi, auari, & inuidi: denique & omnes peccatores. Vniuersus orbis ei contradicit: quia à maximo, vsque ad minimum, omnes auaritiæ student. Dicũt enim impij inter se. Venite perfruamur bonis, quæ sunt: & vtamur creatura. Quis dicere poterit quomodo paupertati Christi humilitati, & eius vitæ contradicitur, non solum ab hæreticis & infidelibus, sed etiam à Christianis? Ab his, qui filium Dei fatentur Christum, despicitur eius paupertas, vita & doctrina: quia indecorum esse putant non vindicare statim iniurias, & fragilis animi esse homines ob peccata non contrucidare. Putant præterea se infamia notandos fore, si crucifixi vitam sectentur. Sed ad contextum. *Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Dolores quos non habuisti in partu vt sentires te esse matrem exolues in morte filij sentiens te esse matrem: nam ex compassione ad filium in cruce pendentem crudeliter in corde affligêris. Vt autem intelligas quam maximus fuerit dolor virginis, non sine causa dicit, quod non corpus sed animam pertrasibit gladius: quia beata virgo in ea parte passa est quæ impassibilis habetur, ideoq; plusquam martyr fuit. Quia dolor passionis oritur à læsione carnis cum perceptione sensus & redundat in animam. Dolor verò compassionis oritur & incipit in anima, & redundat in sensum & carnem. Quanto igitur anima est potentior & magis dominans super carnem, & caro est delicatior & magis subiecta animæ, tanto fit maior redundantia: & maior dolor est ille, qui incipit ab anima, quam ille dolor qui incipit à carne. Quia igitur ita erat in gloriosa virgine maior fuit compassionis in ipsa quam dolor passionis, qui est ex parte naturæ corruptibilis. In ipsa enim vera martyre anima patiebatur, & qui moriebatur erat qui occidebat: carnifex erat amor: & nõ mori, omnibus malis mors maior erat. Non solum quia beata virgo patiebatur in anima, dolor eius maximus fuit, sed etiam ostenditur maximus fuisse, ex duplici ratione. Primo ex magnitudine amoris ad Christum. Quo enim amplius aliquid diligimus, eo magis dolemus de infortunio, aut eius perditione: & quemadmodũ nullus homo purus alium ita dilexit sicut Deipara virgo dilectissimum filium suũ, ita in eius passione supra modum & super omnes cruciata est. Secundò ostenditur magnum fuisse eius dolorem ex præsentia Christi patientis. Obiectũ enim præsens fortius mouet potentiã, quã absens: & si obiectum est causa tristitię & inflictiuum tristitiæ, maxime mouet potentiam ad tristandum. Amare fleuit Iacob mortem filij sui Ioseph quando cæteri filij tunicam sanguine tinctam patri obtulerunt, tamen multo grauius fleret si oculis suis feram illam vidisset præsentem, quam ipse

Psal. 2. *Luc. 19.* *Ioan. 8.* *Ioan. 10.* *Ioan. 19.* *Acto. 28.* *Thren. 3.* *Iere. 6.* *Sapien. 2.* *Gene. 37.*

ipse Iacob dilaniasse filium suum Ioseph & comedisse existimabat. Ægrè dolebat Dauid Absalonẽ filium suum, cum lachrymis obortis flens dicebat: Absalon fili mi, fili mi Absalon. Tamẽ grauius doleret si oculis proprijs Absalonem ex quercu pendentem vidisset, & tribus lanceis cor eius transfixum. Agar discessit ne perire filium suũ Ismaelem videret. At beata virgo præsens iuxta crucem stabat, & proprijs oculis mori videbat sine vlla remedij ope quem ipsa ardentissime amabat. Bene ergo Simeon dixit, quod doloris gladius eius animam pertransiret. ¶ Expende quanta amaritudine plenæ humanæ cõsolationes sint. Læta erat virgo beatissima & gaudebat videns se matrem tanti filij, & etiam contenta Cantica Simeonis concernens, & simul audiens, quomodo vnigenitus eius filius laudabatur. Verum vt aduertas in vita hac præsenti nullum gaudium diu permanere, hos inter honores & laudes prædicit ei Simeon res tristes & dolorem, quem in filij passione passura erat. Hinc discamus tempore fœlici paratos esse, quando quidẽ tristitia propinqua est: iuxta illud Sapientis. In die bonorum, memor esto malorum. Lætus erat Aman cum conuiua esset reginæ Hester, tamen statim effectus est tristis, quia non honorauit illum Mardochæus. Comitatur enim tristitia omne huius vitæ gaudium. Sola quidem amaritudinis cõsideratio, quæ per huius vitæ delectationes sparsa est sufficit vt omnis mundana & sensualis consolatio odio habeatur. Valde quidem lætatur dux quando spolia inter suos diuidit milites; ita vt Esaias ad significandum quanto pere illo optatissimo ac fœlicissimo redemptoris aduentu lætaretur mundus, dixerit. Lætabuntur in te sicut victores capta præda, quando diuidunt spolia. Sed cum postrema gaudia luctus occupet: sic sane Dauid Regi accidit, cui simili hac lætitia gaudenti & inter suos milites spolia diuidenti, subito & inopinatò quidam venit lamentabilis nuncius, Saulis nimirum mortem, & Ionathæ, & perditionem totius Israel denuncians: cuius rei gratia tota eorum lætitia cõuersa est in luctum. Vnde inter gaudia illa victoriæ fecerunt Dauid & sui planctum, & ieiunauerunt, sciderunt̃que vestimenta sua. Vides & tu iam, quod in hac vita nihil gaudij sit quod per longum duret tempus? In beata virgine quidem rectè hoc ostendi tur: nam inter laudes & honores nuncia statim crudelissimi audit martyrij. Igitur illud Apostoli seruemus omnes fideles: ita vt qui gaudent tanquam non gaudentes sint: & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Præterit enim figura huius mundi. &c. ¶ Obseruandum est etiam quo modo Deus etsi suos aliquando corripere videatur, in hoc profecto demonstrat amorem, quem in eos habet, vt apertissime videre est in beatissima virgine: nullus siquidem viuentium sanctior illa fuit, neque tantis ac talibus cruciatibus aci̇ternis martyrijs afflictionibus: imò nunquam aliqua mater ob vnicum filium tot dolores ac tantos passa est, quot hæc veneranda mater. Statim in ipsa eius infantia Christum filium secum ferens in Ægyptum fugere coacta est: & inter peregrinos & extraneos totum septennium commorari in exilio. Post multas denique persecutiones ac animi perturbationes, quæ longissimum esset recensere amantissimum filium acerbissima morte interfectum inter duos latrones affixum, tantus amor videre coegit. ¶ Aduertendum quoque est, quod Deus eo quod probe satis arrogantiam nostram, & inflationem nouit in prębendo nobis auxilia sic se habet, vt prosperitatem & fauorem effrænet, & in angustias deuenire nos permittat: vt aperte cognoscamus, nihil ex nobis posse, & miseria nostra late pateat. Lætissimus profecto beatus Petrus effectus est, quia ei Christus dixerat, beatus es Simon Bariona, ità vt paruo post tempore transacto ausus fuerit impedire passionem Christi: quapropter ab eodem domino grauissimè fuit reprehensus. Ita Dauid vano de se cogitatu inflatus, quam plurimum apud Deum valere putans ità, vt de se confidens dixerit. Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. Tamen vt cognosceret se nihil sine Deo esse dereliquit eum dominus, & sic cecidit, & exclamauit dicens. Auerti sti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Sic enim euenire solet natanti tyroni, qui à peritiori in arte illa per barbam in fluuio ducitur & docetur. Si talis stultè inflatus putans se iam peritum, cum ità non sit, relinquatur à magistro, statim submergitur & apertè fatetur illius auxilio indigere. Ità hominem procul dubio oportet non semper esse prosperum, ne ideò superbiat & mergatur: imò potiùs, q̃ aliquando dolo-

2. Reg. 18. *Genes. 37.* *Eccl. 18.* *Esaie 9.* *Esaie 33.* *Psal. 29.* *Matth. 2.* *Matth. 16.* *Psal. 39.* *Psal. 28.* *1. Cor. 7.*

dolores & persecutiones patiatur, vt se cognoscat. Nimia quidem prosperitas damni illatiua esse solet: & sic Deus homines illa priuare misericorditer intendit. Sic sponsa in Canticis ait dilecto. Fuge dilecte mi assimilare capreę, hinnuloque cernorũ. Ac si diceret. Das mihi sponse in tua præsentia tantam suauitatem, vt timeam his rebus te mihi obsequia mea velle soluere: ideò fuge. Auser à me delicias, vt patientiæ occasionẽ habeam: & potiar te tam in prosperis quam in aduersis. Assimilatur sponsus hinnulo ceruorum, quod quidem animal fugit à venatoribus & canibus, & quando ab eis per aliquod distat spatium se detinet & caput vertit, vt persecutorem videat. Ità tu domine à me fuge, ideſt, ne tantas mihi elargiaris delicias: tamen tua fuga sit similis capreæ hinnuloque ceruorum, vt quando longe à me fueris me expectes, appelles, in tuamque gratiam reuoces. Sic igitur agit Christus dominus cum suis, vt se agnoscant & ad Deum omnipotentem confugiant, qui fons totius miserationis est. Sequitur in contextu. *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* Verbũ istud intricatum est, referríque potest ad particulam immediate præhabitam: vel ad id, quod dixerat Simeon, positus est hic in ruinam. Ex hoc enim quod Christus venit & in quorundam salutem & ad aliquorum malorum damnationem occasionaliter, itẽ ex passione ipsius compassioneque matris eius, factum est, vt multorum hominum cogitationes, quæ antea latebant reuelarentur: ideſt, per quosdam effectus, ijs proderentur ac declararentur. In tempore enim passionis manifestatum est quid in pectore celabant Iudas, Caiphas, & Anas: & quid in animo fuerit Nicodemi, Ioſephi Arimathiæ & sanctarum mulierum, quæ secutæ fuerant Christum à Galilæa. Scribæ etiam & Pharisæi multa gratulantes de aduentu Christi narrabant: sed in eius morte gauisi sunt. Sic olim prædixerat Oseas Propheta. Cum sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephraim & malitia Samariæ. ¶ Aduerte quã apertè tribulatio & angustia ostẽdat quisnã verus & falsus amicus: arctᵒ enim amicus tẽpestate notatur. O quàm pauci nostris temporibus veri amici sunt. Tales inuenies plurimos qualis ab Ecclesiastico dicitur. Amicus mensæ, non permanebit tempore tribulationis. Quando Hierusalem temporibus Dauidis & Salomonis & aliorum regum in sua vigebat prosperitate alij reges proximi cedebant ei & mittebant dona, visitabant & honorabant suaque lætabantur & vtebantur amicitia: tamen aduersa vrgente fortuna vbi eandem afflictam persecutam, & quasi desertam viderunt, in medio suæ angustiæ dereliquerunt. Ideoque Ieremias inter alia, quæ de perditione Hierusalem plorabat, dixit. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Clarè ergo constat quod amicitia illa, quam cum Hierusalem inierunt non fuit vera: quando quidem eam in aduersis deseruerunt. Multi comitabantur Christum in solenni illa processione, quando populus Hebræorum cum ramis exijt obuiam ei, nec Apostoli tunc magistrum dereliquerunt: sed appropinquãte passione & morte, relicto eo omnes fugerunt. Et ideò de eis cõquerebatur Christus per Psalmistam dicẽs. Amici mei & proximi mei, recesserunt à me. Maior quidem angustia & quæ plus patientissimum Iob pungit fuit separatio illa amicorum, qui principio ad eius consolationem venerant & quod ei contrarij fuerint & reprehenderint, & iniuriosa verba dixerint: & de hoc conqueritur ipse dicens. Quare persequimini me, sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Multi quidem ab amicis decipiuntur: nam cum amicitiam verã existiment arcana sua ostendunt & egentias similiter vt amici subueniant: ipsi verò recedunt & excusationes afferunt. In angustijs veri cognoscuntur amici: atq; ideò in Christi passione (vt Simeon ait) cognitæ fuerunt cogitationes multorum, & eorum simulata amicitia patefacta est. Cõsequenter nũc recitatur testimonium Christo impertitum à quadam fœmina probatæ autoritatis: de qua ait noster Lucas. *Et erat Anna prophetissa filia Phanuel, de tribu Aser.* Nomina ista & particulæ positæ sunt ad indicandũ rei certitudinem: & vt ab alijs, qui simili nomine vocabantur distingueretur. A seruus fuit ex duodecim patriarchis filiorum Iacob. Tribui huic de qua hæc Anna erat, data est benedictio in filijs. Moses enim ante obitum benedixerat ei dicens. Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis, &c. Sicut dies (inquit) iuuentutis tuæ, ità & senectus tua. Vides quam plenè hæc impleta sunt in hac filia Aser quia (vt statim dicemus) à iuuentute in senectam vsque, Deo inseruiuit? Porrò Phanuel pater suus nomen

Cant. 8.

Luc. 8.
Osee. 7.

Eccl. 6.

Thren. 1.
Psal. 37.
Mar. 2.
Iob. 35.
Deut. 33.

Gen. 32.

men accepit à loco vbi sanctus Iacob luctatus est cum Angelo. Dicitur enim in Genesi post Iudam. Vocauit Iacob nomen loci illius Phanuel dicens. Vidi dominum facie ad faciẽ: & salua facta est anima mea. ¶ Aduerte hic quod decebat Christi aduentũ testimoniũ habere ab omni genere personarum, vt inexcusabiles fiant, qui euangelio non credunt. Habuit enim testimoniũ à natura Angelica: facta est enim cum Angelo multitudo cœlestis exercitus. Et à natura cœlesti. Vidimus stellam eius in oriente. Et à simplicibus pastoribus: nam omnes, qui audierunt mirati sunt de his, quæ dicta erãt illis à pastoribus. A sene sacerdote Simeone. Et benedixit eis Simeon. Et etiã ab Anna vidua & sancta quæ loquebatur de illo omnibus, qui expectabant consolationem Israel. Infantuli quoque innocentes non loquendo sed moriendo Christum confessi sunt. Denique testimoniũ Christus habuit tam à viris quam à mulieribus vt ostenderet, quod vterque sexus redemptionem expectabat: sicut & vterque eciderat. ¶ Vide etiam quam rari sunt, qui charitatis opus exercent. Nam ex tota illa Hierosolymitana multitudine quatuor tantummodo personæ videlicet Maria, Ioseph Simeon, & Anna commotæ sunt ad exercendum charitatis opus erga dominum. Similiter hodie rari in hoc genere inueniuntur charitatis, qui proximis subueniant. Multiplicasti gentem (inquit Esaias) & non magnificasti lætitiam. Non desunt quidem, qui Christiani vocitentur: sed pauci sunt, de quorũ animo verè Christiano, ecclesia sibi gratulari queat, &c. Autoritas igitur Annæ insinuatur ex nobilitate generis, & spiritu prophetico, & morum sanctitate, & ex statu suo. Ex his omnibus euangelista illam commẽdat. Primum igitur de generis nobilitate, quæ etsi apud Deum nihil valeat cum vera nobilitas sola virtus appelletur, tamen nobiles quasi quadam necessitate cogũtur ne degenerent à maiorum nobilitate, quia nobilitas de se ad sequendam virtutem inuitat, & in bono sicut gemma in aureo annulo locatur & è diuerso in malo sicut gladius in manibus furiosi, qui quidem eo ad crimina perpetranda abutitur. Tales certè sunt nobiles multi, qui à sua nobilitate & potestate ansam sumunt ad superbiã, vanitatẽ, tyrannidem, & in vilipendium pauperũ & crudelitatẽ erga proximos & alij id genus. Multi ergo nobiles & nobiliũ filij sunt his similes. Cain vero, Cam, Ismael, & Esau à patribus probis, sanctis & honestis, ipsi vero ex propria malitia improbi extiterũt: & è contrario Ezechias vir bonus fuit, de quo dicit scriptura, quod fecit bonũ corã domino: Achaz autẽ filius improbus qui filium propriũ per ignẽ traijciens sacrificauit idolis. Quod si ignobilis es da operã virtuti, ità vt maiores tui à te incipiant initium memoriæ suæ, quod erit tibi gloria maior. Si verò à progenie & ortu nobilis es, stude maiorũ imitari nobilitatẽ, obligationẽ considerans quã vt officiosus sis habes, ne tuis operibus improbis inhærens nobilitatẽ deleas, quam à maioribus tuis accepisti. Beata vero Anna patrem suũ tum in maioribus, tum virtutibus est secuta. Sequitur. *Hæc processerat in diebus multis.* E contrario quidem in impio tẽpus frustra teritur: nam sicut ostiũ vertitur in cardine, ità inquit Salomon, quod piger in lectulo suo. Ita multi sunt, quorũ gratia multi prætereunt dies & anni, & hoc vt homines corrigantur, & pœnitentiã de malo agant: tamen ipsi quanuis anni labantur & prætereant semper in sua manẽt iuuentute & peccati viriditate ita, vt nec vnquã vitam corrigere studeant, nec prudentiã senio adipiscantur. Pueri centum annorũ maledicti sunt: ait Esaias. Non sic beata ista prophetissa, imo ad pares angulos cum tẽpore currebat: ideoq; euangelista de ea ait, quod processerat, quia cum annorũ cursu etiã accesserat prudentia, & sicut anni iuuentutis præterierũt, ita etiã mundi vanitates in ipsa extinctæ fuerunt. ¶ Porrò vt intelligas, quod castitas nõ solum animæ saluti prodest, verum etiam longam tribuit corpori sanitatẽ & vitam, sicut è diuerso libidinosi actus vitam breuem: postquam euãgelista dixerat multos vixisse annos quasi causam reddens longitudinis vitæ castitatis & honestatis illam laudat dicens. *Et vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua.* Hoc est, à tempore quo eam ad huc virginem assumpsit in coniugem: septem enim annis vixit cum viro suo in matrimonio, post cuius obitum octoginta & quatuor superstes castissimè vixit. Iure id quidem dicit, quod vixerat cum viro suo, in quo innuitur habuisse erga illum pacificam conuersationem: nam si non fuisset inter eos concordia & pax, nec fuisset vita imo potiùs mors. Beatę equidẽ sunt pacificæ & bene cordatæ vxores. Tales profectò

Esa. 9.

Esa. 65.

Prou. 26.

4. Reg. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectò rarissimè inuenies: imo insolentes & furiosas, quibuscum habitare potiùs est dicendum mori & asperrimè mori, quam viuere. Et ideo apud ecclesiasticum habetur. Commorari leoni & draconi plus placebit quam habitare cum muliere nequã. Et alibi adiungit. Melior est mors quã vita amara: qualis est illa, quã homo habet cum muliere litigiosa. Vocat autem euangelista beatam istam castissimam, quia castitas & corporis pudicitia maxima dispositio est ad scrutanda & penetranda cœlestia arcana. Hæc siquidem virtus nimis animam disponit ad receptionem diuinarum reuelationum: sicut è contrario luxuria hebetat intellectum, turpem & crassum ad talia acquirenda reddit. Sic legitur de Ezechiele propheta (asserente Hieronymo) qui mortua vxore eleuatus est à domino, & vidit arcana, & cœlestia: quod tamen euenit minime illa viuente, & matrimonio stante. Præterea inter duodecim Apostolos (vt inquit Ambrosius) solus Ioannes fuit virgo & sic in pectore Christi recumbens meruit eleuari ad tam alta, diuina & inscrutabilia secreta: sicque altiora cæteris scripsit, asserente beato Augustino, inter omnes scripturas euangelium Ioannis eminentissimum esse. Et inter cæteros Apostolos etiam Paulus virgo fuit, ideoq; raptus in tertium vsque cœlum & vidit diuinam essentiam. Sanctus vero Thomas Aquinas Angelicus doctor, ob hanc præstantissimam virtutem resplẽduit in ecclesia Dei admirabili quadam sapientia: cuius doctrina ita illuminat ecclesiam, vt sol & luna. Sibyllæ vero illæ satis notæ etiam si Gentiles, donum veræ prophetiæ habuerunt: & hoc (vt inquit diuus Hieronymus) quia castitatem dilexerunt & fuerunt virgines. Similiter credo Annam nostram eo quod à iuuentute castissimè & honestissimè vixit spiritum quoque propheticum meruisse: ideoque euangelista postquam prophetissam vocauit statim de multis annis, quibus castissime vixit memoriã fecit. ¶ Secundo & principaliter laudat ab statu dicens. *Et hæc vidua erat.* Et quod talis status viduarum sit probus patet, quia Deus in sacris literis sæpe cõmendat viduas: & iudicibus iubet vt causam viduarum defendãt. Viduæ, inquit, & pupillo nõ nocebitis: si læseritis eos vociferabũtur ad me, & ego audiam clamorem eorum. Non enim despiciet dominus preces pupilli & viduarum: si effundant loquelam gemitus. Qua ratione inter peccata populi Israelitici numerat Esaias viduas indefensas fuisse dicens. Non iudicant causam viduæ. Paulus quoque tanto æstimat eas vt connumeret etiam cum virginibus. Mulier (ait) innupta & virgo cogitat, quæ domini sunt: vt sit sancta corpore & spiritu. Et egregius psaltes. Viduam eius benedicens benedicam. Verum vt intelligatur perseuerantia casta viduitatis huius beatæ, subdidit euangelista. *Vsque ad annos octoginta quatuor.* Hic annorum numerus nõ ad ætatem Annæ referendus, sed ad spatiũ viduitatis. Nec fuit leuis nec temeraria puella, imo mulier grauis & prouectæ ætatis. Et sacræ & profanæ literæ plus sapientiæ solent tribuere senioribus quam adolescentioribus. De ætate vero Annæ constare potest ex eo quòd euangelista ait, videlicet ipsam septem annos vixisse cum viro suo à virginitate sua & in viduitate egisse vsque annos octoginta quatuor. Si vero addideris annos quos vixit ante nuptias inuenies quod saltem compleuerat centum & sex annos seruata vsque ad hanc ætatem, in Christi Saluatoris obsequium. Maximum tandem castitatis exemplum nobis hæc sancta reliquit: nec fecit sicut huius tempestatis vxores quàm plures, quæ nondum bene exequias primas compleuerunt: quãdo iterum secundò nubunt: quod etiam si illicitũ non sit non tamen decorum, quia talibus viduis non datur annulus aureus, nec benedicuntur nuptiæ, nec post mortem talis vxoris vidue ad sacros ordines potest vir promoueri. ¶ Tertio euangelista illam laudat de beata vita & modo viuendi dicens de beata ista. *Quæ non discedebat de templo.* Nec ex hoc intelligatur semper in templo residere: sed quod crebro frequentabat. Quod nos etiam de aliquibus talia facientibus dicere solemus: etsi non semper adsint in ecclesia. Sic etiam Paulus Romanis ait. Sine intermissione memoriam vestri facio in orationibus meis. Et ad Thessalonicenses. Sine intermissione orate inuicem. Quasi dicat. Sedulò orationem facite. Nam si semper Anna in templo resideret non diceret euangelista, quod in ipsa hora superuenit in tẽplũ. Discant hinc viduæ nostræ non diuagare de domo in domum, & de loco in locum: sed manere domi & frequentare ecclesiam. Est enim vidua, quasi monialis: idque indicare videtur vidualis vestis, quę lugubris & mœsta

Eccl. 21. *Eccle. 30.*
Hier. lib. 1. con. Iouini.
Amb. super 2 cap. epistolæ 1. ad Cor. *Aug. lib. 2. de consen. euang. c. 6.* *2. Cor. 12.*
Lib. 1. adue. Iouinia.
Exo. 22.
Esa. 1. *1. Cor. 7.* *Psal. 131.*
Psalm. 5.
Prob. 4. *Psalm. 125.*
Prouerb. 10.
Psalm. 118. *Psalm. 38.*
Rom. 8. *1. Thess. 5.*

mœsta & quasi à secularibus separata esse debet, ostendens per hoc renunciasse mũdanis delicijs. Talis tandem Sancta ista erat, vt à suo cubiculo & templo non discederet quã doquidẽ in nostri temporis viduis non ita videmus, quæ etsi liberæ sint & expeditæ ad ista nolũt ad hoc libertate sua vti, nec in hoc tempus consumere, imò per vias, plateas & hortulos, diuagare, amicas visitare, & propria desideria adimplere, & si secundas nuptias recusent non causa castitatis seruandæ: imò libertatis potiendæ, id faciunt. Audiãt ergo tales beatum Paulum dicẽtem. Vidua in delicijs viuẽs, mortua est. Sed de his satis. ¶ Quarto laudat eam de ieiunio, & oratione, ideo sequitur in contextu. *Ieunijs & orationibus seruiens nocte & die.* Adiungit ieiunium cum oratione, quia in ieiunio sanantur pestes corporis, in oratione vero ægritudines animæ. Sic apud Tobiam. Bona est oratio cum ieiunio. Vult enim Deus, quod orationem comitentur bona opera. Ideò Psalmista ait. Vnam petij à Domino hanc requiram. Et postquam dixit quod orans petebat (siquidem oratio petitio est) statim addidit, hanc requiram. Beatitudo cœlestis orationis petenda est: sed tamẽ quærere operando necesse est. Ideo in Ezechiele habetur, quod illa sancta animalia manus & pennas ad similitudinem hominis habebãt, vbi datur intelligi opera nostra secundum rationem & iustitiã facta cum orationis ala comitanda esse, ideoque erat manus hominis quę est opus rationale. Vtrumque verò ab ista sancta fiebat: legem enim Domini meditabatur, & opere illam exequebatur. Vnde Dauid. Et meditabor in mandatis tuis, quæ dilexi. Sequitur. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi & exercebor in iustificationibus tuis. Vide ergo appositissimum ordinem. Priùs meditatur, & postea diligit, quia vt alibi dicit, in meditatione mea exardescet ignis. Et quanuis amorem præcedit meditatio, cum ad orationem & perseuerantiam in ea opus sit ieiunio quod nimirum mẽtem eleuat similiter ieiunium, & abstinentia necessaria sunt, vt in his exercitijs perseueremus. Quod profecto sequẽs exemplum illustrabit. Si in ignem ouum sanum, vel castanea absque vlla fractione mittantur, agente in ea igne dehiscunt, franguntur & extra ignem saliunt, si verò ante calefactionem paululum frangantur non item. Similiter de homine ad amorem & Christi feruorem accedente dicendum est. Si talis fuerit sanus, pinguis, integer corpore, nõ verò fractus ieiunijs, orationibus, & vigilijs, citò quidem deficiet, & ab oratione & cõtemplatione discedet. Si verò fractus & ieiunio abstinentiaque armatus orauerit, minimè recedet, imò prompte & delectabiliter orans perseuerabit. Abstinẽtes erant & ieiunabãt illi pueri Babylonici, nec cibos mensæ regalis comedere volebant, sed legumina tantum, & quasi castaneæ missi sunt in fornacem iussu Nabuchodosoris, ibique sine metu aliquo in medio ignis positi & absque ali qua combustione, imò canentes laudes diuinas erant perseuerantes & dicentes. Bene dicite omnia opera Domini Domino, &c. Et liberati sunt. Ita etiam Moses fuit in mõte quadraginta dies sine cibo & potu sola diuina conuersatione sustultus. Sic & ista Anna sanctissima abstinens & ieiunans orabat & à templo non discedebat quia mortificatam habebat carnem ieiunijs & à Deo, qui ignis ardentissimus charitatis est, veluti castanea fracta non discedebat. Discamus & nos in lege Domini meditari, nec acquiescamus de cætero secularibus illecebris, nec occupemur varijs impedimentis, sed semper ad legem Christi simus intenti. Scriptum est enim. Os iusti meditabitur sapientiam & lingua eius loquetur iudicium. Quam meditationem maximè sacerdotibus necessariam esse Apostolus Paulus ostendit, ad Titum dicens quod debet Episcopus amplecti eum, qui secundum doctrinam, &c. Et ad Timotheum. Attende lectioni & exhortationi doctrinæ. Ideoque Dauid. Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam quia lex tua meditatio mea est. Cui lex Dei meditatio est, huic quidem præsto sunt misericordiæ, vt viuat in æternum: nullus enim beatus esse potest absq; miseratione diuina, &c. ¶ Docemur secundo in bonis actibus perseuerare veluti Anna, quæ incessanter per tot annos in ieiunijs, & orationibus se Deo dedicauit. Ideoque si seruire Deo inceperis in finem vsq; perseuerare teneris. Arbor enim quæ sæpè inseritur non mittet radices, nec fructum aliquem afferet. Ita sane tibi eueniet si ab incepto bono recesseris, virtutum fructus, nec bonorũ operum producere poteris. Virtus siquidem habitus est, cuius actus per bona opera sunt multiplicãdi, alias habitus generari non potest. Vnde Ecclesiasticus ait. Homo sensatus in sapientia ma-

Dan. 1.
Dan. 3. *Exod. 24.* *Deut. 4.*
Psalm. 136.
Tit. 1.
2. Tim. 4.
Psalm. 118.
Eccles. 27.

Universidad de Deusto
Biblioteca

net sicut sol: stultus autem sicut luna mutatur. Stabiles quidem sunt iusti & sancti viri,
Genes.15. & talis fuit sanctus ille pater Abraham, qui cum in sacrificio à muscarum cohorte maximè infestaretur, nihilominus inceptū, quod fecit nō reliquit. Discе ergo ab eo & ab Anna sancta infestas muscas, cogitationes varias, & impedimenta, quæ sese statim Dei
Matth.10. ministris offerunt prorsus expellere & percalcata perge ista. Qui enim ad finem vsque perseuerauerit, saluus erit. ¶ Tertiò admonet locus iste ieiunare & carnem macerare sicut hæc Sancta fœmina fecit: ista enim media sunt satis congrua ad finē illum propter mirabiles effectus quos in nobis gignunt & excitāt, vt satis probe experti experiuntur, contrarium enim vitium periculosum est
Rom. 8. valde, testante Apostolo. Si secundum carnem vixeritis moriemini. Affligenda caro est, ieiunio & oratione maceranda, ne se extollat & iugulet nos. Si enim nauis graui pō dere oneretur, in profundum pelagi demergetur. Sic & tu si corpus tuum varia ciborū diuersitate onerueris te in profundum culpæ deducet: ansamque assumet diabolus, vt te decipiat, veluti primos parentes per gu-
Genes. 3. lam ab statu innocentiæ eiecit. Expedit ergo, vt abstinentia caro coerceatur. Hæc enim est Eua nos ad pomum prohibitum inuitās. Hæc est Ægyptia illa Putipharis, innocentem Ioseph ad turpitudinem prouocans.
Genes.39. *Iudi. 4.* Hæc est Iael Sisaram ficto amore seducens,
Iudi. 16. & verè occidens. Hæc est Dalida quæ Sansonem in gremio blande excepit & falsò tradidit Philistæis, vt cæcus ad ignominiam ad duceretur. Hæc est puella saltatrix, quæ Ioā
Marc.6. nis caput petiuit. Hæc tandem est ancilla ostiaria, ad cuius vocē Christum negamus.
Matth. 26. Hanc prorsus debemus coercere & castigare, vt fecit Apostolus, ad Corint. dicens. Ca
1.Cor.9. stigo corpus meum & in seruitutem redigo.
Rom.15. Quod si Christi Apostolus & eius electionis vas corpus suum castigabat: maiori quidem iure nos peccatores de nostra salute incerti id efficere debemus. Cum enim ea, quę scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sint tenemur, vt diximus corpus castigare, ieiunium & orationem insectare. His armis
Hest.4. armata Hester, Israeliticum populum a tyrannide Aman liberauit, & Iudith fortissi-
Iudit.13. mum ducem Olophernem trucidauit. Da-
Dan.12. niel etiam ex eo frui multis Dei mysterijs meruit, & Angelus Domini de hac monuit
Tob.12. beatum Tobiam, & Paulus Timotheo.
1.Tim.5.

¶ Demū, vt concludam vnum hic obseruatione dignum arbitror. Quorsum Euangelista moras protrahit in laudibus huius Annę, quia nobilitatis illam laudat, abstinentiæ, castitatis, &c? Nempe propter firmandum testimonium quod de Christo dederat, vt maximè æstimes & facias, quæ hæc mulier dixerit: quia credendum minimè erat mulierem vitæ tam integerrimæ leuia dicturam esse, & res dictu non dignas nec veras. Nullus mentis cōpos in eius dictis & testimonio dubitare poterat, quandoquidem inculpatæ vitæ hæc Anna erat. Quamobrem priusquā Euangelista dicat testimoniū quod de Christo dedit eius describit encomia, præclara gesta, & mores, vt plurimi, quod dixerit æstimes. Noluit Christus, quòd dæmones, de eo *Luc.4.* testimoniū ferrent, cum illum filiū Dei testificabantur, quia ab impijs laudari non vult, sed à bonis. Laudatur Christus à Simeone & Anna, quos Euangelista laudibus extollit, priusquam illorum testimonium in mediū ferat. Tu etiam non parui facias bonorum laudes, nec maximi ducas impiorum honores, nam (vt Seneca ait) tam turpe tibi sit laudari à turpibus, quàm si laudaris ob turpia. Sed de his nonnihil inferiùs capite quarto Deo dante dicemus. Igitur postquam Euangelista noster Lucas vitæ probitatem huius sanctissimæ mulieris insinuauit, nunc in medium profert testimonium illius, ideoque consequenter ait. *Et hæc ipsa hora, superueniens.* Non casu, vel ab homine vocata venit, sed in spiritu sicut Simeon. Suggesserat enim illi Spiritus sanctus iam natum Christum, iam adesse puerum, tot seculis expectatum. *Confitebatur Dño.* Hoc est, de Christo testimonium perhibebat. Sicut ad præsentiam solis & à virtute ab eo emanante arbores frondescunt, germinant, & fructus faciunt, sic veniens in hunc mundum, sol iustitiæ Christus fructum mirabilem erga suos producēs, ipsi verò accipientes, in laudes & gratiarum actiones proruperunt. Tunc enim Angeli, pastores, reges, Simeon & Anna decantauerunt, & Dominum laudauerunt. Sed Simeonis testificatio explicite describitur, & per modum præconij, Annæ verò implicitè & per modum confessionis, quia docere in ecclesia fœminis non permittitur, sed viris. Prophetauerunt ergo de Christo Simeō, Zacharias beatissima virgo, Elisabeth coniugata, & Anna vidua, operæpretium enim fuit, vt ab vtroque sexu id effi-

efficeretur. ¶ Vide etiam & perpende quomodo fideles, boni, & probi, mutuo ad inuicem se adiuuant in Dei ministerio. Erat enim Simeon laudans & prædicans Christum, & ecce Anna ad hoc efficiendum diligēter superuenit. Sic Aaron præsto fuit Mo
Exod.4. si, cui blæsa erat lingua in eius adiutorium. Mali verò & improbi è contrario efficiunt: tales enim non modo nō adiuuant, quin potius impedimento sunt bonis, eosq; impedire & à Dei obsequio depellere ac reuocare conantur. Ij demq; ipsi adinuicem se impediunt, mordent, famamq; corrodunt, ità, vt simul cohabitare nequeant propter crebras, & infestas discordias quas inter sese habent,
Prouerb.15. *Genes.37.* iuxta illud, quod Salomon in Prouerbijs ait.
Genes.11. Domus impij plurima conturbatio. Ex quo fit vt mali sæpè congregentur ad perpetrandum malum sicut filij Iacob, vt fratrem suū Ioseph Ismaelitis venderent: & ædificatores turris Babel ad stultitiam illam & vanitatem. ¶ Discе præterea quod Christus ex eo quod homo & infantulus factus serui formam accipiēs, à pastoribus & angelis in præsepio summis effertur laudibus & à Simeone in vlnis: ita, vt beatissima virgo & eius sponsus vehementer mirarentur. Sed nos Christum non ex his, quæ foris apparent, sed quæ de illo sacra eloquia & catholica fides testātur firmiter credentes admiremur, iuxta illud. Custodi pedem tuum, ingrediēs domum Dei, & appropinqua, vt audias. Ma
Eccles.4. iestatem enim diuinam corporeis oculis cernere, nec mente tota comprehendere nequaquam valemus, sed fide & auditu absque aliquo alio processu, nec scrutinio. Præcaueas
Prouerb.25. illud. Scrutator diuinæ maiestatis, opprimetur à gloria. Sic certè oppressi sunt, allucinati, & decepti, Iudæi multi, philosophi, atq; Ethnici, qui nolentes captiuare intellectum
2.Cor.10. in obsequium Christi & sicut cognouerunt
Genes.27. adorare, in errores & hæreses quam plurimas inciderunt. Sicut enim in Isaac iam sene omnes sensus decepti sunt cum benedixit filio Iacob præter auditus, sic erga Christi Saluatoris nostri intellectionem omnes humani sensus præter auditus decipiuntur. Vox (inquit) est vox Iacob. In hoc vno verum dixit, falsum vero in eo quod dixit, manus vero manus Esau. Sic tu fidelis cum audis Simeonem dicentem Christum mundi salutem & lumen, & Annam confitentem regem esse Israel, & expectatum redemptorem iam venisse, hæc vera esse crede: nam auditus non est deceptus in Isaac. Nec in nobis quidem, quia non tangitur diuinitas, nec odoratur, non videtur, nec corporeo sensu gustatur: nihilominus in deitatem, quam audis crede, etiam si oculis corporeis percipere nequeas. Crede etiam testibus locupletissimis qui hanc veritatem testificantur, videlicet sanctis Simeoni & Annæ, sanctæ Ecclesiæ Catholicæ Romanæ, doctoribus, martyribusque quam plurimis, qui hanc veritatem confitebantur, & pro illa tuenda sanguinem suum fundere non dubitarunt. Sed ad contextum. *Et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel.* Videlicet, quod ipse esset verus redemptor eorum, iam diu desideratus. Sed prius confitebatur confessione laudis, & posteà loquebatur expectantibus eum, quod egregie in persona eius regius propheta testatur dicens. Confite- *Psalm.108.*
bor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum. Aduerte quod duo ait, hic Euangelista. Primum est quod loquebatur de illo, scilicet, de puero Iesu. Secundum quod hoc non omnibus loquebatur: sed tantum expectantibus redemptionem Israel. Erga primum expende quod de Deo loquebatur, non de anilibus fabulis caduciſque euentibus, vt faciunt stulti homines & fatuæ vetulæ tempus frustra terentes, non de luxu, aut de carnis illecebris, nō quomodo decipiendus proximus, nec alia id genus superuacanea. Si quis loquitur (ait beatus Petrus) quasi sermones Dei. Ad- *1.Petr. 4.*
monemur hic verba nostra casta esse debere & pia, vt expedit seruis Dei memores illud Saluatoris, quod de omni verbo ocioso reddituri sumus rationem. Nam si inhonesta & ociosa verba non vitaueris, parum in diuino proficies obsequio. Verba equidem sancta & spiritualia inflammant cor, dicente psalmista. Ignitum eloquium tuum vehementer. E diuerso vana & inutilia charitatem & dilectionem extinguunt. Vnde *Matth.12.*
Apostolus Paulus ad Timotheum ait. Pro- *Psalm.118.*
fana & vaniloquia deuita: multū enim proficiunt ad impietatem. Si homines communiter vrbani turpia & inhonesta verba reprobare solent, maiori iure Christi ministri id prorsus efficere tenentur, cum ex prauis verbis praua sequantur opera, asserente Apostolo. Colloquia praua corrumpunt bonos mo- *2.Tim.2.*
res. Et Ecclesiasticus. Sit omnis enarratio *1.Cor.15.*
tua, in præceptis altissimi, &c. ¶ Secundo *Eccles.9.*
hæc sancta mulier Anna de Deo loquebatur,

tur, sed non omnibus, sed illis solummodo, qui redemptionem Israel expectabant. Cũ istis tantum loquebatur, quia nouerat quod margaritæ non erant proijciendæ ante porcos, nec est dandum sanctum canibus. Cœlestia enim non sunt hominibus, qui bestia liter viuunt cõmunicanda, tales profectò ca paces nõ sunt cœlestium donorum: quoniã teste Apostolo carnalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Hoc est etiã quod in Esaia habetur. Quem docebit hominem scientiam? Et quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab vbere. Hinc etiam Apostolus. Sapientiam loquimur inter perfectos. Atque ideò his, qui expectabant redemptionem Israel loquebatur. Multi etiam & nunc non expectant redemptionem malorum, in quibus viuunt quia gaudent in delicijs & peccatis, & quia iam in profundum peccatorum venerunt, medicinam, & redemptionem cõtemnunt. Lætantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimus. Talibus prædicare est aerẽ verberare & laterem lauare, sed illis prædicandum est potissimè, qui peccatorum suorũ pondus sentiunt & excutere desiderãt, nunquam enim dulcedo illa atq; cœlestis consolatio degustatur, quousq; mundana amara videatur. Hinc Christus. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Non vocat eos, qui pondus mundi putant quietem & leuitatem, tales enim conuerti nequeunt, sed eos, qui sentiunt mundi onera grauia & periculosa, & laborioſum seruire mundo arbitrantur, quia hi facilè mundi pondus & eius labores relinquunt, & ad Deum confugiunt, atque ideò dixit, qui laboratis & onerati estis. His, qui onera mundi sentiunt regnum Dei prædicandum est, illis inquam, quibus peccatum fastidium est & exire ab eius vinculo cupiunt, & ad hoc disponi incipiunt. Admonetur etiam hic ne indignis mysteria Dei pandamus. Dei enim mysteria thesaurus est absconditus in agro cordis nostri, in quo vult Deus seruari. Quod si Babylonijs, hoc est indignis propalaueris contra Dei voluntatem efficies, & dicetur tibi id, quod ex parte Dei dixit Esaias Ezechiæ regi, eo quod thesauros domus suæ ostendit nuncijs regis Babylonis. Filij tui erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Verba enim & tempus perdis, & te ipsum seruum facis. Sed iam ad contextum. *Et Vt perfecerunt omnia secundum legem Domini.* Hoc est, postquam Maria & Ioseph omnia illa adimpleruntq, quæ secundum legis præcepta ad ritum purificationis spectabant. *Reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth.* Bene dicit, perfecerunt, quia non quomodocunque mater Christi adimpleuit, sed perfectè. Discе ex Christi parentibus ad perfectionem vsque quæcunque inceperis perducere. Si domum ædificare intendis iactaque sunt fundamenta & parietes, sed quid proderit rogo si sine tecto domum reliqueris. Quid similiter proderit incipere seruire Deo, nisi in incepto perseueraueris bono? Irridebunt te sanè dæmones, & de te dicent illud. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Ideo beatus Iob inquit. Donec deficiam nunquam recedam ab innocentia mea, & iustificationem, quam cœpi tenere, non deseram. Sic etiam & Paulus. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, &c. Deus enim in omnibus perfectus est, perfectáq; opera nostra petit. Estote (inquit) perfecti, sicut pater vester cœlestis perfectus est. Tu verò videris parturire monstra & in lucem prodere filios bonorum operum, videlicet virtutum & charitatis, sed tamen ista adolere nequeunt eo quod in via deficis, & ab incepto bono gradum reuocas. ¶ Multa præterea omittit sanctus Euangelista Lucas quæ nouit scripta à Matthæo, quomodo scilicet, Iesus post hæc sit in Ægyptum translatus, ne ab Herode occideretur, & post mortem Herodis quomodo reuersus sit in Nazareth, vnus enim Euangelista supplere solet quod ab alio prætermittitur. Peracto itaque purificationis ministerio reuersi sunt in Bethlehem, & ibi Angelus apparuit Iosepho, cui dixit, vt iret in Ægyptum, & post mortem Herodis cum reuerteretur monitus est, vt iret in Galilæam, & tunc (Matthæo alibi asserente & Luca hic) reuersus est in Nazareth Galilææ. Hæc enim reuersio, de qua hic noster Lucas, non fuit immediatè post purificationem, sed post septem annos, nam manserunt in Iudæa vsque ad monitionem Angeli & ierunt in Ægyptum, & posteà reuertentes ab Ægypto & Iudæam petentes, quia Archelaus regnabat, illuc ire timuerunt, & ideò abierunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Nam si de Galilæa exissent, vt irent in Ægyptum, cum reuertebantur recto tramite irent in Nazareth, & non intendissent ire in Iudæam, vbi domum nullam habebant. Nam volens Ioseph ire in Iudæam cum reuerteretur ab Ægypto conspicuum est quod ex Iudæa recesserit in Ægyptum: ideoque cum Euangelista noster dicit quod reuersi sunt in Galilæam in Nazareth intelligendum est postquam venerunt de Ægypto. Illa enim quæ facta sunt inter purificationem & hanc reuersionem in Nazareth scribit Matthæus in secundo capite sui Euangelij, quæ ideo à Luca hic prætermittuntur. Sequitur. *Puer autem crescebat.* Ætate & corporis quantitate, quatenus homo. *Et confortabatur.* Robore corporis, videlicet secundum incrementi mensuram quantuis in quocunque instanti poterat tantam corporis fortitudinem assumere, & accrescere quantum placuisset, vt pote Deus omnipotens: vel etiam vt homo comprehẽsor secundum superiorem suæ animæ portionem, vt pote deitate fruentem. Tanta enim extitit beatitudo animæ Christi, vt redundaret in corpus communicando illi quatuor illas dotes mirabiles corporis glorificati, nisi dispensatiuè Deus hoc impediret. Confortabatur itaque non per gratiæ, vel virtutis augmentum siue profectum, secundum quod apparebat, in ipso enim (vt ait Paulus) sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Et ideo ait. *Plenus sapientia, & gratia Dei erat in illo.* Ad pleniorem tam huius loci quam alterius infra huius capitis intelligentiam vbi habetur, quod Christus proficiebat sapientia, & gratia coram Deo & hominibus, aduertendum est quod sicut in Christo erant duæ naturæ, duo intellectus, & duæ voluntates in vna persona ita erat in eo duplex sapientia, vna scilicet, increata, hoc est, ipsum verbum diuinum, æternum, atque diuina essentia, altera verò creata sapientia. Ista autem sapientia Christi creata multiplex est. Vna quidẽ dicitur sapiẽtia beatorũ, qua à principio creationis animę suæ ipse secundum animã Deo fruentem, omnia cognouit in verbo, seu in diuina essentia, sicut beati in patria, imò multo excellentiùs eis. Item fuit in Christi anima à suæ creationis initio sapientia indita, seu infusa, qua cognouit res per proprias earum species sibi concreatas suæque animæ connaturales & proportionatas. Nulla enim naturalis perfectio defuit animæ Christi. Vnde sicut Verbum æternum, seu Deus à principio indidit mentibus Angelicis intelligibiles rerum species, per quas cognoscunt res cognitione vespertina præter cognitionem matutinam, in qua res cognoscunt in verbo, sic verbum animæ Christi sibi vnitæ indidit species intelligibiles naturales. Præter has autem sapientias, seu scientias ponitur in anima Christi scientia acquisita siue experimentalis: quia nihil defuit Christo eorum, quæ Deus naturæ humanæ ad sui perfectionem & essentiam tribuit & concesit, ideoque Christus habuit intellectum agentem eiusque operationem. Operatio autem intellectus agentis est à phantasmatibus intelligibiles species abstrahere, atque in intellectu eas possibili locare. Ita in intellectu possibili animæ Christi fuerunt species intelligibiles ab intellectu agente illi impressæ, quod est scientia acquisita, quam quidem vocant experimentalem in Christo consistere, quæ habetur per modum humanum naturaleque lumen: de quo Apostolus ad Hebræos de Christo Domino ait. Didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Et sumitur ibi discere, pro experiri. Christus enim non didicit ab alijs scientiam acquisitam, sed per propriam adinuentionem adeptus est. Ex his colligitur quod Christus in nulla scientia, seu sapientia prænominata crescebat, aut proficiebat, sed tantum in adquisita. Reliquam autem sapientiam, quam habebat paulatim demonstrabat, & hoc vocat Euangelista crementum, quia non modo Christus crescebat in corpore verum etiam in effectibus ad extra, demonstrabat enim paulatim infinitam eius sapientiam. ¶ Dedit nobis Christus exemplum, vt nos etiam adolentes corpore, accrescamus simul bonis moribus atque virtutibus à bono in melius proficientes: iuxta illud Pauli. In omni opere bono fructificantes, & crescẽtes. Quid vnquã proderit corporaliter nasci, nisi incremẽtum & robur sequatur cum planè infans debilis & exiguus nascatur? Et ideò post sacramentum baptismi & pœnitentiæ, quæ pertinent ad spirituale natalitium, & regenerationem, institutum est sacramentum Eucharistiæ conferens gratiam, robur, & vires ad rectè viuendum. Debemus ergo in bono progressus facere sicut de sancto rege Dauide dicit scriptura. Semper ibat proficiens & crescens, & erat se ipso robustior. Et ipsemet alibi. Fortitudinem meam ad te custodiam. Sequitur. *Et ibant parẽ-*

Matth.7. *1.Cor.3.* *Esai.28.* *1.Cor.2.* *Prouerb.18.* *Prouerb.2.* *Matth.11.* *Matth.13.* *4.Reg.20.* *Esai.39.* *Luc.9.* *Iob.27.* *2.Tim.4.* *Matth.3.* *Coloss.2.* *Hebr.5.* *Philip.3.* *2.Reg.3.* *Psalm.58.*

parentes eius per omnes annos in Hierusalem. Duo hic dubitanda occurrunt pro maiori huius literæ explanatione. Primum horum est. Si virgo beatissima Maria & Ioseph cum puero Iesu septem annis morati sunt in Ægypto, quomodo singulis annis pueritiæ Iesu in Hierusalem profecti sunt? Secundo lex præcipit, vt tribus vicibus in quolibet anno omne masculinum Iudæorum appareret coram Domino in loco ad hoc electo, hoc est, in loco præcipuo cultus diuini, qui fuit Hierusalem, præsertim postquam ibidem constructum est templum. Ergo qua ratione semel tantum ascendebant Hierusalem? Videtur, quod ter ascendere debuissent. ¶ Ad primum dicendum quod Lucas loquitur de tempore, quo Maria & Ioseph in Nazareth Galilææ sunt commorati. Ad secundum quod lex in Exodo iussit, vt omnis masculus Iudæorum in tribus solennitatibus, paschæ scilicet, Pentecostes, & tabernaculorum coram Domino appareret, sed cum his, qui remotè à loco præfato habitabant, dispensabatur quo ad duas solennitates minus principales, scilicet, Pentecostes, & tabernaculorum. Beata autẽ virgo & Ioseph remotè morabantur, idcircò ad principalem duntaxat solennitatem veniebant, legi obedientes, & obediendi exemplũ prebentes. In quo docemur Christi Saluatoris exẽplo festa Ecclesiæ celebrare, & horis canonicis interesse. Sed de hoc post paucain sequentibus agemus. Iam nunc Euangelista narrare incipit quomodo Iesus Saluator noster & Redemptor, suam sapientiam declarare, seu manifestare inceperit. Ait itaque. *Cum factus esset Iesus annorum duodecim.* Vidimus in superioribus quomodo testimonium præbuerunt de Christo Domino Angeli, pastores, Simeon & Anna, addit nunc tempus, vt ipsemet prodatur, & in publico videatur audiaturque. Quorsum enim attinet si alij de eo testificarentur, ipse verò perpetuum seruaret silentium? Heliu in libro Iob arbitrabatur iam se satis Iob, & tribus eius amicis aures suas accommodasse: quapropter tempus esse (existimabat ille) vt ipse aliquid in medium proferret. Plenus sum (inquit) sermonibus, & coarctat me spiritus uteri mei. Hem venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit, loquar & respirabo paululum. Nimis defatigabatur iste ob loquendum, & nihil interesset loque retur, vel taceret. Sed hoc in loco plurimum refert, vt Christus ipsemet sese hominem oculis & auribus exponat, quandoquidem omnis nostra salus ab eo pendet. Hunc nobis Lucas in templo docentem & disputantem ostendit, vbi ita gratissimè gessit, vt nõ solum Maria & Ioseph, verum omnes, qui circunstabant admirarentur: imò doctissimi quique obstupescerent, ob inauditam illius in respondendo sapientiam. Quæ res satis probabat Angelos pastores, Simeonem & Annam non frustra pronunciasse tanta tamque miranda de illo. ¶ Sed cur in anno ætatis duodecimo hæc signa deitatis ostendere voluit, & post, subditus parentibus se occultare voluit vsque ad annum trigesimũ? Vt confirmarentur in fide, qui ex his, quæ à pastoribus & Simeone, & Anna audierant conceperant spem puerũ hunc verum Messiam fore. Si enim in totum siluisse vsq; trigesimum annum, pro nugis & gmentis habuissent omnia, quę ab initio de illo fuissent dicta. Secundo quoq; Christus per hoc indicare voluit, quãtum ipsum desiderium teneret gloriam Dei, & salutem hominum promouere ac maturare, ita vt tempus ad hanc rẽ destinatum vix expectare posset quẽadmodum ex nimia cupiditate redimendi genus humanum nõ poterat expectare donec sanguis suus ab hostibus funderetur, sed priusquam vis hostium adesset, ipsemet sanguinis sui salutiferum liquorem in monte Oliueti emisit, sicut prædixerat antea. Baptismo habeo baptizari, & quomodo coarctor donec perficiatur? Et iterum. Desiderio desideraui, hoc pascha mãducare vobiscũ. ¶ Docuit Christus maturis suis auspicijs non esse differendum diu, aut cunctandum vbi honor Dei & animarum salus promoueri potest, siquidem nihil melius, aut magis pium fieri, & nihil maiori cũ periculo intermitti potest. ¶ Obseruẽt hæc homines ab omni cura otiosi, & negligentes, qui ex sese prognatos non illico primis annis sanctimoniæ ac pietati assuefaciunt, sed in omnibus peccatis, & vitijs adolescere sinunt, cùm tamen scriptura dicat homini summopere conducere, vt iugum Domini ab adolescentia sua portet. Nam adolescens iuxta viam suam, etiam cũ senuerit non recedet abea. ¶ Docet etiam vt secundum ætatem & vires humanas vnusquisque sapiat & conuersetur. Christus, qui in instanti conceptionis suæ erat plenus sapientia poterat illam ostendere cum maturis vbera

Exod. 23.

Iob. 32.

Luc. 12.

Luc. 2.

Tren. 3. Proœm.

vbera suggebat, & in quinto & in septimo suæ ætatis anno, sed hæc ætas non est intelligendi sicut ætas duodecim annorum. Et licet in hac ætate ostenderet maiorem sapientiam, quam expediret ætati duodecim annorum, tamen nihilominus duodecim annorũ ætas est intelligendi & percipiendi ætas. Sunt aliqui, qui ex nimia ingenij acritudine varias pertingunt res, & aliqua etiam discunt, quæ eorum superant vires, & grauiora sibi onera imponunt, quam supportare valeant. Vnumquenque solum vult Deus deferre quod posit ætati temporiq; se accõmodare. Ecce hæ sunt causę quare Christus in ætate duodecim annorum & in ipsa pueritia inceperit, & non anteà. Sed cur post hæc siluit vsq; ad annum trigesimum? Duo hominum sunt extrema. Alij pigri & negligentes, vt Ionas, qui propter maximam laxitudinem de rebus ecclesiæ & officijs eorum non curant. Alij sunt nimis ingenio acres & diligentes, qui nondum nati, quando iam prædicare, docere & alios regere volunt, & videntur sibi omnia perdita esse nisi ipsi loquantur & similes Heliu demonstrentur. Istorum genus vtrumque carpit Christus. Quod tam cito ætate videlicet duodecim annorum negotiũ patris aggressus est, taxat pastores negligentes, quod autem euangelicam doctrinam palam nõ prædicat vsq; ad trigesimum annum, redarguit eos, qui temeritate & præsumptione ad ecclesiæ ministerium, ipsi sese ingerunt & irrũpunt. Sed ad contextum. *Ascendentibus illis Hierosolymam.* Ascenderũt Christi parentes prius & posteà Christus, sic tu, qui pater es, debes priùs ascendere, vt posteà ascendant filij tui statũ virtutis. Sed nunc non sic, quia patres solummodo verbis docent virtutem filios suos, non opere & exemplo. Inquit enim pater filio. Cõsidera fili, ne ludo te immisceas, & videt puerulus abacũ ludi in domo patris sui per totam noctẽ & diem. Tu qui pater es prius ad missam & sermonem proficiscere & ad ecclesiam & tunc tui te filij sequẽtur & gressus tuos vti Iesus cum parentibus ipsis ascendentibus ascendit. Expende autem quod non adduxerunt Christum vsq; ad annũ duodecimũ ad templũ. Ne pueros minimos ad ecclesiam deferatis quia concionatores & sacerdotes diuina celebrantes perturbant, vsque quo ad ætatem discretionis pertingant. ¶ Obserua etiam quod non tenebatur beata virgo eo quod mulier erat, nec Christus quia etiam infans erat ad hoc festum ire, sed tantum deuotionis causa hunc laborem sibi sumpserũt. Ad ea quippe, quæ sancta & pia sunt, nõ est necesse vt seruus Dei præceptis adstringatur, nec excõmunicationibus, nec similiter curiosè percontari debet. An citra extremam necessitatem teneatur eleemosynam eroga re, an præter festos dies sacris debeat interesse, vel reliquo tempore anni præter quadragesimam confiteri, vt à Christo & eius sanctissima matre discat, qui cum nullo legis præcepto essent constricti in festum abierunt. Ita nimirum tu etiam si non tenearis ad audiendum sacrum hoc, vel illo die, qui festus non est, nihilominus nõ desinas sacro adesse. Idem dico in largitione eleemosynæ, & reliquis alijs operibus pijs & sanctis, nam iusto (vt beatus Paulus inquit) non est posita lex. Ne sis vt multi qui diligenter inuestigant & inquirunt teneantur ne ad hoc faciendum, nec ne, nam etiam si lex nõ præcipiat, non ideò id à tergo debes reiinquere. Nam nullus est Dñs, qui famulitium sustẽtet: qui nõ velit & gaudeat multa fieri, quæ ad eius seruitium spectant, priusquam ipse præcipiat: nam miserum & laboriosum esset, si semper præceptum deberet imponere ad ea, quæ à famulis essent facienda. Molestia enim & tædio illius serui Dominus afficeretur, qui nihil faceret nisi flagelli metu, vel crucis & tormenti timore. Similis est christicola & Deo magis intolerabilis & fastidiosus, qui nihil boni facit, nisi mortis æternæ & tormentorum gehẽnæ metu, qui deberet recordari se Deo dicere. Non secundum peccata quæ fecimus nos, sed secundum tuam misericordiam saluos nos fac. Non acceperat Dauid præceptum, vt templum ædificaret Domino, & voluit illud construere, tantaque solicitudine tenebatur, vt diceret, Si dedero somnum oculis meis, &c. donec inueniam locum Domino, tabernaculum Deo Iacob. Et siquidem tu Deum exoras, ne legis rigore te iudicet, ita etiam tu nõ deberes Deum rigore legis metiri, sed multa bona opera facere quæ in lege non præcipiuntur. Et quẽadmodum tu gaudes ne Deus tecum faciat quod de iustitia potest, sed potius suam misericordiam imploras, ita etiam ipse Deus non vult, vt serui sui cum illo ad rigorem legis attendant, sed potius vt vrbani sint. Nam si tu in hanc phrenesim rapiaris, vt Deo audeas dicere.

1. Tim. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cere. Nolo confiteri nisi tempore quadragesimæ, etiam Deus tibi dicet, cum in aliquod mortale peccatum incideris, volo, vt terra
2. *Reg.* 7. aperiatur & te deuoret, & consumat. Quòd
Psalm. 131. si tu dixeris id esse nimis asperum & non ferendum, non est quod de Deo conqueraris, nam secundum suam iustitiam id rectè potest facere. Quod si id non facit ideo est, quia sua misericordia & benignitate tecum vtitur. Misericordia Domini, quia non sumus consumpti. Iudicium enim sine misericordia fiet ei qui non fecerit misericordiã.
Thren. 3. *Iaco.* 2. *Luc.* 6. Etiam Dominus ait. Eadem mensura, qua alijs mensi fueritis, remetietur & vobis.

¶ In eo autem, quod secum duxerunt puerum Iesum debes discere, vt in omni via, in omni peregrinatione te ipsum comitetur dulcissimus Iesus, præ oculis illum semper intuere, nihil mundanum tuam mentem subeat, nisi ipse in omnibus negotijs semper tuam mentem & cogitationem tãquam in
Ezech. 34. scopum dirigito. Discant etiam hi, qui filios & familiam habent, vt semper secum ad ecclesiam deferant famulos & famulas, & maiores natu, nè certam Dei iram expectent, qui per prophetã minatur se ab eis requisiturum sanguinem omnium pereuntium, quorum causa id contigerit. Etenim non satis est, vt tu bonus sis, & vita tua inculpata & absque macula inueniatur. Sed etiam est opus, vt filios tuos, vel consanguineos, vel eos, qui tuæ sunt curæ commendati sanctis moribus, bona indole & Christianis dogmatibus imbuas & instituas, vt sic ipsis in ætate crescentibus, crescat etiam in illis Dei
Eccles. 7. amor & cultus pietatis. Iuxta illud sapiẽtis. Filij tibi sunt erudi eos, & curua illos à pueritia eorum. Beata enim virgo & Ioseph secum tulerunt puerum Iesum in templum Hierusalem. Vbi iam acriter parentes veniunt obiurgandi, qui semper filias domi clausas relinquunt, vt moris est in multis locis, huius nostræ Hispaniæ, & solet fieri, vt multi pertranseant menses & anni, quibus sacris non interfint, & sic veluti barbaræ & immanes gentes in campis & syluis vitam degentes procreantur. Nam si id faciunt, vt meliùs eas obseruent, & custodiant, magis sanum esset consilium si secum eas deferrent, vbi semper coram oculis eas habeant præsentes. Quod si de hoc facto parentes velis reprehendere respondent ipsi, hunc esse morẽ talis populi, vel ciuitatis. Quod certè sine risu non possum præterire, qui cũ iudicandi sint & corrigendi diuinis legibus & præceptis, pro suis partibus & in suum fauorem humanum morem & instituta addu cant. Et quod peius in hac re videtur, est: quod cum rebus diuinis & templis cultui diuino dicatis tales virgines clausæ sint, non tamen ad mundi spectacula, vt ad tauros agitandos, equos currendos, & ad alia huiusmodi ire desinunt. Quanti verò Deus habeat hanc rem, quãta & quàm magna beneficia his parentibus inferat, qui filios sanctè, piè & religiosè instituunt, vel ex eo facilè cognosci potest, quod Deus Abrahæ dixit. *Genes.* Scio quod Abraham sit præcepturus filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viã Domini, & faciant iudicium & iustitiam, & adducat Dominus propter Abrahã omnia, quæ loquutus est ad eum. Vbi diligenter est perpendendũ, quãta acceperit Abraham & quare. Quia præcepturus erat filijs suis & domesticis, vt custodirent viam Dñi. Is enim, qui principium præbet, & initia dirigit, eorum, quæ posteà sequuntur, author est. Rursus vero omnia, quæ filij deliquerint propter malam doctrinam parentum, vel propter malum exemplum posteà ab ipsis parentibus exigetur, eo quod non erudierint, nec corripuerint filios suos. Sic Heli sa
1. *Reg.* 4. cerdos morte subitanea punitus est, & domus eius multis plagis: eo quod filios suos non castigauerit. ¶ Notandum etiam est quod quanuis Christus & sanctissimi eius parentes rectè scirent impium Archelaum regnare in Iudæa pro Herode, qui simul cũ regno sæuitiam & inclementiam patris hæreditauit (cuius timore perterriti, vt Mat-
Matth. 2 thæus ait, non sunt ausi in Iudæam ire, sed in Galilæam, & in Nazareth habitarunt) nihilominus tamen ea, quæ ad Dei gloriam spectabant, causa timoris non desinunt adimplere, sed Hierosolymam, quæ metropolis Iudææ erat audacter peruenerunt. Vbi etiam docemur pro Dei gloria vitam corporalem parui esse faciendam, honores & quæcunque alia. Necnon etiam spiritualia temporalibus esse anteponenda. Sic etiam cum
Ioan. 11. in morte Lazari Apostoli Christo dixissent, ne in Iudæam iret, quia Iudæi volebant illum interficere: non ideo eorum consilio acquieuit, sed abijt ad suscitandum Lazarum, ex quo facto sciebat grandem gloriam & honorem Deo euenturum, nam vt clarè constat viso miraculo multi crediderunt. Similiter etiam cum sciret aduersus

Matth. 21. sus eum congregatum esse concilium mortem contemnens ingressus est Hierusalem & eiecit ementes & vendentes de templo, vt gloria Dei exaltaretur. Sic etiam Paulus cum audisset ab Agabo propheta, quod alligandus esset in Hierusalem cumque discipuli rogarent, ne ascenderet Hierosolymã,
Act. 21. respondit. Ego non solum alligari, sed & mori in Hierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu. Sed nunc cum iam charitas adeo sit remissa, pauci sunt, qui mortis periculo pro Christo se velint exponere. Sed quid dico vitam exponere? nec duru inimicis parcere, vel parum frigoris, vel caloris sustinere, vel sitim, vel famẽ perpeti volunt. *Exod.* 23. *Secundum consuetudinem diei festi.* Præcipiebat Deus in Exodo, vt ter in anno omne masculinum in templo præsentaretur corã Domino, & quod tria festa celebrarẽt: sanctum, scilicet, diem paschatis, festum tabernaculorum, & diem Penthecostes. Quãuis hoc graue esset præceptum præsertim ijs, qui longe ab Hierosolymis distabant, nihilominus valde vtile ac necessarium erat. Fiebat enim hoc hac de causa vt doctrina, & cæremoniæ, quæ ad cultum diuinum pertinebant, melius conseruari possent, ne quisquam pro suo libito intra priuatos parietes noua dogmata & nouos ritus statueret. Sed vt quemadmodum omnibus non nisi vnus Deus erat cognitus, ita etiam non nisi vna fides, vna doctrina, & ijdem ritus constarent. Quod fieri non poterat, nisi simul conuenirent. Nam si vnaquæq; ciuitas sua festa celebrasset, facile esset, discordiam suboriri, alijs alios mores approbantibus. Sic Paulus inquit se profecturum Hierosolymam, & cõtulisse Euãgelium cum reliquis Apostolis.
Galat. 2. Ne forte in vacuum currerem (inquit) aut cucurrissem. Maria verò & Ioseph quanuis procul & remoti habitarent, Hierosolymã tendunt, vt adimpleant Domini præceptũ. Minus certè distat ecclesia à domo tua, quã Nazareth ab Hierusalem, sed facis, vt sacrũ domi tuæ celebretur, vbi conuiuia sunt, ludi profani, aleæ, & plurima alia, quæ in Dei contumeliam exercentur. Deus vbique est, & vbique poteris illi fundere preces: sed potius sua dona liberalius largitur, spem scilicet, fidem, & charitatem, & gratiam in populo Christiano, quam inter infideles, & potius in tẽplo, vbi per sacramenta gratia confertur, quam in domibus & in plateis. In templo enim magis adest, quia ibi frequentior est & liberalior. Et ita Salomoni dixit,
3. *Reg.* 9. Sanctificaui domum hanc, quam ædificasti, vt ponerem nomen meum ibi vsque in sempiternum, & erunt oculi mei ibi, &c. Potiorem imaginem habebat beata Virgo filium suum, & melius oratorium domi suę, quam tu, nihilominus tamen in templum abijt, vt celebraret festum, vbi melius diuina officia aguntur. Vtinam summus Pontifex nõ ita liberaliter magnatibus & eorum vxoribus facultatem faceret, vt in suis domibus sacrum posset celebrari, qui cum nullã habeãt necessitatem, nec aliqua infirmitate laborent, solum vitij & indulgentiæ causa domi sacrum audiunt, nec toto anni tempore, vec vni cõcioni volunt interesse, qui quidem iustissimo iudicio mererentur, vt post mortem non sepelirentur in ecclesijs, quan doquidem in vita eas odio habuerunt.

¶ Cæterum in eo, quod ait, hoc factum fuisse secundum consuetudinem festi, obseruandum est Christum solicitum fuisse, simul & eius parentes in obseruandis pijs, & sanctis consuetudinibus. Nos verò quasi ex diametro cum Christo pugnamus, seruantes consuetudinem, & ritum tantum in vestibus, vsuris & contractibus illicitis. Deberemus in hac re id considerare, an tales consuetudines cum Euangelio conueniant, necne: quod si non conueniant, relinquendæ essent à nobis, si verò cum ipso componantur, sequendæ. Lex enim Dei debet esse regula & norma, qua quælibet consuetudo & ritus est examinandus. Praua quippe consuetudo non est lex, sed praue ipsa lege abuti. Quapropter sine necessitate non debet omitti. Nunc secundum consuetudinem diei festi ascendunt Hierosolymam, vt etiam antea secundum consuetudinem legis obtulerunt pro puero oblationes, dum eum in templo Domino consecrarunt. Iesus etiam secundum con- *Matth.* 26.
suetudinem ibat in montem oliuarum, oran- 1. *Cor.* 11.
di causa. Item Apostolus consuetudinem *Matth.* 27.
allegat mulierum, dum in ecclesiam orandi causa conueniunt. Pilatus etiam pro liberta te innocentis Iesu consuetudinem adducit Iudæorum. Festus etiam tribunus affert *Acto.* 25.
consuetudinem Romanorum contra Iudæos, qui mortem Apostolo moliebantur, atque ita insontem & sine culpa ab eorum insidijs liberauit. Zacharias etiam secũdum cõsuetudinem sacerdotij sorte exijt, vt poneret exẽplum. Et ecce filius Dei ser- *Luc.* 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uauit consuetudinem bonam, sanctam, rationi cõsonam, piam, & honestam, quam parẽtes eius obseruarunt, cum sancti essent atq; deuoti: quam cõsuetudinem maximi fecerunt omnes ecclesiæ columnæ & doctores, quamque miris laudibus & encomijs omnes ecclesiæ constitutiones in cælum efferunt, & extollunt. Hanc Lutherus filius perditionis, semen adulterinum, arbor à sua natura degenerans, viperarum genimen, inimicus omnis iustitiæ, pacis perturbator, vniuersæ Christianæ reipublicæ pestis, sacræ religionis euersor, viarum domini labefactator, inuerecunda & procaci fronte ecclesiæ catholicæ Romanæ sanctas consuetudines deridet: docetque execrabiles & impios errores, imò mille mendacijs & hæresibus & quibusdam nouitatibus rudem plebem seducit. *Consummatisque diebus cum redirent.* Cum iam iter inciperent ab Hierusalem in Galilæam cõ summatis diebus ad solennitatem festi spectantibus, quod per spacium septem dierum durabat iuxta illud Deuteronomij. Septem diebus comedetis absque fermento. Non desunt aliqui dicentes hoc festum durare per octo dierum spacium: quod verum est, si numeres diem illum immediate præcedentẽ reliquos septem, in quo immolabatur Phase luna decimaquarta, vt in Exodo fuit præceptum. ¶ Ad tuam vero eruditionem notabis differentiam, quæ est inter bonos & malos. Nam boni omnia bona perficiunt & absoluunt, mala vero imperfecta relinquunt: quod quidem sacræ scripturæ exemplo tibi ostendam. Nam cum Dauid apud se statuisset arcam Dei ducere in ciuitatem suam cũque in itinere Oza esset percussus, nõ ideo destitit à bono incepto: licet aliquando mansisset in domo Obededon Gethæi: sed finem operi imponẽs duxit illam in domum suam. Vnde ipse, qui semper solicitus erat de voluntate domini, spiritus ardore in hæc verba prorumpit. Si dedero somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem. &c. Quando vero opus malum aggrediuntur, in medio itinere, quacunque data occasione ab opere desistunt. Quod in eodem Dauid optime demonstrari potest: qui comminatus Nabal Carmeli, cum viam suam domus insequeretur, vt illum & omnem familiam destrueret, fuit illi obuiam Abigail, & compressa ira vltionem dimisit, nec quidquam mali fecit. ¶ Id tamen est ingenium & conditio malorum, vt si quod malum aggrediuntur, nunquam ab eo vsq; in finem desistunt.

Deut.16.

Exod.12.

2. Reg. 6.

1. Reg. 25.

Psalm. 131.

Sic de ædificatoribus turris Babyloniæ dixit Deus. Nõ desistant à cogitationibus suis, do nec eas opere compleant. Nouerat enim optime humani generis conditor, hanc esse hominũ conditionem, & ingenium, mala incepta nũquam velle desinere: ideo sua mirabili potentia opus illud destruxit. Bona autẽ incepta nunquã finiunt, sed quocunque vẽto huc & illuc facile impelluntur. Sic filij Israël cantantes & gaudentes iter inceperunt in terrã promissionis, sed cũ cibi deficerent, manũ ab aratro voluerũt retrahere, & reuerti in terram Ægypti, & aduersus Mosem & Aaron sunt loquuti. At vero beatissima virgo, vt pote quæ exẽplar debebat esse totius virtutis cum sancto eius sponso à solẽnitate festi nõ destiterunt, quoadusq; dies festi adimplerentur. Iubebat enim Deus, vt in fimbrijs vestimẽti summi sacerdotis apponerentur glandes punicæ. Solũ hoc genus fructus inter reliqua alia corona insignitur, & hac de causa iubet Deus apponi in fine vestimẽti: vnde facile sit intelligere coronã victoriæ nõ dari à Deo eis, qui inceperint, sed potius his, qui vt magnanimi & strenui milites in victoria vsq; ad finẽ perseuerauerint. *Et remansit puer Iesus in Hierusalem.* Eũ quippe qui bona indole est natus, satis est vt viã virtutis doceas, & ostẽdas: ipse enim postea velut equꝰ in cursu positus à recto tramite non discedet. Quod quidem ostenditur in puero Iesu, qui cum ductus esset in templum vt solennitati festi adesset, non solum diebus, quibus festũ celebrabatur, sed etiam postea ibi mansit. In quo nulla prorsus est parentum negligentia: nec sanæ mentis erit qui talis suspicionis eos arguat. Fuit enim hoc factũ diuino consilio & prouidentia. Primo vt sapientiam suam in gloriam & honorem æterni patris manifestaret. Nam ipse dixit. Qui misit me, mecum est: & non reliquit me solum: quia quæ placita sunt ei facio semper. Item etiam vt zelum suum erga patris honorem ostenderet ab infantia & pueritia: de quo ipse gloriatur, cum inquit. Zelus domus tuæ comedit me. Denique vt omnibus, maxime pueris exemplum daret assistendi templo & diuinis rebus: vt illud sapientis recordaremur. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam tenebrescat. &c.

Gene.11.

Exod.25.

Exod.40.

Exod.39.

Ioan.8.

Ecclesi.12.

¶ Docemur etiam ne diuinis donis & gratijs freti nimis confidamus, neque in vtram

uis

uis aurem dormiamus securi. Nam quanto quis maioribus donis est præditus, tanto altius, & profundius debet vigilare ne sibi rapiantur. Cura & humilitate opus est. Nam qui stat (vt diuinitus monet Paulus) videat ne cadat. Et alibi. Tu fide stas, noli altum sapere, sed time. Sapiens etiam. Beatus homo qui semper est prouidus. Nemini mortalium in hac vita, aut maiores, aut copiosiores dotes contigerunt, quã virgini matri, cui cum vnigenitum Dei filium illi dedisset æternus pater & ipsius matrem ante secula statuisset, nunc illum amittit, quem cogitur mœrore plena inquirere, & tandem post tertium diem illum inuenit. Sic est adeo facilis iactura donorum Dei, vbi nimia securitas animum tenet, quanuis sanctissimæ matri non id negligentiæ debeat verti. Nostra enim causa id factum fuisse censendum est, vt semper soliciti simus in conseruandis dotibus nobis diuinitus concessis. Etenim si Maria filium sibi à Deo datum amittere potuit: quid est quod tu non possis dotes aliquando à Deo datas perdere? Quod tamen hic puto esse dicendum id scilicet est, Christum pro aliquo temporis spacio à veneratione actuali matris discessisse, vt nos maiorem adhiberemus diligentiam & solertiam in seruandis donis, quæ nobis à Deo contigerunt.

1. Cor. 10. Rom. 11. Prouerb. 18.

¶ Obserua autem diligenter, quod filius à matre discedit, & postea à doctoribus. Sed multo differentius, nam à matre discedebat per paruum tempus, clam & sine matris culpa, vt maius desiderium & feruentius in matre exarderet. A Iudæis verò & scribis palã discedebat eorum culpa, quia tantummodo illum suspensi admirabantur, nihil altius, nec excellentius de ipso cogitantes, cum tamen ex his, quæ Christus loquebatur & faciebat, satis illum cognoscere potuissent. Idem etiam nunc bonis & malis solet contingere, nam multoties Dei præsentiam viri sancti desiderant, & multis lachrymis, & suspirijs expostulant. Vt ait propheta sanctus. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Et iterum inquit. Ad te clamaui, & exaudisti me. Sic similiter per breue temporis spacium deseruit Ioseph Iob, & Tobiam, sed mox tanto gloriosius redijt cum eorum consolatione. Hoc enim semper electi experti sunt. Improbis autem dicit Deus. Vos reliquistis me, & ego reliqui vos. Et iterum. Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum. Item. Non audiuit populus meus vocem meam, & dimisi eos secundum desideria cordis eorum. Hos reliquit in æternum, bonos autem ad tempus. Væ illis, quos Deus in perpetuum derelinquit. Vehementer ab illo expostula, & si opus fuerit lachrymarum fontem diffunde, ne sua misericordiæ manu te dimittat. ¶ Sed quid est hoc quod cum nondum venerit, iam amittitur? hoc facit, vt maiori desiderio illi⁹ teneamur. Non enim sic adeo tutũ & sanum illius statum iudico, qui semper Dñi beneficijs affluit, quam illius qui aliquando tepidus est, quiq; aliquando à Dño derelinquitur, quippe qui talis semper in humilitate & maiori vigilãtia vitam deget. ¶ Aduerte etiã quod nũquam beata virgo Christum amisit cum à persecutione Herodis fugeret in Ægyptũ, nec ibi existens, aut rediens, sed in festa & maxima solennitate. In quo facile innuitur quam mala sit nobis mundi fœlicitas & affluentia, quandoquidem in ea potius quam in persequutionib⁹ & tribulationibus Christus amittitur. Adam cum in paradiso terreno esset, magnis honoribus constitutus, omnium rerum Dominus, Deo dilectus, quem Angeli magno pretio habebant, quem dæmones timebant, & omnes creaturæ venerabantur, his omnibus immunitatibus, & priuilegijs præditus grauissimè in Dominũ Deum suum peccauit. Econtra vero patientissimus Iob multoties sibi data ansa & occasione, vt inter tot tantasq; tentationes & afflictiones Dominum Deum suum offenderet, male⁹it viriliter pugnare, taliter, vt scriptura dicat. In omnibus his nõ peccauit Iob. Quis obsecro magis rectus fuit Dauid, an Salomon? Certum est quod Dauid sanctior fuit, quandoquidem quod Christo gaudeat, & eius beatitudine fruatur, nemo est qui ambigat. De Salomone autem non nobis constat, an damnatus fuerit, an saluus. Omnis enim sanctissimi regis Dauid vita non nisi multis laboribus, persequutionibus, & calamitatibus, constitit. Nã in exiliũ abijt, famẽ & sitim fuit passus, sic adeo vt cogeretur à Nabal & à sacerdote Abimelec panẽ mendicare. Postea vero quam iam in regẽ electus est omnis vita multis lachrymis & mœrore fuit mixta. Fecit enim planctum propter Amon, & Absalon, filij eius grauissimas iniurias ipsi intulerunt, nam vnus vim intulit sorori, alter fratrem suum

Deut.32. Psalm.80.

Genes.3.

Iob. 2.

1. Reg. 25.
1. Reg. 21.
2. Reg. 13.
2. Reg. 18.
3. Reg. 1.

occi

Psalm.29. Psalm.16. Genes. 39. Iob. 1. Tob. 2. 2. Paral. 12.

Matth. 2.

2. Reg. 16. occidit. Adonias regnum volebat vsurpare:
2. Reg. 20. Absalon bellum gerit aduersus eum, & è
2. Reg. 24. domo eijcit: Semei illi maledicit, Siba cõtra eum insurgit: & denique super omnia hæc Deus immittit illi pestem & flagella grauissima. E contra vero Salomon fœliciter & prospere regnauit, delicijs nutritus, & recta valetudine fuit potitus, nemo illi fuit molestus, omnes seruiebant illi cũ gaudio, vixit fœliciſsimus & gloriosus, à nemine fuit persequutus: nunquã labores, ærumnas, aut calamitates fuit passus. Diuitijs abundauit, concubinis, hortos amœnisſimos, cãpos & syluas habuit, domos eburneis laquearibus & Zaphiro cõstructas. Aspice igitur quam inimica sit prosperitas & fœlicitas ipsi animæ: nã cum Salomõ sapientisſimus atq; amicus Dei esset, adeo est hæc tam atrox & fera bestia, vt nulla sapiẽtia posset seipsum liberare, quin in grauisſima peccata & flagitia non laberetur: ita vt multi credant (quæ probabilior est opinio) in infernum dicendisse. Quẽ admodũ labores & afflictiones salutẽ Dauid promiserunt: ita fœlicitas in magnũ constituit discrimen filiũ eius Salomonẽ. In quo clare videbis quomodo Deus magis affendi tur in mundi gloria & prosperitate, quã in vilitate & contẽptu. Quod si Ethnicorum liceat exẽpla in medium afferre, vt etiam illis hæc veritas magis confirmetur, aspice Magnum illum Alexandrum, qui cũ excellenti virtute esset præditus, postquam in tantorũ regnorũ principem fuit electus, adeo superbus, crudelis, & vitiosus fuit factus. Quippe qui Parmenidẽ amicũ suum occidit, Philiotam, & venerandum senem Cliẽ patri suo multis de causis amicisſimũ, simul etiam cõ discipulũ suum Callisthenem, Athalũ, Euri lochum, Pausaniã, multosque alios Macedoniæ principes excellentes, quorum malorũ causa fuit, quia cultũ Deo debitũ ipsi tribuere noluerunt. Quam ob causam Paulus Orosius eum appellat magnũ miseriarum gurgitem, & totius orientis atrocisſimum turbinẽ. Vbi maximè deberemus mirari, quẽadmodum rerum affluentia status altitudo, imperium, & sceptrum excellentisſimũ principẽ in id adduxerunt, vt grauisſima crimina perpetraret. Nulla quidem collatione magnates & principes tot tantisq; diuitijs circũuallati, in delicijs, & voluptatibus vitam degentes grauius Deum offendunt, quam pauperculi & miseri, qui sudore vultus sui panem quæritant. Magis Deus inhonoratur diebus festis & feriatis, in quibus de nihilo agitur quam de ociositate, quæ sanctis exercitijs inimica est, de ludo, de cantu, de cibis, & Bacchanalijs, quę omnia animę pestes sunt, & nouercæ virtutum: quam in alijs diebus, in quibus vnusquisque suo se applicat exercitio. Ideo non vacat mysterio, quod Christus in hac festiuitate amittatur, vbi omnes gaudebant, lætabantur, & in conuiuijs cibo meroque se ingurgitabant. Vnde intelligas quod similibus temporibus homines soleant ipsum amittere. ¶ Remansit itaque Iesus sine parentum licentia, quibus nihil voluit dicere: sicut Sanson noluit patri nec matri dicere, se sumpsisse mel de ore leonis. Sed dubium statim hic insurgit. Quare non à matre licentiam petierit, vt sic remanere posset? Nonne hoc melius esset: quam discedere, nihil eis dicens? Si ipse est qui parentes præcipit venerari: quid est quod tanti mœroris fuerit causa sanctisſimæ matri & sponso Ioseph, cum vnico verbo posset huic tristitiæ satisfacere? Hoc Christus fecit, vt nobis insinuaret, ea, quę ad salutẽ nostræ animæ pertinent, & quæ spiritualia sunt, temporalibus esse anteponenda. Non petijt licentiam, quia ad ea, quæ sunt Dei non opus est illam expresse postulare. Nam si velis monachatum adire, non est opus, vt prius parentes consulas. Atque ita postea dixit illis Christus. Nesciebatis quod in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Lege de hac re Hieronymum scribentem ad Heliodorum. Vbi veniunt parentes illi taxandi, qui de filijs conqueruntur, eo quod facultatem non expostulauerint, vt religionem ingrediantur. Nam ipsi parentes sunt corporis, non animę: qui contemni, & reijci debent, si contradixerint nostræ animæ vtilibus, & conuenientibus: secundum illud redemptoris. Qui non odit patrem suum, & matrem suam propter me, non est me dignus. Nam in tali casu crudelitate vti, est misericordiam exercere. Sic olim Moses loquens cum domino dixit. Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ò Iacob, & legem tuam ò Israël. Sic igitur dominus remansit in Hierusalem. *Et non cognouerunt parentes eius.* Nam si cognouissent, non vtique amisissent. Multi etiam nunc amittunt Christum, qui cum non cognoscant bonũ ex igno-

Iud. 14.
Exo. 20.
Luc. 9.
Deu. 33.

Esa. 5. ex ignorantia peccant. Vnde Esaias. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Omnis namque malus est ignorans: non quia omne peccatum ex ignorantia procedat (nam multa sunt, quæ vel ex malitia, vel fragilitate prouenient) sed quia omnis qui peccat ignorat principia practica. Nam quando quis ex malitia delinquit, id prouenit, quia nouit principia speculatiua. Vt qui scit vsuram esse peccatum, dans ad vsuram peccat ex malitia, & non ex ignorantia principij speculatiui. Nihilominus tamen peccat ex ignorantia, quæ ibi inuoluitur, quia licet non ignoret vsuram esse peccatum, ignorat tamen quanta sit pœna illius peccati, & deniq; ignorat quanta & quam ineffabilis sit bonitas Dei, & quam grauiter ipse offendatur. Vnde Christus. Hæc facient vobis, quia nõ nouerunt patrem neque me. Sola enim consideratio tantæ malitiæ, & abominationis, quæ in ipso peccato includitur satis deberet esse, vt vniuersi homines peccatum odirent, & tanquam perniciosam pestem detestarentur. Sed cum iam peccatores in id malum peruenerint, vt obcæcati sint, & mentis oculis careant, audent peccata committere cum hac illius ignorantia. In cuius considerationem tu quisquis es, qui Deum audes offendere, fac illud quod Angelus Raphael consuluit Tobiæ. Exentera (inquit) piscem, & tolle fel: bonum enim est ad visum. Sic tu exentera peccatum vt videre possis ipsius amaritudinem, quo facto expelles ignorantiam, & oculos aperies, & videbis quanta sit peccati malitia & fœditas. Sola hæc cognitio satis esset, vt nemo auderet ita se præcipitem in peccatum dare. Fuit enim quidam doctor Theologus qui dixerit, quod solum manifestatis & apertis circunstantijs, quæ in peccato mortali sunt, confirmauit Deus Apostolos, vt non possent in peccatum labi. Et quanquam hæc non videatur mihi sufficiẽs causa & ratio, quare Apostoli fuerint confirmati, sed tamen sola anima duersio malitiæ peccati & pœnæ quam secum annexam affert, magna quidẽ est pars, vt homo se auertat à peccato, & quia magna est negligentia huius considerationis, solet fieri, vt omnes peccent ignorantes principia practica. Et quia ipse Christus volebat docere, se ab hominibus amitti ignorantiæ causa, voluit manere in Hierusalem, & quod parentes suos

Tob. 6.

1. Reg. 3. lateret. Nam certum est neminem Deum amittere nisi qui eius cognitione, & grauitate peccati & inferni pœnis caret. Gloriantur homines & studeant honoribus acquirendis, atque diuitijs, & in mundanarum rerum sapientia altas agunt radices, in eis verò quæ ad cultum, & honorem Dei spectant hebetes & inepti redduntur. Similes valde sunt talpis, quæ subtus terram viam aperiunt, in media vero luce cæci & obtenebrati ambulant. Heli adeò cæcitate laborabat, vt nec lucernam posset videre, donec extincta erat. Ita hi, qui terrenarum rerum sapientiam atque cæcitatem mundi induerant, & diuinarum ignorantes Deum amittunt, & eum in Hierusalem relinquunt, quia nesciunt, nec intelligunt, nec cognoscunt. Sed iam ad historiam reuertamur. *Existimantes autem illum esse in comitatu venerunt iter diei.* Mos erat filijs Israel (& vtinam apud nos etiam esset) in diebus festis euntes Hierusalem, vel ab ea redeuntes, differentibus vijs homines & mulieres tenderent, idq; fiebat honestatis causa. Infantes autem, & pueri indifferenter vtrumq; parentem poterant comitari: & hoc fuit in causa, vt sanctus Ioseph existimaret puerum Iesum cum matre abijsse: necnon etiam beatisſimam virginem contraria suspicio fefellit, & sic ambo ab Hierusalem recesserunt in Nazareth toto die ambulantes, putantes puerum simul aduenire. Cumq; in fine diei vterque aduerteret cum neutro puerum venire, anguſtia & mœrore confecti quærebant illum. Vbi doctrina tibi proponitur maximè tuæ animæ necessaria, ita vt non sis contentus, quod Christus cum alio sit, nisi tecum etiam habitet. Nec ea negligentia capiaris, vt existimes satis esse cum alio tendere si etiam tecum non abeat. Gloriantur quippe multi & se iactant, principes & patronos suæ religionis sanctisſimos fuisse, & in vijs Domini directè ambulasse. Sed quid tibi proderit eos sancte & integre vitã degisse, & cum Deo ambulasse: nisi tu eorũ vestigia sequaris, & Deum tecũ duxeris? Diligenter Deum debes inquirere, & talia operari, vt ipse nõ dedigneturtecum simul abire, & tua familiaritate gaudere. Nã si ea fiducia solum es contentus, vt cum alijs abeat, & negligens fueris in inquisitione illius, quando diei huius vitæ iam finis aduenerit, & hac communi luce fueris priuatus

eo

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo amisso, si illũ quæsieris, non inuenies. Sed iam videndum est, postquã illum amiserũt, quid fecerint. *Et requirebant eum inter cognatos & notos.* Et inter hos non inuenerunt eũ. Vt intelligatur quod nec caro, nec sanguis potuerunt illum inuenire. Verum si Christus non inuenitur inter cognatos & notos, quid est, quod plerique religiosam vitam professi, postquam parentes suos cognatos & mundum propter Deum reliquerint: cænobijs suis relictis inter cognatos & notos in seculo vagari cõspiciuntur? Si Christus nõ est inuẽtus inter cognatos & notos: quí fieri potest, vt inter cognatos & notos tu illum reperias? His enim, qui sanctam vitã & castã sunt professi, dixit Christus. Vos estis sal terræ. Sal extracta maris aqua & congelata solis calore fit: ita monachi & religiosi, qui ab hoc mundo, tempestuoso mari erepti sunt, orationis calore, & radijs contẽplationis percussi in salẽ conuertuntur. At vero si acceperis salẽ, & eum in mare proieceris dissoluetur totus, & in aquã cõuertetur. Ita monachus, qui postquã religionis habitũ induit, & in monasterio iã factus sal, iterũ in mundũ egreditur, & cũ secularibus cõuersatur, secularis iterũ conuertitur & mundanus fit, vt erat antea. Et quanquã exteriori veste induatur, quę illum monachũ & religiosum repræsentat, nihilominus ipse peior effectus est omnibus secularibus: quandoquidẽ religionis fuco & sanctitatis specie sua vitia tegit, & dissimulat. Itaq; tu, qui sanctam religionẽ es ingressus, non Christũ quæras inter cognatos & notos, sed in secreto monasterij tui cubili lachrymis, oratione, ieiunio, & disciplina. ¶ Notabis autem, quod quanuis beata virgo recte sciret, Iesum nequaquã posse amitti, quia prius sua prædicatione & miraculis oportebat, vt mũdo manifestaretur, & q̃ mortẽ acerbissimã patiens humanũ genus debebat redimere, nihilominus tamen cũ hęc omnia recte nosset, quantum ipsa potuit, effecit, vt illũ inueniret. Quoquidẽ egregiũ documentũ nobis ob oculos ponitur, vt quanuis sciamus Deum nos adiuuaturum, nihilominus quantũ vires nostræ valuerint conemur eum reperire. Cuius rei exẽplum sacra pagina nobis subministrat. Nam cum Iacob certo certius haberet Deum esse cum illo, & fratrem suum futurum esse superiorem. Et sciebat etiam quod Deus arguit Laban, & quod præcepit ne aspere ei loqueretur, nihilominus tamen facit quod in se est, & mittit munera Esau, vt illum placaret, & inueniret gratiam coram oculis eius. Hæc dicetis domino meo Esau. &c. Dauid quoque certo sciens se regnaturum post Saulem, & quod dominus ei auxiliabatur nihilominus fugiebat à facie eius & absondebatur, & abijt ad Achis regem Geth. &c. *Et non inuenientes regressi sunt in Hierusalem requirentes eum.* Quod igitur nunc pijs lachrymis & deuota mente est considerandum, scilicet, quibus doloribus & tormentis cor virginis fuerit sauciatum his tribus diebus, quibus absentiam sui amantissimi filij fuit passa. Quas lachrymas, quæ suspiria, quos gemitus emisit, quando oculos in filium conuertit, & eum non vidit. Iam hic sacratissima virgo incipiebat crudelissimos & acerbissimos dolores experiri, quos in eius morte erat passura: de quibus Simeon iam antea prophetauerat dicens. Tuam ipsius animam doloris gladius pertransibit. Nesciebat quid ageret sanctissima mater angustijs & doloribus circundata, cum thesaurum illum, sapientiam æterni patris, quem Deus in custodiam illi dederat amisisset. Quocirca gemitibus & vocibus magnis potuit illa verba referre, quæ Ruben dixit. Puer non comparet, & ego quo ibo? Putabat sanctissima mater filium amississe, eo forte quia ipsa (non vt par erat filio Dei vnigenito) debitum obsequium & ministerium præstitisset. Quapropter postea illi dixit. Quid fecisti nobis sic? Hoc est: quæ causa fuit vt nos omitteres? Dic mihi, quid peccaui, aut in quo aduersus te deliqui, vt postea me corrigam? Vbi beatissimæ virginis humilitatem debes admirari, quod cum eius obsequium & seruitium magis Deo placeret, quam cuiuscunque alterius supremi angeli: nihilominus tamen ipsa anceps & dubia manet, non intelligens an forte aliquid fecisset, quo Christi oculis displiceret. Tu verò qui quotidie in mille defectus & peccata incidis, contentus & lætus viuis, existimans tuis factis Deum amicum & propicium habere. Ex quo loco discces semper cautum in hac vita oportere viuere. Tantum abest, vt securus & contentus viuas. Vide etiam quibus doloribus & angustijs dilectissima mater afflicta sit. Solet enim Deus frequenter electis & amicis suis labores & afflictiones immittere: vt quanti sit valoris eorum virtus cognosci possit. Nam qui pondus aliquod auri vel argenti solet appendere, vt clarius cognoscat,

Matt. 5.

Gen. 31.

Gen. 32.

1. Reg.

Gen. 3.

Psal. 12.

Ephes. 4.

scat, quantas habeat drachmas aurum illud, solet transmutare aurum in stateram vbi pendicula erant, & ècontra perpẽdicula, vbi aurum. Ita similiter contigit Deo cum patiẽtissimo Iob, qui dedit illi abundãtes diuitias rectam corporis valetudinẽ, & multos filios, & constituit illũ in stateram totius humanæ fœlicitatis. Et quanquã multi, qui in hac statera collocãtur solent deficere à vera põderis mẽsura, quẽadmodũ Pharao, Saul, Salomõ, Aman, & alij multi, tamen sancti patriarchę Iob pondus stetit infiniti valoris, quia omnibus his bonis nunquã superbijt. At verò vtrectius & exactius examinaretur transtulit illum Dñs in staterã tribulationũ & laborũ, vbi fidelis seruus fuit inuentus. Quocirca de eo scriptura inquit. In omnibus his nõ peccauit Iob, nec stultum quid cõtra Dñm loquutus est, sed potius Deũ laudabat & glorificabat, dicens, Dñs dedit, Dñs abstulit, &c. Sic beatissimam virginẽ, post tanta dona cõcessa, post honores & gloriam, quã possidebat, cum haberet Christum filium suũ, in statera approbationis illam cõstituit, vt virtus atq; patientia cognosceretur, & vt ipsa filij absentiam sentiret, quæ eius præsentia semper alacris fuerat. Quos enim diligit corrigit, vt eorum virtus magis eluceſcat. Vt nos non tristemur quando aduersa nobis aduenerint: quandoquidem sanctissimã matrem ab his nõ liberauit, vtpote moris illius est, dilectos & amicos suos his nuncijs salutare: quod qui dẽ indiciũ est summi amoris Dei erga illos. ¶ Ad tuam hic eruditionem debes animaduertere, quod si Christum amisisti, & vis illum inuenire, per eandem viam debes retro vertere. Virgo nanq; beatissima & sanctus Ioseph sic facientes, meruerunt eum inuenire. Sic tu cum à Deo te auerteris, & illũ per peccatum perdideris, nihil est salubrius, quã si eandem viam ambulaueris pœnitentiam agens, dolore & lachrymis eã irrigando. Ideo præclare Paulus. Deponentes vos secũdum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem secundum spiritum mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Et paulo post. Qui furabatur iam non furetur. Quasi dicat Paulus, Sinite istos antiquos mores, deponite iam veteris hominis malitiam, & qui auarus erat, iam posthac liberalitatẽ exerceat, libidini vacans, iam castus sit, & puram mentem Deo conseruet, qui inuidiam sectabatur, iam inde charitatem induat: Superbus & laudis cupidus, iam humiliter & abiecte de se sentiat. Nam cũ rex Ezechias morte esset damnatus, in se conuersus deplorauit: quo meruit audire. Non morieris. Solet enim Dominus sententiam mutare, si tu mutaueris delictum. Si in risu & gaudio Deum amisisti, reuertere, & in planctu & fletu illũ inuenies. Si escis & cibis superfluis Deũ offendisti, sobrietate & ieiunio illum placabis. Est enim axioma medicorũ famosum. Contraria contrarijs esse curanda. Sic Niniuitæ facientes, Deum in suam gratiam conciliauerunt. Quapropter Dominus per Esaiam inquit. De relinquat impius viam suã, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum. *Et factum est post triduum inuenerunt illum.* Consummatis diebus paschæ vna die venerunt parentes Christi, qui fuit prima dierum trium, sequenti verò die quæsierunt illum inter cognatos & notos, tertia vero die reuersi sunt, per eandem viam, qua in Hierusalem venerunt, die vero sequenti, quarta, scilicet, cum inuenerunt. Non enim iam patiebantur viscera pijssimi Iesu, beatissimæ Virginis angustias, & dolores longius protendi, ne acerrimi doloris cruciatu tabescens columna firmissima deficeret. Nec voluit statim inueniri, quia maius gaudium afferunt illa, quæ carius emuntur. Ita Deus sæpè internas animi consolationes aufert amicis, atq; electis suis, non quia malum illis vult, sed vt eorum virtutem examinet, acuat, & confirmet. Qui cum sciat in nobis non esse solidam stabilem, atque firmam virtutem, non per multum temporis nos deserit, nec à nobis abest, sed statim nobiscum adest. Vix explicari vllo pacto potest ingens illud Virginis gaudium, quãdo suum filium suis oculis præsentem aspexit. Taceat gaudium illud, quo reges illi Magi fuerunt perfusi quando stellam amissam inter reliquas cæli viderunt apparere, etiam si Euangelista dicat, quod gauisi sunt gaudio magno valde. Si leat etiam gaudium illud, quod habuit mulier, quæ dragmam perdiderat, illa iam inuenta. Taceat etiam pastor cum gaudio suo, qui ouem perditam in ouile adduxit. Taceat etiam lætitiam suam & alacritatem pater ille, qui filium Prodigũ iam amissum, brachijs extentis in sinum suum recepit.

Esai. 37.

Esai. 55.

Ion. 3.

Matth. 2.

Luc. 15.

Ioan. 10.

Luc. 15.

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam omnium horum lætitia nullo modo cum ea, quam beatissima virgo habuit venit comparanda. Ibi sanctissimæ matris lachrymæ doloris & lętitiæ, se inuicem obuiarunt. Recordabatur ibi trãsacti doloris, quia illũ amiserat, & lachrymas proferebat gaudij, presentem illum intuens. Ex quo elicies nõ esse perpetuam tristitiam seruorum Dei: nã etiam si labores & ærumnas hic patiantur, postea spiritus, consolationes & gaudia immittit. Ita sẽ habuit cũ Iacob, Ioseph, Dauide, & Helia, quos tandem mille gaudiorum generibus visitauit, ita vt merito dicere potuerint. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Finem habent labores bonorum, labores autem malorum & ærumnæ timendæ sunt: quia perpetuæ sunt, & fine carent. Sic sanctorum Machabæorum frater minor tyranno dixit. Fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento eternæ vitæ effecti sunt: tu vero iudicio Dei iustas superbiæ tuæ pœnas exolues. Illas ergo æternas pœnas fuge, non has, quæ parum durant: quæ fœlicem finem & gaudium sortiũtur. ¶ Disce etiam ex hoc loco, ne animi deliquium patiaris: si aliquando dominus aufugerit, aut oculorum tuorum aciem præterierit (volo enim dicere, quando à te sustulerit internam hanc animi consolationẽ) quãdoquidem sanctissima virgo ea caruit, omni culpa vacans, sola diuina voluntate atq; dispensatione. Disce etiam te commendare in manus & voluntatem istius domini, quando eum amiseris, paratus ferre martyriũ huius absentiæ per omne tempus, quod ipse voluerit, nihilominus firmus & stabilis esto, nec ab illo discedas: sed potius toto hoc tempore cum magna cura & diligentia debes incedere, inquirens quem perdidisti. Quemadmodum beata virgo quæ per aliquod tempus caruit hoc tanto thesauro in nostrum solatium, postea vero quæsiuit, vt nobis relinqueret exemplum, & denique illum inuenit, vt animum nostrum ad simile opus corroboraret. Et hac de causa has absentias dominus facit, vt nobis materiam exhibeat, qua in tantis virtutibus nos possimus exercere. Abit, vt nos humiliet: venit, vt nos consoletur: morã facit, vt virtutis nostræ periculum faciat. Nã si trium dierum spatio tristes illum quæsierunt: bene postea non sine magno fœnore rependit quandoquidem tantum gaudium illis attulit, cum eum inuenerunt inter doctores acutè disserentem magno omnium adstãtium applausu. Tantam enim consolationẽ Deus nobis tribuit, quantus fuit labor, quem pro ipso sumus perpessi. Nam si in Canaa Galilææ quemadmodum erant sex hydriæ aqua plenæ, centum essent omnes proculdubio posset in vinum conuertere. Ita vt persuasum tibi habeas, quod vbi maior fuerit quantitas aquæ, ibi dominus vini superaddet maiorem: & vbi plures lachrymæ & afflictiones fuerint, plures cõsolationes & gaudia spiritualia dominus mittet: & vbi minores fuerint labores, pœnæ & ærumnæ, minorem gratiæ lætitiam, & minus gloriæ gaudiũ retribuet. Vnde Paulus. Sicut abũdant Christi passiones in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. ¶ Vbi diligenter debes perpendere, quomodo Deus misceat læta tristibus. Vnde apud Esaiam Deus inquit. Væ genti peccatrici populo graui iniquitate &c. Desolabitur sicut in vastitate hostili, & derelinquetur filia Sion sicut vmbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Et paulò post. Lauamini, mundi estote. Si fuerint peccata vestra vt coccinũ, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana alba erunt. Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Eodem modo Amos propheta. Leuo super vos planctum domus Israël. Cecidit, & non adijciet vt resurgat virgo Israël. Et paulò post. Hæc dicit dominus Deus. Quærite me & viuetis. Et in psalmo. Si dereliquerint filij eius legẽ meam & in iudicijs meis non ambulauerint, si iustitias meas profanauerint. &c. Sequitur. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorũ. Sed oculos iam in misericordiam & benignitatem Dei conuerte. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, nec nocebo in veritate mea. Quod enim Deus nobiscum quotidie facit fecit olim cum primo nostro parente. Nam Adæ dixit, In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et imponens finem laboribus suis, subdidit dicens. Donec reuertaris in terrã, de qua sumptus es. Et cum eosdem parentes nostros vellet è paradiso voluptatis eijcere, fecit eis tunicas pelliceas, vt protegerentur à frigore. &c. Sic misericors Deus eos quos punit, solet consolari: & post tribulationem, cõsolationem immittit: quod omne in beata virgine possumus contemplari. ¶ Sed licet percõtari: quomodo Christus in illo triduo quo fuit in Hierusalem se sustentauerit: aut quis

Psalm.93.

2.Mac.7.

2.Cor.

Esa.1.

Amos.5

psalm.

psal.39.

Gen.3.

Luce.10.

Basil. interro. 262. Bern. super. Bona. in apo. pau. prosp. 3. ar. Alex. 4. par. q. 107. mẽ. 1

quis illi dederit cibum? Respondebo cum Basilio & Bernardo, & alijs ecclesiæ doctoribus, Christum ostiatim mendicasse. Et Paulus Corinthijs ait de Christo, quòd propter nos egenus factus est. Vbi in Græco habetur, mẽdicus. Et sic legit Basilius. Verba autem Bernardi libet referre. Vtte Domine per omnia nostræ paupertati conformares, quasi vnus de turba pauperum stipẽ per ostia mendicabas. Quis dabit me buccellarum illarum mendicatarum participẽ fieri, & illius edulij reliquijs? Et si aliquis dixerit, quòd dominus in veteri lege præcepit dicens Non erit mendicus inter vos. Respondeo quòd loquebatur diuitibus, acsi eis diceret. Ita diligentes sitis in subuenien

2.Cor.8.

Deutro.15.

do necessitatibus pauperum, vt nullam habeant necessitatem mendicandi: nam satis care emit, qui petit: quandoquidẽ pro precio suam verecundiam exhibet. Et certè si diuites tales essent, vt deberent: non tot peterent ostiatim mẽdici, nam ipsi taliter suas diuitias impartirẽt, vt nullam pauperes haberent necessitatem mendicandi. Contemplare igitur hanc Christi mendicitatem pectore, & animo Christiano: nam si illam respexeris perpendis & consideras, non existimo te adeo lapideo & adamantino esse pectore, quin si superbo animo, & elato fueris, non humilieris, cum videas Deum illum infinitæ maiestatis (in cuius conspectu angeli, & cælestes spiritus contremiscunt) pro te humilitatis vestem induisse, & mendicum voluisse apparere: iuxta illud. Pauper ego sum, & mendicus. Quæ verba ad literã Augustinus super hunc psalmum de Christo intelligit. Voluit hic esse mẽdicus, vt in patria illa cælesti te ipsum abundantibus diuitijs ditaret. Allegat sanctus Bonauentura, & refert illa verba Bernardi, quę modo enarrauimus. Theophilactus etiam iuxta antiquam trãslationem, qua vtitur Thomas in catena aurea super illud Lucæ, In eadem domo manete, manducantes & bibentes quæ apud illos sunt, ità hũc locum exponit. Vide (inquit) qualiter discipulos mendicare instituit, & pro precio nutrimẽtum eos habere voluit. Ioãnes autem Oecolãpadius, qui Theophilactum corrũpit ex industria verbum mendicandi mutauit: eo quod patrocinari videbatur pię monachorum mendicitati. Mendicauit itaque Christus. Primo vt satisfaceret abunde, & vt exoluceret absolutum preciũ & perfectum pro superbia, & petulantia nostra. Nos quippe arroganti, & elato animo arripimus cibum, non nostrum, sed prohibitum (quod & assidue facimus) ipse vero quod suum erat submisse, & humiliter quasi alienum petit sibi gratis dari. Deinde vt nobis humilitatis præberet exemplum, & vt superbiam nostram domaret, mendicauit locum, vbi cum discipulis pascha erat celebraturus, mendicauit asselum cum Hierusalẽ voluit ingredi: mendicauit hospitium in domo Zachæi: à Muliere etiam Samaritana aquam petijt: & minu heribus ipsi ministrantibus mendicauit victum. ¶ Sed his iam dimissis considerans Christi paupertatem, humilitatem & abiectionem, mecum diligenter reuoluo, quid fieret de insania & vanitate mundi, si Christus venisset magnus, diues, atque potens, si cum venerit ità pauper, mendicus, & abiectus omnes illi, qui de Christianismo gloriantur, ita sint laudis cupidi, diuitiarum sitientissimi, elati, atque superbi? Quis obsecro auderet religionem ingredi, paupertatem profiteri: & cum mendicitate, panem & cibũ quærere: si Christus diues venisset? Si cum multi Christiani videant in nostra factione habere Christum pauperem, mendicum, & indigentem, nihilominus tamen nos ipsos contẽnunt, irrident, & persequũtur, quid obsecro, facerent si Christum diuitem pro suis partibus haberent? Si paupertas & mundi contẽptus quem Christus dilexit, non satis adhuc fuit ad frænandam multorum Christianorũ cupidinem: quid facerent si Christus in potentia, & diuitijs aduenisset? Magna quidem est, & deplorãda multorũ perditio, qui cum legem Christi sint professi, ignominiosum iudicãt eundem Christũ sequi, & vile existimant paupertatem, quam ipse dilexit & amauit: & quod peius est & lamento dignius vitã apostolicam & sanctam quam ipse degit contemnunt, & pro nihilo faciunt. Sed iam ad historiã deueniamus. Postquam igitur Maria & Ioseph puerum inuenerunt. *In templo sedentem in medio doctorum audientem illos, & interrogantem.* Mos erat apud Iudæos in diebus paschatis de lege disputare: & sic paschata in tempore illo celebrabantur. Nunc autem his diebus certamen initur de aleis, taxillis, conuiuijs, & de proximorum vita. Illa autem disputatio, quam Iudæi habebant, nõ fuit casu, sed moris erat. Atque ita parentes secum filios ducebant, vt ibi discerent.

Bona. in apo. pau. resp. 3. ar. 1.

Luce.22.

Matth.21.

Lucæ.19.

Ioan.4.

Lucæ.8.

rent. Hic inuentus fuit Christus in loco sancto & orationis: non vt nostri huius temporis adolescentes, qui in domibus ludo, & blasphemijs dedicatis sæpius solent inueniri. Et non mirum debet nobis videri, quod Christum ibi reperierint. Nam filius libenter in domo patris sui manet. Ex quo sequitur quod ille, qui libenti animo ecclesiam habitat, filius est Dei, quia est in domo patris, qui illum creauit: sed qui libenter est in locis ocio & libidini vacantibus, signum est filium esse diaboli, quia in domo patris sui detineri vult. Sunt aliqua animalia, vt crocodili & anates, quæ etiam si terram incolunt, libenter etiã submergũtur in aquã, & ibi gaudent esse. Sic Christus etiam si vt homo, qui educatus fuerat in terra, & cum parentibus suis ipsam habitabat: statim vt templum videbat, quod quidem domus patris sui æterni erat, vt verus filius in ipsum ingreditur, & ibi gaudet, matrẽ pro patre relinquens: nã hoc est magis conueniẽs suę naturæ & inclinationi: vt filij anatũ qui etiã si ab aliqua gallina fuerint procreati, visa aqua statim eam ingrediũtur & submergũtur. ¶ Obserua autẽ, quod est templũ sine doctoribus, & doctores sine templo: & templũ cum doctoribus. Templũ sine doctoribus illa ecclesia appellatur, in qua nulli sapientes homines, nec docti sunt. Vt hodie multæ ecclesiæ sunt, quæ plenæ sunt clericis insipientibus & ineptis: qui cum nec sacros canones, nec Theologiã, nec Grãmaticam didicerint in sacros ordines promouẽtur. Inter hos nequaquã Christus habitat, qui ob suã ignorãtiam & insciti ã in administratione sacramentorũ in grauissima peccata dilabũtur. Doctores sine tẽplo sunt docti & literati, qui extra gremiũ ecclesię sunt vt sunt sapientes hæretici, schismatici: inter quos minimè Christus est, quandoquidem ipse in templo inuenitur. Templũ cum doctoribus est illud, in quo adsunt catholici homines simul & docti inter quos inuenitur Christus in medio doctorũ. Sed in quã paucis ecclesijs hoc inueniatur vos videtis. Nã multę ecclesię sunt plenę pueris, & adolescẽtibus indoctis: nam episcopi & canonici resignant suas præbẽdas in consobrinos, & consanguineos suos, cũ sint multi doctores theologi & probi viri versantes in academijs qui nec buccellã panis in victũ habeãt. Graue iudiciũ & tremẽdũ hos expectat, & insenus faucib⁹ apertis talibus est paratus.

¶ Nota etiã quod non solũ erat inter doctores, sed in medio illorũ. Fons enim, qui in media platea cunctis patet, pllis cõmodi omnibus affert, quã is, qui absconditus est, & horologiũ etiam in alta turri, melius ab omnibus auditur. Ita Christus semper reperitur in medio. In medio triũ diuinarũ personarum, locum habet: in natiuitate, in medio duorũ animaliũ positus erat in morte, inter duos latrones: & salutem operatus est in medio terrę: & post resurrectionẽ, in medio discipulorũ stetit. Post Ascensionem etiã apparuit Ioãni inter duo cãdelabra aurea. Vt illud quod Paulus ait in ipso opus mẽ adimpleretur. Ipse enim est mediator inter Deũ & homines. Et hic in medio doctorũ inuentus est. Quocirca debes animaduertere, q̃ si proximo iniuriã intuleris, aut manum cum percutis, Christus in medio tui & illius est: & prius eum percutis, quã proximũ, & prius maxillam Christi ictus ferit, quã maxillam proximi. Ideoq; nemo proximũ offendit & lædit, quin prius Christũ offendat. Quapropter iram cõprime, nec proximũ offendas, quandoquidem Deum prius offendis. Si vero tu iniuria fueris affectus, tace: Deus enim qui prius iniuriã accepit, ipse vindicabit, cum dicat. Mihi vindictã & ego retribuã. Vellem ego, vt diuites hoc secũ animo reuoluerent, quòd cum pauperi conuiciãtur: aut magnates infimũ persequũtur, & in carcerẽ agricolam detrudunt, & sanguinẽ & substantiam ebibunt, Deũ esse, quitalia patitur, quique vt iustus iudex iniurias sibi illatas vindicabit: cũ dicat. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Sed iam videndũ est, quid Christus faceret inter doctores. Erat audiens, interrogãs & docens. ¶ Vide quòd Christus in ecclesia loquitur: extra ecclesiã vero, nõ Christus, sed diabolus docet: imo seducit. Christus autẽ in medio ecclesiæ aperuit os suum, quia implctus erat spiritu sapientiæ & intellectus. Agebat de aduentu Messię, & de prophetijs, quas prophetæ prædixerant. Docet hic Christus cõsiliũ sapientũ & prudẽtiũ esse auscultãdũ, nõ ad disceptãdũ, sed ad cõferẽdũ. Ideo dicit q̃ audiebat illos, & interrogabat. Interrogabat, non vt doceretur, sed vt potius doceret prudenter interrogans: vt ex eorũ responsionibus occasionẽ acciperet docendi eos scripturas, & præcipue aduentũ Messiæ. Prius audit & deinde interrogat: vt suppeditet ex templũ prius nos

Luc. 23. Psal. 73. 4. Reg. 5. Ioan. 20. Apoc. 1. 1. Tim. Ioan. 21. Roma. 12. Ec. 9. Deute. 32 Matth. 26 Mar. 6. Ecclc. 15. Ioan. 7.

Eccl. 18. nos debere discere, quã docere: iuxta illud Ecclesiastici. Antequã loquaris, disce. Colliges etiam ex hoc loco alios audire, & sententiã eorum non contẽnere: quanuis ignorantes & insipientes sint. Nunquid tu sic adeò sapientia cæteros excellis, sicut Christus hos doctores. Moses etiã si sapientissimus, & Dei lumine illuminatus esset, audiuit Ietro sacerdotẽ Madiã, nec cõsiliũ eius contẽpsit. Naamã Syrus cum nõdum eius animus quietus esset Elisæi respõsione, seruos suos audiuit: & sic meruit à lepra mũdari. Multi prælati hac nostra tẽpestate suo iudicio & sciẽtia nimis prę sumentes, in manifestissimas insanias & ineptias dilabuntur: nolentes audire suos subditos: atq; ita volẽtes suam propriã voluntatem adimplere, sapientes & doctos à se reijciunt, simul & religiosos: nã prioribus prælati adiuncti subditi sunt, secũdis vero dñi. Fit enim hoc ita quia ignorãtes & inepti in nihilo illis contradicunt. Et quantũ ab scopo rectæ rationis isti aberrẽt, manifestę liquet: nam deberent ipsi attendere, se homines esse, qui natura in mille defectus & errores sunt procliues, ideoq; audiant & interrogent: quandoquidẽ Christus idẽ faciebat. Nam cũ Christus vellet Petrũ suæ ecclesiæ in prælatũ eligere, prius eum examinauit, dicens. Petre amas me plus his? Acsi Christus diceret. Volo à te scire, quẽ te ipsum iudices, & quãti hos alios facias. Nam si te ipsum plurimi habes, hos vero parui ęstimas: nõ es dignus vt pascas oues meas. Si vero credis te esse fragilẽ, pasce oues meas. Ideo à te quæro, vtrũ plus his me diligas, collationẽ fecit cũ alijs, vt inde colligere posset, quid Petrus de alijs sentiret. Nam non est dignus prælati nomine, qui se maximi æstimat, alios vero contẽnit. *Stupebant autẽ omnes, qui eum audiebant super prudentia & responsis eius.* Nec mirũ erat, nam apud Marcum legimus, q̃ in Sabbato cœpit Iesus in synagoga docere: & multi audientes mirabãtur doctrinã eius dicẽtes. Vnde huic hæc omnia? Et quæ est sapientia, quæ data est illi? Et in Ioanne legimus. Iam autẽ mediãte die festo, ascẽdit Iesus in templũ, & docebat & mirabãtur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit, cum non didicerit. Nam si sic mirabãtur doctrinam adulti, cur non mirarentur doctrinã pueri? Audierant sublimẽ & altam sapientiã, videntes autẽ teneram illius ætatẽ, mirabantur. Felices & beati illi doctores essent si scrutari diligenter vellẽt sanctas scripturas: vbi videre possent, quis quãtusq; ille puer erat. Nã per Esaiam prædictũ inuenissent, Esai. 9. Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & vocabitur nomẽ eius, admirabilis. Et hoc argumẽto facile colligerẽt illum esse Messiam, mũdiq; redemptorẽ. Hoc idẽ contigit discipulis: nam principes sacerdotum sapiẽtiam Petri & Ioãnis mirabantur: Acto. 4. cognoscẽtes eos esse homines illiteratos, & nunquã in academijs versatos. At mundus iam nõ habet similes pueros, de quorum sapientia, aut virtute possit admirari, sed potius multos, de quibus dices. Quomodo in tam paruo puero, tanta libido? Quomodo tot iuramenta, mẽdacia & furta? Vnde tantam malitiã sibi inuenit puer, tam infantilis ætatis? Accipiunt hæc sine dubio à parentibus, sicut Christus suam sapientiã & quicquid habebat, accepit à patre, & corpus à matre. ¶ Aduertendũ etiam est hic, quòd Christus opus suũ non solum cũ summa seueritate, sed etiã cum sapiẽtia incepit: ita vt ij, qui doctissimi erãt mirarentur, & stuperent. Significabat res illa, q̃ per doctrinã, & sapientiã Christi, totius orbis sapiẽtia erat obscurãda. Quẽadmodum per Esaiã Deus Esa. 29. prædixerat. Perdã sapientiam sapientũ, & prudentiã prudentũ reprobabo. Horũ verborũ meminit Paulus in suis epistolis. Vbi sapiẽs (inquit) vbi scriba: vbi inquisitor huius sæculi? Nam cum mundus in sapientia 1. Cor. 1. Dei ipsum Deũ non cognouit, placuit Deo per stultitiã prædicationis saluos facere credẽtes. Mirandũ igitur non est, quod sapiẽtes Iudæi admirati fuerint & obstupuerint videntes rarã Christi sapientiã. Christus veram sapientiã mundo attulit. Hic est Deus noster (inquit Baruch) hic adinuenit omnẽ Baruc. 3. viam disciplinæ: & tradidit illã Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Imo ipsemet factus est nobis, sapientia, iustitia, sanctificatio, & redẽptio: vt Paulus ait. Cæterũ cum 1. Cor. 1. isti suã doctrinam admirentur: nõ ideò credunt, nec conuertũtur. Sic multi nunc videntes doctrinã prædicatoris stupẽt, & admirãtur, laudant & extollunt illum: sed nõ à flagitijs & peccatis recedũt, cũ ad Christũ illi audiẽtes non conuertantur. Sed multo aliter Petrus, Christi doctrinam suscipiens & eius mirabilia verba, inquit. Dñe quo ibi- Ioan. 6. mus, verba vitę habes? Non dixit loqueris, Quia hoc multi faciunt: sed, habes. Acsi diceret. Tua sunt ista, quę profers, non ab alio

Universidad de Deusto
Biblioteca

mutuata. Corda hominum percutis, quando loqueris: & verba tua omnia sagittę sunt ignęæ. Ideo sequar te quocunq; ieris. Denique non solum illi doctores admirati sunt: sed & parentes eius, ideoq; ait euangelista. *Et videntes admirati sunt.* Scilicet, propter rei nouitatē, quia nūquam simile viderāt eum fecisse. Propter quod beatissima mater ingenti gaudio affecta immēsas, gratias Deo agebat. Filius autē cum charissimā matrem aspexit accessit ad eam statim: quē ipsa brachijs extentis suauissimis amplexibus excipit, & osculatur. *Et dixit mater eius ad illum.* Tacet Ioseph cum sciret nihil iuris in partu sponsæ suæ habuisse. Mater verò pro autoritate & dolore ab eo quærit. Loquuta est etiam beatissima virgo propter excessum amoris quo filiū vnicum diligebat plusquā Ioseph, atq; ità hoc amore coacta loquuta est. Primum autē verbum, quod ab ore emisit signū fuit illius summi amoris, nā dixit. *Fili quid fecisti nobis sic?* Quod verbum filij, in Græco, idem quod amor est. Atque ità in hoc primo verbo nō potuit virgo non ostēdere amorē illum, quē erga illum habebat. Quo verbo non virgo conqueritur, sed interrogat. Si autē querela fuit, ex maternis viscēribus & amore exijt, propter quā beata virgo potius actionē gratiarum meruit, quam reprehensionē. Sit igitur vel interrogatio vel querela: certū id est, fuisse prolatā ea humilitate, quæ verbis explicari minimè potest: & fundamētum habuisse in illo intimo cordis amore super quē fundauerat dolorē illum, cuius causa absentia triū dierum fuerat, quæ quidē, etiam si paruum illud tēporis spacium durauit, maior & longior visa fuit illi, quā videri poterat omnibus hominib⁹ huius mūdi si per multos annos rebus sibi dilectissimis, & amātissimis priuarētur. ¶ Nūc autē volo ò sanctissima virgo tuę quæstioni satisfacere. Interrogas Quid fecisti nobis sic? Ad quod respōdeo, rectè filium tuū scire, quod nec ipsi Angeli sic bene quēadmodum & tu, illi seruierūt: noluit enim tibi hāc afflictionē immittere quoniam propter aliquid tecum irascatur, sed quia quem magis diligit, maiores dolores illi infert. Nam sanctum illū patriarchā Abraham ingēti tristitia, & dolore affecit, præcipiens, vt filium vnigenitum sacrificaret, quod quidem clarum & apertum signū fuit magni amoris, quo illum, prosequebatur, & etiam illius, quem ipse patriarcha, erga Deum habebat. Sanctus etiā Iacob martyrium suscepit causa filij sui Ioseph: quem existimauerat deuoratū esse à fera, & dolore affectus multis annis super illum plāxit. Tobias etiā propter filium multū mæroris & tristitiæ passus est: ità vt Anna in medio itineris illum expectās, in hæc verba prorūperet. Lumē oculorū nostrorum, cur te misimus perēgrinari? Exēpla habes ò beatissima virgo cur tecum sic fuerit factum, ex nimio amore hoc emanauit: & vt sis exemplum alijs matribus, vt in patientia exerceā tur, quando diuinæ voluntati placuerit charissimos filios de medio tollere. Denique his tribus diebus voluit te sic angi & macerari: vt fortitudine & animi robore te induas & præpares, vt ferre queas tres alios dies suæ mortis, vbi non sicut modo inuenies illum inter doctores, sed inter latrones & carnifices crucifixum, flagellatum, & corona sentiū insignitum. Sed iam audiamus, quid amplius beata virgo filio dixerit. *Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te.* Quæ verba manifestè indicant ex amore & dolore procedere. Rogat, cur voluerit sua absentia eos sic tristari, cuius præsentia super omnes mundi delicias sibi dulcis erat. Ioseph tamē non pater Iesu erat (vt fæpè diximus) sed quia putabatur, sic illū appellauit: quē beatissima virgo sibi præposuit humilitatis & reuerētiæ causa, quia vt beatus Paulus inquit caput mulieris vir est. Sic Sara Abraham virum suū, dominum suum vocauit, dicens. Postquam senui, & dominus meus vetulus est, &c. Ex quo mulieres debēt discere virginis exēplo suos viros honorare: quod quia regina Vasthi non fecit, ignominiosē à regno Persarum expulsa est.

¶ Dolentes ait, & non immerito, quia quāto aliqua res amissa charior est tāto maiori dolore quæritur. Oriebatur quidem dolor hic ex dilectionis magnitudine. Vbi duo potissimum nobis docētur. Primum quàm grauis dolor & iactura sit Deum amittere: & eius dulcissima præsentia carere, secundum vero quomodo eum debeamus quęre re. Quàm triste & infœlix sit Deum perdere, & ab eius præsentia segregari, bene quidē illud Hieremiæ nobis ostendit, cum inquit. Vide quam malum & amarum sit reliquisse te dominum. Et Dauid hoc idē expertus dicebat. Renuit cōsolari anima mea. Sic adeo sanctissimus Rex tristis, & mœstus erat, vt nullū solatij genus admitteret, &

Gene.22. *Gene.37.* *Tob.10.* *Ephe.5.* *Gene.18.* *Hester.5.* *Psal.42.* *Hiere.2.* *Psal.76.*

& anima eius omnem consolationem reijciebat. Sed cur tam tristis? causam inquiramus. Audi quomodo antequā hæc diceret, psalmū inceperit, ex antecedētibus nanq; rectiùs hoc intelligetur. Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad Deum deprecatus sum. Quicunq; homo, nisi mente, & intellectu careat, altera duarum causarū vociferari debet: vel quia ille, cū loquitur surdus est, vel quia longè ab eo distat. Deus autem nō est surdus, quia eius aures omnia audiunt. Causa igitur tantorum clamorū est, quia procul ab eo distat. Hæc igitur est causa quare Dauid clamaret, & diceret. Voce mea ad dominum clamaui. Et cognoscens quantū & quam graue malum sit sine Deo esse, dixit. Renuit cōsolari anima mea. Nulla est tāta in hoc mundo tristitia cui aliquo remedio non possit prouideri. Sola Dei iactura illa est, quæ solatium nō habet. Nam si tristis es quia domus passa est incēdium, vel quia rem & substantiam latrones surripuerint hoc solatium habes, quia iterū bona resarcis. Si tristis es, quia ægritudine laboras, offendis statim medicum adeò optimum qui te in pristinā valetudinem valeat restituere. Si tristis es, quia vxor obijt, continuo alia tibi adueniet, quæ prudētior, cautior, & magis conformis tuæ voluntati sit. Denique nulla est in hac vita adeò grauis iactura, cui discursu temporis nō solatium adueniat. Sed si Deum amittis, quod solatium erit? quod remedij genus? Nullum. Ideo renuit consolari anima mea, quia sub cælo nullum est solatiū, quod huic rei possit satisfacere. Quicquid nō est Deus id omne mendicitas, paupertas & indigentia animæ nostræ est, sine quo fieri non potest, vt animæ nostræ aliquid gaudij, aut voluptatis aduenīat. Ideo ipsemet in alio psalmo dicebat. Fuerunt mihi lacrymæ meę panes die ac nocte, dū dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus. Dole etiā & plora lacrymis tuis totus madidus, eo quòd per peccatum mortale Deum amiseris. Sed multi solū lamentantur rem & substantiam amissam: & mœsti sunt, quia in ludo pecuniā perdiderint: propter Deum autem amissum, quæ grauissima omnium est iactura, potiùs gaudent, & lætantur. Sed tam mirari debemus propterea quod aliquis Deum amittat, quā quod non sentiat iacturam, & quàm grauis illa sit. ¶ Quid igitur remedij erit, vt tantum damnum resarciatur, quod de iactura Dei animæ nostræ accrescit? Illum quærere. Sed quomodo? Beatam virginē aspice, & eiusdem vestigia insequere. Cum mœrore quæsiuit: & ideò meruit inuenire. Dolentes (inquit) quærebamus te. Ne obsecro Deum inquiras inter oblectamenta, & voluptates mundi huius, quando quidem sanctus Moses in rubo, & inter vepres illū reperit, hoc est, inter pœnitentiā & asperitatem mundi. Nam multi eum quærunt inter vireta, inter flores & rosas, in voluptatibus, & delicijs viuentes qui: quidem ob id non sunt digni, vt ei obuiam veniant. Aspice igitur quod Christus in festis & gaudijs huius mundi amittitur: dolore autem & angustia cordis inuenitur. Lacrymis & gemitibus inquirebat eum Magdalena in domo Pharisęi, & ideo meruit reperire. Ita beatus Petrus, ità & bonus latro, illum inuenerūt in cruce: & sic omnes qui illum per peccatū amiserunt. Sponsa quippe eum quæsiuit: & cum nō inueniret, dixit. In lectulo meo quæsiui quem diligit anima mea, quæsiui illum, & nō inueni. O amens & insana quātum tu abes, vt mentē & intellectū habeas: quando quidē existimas te posse sponsum inuenire in lectuli delicijs, & voluptatib⁹, cū tu ipsa fatearis, quod dilectus tuus est cādidus & rubicundus, quod si pulcher est, & formosus in medijs vijs & plateis debes illum inquirere: nam qui forma præstantes sunt & corporis habitu dispositi, videri ab omnibus cupiunt & laudari. Quapropter ipsa statim subdit. Quæsiui illum per vicos & plateas, & non inueni. Non inuenitur Deus in plateis, nec in cōgregationibus hominum. Et ità beata virgo non inuenit illū in comitatu. Sed paululum (inquit) cum pertransissem, inueni quem diligit anima mea. Omne quod sub cælo est, parum est: & ità paruum, vt Sapiens dixerit. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Obiter & velut in trāscursu omnes res huius mundi prę teri, te ipsum contēnens: & ità Deū poteris inuenire. Transi hoc paululū mundi, quod in Dei collatione fere nihil est: & ità eum inuenies. Quære illū dolore tui cordis, pœnitentia, & lacrymis: nam culpa vacans, ità illū quæsiuit beatissima virgo. Quantò meliori iure tu debes id facere, cum per peccatum amiseris? Sed iam nūc videamus quid Christus ad hanc virginis quæstionem respōderit. *Quid est quod me quærebatis? Nesciebatis quod in his quæ patris mei sunt, oportet me esse?*

Exod. 3. *Ioan. 20.* *Mar. 14.* *Lucæ. 23.* *Cant. 3.* *Eccleſi 1.*

Cum Dominus intelligeret matris interrogationem à comi & benevolo pectore processisse: eodem tenore respondet non solũ, vt ostenderet interrogationem matris dignam esse responsione, sed etiam, vt ei satisfieret: nam cum prudenter, & sapienter interrogauerit, prudenter & sapienter ipse respondit. Maria præposuerat Christo patrẽ Ioseph, qui pater non erat, sed virginis spõsus. Christus autem vicissim nominat aliũ sublimiorem, & præstantiorem patrem scilicet Deum: Vnde alibi ipse ait. Descẽdi de cælo, non vt faciũ voluntatem meam, sed voluntatẽ eius qui misit me. Vnde nõ miremini, si dimiserim vos propter æternum patrẽ. Obedire enim potiùs oportet Deo, quàm hominibus: & ideo cum nõ vobiscũ essem, in domo patris mei erã inueniẽdus. ¶ Obserua autẽ quod hic incipit Christus Deum patrem vocare publicè, & in confessu. Non tamen dixit noster, sed meus. Vbi ostendit filium esse Dei naturalem, & non adoptiuum, sicut nos sumus. Notabis etiam quod cum Christus hìc esset constitutus in tanto honore inter hos doctores, hic fuit in actus à Maria & Ioseph, qui pauperes erãt in hominũ opinione, quibus ipse Christus non dedignatus est respondere, obtemperare, & cum eis abire. Sed iam ad eam temporis iniquitatem & malitiam deuenimus: vt sint multi, qui cum ad honores & dignitates ascenderint parentes suos non agnoscũt neque pauperes consanguineos, quos contemnunt & pro nihilo habent. Non ea humilitate, & sinceritate, quã præditus erat sanctus Ioseph, qui cum magnus princeps in regno Ægypti esset habitus, & secundus à rege, fratres suos cognouit & honorauit. Nec dedignatus est dicere quod erãt pastores ouium, quod genus officij apud Ægyptios in contemptu habebatur, sicut etiam modo apud nos. Sic Moses qui princeps erat totius populi Israelitici cognouit socerum Ietro Æthiopem, & illum honorauit. *Et ipsi non intellexerunt verbum, quod loquutus est ad eos.* Non igitur de alijs mirandum qui nihil intelligerent de patre æterno Christi Iesu, sed de Maria & Ioseph mirandum est, quod cum scirent Christum habere patrem in cælo non intelligant. Tantum erat illis gaudiũ de inuento puero, vt nihil amplius cogitarent, nec eius animus alijs verbis acquiesceret, lętitia absorpti verba pueri non capiebant. Nam vt in Prouerbijs habetur. Desiderium si cõpleatur, delectat animã. ¶ Ad tuam eruditionem nota, quod temporale gaudium distrahit mẽtem, vt nequeat verba Dei percipere. Sic Pharao cũ omnia illi ex animi sentẽtia euenirent, non audiebat verbum Dei, quod Moses illi prædicabat. Vnde & tibi cauendum, ne nimia lætitia affectus rerum mundi cito euolantium, cælestium diuitiarum obliuiscaris. *Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis.* Aduerte quod Christus ad templũ Dei proficiscitur, quasi illum oporteat, sicut cæteros, Dei gratiam quærere: cum tamen ipse idem sit, qui cuncta gratiæ dona confert: & de cuius plenitudine omnes nos accepimus. In medio doctorũ sedebat, audiens illos & interrogans. Quasi nunc dicere cogatur, qui ipsum Dei verbum & sapiẽtia erat. Cum parentibus redijt, & illis subditus erat. Nonne hæc maxima sunt humilitatis exempla? Christus verbis nondum prędicabat, sed efficacius ipsa opera, quæ faciebat humilitatis exhibebant exemplum, quibus ostẽdebat hanc esse potissimam & certissimã viam, vt Dei gloriam possimus consequi. ¶ Prætereà in huius historiæ discursu clarè Christus ostẽdit habere duas naturas: cum aliqua operaretur, ità sublimia & alta quæ solum ad diuinitatem pertinerent: alia verò minora, quæ ad fragilitatem humanam spectabant. Vt homo ascendit in Hierusalem cum parẽtibus suis, vt Deus vero in templo mansit sua propria autoritate. Vt homo, sapientes & seniores interrogabat: vt Deus verò ad quæstiones ità diuinitus, & sublimius respõdebat, vt omnes doctores in magnam admirationem raperet. Vt filius Dei mansit in tẽplo patris sui æterni, sed vt filius virginis cum parẽtibus redijt, quo ipsi voluerunt, & eorum imperio & voluntati parebat. Discant hinc prælati, discãt & subditi. Prælati discant humiliari quãdo viderint quod Maria & Ioseph Christum habent subditum. Ne superbia efferantur, quia plerunque cõtingit, vt subditi melioris sint cõditionis & sortis, quàm prælati. Nam si Prælatus secum consideret subditos habere meliores se, atque præstantiores, non superbia inflabitur, etiam si in alta dignitate & gradu sit constitutus. Discãt & subditi obedire maioribus suis, cum videant totius orbis redemptorem, & Dominum subditum Ioseph & Mariæ. Vbi creator creaturam veneratur, & reueretur.

Magnum

Magnum quidem & nunquam satis laudatum exemplum humilitatis nobis hic redẽptor exhibuit: nam cùm esset totius orbis princeps & imperator, cui cuncta parent & obediũt: tanta humilitate voluit suos parentes suspicere & venerari. Nõ igitur tibi molestum sit subditum esse homini propter Deum: quandoquidem pro te Deus ipse voluit hominibus subijci. Nam si oculos conuertis, & videre velis quanto minores dignitate erant illi, quibus Christus parebat, non molestè feres, alijs te multò minoribus obedire. Quapropter ex huius rei inaduertentia conquereris, quia ei es subditus, qui non scientia & literis est imbutus, vt tu. Ionas Deo non obediuit: nam cum præcepisset ei, vt abiret Niniuẽ, ipse Tharsis se conuertit. O in quãta mala ille labitur, qui inobediens est: & omnia etiam illi contradicunt, qui nescit obedire. Terra noluit sustinere Datan & Abiron, sed viuos deuorauit eos, simul cum vxoribus & filijs, nam omnes simul rebellioni consenserunt. Ionam etiam aqua non potuit ferre, nec aer, nec nauis. Aspice igitur Christum obedientem Mariæ & Ioseph: & ità obedientem, vt Paulus de eo dicat. Factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autem crucis: & hæc omnia pro te libentissime sustinuit. Si subditi huius doctrinæ documentum vellent intelligere, gauderent certè prælato obedire: qui Dei vicem gerit. Sed de his aliàs. ¶ Expende etiam quantam & quam magnam dignitatem habuerit beatissima virgo: cũ eius subditus fuerit ille, cui omnis creatura paret, seruit, & colit, quemque omnes Angeli venerantur & suspiciunt. *Et mater conseruabat omnia verba hæc in corde suo.* Clariùs in hoc apparet quanta sapientia beata virgo fuerit prædita: nam stulti audita conseruare non possunt, iuxta illud sapientis. Cor fatui quasi vas confractum: & omnem sapientiam non tenebit. Præclara laus beatæ virginis potest hęc appellari. Nam mulierum ingenium est nihil prorsus tacere, sed tantum id quod non norunt. Prætereà non vnum solum sed omnia hæc verba cõseruabat. Quo docemur, vt rapti in admirationẽ de his, quæ in Christo videmus, & audimus: ipsum laudare debemus. Magnificare enim debet homo, extollere atque laudare ea omnia, quæ vel à Christo audit, vel in ipso conspicit. Et omnia hæc non modo audire, verùm etiam conseruare operę preciũ est, & animo secum reuoluere: non hoc aut illud sed omnia. Sic fecit beata virgo, quod diuus Lucas ipsius virginis laudi tribuit: quod quidem nõ immerito laude dignum est iudicandũ. Quid obsecro melius homo facere potest? aut qua re pius animus melius cognosci poterit? Imo & ipsemet Christus testatur, verbum Dei audire & conseruare veri in Deum amoris esse argumentũ: imò indicium clarum esse hominis ex Deo nati, cum inquit, Beati qui audiunt verbũ Dei & custodiunt illud. Quare non est mirandum si diuus Lucas bis repetat Mariam hæc verba audire, & conseruare illa. Nam suprà postquam pastores puerum adorarunt, dixit. Maria conseruabat omnia verba hæc. Et iterum hæc eadem verba nunc repetit, cum venerunt Nazareth. Primum respicit ea, quæ gesit. Duo hæc iam nobis veniunt consideranda. Quid de Christo dicatur, & quid ab eo factum sit. Ambo quippe ad perfectam Christi cognitionem pertinent. Quorum alterum cum cõsideratur, iam dimidia Christi cognitio attingitur. Vnde tot furta, tot flagitia, tot mendacia, &c. nisi quia non conseruamus omnia verba, quæ à Christo dicuntur? Credimus & cõseruamus, quæ dixerunt pastores Simeõ & Anna scilicet, quod Christus sit Deus & homo, lumen & gloria, &c. quia fidem horum habemus tãquam Christiani. Sed quę Christus gesit, quæ operatus est, quæ in nostram eruditionẽ & doctrinam reliquit, vt humilitatem, obedientiam, paupertatẽ, prudentiam, & ea, quæ ad mores pertinent componendos, non curamus. Ideò non boni nec perfecti Christiani sumus: sed tales qui Christum ore confitemur, factis autem negamus. Dicunt, Domine domine, & quę dicunt non faciunt. Cum tamen Paulus asserat non in sermone esse verbum Dei, sed in virtute. Et diuus Iacobus etiam. Non auditores verbi sed legis factores simus. Quin imo Christus à se fugat & tanquam inutiles proijcit virgines quę lampades habebãt sine oleo. & eos etiam qui in nomine ipsius miracula faciunt, dum tamen perpetuo maneant operarij iniquitatis. Quare si volumus, vt Christus nobis in salutem veneritnon secus ac Maria facere debemus: quę nõ vnum verbum solum, sed omnia conseruabat, & non tantum ea, quæ ad fidem spectabant, sed etiam quę ad bonos mores. Rursus

Universidad de Deusto
Biblioteca

piam domini matrem imitemur, quæ omnia filij facta diurna & nocturna assidua meditatione secum reuoluebat. Fixius etiam & tenacius nobis memoriæ hæreant beneficia omnia. quæ nobis contulit, & quotidie confert liberando nos à peccatis, & cõmissa remittendo, vt vel hac exercitatione post hac, vitam in melius mutemus, & in melior mentem resipiscamus. *Et Iesus proficiebat sapientia.* Quoad intellectum, quanuis etiam ab instanti cõceptionis quatenus homo plenus esset sapientia patris. Sed proficiebat sapientia illa, quæ per experimentũ acquiritur. *Et ætate.* Quo ad corporis incrementum, *Et gratia.* Quo ad voluntatem, & affectum. *Apud Deum.* Ad gloriam, scilicet, Dei & laudem. *Et homines.* Hominibus verò ad salutem proficiet semper. Ad laudẽ (inquã) Dei: & ad hominum salutem proficiebat. Agebat enim ea, quæ Deo placita erant: & quæ laudabantur ab hominibus.

¶ Obserua autem quod sapientia experimẽtali Christus proficiebat, vt Paulus ait, *Hebræ. 15.* Didicit ex his, quæ passus est obedientiã. Optimus quidem modus discendi obediẽtiam, est per experientiã. Nam videbis theologum egregiè de obedientia disputantem & concionantem: si autem ei præcipias aliquid facere, quod eius nutui non arrideat, statim sicut vipera insurgit. Ideo Christus etiam si recte sciret, quid esset obedientia, per experientiã voluit eam discere. Ille qui postquam chirurgiam didicit gladio cædi tur, cum ipse in curatione dolorem iam sit expertus, quando ipse alios curet, dolet & pietatem habet. ¶ Dico etiam quod proficiebat sapientia & gratia coram hominibus, quia per actus proficiscẽtes à sua sapiẽtia & gratia habituali, quanto plus ætate crescebat, magis nobis merebatur. Maiorẽ enim gloriam & gratiã meruit nobis Christus in die illa, qua crucifixus fuit quàm in die, quo in templo disputabat. Ideo gratia, gloria & ętate in dies magis proficiebat prędicando, orando, ieiunando, & morti pro nobis se offerendo. Et etiam si illa tria substantiua, ablatiui sint casus & hunc sensum reddat illa oratio, scilicet, quod proficiebat in ętate, in gratia & in sapiẽtia, sed melius est dicere quod sunt effectiui casus, & hunc sensum reddere. Quod Christus proficiebat nobis magis quotidie acquirẽs maiora mẽrita nobis coram Deo. Et hoc meritum sua sapientia efficiebat, & sua gratia.

¶ Expende etiam quod prius dixit, coram Deo, & posteà corã hominibus, quia prius Deo oportet placere, & postea hominibus. Sic inquit Paulus. Prouidemus bona non *Rom. 12.* solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Docet etiam hic Christus à primis iustitiæ rudimentis semper debere progredi ad perfectiora. Quemadmodũ enim corpus habet actus suos, quousque ad perfectũ staturæ modum perfectasque vires deueniat. Ità & pietas incrementa habet donec perfectionem attingat, & plenitudinem Christi. Grãdis fit Christus in nobis, & adolescit cum perfectionem acquirimus cum iam relicto lacte carnis, solidum cibum spiritus appetimus cum relictis, & neglectis terrenis ad cęlestia aspiramus. Igitur qui semel Christũ induerit, oportet ad illius exẽplum semper ad meliora progredi, quo simul & animi puritate sese Deo iocundum efficiet, & famam honestam sibi apud homines parabit. Ità vt de eo, quẽadmodum de Samuele posit dici. Puer Samuel proficiebat atque crescebat, & placebat tam Deo, quàm hominibus. Sic Dauid *1. Reg. 3.* erat proficiens, & se ipso robustior. Ne igitur semper pueri simus, sed quotidie in melius proficiamus. Sic Paulus. Cum essem *2. Reg. 5.* *Gene. 6.* *1. Cor. 3* *Genes. 18.* *Exo. 16.* paruulus, loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus: cum autem factus sum vir euacuaui quæ sunt paruuli. Diuus etiã Petrus *2. Petr. 3.* vult nos conari, vt assiduè crescamus in gratia, & agnitione Dei. Paulus flexis genibus *Ephe. 3.* orabat pro fidelibus Deum, vt secundum sanctum suum spiritũ, iuxta internum hominem, corroborari possent. Hoc igitur est quod homo Christianus apud se debet statuere, nempe quod de Christo puero dictũ est, scilicet, quod nõ solum corpore, atque viribus verum etiam gratia & spiritu ac cælestibus donis creuerit & auctus fuerit. Deprecemur igitur Christum, vt nobis gratiã & auxilium præstet, vt proficere possimus, euntes de virtute in virtutem, vt posteà videamus Deum deorum in Sion. Quod *Psal. 83.* faxit Deus, vt nobis omnibus contingat, Amen.

CAP.

CAPVT. III.

SICVT Euangelista Lucas antequam scriberet annunciationem Christi factam per Angelum, & ipsius natiuitatem, præmisit annunciationem & natiuitatem præcursoris tanquam priora: sic modo scripturus prædicationem Christi, præmittit beatissimi Ioannis prædicationem. Nam sicut beatus Ioãnes suo ortu Christi natale præuenit: ità prædicãs baptismũ pœnitentiæ, corda hominũ disposuit, ad suscipiendũ Christi baptisma. Baptismus quippe Christi & prędicatio nõ erat restaim partui momenti & ponderis, quin prius aliquis magnus, & egregius concionator anteiret, qui hominum corda pararet & disponeret. Expediebat etiam vt hoc insigne opus, quale erat Christi redemptoris nostri prædicatio alicui prius manifestaretur: qui ipsum Christum præueniret, & mundo annunciaret. Sic enim est scriptum. Non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. De eis nanque quæ maximi sunt ponderis, & momenti, amicos suos prophetas Deus certiores facit. Sic Noe mundi euersionem per aquas diluuij futuram reuelauit. Sic Abrahæ incendium Sodomæ. Sic Mosi quomodo missurus erat Iudæis manna. Ita etiam iustum & cõsentaneum rationi erat, vt tantum atque tam magnum beneficium factus mundo (vt erat regni Dei prædicatio) prius alicui sancto & dilecto prophetæ tantum opus manifestaret. Cum igitur aduentus hic tanti & tam noui præcursoris adeo esset solennis & celebris in veteri instrumẽto, vt ad literam de eo dixerit Malachias. *Malac. 4.* Ecce ego mitto Angelum meum ante faciẽ tuam qui prępparabit viam tuam ante te: ità etiam noster Lucas debita maiestate & splẽdore exitum diui Ioannis à deserto scribit, prædicaturi pœnitentiam, & aduentum redemptoris prædicturi, dicens. *Anno quinto decimo imperij Tiberij Cæsaris.* Peractis bellis ciuilibus, & Pompeio Magno superato, omnibus est notum Romani imperij sceptrum Iulium Cæsarem habuisse. Cui successit Octauianus dictus Cæsar Augustus, qui quinquaginta septem annis imperauit, & reliquit successorem hunc Tiberium filiũ Liuiæ vxoris Augusti Cæsaris. Anno vero quadragesimosecũdo imperij Augusti Cęsaris Christus, & Ioannes nati sunt: si vero regnauit quinquaginta septem annis, & diuus Ioannes exijt prædicaturus in desertũ decimoquinto anno imperij Tiberij, manifeste constat, Ioannem trigesimum egisse annum quãdo iam incepit prædicare: nam quindecim Octauiani & quindecim Tiberij, trigesimum numerum implent: in qua ætate Christus & sanctus Baptista exierũt prædicare. Hunc eundem annorum numerum compleuerat Ioseph, quando stetit coram Pharaone, eundem Dauid cum regnare incepit. Et in hac ætate vidit Ezechiel mirabiles visiones, & vaticinari, & prædicere incepit: nam iuniorẽ ætatem neque prælati officium postulat neque prædicationis munus decet. Nõ sic multi iuuenes hac nostra tẽpestate faciunt qui cum primũ theologiã degustarũt statim cõcionari volũt, & alijs suã scientiã ostentare. Nõne beatus Ioãnes decimoquinto, vel decimosexto suæ ętatis anno prædicare posset? Nonne Deo plenus, & ipsa diuina sapientia illi erat infusa? In hoc quidẽ ambitionem adolescẽtum huius temporis reprehẽdit: & docet prædicationis euãgelicæ munus nõ nisi perfectis & prouectis hominibus cõmittẽdam esse. Vt poma immatura quę ab arboribus vẽto deijciũtur, quæ nec suauitatẽ habẽt: nec stomacho prosunt, quæ vero sunt matura, hæc grata & suauia sunt: sic cõcionatores isti iuuenes, nec dulcedinem habẽt spiritualem, nec vtilitatem mentibus afferunt: sed quæ sunt tempore maturo è sacris literis collecta hæc vtilia sunt & salubria. ¶ Obserua secũdo quod non dixit, anno regni Tiberij, sed imperij. Romani antiquitus à regibus gubernabantur: postea vero commoti tyrannide sexti Tarquinij vltimi eorum regis noluerunt reges acceptare: sed per senatum & consules, quos ipsi eligebãt, regebantur. Et Iulius Cæsar qui imperiũ Romanum vsurpauit, cũ sciret nomen regis illis esse odiosum, noluit rex appellari, sed imperator. Vnde videre licet, quomodo Romani, vt minus malum euaderent, in aliud maius inciderunt: nam imperatoris nomen maiorẽ superbiam & arrogãtiam dicit, quam regis nomen, quandoquidem regere & gubernare maiorem humilitatem præ se fert, quam imperare & præcipere: quod nomen dominium & imperium significat. Ita etiam &

Universidad de Deusto
Biblioteca

hodie multis cõtingit, qui vt minora mala fugiãt, in maiora incidũt. Vnde sanctꝰ Iob. Iob. 6. Qui timet pruinã, veniet super eum nix. Timent præsentis vitæ pœnas, & futuræ tormenta nõ pauent. Nã pruina in his inferioribus fit: nix autem, de superioribus venit. Quo circa per pruinam intelligit Iob mala præsentis sæculi, per niuem autem tormẽta quæ peccatoribus in alia vita restãt: cumq; peccatores huius mũdi labores fugiãt, cæci & amentes in æternos præcipitantur. Illic enim trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Psal. 13. Sic etiã multi peccatores infœlicẽ corporis valetudinẽ timẽt, vel paruũ etiam dolorẽ capitis. Vnde nec ieiunare volunt, nec corpus suũ macerare, peccata autẽ & animę grauissimas ægritudines nõ timent. Hi homines infantibus & pueris similes sunt: qui araneã vel paruum quoddã aliud animal timent, in ignẽ tamen manus conijciunt.

¶ Tertiò aduerte (si Suetonio & alijs historiographis credideris) hunc Tiberiũ crudelissimũ hominẽ fuisse, homicidã impium, & omni scelere cõtaminatũ. Vide obsecro & diligẽter considera, quã parui faciat dñs huius sæculi diuitias, gloriã & honores, quã doquidẽ homini tã scelerato ea omnia cõmisit. Nã si hęc bona terrena alicuius essent põderis, vel in aliquo pretio essent habẽda, Matth. 4. non ita facile Christus suis discipulis & charis amicis iussisset ea relinquere, nec ea cõcederet iniquis & perditissimis hominibus. Tiberio scilicet, Caligulæ, Claudio, Neroni, Cõmodo, Heliogabalo, & alijs similibꝰ. Hæc enim terrena quę tu bona appellas, & quę quæris, & de quibus solicitus ambulas, sine dubio stercora sunt & furfures domus Dei. Visne vt liquido tibi cõstet, quã nihili Deus omnia hæc pẽdat? Abstulit vniuersa illa dñs à nimis charo & dilecto amico suo Iob. 1. & 2. Iob, petitione facta ab impio & crudelissimo inimico diabolo. Rogauit dñm Satã, vt vniuersam substantiã Iob euerteret, statim quę dñs id concessit. Abrahã filijs concubinarũ largitus est munera, Isaac verò primogenituram & omnẽ supellectilem hæreditauit. Gene. 25. Ita dñs spurijs filijs qui de huius sæculi diuitijs & honoribus tantũ sunt, solicitꝰ hęc terrena bona concedit: bonos autẽ, & legitimos filios qui vana & caduca huius mundi contemnunt, diuinis & nunquã perituris diuitijs auget, & locupletatos reddit. Contẽti sint mali, & satis illis sint bona hæc fluxa & caduca terræ, ab hęreditate vero cęlesti alienentur, & semoueãtur, bona nãq; illa diuina, solis filijs & charis amicis reseruãtur. Audi Psalmistã. Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias. Psal. 72. Vnde ex hoc loco discere debes, vt terrena despicias, contẽnas, & pro nihilo facias, cælestia verò ames, diligas, & omni studio prosequaris. Hæc quippe, quã mundus opulentiã, copiam, abũdantiã, & diuitias vocat, nõ nisi summa paupertas, mẽdicitas, & indigẽtia est. Ne obsecro in stercus huius sæculi oculos, nec mentẽ conijcias: sed in solũ Deũ animũ tuum cõuerte, siquidẽ erecto vultu te ipsum dñs cõdidit, vt ad cælestia semper aspirares. Cũ enim cõmodum & vtilitatẽ tuã Deus respiciat, omnia ea, quæ tibi sunt opus super terrã constituit, vt panis, vinũ, & caro: vt facili negotio ea posses adipisci: superflua vero, vt sunt aurũ, & argentũ, subtus terram abscondit, ne ipsa vehemẽter cupias & desideres. Ne serio futilia & ridicula ames & quæras: nam egregius psaltes vehemẽti raptus admiratione, cũ videret ea, quibus homines tam auide & anxie studẽt, inquit. Psal. 4. Filij hominũ vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatẽ, & quæritis mẽdaciũ? Quasi diuinus vates vellet hominum amentiã explicare, ac si diceret. Cũ sitis filij hominũ, rationis & intellectus participes: ne quasi rationis expertes sitis, cõstituẽtes vltimum finem in his terrenis & perituris: quandoquidẽ æternis bonis fruẽdis cõditi & effecti estis. Mẽdaciũ amas cum terrena amore prosequeris, aurũ nanq; & argẽtum etiã si hominũ oculis alicuius sit æstimationis, vile tamẽ, & nullius momenti dñs iudicat. *Procurante Pontio Pilato Iudææ.* His verbis manifestissime ostendit beatus euangelista Christũ esse verum Messiã promissum in lege. Vnde operępretiũ est aduertere, inter Iudæos duas prophetias fuisse celebratissimas iuxta aduẽtũ Messię, quẽ expectabãt. Gene. 49. Altera erat illa Iacob. Nõ auferetur sceptrũ de tribu Iuda, &c. Deute. 18. Altera vero non minus celebris illa erat, quæ habetur in Deuteronomio. Prophetã suscitabo eis de medio fratrũ tuorũ, similẽ tui: & ponam verba mea in ore eius. Quæ duę authoritates secũdum omnium rabinorum sententiam de Christo, & de ipsius aduentu intelliguntur. Altera nanque istarum aiebat, Messiam venturũ esse, quando nullus esset rex in Iudea: altera vero hunc Messiam magnũ futurum prophetam, & oriundum ex Iudaico populo. Duo enim præstare debebat futurus Messias: alterum scilicet quod futurus esset propheta & natione Iudæus: alterum vero esse venturum, quando nullus esset rex naturalis in Iudæa. Nascitur Esaias propheta in Hebręo populo: ne autẽ aliquis falso existimaret, ipsum esse Messiã, in principio suæ prophetiæ inquit. Visio Esaiæ filij Amos, quã vidit super Iudã & Hierusalem: in diebus Oziæ, Ioatham, Acaz, & Ezechiæ regũ Iuda. Esai. 1. Acsi prudens diceret. Etiam si sim propheta & à vobis ortus, ne tamen putetis me esse Messiã: nam ego prædicere & prophetare incipio naturalibus regibus Iudææ sceptrum & imperium tenentibus. Et Hieremias etiam. Verba Hieremiæ filij Helchię de sacerdotibus qui fuerũt in Anatoth in terra Beniamin. Factum est verbum domini ad eum in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda. Hiere. 1. Baruch quoque legit. Verba libri huius ad aures Ieconiæ filij Ioachim, regis Iuda. Baruch. 1. In Ezechiele etiam habetur. Ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachim. Ezec. 1. Et Damel. Anno tertio regni Ioachim regis Iuda. Quòd si diligenter alios prophetas reuolueris, inuenies omnes prophetasse tempore quo erãt reges vel duces de tribu Iuda, qui populum gubernarent. Dani. 1. Non enim defuerũt ante Christum natum in illo populo reges vel duces, qui regerent Israẽlẽ: vt statim initio huius operis ostẽdimus. Igitur prophetæ sancti vt tollerent à populo suspicionẽ, ne aliquem ipsorũ putarẽt esse Messiã (cum inter illos nati & educati essent) diligenter literis mandarunt reges Iudę, sub quorũ dominio prophetabãt. Sed diuus Lucas ostendit diuum Ioannem prædicãtem maximum illum prophetam promissum Iudęis. Sed sub quo rege Iudę? Procurante (inquit) Pontio Pilato Iudææ. Iam non est rex in Iudæa, non est sceptrũ regale, nõ est corona. Sed quid? procurator quidam, siue prorex, quem hodie cõstituit imperator, quem etiã si sequenti die libuerit auferet, ipse autem non naturalis, sed ex populo Gẽtilico, & aduena erat. Vides igitur quomodo in quouis euangelistæ verbo magnum claudatur mysterium? Conuincit hic Iudæos, & ipsorum cæcitatem reprehẽdit, probatque ex ipsorum prophetijs & testimonijs Christum esse Messiam: quem ipsi expectabant. Nihilominus ipsi tam cæci, & tam ignorantes sunt, vt nolint cognoscere suum saluatorem, & mittunt nuncios qui interrogent diuum Ioannem. An sit ipse Messias in lege promissus: cum secũ dum rei veritatẽ potius deberent diuo Ioãni credere dicenti Iesum esse verum Messiam, quam si de se ipso id affirmaret. Nam testimonium quod aliquis de se ipso exhibet, non tantam fidem facit, quantam haberet si de altero id affirmaret, & si quidẽ Iudæi diuo Ioãni crederẽt, si dixisset, seipsum esse Christum, potiori ratione Ioannis verbis debebant adhibere fidem dicentis Iesum esse Christum in lege promissum. Sed vnde Iudęis istis tanta proueniebat cæcitas & obscuritas? Ex peccatis quidẽ, vt Sophonias aiebat. Ambulauerũt vt cæci, quia domino peccauerunt. Sopho. 1. Mundanis nanque, & terrenis dediti solum externa cõsiderantes, Christi paupertatem despiciebant: & quia pauper & humilis venit, id fuit in causa, vt eum non cognouerint, similes illi, qui manum supra oculos ponit, ne solis radijs offendantur, nec ab ipso illuminentur. Ita etiam hi inter suum intellectum, & diuinã lucem pessima constituerunt, & ideo obtenebrati sunt, & cæci facti, & ita cæci vt cum viderent omnes prophetias, quæ de ipso loquebantur, iam adimpletas esse, cumque etiã ipsum Messiam corã oculis haberent, illum ignorabant. Ioan. 9. Ego veni (inquit Christus) vt qui non vident, videant: & qui vident, cæci fiãt. Exod. 10. Oculi nanque vanitatis mũdi allucinati rerum mũdanarum amore: diuinam & inacessibilem lucem non valent intueri. Hæc est illa cæcitas, & obscuritas, quam misit dominus in Ægyptios: de quibus scriptura asserit, neminem spacio triũ dierum fratrem suum vidisse, nec à vno loco motum fuisse. Nisi Iudęi isti cęci essent, non vtique in suo euangelio Ioannes dixisset. Mundus Christum non cognouit. Ioan. 1. Nõ mirum erat, quod ita cæci, & deliri essent in cognitione Messiæ: siquidem tantũ pulueris pondus amoris mundi, carnis, & sanguinis oculis suis iniecerant, de quibus Hieremias dixit. Errauerunt vt cæci in plateis. Thren. 4. Iniquioris conditionis est hæc cæcitas, quã quæuis alia corporalis: nam qui corporis cæcitate laborant, se ipsos agnoscunt, at qui interiori cæcitate tenentur, existimant se videre, cũ nihil videant. Quo circa redẽptor noster his dixit. Si cæci essetis non haberetis peccatum: nunc verò dicitis, quia videmus, ideò peccatum vestrum manet. Ioan. 9. Caue & tu tanquam à facie colubri à peccatis Eccle. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

catis: ne in hãc teterrimam cæcitatem incidas: vt Deum non cognoscas, & te ipsum ignores, &c. ¶ Expende etiam quod hæc terra Iudeæ vbi Pilatus præsidebat, illa erat, quam olim Deus Abrahæ promisit, cum dixit. Ego dominus qui eduxi te de Vr Chaldeorum, vt darem tibi terram hãc, vt possideres eam. Iosue autem possessionem huius terræ tradidit filijs Abrahę post quam Moses eduxit illos de Ægypto. Sed aspicite quomodo Deus alijs regna propter sua scelera tollit & alijs tribuit: quod videri potest in Saule, cui dominus regnum hoc, de quo loquimur sustulit, Dauidi autem concessit: secundum illud quod scriptum est. Mortuus est Saul propter iniquitates suas eo quod præuaricatus est pactũ domini, & non custodierit illud: propter quod interfecit illum, & transtulit illud ad Dauid filium Isai. Cum Saul rectitudinem animi seruabat, dedit illi regnum: at cum à mãdatis domini recessit, regno orbatus est, Quod cum Dauid recte animo perpendisset, dixit Salomoni successori ipsius cum morti esset propinquus. Obserua vt custodias mandata domini, vt confirmet dominus sermones suos quos loquutus est ad me dicens. Si custodierint filij tui viam meam, & ambulauerint in veritate, non auferetur tibi vir de solio Israël. Cum enim rex præsidem aliquem constituit siue ciuitati siue arci, beneficium illud donat illi & successoribus illius: dummodo tales ipsius regis nõ sint proditores: nam si sint, vitam simul & gratiam datam amittunt. Ità dominus dedit Abrahamo hanc terram, & ipse fuit primus & fidelissimus præses: postea vero Isaac, Iacob & alij ipsius successores fideles & recti, quos dominus in officio sustẽtauit. At cum traditores essent, abstulit dominus ab eis possessionem & dedit eam Romano imperatori: qui dominium ipsius tenebat, quique hunc præsidem illi constituit. Similiter Deus vobiscum faciet: si ipsius præcepta non seruaueritis. Atque ita debẽt intelligi omnia à Deo nobis promissa, ea lege vt quæ ipse præcipit, diligenter obseruemus. Peccata Iudæorum eos in tam infœlicem statum adduxerant: & ita tu si in peccatis perstiteris, exul à gloria in miserã captiuitatem incides. Audi dominum, filij regni eijcientur foras. Nec inertia detentus in hæc insana & amentissima verba prorumpas. Christianus sum, vita æterna mihi hæreditas est, ad regnum sanctum pertineo: mihique iure proprio debetur: nanq; quemadmodum promissum Iudæis abstulit propter scelera & flagitia quibus se ipsos contaminauerunt, ita regnum glorię (quã uis tibi promissum in hæreditatem sit) nihil dubitabit auferre nisi tanquam filius Dei sanctis vitæ documentis & institutis vitam tuam composueris. Sed iam historiam prosequamur. *Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre eius Tetrarcha Iturææ & Traconitidis regionis & Lisania Abilinæ Tetrarcha.* Inter plures filios quos magnus ille Herodes Ascalonita habuit, post ipsius mortẽ soli tres viui remanserunt. Archelaus, scilicet, Herodes, & Philippus: cęteros, nanque ipse dum viueret interfecit. Post mortem patris contentio fuit orta de regni successione. Cæsar in quatuor partes regnum Iudæorum diuisit, dans Archelao Iudæam, & Idumæam, Herodi, Galilææ: & Philippo, Ituræam & Traconitidem regionem: & sic Tetrarchę facti sunt. Tetrarchia enim quarta pars regni est, & Tetrarcha vocatur princeps quartæ partis regni. Archelaus autem qui in Iudæa regnabat suis exigentibus sceleribus, à regno eiectus & relegatus est: tũcque Iudæa administrata fuit per procuratores Ethnicos, quorum primus fuit Comonius, secundus Annius Rufus, tertius Valerius, quartus Marcus, quintus vero Pontius Pilatus: qui teste Iosepho anno duodecimo Tiberij Cæsaris procurator Iudææ constitutus est: cuius tempore cum Herodes & frater eius Philippus essent Tetrarchæ, venit Ioannes prædicans baptismum pœnitentiæ. Porro aliqui dixerunt Lisaniam istorum fratrem fuisse, & filium Herodis Ascalonitæ: alij vero eius nepotem, vt pote filium Ptolomæi cuiusdam ex Alexandria sorore præfati Herodis. Quomodocunq; autẽ illud sit, parum ad propositũ refert. Sed his dimissis ad nostram eruditionem aliqua sunt obseruanda. ¶ In primis quomodo ij qui iniquo & prauo animo dignitates, honores, & diuitias acquirũt: & mala fide possident, breui tempore ijs fruuntur. De rebus enim male acquisitis, nõ gaudebit tertius hæres. Ingressus est Herodes Ascalonita in Iudæam per tyrannidem, & regnum iniuste vsurpauit: at iusto Dei iudicio nondũ mortuus erat, cũ iam regnum in quatuor partes diuiditur: & præcipuam regni partẽ, quæ erat Iudæa per procuratorem

Gen. 12. & 15.

Iosue. 7.

1. Par. 10.

3. Reg. 2.

Matth. 8.

Ioseph. lib. 18. de Iudæo.

rem regitur, & gubernatur qui aduena, & gentilis erat. Ex quo docemur, vt nihil in hac vita malis artibus & dolo acquiramus: nam quod mala fide possidetur, diu stare non potest: nec quod inhonestum est, vtile vllo pacto esse potest. Quod omne sacrę paginæ testimonio & exemplo apertissimo demonstrari potest. Nam Abimelech Gedeonis filius qui regnandi cupiditate septuaginta fratres interfecit, miserum, & infelicem finem sortitus est: quippe qui à muliere fuit occisus. Vide etiam quem exitũ habuerit Ieroboam qui aduersus Dominum suum Roboam surrexit: & vitulos aureos confecit, quos populus adoraret, vt se tueri & conseruare posset in regno suo. Idẽ exemplum tibi afferam de Achab: cuius domũ diripuit Iehu, & neminem viuum reliquit. Idem contigit Athaliæ: & omnibus illis qui malo titulo dominari voluerũt. Et hoc etiam quotidie experimur in hominibus ecclesiasticis, qui bonis ecclesiæ & pauperum rem suam & substantiam augent & amplificant, & memoriã sui in hac vita relinquunt, quo circa permittit Dominus: vt his bonis hæredes prodigi & epulones succedant, qui illa breui temporis spacio deuorent & consumant. ¶ Aduerte etiam quod omnes hi principes, & sacerdotes quos euãgelista describit flagitiosissimi homines fuerunt, & supra quam dici potest grauissimis peccatis impliciti, qui dignas factorum suorum in inferis pœnas luunt. Qui cum mali essent, & ipse populus pessimis moribus erat imbutus, vbi pauca vel nulla prorsus iustitia locum aliquem vendicabat. His igitur temporibus Baptista quidem inuenitur omnigena virtutum supellectile abũdans, & claris vitæ portentis illustratus: nãetsi reliqui omnes mali sint nihil vetat quin tu bonus & sanctus esse possis. Nec ideo inferas te iniquum, & sceleratum esse nec ad bonam vitam te applicare posse, quia reliqui perditionis viam, & iter inferni elegerunt: quandoquidem cum isti mali essent Ioannes iustus inter eos inuentus est. Nequissimi erant homines tempore Noe, ipse vero sanctus: cui Dominus dixit. Te inueni iustum coram me ex omnibus gentibus. Et in terra Hus vbi omnes iniquitatẽ sectabantur inuenitur Iob vir rectus & iustus: vt merito beatus Gregorius annotat, & põderat super sanctum Iob. Quod si inquorum & flagitiosorum consortiũ es amplexus, tibi ipsi culpam imputes, non temporum iniuriæ: quandoquidem in quocũque tempore rectum vitæ tramitem insequi poteris, vt fecit sanctissimus Baptista eo tempore quo perditissimus erat mũdus, quoque tam sceleratis, & iniquis hominibus regebatur. Quid enim obsecro nocumenti aliena iniquitas tibi inijcere potest? Audi Petrum ecclesiæ Principem & Antistitem summũ. Quis est qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam beati. Nihilo secius tamen etiam si in mundo plurimas tyrannides videas, & habentes sceptrum nulla puritate conscientiæ inductos, non ideo virtutem (quæ per se ipsam pulcherrima merces est) deseras, & abijcias. Sed ad id vnum oculos efficaces moueas Deum esse iustissimum & æquissimum iudicem, qui singulorum opera metitur, & debita solutione rependit. Nunc autem patiens esto, & cum videas mala principum, & prælatorum pro eis ad Dominum ora, & semper virtutum gradibus insiste: & cum videris in hoc sæculo iustitiam pericli tari mentem & oculos in cælum reuoca, & cum Psalmista dic. Introibo in potentias Domini, me morabor iustitiæ tuæ solius. Id solum Deo relinque vbi iustitiæ lumen habitat: etiam si nullum in terra appareat. Præterea, hæc diuisio significabat, cito vniuersum regnũ venturum esse in ruinam. Nam venit illa Christi sententia adimplenda. Omne regnum in se diuisum desolabitur, vt experimento in Iudæorum regno demonstrari potest. Discordia enim quę orta fuit inter hos fratres Herodis Ascalonitæ filios, fuit in causa vt regnum diuideretur, diuisio autem initium fuit vniuersæ deuastationis regni. Nam concordia paruæ res crescunt: discordia vero maximæ dilabuntur. Si linguarũ discordia illud magnificum, & superbum opus turris Babyloniæ destruxit, quãto vehementius voluntatũ discordia, omnia destruet? Ad generationem rerum naturaliũ necesse est vt conueniant elemẽta, & sedata discordia inter se quadã amicitia copulẽtur ex qua vnita cõcordia gignũtur lapilli pretiosi, aurum, & argentum, & cętera metalla pulchra, quæ merito, & ipsorum conditorem, & summum opificem admiramur. Quid Apollineæ facultatis dogmata, & canones docent: nisi ex concordia quatuor humorũ rectam valetudinem, & incolumitatem

1. Pet. 3.

Psal. 70.

Luc. 11.

Gene. 1.

Genes. 7. lib. 1.

Greg. lib. 1. Moral. cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem corporis constare, ex discordia autē mille ægritudines, dolores, & mortem prouenire? In quo enim recta ratio Musicę consistit, nisi in concordia & harmonia vocum? Natura vt docta rerum omnium magistra in lapide Tirrhęo hoc insinuare voluit qui in aquam coniectus, si integer sit, quamuis magnus enatat: at vero diuisus, in profundum demergitur. Sic nos integri & cōcordes permanemus: diuisi vero & discordes submergimur & deperimus. Vnaquęque acies suum habet vexillum, quo cognoscatur, & quælibet nobilis familia suū stemma: sic Christiana familia amorem & concordiam habet signum. Ideò redēptor noster. In hoc cognoscent quod mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem. *Ioan. 13.* Experimentum in capite alieno debemus facere, cum videamus hos fratres causa inimicitiæ & iurgij regnum patris perdidisse: tenemurque pacem & amorem diligere, quem Christus summopere commēdauit.

¶ Obserua rursus Esaiam, Hieremiā, Ezechielē, & reliquos prophetas nominasse reges Iudæ tantum scilicet eos inquorum tēporibus prophetabant: nam eorum doctrina & prædicatio præcipue in illum populum Iudæorum dirigebatur. At beatus euāgelista, hîc ponit reges & principes, tam Iudæos quam gentiles: nam Christus vtique populo venit, & euangelica prædicatio Iudæis & gentibus datur. Scripsit Tiberium qui imperator & dominus orbis erat: siquidem prędicatio euangelij per ministerium Apostolorum nota vniuersō mundo debebat fieri. Mortuus est Christus, vt omnes saluos faceret, & omnibus legem suam dedit: & ità decebat, vt in hoc loco mentio fieret omnium principum tam Iudæorum, quā gentilium. Et quia Christus non solum rex erat, verum etiam summus sacerdos, numerat etiam sacerdotes, qui tunc templo ministrabant, dicens. *Sub principibus sacerdotum Anna & Caipha.* Sacerdotium statui seculari præstat: & maior quidem authoritas in Papa residet, quam in cunctis regibus! & imperatoribus mundi. Sed cum maiori honore digni sint: prius euangelista scribit principes seculares, & in vltimo loco hos summos sacerdotes: & id non sine diuino consilio, vt videas quantum de alicuius dignitate & honore peccata minuant. Fuerunt nanque isti Pontifices Annas & Caiphas Simoniaci, & ita digni fuerunt tali dedecore quod præferuntur illis nequissimi seculares & peccatores. Quot sunt etiam nunc in ecclesia Dei sacerdotes, religiosi, & epi *Matth.* scopi, quibus coram Dei oculis multi publicani & peccatores præferuntur. Vtinam multi seculares nobis post terga relictis, vi- *2. Cor.* ctoriam regni Dei non deferant. Quo circa Diuus Paulus, nobiscum loquitur dicens. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum. Vnde si seculares digno honore non afficiunt nos: id euenit quia vident nostra opera non suis præferri: nam conspiciunt nos garrulantes, confabulantesque sicut ipsi, vident etiam nos epulari, & iocari, sicut ipsi: atque ita parui faciunt, & contemnunt nos,

¶ Aduerte etiā quod summus sacerdos secundum legem perpetuus erat, & pro toto tempore suæ vitæ fungebatur officio: at tā tum inualuerat ambitio & cupiditas, vt singulis annis singuli sacerdotes eligerentur: & ita tempore, quo beatus Ioannes incepit prædicare, erat pontifex Annas, anno vero quo Christus mortuus est, obtinebat Pontificatum Caiphas: & propterea vtrunque beatus euangelista nominauit. Herodes nāque cùm videret commodum & vtilitatem inde sequi, venale fecit sacerdotium. Ex quo liquido constat, quanta suboriantur mala. Erat enim Herodes, sicut & cæteri reges sub tributo imperatoris Romani, & etiam muneribus & donis emerat regnum, & principatum comparauerat: ideo opus erat, vt omne hoc surriperet à tēplo. Sicut modo qui officia emunt, necesse est vt iuste vel iniuste substantia pauperum & plebis soluantur. Quod graue malum in multis prouincijs cernimus. Altera ratio est quia cū officia venundentur pecunijs, ab indignis plerunq; possidentur, quando quidē no meritis talis hominis attenditur, sed pecuniæ suæ. Altera est ratio, quia is qui officiū emit, pōdere tributorū & pecuniarū onerātur, vt soluat pactū & conuentū. Sic Herodes pecunijs & redditibus ecclesię sua debita vult persoluere. ¶ At si iniquè agebāt hi principes seculares dātes sacerdotium pro pecunijs: quanto peius ipsi clerici faciebāt, si quidē pecunias pro Pontificatu exhibebant? Contēplare obsecro qualiter tū tēporis ecclesiæ cōditio & status iacebat. His igitur calamitosis & miserandis tēporibus exijt prædicatores venerunt, Christus redēptor noster, & Beatus Baptista. O vtinam &

& nunc Dominus Iesus dignaretur ex alto descendere, vt ecclesiam suam visitaret. Magna quidem alia peccata fuerant in Israel, quibus medēdis misit dominus Esaiā, postea verò misit Heliam, Elisęum, Hieremiam, Ezechielem, & alios plurimos & sanctos viros. Nunc vero cum sapientissimus ille, atque expertus medicus videret ægritudines vsque ad interitum peruenire, cūque intueretur ipsos sacerdotes, qui alijs deberet esse exemplo auaritiæ, ambitioni, & Simoniæ deseruire: ipse proprius de cælo descendit, vt huic pestilēti morbo pharmacum adhibeat: & ante se mittit non quemcunque concionatorem, sed magnū & sanctitate præcellentem: vt corda hominum disponat, & sacerdotum vitia reprehendat, post illum verò Christus venit vt peccata ministrorum templi propulset. Quocirca cùm dixisset euangelista, quòd Annas, & Caiphas erant Pontifices, cùm solus vnus deberet esse perpetuus: statim apponit remedium, & egregium quendam & sanctissimum hominē, dicens. *Factum est verbū Domini super Ioannem filium Zachariæ in deserto.* Quot reges & principes designat hîc euangelista, vt dicat, Christum misisse Ioānem prædicaturum. Cùm Christi natiuitatem scripsit, tantum Romani Cæsaris meminit: Ioannis autem natiuitatem narrat nullius principis facta mentione: cum vero prædicationis officium recenset non tantum Cæsaris, sed & sacerdotum, & minorum principum recordatur. Nimirum vt innueret, quanti esset momēti alicuius sancti prophetæ, aut prædicatoris euangelici creatio. Magnum & præclarum opus est officium prædicationis: ad cuius functionem perfectā, non satis est habitum religionis induere, in scholis arguere, & scripturam legere: sed necessaria est vitæ sanctitas, morum integritas, & vitæ perfectio. Quòd Deus condat hominem suæ admirabili potentiæ velut nihil est: at cōcionatorem efficere, hoc quidem grande opus est, nam constituit hominem omnibus suis numeris perfectū, & absolutum. Ideò Moses quanuis sanctissimus esset, cùm dominus illū mitteret ad prædicandum Pharaoni se à tali munere quantū potest abstinet, nam cùm humilis esset, se ineptum tanto officio iudicat: quod etiam Hieremias secum reuoluens tantum officiū humeris suis impar existimabat. Quod idem Ionas fecit, & omnes illi qui altitudinem, & excellentiam huius muneris agnoscunt, & humanam imbecillitatem percallent. Nunc autem non defuit multi qui hunc honorem, & dignitatem appetant, cum illo prorsus indigni sint. Igitur vt intelligas magis laboriosum esse rectum prædicatorem condere, & efficere, quàm alium quenuis hominem, tanquam rem maioris momenti, & ponderis appositi hic Euangelista tot principes in electione beati Ioānis Baptistæ in concionatorem, & nullam mentionem fecit alicuius principis vel regis, dum ipsius natiuitatem scriberet.

¶ Perpende autem hîc primò quòd diuus Ioannes non exijt prędicare nisi iussus. Nō temere aut præsumptuose vsurpauit officium, vt Ozias: qui percussus fuit lepra, *2. Para. 26.* eò quòd surripuit officiū sacerdotale. Vnde in euangelio cuidam dicitur. Quomodo *Matth. 22.* huc intrasti nō habens vestem nuptialem? Sed multi cùm non vocati sint à Deo, talia munera sibi arrogāter assumunt. Vnde dominus per Hieremiam dicit. Non misi eos, *Hiere. 14.* & non præcepi eis: neque loquutus sum ad *Hebræ. 5.* eos. Ioannes autem vocatus tanquā Aaron exijt ad prædicandum. ¶ Aduertendū quo que est hic tempus quo Ioānes venit prædicans, & locus in quo erat quando præcepit Dominus illi vt prædicaret. Factum est enim verbum super Ioannem, & venit prędicans baptismum pœnitentiæ, quando in principibus & primatibus mundi dominabatur tyrannis, & in sacerdotibus simonia, & quando regnum Israël diuisum erat in quatuor partes, & vniuersus orbis ita perditus erat, vt iam fere in præcipitium inferni abiret: tunc factum est verbum Domini super Ioānem. In quo quidem diuinam misericordiā & pietatem (Christianis oculis si velis intueri) relucere videbis: nam in maioribus necessitatibus & in maximis cōstitutos periculis nos nunquam obliuiscitur: etiam si nos tali auxilio simus indigni. Ipse enim cognouit figmentum nostrum: *Psal. 102* recordatus quoniam puluis sumus, & sicut miseretur pater filiorū misertus est nobis. O quoties pius & misericors dominus iam iam tibi in interitum tendenti, manum pręstat, & succurrit: nam sæpe sæpius cum peccare vis, ad ostium cordis tui pulsat, & tunc factum est verbum Domini super te, mittens tibi sanctam inspirationem: ne vltra vanis, & inquis cogitationibus progrediaris. Hoc enim sæpissimè iam in infernū esses

Universidad de Deusto
Biblioteca

esses lapsus, nisi pietas & misericordia domini tecum adesset: nam etiam si mundus blasphemus sit, & transgressor mandatorum domini, non ideo dominus illum deserit tẽdentem ad interitum. Ex quo loco discere debes, vt semper in domino spem tuã reponas, nec vnquã tibi de eius infinita misericordia est desperandum. Patiens enim est & præstabilis super malitiã, fide igitur in eo, quippe qui nunquã in maioribus necessitatibus tibi deerit: quemadmodũ vniuerso orbi succurrit, mittens beatum Ioannẽ
Gene.37. & 39. Baptistam ad prædicandum. Quod etiam sacræ paginæ testimonio clarissimo tibi ob oculos ponam. Nã cum sanctus Ioseph iniustè exularet à patria, cumque venditus esset à proprijs fratribus, & falso accusatus, & in vinculis detentus, quando nulla spes remedij affulgebat: recordatus est illius dominus, & à vinculis eum eripuit, & constituit illum in altissimum regni solium & dignitatem, ita vt post regem nulli maior honor, gloria, & dignitas tribueretur. Vnde etiam
Gene.41. quãdo Israël grauiter opprimebatur & psequebatur à Pharaone in Ægypto, tũc domiñ memoria illius subijt, & dixit Mosi. Vi
Exo.3. di afflictionẽ populi mei in Ægypto, & clamorẽ eius audiui. Nũquam enim de ipsius diuina misericordia desperare debes sed firmo & virili animo in ipso confidere. Sic de
Dan.13. illa castissima fœmina Susanna legimus in Daniele quod erat cor eius fiduciam habẽs in domino: atq; ità cum omni prorsus humano auxilio esset destituta, tunc liberali manu dñs illi subuenit, atq; ad tanto periculo liberauit. Ideoq; meminisse oportet illi
Abac.2. dicti Abacuch. Si morã fecerit expecta eũ, veniens enim veniet & nõ tardabit. O quã grauissimè sæpius Deus offenditur: cum in illo non speras. Videtur namq; virgini pauperi & ipsius matri quod nemo eã in vxorẽ ducet, cùm dotẽ nec supellectilem habeãt: atq; ita decernunt carnaliter & cum Dei offensa viuere: quasi ipsius Dei manus sit abbreuiata, vt nõ possit earum necessitati aliquo modo subuenire. Dei cõsilio & decreto terminum assignant, & secum tacitè hæc mente reuoluunt. Si tali tempore, vel tali anno, vel mense nobis nõ fuerit prouisum, non est quod speremus, sed mundi vanitatibus, & delicijs nos tradamus. Ita fecerunt
Iud.7. illi Israëlitæ, qui cùm in magno discrimine essent constituti, & obsessi ab exercitu Assyriorum, iam secum decreuerant se ipsos in potestatem Olofernis tradere: quos acriter Sancta & virilis Iudith reprehendit dicens. Quod est hoc verbum quod cõsensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyrijs: si intra quinque dies non venerit vobis adiutorũ? qui estis vos qui tentatis dominum? Igitur ne Deo diffidas vnquam, nã in maioribus periculis, maximisque imminentibus calamitatibus, magis propicium & amicum illum inuenies: quemadmodum cum mundo fecit, quando maioribus vitijs & iniquitatibus abundabat, mittens Ioannem Baptistam. ¶ Sed vbi erat quando factũ est verbum domini super eum? In deserto. Vbi attentius perspicere debes, quod vocat dominus diuum Baptistam cùm procul recessus ab hominibus esset in deserto, & constituit illum prædicatorem & præcursorẽ suum. Vbi etiam notare debes quomodo fugiendũ sit à gloria huius mundi, & ab eius honoribus, & vanitatibus: hos enim dñs quærit, & in publicum iactat, & eosdem honorat, & amicos suos prædicat. Hos nanque maximo honore afficit qui ipsum honorẽ contemnunt, & eos maximi facit, qui abiectos *Gene.*
& humiles se esse iudicant. Abraham nanque cùm à patria recessisset, & per exteras gentes fuisset peregrinatus in extraneis terris constituit illum dominus magnũ principem. Moses etiã qui regiã domum Pharao *Exo.*
nis contempsit, cum solus esset in deserto, seruãdis ouibus intentus, factus est à domino magnus princeps: & electus dux totius Israël. Quis obsecro memoriã hominũ minus subierat, aut quis mortaliũ magis obli- *1.Reg.*
uioni erat traditus, quàm Dauid: qui pascẽs solus in deserto oues, vnctus est in regem à domino, & magnis in bello reportatis triũphis in præclarum principem euasit. Abscondit*us* erat Saul in domo sua, & humilẽ *1.Reg.*
se iudicabat, nec volebat in regem eligi: sed dominus ipsum manifestauit, & in regem constituit. Cur igitur tu honores ambis: cũ videas non dari nisi his, qui eos negligunt & aspernantur? Diuum Ioannem intuere in syluis bestiarũ more vitã degentem, quẽ dominus manifestat & illustrat, vt omnis mundus ipsum veneretur & laudet. Ita dominus consueuit eos honoribus afficere, qui eosdem fugiunt, & negligunt propter ipsius amorem. ¶ Præterea in deserto factum est illi verbum Dei: nam ille qui diuinis consolationibus & inspirationibus frui vult, opus est vt vitam solitariam amet, &

omnes humanas conuersationes longius
1.Reg.5. propellat. Nunquam Dominus permisit, vt in eodem altari arca testamenti & idola Dagonis simul essent, & cum Philistæi id conati essent, nunquam tamen id efficere potuerunt, nam non patitur Dominus, vt dulcia atque suauia suæ gloriæ & diuinitatis gaudia misceantur carnis & mundi familiaritatibus. Vilis quidem est conuersatio humana, siquidem diuinam impedit. Cuidam animæ sanctæ cui Dominus voluit sua
Ose.2. secreta reuelare dixit per Oseã. Ducam eã in solitudinẽ, & loquar ad cor eius. Vt Dñs cum anima nostra loquatur, non opus habet testes. Et volens ad Mosem loqui, duxit
Exod.19. Genes.21. 3.Reg.19. illum in sublimem montem Sinai. Et in solitudine deserti apparuit Angelus Agar. Et Elias extra vrbem erat, & omni prorsus humana conuersatione carens, quando Angelum vidit. Quando Dominus cor nostrum solum inuenit, statim cœnaturus cum illo sedet, & cum animam nostram à mundi curis & solicitudinibus separatam, statim magna mirabilia & secreta illi pandit, quæ neutiquam reseraret, si negotijs implicatam inueniret. Equidem si scires quam grauem iacturam facias cum te rebus mundanis tradis, dubio procul non magni laboris rem iudicares, soli Deo adhærere: nam si cõuersationem humanam reieceris, diuinam inuenies, silentium nanque & solitudo fortissimi muri sunt deuotionis. Si volueris iã comparatam deuotionem conseruare, solitudinem dilige: nam quantò maiora & ampliora beneficia beatus Ioannes acceperat, tantò melius existimabat in desertũ recede
Iob.12. re, vt gratiam conseruaret. Iob enim ait. Lãpas contenta apud cogitationes diuitum.
Ioan.5. Si lampas accensa est, statim tegitur ne flante aere intereat. Iusti sunt lampades accensæ: & de Ioanne dixit Christus, quòd erat lucerna ardens & lucens. Iusti nanque ne vento inanis gloriæ, & humanæ laudis offendantur, abscondunt & celant sua bona opera. Ioannes quippe, vt aptiùs & commodiùs se Deo traderet, in desertum secessit. Nouerat enim prudens ac sanctus vir difficillimum esse inter hominum turbas in tactè & purè viuere, ideo solitudinem petijt, vt peccandi irritamenta fugeret. Quid hic dicturi sunt stolidi & insipientes homines, qui cùm in vitia & peccata sint nimis procliues, eos qui religionis habitum induunt, impudenter irrident? Christus etiam verus Deus & homo hominum consortia fugiebat, non quòd ipsi esset opus, sed vt nobis fugienda demonstraret. Hoc etiam multi sanctissimi viri fecerunt, nam Eliseus ita has familiaritates fugiebat, vt etiam ipsa hospes quæ multoties domi cum receperat, nomen ipsius ignorabat, & cùm iussisset Giezi eam accersere, non proprio nomine nuncupauit, sed nomine ciuitatis, in qua ipsa nata erat, scilicet, Sunna, & ideo vocauit eam Sunnamitem. Fu- *4.Reg.4.*
ge igitur humana consortia & consuetudines, & esto mundo exter & aduena, & amicus & familiaris deserto. Melius quidem est inter immanes bestias in deserto, & solitudine vitam degere, quàm in ciuitatibus & populis inter iniquos homines. In hac ergo solitudine verbum Domini factum est super Ioannem. Sic tu si volueris verbum Domini audire fuge à consortio & tumultu hominum. Exemplo etiam *Actor. 1.*
Christi Saluatoris nostri, priùs cœpit Ioannes facere quàm docere, nam priùs sanctissimam & purissimam egit in deserto vitam, multis annis ieiunans, & orans, postea verò alios docuit. Sic oportet, vt tu *Rom.2.*
antequam alios doceas, te ipsum doceas, vt possis alijs non tantum verbis, sed facto prodesse. Sed iam singula verba expendamus. Factum est (inquit) verbum Domini, super Ioannem filium Zachariæ in deserto. Multoties inuenies in prophetis verbum quod factum est. Sæpè etiam onus, vel pondus, vt in initio prophetarum Abacuc, & Malachiæ. Et in Esaia & in Zacharia in medio & circa finem. Discrimen autem est (vt Hieronymus ait) quod vbicun- *Hiero. super*
que est graue, quod Dominus comminatur, & plenum ponderis & laboris, quod *Esa.c.13.& Hiere.c.23.*
per verbum, pondus designatur, minarum autem plena sunt, quæ per verbum onus innuuntur. At verò vbicunque Dominus prospera pollicetur, siue post comminationem meliora promittit, ibi non pondus, aut onus, sed factum est verbum Domini, dicitur. Ideoque quia Ioannes prospera nunciabat, nempe aduentum Messiæ, & regnum cælorum, & iter præparabat vt Christum susciperent, non onus, sed factum est verbum Domini super Ioannem dicitur. Super Ioannem (inquit) quia verbum illud super Ioannẽ descẽdebat. Esaias *Esai.55.*
enim ait. Quomodo descẽdit imber & nix de cælo, &c. Sic erit verbum quod egredie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur de ore meo. Particula super, sublimitatem notat, quia in cor hominis verbū Dei non ascendit, sed verbum descendit ad cor, & cor ascendit ad verbum. Et quod est verbum, quod descendit super Ioannem? Vade & prædica baptismum pœnitentiæ.

¶ Exprimitur etiam nomen patris dicens filium esse Zachariæ, quia Ioannes, sanctitatis paternæ fuit imitator & hæres. Quandoquidem Zacharias cum vxore sua pure & innocenter vixit, ambo quippe iusti erāt coram Dño. In quo quidem aduertere debes, quomodo teneantur ij, qui ex probis & sanctis parentibus sunt orti, eorum vitam, quoad fieri possit imitari. Vnde si tu te ipsum iudicas ab egregia parentum stirpe descendere, ipsorum virtutes imitari curabis. At si non ex nobilibus parētibus descendis, talia opera facito, vt noua & egregia proles à te incipiat. *Et venit in omnem regionem Iordanis.* Hoc est, ad loca Iudææ circa fluenta Iordanis. Quoniam gratia baptizandi venerat, ad loca abundantia aquis accedere debebat, ne aquæ defectu illi qui ad eius prædicationem conuertebantur, baptismo carerent. Cum enim rectè nosset, quanta gentiū copia ad ipsius baptismum erat properatura, loca aquis abundantia sibi elegit. Discamus hîc beatissimi Ioannis exemplo eum locum quærere, qui magis aptus semper sit ad recta opera facienda, & qui nobis ansam, & occasionem præbeat sanctis operibus nos exercendi. Cum enim grauiter ægrotaret rex Ezechias, Esaias propheta ad eū accessit, ex parte Dei dicens. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem & fleuit. Cur inquit (Hieronymus) conuersus est ad parietē, vt fleret, & oraret? Quia quando Salomō hoc templum absoluit, regiam suam domum condidit coniunctam ita vt ipse paries templi ex altera parte domum regiam cōficiebat, ad hoc vt negotia quæ regi offerrentur cum Deo posset facile communicare. Ideò Ezechias oraturus ad parietem templi se conuertit. Ita Episcopi & hi, quibus animarum cura est commendata domos suas iuxta ecclesiam deberent habere, vt faciliùs sacramenta possent administrare, vt faciebat Ioannes, vt commodiùs posset baptizare. In libro Numerorum dicebat Deus sacerdotibus atque Leuitis. Excubate in ostio sanctuarij. Ianitor quippe iuxta ianuam debet sedere, & gubernator iuxta clauum, & sacerdos iuxta ecclesiam. Sic nos iuxta locum vbi faciliùs possimus Deo seruire, habitare debemus. Abraham sedebat in meridie in ostio tabernaculi sui, vt itinerantes posset videre, & hospitari. Ita etiā è contrario is locus est nobis fugiendus, qui ad malum occasionem præbeat. Fugite (inquit Paulus) à omni fornicatione. Thamar nurus Iudæ sedit in bimio vbi meretrices sedere solebant, & sic Iudam ad peccandum allexit. Sic etiam præcepit Dominus populo suo ne facerent sculptile, & simulacra, ne illa adorarent, & ne nuberēt alienigenis mulieribus, nè Deos earum adorarent. Quemadmodum enim boni occasiones & loca magis conducentia quærunt, vbi meliùs Dei seruitio vacare possint, sic mali vt melius auaritiæ & cupidini studere possint loca aptiora quærunt, vt mercatores consuerunt facere, qui mercibus vendendis, in medijs plateis domos incolunt. *Prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Quia baptismus Ioannis non erat sacramētum, per quod dabatur gratia, sed erat in remissionem peccatorum, non causaliter & directè, sed dispositiuè, seu præparatiuè, quia præparabat homines ad Christi baptismum. Fuit tamen ipse Ioannes institutor sui baptismi, sed tamē ex præcepto diuino vt ipse dixit. Qui misit me baptizare ille mihi dixit, &c. Vnde institutio eius fuit à Deo per authoritatem, & à Ioannne per ministerium: ita tamen quod Ioannes nō fuit nudus minister, vt ministri sacramentorum Christi, qui nihil aliud faciunt, quā applicare sacramenta, sed fuit institutor ex diuino præcepto. Quorū vtrunq; docuit nos Christus, dicens. Baptismus Ioannis à quo est, è cælo an ex hominibus? Quasi dixisset Ioannis erat tanquam institutoris & ministri, cælitùs tamen præceptum acceperat. Nam si ritū baptizandi consideres, familiari Spiritus sancti reuelatione fuit ad id ministeriū missus, si autem effectum, nihil in eo fuit, quod Ioānes ipse non posset præstare, nam gratiam non conferebat, sed abluebat tantum corpora. Oportuit autem Ioannem tā ta sanctimonia fulgentem baptismum inci pere, quia durissimum erat Iudæis circuncisionem relinquere, & auscultare Christo baptizanti. Et ideo oportuit etiam, vt Ioannes de genere sacerdotum, quos oportebat circuncisionē tueri, illo baptizandi ritu vti: vt populū demulceret, & ad Christi baptisma

Esai. 38.

Hiero. in cōmen. Esai. li. 11. *cap.* 38.

Num. 1. & 3.

Gene. 18.

1. *Cor.* 6.

Genes. 38.

Leuit. 20.

Exod. 34.

Matth. 21.

Ioan. 1.

ma alliceret. Forma huius baptismi erat. Ego te baptizo in nomine venturi. Qui baptismus etiam si non obligabat ad sui susceptionē, obligabat tamen ad hoc, vt nequis ipsum contemneret, quia contemnens consilium, contēnit consiliantem. At Ioannes missus erat à Deo, & ita qui spernebat baptismum Ioānis per consequens, & illū qui eum miserat, contemptui habebat. ¶ Vocabatur autem baptismus pœnitentiæ: quia quos baptizabat, pœnitere docebat, & pœnitētiam prædicabat. Hanc à nobis exigit Deus, quia voluntas, quæ peccato cōsentit, ipsa eadem id abneget: ita vt quemadmodum per voluntatem ingressum fuit malū per eādem etiam bonū nobis adueniat. Sic Moses in deserto fecit serpentē æneum, vt curarētur qui erant à serpentibus morsi. Serpens momorderat, & serpente à morsu curauit. Cor superbum & elatum, offerat cor humile, & voluntas iniqua & deprauata Deo obediat, & subiectetur illi. Nam beata Magdalena ita fecit: eis nanq; rebus, quibus vanitati mundi inseruierat, eisdem prorsus se ipsam Deo reconciliauit. Cor autem tuum quod dæmoni per peccatum consecrasti, id ipsum Deo debes tribuere, ipse nanq, ait. Præbe mihi cor tuum. Tanquam magnus Dominus petit Deus id quod vult, & id quod magis illi placet. Non à nobis supelle ctilia petit, nō rem, manum, aut pedem, sed præcipuū quod in homine est, sine quo ipse homo nihil est. Non petit, vt illud ad tempus mutuemus, sed quod id præbeamus, nō enim vult, vt solum tēpore quadragesimæ pœnitētiam agamus, vel per certum tēpus, sed toto vitæ curriculo. Nec petit, vt illud vendamus quandoquidē Deus liberaliter id nobis tribuit, nec vlla mercede accepta nos redemit. Sed quia cor nostrum adeò infirmum & ægrum per peccatum extitit, operæpreciū erit illud dolore & contritione afficere. Ideò acceptabit illud contritum & humiliatum, aliàs enim nunquam illud acceptabit. Cùm Deus nō possit, nec de potentia sua absoluta peccatori sine pœnitentia peccata remittere, quia remittere homini peccata, est illum in suam amicitiam & gratiam reuocare, sed nullum hominem, in suam amicitiam reuocat, nisi sit bonus & iustus, quod fieri non potest, nisi voluntatem quā à Deo habebat auersam in ipsum cōuertat, quod fit per solam detestationem peccati, quæ est penitētia: fieri igitur nō potest, vt peccatum remittatur, nisi facta prius pœnitētia. Et licet paruulis ante vsum rationis, remittatur peccatum, tamen quia originale non propria voluntate commiserant, possunt absque proprio motu à Deo iustificari. Benè tamen potest Deus peccatori cōdonare pœnas, & nolle punire, absque pœnitentia: sed hoc non est peccata remittere. Nec pœnas peccato debitas condonabit, ni si peccator prius egerit pœnitentiam. Vnde sanctissimus Iob. Verebar opera mea sciens quod non parceres delinquenti. Nonne parcet Dominus delinquenti? Nonne deliquerunt Dauid, Petrus, Matthæus, & multi alij? Ideò Dominus dicitur non parcere delinquenti, quia delictum nūquam sine vltione relinquit, aut ipse homo se ipsum punit, aut Deus vindicans castigat. Tu ergo è duobus vnum elige, & cū in media electione fueris constitutus, memineris obsecro illud Pauli. Horrendum esse incidere in manus Dei viuentis. Si tu mediocriter te ipsum punieris, Deus in te non animaduertet. Nam vt Apostolus ait, si nos ipsos iudicaremus, vtique non iudicaremur. Quibus verbis satis apertè ostendit Paulus, quòd iudicamur à Domino, quia nos ipsos nunquam iudicamus, nec punimus. Quo circa enitēdum tibi maximè est, vt sanctam pœnitentiam agas, & peccata tua plangas. Deus nanque vt qui benignus & misericors est, bis eundem non punit. Quòd si tuam culpam correxeris, non iterum Dominus in illam animaduertet. Vnde sanctus Dauid, qui Dñi ingeniū & animum rectè requerat, inquit. Feci iudicium, & iustitiam, non tradas me calumniantibus me. Calix enim est in manu Domini, vini meri plenus mixto. Peccatores nanque, qui in hac vita pœnitentiam egerunt, calicem mixtum bibunt multis & maximis diuinis consolationibus. Ideò Ioannes cùm hanc pœnitentiam prædicabat adiunxit. Appropinquabit regnum cælorum. Et beatus Stephanus in sua passione vidit cælos apertos. Et Paulus ait. Sicut abūdant Christi passio nes in nobis, ita per Christum abundat consolatio nostra. Si verò hîc pœnitentiam nō egeris durissima te in inferno sperat pœna. Bibes nanq; fæces calicis durissimæ passionis, nam si ieiunare noluisti ibi perpetuam patieris inediā; si noluisti lugere, ibi lacrymis & gemitibus nunquam parces, &c. Habet se Dominus cum peccatoribus, quē-

Ecclesiast. 19.

Proverb. 23.

3. *Reg.* 9.

Iob. 9.

Hebr. 10.

1. *Cor.* 11.

Nau. 2.

Psal. 118.

Psal. 74.

Act. 7.

2. *Cor.* 1.

admodum barbitonsor cum hominibus rusticis: nam iubet illis vt comã pectant prius ipsi, ne si eos accipiat capillos extrahat. Ne igitur speres, vt Dominus prius in te animaduertat, nam durè, & asperè tecum aget: at tu priùs in hac vita de te pœnas sume, agens pœnitentiam. Hanc autem salubrem pœnitentiam Ioannes sanctissimus populis prædicabat. Sed expende sancti
Matth.3. præcursoris prudentiam. Prædicans nanque pœnitentiam maximis, & induratis peccatoribus dicebat. Genimina viperarũ, quis docebit vos fugere à ventura ira? Populis verò ignorãtibus & insciis blandè loquutus est. Qui habet (dicebat) duas tunicas, det vnam non habenti. Et militibus aliam ostendit viam. Sic prædicator pœnas inferni aliquando prædicet, aliquando beatitudinem cœlestem, quandoque etiam diuinã erga genus humanum misericordiam. Ideò habetur in lege, quod in veste summi sacer
Exod.28. dotis erant tintinabula. Ad quid hoc? Cymbala nanque & tintinabula non eundem sonitum, quem tubæ, cornua, & organa, & alia instrumenta reddunt, sed diuersum.
Aliquando enim cymbalum pulsatur ad prædicationem, aliquãdo ad obsequia mortuorum, aliquando ad festa & solennitates, sic itaque diuersa sonat & demonstrat. Sic concionator aliquando sonitum mortis efficiat, ostendens populo cineres, in quos citius est conuertendus, aliquando infernum pronunciet, &c. & pœnitentiam velut Ioannes populo prædicet, quandoquidem tãtis vitijs abundat, furtis, rapinis, adulterijs, & alijs grauissimis peccatis. O (inquam) Dominus his temporibus mundo mitteret similes prædicatores sicut Ioannes, qui ipsi mũdo pœnitentiam prædicarent audacissimè, siquidem tãtum iam dominatur iniquitas.
Osee.4. Non est (inquit Oseas) veritas, non est misericordia, & nõ est scientia Dei in terra. Maledictũ, & homicidium, & mendaciũ, &c.
¶ Expende etiam & vide sanctissimi Ioannis dignitatem & laudem, nam primus ipse fuit, qui in mundo prædicans pœnitentiam promisit regnũ cælorum, & remissio-
Num.13. nem peccatorum. In libro Numerorum habetur, quod timentes filij Israel ingressum terræ promissionis, quia erant ibi gigantes, animati sunt per Caleb, & posteà per Iosue. Sic beatus Ioannes fuit primus, qui nobis cælum manifestauit, patriam nobis promissam, & posteà sequutus est illum Christus, sicut alter Iesus Naue. Hinc ortum est, quod beatissimus Ioannes inter alios sanctos totius beatæ patriæ tantum splendeat & fulgeat. Nam lex est constituta & stabilita in bellis, vt is qui prius exierit manus cõgressurus cum hoste, vel ciuitatem expugnauerit, totius lucri primas partes, & sedem
2.Reg.8. accipiat, sicut Dauid fecit cum Ioab. Secũdum igitur hanc legem Ioannes fuit primus qui debellauit & inuenit hos diuinos Indos, qui primus remissionem peccatorũ & regnum Dei prædicauit, quia verò in expugnatione huius regni cœlestis primus ipse fuit, ideò meruit vt post Christum huius regni regem primum locum in ipso obtineat, Mariam semper excipio. Ne vero existimes quod beatus Ioannes nulla impetrata authoritate prædicabat, cum Esaia suam confirmat doctrinam, & ideò sequitur in textu. *Sicut scriptum est in libro sermonum Esaiæ Prophetæ.* Esaiæ librum rectè Lucas appellat librum sermonum, propter ipsius eloquentiam & sententiarum maiestatem, item etiam ob libri magnitudinem, qui numero capitulorum cæteros excellit prophetas. Obserua etiam quod beatus Ioannes ad confirmandum ea, quæ prædicabat, adducit in testem Esaiam prophetam, & sacræ scripturę authoritate dicta sua probat. Hoc etiam fecerunt Apostoli, qui suas conciones scripturæ testimonijs fulcie bant, quibus firmiorem facerent fidem credentibus, cum se nihil aliùd docerent, nisi quod multis retro seculis Deus futurũ prædixit. Sic fecisse Petrum in multis locis
Actor. 10. Actor. Matth. 12. &c. Actuũ Apostolorũ constat. Sic etiam Stephanus, sic etiã Paulus. Demũ, ipse Christus variis scripturarum vtitur testimonijs. Non sic modo multi, qui suis volunt dictis adhibeatur fides nullo demonstrato testimonio. Nam absentis famæ detrahunt, dicentes: mendacem esse, ebrium, Iudęũ: si autem ab eis petas, vt illa dicta probent, nihil minus, quã ineptè & insipienter respondẽr, quod ipsi id fatentur & affirmãt, & satis sit illos hæc dicere. Proh dolor quòd tãta mendacia ferri non possunt, nã in hac re peiores sunt homines quàm diabolus qui quãdo in
Genes.3. terreno paradiso matri nostræ Euæ mẽtitus fuit, erubuit ita facie ad faciem mendacium proferre, atque ita imaginem serpentis sibi assumpsit. Sed tu nullo contracto pudore
Matth. 5. Ioan. 8. mentiris, nam si tibi dicitur, quod probes testimonijs veracibus id quod affirmas, nullum

lum adducis testimonium. Si Ioannes Baptista sanctificatus in vtero, quo maior nemo est, testimonio Esaiæ dictum probat: quid est quòd velis, vt tibi credatur nullo adducto testimonio? Sanctitas beatissimi Ioannis tanta erat vt sui ipsius authoritas ad id probandum sufficeret: nihilominus tamẽ quod dicit authoritate prophetę confirmat. Tu autẽ cum garrulus, & detractor sis, tuis dictis præstari vis fidem? Proba igitur quod dicis, & tibi statim credemus. Ita nimirum quando aliquis tibi dixerit, malè de te audire in populo, & quòd multi multa dicũt, nisi testes tibi demonstrauerit, falsa omnia esse crede: & quòd is idem, qui ea tibi narrat falsõ ea tibi etiã imponit. Nam sicut apud nos dicitur, Qui carmen canit, ipse composuit. Sed de his satis. ¶ Obserua etiam quod Ioannes frequentiùs Esaiam allegat potiùs quàm alios prophetas, quia præ alijs clariùs prædixit Christi aduentum, vitam, & doctrinam, miracula, & passionem, & regni eius progressum. Vnde potiùs Euan-
Hieronym. in prologo super Esa. gelista (vt Hieronymus ait,) dici meretur, quàm propheta, nam ita vniuersa Christi, ecclesiæq; mysteria clarè prosequutus est vt non putemus eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiã texere. Sed quid in persona Ioannis Esaias loquatur audiamus. *Ego Vox clamantis in deserto.* Hebraismus est. Idem enim est vox clamãtis, ac vox clamãs. Sicut terra promissionis, terra promissa: virga æquitatis, virga æqua, populus acquisitionis, populus acquisitus: vas electionis, vas electum, & siqua sunt horum similia. Sensus est. Ista est prædicatio, clamor, seu sermo Ioãnis in eremo prædicantis. Obserua etiam præter hæc quòd Ioannes erat vox, quia quicquid erat in Ioãne erat vox. Vestis, manus, pedes, caput, & lingua totus erat vox clamans, & dicens. Pœnitentiam agite, eius cibus, potus, lectus, cilicium, inedia, os denique & facies prædicabant. Nam etiam si os non loqueretur, quicquid in ipso erat prædicabat contemptum mundi, pœnitentiam, & amorem diuinum. Totus ipse à calce vsque ad caput vox erat dicens. Pœnitentiã agite: conuertimini ò pec
Luc.4. catores in Dñm. O qualis prædicator Ioannes, equidem non illi dici poterat, Medice cura te ipsum. Benè beatissimus Ioãnes ambitionem poterat reprehendere, siquidem cùm illi offerrent honorem Messiæ, neutiquam acceptauit. Benè quidem carnis blandimenta & indulgentiam nimiam taxare poterat, si quidem melle sylueſtri se ipsum alebat, & sustentabat, & camelorum pellibus vestes conficiebat. Benè quidem auari-
Matth.3. tiam poterat execrari & reprehendere quã doquidem à puero diuitias contempsit, & domum paternã reliquit, & in eremũ abijt. Omnia quidem vitia dubio procul optimo iure taxare poterat, qui exemplar totius virtutis & sanctitatis erat. O mirabilis concionator. Sunt quippe multi concionatores, qui vocem habent, & clamant, sed nõ sunt ipsi vox: quia si verbis prædicant, non factis id ipsum insinuant. Aliud prædicat vox, aliud vestitus, cibus, domus, somnus, & opus externum. Quibus Paulus mirifi-
Rom. 2. cè loquitur. Qui prædicas non furandum, furaris? qui dicis non mœchandum, mœcharis? Sunt etiam multi, qui quasi inertes musici solo oris flatu, non item digitis incõditè sonant iustitiam, sobrietatem, pudicitiam, humilitatem, & denique omnes virtutes, atque hi aures obtundunt harmoniæ dulcedine, sed mentes non recreant. Nõ sic euangelicus tibicen Ioannes, qui quasi alter Orpheus durissima saxa, ideſt, durissima corda, & antiquæ peccandi consuetudinis glaciem diuinis verbis fugabat, ita vt publicani, & peccatores & milites ad eum venirent toto corde pœnitẽtiam acturi. Ex quo loco tu qui de officio & munere concionatoris gloriaris discere debes, eam vitam face re, quæ dictis & prædicationi sit conformis: & quemadmodum lingua prædicas, ita etiã manibus facias. Quid obsecro cogitas fuisse
3.Reg.19. in causa, quòd Helias tremore cõcusserat regis Achab cor? & quid est, quòd ausus fuit ipsi regi dicere, Tu & domus patris tui qui dereliquistis Dominũ & sequuti estis Baalim? Nam videbat rex in conspectu suo hominem diuinum, potius quàm humanum, imbecillum, languidum, pœnitentia & lachrimis pallidum, & confectum indutum animantium pellibus. Hic equidem tremore & mœrore regem concutiebat: Helias & beatus Ioannes non vtique maiores veritates prædicabãt, quàm nos, nec melius Euan
Iob.12. gelium: at vberem & copiosum fructum ex animabus reportabant vitæ sanctimonia & exemplo. Omnia enim, quæ ad obsequiũ templi spectabant ex purissimo auro erant
3.Reg.7. confecta, & etiam sorpices. Nonne satis esset, si auro essent conflatæ? Non equidem: nam is, qui alterius vitia carpere debet, ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

omni reprehensionis labe intactum se seruare tenetur. Oportet enim vt totus aureus sit, sancta vita, & præclaris virtutibus munitus. Quî fieri potest, vt immundus cum sis: aliorum spurcitiam valeas propellere? Indignum enim est quod iniquus peccatorem corrigat, & quod malus in malũ linguam conijciat. Quod si volueris perpendere, sacræ scripturę exemplo tibi ostendam. Nam quando Iudas filius Iacob vidit quod fornicata esset Thamar nurus sua, expauescens & horrens delictum dixit. Comburatur. At postquam illa misit ei baculum & anulum, & Iudas cognouit pignora, & peccatum suum proprium, dixit. Iustior me est. Quo quidem facto docetur nunquam vnius peccatoris, linguam aptam esse ad condemnandum alium peccatorem: atque ità Iudas postquàm peccatum suum agnouit, nunquàm ausus fuit Thamar condemnare, existimauit enim se maiorem peccatorem, quam illa. Audi si vis alium scripturæ locum. Quando Ioab misit nuncium regi Dauid de gestis in bello, ipsi nuncio dixit. Si videris eum indignari, & dixerit, quare accessistis ad murum, &c. dices. Etiam seruus tuus Vrias mortuus est. Vt enim disertus Ioab os Dauid comprimeret, ne auderet ignauiam militum & ducum reprehendere: in memoriam Dauidi reuocauit graue illud peccatum quod commiserat, iubens interfici ipsum Vriam. Dic, inquam illi (dixit Ioab nuncio) quod seruus suus Vrias, & fidelis miles mortuus est: talibus quippe dictis tacebit, & pudebit minimum defectum suorum ducum carpere illum, qui ducem suum interfici iussit. Carere enim debet omni vitio, qui in alterum dicere paratus est. Sed de his ista sufficiant. Itaq; totus ipse Ioannes vox clamans erat, vt pœnitentiam agerent, & vt domino præpararẽt corda. Sed vbi clamabat? In deserto. Vox (inquã) clamans in deserto. ¶ Videas obsecro quod Ioannes nunquam dicitur prædicare in ciuitate, sed in deserto: quia Ioannes ea sola prædicabat, quæ hominibus à Deo desertis, & longe remotis conueniebant: hoc est, pœnitentiam peccatorũ. Sed Christus non tantum prædicat hæc, sed ea etiam quæ ciuibus Dei congruunt: & ideò prædicat in desertis & in ciuitate. Præterea Ioannes prædicat in deserto, quia in ciuitate tot sunt peccata, tot sordes, vt Ioannes eas ferre nequeat. Stomachabatur Ioannes, nec tot poterat ferre peccata, adeò vt cùm videret Pharisęos, eos ferre nequiret, sed euomuerit dicens. Genimina viperarum, quis, &c. Porrò Christus grandioris stomachi est, ferendis iniquitatibus, & languoribus nostris curandis: vt qui toto affectu, & toto corde nos amat, & dissimulat peccata hominum propter pœnitentiã. Quid obsecro diuus Ioannes diceret, si per ciuitatem hanc deambularet, & tot videret fieri latrocinia, tot vsuras, tot mendacia, tot denique homines luxuriæ & vanitatibus huius sæculi deseruire? Certè existimo linguã etsi indefessam non posse illi sufficere tot vicijs carpendis: nescireret vtique qua esset incepturus, atque ità sine dubio deficeret, tot iniquitates admirãs. Hac igitur cõmotus de causa in deserto prædicabat: nec ciuitates audebat ingredi, vt non videret mechanicos artifices mentientes, & vsuras mercatorum, & vanitatem & pompam, qua nobiles incedunt, &c. ¶ Vide etiam quam egregius & magnus prædicator erat Ioannes, siquidem per deserta tẽdebant ipsum audituri. Tanta erat vis & virtus suæ prædicationis, vt deserta quasi populum & ciuitatem gentium concursu efficeret: secundum illud Esaię. Conuertetur Libanum in Carmel: & Carmel in saltum reputabitur. Virtute suæ prædicationis effecit, vt ciuitates Iudææ in solitudine manerent. Quia vt Marcus ait. Exibat ad eũ omnis Hierosolyma & Iudæa: & obliti filiorũ & domorum ad eum concurrebant. Aspice igitur ò tu peccator, quòd dominus nunquã ecclesiam suam deseruit: & quemadmodũ tunc misit Ioannem, ad curandum hominũ languores: etiam nunc multos ministros & prædicatores mittit, qui animæ tuæ medeãtur, iuxta illud quod ipsemet dominus ait. Non vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Sic voces prædicantium voces Dei sunt: & ipse Deus est, qui in interioribus tui cordis clamat. Vox Dei est, quæ sonat in deserto animæ tuæ, eius gratia & donorum destitutæ. Ingentes voces emisit Ioannes in deserto, & nunc etiam emittunt concionatores, & Deus in anima tua: placeat tamen ipsi per infinitam ipsius pietatem & misericordiam ne sit (vt aiunt) in deserto prædicare. Potiùs auditur ab hominibus sibilus serpentis, & mundi clamor, & vox carnis, quàm Dei verbum. Ideo per prophetã conqueritur dominus dicens. Clamaui, & non erat qui audiret.

Genes. 38.

2. Reg. 11.

diret. Quare? Quia sunt multi qui clament in domo peccatoris. Contingit enim vt in aliqua domo multi sint saltantes, canentes, & gaudentes: dum tamen aliquis tum temporis ostium pulsat, non exauditur propter magnum tumultum & strepitum eorum, qui intra domum sunt. Ita nimirum, intra ipsam peccatoris animam semper habitat quædam vox, qui inordinatus est diuitiarum appetitus, qui semper clamat: & est alia vox quæ vindictam inimicorum postulat, alia vero quæ honores, alia denique quę voluptates & blandimenta carnis desiderat: & hinc est, quod cum plena sit inordinatorum appetituum, quando Deus vocat, non exaudiatur. Quòd autem hæc animæ desideria voces sint, clarè cõstat. Nam cum orans esset Moses nec aperiret os, nec labia: dixit illi dominus. Quare clamas ad me? Anna etiam mater Samuelis cùm oraret in templo, non aperiebat os suum, nihilominus tamen magnos clamores suorum desideriorum mittebat Deo. Dauid quoq; ait. Desiderium pauperum exaudiuit Deus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua. Igitur hæc animæ desideria clamores & voces sunt. Clamant desideria carnis & sanguinis: cùmque magnus sit strepitus in ipsa anima peccatoris, etiam si dominus ad ostium pulset, non exauditur. Nec mirum quod non exaudiatur, vbi sic dominantur & imperant inordinatæ libidines. Et quod peius est, quòd etiam si dederis his inordinatis desiderijs quod petunt, nunquam tamen cessant voces emittere. Auari nanque, cupidi, & mundani, etiam si consequantur omnia illa, quæ cor suum desiderat, semper amplius atque amplius petunt. Remedium autem præsentaneum, vt Deum clamantem possis audire, est facere, vt taceant omnes illi, qui intus clamitant. Nunquam tuis appetitibus, quod volunt concedas: quia neutiquam tacebunt. Linguam tuorum desideriorum scinde, breuitatem vitæ considerans, Christi humilitatem & paupertatem, tunc que cessabunt: atque ità cùm amorem mundi à corde tuo remoueris, pacificum & quietum erit: atque ità vocem domini cùm vocauerit, exaudies, & cùm sancto Iob poteris dicere. Vocabis me, & ego respondebo tibi. Vide dominum dicentem. Ego sto, ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi intrabo ad illum, & cœnabo cum illo. Cum enim dominus dicitur ad ostium stare, manifestè insinuat cum peccatore loqui: nam iustus & amicus Dei domus ipsius est, quam ipse libenti animo habitat. Et in hoc quidem apparet quam inurbanus cum Deo ipso peccator sit: nam cum sit ad ostium pulsans, expectare illum facit, & non vult aperire. Cùm autem dicit, si quis aperuerit, liberum hominis arbitriũ ostendit, quando in sua potestate relinquit quòd possit aperire, vel nolit. Quia vero non cogitet, quod venit vt illum interficiat: siquidem sua peccata id merentur, inquit. Et cœnabo cum illo. Venit quippe vt animam ditet, & vt mille donis & beneficijs cumulet. Ipse cœnam affert, & omne symbolum soluit. Auceps nanque aues inuitat: sed non minus quàm ipsa vita prandium emunt. Ità dæmon nostros primos parentes in paradiso inuitauit: sed carè fructum emerunt. Ideo Ieremias. Venatione ceperunt me, sicut auis. Christus autem tecum cœnaturus, cœnam affert: nihil aliud vult, nisi quod aperias illi ianuas tuæ voluntatis. Quid est igitur, quòd illi non aperis? Quare illum non audis? Vtique quia magnus strepitus est in anima tua amoris mundi, & carnis, & inordinatorum appetituum. Illos igitur scinde, & silentium impone animæ tuæ, & tunc rectè audies dominum te ipsum millies vocantem. Sicolim clamabat Deus per Ioannem, sic & nunc clamat ad aures peccatorum. Vide igitur, quando in tuam vtilitatem & commodum cedit, quod illum audias libenti, & spontaneo animo: nam si in hac vita cum te nimio amore vocat, illum non audieris: posteà volens nolens illum audies, quando dixerit terribili & horrenda voce peccatoribus. Ite maledicti in ignem æternum. Sed iam audiamus Ioannem clamantem atque dicentem. *Parate viam domini.* Ante medici aduentum monetur ægrotus: vt cognoscens morbum medicum venientem reuerenter accipiat: sese que illi morigerum, & dicto obaudientem præbeat. Et quemadmodum ante Ioseph ibat præco, vt omnes genua flecterent: sic Ioannes coram Christo præibat clamans, vt corda hominum pararent, & Christum adorarent Saluatorem non solum Ægypti. sed totius mũdi: & ei obedirent, atque morem gererent. Hoc erat Ioannis officium, ad hoc venerat: vt Angelus dixerat Zachariæ. Ipse præibit ante illum, in virtute & spiritu Heliæ: parare

Ioh. 14. Apoc. 3.

Genes. 3. Thren. 3.

Matth. 25.

Genes 41.

Luc. 1.

rare domino plebem perfectam. Præparabat corda hominum, vt Christum susciperent. Quid est viam in corde præparare? Ex rebus temporalibus cernimus & cognoscimus, quomodo sternitur via, & quomodo plana fiat. Ità circa interiora nostra idē agamus, amouentes peccatorum, malorum que affectuum scopulos, quo via sit parata domino. Hoc est, vt absque vllo impedimento & molestia dominus ad nos venire possit & nos ire ad Deum. Via itaque domini ad homines veniens, est voluntas nostra. Ipse homo est domus, in qua Deus habitat, inquantum iustificatur, & est via in quantum disponitur ad iustificationem. Et sicut via est necessaria venienti, ità dispositio & voluntas est necessaria ad iustificationem: vt Deus veniat ad hominem. Itaque nullus adultus potest iustificari, sine propria voluntate. Hæc autem via paratur per vitam studiosam & pœnitentiam, quæ virtus facit conscientiam & animam componi cum recta ratione, quæ est regula humanæ vitæ, & quia homo cum studiosè viuit conformatur regulæ rectæ, dicitur via recta & præparata. Præparemus & nos viā domino, vt excluso peccato dominum suscipiamus. ¶ Obserua autem quòd in eo quòd dicit, præparate, libertatem insinuat liberi hominis arbitrij. In potestate tua est parare, vel non parare viam domino. Deus nanque nemini suam gratiam denegat nec deserit facientem quod in se est, ille qui paratus est omnibus subuenire. Tu autem bene vtere libero tuo arbitrio, & para cor tuū domino: vt iter faciat, & habitet in anima tua. Obserua iterum quod non dicit beatus Ioannes, quod paremus quamcūque viam sed viam domini. Alia est enim via domini, & alia via nostra. Via nostra vitia & peccata sunt: via autem domini, virtus. Sic apud Esaiam dominus dicit. Non sunt viæ meæ, viæ vestræ, & cogitationes meæ cogitationes vestræ: sed sicut exaltantur cæli, &c. Via domini quæ ducit ad vitam arcta est: via autem impiorum, quæ ducit ad interitum lata & spaciosa est. Via impiorum tenebrosa iuxta illud sapientis. Via illorum tenebræ, & lubricum, & Angelus domini persequens eos. Ambulant impij sicut cæci sine lumine, in mille lapides & scopulos quotidie offendentes: hoc est in mille peccata & abominationes incidentes, quousq; in foueam inferni præcipitentur. Quapropter in Ecclesiastico habetur. Via peccatorum complātata est, &c. via vero iustorum est quasi lux splendens. Auertamus igitur pedes nostros à via iniquitatis, & relinquamus vias nostras ad æternos cruciatus tendentes: & præparemus viam domini ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Sed quid vlterius ex Esaia beatissimus Christi præcursor addat, audiamus. *Rectas facite semitas eius.* Viæ domini sunt præcepta, semitæ verò eius consilia. Præceptum quippe domini est in extrema necessitate eleemosynam erogare, consilium autem euangelicum omnia bona tua vendere, & dare illa pauperibus. Ad præcepta enim obseruanda omnes tenentur, ad consilia autem non nisi ij, qui propria voluntate se ipsos astrinxerint. Hæc quidem consilia vocantur semitæ, nam magis arctæ & angustæ sunt: & sic eorum vita & institutio, qui consilia hęc sequuntur magis arcta est, nam præter eam obligationem, quam habent ad implenda præcepta, tenentur etiam & obligantur ad obseruanda consilia. Et quemadmodum semitæ quædam compendia sunt, vt citius ad expectatum finem perueniatur: sic etiam qui se ipsos ad consilia adstringunt magis merentur, & citius in beatam sanctorum patriam perueniunt. Cùm autem compendium nequeat esse sine dispendio, si magis hi coram Deo merentur, magis etiam laborant. Vide autem quòd cùm dominus loquebatur de via non dixit, quòd esset recta sed de semitis dixit, quòd facerent semitas rectas. Hoc quippe laboris est illis, qui consilia sequuntur, quique faciunt opera maioris supererogationis, quòd sæpissimè tentantur à dæmone vana & inani gloria, potiùs quàm reliqui alij: ea etenim opera quæ à communi hominum institutione discedunt, & altiorem vitæ conditionem sequūtur, multoties laudantur & extolluntur ab hominibus: atque ità qui per has semitas iter faciunt, maiores habent lapsus occasiones & amissionis meriti: quòd contingit sæpius his, qui per semitas itinerare solent. Non quis laudatur quia tempore quadragesimæ ieiunat, quia id ab ecclesia est præceptum: sed si alijs temporibus ieiunet, hoc est maioris supererogationis, & ab omnibus laudatur: quia verò multi, qui non ità perfecti & recti sunt, intentionem distorquent, & meritum amittunt, laudibus & humana gloria allecti, ait Ioannes, Rectas facite semitas eius.

Esa. 55.

Matth. 7.
Prou. 4.

Eccles.

Luc. 3.

Et etiam si opus sit vt viæ sint rectæ, nam opera obligatoria necessum est vt propter Deum fiant: quia verò in preceptis non adeò hæc monitio requiritur, cùm minor sit tentatio vanæ laudis & gloriæ: beatus Ioannes ad id quod magis necessarium est properat, dicens, quòd in operibus maioris supererogationis animus, & intentio nostra in solum Deum dirigatur. Quod autem in semitis maius sit periculum clarum est, quia inimicus dæmon frequentius viros sanctitate & religione perfectos tentat & persequitur, quam reliquos alios. Dan (inquit Iacob) coluber in via, & cerastes in semita, vt mordeat vngulas equi, & cadat ascensor eius retrorsum. Coluber parum habet veneni, at Cerastes pessimus serpens est, habens quatuor cornicula in capite & in arena absconditus insidiosè mordet. Sic maximè tentat diabolus viros perfectos, potiùs quàm alios quia cōmuni via mandata seruant. Ideo prioribus est sicut coluber, qui parum habet veneni: & ambulantibus in semita est cerastes, qui multū nocet abscondi tus, quia viros perfectos absconditè & insidiosè tentat, aliquando sub specie boni latitans in occulto, vel de bono opere tentans. Mordet cerastes hic in intentione ac fine, quem habes in operibus bonis, quòcirca ait, quòd in vngulis equi mordet, quæ extremę partes sunt animalis: sicut finis seu intentio operis vltimum est operationum nostrarū. Et sic cadit vir, & corruit insemita: qua propter recta semita incedendum est superando omnem sæculi tentationem, & cogitantes quòd quidquid boni faciunt à Deo venit, iuxta illud Pauli: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis tāquam ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. De hac etiam via & semita habetur in Prouerbijs. Viæ eius viæ pulchræ & omnes semitę eius pacificæ. In psalmo quoque loquitur Dauid domino dicens. Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. ¶ Verum quomodocunque viam vel semitam intelligas, opus est in hac vita, quæ via est, per quam ad aliam vitam tendimus recto incedere gradu: hoc est vitia & peccata euellere: & cor nostrum ab omni sorde & inquinamento mundum habere. Et enim ille omnibus alijs omissis recto itinere graditur, qui in charitate ambulat: & taliter viuit, qualis cupit & vult in morte inueniri. Hunc enim arbitror recto itinere ambulare. Ad hoc quippe vt via, vel iter rectum sit: opus est vt medium extremis conforme sit. Nam si aliquis vellet à Parisijs Romam tendere magnum faceret dispendium si Neapolitrā firet. In hac vita omnes sumus viatores: & scriptura sacra multis in locis confert nos cū viatoribus & itinerantibus. Vnde Paulus. Dum sumus in hoc corpore peregrinamur à domino. Et ad Hebræos. Non habemus hic ciuitatem manentem, inquit, sed futuram inquirimus. Petrus etiam ait. Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos, &c. Sic scholastici theologi vocant nos viatores, illos autem qui sunt in patria, vocant comprehensores: nam nascendo iter incipimus, & ad finem in morte peruenimus. Qualia obsecro fuere exordia nostri iti neris? Audi Salomonem. Et ego (inquit) natus accepi communem aerem, & primā vocem omnibus emisi plorans. Et paulò pòst. Similis erit exitus. Quæ obsecro est via recta? Illa, cuius medium cum initio & fine componitur. Natus es plorans & vagiens: & multis suspirijs & gemitibus vitam finies. Si autem vitam egeris ridens & gaudens: per deuja & lubricosa incedis loca. Si autem pauper, nudus, & egenus natus es nullamque supellectilem in mūdum attulisti, modo verò diues vis fieri: per minus rectum tendis iter. De iusto dixit sapiens. Iustum deduxit dominus per vias rectas: & ostendit illi regnum Dei. Et quod est iter rectum? Honestauit illum in laboribus. Rectum iter ille agit, qui sicut natus est, & moriturus, ita viuit. In laboribus natus es, plorans, pauper, nudus, & humilis: & morieris mille doloribus, angustijs, & calamitatibus circundatus. Opus enim est si rectum iter agere volueris in lachrimis viuas, orationibus & gemitibus, humilis & pacificus statim cum natus fuisti paruo incunabulo capiebaris, in morte verò constitutus parua sepultura: modo verò magnæ & superbæ domus non possunt te capere: & fortè eo peruenies insaniæ, vt tibi etiam mundus paruus videatur. Quando natus es, non manu habebas hastam, aut ensem, nec aduersus aliquem irascebaris: & in morte etiam macilentus, infirmus, & debilis eris: modo verò superbiam tanquam habitum induisti, vindictā, & mortem. Non iustum, quem dominus per vias rectas deduxit insequeris: sed de illis es, de quibus Dauid in psalmo dixit. In circuitu impij ambulāt. Nō nimio

Genes. 49.

2. Cor. 5.
Hebr. 13.
1. Pet. 2.

Sapien. 7.

Sapien. 10.

2. Cor. 3.
Prou. 3.
Psal. 24.

Isai. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mio diuitiarum amore rapiaris: siquidē vides Iob dicentē. Nudus egressus sum de vtero matris meæ & nudus reuertar illuc. Non dignitatem aut altitudinem huius mundi persequaris, quandoquidem tam humilis & pusillus natus es: & talis etiā es moriturus. *Iob.2.*

Iob.10. Non sic sanctissimus Iob faciebat, quando dixit. Dimitte me domine. Et ad quid obsecro tempus hoc postulas? & ad quid vitam? nunquid ad ridendum. & gaudendum? Nō equidem, sed vt plangam paululum dolorē meum. Ad hoc etenim vitam impetrabat sanctus Iob, non ad vanitates & gaudia. Talis vita tua debet esse, & ad hoc illam teneris petere. Aspice igitur beatum Baptistam, qui tot annis in scholis cæli studuit, cumque tam diuina & alta philosophia & theologia esset imbut⁹, relictis omnibus sub tilibus quæstionibus, nihil aliud prædicat nisi, Rectas facite semitas eius. His nanque breuibus & compendiosis verbis complectitur omnem reformationem vitæ nostræ, dicens quòd per viam rectam ambulemus. ita viuentes, vt sumus morituri. Quomodo autem via præparanda sit, & recto itinere ambulandum, declarat Ioannes dicens. *Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur.* Non intelligendum est hoc, vt litera sonat: nam non semper in scripturis diuinis historialis consequentia stare potest, sed nonnunquam deficit, vt dicitur in Prouerbijs. Spinæ nascuntur in manu ebriosi: idest, homo iracundus iurgia & contentiones seminat. Et illud Esaię. Abietes super te lætatæ sunt: & cedri Libani. Lege de hac re si placet Origenem & Augu. Itaque hæc, quæ Ioannes hic ait nō materialiter & vt litera sonat interpretanda sunt: quia Christus non venit vt materiales vias & itinera corrigeret, sed vt mentes hominum emendaret, & animas illorum sanaret. Ideoque hæc est metaphora, per quā intelligere vult quomodo præparandum sit cor nostrum, vt Christum saluatorē recipiamus. Cùm igitur dicit, quod vallis implebitur, significat tollendam esse pusillanimitatem: & cùm dicit quòd omnis mons, & collis humiliabitur, significat superbos humiliandos esse in aduentu Messiæ. Multi hic dicunt quòd per valles intelligit humiles: quod quidem neutiquam stare potest, quia hic Ioannes de defectibus viæ loquitur, qui corrigendi sunt, humilitas vero non est defectus, sed potiùs exi-

Prou.26.

Esa.14.

Orig. hom.2 in Gen. & 4.li. periar. c.2. Aug.li. 3. doct. Christi. ca.11. & in psal.103 versus finē.

mia virtus, hîc autem Ioannes loquitur, qui præparare nos debeamus, & de reformatione spirituali, quā Christus efficiet in animis nostris suo aduentu, corrigens omnes defectus & lapsus nostros. Ideoq; clarè intelliges beatum Ioannē hîc esse loquutū de pusillanimitate, & superbia, quæ vitia sunt & defectus viæ, vt in Deū finem nostrum tendamus: & hæc duo vitia intelligit per vallem, montem & collem. Multoties quippe pusillanimitas timidos homines facit, & impedit cōmodum & vtilitatem spiritualē. Hęc fuit causa, vt filij Israēl mirarentur magnitudinē gigantum terræ promissionis, & lamentabātur murmurantes, & volentes redire in Ægyptum: non considerantes dextera excelsi liberatos fuisse a potestate Pharaonis, & miraculosè eduxisse eos de Ægypto. Hęc eadem pusillanimitas in causa est etiā vt multi suis vitijs & peccatis hæreant, existimant nanque se nō posse diu persistere in bono, quin statim ad antiquam consuetudinem mali deueniant. Equidem vt verum fatear superbia graue obstaculum, & impedimentum est huic viæ. Vnde dominus per Esaiam. Ad quem ego respiciam nisi ad pauperculum & humilem. &c. Hæc duo, maximè nobis est curandum, vt de media via tollantur, vt possit dominus libere & nullo opposito obice in animas nostras venire. Reijciamus igitur à nobis hanc pusillanimitatem, considerantes, quàm exiguæ & imbecilles sunt vires nostræ, & quàm fortis & potens dominus: cuius fauore & auxilio pusillus pastor gigantem illum Goliath interfecit: & imbecillis fœmina Holofernem trucidauit. &c.

Num.14.

1.Reg.17.

Iud.13.

Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas. Hoc est, ea, quæ per legis asperitatē difficilia videbantur & impedita: per fidē & euangelicam gratiam expedita fient, & facilia. Vitiorum, & malarum cupiditatum aspera conuertentur in vias lenes, & planas. Mentes iracundæ, & immites ad mansuetudinem per infusionem gratię redibunt. Aspera verò per Christi charitatem reddentur lenia. Nam qui antea iniustitiæ & prauitatibus operam dabant, qui iura violabant, & fundamenta iustitiæ peruertebant, erunt iusti, & actiones suas sanctis normis & regulis component. Iniustitiam appellat viam obliquam, & flexuosam: vt alio in loco Esaias, principem iniustum serpentem flexuosum appellauit. Ait itaq, quòd Christus conuertet iniustitiam in equitatē, & aspera in vias pla-

Esa.66.

Esa.27.

planas: hoc est homines insolentes, superbos, & elatos futuros esse modestos, mites, & blandos. Sunt quippè quidam homines, qui in te aliqua beneficia conferunt, sed ita elati, vt priùs sua asperitate te vulnerent, quàm beneficia cōcedant, similes arboribus spinosis, quæ priùs te pungunt, quàm fructum ab eis euellas. At diuina gratia comes fient, blandi, & suaues. Itaque omnes deformitates viarum tollit Ioannes. Dicit nanq; quatuor deformitates viarum, per quas corporaliter gradimur corrigendas esse, vt via omnino sit suauis. Deformitas enim est vię si habeat in medio aliquem montem per quem oporteat ascendere, & hanc corrigit dicendo, ꝙ omnis mons & collis humiliabitur. Alia est deformitas, si sit aliqua vallis in quam oporteat descendere: & hanc corrigit dicendo, omnis vallis implebitur. Montibus nanque & collibus æquatis, redditur via plana. Tertia est deformitas si flexuosum, & ambagibus sit plenum iter, & hanc corrigit dicens. Et erunt praua in directa. Denique alia est deformitas, si aspera via sit & spinis plena: & hanc corrigit dicendo. Et aspera in vias planas. Significatur autem (vt vno verbo dicta cōplectamur) per huiusmodi metaphoras tollēdas omnes fœditates morum esse, tollendam pusillanimitatem, iniustitiam, & reliqua alia, quæ noxia sunt moribus. Prophetaturq; hæc tunc fore debere, cum venerit Messias, vt ex his materialibus figuris & dispositionibus viæ insinuet quales debeant esse mores, & conscientiæ ad parandam viam, qua dominus ad nos venturus est: nam si aliqua istarum conditionum desit, non vtique parata in nobis erit via, vt Messias veniat. Et meritò quia gratia præsupponit naturam, & bonitas meritoria præsupponit bonitatem moralem. Scopus igitur & precipuum Ioannis prædicationis intentum illud est, vt quantum in nobis fieri possit domino ad nos venturo viam præparemus, qui veniens omnia impedimenta tollet: ita vt illa via quæ antea erat aspera & spinosa, sit postea iucūda, alacris & læta: quod quidem omne Christus suo sanctissimo aduentu compleuit, ita vt ausus sit dicere. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Hoc modo amouit impedimenta Christus suo gloriosissimo aduentu: quia morte suaviam asperam planissimam fecit & lenem. Quia postquā Christus pro nobis mortuus est, iucundū est mori pro eo, & pro suo nomine dulcissimū est pati labores & persequutiones. Hoc iter, quod antea asperrimum erat, ob cuius difficultatem à paucis terebatur: postquā Christus id pertransiuit, ita planum, suaue, & iucundum fuit effectum: vt innumeræ virgines tenerrimæ, & in florenti ætate, gaudentes, & lætantes per ipsum ambulauerint. Quid obsecro tā dulce martyriū fecit? Vtique Christi aduentus in mundū. Dulce quidem est hoc iter ambulare, & propter Christum pati: postquàm ipse pro nobis passus est. Nonne aliquando tibi iter facienti contigit socium itineris inuenire, qui ita dulcem & suauem habeat conuersationem vt potiùs iucundus, & delectabilis sit itineris labor quàm laboriosus? Sic nimirum dulcis Christi conuersatio, qui vna nobiscum iter agit, quando propter ipsum aliquid laboris suscipimus, huius vitæ labores & afflictiones dulces & suaues reddit. Quapropter David in psalmo loquitur dicens. Beati omnes qui timent dominum, qui ambulant in vijs eius. Vide & attente considera, quomodo David non vocat beatos solummodo eos, qui iam in patria fruuntur diuina essentia: sed illos etiam, qui dum in hac vita ambulant, per vias domini tendunt. Et quare id? Non quidem ob aliud, nisi quia hîc in laboribus suis tātam dulcedinem & suauitatem inueniunt, vt iamiam fruantur illa beatitudine & gloria, quam sancti possident in cælo. Ideo ipsius regius vates addidit. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Obserua ꝙ non dicit. Manducabis fructum laborū, sed manducabis labores. Agri enim cultor non laborem, sed fructum laboris comedit. Arat & semina in hyberno tēpore spargit: vt maturo tēpore veris metat. Labor quippe est vineam fodere, fructus vero est vindemia. Ita in seruitute Dei labor est ieiunium, fructus vero laborum est saturitas in cælo. Labor in hac vita sunt lachrymæ, fructus vero gaudium sempiternum: labor est persequutio, fructus vero æterna beatitudo. Et vide quod non solum dicit Dauid quòd qui ambulant in vijs domini fructum laborum comedunt in gloria, sed etiam quòd manducabunt labores. Nam nō solum serui Dei post hanc vitam fructu laborum gaudebunt in cælo, sed etiam in hac vita illis gaudent, & se ipsos pascunt, & pingue fiunt in gloriam animam suam. Non solum fruentur fructu laborum,

Psal.127.

Matth.11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laborum, persequutionis & ieiunij in cælo, sed etiam in hac vita ipsum ieiuniũ, & persequutio dulcis cibus est & esca, quæ illos pingues reddit: ideo ait, quod mãducãt suos labores. Maiores nanque consolationes spirituales inter labores & angustias in hac vita habent iusti, quam impij in suis delicijs & voluptatibus. Vnde Augustinus hunc locũ exponens inquit. Dulciores sunt lachrymę orantium quam gaudia theatrorum. Plana quidem est via cæli: delectabilior, & iucundior omnibus floribus & delicijs mundi. Illi qui nunquam huius itineris ingressum inceperunt, durum & asperum illum esse dicunt. Maior fides adhibẽda est illi, qui apud Indos commoratus est, de rebus quæ aguntur illic, quam ei, qui nunquam ad eos nauigauit. Etenim sancti, qui iter domini & semitas ipsius ambulauerunt, suis literis & monitis mãdarunt, dulce esse & suaue Deo seruire. Auarus durũ iudicat, eleemosynã erogare: & libidini vacans, castum esse: & prælatus honoris cupidus, subditum fieri. His asperum & durum videtur iter cæleste, quia nunquam id ingressi sunt, nec sciunt quid sit Christo deseruire. Cui si ipsi se consecrassent, ipsa experientia certò viderent, iucundius esse & delectabilius hoc iter ambulare Dei, quam suis vacare vitijs & voluptatibus. Nonne aliquando tibi contigit statim cùm à confessarij pedibus surgis tuis mundatus peccatis, ita contentum, & lætum esse, vt prorsus videaris in ipso cælo iam constitutus, propter sarcinam peccatorum, quam deposuisti? O vtinam vlterius per ipsam Dei viam progredereris, vt videres quanta in ipsa adsit dulcedo: quandoquidem in ipso itineris initio hoc est relinquens anteactam vitam, tantam inuenisti animæ consolationẽ.

August. in Psalm. 127

Num. 10. Quando filij Israël tẽdebant in terram promissionis, arca domini ibat ante illos, ad explorandum illis requiem, & nubes etiam protegebat eos. Duo etenim cum eis qui ambulant viam suam dominus facit: quærit eis requiem, & mitigat illorum laborem in via. Vnde sanctus Dauid. In via mandatorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Per viam mandatorum ibat Dauid, sed nimio gaudio & lætitia, ita vt caneret, delectatus sum sicut in omnibus diuitijs. Etenim etiam si in via domini sit aliquis labor, & mali & boni vnà in hac vita ærumnas & labores patiantur, nulla tamen est collatio inter eos. Clarum nanque est maiorem esse laborem sine luminè & in tenebris ambulare: scriptura enim de malis inquit, quod ambulant vt cæci quia domino peccauerunt. Salomon autem ait. Iustorum semita est quasi lux splendens. Videt boni vbi pedes suos iaciant, & cum alacritate incedunt. Ideo Dauid sæpissime de hac via in illo Psalm. 118. loquitur dicens. Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui. Licet arcta sit via, quæ ducit ad vitam: ego tamen in latitudine cordis & lætitia eam ambulabam, cùm tecum vnà irem. Si enim corpus meum laboribus afflictum & contractum est, cor tamen meũ dilatatum est. Ideo subdidit. Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ. Cùm tu mecum adires socius, hanc vitam, quæ locus est peregrinationis & laboris, psallens ducebam. Eo enim modo dominus cum seruis suis agit, tanquàm dominus qui inuitat ad prandiũ aliquem amicum suum magnum, qui cùm ad conuiuium accedit, & venit hora mandu candi, si cibus nõ tam cito est paratus, iubet statim dominus, vt ante prandium aliquod obsonium afferatur, quo interim famem sustineat. Ita nimirum dominus iustis, & amicis suis magnum, & sublime cæli conuiuiũ habet paratum, interim tamẽ ne ieiuni sint, ne ve in expectatione deficiant, mittit illis in hac vita obsonium consolationum spiritualium, & gaudiorum animæ. Ita Iacob cũ à fratre suo persequeretur in via vidit scalã illam attingentem cælum, & dominum innixum scalæ. Hanc visionem, nunquam vidit Esau etiam si magnis diuitiarum copijs abundaret: neque mali videbunt nisi scalã descendentem ad inferos, & dæmonem innixum scalæ, & paratum, quemadmodum latro, qui non videt nisi scalã crucis, & carnificem super illam. Relinquite igitur ò peccatores hanc viam inferni, per quam tenditis, & viam domini quærite, & per eam ambulate, viam domino præparantes rumpentes scopulos vestrarum passionum, & frangentes lapides vestri cordis, & antiquorum morum muros. Christus nanque sua dulci & suaui consuetudine hanc viam leuẽ & amabilem facit. Sed de his iam sit satis, ad alia gradum faciamus. *Et videbit omnis caro salutare Dei.* Caro hic pro toto homine sumitur, sicut etiam aliquando anima pro eo quod omnis homo, vt in Genesi dicitur. Omnis anima, quæ non circunciditur, & hoc

Psal. 118.

Sopho. 1.

Prou. 4.

Matth. 7.

Gen. 28.

Gen. 18.

Aug. tract. 105. in Ioã. & de orig. anime. c. 17. Hilar. 83. qq. q. 80. Chrys. ho. 65 in Gen. Orig. lib. 9. in epist. ad Rom. cap. 13. Galat. 5. Ephes. 6. Ambr. c. 3. in epist. ad Rom.

& hoc per synecdochẽ, qua figura sæpè scriptura vtitur, de cuius vsu vide si placet Augustinum & Chrysostomũ. Verum vt pulchrè annotat Origenes cùm homo nominatur à principaliori parte dicitur spiritus, cũ autem ab inferiori dicitur anima, à deteriori vero dicitur caro. Vnde Paulus ad Galatas ait. Manifesta sunt opera carnis. Hoc est hominis. Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Scriptura etiam alibi ait. Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est. Hoc est terrenus, vitiosus, & impius, & totus voluptatibus deditus. Lege Ambrosium. ¶ Obserua etiam, quod omnis hîc accipiendũ est iuxta generis distributionem, incõplete, vt dialectici aiunt, vt sit distributio pro generib⁹ singulorum. Nam non omnes viderunt Christum, sed ex omni populo lingua, & natione aliqui, ita quòd nulla sit natio, aut lingua de qua non saluẽtur, neque aliqua prouincia est in toto orbe vbi Euangelium non sit prædicatum, & ad quam Christi notitia non peruenerit. Sic in Apocalypsi legimus, quòd illi senes adorantes Agnum dixerunt. Redemisti nos Domine ex omni tribu, lingua, & populo, & natione, & fecisti nos Deo nostro regnũ. Expende quod non dixerunt, redemisti omnem tribum, omnem linguam, neque omnem populum, sed ex omni tribu, & ex omni lingua & populo, quia ex omni lingua aliqui, ex omni populo aliqui, ex omni natione aliqui in Christum crediderunt, & illũ perfidẽ cognouerunt, & salui sunt facti. ¶ Quanuis hoc etiam intelligi possit quoad sufficientiam, licet non quo ad efficaciam, nam Christus pro omnibus mortuus est sufficienter omnibus dans salutem, & redemptionem, quanuis non omnes suæ passionis fructum deprompserunt. Sic in præsentiarum omnibus visibilis apparuit, & illum omnis caro videbit: nam quantum in se est, omnibus patet, omnibus ostenditur, nemini denegatur. Quemadmodum sol, qui omnibus oritur in omnes suum splendorem & radios mittit, at si tu fenestram claudis, vel in cubiculũ abis, tuæ imputabitur culpæ, si solem nõ videas. Omnis itaq; caro videbit salutare Dei, quia omnis qui illum voluerit videre, videbit: hoc est qui voluerit credere, credet. Nam fides, quæ donum Dei est, non negabitur facienti quod in se est. Si esset hîc fluius magnus, qui aquarum impetu vehementi perpetuo curreret, & sufficiens esset ad totius populi sitim explendam, at si tu cùm nolis è fluuio aquam haurire, peris: in quo obsecro ipse fluuius culpatus erit? In nihilo certè. Fluuius ille Christus plenus aquarum gratiæ clamat, dicens. Qui sitit veniat ad me. Si tu ad illũ nõ tendis, tua culpa dãnaris. Sic etiam intelligendum puto illud Ioelis. Effundã de spiritu meo super omnem carnem. Quod autẽ hæc visio de visione fidei intelligenda sit, qua videmus hîc (vt inquit Paulus) in speculo in ænigmate, nemini dubium est, cum Christus in carne passibili à paucis visus sit, & nõ ab omni natione. Hoc etiam egregiè satis vaticinatus est Dauid dicens. Viderũt omnes fines terræ, salutare Dei nostri.

Ioan. 7.

Ioel. 2.

1. Cor. 13.

Psal. 67.

¶ Porrò salutare vocatur hîc à Dauide, & ab Euangelista, & à Simeone cùm dixit. Viderunt oculi mei salutare tuum, & à Iacob cùm dixit. Salutare tuum expectabo Domine, quia salutem nobis tribuit, & incolumitatem. Omnes nos maxima premebamur infirmitate quia tota species humana corruerat & ita detinebamur peccatis vt Oseas diceret. Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Male dictum, & mendaciũ, &c. Sicut cùm Ezechias infirmatur iamiam morti propinquus quem vt curaret in signũ salutis sol descẽdit decem lineas, sic Christus Iesus verus sol iustitiæ & salutare nostrum, descendit vt languores nostros, & infirmitates curaret. Semetipsum exinaniuit formã serui accipiẽs, & habitu inuentus, vt homo, &c. Nõ immerito ille, qui salutem humano generi ægrotanti tribuit, salutare vocatur. Vide igitur tu quãta animi lætitia & alacritate æger medicum, qui illum sanare potest, accipit, præcipue si sciat, tantam medicũ habere potentiam, vt salutem præstare possit. Sic tu toto pectoris & animi conatu Christũ debes suscipere venientem sanare vulnera & lãguores animæ tuæ. Amplectere igitur medicũ hunc salutarem. Ipse enim est, qui ait. Salus populi ego sum: de quacunque tribulatione clamauerint ad me, exaudiam eos. Præpara ergo cor tuum, & dignum ei hospitiũ, vt venientem postea seuerum iudicem securè illum videas vsque in fæcula in cælo regnantem, &c. Sed iam videamus, quid vltra beatissimus Christi præcursor populo prædicet. *Dicebat ergo ad turbas, quæ exibant vt baptizarẽtur ab eo.* Etenim (vt inquit Matthæus⁹) magna erat multitudo gentium, quæ ad Ioã

Esai. 38.

Osee. 4.

Malac. 4.

Philip. 2.

Psalm. 36.

Matth. 3.

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem concurrebãt in deserto, vt baptizaren
tur. Tunc exibant ad eum Hierosolyma, &
omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ,
& baptizabantur ab eo in Iordane, confitẽ-
tes peccata sua. Sed quid Ioãnes dicebat, au
diamus. *Genimina viperarum.* Mirũ quidem
est, vt cùm Ioannes ad turbas loqui velit, tã
aspero vtatur exordio: vt genimina vipera
rũ vocet populum. Sed sciẽdũ est, aliam es-
se rationem alloquendi suos, aliã externos,
aliam eos, qui ad fidem sunt introducti, &
aliam denique ad eos, qui iam dudum credi
derunt. Hæc in scripturis sacris veteris &
noui instrumenti facilè reperies, vbi prophe
tæ suos Israëlitas seueriſsimè reprehende-
runt. Esaias ad suos in prophetiæ exordio
Esa.1. statim asperè loquitur, dicẽs, Væ genti pec
Ion.3. catrici, populo graui. &c. Ionas autem miſ-
sus ad Niniuen ciuitatem externam, contẽ
tus fuit admoniſſe vltionis, quæ post qua-
draginta dies ciuitati imminebat: & peper-
Act.17. cit reprehensionibus. Sic Paulus Areopa-
gum introductus studuit suæ philophiæ,
quam rationem ab eo postulabant reddi: &
in increpationes non prorupit, quarum tũc
erant incapaces. Externi erant Athenien-
1.Cor.5. ses: sed cum alloquitur Corinthios qui iam
erant sui, summa vtitur seueritate, maximè
cum illo scortatore qui nouercam duxerat,
verbis agit & factis, & cum eis qui tantum
scelus nutriri passi sunt. Sic Stephanus cũ
cerneret Iudæos tam obstinato animo re-
sistere veritati, in acrem prorumpit repre-
Act.7. hensionem dicens. Dura ceruice, & incircun
cisis cordibus, vos semper spiritui sanctore
stitistis. Hæc differentia, quæ ad suos, vel ad
externos pertinet, seruari etiã debet, inter
eos, qui vel modo crediderunt, vel iam diu
Act.16. in fide sunt versati. Etenim videmus in a-
ctis apostolicis ob eos qui noui erant in fi-
de, Paulum quasdam seruasse legis cæremo
Gala.3. nias: quas tamen in Galatis reprehendit, qui
Heb.5. ob tempus debuerant esse in fide solidiores.
Sic in epistola ad Hebræos acriùs inuehi-
tur in quosdam. Cùm deberetis (inquit) esse
magistri pro temporis ratione: rursum opus
habetis, vt doceamus vos, quæ sint elemen-
ta initij eloquiorum Dei. Sic etiam nunc
Ioannes Iudæos in lege domini nutritos,
qui à via veritatis deuiabant, dure arguit &
increpat, vocans eos genimina viperarum.
&c. ¶ Nomen ferarum scriptura (vt Chryso
Chry. hom. stomus ait) sæpe his, qui ratione sunt præ-
23. & 24. in diti imponit, propter eorum pessimas incli
Gen. nationes. Canes ob impudentiam & impe-
tum. Sic Esaias. Canes muti non valentes la *Esa. 56.*
trare. Interdum equos ob libidinem. Vt Ie *Ierem.5.*
remias. Equi insanientes vnusquisque ad
vxorem proximi sui. Interdum asinos ob *Psalm.*
stupiditatem. Ideo in psalmo dicitur, Ho-
mo cùm in honore esset, nõ intellexit, com
paratus est iumentis. &c. Interdum leones,
& pardos, & alia id generis. Vnde dominus *Ezec.2.*
dixit Ezechieli. Subuersores, & increduli
sunt tecum: & cum scorpionibus habitas.
Multa exempla de hac re afferunt Basilius *Basi. in*
& Tertulianus. Diuus autem Ioannes, licet *hom. de*
esset alia multa animalia, cùm quibus eos *48.*
cõferre poterat, voluit tamen viperis potiùs *Tert.*
eos assimilare quàm alijs animalibus pro- *Iuda. c.*
pter duo. Primum quia viperæ cùm aliquẽ
mordent, statim ad aquam decurrũt, quam
si non inueniunt, intereunt. Sic isti Phariſei
& Sadducæi quibus Ioãnes hæc dicebat, pec
cata mortifera committentes currebãt ad ba
ptismũ, sicut viperæ, vt per aquam solum si
ne pœnitentia periculum mortis euaderẽt:
quod quidem quam esset ridiculum, vel cæ
co apparet, sperare peccatorum veniam, &
remissionem sine pœnitentia per solũ Ioan
nis baptismum. Secundò, viperæ exterius
formosæ, & pulchræ sunt, intus autem mor
tifero veneno plenæ. Ita isti exteriori vul-
tu sanctitatis speciẽ, & imaginem ferebant:
intus vero omni dolo, & fallacia erant indu-
ti. Sic dñs eis loquebatur, dicens. Væ vobis *Matth.*
scribæ & pharisæi hypocritæ: quia similes
estis sepulchris dealbatis, quæ de foris appa
rent hominibus speciosa, & postquam eorũ
hypocrisim arguerat statim subdidit domi-
nus, eadem verba, quæ nunc Ioannes allo-
quitur, dicens illis. Genimina viperarum,
&c. Voluit Ioannes hos humiliare in ea re,
de qua ipsi nimis efferebantur, & superbie-
bant. Nã isti gloriabãtur, & se ipsos iactabãt
filios esse Abrahæ, & per hoc existimabant
ipsi nulla dignos esse pœna, etiã si nulla bo-
na facerent. Ioannes autem volens istos de-
primere, & humiliare, ne de progenie, & stir
pe superbirent, appellauit illos geniminavi
perarum, quasi dedignans illorum proge-
niem. Acsi diceret. Nõ estis progenies Abra
hæ, sed progenies viperarũ. Et quòd ista fue
rit mẽs Ioannis, & sensus germanus huius lo
ci patet, quia Ioannes statim dixit. Ne veli-
tis dicere patrem habemus Abrahã. &c. Po-
tiùs nanque dicendi estis filij viperarum,
cùm ipsarum mores & consuetudines re-
feratis,

feratis, quàm Abrahæ. Multi etiam nunc
sunt similes istis, qui de parentum sanguine
& stẽmatis gloriantur, & facta bona pa-
rentum extollunt, & laudant, cùm ipsi ple-
ni sint peccatis & sceleribus, & nobili suorũ
sanguine abutantur. ¶ Considera autem ad
quantam miseriam homo per peccatum de
uenerit. Quid enim obsecro miserabilius,
aut lamẽtatione dignius, quàm quòd homo
amittat nomen hominis, & asciscat sibi no-
men bruti, & irrationalis? Homo nanq; ani
mal est rationale, quando verò non vtitur
ratione, iam hominis dignitate priuatur.
Sic Iob erat homo, & addidit simplex & re *48.*
ctus. Hoc quippe est esse hominem, habere
animi rectitudinẽ & candorem, nã qui hanc
non habet confertur à Dauide cum bestijs
in psalmo dicẽti. Homo cùm in honore es-
set, non intellexit, comparatus est iumentis
insipientibus & similis factus est illis. Non
dicit iumento in singulari, sed iumentis,
quia omnia vitia animalium solus homo ini
quus, & sceleratus habet. Luporum enim
habet cauillationem, & voracitatem, leonũ
crudelitatem, & viperarum venenum. Vn-
Esa.1. de Esaias nequiorem bestijs hominẽ appel
lauit, dicens. Cognouit bos possessorem
suũ, & asinus præsepe Dñi sui, Israel autẽ,
&c. Et Dauid, comparatus est dixit. Peius
nanque est comparari, quàm nasci: nam na
sci naturæ ipsi tribuendum est, comparari
vero vitio, &c. Sed iam Ioannem audia-
mus. *Quis ostendit vobis fugere à ventura ira?* Vi
perã si tractes eius morsu, morieris. O sum-
mum miraculũ, quòd Deus velit homines
vipereos tractare. Tanta est ipsius bonitas
& clemẽtia, vt etiam si ipsorũ morsu se sciat
interemptum, nihilominus cum eis age-
re non dedignatur. Etenim certum est mor
sibus, id est, pœnis peccatorum nostrorum
Esai. 53. Christum mortuum esse. Peccata nostra ip
se tulit, & ab eis dilaniatus est. Quis obsec
ro vnquam vobiscum tanta humanitate &
clementia est vsus, vt proprio mortis pericu
lo vos tractaret, & à ventura ira fugere de-
Matth.3. monstraret? Pharisæi & Sadducæi erant
isti, vt patet in Matthæo, & miratur Ioan-
nes de eorum conuersione. De Sadducæis
quia negabant immortalitatem animæ &
futuram vitam, & hæretici raro conuertun-
Prouerb.23. tur, quanuis aliquando simulent confessio
Petr.2. nem mortis & vitæ timore. Atque ideo
mirandum est, cùm conuertantur. Berenga
rius & Hieronymus de Praga, post adiura-
tionem sicut canes versi sunt ad vomitum.
Phariſæi verò quãuis catholici essent, & re-
surrectionem crederent, tamen quia vitijs
& iniquitatibus erant assuefacti multis iam
retro diebus, de ipsorum conuersione erat
maximè mirãdum. Acsi diceret. Cùm tam
longè à Deo recesseritis, mirũ est quod ap-
propinquatis ad pœnitentiam. Caue ergo
& tu ab his duobus statibus. Et enim difficul
ter, qui iam in vitijs obcalluit, ad pœniten-
tiam conuertitur. Mala quippe consuetudo
post se ad quemcunque vẽtum huc & illuc
eum rapit, & post se ducit in peccatum, ita
vt sæpius in hæreses, & mille flagitia eum
impellat. ¶ Expende etiam quod pœnis vi
tæ futuræ minatur Ioãnes Pharisæos & Sab
ducæos, quia nullus istorum futuras pœnas
timebat. Etenim Sadducæi nullã post hãc
nobis manere vitam existimabant, & inde
nullas pœnas. Phariſæi verò licet crederent
pœnam futuram, tamen non timebant illã:
quia ipsi in sua æstimatione iusti erant, &
in suam iustitiam fidebant. Et idcirco mira
tur Ioannes, quis apud vos tantum valuit, vt
monstraret vobis timendas pœnas iræ futu
ræ? Iste autem non alius est nisi Deus, quia
ipse pulsat hominum corda, & erudit eos, vt
recedant à malo. ¶ Obserua autem quod fu
gere à vẽtura ira est fugere à vindicta extre-
mi & vltimi iudicij, in quo nemini de sua iu
stitia, vel iniustitia defraudabitur, sed omni
bus iuxta merita, vel demerita reddetur. *Iob. 19.*
Stat nãq; beatus Iob nos admonens. Fugite
à facie gladij, quoniã vltor iniquitatum gla-
dius est. Vt hanc venturam iram possis sub
terfugere, opus est, vt in hac vita vitia, &
peccata sub terfugias. Quis fugit à ventura
ira? Ille quidẽ qui in hac vita à vitijs & pec-
catis procul recesserit. Nã ira, & indignatio
non super iustos, sed super peccatores ve-
niet. Cadent enim in retiaculo eius pec- *Psalm.140.*
catores. Fuge ergo huius mundi gaudia,
illecebras, honores, & sæculi vanitates, vt
Hieremias admonet dicens. Fugite de me- *Hierem. 51.*
dio Babylonis. Optimè & graphice mun-
dum Babylonem appellat, quia plenus con
fusione est, vbi nullus ordo, sed sempiter-
nus horror inhabitat. Nõne meritò hanc cõ *Iob.12.*
fusionem dices, vbi pluris æstimatur aurũ,
quàm virtus, & vbi terrena, & caduca bona
spiritualibus, & veris bonis anteferuntur?
Si mũdus talis est, illum fugias, ne in vẽturã
irã incidas. Quã vt fugerẽt sancti monachi,
& eremitæ, à mundi tumultibus, illecebris,
& ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& honoribus recesserunt: contenti solum tunicis silicinis, & frondibus arborum ad vitam transigendam, arctissimam agentes pœnitentiam, vt venturam domini iram possent euadere. Quare igitur tu in peccatis viuens, & delicijs, hanc iram putas euadere? Fuge ergo ab huius mundi vanitatibus, & dum viuis pœnitentiam agito, vt ventura pœna non te maneat. Quod beatus Ioannes seqūtibus verbis docet. *Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.* Quasi dicat, Si ab ira ventura vultis fugere pœnitentiã agite, quãdoquidẽ signa ostenditis, vos illam agere velle: perfectè igitur illam operamini. Et idcirco dixit, facite fructus dignos pœnitentię. Fructus est, qui ab ipsa re prouenit: & est post ipsam rẽ. Pharisæi, & Sadducæi pœnitentiam habebant, cùm accedebant ad baptismum Ioannis, sed illam imperfectam. Profitebantur se esse peccatores, sed ab vsuris, & sceleribus nequibant recedere: vnde Ioannes illos admonebat, vt peccata detestarentur, & nunquam facies suas ad ea conuerterent, & vt pro peccatis dignam satisfactionem facerẽt. Quocirca obseruãdum est fructus hîc dixisse, & non flores, contra illos qui flores tantũ pœnitentiæ faciũt: & isti sunt, qui incipiũt ad Deum se conuertere, & bonorum motuũ flores emittunt, quibus apparent se iam esse conuersos. Sed, proh dolor, quòd mouentur isti, & trahuntur sicut ostium in cardine: nam nũquam illi motus, & proposita ad expectatam maturitatem perueniunt: nec dignos proferunt pœnitentiæ fructus. Atq; ità multi onusti frigidis, & immaturis intentionibus in infernum præcipitantur. Talis fuit pœnitẽtia Achab, incepit namque seipsum in dominum conuertere: sed in medio itinere defecit. Quapropter dixit dominus Heliæ, Nonne vidisti Achab humiliatum corã me? Ideoque in diebus eius non immittam mala. At Achab mortuus est in vitijs, & peccatis, quia fructus pœnitentiæ nõ dedit, nec illam ad maturitatem perduxit. Prætereà non tantum fructus pœnitentiæ, sed dignos fructus admonet Ioannes esse faciendos: quòd dupliciter intelligi potest. Primò de pœna satisfactoria: vt quãta fuerũt peccata, tanta sit satisfactio, quæ peccatis correspondeat. Nã sicut per peccatum concesit homo volũtati suæ plusquã debuit: ità iustitia exigit, vt aduersus volũtatẽ suam tantũ faciat, seipsum puniendo. Sic in Apocalypsi habetur. Quantum se glorificauit in delicijs, tantum date illi de tormento. Et in Deuteronomio. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. ¶ Aduertendum tamen quòd est cõtritio, & satisfactio æquiualens offensæ, seu culpæ, æqualitate proportionis per respectum ad hominis possibilitatem: hæc requiritur à nobis, non autem æquiparantiæ offensæ. ¶ Secundò potest exponi, facite dignos fructus, propter charitatem: quia pœnitentia debet esse propter Deum summè dilectum, & procedere ex radice dilectionis diuinæ. Nam qui ex charitate non dolet, nõ agit fructus dignos pœnitentię. Sic fructum egit pœnitentiæ Antiochus, non tamen dignum: quia non ex dilectione processit, ideoque non fuit dignus, vt exaudiretur à Deo, nec misericordiam fuit cõsequutus. Sic etiã Paulus loquitur de Esau, dicens non inuenit se locum pœnitentiæ: etiam si cum lachrymis postulasset. Prætereà Saul & Dauid reges Israël ambo fuerunt peccatores, ambo à prophetis correcti, & ambo pœnitẽtiã egerunt: sed Dauid misericordiam est cõsequutus, nõ tamen Saul. Cur dominus acceptauit pœnitentiam Dauid, non autẽ Saulis? Vtique quia Dauidis pœnitẽtia ex diuino amore procedebat, non tamen Saulis: quia ea de causa dolebat, & angebatur, quia regnum tẽporale perdebat. Dauid autem pœnitebat quia tantum, & tam bonum Deum offenderat, & fructus dignos egit pœnitentiæ, atq; ideò remissionem peccatorum adeptus. Facite (inquit) fructus dignos pœnitẽtiæ. Hoc est cor, & spiritum per pœnitentiam, & bona opera cum Dei gratia renouate. Hoc ait non quia homo per se, & ex suis viribus tantummodo id facere queat, quoniam gratiæ infusio à solo Deo est, sed quia homo ad gratiam se disponere possit per liberum arbitrium, & attritionem cum Dei auxilio. Et facienti quod in se est Deus non denegat gratiam. Quid ad hæc dicunt Lutherani? Si nihil possumus efficere, cur Ioannes spiritu sancto afflatus, & plenus nobis præcipit, vt faciamus fructus dignos pœnitentiæ? Deus non præcipit nobis impossibilia, qui & alibi dicit. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Nam si impossibilia præcepisset esset impius, & iniustus: ergo id nobis præcipit, quod est in potestate nostra cõstitutum, & præcipit hoc à nobis fieri: ergo possumus illud facere, & operari. Restat igitur vt nos id opere compleamus. Deus namque adiuuabit nos gratia sua: quia hęc innouatio

Pro.26.

3.Reg.21.

Apoc.18.

Deu.25.

Psal.50.

uatio non potest fieri absque Deo, vt egregius canebat vates. Cor mundũ crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis, &c. *Et ne cœperitis dicere, patrẽ habemus Abraham.* Falsò nanque, & amentissimè putabant multi ex Pharisæis, quòd etiã si grauissima peccata commisissent, non ideò erant puniendi, etiam si nullam egissent pœnitentiam: quia filij Abrahę erant, quod quidem quàm ridiculum sit, nemo sanæ mentis homo id non iudicabit. Ideoque Ioannes hunc errorem ab illis expellit, dicens ne in hac re multum fidant, si ipsi ex sua parte non satisfecerint. Nam cum ipsi pessima opera facerent, non filij sancti patriarchæ Abraham erant reputandi, sed dæmonis, vt ipse Christus dixit. Vos ex patre diabolo estis. Sic etiam parẽtibus horum Iudæorum olim dixit Ezechiel. Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethęa. Harum barbararum nationum vocat Deus populum Israël filium: nõ quod talis esset per naturam, sed per imitationẽ. Inaniter gloriabãtur isti se patrem habere Abrahamũ, cùm tã dissimiles essent in moribus. Quid prodest riuulo si profluat ex puro, & saluta ri fonte, si ipse sit spurcitijs, & immunditia plenus? Quid prodest filio parentum nobilitas, si ipse deprauatis & turpibus moribus sit imbutus? Sed de istis nonnihil postea dicemus. ¶ Nunc autem perpende quomodo homines omnibus Dei beneficijs abutãtur. Decreuerat Deus vnã gentem ex omni face generis humani eligere, per quam exerceret mysteria, quæ ad salutem generis humani pertinerent, & ex qua ipse filius Dei carnem acciperet, & salutem operaretur in medio terræ. Hoc tam ingens beneficiũ intelligere debuissent Iudæi, & rectis, atque honestis factis præ alijs gẽtibus ita illustres esse, vt gloriari possent, ac dicere. Notus in Iudæa Deus, & in Israël magnum nomen eius. Et factus est in pace locus &c. At illi genus quidem suũ iactabant: sed facta tanto genere digna præstare, non erat illis curæ. Hunc illorum tumorem reprehẽdebat olim Hieremias dicens. Nolite confidere in verbis mendacij dicentes: templum domini, templum domini, tẽplum domini est. Etenim existimabant illi, nũquam permissurũ dominum, vt memoria gẽtis illius abolleretur, propter magnificum illud, & egregium templum, quod suo nomini Hierosolymis erat dicatum: cumq; propheta eis

Psal.75.

Hiere.7.

minaretur interitũ, respondebant ei. Absit vt dominus propter peccata nostra deuastari permittat templum, quod suum est, magis quàm nostrum. Quapropter monebat illos propheta, ne fiderent his mendacijs & vanitatibus: ostendebatque illis, quid deberent facere, vt propiciũ, & aduocatum Deũ haberent. Bonas (inquit) facite vias vestras & studia vestra: & habitabo vobiscũ in loco isto, dicit dominus exercituum Deus Israël. In eundẽ modum iuuenies illos se iactantes in Euangelio, & dicentes. Semen Abrahæ sumus, nemini seruiuimus vnquã, & quomodo tu dicis, liberi eritis? Dominus verò non agnoscentes aliam nobilitatẽ nisi corporis docuit illos eam verè seruitutem esse, quæ à peccato proficiscitur: atque ità dixit illis. Amen dico vobis, omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati. Ioannes itaq; sciens Iudæos hoc morbo laborare, admonet ne frustrà gloriẽtur, se patrem habere Abraham: nisi addant facta tãto parente digna. An non erat bonum, vt Iudæi considerent in patre suo Abrahamo? Nonne sancti orant pro peccatoribus? Nonne Stephanus orauit pro Paulo? Verum est, & bona est oratio, & intercessio sanctorũ, sed oportet, vt tu etiam, quicquid in te fuerit supellectilis addas. Etenim sancti in cælo pro impijs intercedũt: sed cùm eorum intercessio Deum non obliget, vt faciat quæ ipsi orãt, & petunt, consilium est saluberrimũ, & prudentissimũ, vt nemo illi baculo innitatur: sed pro viribus contẽdat iniquitatem fugere, ne in ea moriatur. Vnde Petrus. Dabo operã frequenter habere vos post obitum meũ, vt horum omnium memoriam habeatis. Quod Petrus promisit in carne, præstat in cælo. Orabit, & orat pro omnibus, sed non omnes eius oratione saluantur, sed tantum illi, qui electi, & præordinati sunt in vitam æternam. Noluit Deus acceptare preces Samuelis, qui pro Saule orabat: quem Deus abijcere statuit, nec preces Hieremiæ suscepit pro populo deprecãtis, quem relinquere decreuit. Ità sancti pro omnibus orant, sed vnde tu scis, ex eiste esse, quib⁹ Petri vel sanctorum oratio proderit? Noli ergo orationibus sanctorum solum confidere, si inimicus esse vis. Sed ad Deum conuersus inuoca sanctos patronos, nõ aliàs: nam si in tuorum peccatorũ stercore adhuc es inuolutus quid sanctorũ meritis cõfidis? Vana est hęc tua confidentia. Si cisti Iudæi eum malè &

Act.7.

1.Pet.1.

1.Reg.15

Hiere.7.6. & 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pessimè viuerent, confidebant meritis, & orationibus Abrahæ, cuius precibus sese saluandos existimabant: quod erroneum erat, & ineptissimum. Qui error inde prouenire poterat, & eo quod habetur in Leuitico. Nã cum Deus numerasset omnia mala, quæ missurus erat populo illi, dixit in fine. Tunc recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Abraham, Isaac, & Iacob. Quod illi intelligere deberent facientes pœnitentiam, ad illius modũ, qui aliquãrem recordatur, illis parceret, quia misericors est: & diligit semen Abrahæ quod non permittit perire. Nam cùm haberent patrẽ Abraham de suis meritis confidentes, iniquam & turpem degebant vitã, solum hoc contenti, q̃ filij Abrahæ haberentur. Quod quidẽ multi etiam sunt monachi, qui imitentur, dicẽtes patrem habemus Benedictum, Augustinum, Hieronymum, Franciscum, & Dominicum: & dicunt sicut Iudæi patrem habemus Abraham. Patrem (inquiũt) habemus Dominicum vel Frãciscum, & alijs narrãt egregia facta, & mirificis encomijs prædicant laudes fundatorum religionum. Et dicunt. Noster ordo tot habẽt sanctos in sanctorum catalogo scriptos, tot summos pontifices, tot cardinales, episcopos, & magistros, & in his gaudent, & inaniter gloriantur: cum nimium à vera sanctorum patrum virtute sua impietate, & morum tepiditate degenerent. Quibus meritò dicere possumus, illud, quod Christus Iudæis. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Quos etiã hic beatus Ioannes monet, ne vana spe fallantur. *Dico enim vobis quòd potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Abrahę est in datiuo, sicut illud actuum apostolorum, Si sic hoc est, Nũquid in hoc tempore restitues regnũ Israël? Pro ipsi Israëli. Sed mirum videtur quomodo possit Deus hoc facere cùm Abraham iam obierit: & carnales filij ex carnali semine propagentur. Nã bene Deus ex lapidibus, quos tunc Ioãnes digito ostendebat poterat homines facere, & ex nihilo creare: sed quòd isti homines sic facti, & creati essent filij Abrahæ, impossibile videbatur. Sed cùm Deo nihil impossibile sit, & potestas eius, sit infinita, multis modis hoc facere potuit. Primò quia potest transsubstantiando conuertere vnum in aliud subsistens, sicut quotidie facit in sacrosancto Eucharistiæ sacramento, vbi fit transsubstantiatio, nam subſtantia panis conuertitur in subſtantiam corporis Christi. Et sic lapides in Iudæos tunc, vel nunc existentes conuertere poterat. Item potuit hoc facere suscitando Abraham, & lapides in semen eius conuertere. Multis etiã alijs modis nobis ignotis poterat Deus hoc efficere. ¶ Ad nostram tamen eruditionem ex hoc loco licet colligere, non de parentum stemmatis, aut sanguine gloriari, sed ità boni & virtutibus imbuti simus, vt à nobis ipsis nobilitas generis incipiat, quanuis progenitores nostri nobiles non fuerint. Esto tu studiosus, & à te nobilitas tuæ sobolis orietur, quanuis ataui tui eam non habuerint: nam si moribus & vita deterior es, in te finitur tuorum parentum antiqua nobilitas. Etenim melius est principium esse nobilitatis, quàm finis, & melius est nouam domum nouis & egregijs factis erigere, quàm antiquam obscuris scelerib⁹ demoliri. Virtus est virtutibus domũ condere, & vitium illam destruere. Etenim aduidendum non lucem quæras in oculis alienis, nisi proprijs oculis illam habueris: nihil enim aut parũ claritas, & celsitudo alienæ nobilitatis tibi proderit, nisi tecum illã habueris. Quocirca optimum est bonum, & nobilem esse, quàm à bonis & nobilibus descendere. Magnum quippe signum est te non esse bonum, quandoquidem alienã bonitatem opus habes emendicare: & quia veram in te nobilitatem nõ habes, à tuis parentibus illam petis. Argumẽtum quidem euidentissimũ est nimis pauperem, & egenum nobilitatis esse, quandoquidem aliorum factis & virtutibus teipsum locupletare vis. Illa vera nobilitas est, quæ sanctis, & bonis moribus animam ipsam pulchram, & formosam reddit: nam morum, & vitæ claritas, & splẽdor hominem gratum Deo efficiunt. Nobilitas corporis non tua, sed aliena, & emendicata est: at vera nobilitas, quæ virtus est tua propria est, quam nemo à te rapiet, nisi tu velis. Quid obsecro tu mereris, propter ea, quæ alij sibi comparârunt? Quod argumentum affers, vt dignum laude te iudices, propter id, quod à parentibus hæreditasti? Nobilitas prolis ab ipsa generatione procedit: at virtutis nobilitas ab ipsis virtutibus emanat, quantum ad virtutes acquisitas. Et ex radice amara dulcis ac suauis fructus colligitur, & ex insima prole natus, si ipsam virtutem tibi coniungas, nobilis & illustris euadere poteris.

Sed

Leui. 26.

Ioan. 8.

Acto. 1.

Sed, proph dolor, vt sunt multi, qui quoniã à nobilibus parẽtibus sunt orti, licentiam, & facultatem sibi ipsis faciunt, vt superbi sint, elati & arrogantes. Gloria eorum (inquit Oseas) à partu, & ab vtero, & à conceptu. Ea etenim, quæ sibi deberent esse argumentũ, vt studiosẽ & castè viuerent, occasio illis sunt vt peiores, & deteriores euadant. Nanque sanguinis, & prolis nobilitas nobiles cogit, vt ipsam virtutem sequãtur: vt ataui & proaui fecerunt. Nobilitas quippe est pactũ quoddam, & iuramentũ, quod tales obseruare in perpetuũ debent ad insequendam, & sectandam virtutem: at qui id nõ faciunt, veluti mõstra sunt, & à vera natura degenerantes. Ne igitur te ipsum iactes, nec glorieris de antiquorum stemmatis: quia audictibus testimonium exhibes tuæ insaniæ & insciticę. Dominus enim Saulem elegit in regem Israël cùm ex infima familia, & ex minima tribu illius populi esset. Potiùs Dominus ad hominem attendit, quàm ad illius nobilitatẽ. Et cùm Christus in mundum venit non elegit nobiles (vt inquit Paulus) sed ignobiles & contemptos, quales fuerunt piscatores illi, & discipuli eius. Et ipse redemptor, vt eorum arrogantes animos, & elatam superbiam reprimeret, qui in similibus vanitatibus confidunt, & de eis gloriantur, dixit se esse pastorem. Proijce à te quęso hanc insaniam, & reminiscere vilem puluerem, & cinerem esse, & quòd nec tibi ignoscent vermes: qui etiã eos, qui te genuerũt, deglutiunt. Nobilitas nanque, quàm ab illis accepisti, est mortalitas, & corruptio. Hęc sunt arma, quę in tuis stẽmatis debes depingere: nec illa supra portas domus constituas, sed potius in tui cordis abditis & penetralibus reconde. Hi pharisæi, & Sadducæi gloriabantur se patrẽ habere Abrahã, & ab illo ortum ducere: quod quidem in maiorem illorum cedebat ignominiam: quandoquidem secundum rei veritatem ex ipsis lapidibus poterat Deus filios Abrahę efficere. Sed iam ad contextũ. *Iam securis ad radicem arboris posita est.* Acsi diceret. Iam securis posita est ad radicem arboris diu toleratæ. Succindetur à stirpe populus Abrahæ, & inserentur gentes. Secundus diuinum est iudicium, & ira Dei, indignos à vita resecans, nisi pœniteant. Admonitamẽ est securis radici, non ramis, aut trũco, quia funditùs est euertenda, nisi fructus dignos pœnitentiæ egerit. Poterant enim dicere Pharisæi. Volumus facere pœnitentiam, sed non opus est vt statim ad hoc conemur, quia adhuc manet nobis tempus: Ioannes autem dicit non esse expectandũ, quia iam venit tempus, & securis ad radicẽ arboris posita est, & appropinquat tempus exilij. Dicebat hoc Ioannes, quia præcisio eorum iam appropinquabat. Vaticinatur quippe exilium Iudęorum. Iam appropinquat tempus desolationis Iudęorũ, & cessabit sacrificium vestrum, & cæremoniæ vestrę, & synagoga sepelietur. Potẽs est enim Deus ex lapidibus gentium suscitare filios Abrahæ: hoc est veros Israëlitas, fideles, & credentes, sicut fuit Abraham, qui quanuis non sint ex eius semine propagati, tamen fide erunt filij eius fideles. Nam omnis arbor quæ nõ facit fructum bonũ excidetur, & in ignẽ mittetur, & ardebit. Ideoque statim facite fructus dignos pœnitentiæ. Nõ ait, iam secat, sed, iam posita est ad arborẽ, vt significet in hac vita esse tẽpus huius iræ per pœnitentiã fugiendæ. Nec ait securim hanc admotã ad arboris ramos, vt maneat post mortẽ spes aliqua pullulandi, sed ad radicem, vt funditùs euellatur, & in ignem in extinguibilem mittatur, sine vlla spe remedij, aut pœnitentię: sicut est arbor radicitùs secata. ¶ Iam hic vides quomodo pœnitentia ex timore facta nõ sit mala: vt impiè docent Lutherani. Nam Ioannes timorẽ mortis, & gehẽnæ hic incutit peccatoribus. Etenim si peccatorum dolor, & pœnitentia, quæ à timore seruili inchoatur, bona non esset, nunquã Christus peccatores ad pœnitentiã hortaretur, dicens inferius. Nisi pœnitentiã egeritis, omnes simul peribitis. De hoc mortis, & iudicij timore multa etiã disserit Christus apud Matthæũ. Et in illa parabola cum misit vocare inuitatos, iussit, vt cõpellerentur ad intrandum: vbi non suaui tractione, sed per quandam vim, & violentiã ad ingressum compelli iussit. In illa etiã parabola de impio illo seruo, qui fratri suo centum denarios dimittere noluit, iubens illum in carcerem detrudi, timorem, & terrorẽ incutit Christus. Igitur aperte ex his omnibus constat non esse malam pœnitentiã ex timore procedentẽ. Vt enim ab inordinato amore creaturarũ, reuocetur peccator, bonus, & salutaris est timor gehennæ, vel alterius cuiuscunque terribilis pœnæ. Sicut bruta animalia abesca, quas maximè concupiscunt coercentur. Etenim si cani

Oseæ. 9.

Matth. 4.

Luc. 13.

Matth. 24. & 25

Luc. 14.

Matth. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad cibum curreti baculum proijcias, statim pedem sistit, si mineris acriùs, retrahit paulatim pedes: si acerbius agas, & vehementiori impetu contra illum insurgas, prorsus derelicto, quem concupiscebat, cibo fugam capessit. Sic etiam timore pœnarum possunt cohiberi peccatores à suis illecebris, & voluptatibus. Verum licet mala nõ sit hæc pœnitentia ex timore facta, tamen non erit bona nisi vltra progrediatur, scilicet, nisi ex timore transierit ad amorem.

¶ Admonet locus iste vt bonum semper insequamur, & fructus bonorum operum edamus: ne inutilitatis, & sterilitatis arguamur. Nanque si arbor non producit fructus, ad nihil aliud prodest, nisi vt scindatur, & in ignem mittatur: quemadmodum de ficu illa sterili, quam Dominus tribus annis expectauit, at videns eius infœcunditatẽ scindi iussit. Vidisti ne vnquam obsecro pyrũ abundantem, & fœcundam pyris in ignem mittere? Vtinã ne tanquam arbores infructuosas nos in ignem Deus mittat, & vitæ cursum impediat, & rapiat tanquam ab indignis possessoribus. ¶ Docemur etiam, vt protinus manus ad aratrum mittamus, & agamus pœnitentiam: quandoquidem nescimus qua die, vel qua hora mors sit ventura. Iuxta illud Ecclesiastici. Ne tardes conuerti ad dominũ, & ne differas de die in diẽ pœnitentiam: quia subitò venit ira Dei, & dectruet te in die vindictæ. Væ illis, qui cũ securis iam posita sit ad arborem, & caput eorum canis sit plenum, nõ vident quomodo eitò transit dies, & hora pœnitentię, nec aduertunt quomodo dies salutis abeat. Mirum est te tam pigrum, & inertem videre, cùm mors ad ostium domus tuæ sit. Attende obsecro & vide, quod iam securis ad radicem arboris posita sit. Respõdeas oro, & obtestor quicunque sis, qui hæc legas: quãdo securis arborem sciderit, in quam partẽ arbor cadet? Equidem ad eam partem in quam antea procliuior erat. Nam si magna aliqua arbor in sinistram partem omnem suam molem, & ramos incuruat, si hęc talis scindatur, dubio procul in sinistrã manum cadet. Si igitur tu omnia desideria tua, affectiones, & cogitatus in res mundanas coniicis, & omnes curæ, & solicitudines tuæ nõ nisi honoribus, diuitijs, & voluptatibus student, dum hæc tibi durat vita, qui fieri potest, vt cum mors venerit, in dextram Dei fœliciſsimam beatorum sortem cadas? Væ illis qui in vitijs & peccatis vitam degẽtes, vane confidunt futuros esse cœli, & beatarum sedium incolas: nam illa sors illis continget, quam semper in vita amarunt, & dilexerunt. Quocirca maximè curandum tibi est, vt talis viuas qualis cupis in morte reperiri. Hoc igitur cùm ventura die cõtingere posit, quando iam securis ad radicem arboris posita est, vitam tuam sanctis institutis & moribus dirige, nec dicas: cras istud faciam, subinde repetens: nam de quocunque temporis momento arctiſsima tibi exigetur ratio. Totis igitur neruis incumbe, vt ad bonam partem cadas: nam vbi ciderit arbor, ibi perpetuò manebit, iuxta illud. Vbi ciderit lignũ ibi erit, siue ad Austrũ, siue ad Aquilonem. Hæc omnia dicta diligenter obserua: nam si contra feceris, aduersus te sententia Ioannis fulminatur. *Omnis ergo arbor non faciens fructum bonum, excidetur: & in ignem mittetur.* Hoc est, Omnis homo adultus, & rationis compos, qui non seruat præcepta, & mandata Dei excidetur, & separabitur à consortio electorum, iuxta illud Esaiæ. Tolletur impius, ne videat gloriam Dei. Et in ignem infernalem in iudicio hoc particulari anima eius mittetur: in iudicio vero vniuersali anima simul & corpus. Vnde saluator, Omnem, inquit, palmitem in me non ferentem fructum tollet eum: & in ignem mittent, & ardet. Omnis homo siue iustus ille sit, siue peccator, quasi quædam arbor censetur, & tali nomine in scriptura sacra nuncupatur. Vtrumque enim iustum, & peccatorem arboris appellatione Deus significauit, cùm per Ezechielem ait. Ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile. Quod apertius Christus dixit. Qui se exaltat humiliabitur. &c. Fructus huius arboris sunt opera, radix siue bona siue mala, est appetitus, siue bonus siue malus. Præscinditur rami, quãdo desinit iustus bona facere, vel facit mala: & etiã quando malus non agit malum, vel facit bonum. Sed quia radix in eo manet, scilicet, bona voluntas in iusto, & mala in peccatore, statim ad odorem aquæ spiritualis iustus bonum germinat. Cum enim de Deo audit, & mortem meditatur, operatur bonum: quia radix in eo manebat. Exemplũ huius rei est in Dauide, qui peccans, præscissus est à Deo: non tamen sine germinandi spe. Nam cum Nathan illum de peccato redarguit, ad odorem illius aquæ

Luce. 13.

Eccle. 5.

Ecclesi.

Esaiæ.

Ezech.

Luce. 18.

Esaiæ. 11.

Ioan. 15.

Ioan. 4.

Iob. 14.

aquæ reuixit, & flores pœnitentiæ germinauit. Vnde Iob, lignũ habet spem, si præscissum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulãt. Similiter peccator licèt rami eius præscindantur, nisi eradicetur spem habet nam ad priora peccata se conuertet: etenim oblata occasione advitia pristina redibit. Et tales sunt qui in sancto quadragesimæ tempore à vitijs purgantur, aduentante autem paschate, tanquam canes ad vomitum præcipites irruunt. Sicut bonus facit comam, vt ait Iob, quia melior, & sanctior fuit: sic malus facit comam, quia tãta multitudine vitiorum obruitur, quanta prius premebatur. Sed iam singula verba vtpote mysteriis plena attentius veniunt perpendenda. ¶ Omnis (inquit) arbor. Omnis siue nobilis sit, siue diues, Rex, siue pastor, cuiuscunque ille sit status, aut conditionis non effugiet à ventura ira. Omnes enim in manus Domini cadent. Existimas ne tu quanuis ditissimus, & potentissimus sis, nisi rectam egeris vitam, iram Domini euadere? Etenim magnates, & potentes iudicant, quod quemadmodum prosperè & fœliciter, & secũdis rebus fortunæ hanc vitam transeunt, nunquam visuros esse mala, non aduertentes ad id quod scriptura dicit. Potentes potenter tormenta patientur. Oculos igitur mentis aperiant, & videant, quod omnis arbor quantumuis maxima illa sit, & quantis altissimas egerit radices, & quanuis frondibus, & pulchritudine ramorum rideat: tandem si fructus non emiserit bonos excidetur, & in ignem inferni deportabitur. Manus igitur habeant liberales in pauperes, & egenorum, & pauperum misereantur, à blandis, & delicatis lectulis surgant, & sanctis operibus se exerceant: nam etiam infernus illis patet vastis & magnis gurgitibus. ¶ Fructum etiam dicit bonũ, non solia, quia Deus non tantum ab homine christiano verba bona petit, sed recta & sancta opera. Esaias etenim diuino ore loquutus nõ dixit. Discite bene loqui, sed discite bene facere: etenim perfectio christiana non verbis, sed operibus cõstat: nunc autem quæ huius tempestatis infœlicitas est, non aliud in hominibus inuenies, quam verborum frondes, non autem bonorum operũ fructus. ¶ Obserua etiam quod non dixit, quem fructum arbor producturа esset, quia vnicuique arbori datur specialis fuctus. Vnicuique enim diuisit Deus mensuram spiritus, diuidẽs singulis prout vult: ideoq; vnusquisq; iuxta talentum sibi traditum afferat fructum. ¶ Præterea non dicit quæ non fecit, vel quæ non fecerit, sed quæ non facit fructum, vel non faciens in præsenti, non autem in præterito, aut in futuro: quia non sufficit semel, aut bis bonũ fecisse, nisi semper facias, & in eo perseueres. Nec dicit fructum magnum, sed fructũ bonum. Non enim in iudicio à te quæretur si plures ecclesias ædificaueris, vel monimẽta posteritati mãdaueris, sed si inimicos dilexisti, & fame pereuntes adiuuasti, &c. ¶ Expende etiam, quod non dicit. Arbor quæ fecerit malos fructus, scilicet, homicidia, furta, & id genus alia, sed que non facit fructum bonum, quare peccata omissionis dãnantur hic. Itaque si peccatum omissionis dignum est igne inferni, quam acerrime punientur peccata cõmissionis in inferno? Si inutilem arborẽ, quæ bonum facere neglexit, sic Deus castigat, quomodo putas q̃ punientur adulteri, & homicidæ? Ex hoc loco satis aperte constat, quòd sola omisio cõmittit peccatum mortale: nam hic de omissionis peccato loquitur: quia non tantum ille qui malum facit, damnabitur, sed etiam qui bonũ omiserit, ad quod tenetur. Cuius rei exẽplum est ille inutilis seruus de quo Dominus in Euangelio Matthæi ait. Inutilem seruum proijcite in tenebras exteriores. In iudicio nanque generali, & extremo peccata omissionis cõtra malos sunt discutienda. Arguentur etenim de bonis quæ non egerunt. Esurijsti, & non dedisti mihi manducare: sitijsti, & non dedisti mihi bibere, &c. Rursus aduertendum est, quòd non dicit arborem eradicandam, sed excidendam, quia vir impius cùm moritur, radices relinquit in terra. Nam radix, quæ voluntas, seu affectus, siue appetitus est, mortuo impio manet in terra: nam licet pereat, quia in vita sua desideria in terra collocauerat, in terra manẽt desideria illa opes diuitiæ, & memoria. Et sic obstinatus in malo, & plenus istis desiderijs in cumulo manet inuolutus suis terrenis desiderijs. Sed iustus quia ea, quæ optauerat, erãt cælestia, non reliquit radices suas in terra, non excinditur, sed totus in cælum euolat. Nihil in terra amatum reliquit, siquidẽ nihil in terram concupiuit. ¶ Denique obseruandum quòd vltimo dicit, quòd in ignẽ mittetur, quia arbor, quæ igne bono & cælesti, hoc

Matth. 25.

est, Dei dilectione & amore calefieri noluit igne malo & infernali cõburatur: vt pœna correspõdeat delicto. Imo vero arbor, quæ malo igne, & carnali exarsit, igne vehemẽti torqueatur. Mitti autem dicitur, quia in eius potestate nõ est, non mitti. Sicut lignũ quòd in potestate est mittẽtis. Etenim illa misera anima, quę poterat voluntariè pedẽ ab igne subtrahere in hac vita, & noluit: quãuis post mortẽ nolit, in ignẽ mittetur, neq; facultatẽ habebit postea ab igne euadendi, sicut non habet arbor in rogũ conjecta. Vt igitur arbor quæ in ignẽ conjicitur, per se ignẽ euadere non potest: ita nec misera anima vbi in infernũ descẽdit. Tũc enim quos ignis tanti amoris diuini nõ calefecit: ignis tãti doloris exuret. Vt quos ignis charitatis & amoris caminus æternitatis nõ excepit, excipiat ignis ille furoris & indignationis domini. Væ igitur peccatori, qui tã male elegit. Nãque si ignẽ charitatis eligeret, qui sicut ignis materialis sapore omnibus condimentis confert, iucundã vitam in hoc seculo degeret. Quia amor omnia dulcia facit, & nomen difficultatis ignorat: posteà vero in seraphicis choris cum Angelis lætaretur. Sed maluit stultus & demens hîc ardere & torqueri igne cupiditatis & ambitionis, quo igne peccatores hîc cruciãtur, & posteà in inferno cõburi: quàm hîc cũ Christo exultare, & cum sanctis gaudere, & postea in æternũ lætari. Sed iam de his sit satis, sequẽtia videamus. Cum igitur Ioãnes hæc populo prædicaret, tãta erat ipsius verborũ efficacia, vt audientes c̃uersi salutem & remediũ petẽtes concurrerẽt. *Et interrogabant eum turbæ dicentes. Quid ergo faciemus.* Vulgus hominum simplex interrogat, sicut in Actis Apostolorũ legimus, quòd cõpuncti corde dixerũt Apostolis. Quid faciemus viri fratres? Sed Pharisæi, & scribæ nõ hoc fecerunt, quia difficulter corrigũtur sapiẽtes, & magni in suo sensu cõfisi, sicut apud Ioãnem dixerũt. Nunquis ex principibus credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc, quæ non nouit legem maledicti sunt. Quod etiã quotidie fieri videmus. Etenim literati se ipsos de sua scientia gloriantes, & sapientes in oculis suis, sæpe irridẽt doctos homines, qui conuertũtur, ipsi vero suo ingenio inflati indurati manent. Diuites, & potẽtes posteriores sunt in obsequio Dei, cũm in delicijs & voluptatibus huius sæculi detineantur. ¶ Ex quo docemur potius nos debere gaudere si in hoc sæculo simus ex sorte humilium, & contẽptorum, quàm si optimates, & capita populorum iudicemur: quandoquidem paruuli in obsequio domini priores sunt. Vnde diuinus Paulus. *Noli altum sapere, sed time.* Si vis in cælo magnus esse, humilis in mundo esto. Igitur hæc turba videns sanctimoniam Ioãnis, & vitam arctissimam, & quod nihil nisi eorũ salutem intenderet, verbis eius fidem præstitit: idcirco petentes consilium, quærebãt ab eo, quid facturi essent. Acsi dicerent. Si quidem tam asperè, & acriter nos increpasti, & tantum dicis nobis imminere periculum, quod nobis exhibes consilium, vt eua damus mala, quæ comminaris. ¶ Obserua autem quòd non dixerunt. Quid dicemus, sed quid faciemus? Melius quidẽ & rectius intellexerunt hi qua in cœlum esse eundum via, quàm impius ille, & sceleratus Lutherus, qui solã fidẽ satis esse dicebat sine operibus ad salutem. At hi quoniã cognouerãt necessaria esse bona opera, interrogarunt quid facere deberent, vt fierent salui. *Respõdens autẽ dicebat illis. Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas similiter faciat.* Interrogatus Ioãnes de salute obtinẽda, ab operibus misericordiæ inchoat: nam de illis in vltimo iudicio peccatores arguentur. Tunc enim vt in Matthæo habetur his, qui à sinistris erunt, dicet Iudex. Esurijui, & non dedistis mihi manducare: sitiui, & non, &c. Breuis est Ioannes in verbis, sed abũdant eius verba mysterijs. Primo enim hisce verbis eleemosynam commendat. Secundo cui facienda sit ostendit. Tertio charitatem, & ordinem faciendi eleemosynam ostẽdit. Sed singula iam expẽdamus. Formidanda equidem sunt verba Ioannis. Si enim quod superfluit de vestimento, cibo & potu, & alijs similibus misericorditer est pauperibus erogandum: quid in diuino iudicio respõsuri sunt, qui tot vestibus preciosis non necessarijs abundant, qui tot ferculorum genera quotidie parant, qui tantã sibi pecuniã congregant, pauperibus verò parum aut ferè nihil impendũt? Verũ si de patrimonio proprio seu possessione propria sic agere, tam impiũm est, atque dãnabile, quis alioquin queat de patrimonio crucifixi, de bonis ecclesiæ, quæ pauperibus sunt cõsecrata, preciosa, curiosa, & superflua vestimẽta habere, delicatè, ac splẽdidè epulari, pauperibꝰ, aut parũ, aut nihil præstare?

Act. 2.

Ioan. 7.

Sed horum vana cogitatio, & erroris est, nã existimant, qꝙ id quòd pauperibus tribuũt, amittũt, & perdunt: & qꝙ in nullã eorũ vtilitatẽ cedit: nam in arca iam non inueniunt, quod pauperi dederũt. Quoquidem signa manifesta exhibẽt suæ paruæ fidei: quãdo quidẽ nõ credũt Deo qui in scriptura sacra sæpius dicit, quod non amittitur id quod in pauperes distribuitur, sed potius tutissimo loco conseruatur, & multiplicat illud Dominus non sine magno fœnore. Vnde egregius psaltes. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Dispersisse dicit virũ iustum res suas in diuersos pauperes: sed eleemosyna sua nõ est perdita, sed manet in sæculum sęculi. Et in Prouerbijs. Qui dat pauperi nõ indigebit: qui despicit sustinebit penuriã. Illi viduæ, quæ Heliæ hospitiũ dedit, nec oleum, nec farina defuerunt. Etenim quia homo misericors bene dispẽsat pauca bona sibi cõmissa, ideo meritò super multa cõstituitur: iuxta illud quod Saluator dixit seruo fideli. Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã. Hac de causa in scriptura semini comparatur, sicut Apostolus de eleemosyna ait ad Corinthios scribens. Qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Semen enim videtur perdi cũ seminatur, sed multo melius seruatur, & multiplicatur. Sic eleemosyna cùm datur seruatur, & cum vsuris acquiritur. Ideo Ecclesiasticus. Perde pecuniam propter fratrem, & non abscondas illam. Vide quam bonum consilium sit dare pauperi: nã res nostras amittimus, quæ diu durare nõ possunt, & facimus illas æternas, & immortales. Si frumentum seruas, illud perdis: & si perdideris, seminãs renouas, folasenim quas dederis, semper habebis opes. Prętereà semẽ absconditur, sic eleemosyna occulte eroganda est. Vnde in Ecclesiastico habetur. Conclude eleemosynam in sinu pauperis, &c. Et Dominus in Euangelio. Attendite ne iustitiam vestram faciatis corã hominibus. Quod declarans dixit. Cùm facis eleemosynã noli tuba canere ante te. Item in vno anno seminatur, & in alio legitur. Sic eleemosyna in hyeme huius vitæ seminatur, & in vere gloriæ colligitur anno venturo vitæ æternæ. Deinde semen gelu pressum, & retardatum vberius fructificat. Sic eleemosyna, quæ aduersitate premitur, maiorẽ habitura est remunerationẽ, & sic eleemosyna, quæ occulte fit, digna est maiori remuneratione, quàm illa, quæ laudatur. Deniq; & hoc mirabile est quòd semen eleemosynę magis multiplicatur, & augetur in sterili terra, quàm inabundanti, & pingui: nam si eam in diuites erogas, illam amittis, si autem eam largiris pauperi, inopi, & percusso, cẽtum pro vno accipies. Vnde Christus. Cùm facis conuiuium voca pauperes, & debiles. Quod etiam Ioannes in his verbis dixit, scilicet, date escas, & vestes non habenti. Non enim dixit, date habenti, sed non habenti, quia eleemosyna non est eroganda diuitibus, sed pauperibus, & egenis. Quapropter Eliseus prophęta iusit ponere oleum in vasis vacuis, non plenis, nã quod ponitur in plenis diffunditur. Itaq; reponẽda est eleemosyna in vasis vacuis, hoc est, in pauperibus, quorũ crumenæ vacuæ sunt pecunijs, quorũ arculæ vacuę sunt vestibus, quorũ domus vacuę sunt supellectilibus, & tapetis. In vasis vacuis oleũ est fundendũ, & cum illis misericordia est exercenda: non autẽ in vasis plenis, hoc est, in diuitibus, qui pleni sunt bonis tẽporalibus. Nã in istis vasis plenis diffunditur oleum, & perditur meritũ: quia nullã inueniesretributionẽ. Nunc autẽ quòd est mundi Labyrinthus, & chaos, dona, & munera non mittũtur nisi diuitibus, & potentibus, vt homines in illorũ gratiam possint deuenire. Terra arida, & sicca irrigãda est: nõ autem quę pluuijs, & roribus madida est. Pauperi & inopi qui sitit, & aret cũ superfluis bonis subuenire debes, non autẽ diuitibus: nam qui id faciũt, nihilo faciunt sapientius quàm qui aquam in mare ferũt. Et hoc est secundum quod docuit Ioannes ostendens quibꝰ sit eroganda eleemosyna. Tertio charitatem, & ordinem faciẽdi eleemosynam ostendit. Nam non dixit, qui habet vnam tunicam det illam non habenti, & ipse maneat nudus, hoc enim esset cõtra charitatis ordinem. Nam non solum charitas, sed ordo diligendi est in præcepto: vt homo super omnia diligat Deum, deinde se ipsum, postremo proximum, secundum quod magis, vel minus sibi coniuncti sunt, aut maior est ratio dilectionis. Ideo debet homo primũ sibi ipsi necessaria ministrare: deinde quod supereſt indigentibus porrigere: eodem modo, vt ipse vellet sibi fieri, si in eadem, vel simili constitutus esset necessi-

Luc. 14.

4. Reg. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sitate, nam fraterna charitas hoc requirit. *Venerunt autem publicani, vt baptizarẽtur, & dixerunt ad illum.* Publicani erant, qui à fisco aliquid conducunt, & præcipuè qui vectigalia exigunt. Iudæi hos exosos habebant, & officiũ hoc vile, & abiectum habebatur apud illos: quia vi, rapina, & fraude nõ rarò peccabãt: plus ab hominibus exigẽtes, quã leges superiorum præscripserant. Et hi qui peccatores erant, se conuerterunt, & ad baptismũ Ioannis veniebãt: sed Pharisæi sua superbia tumescentes non conuertebãtur.
Matth. 8. Ideo dñs dixit eis. Publicani & peccatores præcedent vos in regno Dei. Dicebãt itaq; Ioãni. *Magister quid faciemus?* Bene, fructuosè, & vtiliter quærunt. Multi curiosa, & inutilia quẽrũt. An. s. Deus posteriora habeat,
Exod. 33. quia dixit Mosi. Posteriora mea videbis. Alij sæculares, & mulieres quærere solent. An Salomõ saluus fuerit, nec ne: & multa his similia. Verũ quid facturi sunt pro æterna salute adipiscẽda, & vt vitam consequãtur perpetuã, pauciss imi sunt, qui id quẽrãt aut nulli. Vitã suam conterunt in sapiendis curiosis & inutilibus: ea vero à tergo relinquũt, quæ ad salutem animæ, & saluationẽ conducũt: qui quidem, vt pudore suffundentur, deberent audire Hieremiã dicentẽ. State super vias, & videte & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea. At isti quia prudenter interrogabant, digni erant, vt eis responderẽtur, quæ
Hiere. 6. ad salutẽ conducerent. Etenim Ioannes, vt eius præcursor, qui neminẽ quanuis grauissimũ peccatorem reiecit, publicanis suauiter, & benignè respondebat, dicẽs. *Nihil amplius quam constitutũ est vobis faciatis.* Fraudem quasi familiare illorum peccatũ præ cęteris omnibus dehortatur, monẽs ne vltra, quàm constitutum est faciant. Acsi diceret. Si nõ potestis vestra largiri, sit tamen ille primus gradus ad melius vitæ vestræ institutum, vt abstineatis vos à rapiendis alienis. Habetis enim mercedem præscriptam à rege, illam solum, & non aliud à populo exigatis. Ne amplius extorqueatis in vestrũ vsum, vel lucrum, vltra id quòd præscriptum est. Nullus itaq; vestrum legẽ sibi præstitutam, nec terminos officij sui transgrediatur, ne præsumptionis sit reus, & male apud populum audiat. Sed ęp sibi incũbit, obseruet, nec alie
Prouer. 22. na inuadat. Iuxta illud quod in Prouerbijs legitur. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Et in Deuteronomio etiam habetur. Non transferes terminos, quos fixerunt priores in possessione tua. Etenim de his, qui contra hæc *Deute.*
agunt, in libro Iob dicitur. Alij terminos *Iob. 24.*
transtulerunt. ¶ Aduertendum hìc est diligenter quòd Ioãnes Baptista non damnat hic vectigalia regum, & principum: sed potius videtur ea approbare. Nam si reges nõ possent sua vectigalia, & exactiones reposcere, non vtique Ioannes diceret. Nihil amplius quam constitutum est vobis faciatis. Sed Ioannes non prohibet exactiones, sed excessus earum, & quòd iure reportari nequit. Nam principibus, & regibus lege diuina, & naturali vectigalia, & tributa debentur. Et quòd de publicanis dictum est etiam de alijs officijs intelligendum venit. Indiget nanque orbis gubernatione principum, & constitutione legum: ne malorum improbitas insurgẽs, innocẽtibus pernicię machinetur. Etenim vnus, vel alter homo siue ille sit Cæsar inuictissimus quid solus efficere valebit, nisi sibi coadiutores habuerit, quorũ ministerio probos defendat, improbos vero puniat? Ad hunc locum fortasis pertinet, quod de emptionibus & vendi
Matth. 20. tionibus dici poterat. Nam vendere, & emere licitũ est: dummodo fiat iuxta maiorũ leges. Sed de his satis. Accedant alij. *Interrogabant autem & milites dicentes. Quid faciemus & nos?* Isti sub Romano imperio militabãt & rempublicã, & patriam defendebãt: qui etiam conuersi sunt ad Ioãnis prædicationem. Tres nanque fuerunt ordines interrogantium Ioãnem. Vnus turbarum, alter publicanorũ, & tertius militum: quibus omnibus Ioannes commodum, & aptum dedit
Aug. de verbis do. ser. 29. responsum. De alijs iã vidimus, sed de istis audiamus. *Et ait illis. Neminem concutiatis.* Opprimendo, & corporaliter affligendo, sive iniurias inferendo. Exequẽter enim fieri solet, vt arma, quæ princeps dedit in defensionem publicæ honestatis, in ciuium damnum, & perniciem conuertantur. Nam frequenter milites prędantur, domos incendunt, abigunt, vi constuprant fœminas, ab
Hebr. 11. Iudith. 8. Actu. 10. rumpunt fores, & alia id genus perpetrant facinora, quæ credunt licita esse. Alij mandata falsò deferunt ad principes, & duces, vt quæ aliorum bona in fiscum rapiuntur, sibi aliqua pars eorum accrescat, & accedat, in laborem & mercedem calũniæ. Ideoque addidit. *Neque calumniam faciatis.* Multi isto rum non solum reposcũt, quod eis debetur sed etiam id volunt extorquere, quod mini me eis debetur. Huic igitur hominum generi Ioannes ostendit, quid facere soleant: & quid post hæc vitare debeant, si velint effugere vindictam Dei. Dixit itaque illis. *Contenti estote stipendijs vestris.* Hoc est, mercede, seu retributione vobis ab Imperatore statuta pro militiæ laboribus, quibus pro reipublicæ incolumitate dimicatis ne aliquid vltra extorqueatis. Vbi animaduertendum venit, quomodo homines in diuersis statibus constituti, salui fieri possint: nã alij istorum erant publicani, alij milites, & alij de media plebe, & turba diuersis conditionibus officiorum seruientes: & omnibus his est aditus ad salutem: dum modo vnusquisque iuxta talentum sibi traditum & gratiam donatam fideliter laboret. Nam non legimus, ad quod officij genus mercenarij illi fuerint conducti, quos Dominus in vineam misit. An ad fodiendum, an ad vites amputandas. Quod credo Dominum fecisse, vt moneret nos, quemlibet pro suarum virium robore in ecclesia hac militanti debere laborare, si velit post hanc vitam denario diurno frui, & retributione gaudere, iuxta illud Petri. Vnusquisque pro
Petri. 4. vt accepit gratiam à Domino, in alterutrũ illam administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Sed militibus, de quibus nunc agitur, tria præcepit ad eorum statum concernentia. Primo prohibet ne violentiam alicui inferant, dicẽs. Neminem concutiatis. Deinde fraudem, dicẽs, neque calumniam faciatis. Demum contenti (inquit) estote stipendijs vestris. ¶ Porrò autem circa res militiæ tria in hoc loco maxime considerանda sunt. Primum omnium quòd militia de se non est mala: nam si mala esset, non vtique Ioãnes illam permisisset, nec diceret. Contenti estote stipendijs vestris: sed potius diceret. Ne militiam exerceatis. Etenim sanctissimi homines quos tam vetus quàm nouum instrumẽtum commemorat bella multa gesserunt, vt Abraham, Moses, Iosue, Gedeon, Sanson, Iepte, & multi alij, quos Diuus Paulus enumerat in sanctorum numero in epistola ad Hebræos. Et in nouo testamento, nec Centurio in euangelijs, nec Cornelius in Actis malitiæ taxantur. Etenim milites publici ministri sunt ad defensionẽ bonorum, & vindictam malorum ordinati: vt de publicanis diximus. Sunt autem in militia leges præstatutæ, quæ si non transgrediantur, minime bellum vituperandum venit. Loquor autem, de bello, quod iusta & legitima causa suscipitur, hoc est, si pro defensione publicæ tranquillitatis, si pro tuenda Christiana religione, vel taliter sit ortum, vt minime vitari possit, &c. Taceat ergo suo ore impudentissimo huius nostri temporis Hæresiarcha Oecolampadius dicens, non licere homini Christiano bellum gerere, cum videat Christi præcursorem Ioannem partem aientem tenere. Nanque Diuus Ioannes bellum non prohibuit, sed militibus regulam, & modum tradidit.
Vnde etiam Paulus ad Romanos ait. Om- *Rom. 13.*
nis anima potestatibus sublimioribus subiecta sit: non enim est potestas, nisi à Deo. Et paulò post. Si autem malum feceris, time: non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, & vindex in iram ei, qui male agit. Christus etiam redẽptor noster Herodianis quærentibus, Vtrum liceret tributum dare Cæsari, respondit. Red
dite quæ sunt Cæsaris, Cæsari. Hac enim *Matth. 22.*
de causa tributa redduntur: vt inde militibus ad pacis conseruationem necessariò stipendium soluatur. Et filij Israël non nisi debellantes obtinuerunt terram promissionis: vt patet in libris Iosue. Iudicum, & Regum. Imo voluit Deus vt continuum haberent bellum contra infideles. Vnde
in libro Iudicum habetur. Hæ sunt gentes, *Iudi. 5.*
quas dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem: vt omnes, qui non nouerunt bella Cananæorum, vt postea discerent filij Israel, certare cum hostibus, & habere consuetudinẽ præliandi. Et in Hieremia scriptum
est. Maledictus qui prohibet gladium suũ *Hiere. 48.*
à sanguine. Et in primo Regum Dominus loquutus est Saul regi Israel, per manum Samuelis. Recensui quæ fecit Amalec Israeli, &c. Lege libros regum primum, & secundum, vbi Dauid sæpe consulebat do- *1. Reg. 12.*
minum, iret ne præliaturus, an non: & do
minus præcipiebat vt iret. Percussit Ama- *1. Reg. 30.*
lechitas qui spoliauerunt, & incenderunt Sicelech, & abstulit spolia iussu & præcepto Dei. Quomodo ergo inire præliũ non est licitũ: si Dominus id præcipiebat? Dic mihi obsecro quare modo non potest Dominus punire Turcas manib⁹ & ense Christianorum: sicut tunc puniuit Amalechitas per Iudæos? Denique si nullo pacto bellum esset licitum, sequeretur inde quòd si

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccator aliquis publicus, & sceleratus esset interfectus à Iudice, dum se ipsum vellet defendere ne in carcerem detruderetur, quod tunc Iudex male ageret: hoc autē fateri esset nimis absurdum, & totius trāquillitatis Christianæ exitium, & sacris literis & naturali rationi apertissimè contrarium. Sanctissimum ergo est, contra peccatores debellare: & multo melius pro fide contra Turcas, & Saracenos, & optimum contra hæreticos, qui Turcis deteriores sunt.

¶ Obseruandum hîc est etiam quàm caute Ioānes fuerit loquutus: nam turbas quę bonæ erant docet facere bonum: milites autē qui mali erant, docet non malum facere. Cuilibet ad se accedēti secundum illius cōditionem, & capacitatem loquebatur. Siquidē publicanis, ac militibus, qui maioribus solent vitijs implicari, quàm reliqui homines facilia proponit præcepta, & à malis coērcet: docens eos primo vt ab eis peccatis recedāt, ad quæ proniores esse solēt vt eos sic paulatim ad bona agēda induceret, & vt alijs misericorditer etiā doceret subuenire. Ad maiorem enim perfectionē omnes hos volebat Ioānes inducere: sed nō erāt dispositi neq; idonei, ideo minora illis proponit, nā si maiora proponeret nihil faceret. Nā vt de extremo ad extremū eatur mediū est insequendū. Si enim maiora proferret, non
1. *Cor.* 3. eis intenderent. Sic & Paulus Corinthijs suis aiebat. Et ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim
Actor. 26. poteratis. Et in Actis Paulus Regi Agrippæ dixit volens illum ad fidem Christi conuertere. Opto apud Deum & in modico & in magno non tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt hodie fieri tales: qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Si igitur. D. Paulus sic labores, tribulationes, & vincula laudabat, & sic adeo conuersionem gentium optabat, vt desideraret omnes fieri Christianos, sanctos, & perfectos, vt ipse erat: quare etiam nón volebat, vt Agrippa & reliqui alij in carcere essent detenti, & eosdē labores pati, quos ipse? Cur dixit exceptis vinculis his? Si cathenæ, & vincula bona erant, & ipse sibi ea desiderābat, cur alijs illa nolebat? Vtiq; quia Paulus iam erat perfectus & in obsequio domini multum versatus: & habebat virtutem & spiritum vt illa vincula posset tolerare læto & alacri animo. At vero eis qui in fide infantes, & tenerī erāt in fide nolebat ostēdere vincula sua, ne eis timorē incuteret. Oportebat enim vt nouos & paruulos in fide eos suauitate duceret paulatim & pedetētim. Ideoq; dixit. Exceptis vinculis his. Tunc enim nondū erat, vsq; quo arma pœnitētiæ induerētur, & laboribus se ipsos exercerēt: nā nō omnes ita erāt forti & virili animo, vt D. Paulus, vt gauderēt in carcerē detrudi, & pro Christo contumeliā pati. Hāc normā & prudentiā Diui Ioannis & Pauli vellem ego vt multi prælati discerent: sic vt paruulos & imbecillos suauitate quadā & mode ratione tractarēt, ita vt paruulorū defect⁹ prudēter valeāt sustinere: & id oneris eis imponāt quantū suæ vires ferre potuerint. Attāta est aliquorū āsperitas, seueritasq; vt ita humeros imbecillū onerent vsq; adeo, vt oneri succumbāt, tanta est prælatorū imprudentia & insciticia. Sed nos iuxta Esaiæ doctrinam calamū cassatum ne cōteramus, nec lignum fumigans extinguamus: adimplentes illud Apostoli. Debemus nos firmiores portare imbecillitates infirmorum: & nō nobis placere. Quod etiā Ecclesiasticus admonet dicens. Recupera proximū tuū. ¶ Tertio aduertendū hîc est, & cōsideratione dignū, videre Ioannē pillis camelorū indutū, cuius cibus erat mel syluestre & locustæ: quique tā asperrimā agebat vitam, quique sibi ipsi parcissimus erat, tam benignus sit & suauis proximis. Quodquidem proprium & quasi naturale est omnibus sanctis & iustis. E contra vero omnes illi qui suo indulgēt genio, & qui delicate & laute viuūt: omnibus alijs acerrimi, & tyrāni sunt. Quod ego sæpe sæpius vidi: nam ij prælati, qui secundū animi sententiam viuunt, qui nec claustrū, nec legem vllam seruāt, subditos adeo præceptis & obseruationibus onerāt, vt eos desperare faciāt: & volunt isti prælati, vt subditi sexcenta præcepta obseruent, cum nec vnū ipsi adimpleāt. Tales erant Pharisæi illi de quibus Saluator dixit. Alligant onera incōportabilia, & imponunt in humeris subditorum, digito autem suo nolunt illa leuare. Oppositum autem videmus facere viros rectos & sanctos: qui cùm sibi ipsis asperi, & crudeles sint, arctissimam agentes vitā: cum proximis suauitate quadam & benignitate vtuntur. Cuius rei appositissimum exēplū in Ioanne Baptista videmus, qui cū ipse tā duram, & vix humeris hominis ferendam vitam

vitam transigeret, nō dixit turbis, publicanis, aut militib⁹. Vestite vos cilicijs, nec carnes comedatis, neque bibatis vinum, sicut ego nunquam bibi: non habeatis lectulos, sed super nudam terram dormite, & facite quòd me videtis facere. Quia ipse hæc faciebat alijs non imperabat, & forsitan si hæc ipse non faceret, alijs facienda consuleret: sicut prælati quidam, quorum mores iam retuliimus. Sed iam ad contextū. *Existimāte autem populo & cogitantibus omnibus de Ioanne ne forte ipse esset Christus.* Viderant miracula quę Ioannes fecerat in sua natiuitate. Viderunt enim quòd puer cùm esset in desertū abijt, videbant cibum, vestitum, & pœnitētiam, & ingentem spiritus sui virtutem, & verba efficacissima quæ prædicabat: ex quibus omnibus tantam opinionem induerunt de sanctitate Ioannis Baptistæ, vt non solum multi ex populo, vt hic ait Lucas, putauerunt beatum Ioannem esse Christum: sed etiam multi Iudęi proceres synagogæ Hierosolymitanæ (vt Ioānes euāgelista narrat) miserunt sacerdotes & leuitas nuncios vt interrogarent eum. Tu quis es? existimantes illum esse Christū. A duerte hîc tu, & considera, quàm magnæ & potētes sint vires virtutis, quæ tā magna princeps & regina est, vt non solū boni eam laudēt, & venerētur, sed mali etiā illam laudibus extollunt, & in magno habent pretio. Certū est gentem Idæorū fuisse iniquissimā: ipsi namq; persequebātur Esaiam, Amos, Barachiā Michęā & alios sanctos prophetas. Et Hieremiam in lacum coniecerunt, quem honorari iussit Nabuchodonosor, & curā illius demāda uit Nabuzardā. Et prophetam sanctū, quē Gētilis idololatra honorauit, ipsi eum persequuti sunt. In quo videre licet quāta fuerit sanctitas & virtus Ioānis Baptistæ, quòd cùm isti ita deprauati essent, illum esse iudicauerunt venturū Messiam. Aspice igitur quantum valeat virtus, nam hi suis viribus coacti sunt, illū tam grandi honore illustrare. Ità tu si rectitudinem, & animi candorem habueris, hoc potius inimicos tuos superabis, quàm armis. Vide obsecro virtutis vires. Nam Dauid sola virtute inimicum suum Saulem superauit: & facilius quidem quā si ferreis armis in certamine ageretur. Similiter cum Dimas ille, qui cum Christo erat in cruce magnam virtutem crucifixi videret (nam pro crucifixoribus orabat, & quòd dicebat patri, Dimitte illis, quia nescīunt, &c.) secum interius loquutus dixit. O quāta & quàm magna bonitas, & sanctitas: quod quidē, vt in Deum se cōuerteret, multū valuit: nam hæc apud se cogitabat. Cùm tanta hîc vtatur misericordia cū suis crucifixoribus, mecum eadem vtetur. Sic Paulus virtute, & bonis actibus suis gentes deuicit, & cōuertit. Vnde ipsemet ait. Ego sic pugno non quasi aerem verberās, sed castigo corpus meum, &c. Carbones mortui duplici modo incendi possunt. Vel imponendo illis prunam, aut si vni cum alijs collidantur, nam ex motu ignis incenditur. At primo modo facilius incendūtur: quā secūdo. Ego (ait Paulus) non multo labore corda gentilium & peccatorum incēdo, vt ille qui verberando aerem ignem quærit: nam etiam si hoc modo ignis extrahatur, difficillimum quidem est. At ego (inquit Paulus) etiam ignem charitatis, & amoris inijcio, vt exemplo bonæ meæ vitæ alios incendam, castigans corpus meum, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nam etiam si verbis meis aerem percutiam, nisi ego ignē charitatis habuero, forsitan reprobus ero. Multi nanque sunt, qui feriant suis verbis aerem, & qui ignem incendāt in audientium cordibus sua prædicatione. At facilius ignem extrahunt, qui simul cum verbis sanctimonia vitæ & morum integritate sunt præditi. Nam Paulus suæ virtutis exemplo alios ad virtutis amorem & studium incitabat. Ideo beatus Petrus, Obsecro vos tanquam aduenas, & peregrinos abstinere, &c. Conuersationē vestrani habentes bonā int. gentes. Sic beatus Ioānes suę vitæ asperis exēplis alios traxit: quod etiā tu facies melius quā si malus esses cū armis materialibus: nam maiores sunt vires virtutis quàm reliqua humana potentia.

¶ Obserua etiam quanuis hi mali sint, quā tam curam, & diligentiam adhibent, vt dominum quærant, tu vero in chœnice sedes nihil agens, & in vtranuis aurem dormiēs. Non est qui requirat Deū (ait diuinus psaltes) non est vsque ad vnum. Et quod peius est, & maxime deplorandum, Deus clamat & vociferat, & nemo est, qui respōdeat, aut quærat eum. Ideo ipse conqueritur per Hieremiam dicens. Quis miserebitur tui Hieru salē, aut quis contristabitur pro te, aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu reliquisti me, dicit Dominus, & retrorsum abijsti, & extendam manum meam super te, &

Lucæ. 23.

1. *Pe.* 2.

Psal. 141.

Hiere. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& interficiam te, laboraui rogans. Quærite ergo dominum, quærite faciem eius semper. ¶ Aduerte etiã & vide quomodo dilectio periculum habeat. si iustam regulam & modum transeat. Nesciunt homines seruare modum, nam quem diligunt, plusquã par est, diligunt: & quem odiunt, supra modum odiunt. In actis Apostolicis legimus quôd in Lycaonia Paulum & Barnabam tanquam deos colere cœperunt, dicentes. Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos. Et vocabant Barnabam Iouem, Paulum vero Mercurium, quia erat dux verbi: & vix potuerunt sedare turbas, ne eis sacrificarent. Sed vide vulgi mutabilitatem & leuitatem. Statim post tantum, & tam maximum honorem datum Paulo, eũdem lapidauerunt: & eiecerunt illum extra ciuitatem, & reliquerunt tanquam mortuum. Simile fere contigit Paulo in Mileto insula, quem Deum Mileti putauerunt, quem dixerant homicidam, & peccatorẽ. Nesciunt homines seruare modum: nam semper in extremis ambulant. Ioanni, quẽ diligunt, honorem Messiæ debitum tribuunt: & Christum quem odiunt, vocant peccatorem. Diligebant Ioannem & meritо, sed excedebãt in modo, nam illum plus quàm hominem iudicabant, & aliqui hæretici non hominem, sed Angelum naturalem illum esse dixerunt. Hãc inordinatam charitatem Apostolus Paulus pertimescens de se ipso dicebat. Timeo autem ne quis de me cogitet, super id, quod videt in me, aut audit ex me: & ne magnitudo reuelationũ extollat me, &c. Necesse enim est dilectioni frænum imponere. Ideo Saluator cùm de Dei dilectione fuit loquutus, dixit. Diliges dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima & mente. Sed cũ loquutus est de proximi dilectione non dixit ex, toto corde, aut ex tota anima, sed sicut te ipsum. Ostendes modum quendam, & regulã debere obseruari. Opus enim est sobrie, & caute diligere. Horum autem extremorum odij, & amoris deterius est id, quod ab amore procedit: ita vt ego potius velleni odio esse habitus, quàm nimis diligi. Nam ille, qui alterum plus æquo diligit in summos honores illum constituit, & dignitates, quousque illum in infernum præcipitat. Si autem quẽ odis, persequeris, in sui ipsius cognitionem illum adducis: si verò patientiam amittit, se ipsum amittit, & perdit. Sed si indignũ honorem, & dignitatem tribuis, suos defectus pandis, ita vt cunctis nescientibus pateant. Quare iam cõstat quomodo nimius amor magis nociuus sit, quàm odium. Atque ità acrius & fortius isti beatum Ioannem tentauerunt, offerentes illi hunc honorem, quam Herodes quando illum in carcere detrusit: & maior fuit hæc tentatio, & periculosior quàm Herodis. Nam mundus plures perdit & destruit constituendo illos in honores, quàm affligendo eos persequutionibus. Vnde is honor, qui Ioanni offerebatur acutissima, & potentissima fuit tentatio: adeo vt plures iustos, quos tentationes & persequutiones non valuerunt deuincere, hic honor facilè eos superaret, & ad sui amplexum alliceret. Atque ita isti non fuerunt amici Ioannis, sed potius inimici quã doquidem in tantum, atque tam graue periculum illum induxerunt. Sichimitæ elegerunt Abimelech filium Ieroboal in regem: quod quidem cesset in dãnum, & perditionem ipsius Abimelech, quia ipse interijt & Sichem destruxit. Nõ fuerunt hi amici Abimelech quàndo se ipsos, & illum destruxerunt. Neq; isti etiam boni amici Ioãnis fuerunt, offerentes illi istum honorem. ¶ Expende etiam quàm periculosum sit proximum esse rebus, quas possis malè cõcupiscere. Etenim rusticus non solet ambire aliquod regnum, nec simplex sacerdos pontificatum summum: sed duces, & cardinales ambiunt, quę sibi videntur proxima esse. Sic Pharisæi videntes Ioannis sanctitatem, credentes parum à Messia distare, tentant illum, aã nomen messiæ desideret. Sic etiam diabolus mundi imperio, & monarchia Christum tentauit: quia illum magnũ, & egregium virum videbat, & putabat facilè fieri, vt monarchiam appeteret. Sic Core, Dathan, & Abiron ambierunt primatum populi, & summum sacerdotium: quorum alteri parum deerat, vt ad summum sacerdotium peruenirent, alteri verò, vt in principem constitueretur, cùm primogenitus esset. Humilis autem Baptista gloriam Christo tribuens sicut fidelis Christi seruus, illam acceptare noluit. Quapropter dicit euangelista. *Respondit ea nes dicens omnibus.* Quamuis euangelista Ioannes dicat, quòd hoc respondit legatis: tamẽ multi aderant ibi, qui venerant, vt audirẽt illum. Et Lucas noster dicit hic, quòd populus illum existimabat esse Christum: atque

Act. 14.

Act. 28.

Ioan. 9.

2 Cor. 12.

Luc. 10.

Matth.

Num. 16.

Genes. 38.

Ioan. 1.

atq; ideo omnibus, scilicet, Sacerdotibus & leuitis, qui missi fuerant ab Iudæis à Hierosolyma, & populis qui hoc existimabant, respondit omnibus istis dicens. *Ego quidem aqua baptizo vos: Veniet autem fortior me post me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius, ipse vos baptizabit Spiritu sancto, & igne.* Ac si vellet dicere. Vos magni me habetis, & æstimatis propter ea, quæ videtis, ex cibo scilicet, potu vestitu, baptismo, & doctrina fideli & solida: sed longe sunt efficaciora, quæ non videntur. Ego tantũ aqua baptizo vos, tamen non remitto peccata, sed præparo vos efficaciori baptismo, quẽ accipietis ab eo, cuius aduentum vobis prædico. Tempore enim maior sum eo, & prædicationis ordine prior: sed potentia, & virtute, sanctitate & iustitia longe inferior. Is nanque, qui me sequitur, tanto me præstantior est, vt ego, quem magnum vos iudicatis, indignus sim soluere corrigiam calciamentorum eius. Et addit rationem & causam. Ego enim baptizo vos tantum aqua, & ipse baptizabit vos Spiritu sancto, & igne. Sed antequã vlterius progrediamur, hic aliqua obseruanda sunt. ¶ In primis quomodo dicat Ioannes Christum venturum esse post illum: quia quando Ioannes ista dicebat, iam Christus venerat, & annũ suæ ætatis trigesimum agebat. Dicendum quòd iàm venerat quantum ad subsistentiã personalem, non tamen quantum ad opus, ad quod mittebatur. Christus enim nõ venit in mundum, vt homo esset, sed vt salutẽ nostram operaretur. Igitur quia nihil fecerat illius, ad quod venerat rectè dixit Ioannes nondũ venisse. Opera enim, quæ Christus fecit, ad salutẽ & reparationem nostrã, fuerunt prædicatio, legis latio, miracula & prodigia, & denique ipsa mors, qua omnia legalia consummauit. Ista cœperunt in baptismo Christi, quando Ioannes manifestauit eũ dicẽs. Ecce agnus Dei. Hic est enim, de quo dixi vobis, post me veniet vir, qui ante me factus est. Sicut cũ Thamar pariebat Phares & Zaram, priùs Zaram manus emisit, sed Phares priùs fuit egressus, quia retraxit manum Zaram. Sic qui ortu corporis fuit posterior, scilicet, Christus Iesus, virtute & veritate primus extitit. Ideo primo protulit manum, vincebat enim alium, & studiosior illo erat. Quapropter dicit hîc Ioannes quòd fortior eo veniet post illum, quod non solum debes intelligere secundũ diuinitatem, sed etiam secundum quod homo erat. Non enim est datus ei spiritus ad mensuram, quia humanitas eius vnita erat verbo hypostatica vnione: ita quod in eodem esse, in quo verbum patris æternaliter est subsistens, ipsa quoque à principio incarnationis subsistat. Ideoque ascendens Christus in cælum Angelis interrogãtibus, quis est rex gloriæ? responderunt Angeli dicentes. Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio: & ita fortis vt inimicum suum proprijs armis deuicerit, & superauerit. Vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. Præterea fortior debuit esse Ioanne, qui erat reseraturus cælum, impleturus orbem, mundaturus peccatum, prostraturus diabolum, spoliaturus infernũ, excitaturus se ipsum à sepulchro. Necesse enim erat Christũ Ioanne esse fortiorem, qui nostra scelera, & flagitia sustineret, & propter pœnitentiam dissimularet. Nisi enim in Christo illa esset charitas, quæ omnia sustinet: fieri nequiret, vt tot orbis peccata non ita eum prouocassent, vt eum redegisset in nihilum. Ipse enim peccata nostra tulit, & iniquitates nostras ipse portauit. Dominus quippe posuit super eum omnium nostrorum iniquitates. Hãc credo fuisse causam, ob quam Ioannes dixit. Christum fortiorem se, & non sanctiorem, seu meliorem: quia cum nemo ascendat in cælum nisi filius hominis, qui est in cælo, nos ascendere non potuimus in cælũ, nisi portemur à Christo in humeris, sicut ouis perdita à pastore. Fortis igitur est, qui adeò grauem sarcinam in cælum deportare valet. ¶ Præterea in eo quod ait. Non sum dignus soluere corrigiam calciamentorum eius, aduerte ex hoc nõ sequi Christũ vsum fuisse calciamentis: cum mittens discipulos ad prædicandũ, ea prohibuerit. Etenim in cœna dixit illis. Quando misi vos, sine sacculo & pera, & calciamẽtis: nunquid aliquid defuit vobis? Christus nãq; qui prius cœpit facere, & docere, non vsus fuit calciamentis, qui noluit discipulos illis vti. Ideoque dictum Ioãnis, iuxta modum loquẽdi accipiendũ est. Nam sensus literalis nõ semper est ille, qui immediate per verba significatur, sed interdum qui per similitudinem insinuatur, aut per res verbis expressas significatur. Sic & illud quod Dominus ait. Si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te, & si pes tuus, &c. Occasiones pec

Ioan. 3.

Psal. 23.

Esai. 53.

Ioan. 3.

Luc. 22.

Act. 1.

Matth. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatorum esse fugiendas docet: ne nobis ipsis, aut alijs simus scandalo. Etenim non vult Christus, vt quis oculos suos sibi eruat, sed vult vt ita oculos nostros à vanis mundi rebus abstineamus, ne vt alter Dauid illorum causa Deum offendamus. Sic etiam non vt litera sonat accipiẽdum est illud Ieremiæ, & Ezechielis. Patres eorum comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt: sed de pœna filiorũ propter peccata parentum intelligẽdum est. Sic in præsentiarũ Ioannes loquebatur iuxta cõmunẽ modũ loquendi, quo aliquis minorẽ alio se vult ostẽdere, aut humiliorẽ præstare: asserit se indignũ esse, vt eius calciamẽta soluat, vel aliud id generis obsequium promittit. In quo profundissima beati præcursoris patet humilitas: quia cùm talis, ac tantus ab hominibus iudicaretur, seipsum corã omnibus voluit deprimere, & humiliare. Quando in bello aliqua iacitur sagitta, cùm ad se venientem illam intueantur milites, seipsos deprimunt: atq; ita sagitta illis intactis per aërẽ euolat. Ita beatissimus Ioãnes cùm periculosissimã sagittã honoris in eũ illi iacerẽt, seipsum in terram deiecit, & humiliauit, dicens, se non esse dignum nec aptum, vt tanti, atque tam magni domini calciamenta posset dissoluere. ¶ Discę tu à beatissimo Ioanne in prosperis, ac secundis fortunæ honoribus humiliari. Hæc enim vera humilitas est, quæ oblatis honoribus micat, & splendet. Sic humilis fuit Saul cũ electus in regem, dixit Samueli. Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israël: & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? Sic etiam Dauid loquutus est, cùm rex Saul dabat ei filiã in vxorem. Quis ego sum, vt sim gener regis? Abigail quoque cùm Dauid voluit accipere illam in vxorem. Ecce famula tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Moses etiam cùm dominus præcepit, vt iret ad Pharaonem, & cõstituit eũ Deum Pharaonis. Quis sum ego vt vadam, ad Pharaonem, & educam filios Israël de Ægypto? Denique & beatissima virgo Maria ab Angelo salutata, & in matrem Dei electa humiliter respondit. Ecce ancilla domini. Verus humilis sicut Ioannes non flectitur honoribus: nec mundanis laudibus effertur. Quo circà meritissimè altissimum illud solium, quod Lucifer ille cadens de cœlo perdidit ob superbiam, & ami-

2. Reg. 11.

Ierem. 31. Ezech. 18.

1. Reg. 9.
1. Reg. 19.
1. Reg. 15.
Exod. 3.
Luc. 1.

mi elationem, datum est humilissimo Ioãni Baptistæ. Ille enim impius, & sceleratus cùm creatura esset, diuinum honorem voluit rapere, qui suus non erat: hîc autẽ Ioannes, cui hic honor datus est, eũ noluit vsurpare. Quod ille appetiuit, huic datur, quapropter quod ille perdidit, meritò Ioanni datum esse credimus. Et illam manum, quam Ioannes existimabat indignam esse vt solueret Christi calciamenta, ipse Christus non in calciamentis imò super caput suum posuit, cùm in Iordane fuit Baptizatus. Ex quo discę in omnibus humiliari, maximè cùm aliquis honor tibi offertur: nam humiles exaltat, & extollit Deus, sicut superbos deprimit & humiliat. Humilia enim respicit, & alta à longe cognoscit. Et detestans Christus superbiam, & animi elationẽ, Capharnaũ maledixit, dicens. Væ tibi Capharnaum, nũquid vsque in cœlũ exaltaberis? Vsque in infernum descendes. Et quemadmodum superbia Deo, & hominibus odiosa est: ita humilitas grata & formosa in oculis omnium. Et quemadmodũ cinis ignem conseruat: ita humilitas Spiritus sancti gratiam. Abraham domino loquebatur, dicens. Loquar ad dominum meum cùm sim puluis & cinis. Et quanto profundior est puteus, tanto eius aqua dulcior ac suauior. Et quãto humilior fueris, tãto Deo gratior & dilectus. Humilem tui ipsius cognitionem præsta: & maiora dona accipies à Deo. Humilis esto & paruulus: nam humilẽ Baptistam in altissimum dignitatis solium dñs constituit: & superbum Luciferũ in ima Tartara detrusit. Stat enim sentẽtia. Qui se humiliat, exaltabitur, & qui se exaltat, humiliabitur. Discant ergo principes, & vniuersi Christiani, non sibi licere fallis titulis aliorum dignitates, & officia vsurpare, quin potius exemplo Ioannis oblatas recusare. Vnde Paulus ad Hebræos. Nemo assumat honorem, sed, &c. Abimelec filius Ieroboal, Absalon, Adonias, Athalia, & cęteri omnes qui principatum vsurpare conati sunt infœlici morte vitam finierunt.

¶ Docemur etiã hoc loco nõ laudare nosmetipsos. Etenim Ioannes poterat dicere: Ego sum sanctificatus in vtero matris ego nunquã lęthale peccatum cõmisi: ego cum feris in deserto viginti quinque annis vitã degi: ego sum propheta, & plusquam propheta, ego sum Angelus missus ante dñm, ego sum lucerna ardens & lucens, & multa alia

Matth.

Psalm.

Matth.

Gen. 18.

Iud. 9.
2. Reg.
3. Reg.
4. Reg.

alia egregia & præclara de se ipso fari poterat se ipsum laudans & meritò. At quia prudens, & sapiens erat noluit talia de se prædicare: sed potiùs dixit non esse dignum, vt solueret eius calciamenta. Ne laudes temet ipsum, nam laus in ore proprio vilescit: & omnes qui te audiunt vanum, & amentem iudicabunt. Aspice igitur quàm amẽs & insipiens sit, qui seipsum laudat. Laudat seipsum quis, vt inde laudes suas prędicet, & honorẽ sibi comparet, quod multo aliter euenit, ac ipse cogitat: nam nõ nisi ignominiã, & opprobrium inde colligit. Ità quòd non consequitur, quod ipse intendit, sed quod non vult: nam audientes, illum irridենt, & molestè ferunt suas verborum ambages, & vanitates. Ego autem sępius audiui illi attẽtionem præstari, qui de alicuius fama, & honorę loquitur, ac detrahit vnius horæ spacio. At qui seipsum laudat, nec per breue tẽporis spacium à nemine potest audiri: nam omnes illum molestè ferũt, & omniũ aures offendit. Atque ideo quãdo corã te aliquis se ipsum laudat, scias quòd ille te insanum iudicat & amentem. Atque ideo tanquã iniuriam tibi factam illam debes accipere, q̃ coram te aliquis seipsum exaltet, & prædicet. Etenim cùm homo sapiens irrideat se ipsum laudantem, sui laudator amentem aliquem quærit, coram quo suas proprias laudes posit iniurius exprimere: nã solus insipiens non offenditur, si aliquem audiat proprias laudes decantare. In duobus tamẽ casibus potest homo se ipsum laudare. Primo cum maxima aliqua tribulatione premitur, ne spiritus eius deficiat, vt eius animus aliquantulũ subleuetur. Sic cùm vxor Iob dixit ei, Maledic Deo, & morere: respondit sanctus Iob. Etiam si occiderit me in ipso sperabo. Et laudans se ipsum, & eriגens spiritum dixit. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam nesciebam, &c. Se ipsum laudabat, dicens, quomodo misericordia fuerat vsus: quia amici opprimebant eum, & calumniabantur. ¶ Secundo potest quis se ipsum laudare propter commune bonum. Sic Dauid coram Saule se ipsum laudauit, dicens. Leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus. Nam si hæc non diceret, nec fortitudinem suam laudaret, minimè facultatem faceret Saul illi, vt cum Goliath Philistæo iret dimicaturus: qui si non pugnasset, non vinceret Israel. Hac etiam ratione

Iob 13.
Iob 29.
Greg. 20. Moral. ca. 17.

1. Reg. 17.

sæpe Paulus se ipsum extollit in suis epistolis, dicens. Plus omnibus laboraui. Et castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. Et multa alia his similia. Sed de his satis.

¶ Cæterum id, quod ait Ioannes. Christum baptizaturum in Spiritu sancto, & igne intelligẽdum est quòd baptizauit per suos discipulos nam in euangelio Ioannis scriptum est, quòd Iesus non baptizabat, sed discipuli eius. ¶ Obserua autem quod quanuis baptismus Christi sit in aqua, & Spiritu sancto, vt ipse dixit Nicodemo. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, noluit tamen Ioannes dicere in Spiritu sancto, & aqua: sed in Spiritu sancto, & igne: quia intendebat assignare differentiam sui baptismi, qui fiebat in aqua, à Baptismate Christi, & excellentiam baptismi Christi. Idcirco non nominauit elementũ aquæ in quo fiebat. Vnde ignem non sumit pro igne materiali, sed pro igne intelligit Spiritum sanctum, qui mẽtem inflammat. Sicque coniunctio, &, tenetur expositiuè. *Cuius ventilabrum in manu eius.* Hoc dicit propter iudiciariã potestatem, quã discernuntur boni à malis. Sicut per ventilabrum purgantur frumenta à scorijs, ita seperabuntur de facto ad pœnam & meritũ. Sic Hieremias in persona Domini loquitur. Dispergam eos ventilabro in portis terræ. Malachias etiam ait. Ecce veniet, dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Expende autem, quod hæc verba de Christo Saluatore ait Ioãnes: quia vt ipse Saluator ait, pater omne iudicium dedit filio: & potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Verum quia potestas hæc iudiciaria est, segregare bonos à malis, vt bonos glorificet, & malos puniat: ideo quãtum ad separationem, executionem, & discretionem dicitur. *Et purgabit aream suam.* Hoc est, ecclesiam militantem, vbi grana cum paleis sunt mixta. In præsentis enim ecclesiæ arca triticum & paleæ, hoc est pij, & impij mixti conuersantur. At tempore messis, tempore (inquam) consummationis sæculi aliud videbimus, aliud perpetiemur. Id quod non tantum hac Ioannis similitudine docemur. Nouimus enim quid Dominus alijs in locis dixerit discipulis bonis, & malis, tritico, & zizaniæ, virgini-

Ioan. 4.
Ioan. 3.
Ioan. 5.
Hiere. 15
Mala. 3.
Matth. 13.
Matth. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus sapientibus & stultis, ouibus & hœdis: quibus omnibus idem persuadet dominus, quod Ioannes hic admonere tendit. Nam qui sibi ad salutem sufficere putat sacramentorum ecclesiæ susceptionem, hic profecto se ipsum seducit. Quid enim magni est aqua ablui, vel in Iordane, vel in baptisterio? Magnum quidē est in baptismo peccatorum accipere remissionem: tamen si relaberis in pristinum peccati cœnum, nec pœnitentiam feceris, ventilabrū Christi te ab horreo cœlesti expellet. Nec enim ideo tibi peccata pristina remissa sunt, vt nouis te dedas peccatis: sed vt post hac innocenter viuas, & voluptates huius sæculi cōtemnas. Vides hic paleas cum tritico admixtas: sic in ecclesia militanti boni cū malis mixti sunt. Sic ex duob⁹ filijs Adæ Abel bonus & iustus erat: & Cain malus. Et ex filijs Noë vnus malus, & alij duo boni fuerunt. Duos etiam habuit filios Isaac: vnus bonus, & alter malus extitit. A postoli etiā non omnes fuerunt boni, quia ex illis vnus fuit teterrimus & sceleratissimus. Ex septē etiam diaconibus, quos A postoli elegerūt, vnus illorum author extitit erroris. In hac igitur ecclesia militanti boni, & mali admixti sunt. Sustinet autē dominus in hac vita malos, expectans eos, vel si aliquando conuertantur: & bonis operibus eos allicit, vt vel sic eos ad se attrahat: vt sic cum tanta beneficia à manu Dei illis videant contingere, in ipsum tanquam in parentem amātissimum conuertantur. Nam quando accipiter procul euolauit ac fugit è domini manibus, non illum fuste ad se vocat & attrahit dominus, sed potius carnē in manibus ostendit, & signa amoris insinuat. Ità mali fugitiui ambulant à manu domini. Deus vero cuius tanta est in nos charitas & dilectio, ne isti mali perdātur, bonis operibus, & cumulatis beneficijs eos ad se allicit & conuertit. Itaque sustinet Deus peccatores, & illos expectat, vt aliquando conuertantur. Nam si nefarium illum latronem qui à dextris Iesu in cruce pendebat cum alios interficiebat, & aliena furabatur, in interitū dominus adduceret, non vtique saluus fieret nec tam fœlicem & beatum finem consequeretur. Si Paulum etiam dominus interfecisset, cum Christianos vexabat, & ecclesiam persequebatur, non vtiq; tantū & tam insignem A postolum gentium prædicatorem haberemus, nec ecclesia gauderet tam sublimi suarum epistolarum doctrina.

Gen.4. Gen.8. Gene.28. Matth. 27. Act.6.

Luc.23. Act.9.

¶ Secundo dominus malos sustinet: quia cedit in bonorum vtilitatem. Ne autem extra metaphoram, qua hic vtitur Diuus Ioānes, egrediamur, clarè constat paleam vtilissimam esse tritico: nam palea illud cooperit, & defendit, cùm tenerum est, à nimio solis calore, & ab aëre & illud cōseruat. Ità etiam mali vtiles sunt in hac vita bonis. Nā virtus nisi exerceatur, arescit. Ensis itidē si semper vagina claudatur, nec euaginetur, rubigine cooperitur. Ità opus est vt virtus exerceatur, & probetur, nec ociosa sit. Vnde beatus Petrus. Vt probatio fidei vestræ preciosior sit auro, & argento, quod per ignem probatur. His ergo duabus de causis sinit Deus malos viuere, vt videlicet ipsi conuertantur: vel per ipsos boni exerceantur: vt ait Augustinus. Sinit modo Deus crescere zizaniam: sed cum venerit tempus messis, ideſt, iudicij dies, dicet messoribus. Colligite zizaniam in fasciculos ad comburendum. Exibunt enim Angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis, & sic purgabitur ecclesia. Vide ergo, & tu quòd sis granum, nec palea efficiaris. Etenim grana ad pedes ventilantis suo pondere cadunt: sed paleas longe ventus impellit. Si igitur in tribulatione ad Christi pedes cadis, eius voluntati penitus subiectus, granum es. Si vero tribulatio à Christo te semouet, palea es. Etiam in hac vita tribulatio probat, quis sit granum, ad horreum cęleste destinatum: & quis palea igne ęterno comburenda. Christus etenim ventilabatur à tribulatione dū erat in horto: sed procidit in faciem suam dicens. Pater si possibile est, transfer à me calicē istū. Non vides in Christo granum ad pedes ventilantis proiectum? Sic te ipsum proijce in tribulatione tua ad pedes Iesu Christi: q si id non feceris, palea es. ¶ Expende autē hīc & diligenter considera: si illi qui in sua tribulatione ad pedes Dei non cadunt, igne inextinguibili sunt comburendi: quid erit de his qui nulla tribulatione acti, mala committunt? Quo obsecro igne comburentur, qui deprauata sua volūtate vitijs se tradiderunt? Istæ paleæ inutiles comburētur in die vltionis: granum vero seruabitur. Atque ideo sequitur in contextu. *Et congregabit triticum in horreum suum.* Idest, iustos in beatitudinem. Recte autem iusti tritico assimilantur: quia fructificant, & vtiles sunt proximis in ecclesia Dei. Etenim triticum molitur, coaptatur, quoquitur, & denique in minutissimas particulas diuiditur: vt ipsum hominem sustentet, & illi vtilitati sit. Sic sancti propter salutem proximorum se ipsos dilacerant, & consumunt, vigilantes, studentes, laborantes, & vitas suas & salutem pro bono & vtilitate ecclesiæ in discrimen inducentes. Sic Paulus Corinthijs inquit. Ego autem libentissimè impēdam, & superimpendar ipse pro animabus vestris. Iob etiā sic inquit. Ingredieris in abundantia sepulchrorum: sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Sed quid de paleis? *Paleas autem comburet igni inextinguibili.* Paleas reprobos vocat qui sunt materia combustionis, & ita sunt pabulum ignis sempiterni, qui nunquam extinguitur. Hæc autem palearum adustio longè erit à tritico cōgregato: quia isti erunt in inferno boni autē in gloria. Congregabit (ait) bonos, quod de reprobis non dixit: quia boni hīc congregantur, & vniti sunt, quasi cor vnum, & anima vna, in dilectione, & charitate & gratia. Mali vero dispersi sunt quia nō est pax impijs, nec in aliquo conueniunt. Dispersos peccatores in diuersos fasciculos mittet in stagnum ignis & sulfuris: iusti vero congregati in horreum Dei, in æterna beatitudine manebunt. Grandis & longa erit differentia inter bonos & malos, non solum in loco, sed etiam in modo. Sic in Ieremia habetur. Quid paleis ad triticum dicit dominus? In libro etiam Iudicum habetur fuisse bellū quoddā inter Galaaditas & Ephraitas & vincētibus Galaaditis fugerūt Ephraitæ. Et Galaaditæ occupauerunt transitum quē dam ad fluuium Iordanem, quà Ephraitę reditur erant in patriam suam, qui cùm fugiē tes venissent, singuli dicebant. Obsecro vt me transire permittas. Galaaditæ autem respondebant. Nunquid Ephratæus tu es? timore autem perterriti dicebant, non. Galaaditæ autem vt certi de hac re essent, iubebāt illis, vt hoc nomen Sibbolech proferrent: qui autem hoc nomen rectè pronuntiabant impunes transibant: qui autem nesciebant, in fluuio decollabantur, atque ita quadraginta duo millia illorum interfecerūt. Omnes quidem angustum & difficilem mortis transitū subire debemus. Omnes nos oportet præsentari ante tribunal Christi (ait Paulus) vt vnusquisque reddat rationem de his, quæ gesit in corpore, siue bonum siue malum. Hic autem sunt inimici nostri qui examinabunt nos. Qui verè protulerit Sibbolech hoc est spica cum grano, vtique transiet: nam illi qui grana sunt, & in hac vita sanctis se tradiderint operibus, liberi transibunt in horreum Dei. Qui vero dixerit Zibboseth, hoc est spica cum palea, & sine grano comburetur: sicut palea igne inextingui bili. &c. ¶ Obseruandū etiam hīc est, quòd cum multæ sint pœnæ damnatorum, ita vt in psalmo habeatur. Ignis, sulphur, spiritus procellarum. &c. potius tamen de pœna ignis loquutus est dominus: quia punitio ignis inter corporalia grauior est pœna, & nomine ignis grauissima pœna intelligitur. Et non solum ignis, sed æternus. Ideo Ioannes ignem inextinguibilem dixit, quia nūquam extinguetur, sed vsque in sæculum sęculi ardebit, crucians damnatos. At si tu nunc per breue temporis spacium nequis digitum in igne sustinere: qui ò infœlix peccator perpetuò ferre valebis inferni ignem: qui si cum materiali hoc conferatur, vtique materialis velut pictus apparebit? At si in lectulo blando floribus & rosis circundato iaceres, ibiq; varia musica instrumenta tibi deseruirent dulci & cordato concentu, ea tamen lege, vt quadraginta annorum spacio à lecto non surgeres: nonne tormentum hoc intolerabile iudicares? Quomodo igitur poteris ferre igneis cathenis esse ligatū in obscœno illo inferni loco: à quo nunquam in æternum surges? Sine vlla spe viuere, & certò scire, nullum esse remedium, tristissimū quidem est, & lamentabile. Sed hæc missa faciamus. ¶ Obserua etiā quod vnus Christus habet ventilabrum in manu sua, & ille solus habet potestatem triticum à paleis separare, vt in totum mundum sit triticum: quod quidem vt diximus in consummatione sæculi tandem fiet. ¶ Prætereà cauendū tibi maximè est, ne derelinquas aream domini propter leuitatem palearum: sed potius stude quantum in te fuerit, vt paleas in triticum conuertas. Etenim in ecclesia catholica, quæ area domini est, paleæ, vt iam diximus, sunt homines mali, abusus sunt, superstitiones, vitia, & peccata. Nunquid propter hoc fugiendum est ab ecclesia? Absit. Noë propter malitiam Cam non deseruit arcam. Nec Petrus ob Iudæ improbitatem deseruit apostolatum. Si in ecclesia nō foret peccatum, quid opus esset remissione peccatorum? An quia aliqui male viuunt

Psal.10. Genes.9.

totam Christi calumniaberis ecclesiam? Noli contemnere rete Euangelicum propter malos pisces. In ecclesia nostra maxima quidem videntur scelera, sed nihilominus vera ac Euangelica seruatur doctrina. Scelera operibus pœnitẽtię abluenda sunt, & doctrina sectanda. Sed extra ecclesiam impurissima scelera videbis, & frustrà quæres sanam doctrinam. Sed de his satis. *Multa quidem & alia exhortans Euangelizabat populo.* Non est dubium quin ipse longiori fuerit vsus sermone. Nam Euangelistæ nõ scribunt nisi fundamenta, themata, & cõclusiones sermonum. Etenim certum est quod cum D. Ioannes à deserto exiret plenus scię tia & diuino spiritu, non hæc solum dixisset, ibi sistens, nam super hęc verba, & super illa, pœnitentiam agite, appropinquabit regnum cælorum, multos ac egregios pœnitentiæ prædicauit sermones: & mirabiliter de hac materia fuit loquutus. Sic cùm dicit Matthæus quod in monte prædicauit Christus illas beatitudines, beati pauperes spiritu, &c. multa de his beatitudinibus protulit, quæ lõgum esset recensere, sed Euangelista fundamenta tantum materię posuit, & conclusiones. Ideoq; in Euangelio Ioannis scriptum habetur. Multa & alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc. Disce ex hoc loco multa statuta, cæremonias, & consuetudines habere nunc Romanam Ecclesiam Catholicam, quæ ab Apostolis deriuata sunt & venerunt ab ore in os, ab ipso Domino nostro Iesu Christo. Nam sicut Euãgelista nõ scribit omnia, quæ Ioannes Baptista prædicauit, quia dicit q̃ od multa alia exhortans prædicabat, & hoc vnico verbo illa omnia concludit, multo melius hoc de Christo dicere poterat, quòd multa alia euangelizauit, & docuit, quod etiam Euangelista Ioannes dixit. Ideoque non quæras vbi habetur in Euangelio de ordine diaconatus & subdiaconatus, & acolytorum, & vbi tractent Euangelistæ de chrismate, aut de perpetua B. Mariæ virginitate. Plura enim habet ecclesia, quæ non sunt expressa in scriptura, nam si nihil aliud esset creditum nisi quod est in scriptura, sequeretur quod antequam Matthæus (qui primus scripsit Euangelium post quindecim annos à Christi Ascensione) scriberet, nihil erat credendum, quia tunc nihil erat scriptum. Et post multos annos non tenebamur credere Lazari resurrectionem, quia nondum Ioannes illam scripserat. De his in præfatione beati Lucæ, in initio huius diximus. Nunc autem satis tibi sit scire *quod* ab ipso Deo, & Christo Iesu acceperunt Apostoli, quæ suis discipulis prędicauerũt, & illi alijs, atq; ita Ecclesia Romana ea accepit, & obseruat, quæ cum diuino spiritu regatur, minime errare potest, nec vnquã errauit, etiam si aliæ errauerint. Sic Lucas Euangelista in Actis, quãdo Christus voluit cælos ascendere, ait, quod loquebatur suis de regno Dei, idest, de statu Ecclesiæ militantis. Quod autem loquebatur non exprimit. Cũ iam ad patrẽ vellet discedere, cum illis de gubernatione ecclesiæ egit, de sacramentis, de ordinibus, de episcopis, & sacerdotibus, & de alijs multis, quæ Euangelista siluit. At illa vnico solo verbo cõprehendit dicens. Loquebatur de regno Dei. Pudeant igitur isti Lutherani omnium hæreticorũ & quos terra sustinet, impudentissimi & procacissimi, qui in omnibus expressam authoritatem Euangelij postulant, nolẽtes credere ecclesiæ, cùm nõ videant cæci, & duces cæcorũ quòd scriptura susceperit authoritatem ab ecclesia. At hos finamus, quandoquidem tantum in infernum festinant, & expositionem sequamur beati Lucæ, qui postquam de prædicatione Ioannis agit modo inquit. *Herodes autem Tetrarcha cum corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes.* Solus Lucas meminit quod Ioannes reprehenderit Herodem de alijs criminibus, nam Matthæus, & Marcus solum de incestu cum Herodiade tractant. Quæ autẽ fuerint alia crimina nescimus. Fuisse autem illum hominem impium, & sceleratum nõ solum ex Domini verbis, qui illum appellat vulpem, sed ex pœna priuationis tetrarchiæ, & exilij perpetui apud Lugdunum à Caio Imperatore inflicta colligi potest. De Herodiade solum hîc agit mentionem, non adducens in medium reliqua ipsius vitia, nec eorum qualitates, nam reprehensio Ioannis de hoc crimine fuit causa suæ mortis. Etenim Herodes Antippas Herodiadẽ fratris sui Philippi vxorẽ tulerat, quod turpissimum connubium beatus Ioannes non poterat nõ reprehẽdere. Nanq; beatus Ioãnes nõ erat, vt multi huius tẽporis, qui vitia paruulorum taxant, & puniunt, & potentium peccata dissimulant. Ioannes autem non solum peccata populi, Pharisæorũ, & publicanorum exterminat, sed etiam peccata

ta principis declarat. Vbi venit statim considerandа Ioannis charitas, & impietas Herodis. Ioannes quippe volebat Herodẽ saluũ fieri, sed Herodes volebat Ioannẽ destruere. Quid aliud Ioannis animum mouebat nisi Dei dilectio & amor? Angelus enim de eo dixerat, venturum esse in spiritu & virtute Heliæ, qui regis Achab arguebat peccata: licet sciret odium, & persequutionem excitaturum. Perfectus Dei minister pluris facit Dei honorem, quàm propriam vtilitatem & commodum: imò pluris quàm vitam & salutem propriam: faciliusque omnium rerũ suarum iacturam, & dispendium faciet, cruciatus, & mortem feret: quàm ignominiosas in Deum calumnias. Quemadmodum in Ezechia videre licet, qui scidit vestimenta sua, cùm legeret literas, in quibus Rapsaces legatus regis Assyriorum dura conuicia euomerat contra sanctum Deum Israël. Sic Ioannes tantum scelus ferre non valens, & saluti ipsius Herodis consulens, ipsum arguebat: sed Herodes ei, qui vitam animæ illi voluerat restituere, vitam aufert. Hæc est retributio malorum in bonos. Vnde in psalmo inquit Dauid. Posuerũt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Vide quàm parum profit in peccatoribus obstinatis charitatiua & fraterna correctio. In duro & deprauato corde nihil prodest monitio sancta bonorum. Quando Pharaon nolebat dimittere populum domini, vt sacrificaret domino Deo suo, misit Deus Mosem cum virga in manu sua, quã cum in terram proijceret coram Pharaone, conuersa est in colubrum. Correctionem & reprehensionem vocauit Iob virgam, dicens. Quare impij eleuati sunt. &c. Non est virga Dei super illos. Hanc virgam, quæ correctio est, si coram obstinato Pharaone proijcias, hoc est coram peccatis obstinato: in colubrum conuertitur, hoc est in peccatum læthale: quia non sponte correctionẽ accipit. At notandum est, quòd dum Moses habuit virgam in manu, non conuersa fuit in colubrum, quousque illam in terram proiecit. Ita nimirum si acceperis correctionem, quã quis tibi præbet, nõ coluber est, sed virga in manu: at si à te ipsam proieceris in colubrũ, hoc est in peccatum cõuertitur. Et quale est illud? Viro (ait sapiens) qui dura ceruice corripientem contẽnit repentinus ei superueniet interitus. Et in Ecclesiastico etiã habetur. Qui odit correctionem, minuetur vita eius. Breuior erit illi vita corporis, nam parum temporis viuet: & vita etiam gratiæ, quia in peccato morietur. Quidergo erit remedij? Vt caudam colubri accipias quemadmodum Moses fecit, & in virgam conuertetur. Colubrum iterum accipere, est reprẽsionẽ admittere: & ex cauda apprehẽdere, est finem & intentionem illius considerare, qui reprehendit: tuncq; coluber in virgam saluti feram conuertetur. Hoc deberet impius & sceleratus Herodes considerare, & quantũ, & quàm magnum esset beneficium amica & beneuola exhortatio. Melius est enim à sapiente corripi: quam stultorum adulatione decipi. Ideo Dauid cupit à iusto in misericordia increpari. At ea est mundi vanitas, & insipientia, vt semper veritatis amatores odiat, & fugiat. Odio habuerunt corripientem in porta. Sic Achior propter veritatem ab Holopherne ligatus, & Micheas alapa percussus est. Sic & Esaias, Ieremias, Helias, Barachias filius Ioiadę. Sic & amos, & omnes sancti, & propheтę persequutionem passi sunt: & semper à mundo veritas odio fuit habita, & contempta. Vnde Paulus Galatis suis scribens ait, Inimicus factus sum vobis, verum dicens. Ideoque ad Iudæos saluator dicebat. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi? Beatus Ioannes quia verum dicit, persequitur ab Herode, quousque in capitis discrimen illum intulit. ¶ Quærũt autem ad hoc facinus perpetrandum hanc occasionem, vt puella quædam saltatura exeat, & petat Ioannis caput. In hoc mundo boni pro nihilo habentur. Vnde Paulus. Æstimati sumus sicut oues occisionis. Qui lapides pretiosos non agnoscit, smaragdũ, qui decem millia ducatorum valet, pro decem vel duodecim ducatis æstimat. Ita mũdus tanquam ignorans & insipiens iustorum valorem & precium non nouit: cũ secundum veritatem lapides pretiosi sint in æstimabilis valoris, in beatitudinis ædificium coaptandi. Ideo Paulus loquutus de mundi iudicio & sententia dicit. Æstimati sumus sicut oues occisionis. O mundi vanitas execranda, vt sanctissimo viro Ioanni Baptistæ caput auferatur, propterea quòd puella exeat ad saltandum: cùm reuera nec ouiculæ esset auferendum. Ne autem existimes quòd quia Herodes illum contemnit, Deus illius obliuiscitur. Nam quemadmodum ille, qui turrim altissimam vult condere, prius fundamẽta profundissima iacit: ita

volens Deus super omnes choros angelicos beatum Baptistam collocare, voluit, vt in morte humilior esset omnibus alijs. Nam nemo omnium tam vili & abiecta occasione mortuus est, scilicet, ob videndam puellam saltantem filiam cuiusdam meretricis.

Matth.11. Caput autem huius tam celeberrimi viri, quo inter natos mulierum non surrexit maior, oblatum fuit fœdis, & adulteris mulieribus, &c. Vt igitur ad vitia & peccata Herodis reuertamur, inquit Euangelista. *Adiecit & hæc super omnia.* Vbi maximè aduertere debes, quomodo vnum peccatũ alterius sit causa peccati, & quantam veritatem in

Greg. li.25. Mor. c.12. se contineat dictum illud beati Gregorij, quòd peccatum, quòd per pœnitentiam nõ diluitur, mox suo pondere ad aliud trahit.

Psalm.41. Herodes peccatis prioribus alia adiecit peccata, quia abyssus abyssum inuocat, & vnũ

Eccles.3. post se alterum trahit peccatũ. Vnde in Ecclesiastico habetur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. Et hoc iusto Dei iudicio. Quia cũ misericordiarum Domini nolit occasionẽ oblatam accipere, meritò à Deo derelinquitur, vt suos appetitus & libidinem sequatur & vt peccata peccatis addat. Et enim (vt inquit Augustinus) vnum peccatum est pœ-

Aug. lib.5. con. Iuli.c.3. na alterius peccati. Et vnum peccatũ Dñs permittit, vt aliud puniat. Iuxta illud Apocalypsis. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Si autem huius rei appositissima exẽpla in sacra pagina videre velis, audi. Nam

Apoc.22.

Genes.4. cùm Caim fratri suo Abel maximè inuideret, cumq, huius peccati pœnitentiam non egisset, in aliud maius & grauius præcipitẽ se dedit, scilicet, in homicidium sui proprij fratris. Nec in hoc gradum sistit, sed eo insaniæ, & temeritatis deuenit, vt existimaret Deum ignorantem, & nescientem esse, ita vt dixerit. Nunquid ego sum custos fratris mei? Et his omnibus peccatis aliud addidit omniũ pessimum, scilicet, dicere. Maior est iniquitas mea quàm vt veniam merear. Dauid etiam protinus vt Bethsabee cõcupiuit, secundo loco adulterauit, tandem tertio homicida fuit. Petrus etiam primo simpliciter negauit Christum, secundo addidit iuramẽtum, & anathematizauit. Sic etiam Iudas primo fur erat, & loculos habebat, vt ait Ioãnes, deinde murmurator, & detractor, deinde dominum suum vendidit: postremò seipsum suspendit. Ne obsecro in peccatis detineris, quia tantas eorum farcinas assumis,

2.Reg.11. Marc.14. Ioan.12.

Matth.27.

vt oneri sit tibi succũbendum. Vnde regius & diuinus psaltes, Iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Tantum temporis peccatis hærebis, vt in profundum malorum deuenias. Vnde Daniel seni iniquo dixit. Nunc venerunt peccata tua quæ operaris priùs super te, iudicans iudicia iniusta. Ex vno in aliud deuenitur peccatũ, & vnũ peccatum aliud impellit, & nullum finem, nec terminum hoc genus mali haberet, nisi diuina misericordia nostris peccatis imponat finẽ. Quemadmodum lapide proiecto in aquas excitatur fluctus, qui simul vt oritur, alterum secum excitat, & ille alterum quousque in magnum & penè infinitum numerum fluctus perueniant, nisi scopulũ aliquod fluctibus obsistat, ne fluctus vltra progrediantur: sic ex vno peccato cõmisso aliud oritur, & ex illo aliud, vt fluct⁹ ex fluctu: ibitq; hæc fluctuatio in immẽsum, nisi diuina misericordia his peccatorum fluctibus resistat. Hinc propheta Oseas peccata Israelitici populi narrans inquit. Maledictum mendacium, periurium, &c. sanguis sanguinem tetigit. Tunc sanguis sanguinẽ tangit: cum peccatum vnum ad peccatum aliud impellit. Ligatura Sansonis semper de malo in deterius procedebat, nam priùs fuit ligatus decem neruiceis funibus, secundò nouis funibus, tandem vltimò clauo in terram defixo fuit ligatus à crinibus. Sic peccator de vno in aliud peccatum tendens, semper eius status deterioris fit conditionis, & fortius ligatur à dæmone ligamentis & funibus peccatorum, ita vt mentis tenebris obcæcatus in circuitu diabolo seruiat. Quapropter Dominus per Matthæum malos cõtulit cum hœdis, quia hœdus semper procedit de malo in peius: nam quanto magis hœdus adolescit, tanto pejor fit ad manducandum: ita vt quando ad maturam ætatem peruenit comedi à nemine possit. Sic mali semper in peius prosunt: quousque in profundum malorum deueniunt. Ideo cauendum est diligenter à prioribus peccatis: nam licet parua tibi in principio videantur, paulatim, & sensim in grauissima incides, & in profundum malorũ. Ideo Ecclesiasticus ait. Tanquam à facie colubri fuge peccatum. Videbitur forsan tibi parum commendasse fugam peccati: siquidem nõ dixit, fuge peccatum tanquã ab vnguibus leonis, aut tanquã à tygridis dẽtibus,

Psal. *Dan.xiij.14.* *Osee.4.* *Iud.* *Esai.5.* *Psalm.41.* *Matth.7.*

bus, aut tanquam à facie draconis, nam colubri parum veneni habet, nec ab illo fugiũt nisi pueri. Per colubrum qui inter animalia venenosa minus veneni habet, intelligit hîc Ecclesiasticus paruum peccatum, à quo fugere debes. Quare? Quia Esaias dicit, quòd ex radice colubri egredietur regulus, Basiliscus inter reliqua animalia venenosissimum est, & adeò malus est vt solo intuitu homines interficiat, atq; ita per illud intelligitur grauissimum omniũ peccatum. Fuge igitur à paruis & prioribus peccatis, ne forte oculis Basilisci interficiaris, siquidẽ ex paruis peccatis grauissima oriuntur. In Ægyptum misit Dñs Cynifes, qui musculę sunt paruæ. At postea magnas muscas misit. Vt inde intelligas post parua mala grauiora subsequi. Quod si à prioribus non caueris, in maiora incides. Vnde Ecclesiasticus, Qui spernit modica, paulatim decidet. Nam qui consueuit minora damna contemnere, maiora non sentit, & tanto minus graiores culpas timet, quanto in minimis nihil sentiebat. Beatus Paulus ne Corinthij in grauia mala præcipitarentur, quia parua contemnebant, ait eis. Sedit populus manducare, & bibere: & surrexerunt ludere. Quia immodico cibo & potu sunt vsi, in idololatriam abierunt. Malum paruũ time, nam qui inimicum contemnit, ab eo plerũque interficitur. Vnde Esaias. Væ qui trahitis in funiculis vanitatis iniquitatem. Meritò iniquitas in funiculis vanitatis trahitur, quia peccata peccatis connectuntur. Abyssus abyssum inuocat, & vnum peccatũ aliud trahit, & parua scintilla montem incendit, & ex paruis occasionibus maxima mala nascuntur. Solet enim fieri si locum prauæ cogitationi in tuo corde dederis, vel iocosæ cõfabulationi, paulatim ad iurgia & inimicitias peruenitur, & multoties ad mortem & interitum. Herodes denique multa mala fecit, & vxorem fratri suo abstulit, & super omnia hæc dicit Euangelista, quòd adiecit adhæc. Et quid adiecit ad mala pristina? *Et inclusit Ioannem in carcerem.* Scelera sua omnia hoc vno absoluit, comprehendens sanctiorem virum, & iustiorem quo neminem in terris reperires, præter Christum & sanctissimam ipsius matrem. Non colligũt de spinis vuas, nec de tribulis ficus, nec à simili homine sceleratissimo aliud melius sperari poterat. Quomodocunque malum tractaueris, semper deteriorem partẽ repor-

tabis, nec bonus & iustus ab impio, & obstinato peccatore alia maiora beneficia sibi cõparauit. Ideo Esaias ait. Ne formides à duabus caudis titionum fumigantium. Malitionibus comparantur. Caudas appellat extremitates torrium, in quibus est ignis. Vide quòd qui peccatores sunt, & principes superbi, ac tyranni titionibus similes sunt nõ lucentibus, sed fumigantibus. Econtra boni lucentes, lux mundi sunt, sed iniquus torris est nullum splendorem emittens, sed cõburens, exulcerans, fumigans, oculos grauans, & ad lachrymas prouocans, nigredinem efficiens, & totam congregationem hominum dissipans. Et dicit, ex vtraq; parte fumigans: quoniam ex nulla parte eum accipies, quin cõburaris. Si eum mones & corripis, persequitur te, si laudas & adulationibus fallis, te ipsum perdis. Nullum est his medium, nec aliquid maioris emolumenti ab eis capies, quàm id, quod Ioannes Baptista. In deserto feræ, nec animantia bruta in nihilo virum sanctum lædebant. At hic inferni torris nullum habuit suæ sanctitati respectum, nec mirabili eius doctrinæ, sed tanquam latronem, aut homicidã in carcerem illum coniecit. Ex qua doctrina prospicere attente debes, quæ viscera charitatis & benignitatis Deus habeat, tam erga pios & sanctos, quàm erga iniquos & prauos peccatores. Nam Ioannes præcursor Domini, vox verbi, angelus missus ante faciẽ suam, in carcerẽ conijcitur: & quod magis est propterrem ridiculã caput amputauerũt. Herodes filius perditionis studet delicijs, & lætatur. Quis iudicabit bonis benè esse, malis autem male, cum cõtrarium prorsus videatur? Hinc igitur impij accipiunt occasionem ac in sua malitia roborantur, sicut olim Israelitæ dicẽtes. Bene nobis erat cum seruiremus militiæ cæli, ideò nõ audiemus vocem tuã. Item illud. Recede à nobis. Quid enim prodest nobis si adorauerimus eum? Itemque illud Malachiæ. Vanus est qui seruit Deo. Verùm non te moueant hæc. Certum est enim Deum odire peccatores, etiam si omnibus mundi bonis perfruantur, & econtrà diligit bonos, etiã si omnib⁹ malis eos subijciat. Hic necesse est, vt rem hanc oculi fidei attentissimè introspiciant. Sed vt clarè hoc appareat Ioãnem cum Herode cõferamus. Dic igitur cui eorũ melius erat: Herodi an Ioanni? Profecto si rem bene inspicis, Ioanni etiam in carcere vincto. Ioannes quanuis

Esai.7. *Hierem.44* *Iob.21.* *Malach.3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vinctus ſecurus erat, nec regem timebat. At Herodes licet liber eſſet Ioãnẽ timebat. Itẽ Herodes diuitias habebat, ſed non ſatietatem: tamen Ioannes nihil horum poſsidens contentus erat, nihil ampliùs quærens. Solet enim Deus alijs tribuere dona, alijs fru-
Iob. 27. ctum donorum. Vnde Iob. Si comportauerit impius quaſi puluerem argentum ipſe congregabit, ſed innocenti diuidetur. Dein de quid mali fecit Herodes? Coniecit illum in carcerem. At Ioanni totus mundus carcer erat. Coniecit in tenebras, cui priùs exoſa erat externa illa lux. Abſtulit vitam, ſed hanc ipſe deſpiciebat, & mundo mortuus erat, cupiens diſſolui, & eſſe cum Chriſto.
Philipp. 1. Tertiò, Quis eorum fortior fuit? Vtique Ioannes. Vinxit illum Herodes, ſed nõ potuit ligare linguã, abſtulit vitam, ſed nõ potuit auferre iuſtitiam, fidem, nec Deum ipſum. Quartò, Quis eorum nunc meliùs habet? Ioannes certè, nec eum ſequuta eſt ſemper aduerſitas, nec Herodem proſperitas. Ioãnes modico tẽpore tribulatus, quieſcit in æternum: Herodes modico tempore gauiſus, triſtatur in æternum. Etenim impius cùm moritur, non ſecum rapit opes. Nihil
Pſalm. 75. hinc auferre licet niſi quod iuſtitia, aut pecato rapitur. Pius in gratia diſcedẽs, omnia Chriſti bona ſecum rapit. Abundè igitur diues eſt, qui cum Chriſto pauper eſt, nec penuriam timere poteſt. Sed impius cum ſuo peccato omnia diaboli mala ſecum affert, & ſic omnium miſerrimus eſt. Vides ergo quã aptè dictum ſit quòd impijs non benè ſit, nec pijs malè in hac vita, hoc autem ratio non cognoſcit. ¶ Herodes timebat Ioãnem
Marc. 5. (vt Marcus ait) at Ioannes nõ timebat Herodem. Dignum equidem conſideratione eſt quantum mali bonos timeant. Nulla eſt columba, quæ ſic adeo accipitrẽ pertimeſcat, nec ouis, aut agnus lupum, vt iniquus, & peccator iuſtũ. Videtur enim bonos dominiũ quoddam & imperium habere ſuper malos, quod quidem quotidie experimento videmus. Decreuit Ionathas & ſocius
1. Reg. 14. eius inimicos inuadere, & vt in caſtra vbi inimici erant tranſirent, aſcendit per ſcopulos: at cùm caput erexit, & cùm Philiſtæi Dei inimici faciem Ionathæ viderunt (vt inquit ſcriptura) ſolo illius aſpectu fere mortui ſunt. Videntes faciem Ionathæ alij cadebant ante pedes eius, &c. Etenim rectè nouerunt mali quantũ valeant, & poſsint boni coram Deo, ita vt ſi ignem petant à cælo deſcendere aduerſus eos, ſtatim Dñs concedet, vt fecit Helias. Quòd ſi petierint vt terra aperiatur, & malos deuoret, vtique faciet Dñs. Vt conceſsit Moſi, vt deuoraret Dathan & Abyron. At ſi pluuias petunt, de cælo deſcẽdent: ſi autem ſterilitatem ob noſtra peccata, id etiã fiet. Sic timebat Saul Dauidem, & Herodes Ioãnem, licèt in vinculis eſſet cõiectus. ¶ Iam igitur vides quo modo boni etiam ſi pauperes, & egeni ſint, & omni deſtituti auxilio, nihilominus fœliciores, & beatiores ſunt, quã impij. Nunc autem operæ erit pretium, vt Ioannis honorem in carcere retenti reſtauremus. Nam ſi tu videres quòd mandato regio aliquis homo, qui ab omnibus iuſtus, & ſanctus iudicabatur, in carcerem detruditur, nonne ſcãdalizaberis? Semper pro iuſtitia benè præſumendum eſt, dum autem nobis non contrarium conſtiterit, ſemper iuſtitiam benefacere, iudicandum eſt. Aſpice igitur nunc beatum Baptiſtã in carcere deuinctum, & ipſius famam, & honorem magnum detrimentum pati. Opus igitur eſt, ſiquidem iniuſtè, & immeritò iniuriã patitur, & in carcere deuincitur, vt innocẽtiam ſuam, & ſyn ceritatem probet. Ioannes igitur ſeptem teſtes pro partibus ſuis adducit, & his probat rectum, & iuſtum eſſe, & contra omne ius in carcere detineri. Primus teſtis venit præſentandus pro innocentia Baptiſtæ Prophe ta Malachias, qui dicit de Ioanne Baptiſta. *Matth.* Ecce ego mitto angelum meum, qui, &c. Tãta eſt huius nominis puritas, & innocentia, vt meritò cum angelis conferatur. Secũdus & non contemnendus teſtis eſt regius propheta, qui conſiderans Ioannis ſanctitatem in Pſalmo dixit. Iuſtitia ante eum ambulabit, & ponet in via greſſus ſuos. Tertius accedat teſtis, qui dicat. Erit magnus coram Domino. Quartus Zacharias pater eius, qui repletus Spiritu ſancto filio dixit. Tu puer propheta altiſsimi vocaberis. Quintus & non minoris authoritatis teſtis eſt vox populi, qui dicebat. Manus Domini erat cum illo. Sextus ipſa veritas Chriſtus Redemptor noſter qui ait. Inter natos mulierũ non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Septimus accedat teſtis ipſemet Herodes inimicus, & perſequutor Ioannis, nullũ quippe maius eſt ſignũ veritatis, niſi quod à proprijs inimicis profertur. Herodes inimicus Ioannis, iuſtitiæ, & veritatis, de ipſa veritate teſtimonium perhibet, nam de illo ait

Marcus. Herodes metuebat Ioannem, ſciebat enim illũ virũ iuſtũ & ſanctum. Et Herodes dixit etiam de Ioanne. Virtutes operantur in eo. His teſtimonijs Ioãnis ſanctitas probabatur, & quòd iniuſtè ab Herode ſit in carcere detentus. Et cùm ita hæc ſe habeant, nihilominus Herodes Ioannẽ, quem ſciebat iuſtum eſſe in carcerem dedecit, & decollauit, quia eum de peccato arguebat. Sed his dimiſsis vt ad alia properemus, hîc obſeruandum eſt, quòd multa de Ioanne Baptiſta ſcripſerunt Euangeliſtæ, & plura quàm de virgine Maria. Nam licet de virgine, vt in ſuperioribus vidimus, multa dicat noſter Lucas, Marcus tamen nihil omnino dicit, Matthæus verò, & Ioannes pauciſsima. De Ioanne tamen omnes quatuor Euangeliſtæ multa dixerunt. Scripſerunt nanq; conceptionem, natiuitatem, vitam, prædicationem, mortem, & ſepulturam. Ratio eſt quia intentio Euangeliſtarum fuit narrare omnia geſta & dicta Chriſti, in quantum illa ſunt neceſſaria, vel vtilia ad noſtram ſalutem. Quia tamen interdum illa non poſſunt enarrari, niſi interponantur quædam pertinentia ad alios quatenus aliquo modo tangunt geſta Chriſti, oportet, vt de illis dicant. Nullius autẽ quãtumcunq; ſanctiſsimus ſit geſta deſcribuntur, niſi quatenus tangunt hiſtoriam Chriſti. Ideo de beata virgine quædam narrãtur, quædam vero ſubticentur, narratur quomodo Chriſtum concepit, & peperit. Cætera verò de beata virgine, vt aſſumptio eius ad cælos, & alia, quæ ad Chriſti hiſtoriam non pertinent, licet illa eſſent relatu digniſsima, nullus Euangeliſtarum retigit, quia erat eis alienum, & præter intentionem eorum. De Ioanne etiam eodem modo dicendum eſt, quòd de eo Euangeliſtæ aliquid dixerunt non propter ſanctitatem ſuam, ſed in quantum geſta eius pertinebant ad Chriſtum, & quia plura ſuorum geſtorum ad Chriſtum pertinebant, plura de eo ſcripſerunt Euangeliſtæ. Sed ſatis digreſsi ſumus, nunc autem ad contextum. *Factum eſt autem cum baptizaretur omnis populus.* Iã hîc clarè vides quomodo Euangeliſta non ſeruat ordinem hiſtoriæ. Nam clarum eſt quod id, quod de baptiſmo dicit non fuit poſt carcerem, & vincula Baptiſtæ, ſed anteà, quòd ſepè non ſolum Lucas, ſed etiam alij Euangeliſtæ facere ſolent, ducti ſpiritu diuino. Sic etiam D. Auguſtinus ſentire videtur, quod Iudas poſt Chriſti mortem laqueo ſe ſuſpẽderit, nam viſis miraculis quæ in Chriſti morte fiebant compunctus eſt, nam anteà non erant principes ſacerdotum in templo, vt daret illis pecunias, quia aſsiſtebant in Chriſti morte. Hoc autem Matthæus ſcribit ante Chriſti mortem. Ioãnes etiam Euã- *Matth. 27. Ioan. 11.*
geliſta ait ante Lazari ſuſcitationem Mariã vnxiſſe pedes Ieſu, quod accidit poſteà ante ſex dies paſchæ. In Geneſi quoque dixit *Geneſ. 37.*
Iacob Ioſeph filio ſuo. Nunquid ego, & mater tua adorabimus te ſuper terram? Cùm ergo tunc eſſet viua Rachael ſcriptura ante hoc in capite trigeſimo quinto ſcribit mortem Rachel, quæ poſtea fuit. Nam ſi cùm hæc dixit Iacob Ioſepho mortua eſſet Rachel, non eſſet Ioſeph filius ſenectutis, ſed Beniamin. Et etiam quod habetur, Exodi *Exod. 24.*
vigeſimo quarto. Et venit Moſes & narrauit populo, omnia verba ponenda ſunt in fine capitis præcedentis, ante initium capitis vigeſimi quarti. Nam poſt datas leges deſcẽdit Moſes de monte, vbi cum Domino fuerat. Plura alia ſcripturæ loca in medium ad ducere poſſem, niſi breuitati conſulerem. ¶ Sed his dimiſsis obſerua, quòd licet Lucas dicat, quòd omnis populus baptizabatur à Ioanne, dictio, omnis, non pro omnibus nullo dempto accipienda eſt, ſed pro maiori parte, nam certum eſt aliquos non fuiſſe à Ioanne baptizatos. Vniuerſales loquutiones in ſcriptura non ita vniuerſaliter, vt litera ſonat, accipiendæ ſunt, nec in rigore dialectico. Sic Eſaias. Videbit omnis caro, *Eſai. 4.*
quod os Domini loquutum eſt. Et Paulus *1. Cor. 9.*
ſe ſe omnibus omnia factum eſſe prædicat, vt omnes lucrifaceret. Atq; in alio loco ait, Omnes quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti, Dominus etiam, Omnes, qui ante me fuerunt fures fuerunt, & latrones. Nũ *Philipp. 2. Ioan. 10.*
quid fur fuit Dauid, Eſaias, Hieremias, & Ioannes Baptiſta? Abſit. Loci iſti, & vniuerſales loquutiones non de omnibus, ſed de pluribus intelligẽdæ ſunt. Ex quo patet quàm debile ſit fundamentum eorum, qui probare volunt, beatam virginem conceptam in originali peccato ex illo Pauli. Omnes in Adam peccauerunt. Ex oppoſito contra ipſos adduci poteſt illud, quod *Rom. 5.*
Iacobus ait, Omnes in multis deficimus. Vbi Iacobus de peccatis actualibus loquitur, quia pluraliter loquitur, peccatum tamen originale vnum in vno quoque tantum eſt. Si ergo omnes nullo excepto in- *Iacob. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

telligendum est quod in multis delinquimus concedere tenentur authoritate Iacobi conuicti, quòd beata Virgo habuerit multa peccata actualia. Et si dicant quòd Iacobi dictum interpretandum est excepta Deipara virgine, cur etiam & authoritas Pauli sic interpretanda non erit? Igitur Iacobus, & omnes authoritates quas citauimus excepta Pauli authoritate, quæ omnes includit dempta virgine intelligendæ sunt, vt in plurimum, nam multi excipiuntur ab illa generalitate. Iste etiam modus loquendi frequens, & vsitatus est apud nos. Nam si plures sequuntur aliquem egregium concionatorem dicere solemus. Omnes sequuntur illum, scilicet, maxima populi pars. Sic etiam omnis populus baptizabatur à Ioanne, ideſt, maxima populi multitudo, & maior populi pars veniebat ad Ioannem & baptizabatur ab eo. *Et Iesu baptizato*. Expende Christi bonitatem, & humilitatem, nam Ioannes peccatores baptizabat, & prædicabat illis pœnitentiam, & Christus acsi peccator esset, inter multitudinem peccatorum baptizari voluit à Ioanne. In circunciſione tanquam peccator circuncidi voluit, sed illam humilitatem coram paucis ostendit. Verum hic coram multitudine populorum tanquam si peccator esset nudari, & baptizari voluit à seruo. Mercator vbi lucri spes affulget currit celeriter, & nihil intentatum relinquit, quòd citiùs vadat. Ita Christus vbi humilitatem assequi poterat, accelerat, & properat, vt hanc sibi sponsam copularet. Atque ita inter peccatores constitui voluit, vt vnus eorum, qui rex erat ecclesiæ. Voluit itaq; Dominus baptizari vt exemplum humilitatis præberet. Item non, vt sanctificaretur ab aquis: sed vt vim regeneratiuam aquis conferret. Item, vt innotesceret Ioanni determinatè: nam quanuis sciret Ioannes Christum in mundo esse, tamen quia ab infantia illum non viderat, nesciebat quis esset, nam cùm plurimi anni transacti essent faciem mutauerat. Atque ideo posteà dixit. Ego nesciebam eum, sed qui misit me baptizare, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Venit itaque Christus longo itinere à Galilæa, vsque in Iordanem vt baptizaretur, vt doceat nos qua humilitate, & reuerentia susceturi simus Ecclesiæ sacramenta, quandoquidem baptismum hunc qui futuri vmbra, & imago erat tanta humilitate Christus susceptit, & à longinquo veniens. Nunc autem omnes volunt sacrum domi celebrare, vbi ludunt, comedunt & bibunt. ¶ Quemadmodum Christus in baptismũ tendit, tu fac similiter. Nonne manifestissima esset insania, quòd vellet aliquis regem domum suam venire ad conuersandum? Tu teneris ad illum ire, ille autem ad te nequaquam tenetur. Nunc autem sacerdos iam est indutus sacris vestibus expectans te, vt à lecto surgas, & manus & faciem laues, nonne hoc est Deum ad te venire, vt te inuisat & alloquatur? Ita Christus in baptismum venit iter à longe faciens tanquam alius quiuis particularis homo, vt intelligas qua reuerentia ecclesiæ sacramenta sint suscipienda. Ex ea autem humilitate qua baptismum suscipit, discere debes, quomodo in ecclesia debeas esse. Nunc autem maximè deplorandum est, quanta irreuerentia multi sint in ecclesia, magnas sedes secum ferunt, puluinos, & alia id genus superflua, & vana. Aspice igitur Christum quomodo inter alios peccatores baptismum suscipit, tu verò sacramentum inter alios non vis accipere, sed quia nobilis es (& insanus, & amens potiùs quàm nobilis) solus Eucharistiæ sacramentum vis suscipere, quasi videatur tuæ authoritati aliquid derogari, si cum alijs accedas ad tantum, & tam ineffabile sacramentum. ¶ Aduerte autem quòd quemadmodum duo fortes, & ad pugnam structissimi homines ex auditis solum & fama se cognoscunt, desiderant tamen facie ad faciem se ipsos videre, & suarum virium in congressu aliquo experimentum facere, ita duo hi potentissimi homines Christus & beatus Ioannes de humilitate in hoc baptismo quasi certant, quis eorum humilior appareat. Ioannes ait. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Et rursus ait. Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti. Sed Christus. Vis ne mecum de humilitate certare? Adi id quod dicis, tu venis ad me, dico quòd ego veniam, vt quæram te, & manum eam quam dicis non esse dignam soluere corrigiam calceamentorum meorum super caput meum ponam in baptismo, &c. *Et ora-*

Ioan. 1.

te. Nullam Christus habebat necessitatem, vt oraret, sed vt exemplum præberet, & simul doceret orationem nobis esse faciendã post ablutionem peccatorum, & in statu gratiæ & non in peccatis, in quo statu nullum opus meritorium vitæ æternæ fieri potest. Etenim habetur in Esaia Dominum dixisse. Cùm multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Et adiecit. Lauamini, mundi estote, auferte malum, &c. Secundò orat Christus, vt scias post baptismum esse hominibus orandum, vt introeant cælum. Quia licet per baptismũ aperiatur cælum. & detur nobis gratia, & remittantur peccata, manet tamẽ fomes peccati nobiscum pugnans interius, & mundus & dæmones, qui exteriùs apertissimum bellum aduersus nos gerunt, contra quos antidotus saluberrimus, & necessarius est oratio. Sic beatus Petrus admonet dicens. Sobrij estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens, &c. Ideoque vigilate in orationibus. Nam vt Paulus ait. Non est nobis colluctatio aduersus carnẽm, & sanguinẽ, sed aduersus principes, & potestates tenebrarum harum. Sciendum autem est, ante quam vltra progrediamur, formam baptismi Ioannis esse in nomine venturi, scilicet, Iesu Christi, vt in Actis Apostolorum habetur, sed hæc forma non erat Christo conueniens, ideoque incertum est sub qua forma illum baptizauerit. Cum baptizaretur tamen, & oraret, ait noster Lucas, quod. *Apertum est cælum*. Non realiter, sed secundum apparentiam: sicut alibi dicitur de tempore diei iudicij quòd stellæ de cælo cadent. Oportebat enim, vt secundum intellectum simplicium, quibus scriptura suas loquutiones accommodat, vt posſint intelligere, vt exiret columba illa, & crederetur illa vox de cælo venire, vt diceretur cælum apertum fuisse. Ideo sæpè in scriptura dicitur Deum habere pedes, & manus: cùm nihil horum habeat. Et iste modus de apertione cæli est satis vulgatus in scriptura. Sic in Genesi dicitur. Cataractæ cæli apertæ sunt, & facta est pluuia magna. Et in Deuteronomio. Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cælum, vt tribuat pluuiam terræ tempore suo. In quarto quoque volumine Regum scriptum est quòd cùm diceret Eliseus sequẽti die futuram esse abundantiam panis in Samaria, respondit quidam. Si Dominus fecerit cataractas in cælo, nõ esse po-

Esai. 1.

1. Petr. 5.

Ephes. 6.

Actor. 17.

Psalm. 109.

Genes. 7.

Deut. 28.

4. Reg. 7.

terit quod loqueris. Sed ista visio de apertione cæli fuit corporaliter, licet non aperirentur cæli realiter, tamen videbantur hominibus quòd aperirentur realiter propter aliquem motum, vel figuram factam in nubibus. Nam naturaliter & sæpè hoc fit, & vocantur tales impressiones hiatus. Hanc autem apertionem non solum Christus, sed omnes, qui illic aderant, quando Christus baptizatus est, viderunt: nam alias frustrà cæli aperirentur, quia apertio facta fuit, vt illic astantes aliquid noui possent cognoscere. Voluit tamen Deus vt in baptismo cæli aperirentur, primò vt ostẽderet, quòd virtus cœlestis descendebat de cælo ad baptismum sanctificandum, & super quemcunque baptizatum. Secundò, quia in baptismo profitemur fidem, & baptismus fidei sacramentum dicitur: per fidem autem inspicimus cœlestia, quæ sensum & rationem humanam excedunt. Ideoque cælum apertum est, quia in baptismo fides nobis datur, per quã cœlestia cognoscimus, quæ sine fide per humanam rationem cognosci non poterant. Tertiò quia per baptismum datur nobis introitus ad regnum cœleste, quod per baptismum clausum fuerat. Præterea quemadmodum primi hominis superbia cælum clausit, sic Christi humilitas illud aperuit, & aditum ad id nobis patefecit. ¶ Obserua etiam quòd hic cælum aperiri dicitur, non tamen in Christi passione, in qua apertum fuit cælum & tenebris obscuratum: cùm reuera in Christi passione omnibus nobis apertum sit & latroni patuit, & ei Christus dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Tunc enim ita fuit apertum, & anteà sic erat clausum, vt neque Ioanni baptistæ ad illud ingressus esset. Multo melius in passione cæli aperiendi erant, quàm in baptismo. Sed audi. Quantum fuit ex merito Christi tunc in baptismo cæli patuerũt: tantum enim fuit meritum illud, & tãta humilitas in hoc baptismo, vt vix pater potuerit se cohibere, quin cælos aperiret Christo se aquis immergente. Sed in die crucis cæli non monstrantur aperti, quia dies illa fuit dies iræ, dies vltionis Domini, qua vindictam sumpsit de peccatis nostris in filio suo. Ita in Esaia, dies vltionis, dies redemptionis dicitur. Item in cruce corpus Christi, quod quidẽ præstantius erat cælo rũpitur, & aperitur: idcò ne quæras alterius cæli apertionẽ. Vbi maiora aperiũtur, nõ est ne-

Luc. 23.

Esai. 63.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceſſe vt minora aperiantur. *Et deſcendit ſpiritus ſanctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum.* Ex quo patet quòd non fuit vera columba, quia ſpecies non accipitur hîc pro natura ſpecifica, ſed pro ſimilitudine alicuius rei. Ex quo innuitur, quòd non erat illud corpus verum, quod oſtendebatur, ſed ſpecies illius, id eſt, ſimilitudo. Sicut non dicimus quod Chriſtus venit ad nos ſpecie corporea, ſed quòd venit in corpore. Sic ſi ſpiritus ſanctus apparuiſſet in vera columba, ſicut Chriſtus in vero corpore, non diceretur quòd deſcēdit in corporali ſpecie, ſed quòd deſcendit in corpore vel corporaliter. Etenim angelus aliquis aſſumpſit illam ſimilitudinem columbæ conflatam ex aëre, non deſcendens de cælo, ſed de aliqua parte altiſſima aëris, & mouit illam vſque ad Chriſtū: & ob hoc putabatur ex cælo deſcēdiſſe, quę peracto ſuo munere in eam abijt materiam, ex qua fuerat compoſita. Deus enim immutabilis, & incircunſcriptibilis non mouetur, neque deſcendit, dicitur tamen quòd ſpiritus ſanctus deſcendit, quia illa ſpecies colūbæ ſeu ſimilitudo ſpiritum ſanctum repræſentans verè deſcendit, ſignificando ſpiritū ſanctum deſcendere ſuper Chriſtum: qui tamen non deſcendebat, quia in Chriſto realiter erat. ¶ Obſerua autem quòd ſpiritus ſanctus ſuper apoſtolos in linguis igneis venit, quia venit illuminare apoſtolos, & purgare eorum peccata: ſed ſuper Chriſtum in columbæ ſpecie deſcendit, vt Chriſti innocentiam demonſtraret. In cuius rei typum ſcriptum habetur in Geneſi, q℞d columba poſt diluuium attulit virentis oliuæ ramū: per quam intelligitur innocentia manſuetudinis cum gratia vnctionis. Venit inquam ſpiritus ſanctus, non vt gratiam Chriſto daret, qui ad plenitudinem acceperat: ſed ad manifeſtandum dignitatem, excellentiam, & gloriam Chriſti. Et quia tunc magis peccatoribus ſe accommodabat, decuit eius innocentiam, & ſanctitatem oſtendit per columbæ deſcenſum. Præterea in columbę ſpecie ſpiritus ſanctus ſuper Chriſtum appare re voluit: quia non venit, vt peccata per zelum percuteret, ſed vt per manſuetudinem toleraret. Vnde ipſe Ioanni, & Iacobo volentibus Samaritanos incendere, dixit: Neſcitis cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis non venit animas perdere, ſed ſaluare. Rurſus hîc oſtenditur quales animas amat, qualeſque reddit ſpiritus ille cæleſtis. Nihil columba ſimplicius, aut à pugna raptuque alienius: tales amat, taleſque ſpiritus manſuetudines facit: hoc eſt modeſtos, mites, & manſuetos. &c. Denique vt concludam, columba non venit ad hominem, niſi cùm eſt ipſi homini familiaris, domeſtica, & amica. Ità venit ſpiritus ſanctus ad nos, vt familiaris, vt domeſticus, & vt amicus. O rem inauditam. Deus homini ſe familiarem præſtat, vt familiaris eſt columba, quæ ad hominis manus ſine vllo metu accedit. Credo certiſsi me hoc voluiſſe dominum per columbæ in ſe aduentum indicare, quòd ſpiritus ſanctus olim antiquis hominibus erat velut ferus, velut intractabilis: ſed per Chriſtum factus eſt hominibus amicus. Ita, vt ſicut inter domeſticas opes habent homines ſuas columbas: ita nunc homines inter domeſticas ſibi diuitias ſpiritum ſanctum habere ſe putent. O vere diuitem, qui Deū poſsidet. Et quidem columba fœcundiſsima eſt: non tamen ſibi, ſed domino ſuo parit. Ita ſpiritus ſanctus in nobis fœcundiſsimus eſt, quia fœcundos nos reddit: eam tamen fœcunditatem, non in ſuam, ſed in noſtram vult cedere vtilitatem. Ex quibus habes Chriſtiani hominis mores columbini ſunt, mites, atque fœcundi. Sed de his ſatis. *Et vox de cælo facta eſt.* Hæc vox non fuit formata à patre, nec ab aliqua diuina perſona: Deus etenim non poteſt aliquam vocem formare, quia Deus nihil poteſt facere cum ſucceſsione: formare tamen vocem fieri non poteſt niſi cum ſucceſsione, quia vox eſt quidam ſonus continuus, & quandiu durat iſte ſonus, oportet quòd vocans actualiter impellat, & frangat aërem ad formationem vocis, & ſic eſt actio cum ſucceſsione, quod quidem Deo non conuenit. Quapropter hęc vox formata fuit ab aliquo angelo: qui poteſt formare voces in corpore aſſumpto, vt patet de angelo Gabriele, qui verè loquutus eſt beatæ virgini Mariæ, & de multis alijs. Cōuenit autē hoc angelis, quia ipſi ſunt Dei miniſtri, vt pſalmiſta ait, & Paulus etiā ad Hebræos. Et quia ea, quę quis facit per miniſtrum ſuum, dicitur, quòd ipſe facit: ſic quia angelus formauit iſtam vocem loco patris, dicitur patrem loquutum fuiſſe. Sic in ſcriptura dicitur, quòd Salomon ædificauit templum dño, tamen ipſe nihil laboris contulit, ſed miniſtri eius. Qui modus loquendi frequens eſt, & vſitatus in ſcriptura, quia multoties dicitur quod Dominus fuit loquutus Abrahæ, & Iacob, & Moſi, & Dauid & alijs, & erat angelus qui loquebatur eis, vt beatus Stephanus dicit in Actis, & Paulus ad Galatas. Quia ille angelus loquebatur loco Dei, & vices illius gerebat in illo actu, dicitur quòd Deus loquebatur. Sic iſta vox formata fuit ab angelo in aere propinquo iuxta Chriſtum. Dicitur hæc vox facta de cælis, non q℞ de cælo venerit, ſed quia venit de aere. Aer enim in ſcriptura cælum dicitur, ſicut infrà noſter Lucas ait de ſemine illo, quod cecidit ſecus viam, quod volucres cæli comederunt. Sed quid hæc vox dixit, audiamus. *Tu es filius meus dilectus.* Conſubſtantialis, coæternus, naturalis, & vnicus. Dilectus (inquam) quia quatenus Deus, illum diligo amore infinito & æterno, ſicut me ipſum. Secundum verò humanitatem aſſumptam diligo eum magis quàm totum vniuerſum: quoniam maius bonum contuli illi ſoli, quā totis creaturis ſimul, nempè perſonalē vnionem cum verbo, & gratiam ſine menſura. *In te complacui mihi.* Id eſt, in quo voluntas mea implebitur quantum ad reparationem generis humani: propter quod Saluator ipſe ait. Quæ placita ſunt ei facio ſemper. Si enim lætatur Deus in operibus ſuis, & ſi bene placitum eſt Dño in populo ſuo, quantò magis in filio ſuo vnigenito delectabitur, & complacebit, in quo nihil diſſimilitudinis, nihil contrarietatis, nihil deniq; mali inuenitur? Demum ſecundum diuinitatem Chriſti complacet ſibi pater in filio complacentia infinita: ſecundum verò humanitatem aſſumptam habet in eo complacentiam ſingularem tanquam in filio obedientiſsimo. Hoc eſt, quod per Eſaiam pater loquitur Chriſto, dicens. Ecce puer meus ſuſcipiam eum, electus meus complacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum. Bonitas etiam diuini amoris notatur, cùm ait. In quo mihi complacui. Sunt enim ſæpè in nobis complacentiæ voluntatis non ſecundum rationem, ideoque non bonæ: Deus verò quodcunq; vult, illud eſt bonum, quippe eius volūtas omnimoda ratiōne abundat, & cuius ratio bona ſemper quærit. ¶ Perpēde autem quòd ſæpè in ſcriptura præteritum ponitur pro præſenti, vt hîc complacui, habetur pro complaceo. Et tolle filium tuum, quem dilexiſti, vt eſt in Hebræo, habetur pro diligis. Eſt etiam pulcherrimum exēplum in Ioanne cùm Chriſtus dixit Mariæ Magdalenæ. Noli me tangere, nōdum enim aſcendi ad patrem meū. Aſcendi pro aſcēdo ponitur. Hoc eſt, quadraginta dies apud vos commoraturus ſum, & ideo ne ſis in me tangendo occupata, ſed propera, curre, & annūncia diſcipulis meis, præcipuè Petro, me iam à mortuis ſurrexiſſe. Alioquin nunquam ſe tangi à Magdalena prohibuiſſet, qui libenter ſe poſtea tangi permiſit à Magdalena & alijs mulieribꝰ. Lege Ambroſiū. ¶ Porrò Matthæus dixit. Hic eſt filius meus dilectus, ſed Lucas ait, tu es filius meus dilectus. Ad eandem ſententiam explicandam valet. Vox etenim cœleſtis vnum horū dixit, ſed Matthæus oſtendere voluit, ad id valere verba, quæ dicta ſunt, vt illis potiùs, qui audiebant indicaretur, q℞ ipſe eſſet filius Dei. Nō enim Chriſto indicabatur, quòd ipſe iā recte nouerat, ſed vt qui aderant, audirent, propter quos facta eſt hæc vox. Præterea vox patris ſolum Chriſtum deſignat, & de illo dicit. Hic eſt filius meus dilectus, vt hoc veluti maximo teſtimonio & ſolatio confirmati, illi crederemus, neq; dubitaremus omnem noſtram ſpem in illo collocare. Obſerua quòd hæc vox patris & ſub his verbis in baptiſmo tantum, & in Chriſti transfiguratione audita eſt. In baptiſmo facta eſt ad ſignificādum, quòd in baptiſmo efficitur homo filius Dei adoptiuus. Adoptio autem filiorum Dei, quæ eſt per quandam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem fit per gratiā in hoc ſæculo, quæ eſt conformitas imperfecta, & per gloriā in alio ſæculo, quæ erit perfecta: Iuxta illud Ioānis. Nunc filij Dei ſumus, & nondū apparuit quid erimus. Scimus nanq; quòd cùm apparuerit ſimiles ei erimus, quoniam videbimus eum ſicuti eſt. Igitur quia gratiam conſequimur in baptiſmo, & in transfiguratione claritatem gloriæ: ideò tātum in baptiſmo & in transfiguratione demonſtratur Chriſti filiatio, & auditum eſt, hic eſt filius meus dilectus. ¶ Ad noſtram autem eruditionem hîc diligenter obſeruādū eſt, quòd Chriſtus in hoc baptiſmo vbi tantā oſtendit humilitatem, & rerū mundanarum contemptum, vocem patris audiuit, & Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ apparuit: ita vt à patre ſimul & Spiritu ſancto honoratus, & exaltatus fuerit. Vbi clarè & manifeſtè docemur, quòd ſi honoribus, & gloriæ ſtudemus, vt illos facilius aſſequamur,

Acto.2. *Gene.8.* *Luc.9.* *Exod.7.* *Galat.3.* *Luc.8.* *Ioan.7.* *Pſal.103.* *Eſai.42.* *Pſalm. Heb.1.* *Geneſ.22.* *3.Reg.6.* *2.Para.6.* *Ioan.20.* *Matth.28.* *Amb. li. de Abrahā. c.8* *Matth.17.* *1.Ioan.3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quamur, operæpretium est eos contemnere, & fugere. In hac tanta animi humilitate, & abiectione vox patris audita est dicens. Hic est filius meus dilectus. Ac si diceret. Hic nō est peccator, vt vos putatis: sed filius est Dei. Columba, quæ fine felle est, ostendit quòd hic humilis Iesus caret felle peccati. Vides iam quomodo per eam viā, quam accepit vt honorem contemneret, per eandem illum inuenit? Hoc idem Christus tonsequutus fuit in quocunque negotio & re suscepta in vita sua: nam vbicunque seipsum magis humiliauit, ibi maiorem gloriam fuit
Luc.1. adeptus. Nascitur in stabulo tuncque laudatur ab angelis, & canunt. Cùm tanquam peccator circunciditur, statim ibi imponitur illi nomen Iesus, hoc est saluator. Moritur in cruce tanquam sceleratus inter duos latrones, ibique gloriam suam Deus ostendit obscurans cælum, solem, & stellas, & Cēturio illū glorificauit, & magnificauit. Hic
Matt.27. autem cùm tanquam peccator baptizaretur, à patre filius Dei vocatur, & extollitur. Vt hinc discant omnes, qui membra Dei sunt hac via contemptus, & humilitatis incedere: vt inde immortale sibi nomem, & gloriam consequantur. *Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta*. Habebat viginti nouem annos, & tredecim dies, quia
Matth.2. sexta die Ianuarij in eadem die, qua Magi venerunt ab oriente adorare Christum baptizatus est à Ioanne in Iordanis flumine, Hæc enim est ætas perfecta, in qua homo probus vel improbus cognoscitur. Ideoq; filij Gerson non nisi ab annis triginta vsq; ad
Num.4. quadraginta numerabantur. Sed iā ad Christi genealogiā deueniamus. *Et putabatur filius Ioseph. qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit Leui,* Qui, scilicet, Ioseph fuit filius Heli, qui scilicet, Heli fuit filius Matthat, qui Matthat fuit filius Leui, & sic deinceps de omnibus alijs loquendum est vsq, in finem. Hic describit Lucas Christi genealogiam incipiens ab inferiori ad superiorem, scilicet, ab Ioseph & finem faciens in Deo patre. Sed antequā de hac genealogia discutiamus operæpretiū est scire, cur Luc. & Mat. etiam scribunt Christi genealogiam, cùm
1.Tim.1. Paulus cōtrariū doceat, ait enim Timotheo scribens. Rogaui te vt maneres Ephesi cùm irē in Macedoniā, vt denūciares quibusdā,
Tit.3. ne intenderent fabulis, & genealogijs. Tito etiā ait. Stultas autē quæstiones, & genealogias deuita: sunt enim inutiles, & vanæ. Si igitur hoc ità se habet, estq; vanitas & amentia de genere, & stirpe agere, quare euangelista noster ità serio genealogiā Christi narrat? Nulla est contradictio inter D. Lucam & Paulum: quandoquidem vterq; diuino afflatus spiritu scripserūt. Sed ad hæc respō detur, quòd inter Iudæos multę erāt quæstiones, & dissidia de genere & sanguine: alij nā que gloriabantur à Mose descendere, alij à Iosue: alij à Caleb, & super hac re magna erat disceptatio. Qua propter Paulus tantis dissidijs voluit esse impedimento. At verò opus erat facto, vt euangelista Christi genealogiam scriberet, vt ostenderet Iudæis, quòd Iesus erat Messias promissus in lege descendens ab Abraham, & à domo Dauid, nam aliter non illum, vt Messiam & Christum accepissent. Necessarium erat fidei nostræ: vt videremus hūc fuisse Christum promissum patribus veteris testamenti, & quòd secundum carnem futurus erat filius Dauid & Abraham. Ideoque aduerte, quòd cùm in Genesi Deus dixisset, subuersurum esse cunctum orbem aquis diluuij, nunquam pro hominibus Deum orauit Noë. At ve- *Gene.*
ro è contra Moses cùm dixisset illi dominus, populum Israëliticum velle subuertere, magnis precibus, & orationibus ad Deū factis pro populo rogauit dicens. Parce po *Exod.*
pulo, aut dele me de libro vitæ. Quare igitur Moses Deum orauit pro populo, & non Noë? maior namque fuit iactura tempore Noë, quandoquidem omne genus humanum obruebatur, exceptis octo hominibus. At tempore Mosi non nisi Israël perdebatur. Nihilominus orauit Moses, & non Noë, *Gene.*
nam tēpore Noë non erat promissio Christi facta, vt tempore Mosi. Promiserat dominus Abrahæ ex generatione sua venturum Christum: videbat autem Moses in illo populo esse omnē generationē Abrahæ, ex qua nasciturus erat Christus: at si ille populus destrueretur, diuina promissio non adimpleretur, quod quidem incouenientes erat, & vt malum hoc vitaret, orabat Moses tāta instantia, hoc promissum in memoriam repetens dicens. Recordare Abrahā, Isaac, Israël seruorum tuorum, quibus iurasti per temetipsum dicēs. Multiplicabo, &c. Hat igitur de causa cū deceret vt dñs verbum suum adimpleret, tanta cura & diligentia hanc genealogiam scribit, vt ostendat Deum veracem esse in promissionibus suis: & Christum esse filium Abraham, & Dauid, & reliquorum patrum, quibus factum fuit promissum. Sed iam Christi genealogiam consideremus. ¶ Tota genealogia computato Christo, & Deo continet septuaginta sex personas secundum generationes quinque ætatum ordine inuerso procedendo. Quintæ ætatis finis est Christus, & primus Salatiel post transmigrationem Babylonis. Generationis quartæ ætatis finis est Salatiel in transmigratione Babylonis, & principium Dauid. Generationis tertiæ ætatis finis est Dauid, principium tamē Abrahā. Generationis secundę ætatis finis est Abraham, & principium Noe. Generationis primæ ætatis finis est Noe, & principiū Adā. Christi autem genealogiam duo Euangelistæ scripserunt, Matthæus videlicet & Lucas. Matthæus enim ad eos, qui ex circuncisione erant scribens nō altiùs quā ad Abraham genealogiam duxit, sed hoc principio sumpto vsque ad Christū descendens, ostēdit solum quòd ex semine Abrahæ & Dauid natus esset secundum promissa ad illos facta. Nihil enim æquè eos delectabat, qui ex Iudæis crediderant, atq; audire quòd ex semine Abrahæ & Dauid natus esset Christus. Lucas verò perfectam tradit generationem incipiens à Christo, & vsque ad Adā ascendens, vt demōstraret quod generationibus separatus sit nouus Adam à veteri: & super quot generationes dominium habuerit peccatum. Differentia igitur rerum demonstratarum differentiam fecit demonstrantium. Siquidem Matthæus necessariò faciens mentionem Abrahæ, ab hoc meritò descēdit ad Christum, cuius genealogia describitur. Lucas verò, qui ad huiusmodi necessitatem mentionis Abrahæ faciendæ nō inducebatur necessariò, à Christo inchoans quid apud Hebræos consuetum esset diligenter exquisiuit, & iuxta id quod exquisierat, genealogiam contexuit. Matthæus scripsit Hebræis, quorum affectibus sciebat fore gratisimum, si perspexissent Christum esse filium Abrahæ & Dauid. Lucas autem, quia gentibus scripsit ab Adam vsque ad Christum protendit genealogiæ seriem, vt intelligas Christi gratiam non ad Iudæos solum, sed ad vniuersum mortaliū genus peruenisse. ¶ Præterea Matthæus descendendo, & Lucas ascendendo narrant Christi genealogiam, quia natura est principium propagandi, & gratia reducendi. Matthæus ab exordio incipit, & Lucas ab anno trigesimo, quia ille tractat de exordio nascendi, hic verò reconciliandi. Matthæus à principio, Lucas à Baptismo, quia ille generationem, hic verò regenerationē, præcipuè attendit. Matthæus vsque ad Abraham, & Lucas vsque ad Deum describit, quia ille naturam scribit, iste gratiam, quæ filios sanctificat. Tractat igitur Matthæus de Christi generatione prout descendit ad nos: Lucas tamen de Christi generatione quodammodo speciali, prout per eam ad Deum ascendimus. Ideo incipit post Christi baptismum, quia in baptismo spiritualiter regeneramur, talis autem regeneratio fit per gratiam ascendendo. Ideo Matthæus ponit aliquas mulieres, vt Thamar, Ruth, Bethsabee, Raab, quia carnalem Christi ad nos descēsum determinat, in quo mulieres concurrunt. Lucas autem nullam mulierem describit, quia de generatione tractat, per quam ad Deum ascendimus: quē ascēsum mulieres impediunt, potius quam iuuant. ¶ Deinde aduertendum, quòd in hac genealogia non ponuntur primogeniti Adam, Abraham, Isaac, & Iacob, sed secundo geniti Abrahæ & Isaac, quia Israel reprobandus erat, quia erat primogenitus. Vnde Dominus dixit Mosi in Madiā, *Exod. 4.* vt diceret Pharaoni. Hæc dicit Dñs. Filius meus primogenitus Israel, fuit populus Iudaicus adumbratus in Caino, Ismaele, & Esau primogenitis. Gentilicus verò in Abraham, Isaac & Iacob secundo genitis. Reprobandus erat Israel in sua perfidia manens, Gentilis verò eligēdus. Quot quot *Ioan.2.*
autem receperunt eum, dedit eis potestatē filios Dei fieri. Ideò Isaac dixit primogenito Esau. Fratri tuo seruies. Futurū erat, vt *Genes. 27.*
populus Israel primogenitus seruiret Gentilico, vt nunc videmus. Sed de his hactenus. ¶ Igitur omnibus his omissis, vt hęc genealogia integrè & perfectè cognosci & capi possit, sub breui epilogo eam describere placuit in tui gratiam, & claritatem, & in Euangelistarum concordiam. Prius ergo secundum Lucam ab Adam, vsq; ad Abraham singulas generationes scribemus, in quibus nulla, vel parua difficultas inuenitur, vt in subiecto indice patebit.

¶ DEVS

¶	DEVS creauit Adam.	Genes.1.
1	Adam genuit Seth.	
2	Seth genuit Enos.	
3	Enos genuit Cainam.	
4	Cainam genuit Malaleel.	
5	Malaleel genuit Iared.	
6	Iared genuit Enoch.	
7	Enoch genuit Mathusalem.	Genes.5.&.1.Paralyp.1.
8	Mathusalem genuit Lamech.	
9	Lamech genuit Noe.	
10	Noe genuit Sem.	
11	Sem genuit Arphaxad.	Genes.1.&.1.Paralyp.1.
12	Arphaxad genuit Sale.	
13	Sale, qui fuit Cainam genuit Heber.	
14	Heber genuit Phalech.	
15	Phalech genuit Rheu, vel Ragau.	
16	Rheu genuit Saruch.	
17	Saruch genuit Nacor.	
18	Nacor genuit Thare.	
19	Thare genuit Abraham.	Genes. 11. &.1. Paralyp. 1.

Secundum Lucam, & Matthæum simul sequentes generationes vsque ad Dauid inclusiuè nullam dissonantiam prætendunt

20	Abraham genuit Isaac.	
21	Isaac genuit Iacob.	
22	Iacob genuit Iudam.	
23	Iudas genuit Phares.	
24	Phares genuit Esron.	
25	Esron genuit Aram.	
26	Aram genuit Aminadab.	Ruth.4. & Paralyp. 2.
27	Aminadab genuit Naasson.	
28	Naason genuit Salmon.	
29	Salmon genuit Booz.	
30	Booz genuit Obeth.	
31	Obeth genuit Iesse.	
32	Iesse, siue Isai genuit Dauid.	
33	Dauid rex genuit Nathan & Salomonem ex Bethsabet vtrunque.	

Hic enim Nathan, ex cuius linea sequitur Lucas genealogiam, diuertens Lucas à Matthæo, multi putauerunt fuisse illum sanctum prophetam Nathan, quem ob sanctitatem adoptauit Dauid in filium, quod falsissimum est. Nam Nathan filius fuit legitimus Dauid, & frater Salomonis ex eadem matre genitus, vt habetur in primo libro Paral. capit. 3. Ad huius Nathan posteritatem regnum pertinebat ex adiecto Dauid, quando Salomonis stirps defecisset, quod colligi potest ex. 3. Reg. cap. 4. vbi Nathã Ahisar institutus dicitur, hoc est, regiæ Stirpis instaurator. Nũc sequitur Lucas lineam Nathan, & Matthæus lineã Salomonis.

Regni

Regni successores.		Reges Iuda.
34 Nathan. 2. Regum. 15. & 1. Paralyp. 3.		Salomon. 2. Reg. 12. & 1. Paral. 3.
35 Mathat, qui & Ahiasar. 3. Regum. 4.		Roboam. 3. Reg. 14.
36 Menna.		Abias. 3. Reg. 15.
37 Melcha.	Ex Luca,	Asa. 3. Reg. 15.
38 Heliachin.	& Philone	Iosaphat. 3. Reg. 22.
39 Ionas.		Ioram. 4. Reg. 8.
40 Ioseph.		Ochozias, qui & Ioachaz. 2. Paral. 21. In hoc defecit linea Salomonis, & ideo Matthæus ad lineam Nathã diuertit cum Luca relinquens tres reges, scilicet, Ochoziam, Ioas, & Amasiam.
41 Iudas.		
Reges ex successione.		
42 Simeon qui & Ioas, & Heli. 4. Reg. 11.		
43 Leui qui & Amasias. 4. Reg. 14.		
44 Mathat, qui Azarias & Ozias. 4. Re. 15		
45 Iorim, qui & Ioathan. 4. Reg. 15.		
46 Eliezer, qui & Achaz. 4. Reg. 16.		
47 Iesus, qui & Ezechias. 4. Reg. 18.		
48 Her, qui & Manasses. 4. Reg. 21.		
49 Helmadam, qui & Amon. 4. Reg. 21.		Ex Luca, & Philone, & ex Matthæo.
50 Thosan, qui & Iosias. 4. Reg. 22.		
51 Addi, qui & Ioachaz. 4. Reg. 23.		
52 Melchi, qui & Ioacim, vel Eliacim. 4. Reg. 23.		
53 Neri, qui & Ioakim, Ieconias & Heli. 4. Reg. 24.		
54 Salatiel, qui & Mesezebeel. 1. Paral. 3. & Neemi. 3.		
55 Zorobabel, qui & Barachias genuit Rhesa & Abiud fratres, videlicet, Mosollã, & Ananiam. 1. Paral. 3. & Neemiæ. 3.		
Sequitur Lucas lineã Rhesa		**Sequitur Matthæus lineam Abiud.**
56 Rhesa, qui & Mosollam. 1. Paralyp. 3.		Abiud, qui & Ananias.
57 Ioannaben, Rhesa.		Eliachim.
58 Iudas cognomine Hyrcanus.		Azor.
59 Ioseph, vel Iosephus.		Sadoch.
60 Semei, qui Abner.	Ex Luca,	Achim. Ex Matthæo.
61 Mathathias, qui Helih.	& Philone	Eliud.
62 Maat, qui & Asar.		Eleazar.
63 Nage, vel Nagit, qui & Artaxat.		Mathan.
64 Helih, qui & Aggai.		Iacob.
65 Naum, qui & Moslot.		Ioseph vir Mariæ, de qua natus est Christus.
66 Amos, qui & Scirach.		
67 Mathathias, qui & Siloa.		
68 Ioseph, vel Iosephus Iunior, qui Arses.		
69 Ianne, qui & Iannæus, qui & secundus Hyrcanus.		
70 Melchi.		
71 Leui.		
72 Mathat.		
73 Heli, qui & Ioachim pater Mariæ.		Ex Luca, & Syrorum libris.
74 Maria virgo, mater Christi.		
75 Iesus Christus, filius eius.		

Universidad de Deusto
Biblioteca

LVcas ergo Euangelista prosequitur generationes omnes iuxta naturam procedentes directè secundùm lineam Nathan, & incepit à patre beatæ virginis, qui dictus est Heli & Ioachim, fuit enim binomius vt
Li. 2. quæst. euan. cap. 5. refert D. Augustinus. Philo etiam Iudæus ait, quòd apud Syrios Ioachim, Heli, & Eliachim, idem sunt. Euangelista noster Lucas proprium nomen accepit, quod fuit Heli, sed Ecclesia nomen eius vulgare, quod fuit Iehoachim siue Ioachim. Quia multi ex Hebræis fuerunt binomij, multi errauerũt: nam scripturæ consuetudo est (vt Hiero. an notat contra Heluidium) eundem hominẽ
Iudi. 6. diuersis nominibus nuncupare. Reguel socer Mosi & Ietro dicitur: Gedeon nullis causis prætermissis subito vocatur Ieroboal: pater quoq; Dauid Isai, Iesse, & Naas appellatur. Et etiam mons Tabor Ithabiricum dicitur: & Hermon Phœnices cognominant Senior, & Amorrhæus cognominat eũ Sanir. In nouo etiam testamento Petrus dicitur Simon & Cephas, & Iudas Zelotes in alio euãgelio Thaddæus dicitur, & sic illum vocauit Marcus: & Matthæus vocat illum Iebbæũ, & Lucas Iudam Iacobi. Certum est autem euangelistas non errasse in nominibus apostolorum: sed quia moris erat binis vel ternis nominibus vti apud Hebræos. In titulo etiam psalmi septimi inuenitur scriptum, Psalmus Dauid, quem cecinit domino pro verbis Chusi filij Gemini. Et in libris regũ legimus fuisse filium Arachi: duplex enim
2. Reg. 17. Matth. 1. Luc. 3. 1. Par. 2. nomen habuit pater Chusi. Aminadab etiã à Matthæo & Luca vocatur filius Aram: & in 1. Paralipomenon hic Aram pater Aminadab vocatur Ram. Sed de iis satis, nam huiusce modi innumerabilia exempla quisq; si studium & diligentiam adhibeat, ex scripturis poterit erogare. Et multi interpretantes scripturam allucinantur propter nominum varietatem, & æquiuocationem. Lege
Hier. in Exe. ca. 25. si placet D. Hiero. Hac de causa, quam plurimi, quia dicit Lucas de Ioseph, qui fuit Heli, dixerunt, quòd Iacob & Heli fuerunt fratres: mortuoq; Heli absq; liberis quòd Iacob frater eius, vt semen ac nomen eius susciteret (vt lex præceperat) eius vxorem duxit, ex qua ipsum Ioseph genuit: eam ob rẽ alterum secundum naturam, alterum secundum legem ei patrem fuisse dicunt. Sed certè nimium falluntur: quia Iacob & Heli licet ex eadem tribu fuerint, atque ex Dauidica stirpe prodierint, fratres tamen esse nõ potuerunt: cum alter per lineam Abiud, & alter per lineam Rhese descenderint à Zorobabel: ideoque valde distantes erant. Quapropter cùm hîc dicitur, fuit, intellige quod fuit filius: & in primo, fuit, & in vltimo non accipitur sicut in alijs. In vltimo fuit, scilicet qui fuit Dei, intellige qui fuit creatura Dei: & in primo cùm dicit, qui fuit Heli, intellige quod fuit gener Heli: quia scriptura generos consueuit filios nominare, vt in Gene si dicitur de Iacob iuxta Hebraicam veritatem. Surrexerunt omnes filij eius & omnes filiæ eius, vt consolarentur eum. Et translatio septuaginta interpretum sic habet. Venerunt omnes filij eius & filiæ, & cœperũt consolari eum: Iacob tamen Dinam vnicam filiam habuit: sed scriptura vxores filiorum, filias vocat. ¶ Aduerte etiam quod Lucas scribit generationem Christi naturalem per viam Nathan: Matthæus vero describit primò generationes secundum lineam Salomonis regis vsque ad eius extinctionẽ: qua deficiente posteà coactus est diuertere ad lineam Nathan, quia ex eo erant geniti regni successores. Ideoque Christus verissimum est, quòd descendit à Dauid, nam vt Paulus ait, factus est ei ex semine Dauid secundũ carnem, sed non fuit Christus filius Salomonis, (vt ego existimo) nam linea Salomonis defecit interfecto à Iehu Ochozia, & hoc fuit peccatis suis existentibus in causa. Sed ipse Christus processit ex Dauid per lineã Nathan filij Dauid legitimi, & fratris Salomonis. Nam interfecto Ochozia & cæsa Athalia successit in regnum Ioas, qui descendit ex linea Nathã. Siquidem orta lite inter filios Dauid quos ex Betsabee habuit, qui fuerunt quatuor scilicet Simma, Sobab, Nathan & Salomon, quis in regno præcederet, Dauid edicto statuit à iunioribus inchoari, & vt alter alteri succederet, quando posteritas naturalis deficeret. Itaque à Salomone minimo cœptum est, & à Nathan illi natu proximiore filio dicto Ahiasar & Mathat, & posteris eius Ahiafarim, atque Mathatim, ideſt, vt omnes dicerentur, & essent fratres principis, & donati tempore ad succedendum. Hinc vsque ad Iosaphat & Ochoziam posteritas Nathan semper dicta est Ahiasarim. Nam quos occidit Ioram posteros Nathan, quos pater in tribu Iuda præter decretum honoraũerat, filij Iosaphat fratres Ioram dicti sunt. Similiter infantes eorum, quos Ioram liberos quidem sed redditu vacuos in tribu

tribu Iuda reliquerat, dicti sunt fratres, & filiæ Ochoziæ: cum tamen Ochozias vnicus solus ex Ioram & Salomone superstes esset. Quo perempto omnem stirpem regiam Ahiasarim Athalia conata est delere, nisi prouidentia Iosabeth sororis Ochozię saluatus esset minim⁹ ex Ahiasarim infans Helih, qui & Ioas primus ex domo Dauid & posteritate Natham. Pro quo Mizmor. ideſt, psalmus à dextro & læuo choro decãtatus fuit, qui à septuaginta senioribus septuagesimus quartus positus est, & sub Ioiada institutus, ne disperderet Deus funditus domum Dauid, vbi finierat proles Salomonis. Ab isto Ioa atque deinceps in memorationem reges semper binomij & trinomij fuerunt. Nam iste primus dictus est Helih, Ioas, & Simeon: sicut Iesus dictus est Ezechias, & Her vocatus est Manasses. Igitur Matth. cũ Luca conuenit vsque ad Dauid: & tunc Matth. sequitur lineam Salomonis vsq; ad Ochoziã, & Lucas lineã Nathã, & post Ochoziã cõuenit Matthæus cum Luca vsque ad Zorobabel filium Salatiel, qui genuit duos filios, scilicet, Rhesa & Abiud. Tunc diuertit Matth. à Luca, & sequitur lineam Abiud, & Lucas lineã Rhesa. Ex Rhesa descendit virgo Maria, & ex Abiud descendit Ioseph. Itaque vterque tam Ioseph quam Maria descendit à Dauid per lineam Nathã: sed vnus descendit per vnum ramũ, scilicet, Maria per Rhesa, & Ioseph per aliũ ramum, scilicet, per Abiud, qui Rhesa, & Abiud fratres fuerũt, ambo filij Zorobabel. ¶ Præterea Salatiel, qui à Matthęo dicitur filius Ieconiæ, idem est cum Salatiele, qui à Luca dicitur filius Neri, quia idẽ vir dictus est Ieconias, Neri, Ioachim, & Heli. Nam Ieconias, qui & Neri, cognominatus est Salatiel in ipsa captiuitate, hoc est, post septuaginta annos à desolatione templi. Cũ ergo Matthæus dicit, post transmigrationẽ Babylonis Ieconias genuit Salatiel, non est intelligendum quòd soluta captiuitate genuit eum, sed facta transmigratione in ipso captiuitatis tempore. ¶ Rursus obseruandum quòd descendentes de Rhesa citiùs genuerunt, & geniti ex Abiud tardiùs concessum est eis generare: & ideo plures generationes sunt iuxta Lucam quàm iuxta Matthæum. Nulla ergo dissonantia reperitur inter Matthæum & Lucam, sed vterque veram Christi genealogiam rectè descripsit, nec oportet dicere quòd Lucas filios posuit legales & adoptiuos, vt multi falsò dixerunt, cùm Lucas sicut & Matthæus ponat filios naturaliter genitos, nisi tãtum vnum Ioseph sponsum virginis, qui filius ait esse Heli, ideſt, Ioachim. Filius (inquam) non naturalis, sed gener eius. Sed iam colligenda sunt vela: & finis huic capiti imponendus. Ad explanationem ergo sequentis capitis accedamus.

CAPVT. IIII.

EXNARRATIS Iam tandem his, quæ pertinent ad ingressum Saluatoris in hunc mundũ, nunc euangelista describit ea, quæ Christus gesit in tribus vltimis annis vitæ suæ. Aderat iam tempus in quo *Matth. 5. Ioan. 1.* lucerna posita super candelabrum illuminaret omnem hominem venientem in hũc mũdum: vt ad agnitionem sui omnes attraheret, qui in tenebris & in vmbra mortis se *Lucæ. 1.* debant. Iam ergo Lucas agit de Christi progressu per hunc mundum: de eius ieiunio, prædicatione, & miraculorum operatione. Cum autẽ in Actis apostolorum Lucas no *Acto. 1.* ster dicat de Christo, cœpit facere & docere, priùs nunc ipse ieiunat, tanquã strenuus & magnanimus dux, qui milites suos ad bellum volens incẽdere & inflãmare, aduersus primos inimicorũ impetus in acie se cõstituit: prius (inquam) ipse ieiunat quadraginta diebus in deserto, antequam populis ieiunium & pœnitẽtiam prædicet. Quo ni mirũ facto prædicatores verbi domini monet, quid facere debeant, antequam populo verbum Dei proponant, vt dignè & vtiliter prædicent. Prius nanque ipsi vitio carere debent, & tanquã aurum se ipsos purgare pœnitẽtia & ieiunio. Sic ille eximius prædicator huius exẽpli non immemor faciebat, qui dixit. Castigo corpus meũ & in *1. Cor. 9.* seruitutẽ redigo, ne forte cùm alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Etenim lux in lãpade oleo, sustentatur, sic prædicatorũ doctrina, quæ lux est splendidissima, lippos humanarũ mentium oculos illuminãs, & tenebras caliginosas peccati fugãs & expellens, oportet vt oleo misericordię, pietatis, & bonorũ operum foueatur & sustentetur. Mirabile quippe esset, & res monstro quàm simillima, si aliquis maiorẽ haberet

Universidad de Deusto
Biblioteca

linguam, quam manus, siquidem maior est manus quam lingua, & si quis ita magnam haberet linguam, vel manum ita paruã, vt lingua manum excederet, res esset proculdubio admiratione dignissima. Sic est prædicator, qui multa docet, & parũ, aut nihil operatur. Christus iam annũ trigesimũ atti gerat, & nihil verbo prædicauerat, sed multa opere & re docuerat, quæ posteà prædicauit. Triginta annorum spacio diuinis se exercuit operibus, & tribus tantum annis prædicat, vt vel hinc discas, multa operari, & pauca docere. Nunc autem Christus antequam quicquam doceat, quadraginta diebus ac noctibus ieiunat, posteaque multas passus aduersitates, tentationes, & naufragia, post bella, atq; victorias, ea quę fecerat exijt alijs prædicare, & docere. Quę omnia antequàm in publicũ prodiret, egregie euãgelista noster Lucas describit, dicens. *Iesus autem plenus Spiritu sancto regressus est à Iordane.* Non dicit, afflatus Spiritu sancto, sed plenus, quia in ipso habitat plenitudo diuinitatis corporaliter: non enim ad mensuram dat Deus spiritum ipsi, scilicet Christo, in vtero virginis mansit in eo totus spiritus: nũc autem ipsis operibus declarare incipit plenitudinem in se manere. Et sic regressus est à Iordane, quia regnum principis mundi aggressus est destruere à baptismo, regnumque suum in orbe nouum construere. Plenus itaque Spiritu sancto regressus est à Iordane, plenus (inquam) non plenitudine sufficiętiæ, vt beatus Stephanus: nec plenitudine prærogatiuæ, vt beata virgo: sed plenitudine superabundãtiæ, qua Christus fuit plenus, ità quòd tota animæ eius capacitas fuit repleta sic, vt proficere vlteriùs nõ potuerit in habitu gratiarum, atque virtutum. Nã in quantũ Deus Spiritus sanctus plenè in ipso est, quia vna diuina persona est in alia per circũincessionem, nam quælibet est incircunscriptibilis, & immensa.

Colo. 2. *Ioan. 3.*

Acto. 6.

Christus etiã in quantum homo plenus est Spiritu sancto: nõ sicut aliæ creaturæ rationales, in quibus per dona sua Spiritus sanctus habitat, sed plenus Spiritu sancto plenitudine superabũdantiæ, vt iam diximus. *Et agebatur à spiritu in deserto.* A spiritu, scilicet, sancto agitur, quo immediate dixerat Lucas Christũ esse plenũ: quapropter ex hoc cõtextu apertè cõstat, à Spiritu sancto, & non ab alio spiritu ductũ esse in desertũ.

Matth. 4. Matthęus dicit, ꝙ ductus sit à spiritu, Marcus, expulit eum spiritus, Lucas vero noster ꝙ agebatur à Spiritu sancto. In quo clarè ostenduntur indiuisa opera Trinitatis. Etenim eũ expulit potẽtia patris: duxit eum sapiẽtia filij, & agebatur ad hoc opus benignitate Spiritus sancti. Nã pater in filio manens eius opera facit: sapiẽtia, quæ est ipse, per semitas equitatis eũ duxit: spiritus vero sanctus, qui super eum requieuit, diuinitus ipsum egit. Vnde ex ipso patre tanquã à principio mouẽte, per ipsum filium tanquam sapientiã regulantem secũdum Dei voluntatẽ, & in ipso Spiritu sancto tanquã in fine quietãte sunt omnia opera ei⁹ facta.

Mar. 1. *Ioan. 1.* *Rom. 8.* *Exo. 13.* *Psal. 142.* *Lucæ 2.* *9. 14.* *1. Reg.*

¶ Docemur nos eodẽmodo facere secundũ exemplum, quod nobis exhibuit. Habes enim à Deo posse scire & velle bonũ. Hoc age, ne desis gratiæ Dei, ne gratiam Dei in vacuum recipias, aut negligas, aut (quod deterius est) abijcias. Omnes nanque, qui Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Vide in operibus tuis, quo agaris spiritu: vt inde scias an sis filius Dei, nec ne. Illa sancta quatuor animalia, vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Sic iusti vadunt spiritu Dei ducti. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Hoc sancto spiritu moueri debes, quemadmodum senex ille sanctus Simeon, qui venit in spiritu in templum.

¶ Attende autem quòd tũc aliquis Dei spiritu ducitur, cùm regitur diuina voluntate: quæ regula est & mensura omnium operationum nostrarum. Nam non omne id bonum est, quod boni vmbram refert: sed illud solum, quod diuina voluntate componitur, & mensuratur. Existimabat etenim Saul se domino magnũ obsequium præstare, offerẽdo illi boues Amalech: quare Dominus maximè fuit offensus. Vide ne secũdum voluntatis tuæ placitum dirigaris, sed secũdum id, quod Dominus vult, & iubet: nam si spiritu Dei ambulas, cũ Christo ambulas. Præterea qui hoc spiritu ambulant dulciter ambulant: non pigri sunt, sed strenui ac diligentes. Sed multi sunt malis arboribus similes: quæ non nisi fustibus concussæ, fructum expectatũ reddunt, vt sunt nuces, & amygdali, &c. Sic multi, nisi coacti nihil boni faciũt, quia non diuino spiritu agũtur, erogant eleemosynã nunquam, vel serò: nec de peccatis confitentur, nisi in fine quadragesimę. Vbi obseruandum est, homines in suis actionibus agere, animalia vero potiùs aguntur, quàm agunt. Quid ergo est, quòd hìc Lucas noster dicit, ꝙ agebatur Christus? Equidem attentè hìc gradus est sistendus, si vberes fructus ex hac consideratione volueris reportare: nã homines qui in diuinis mãdatis exequendis strenuè ac diligenter se exercuerunt, quique diuino amore incensi & inflammati ad culmen perfectionis aspirant, sæpe sæpius aguntur, & non ipsi agunt: vt intelligas, talia opera eorum vires superare. Christus itaque agebatur, ad innuendum, quod tantum atque tam magnum facinus, cum quo collata angelorum bonorum cum malis pugna minima est, vires humanas superat: & longo antecellit interuallo. Omnes passiones Christi potiùs actionis nomine appellandę sunt quàm passionis: passiones quoque martyrum sortitæ quoq; sunt actionem, sed plus passionis habuerunt, quàm actionis: quod in Christo ècontra venit intelligendũ. Martyriũ & crucis tormẽtum nihil redẽptioni nostræ prodesset, nisi actionẽ habuissent, quod est velle flagellari, & velle crucifigi: nam si non vellet, peccaret, & peccando nõ erat bonus redẽptor, quippè qui redimendus etiam esset: redemptus autem & redemptor inuicem se excludũt. Quod autem in peccatum incideret, si nollet, clarũ est: quia Patris præceptum ad mortem eum obligãs violaret. At quod habuisset præceptum patris, patet: quia factus est obediẽs vsque ad mortẽ, vbi autem non est mandatum, obedientia superflua est. Et ipse de morte sua loquens ait. Sicut mãdatum dedit mihi pater, sic facio. ¶ Obserua etiam quòd Christus agebatur à spiritu in desertum, vt ibi tẽtaretur à diabolo: vt tu discas, non semper tua volũtate, imò ductus Spiritu sancto sæpius periculum debere aggredi, ibique fortiter & viriliter pugnandum: quotiescunq; res & ratio id postulauerint. Et enim nemini licet se periculo exponere sine causa, sed quãdo spiritu diuino fuerit ductus, hoc est, cùm res & ratio postulauerint, ibi tunc fortiter & viriliter est dimicandum. Vide etiã quòd Christus ad tentatorẽ tendit, & quærit illum. Homines diabolus aggreditur, vt eos tentet, non homines diabolum, vt tententur ab ipso: quoniam ad Christum diabolus ire non poterat, ideo Christus cõtra dæmonem tendit. Et quo abijt? *In deserto.* Quando quis alium in pugnam prouocat, qui prouocat locum eligit, prouocatus vero arma. Ita cum Christus victurus venerit Satanam: ipse locum desertũ sibi eligit, Satanas vero arma. Vt autem glorioſior sit victoria campum Christus elegit, (quod in dæmonis fauorem cedit) & ideo abijt in desertum, vt ibi tentaretur. Non tendit Christus in sancta sanctorũ, neque in altare templi, vbi peccatores Deo reconciliantur, & vbi dæmonis vires & potentia franguntur. Sed abijt in desertum, vbi dæmon ambulare solet, iuxta illud quod dicitur, quod exiẽs ab homine ambulat per loca arida & deserta. ¶ In hunc locum Christus proficiscitur, in quẽ etiam dilectos & amicos suos ducit. Agar cùm sola esset in deserto apparuit angelus. Et Helias in populo & societate Iezabel fame peribat: postquam autẽ in solitudinem Bethsabe Iuda recessit, ibi cælesti pane pastus angeli consolatione est functus. Multa, eaq; diuina, & abscondita in solitudine sponsus sponsæ reuelat, quæ in publico & coram multis non propalat. Ita Christus animæ nostræ mirabilia secreta pandit, cùm eam inuenit ab omni cura mundana semotam, & à mũdi tumultibus expeditam. Sic dixit animæ dilectæ. Ducã eam in solitudinem, & loquar ad cor eius.

Lucæ. 11. *Gene. 21.* *3. Reg. 19.* *Oseæ. 2.*

¶ In desertum tendit dæmon Christũ tentaturus: nam in plateis & locis publicis ciuitatis nihil illi est negotij, nihil est ibi laboris, nã ea omnia tranquillè & quiete possidet, nec eos qui sui sunt tentant, sed eos qui in solitudinem discedentes ab ipso fugiũt. Itaque dæmon viros solitariè vitam agẽtes aggreditur: cumque Christus sciret, quòd ibi dæmon acies suas constituit, quòdque ibi neruos, & vires exercet, hac de causa hũc locum eligit, vt glorioſior sit victoria, & victoris fama illustrior reddatur. Quo facto docemur quòd si volumus aduersus Satanam dimicare, debemus mũdum relinquere: nam qui adhuc amori mundi hærent, iam ijsi securè possidentur, & victi sunt. Iuxta illud. Qui voluerit amicus esse huius mundi, inimicus Dei constituitur. Et Apostolus monet. Nemo militans Deo, implicat se negotijs sæcularibus. Et rursus. Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Tempus verò, quo fuit in deserto, assignat Euangelista, dicens. *Diebus quadraginta.* Quadragenarius numerus (teste Hieronymo in Commentarijs super Ezechielem) sæpissimè in sacris literis afflictioni, & pœnitentiæ legitur accommodatus. Nam quadraginta diebus duranerũt aquæ

Iaco. 4. *1. Timo. 2.* *1. Cor. 9.* *Hier. in cap. 29. Eze.* *Gene. 8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nume. 32. aquæ diluuij, filij Israel quadraginta annorum spacio desertum incoluerunt: ibique multa mala passi sunt, antequam ingrederentur terram promissionis. Niniuitis quadraginta dies pœnitentiæ imponuntur, in peccati condonationem, & Ezechiel quadraginta diebus pro tribu Iuda in latus dextrum inclinatus dormit. Deinde hoc tempus tam in lege, quàm in prophetis, & Euãgelio ieiunijs cõsecratum est. Moses legem accepturus ieiunauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Et Helias fugiens iram Iezabellæ quadraginta diebus, & noctibus legitur non comedisse. Sic Christus prophetarum, & legis interpres, & consummator totidem diebus cum Satana prę liaturus à victu se abstinet. Vbi obseruandum est quòd in Deuteronomio: ita Dominus præcipiebat. Iudices Israel, si eum qui peccauerit, dignum inuenerint plagis, facient eum verberari, ita duntaxat, vt quadragenarium numerum non excedant. Verùm, vt Iudæi misericordes se se ostenderent, hunc numerum nõ attingebant: ideo Paulus Corinthijs suis scribens dicebat.

Ion. 3.
Ezec. 4.
Exod. 19.
3. *Reg.* 19.
Deute. 25
2. *Cor.* 11.

A Iudæis quinquies quadragenas vna minus accepi, quia Paulum odiebant, non nisi vnam condonarunt. Igitur sicut pro peccatis quadraginta plagæ debebãtur, ita quadraginta diebus Christus ieiũnauit: vt satisfaceret pro peccatis nostris debitis plagis. Vide etiam quomodo Christus ieiunat nõ duobus, aut tribus diebus, sed quadraginta continuis, in quibus nec buccellam panis, nec calicem aquæ frigidæ degustauit, non equidem, vt tu qui cùm nonnũm fames aduenerit, iam appositos habes cibos. Christus famem passus est, & non vtcunque, sed illam ingentem inter saxa, & bestias vitam degens (vt Marcus ait) & hodie in hoc deserto, in quo Christus suum mirabile ieiunium compleuit, multa sunt animalia reptilia. O quàm minimam famem nos volumus pro Christo pati: qui vel in vno die ieiunij deficimus, & cõcionem fastidimus: si autẽ opus fuerit, vt seruiamus appetitui nostro, vel per vnius hebdomadæ spacium nec dormire, nec comedere, id quidem prę senti animo perficiem⁹. Prophetæ illi Baal à summo mane vsque in medium diem dicebant, Baal exaudi nos, scindentes venas suas cultris & lanceolis, donec perfundebãtur sanguine: omnia autem hæc alacri & iucundo animo pro diabolo patiebantur.

Mar. 1.
3. *Reg.* 18.

Sed proh dolor, quot quãtique sunt hodie his similimi: quotque sunt mulieres, quæ volsellis, & diabolicis inuẽtis sibi ipsis martyrium inferunt, & carnem suam ac membra in sacrificium dæmoni offerunt: vt vel sic amentur, & pulchræ humanis oculis appareant. Si vero obesæ sunt & pingues, si opus est, vt delicatiores & magis compositæ in corporis habitu videantur, vt vanitati deseruiant, asperè ieiunabunt, solum panem & aquam edentes: at ob Christi amorem pauci, vel nulli sunt qui aliquantulum famis vel laboris velint sustinere. Nõ equidem sanctus ille rex Dauid ita faciebat, sed Christum in suo ieiunio sequebatur dicẽs. Genua mea infirmata sunt præ ieiunio. Sed de ieiunio postea pauca subdemus: nũc autem de numero dierum hæc satis sint. *Et tentabatur à diabolo.* Quando imperator exercitus, siue dux militi alicui cãpum designat, vt manus cõferat cum hoste fortissimo, vel cum immani gigante, vt animum & stimulos addat ad pugnam coram militibus suis illum laudat, eius magnanimitatem commendans. Sic mihi videtur æternum patrẽ fecisse, qui Christum in baptismo laudauit, dicẽs. Hic est filius meus dilectus, cum illum vellet aduersus Satanam in campum inducere, vt illum prosterneret, ac superaret: atque ità post baptismũ, & patris æterni egregias laudes, ingressus in desertum tentabatur à diabolo. Vbi colliges, quòd antequam his tribus tentationibus apertè tentaretur, multis alijs tentationibus anteà per spacium quadraginta dierum fuit tentatus. Cui rei fauet id, quod Lucas inferiùs ait, scilicet, quod expleta omni tentatione recesit diabolus: quia non solum illis vltimis tribus tentationibus fuit Christus inuasus, sed varijs artibus, & machinamentis diabolus totis quadraginta diebus in Christum sæuit. Cui sententiæ Paulus suffragatur, dicens. Christum tentatum per omnia per similitudinem absque peccato. Si autẽ tentatus est per omnia, nullum non genus tentationis est expertus. Quia exemplum erat omnibus tentatis, & meritum, omnes tentationes expertus est. Quomodo autem fuerit tẽtatus, aut quàm grauia fuerint, aut qualia hæc tentationum genera, nescimus: quæ ideo forsitan sub silentio sunt prætermissa, quia maiora erant, quam quæ literis possent vllo pacto exprimi: nam sicut ait Ioãnes, si scriberentur ea, quæ fecit Iesus, totus

Psalm. 21.
Psal. 3
Ebre. 4.
Ebre. 12.
Matth. 4.
Hebre.
Iacob. 1.
Ioan. 2

tus mundus non posset libros capere: sic quadraginta dierũ tentationes, quibus diabolus Christum tentauit mundus ferre nõ posset, si scriptura explicuisset. Satis nobis scire sit, per totum hoc tempus varijs acerrimisq; tentationibus fuisse circunuentũ. Dicere enim potuit. Circundederũt me canes multi, &c. libera à cornibus vnicornium humilitatẽ meam. Hîc incipit pati à dæmone illã sæuitiam, quam passus est in passione à mẽbris suis. Vide tu miser peccator, quãta pro te Christus fuerit passus, quot mortes, quot angustias, ac labores: omnes pœnas nobis debitas Christus assumpsit. Vnde dicit vnus Paulus. Non habemus pontificẽ, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autẽ per omnia pro similitudine absque peccato. Ideo & nos deponẽtes omne pondus, & circunstãs nos peccatum per patientiam curramus ad propositum nobis certamen aspicientes in authorem fidei, & consummatorẽ Iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contẽpta. Obserua tamen quòd cùm omnis tentatio fiat suggestione, delectatione, & consensu, & delectatio & consensus sint semper cũ culpa: ideo saluator sola suggestione tentatus est: & sic omnis eius tentatio externa, non interna fuit. Obserua etiã quòd in nostra voluntate non est tentari, vel non tentari, quanuis in nostra voluntate sit consentire, vel non consentire: sed mundi saluatorem etiam per suggestionem diabolus tẽtare non potuit, nisi volentem. Nam nõ potuisset, neque ausus fuisset, tentare eum nisi ipse permisisset. Vnde Matthæus ait, vt tẽtaretur à diabolo: nõ tamen dicit, vt diabolus tẽtaret eum. ¶ Ex quo loco operępretiũ erit discere ad nostrã eruditionem, primò, vt nosmetipsos muniamus aduersus diabolĩ insidias, & tentationes, ieiunijs, orationibus, & vigilijs. Christus nanque antequam tentaretur, ieiunauit, & ieiunijs, & orationibus se muniuit, vt discas cautè viuere, ne inermis à dæmone inueniaris, & victus sis. Sic Moses vt hoc præueniret tempus agnum ante immolauit, hoc est vespere: vt manducantes eum, & pascha domini celebrantes non occuparẽtur exterminatoris insidijs: ne inermes & vacuos spiritualis alimenti nocturna spicula tenebrosi hostis opprimerent. ¶ Secundò discamus, in ipso statim exordio, vt Deo seruire cœperimus expectare dæmonis, & mundi tentationẽ: scriptum quippè est. Accedens ad seruitutem Dei præpara animam tuam ad tentationem. Statim vt Christus in solitudinem recesit, & vt ieiunare incepit, tentatus est à diabolo. Persequitur dæmon eum, à quo dæmon ipse deseritur. Cuius rei exemplũ nobis erit Pharao rex Ægypti, qui etiam si in regno suo Israeliticum populum semper oppressit, sed tunc multò acriùs eum fuit persequutus, cum videbat à potestate sua populum fugere, siquidem laborem illi auxit, postea verò magno exercitu eum fuit persequutus. Idem fecit Laban cum Iacob, qui etiam si non bene cum illo egit, dum viginti annorum spacio domi habuit: at cùm vidisset à domo fugere, congregauit amicos suos, & consanguineos, & persequutus est eum, quousque in monte Galaad illum est assequutus. Ita nimirum etiam si hi, qui mundo hærent magnos patiantur labores: tamen maiores illos experiuntur cùm mundum relinquunt, & Christi mandata sequuntur. Adueniente aurora fit ventus, quia vapor ventum faciens est collectus, & radius solis appropinquans percutit aerem gelidum. Sed in prima noctis parte rarò fit ventus, quia ille vapor non est perfectè collectus. Sic qui ad Christũ, qui vera lux est incipit accedere, sicut aurora gratiæ cùm expellit noctem peccati, & illucescit ei dies iustitiæ, tunc diabolus magis tentationis ventum suscitare conatur: sed existente homine in tenebris, & nocte peccati rarò fit ventus, quia parum tentat diabolus. Quapropter Gregorius in illis verbis, fili accedens ad seruitutem Dei, sic inquit. Hostis noster nos adhuc in hac vita positos, quantò magis sibi rebellare conspicit, tantò ampliùs expugnare contendit. Illos enim pũllare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Igitur quemadmodum Christus protinus, vt baptizatus fuit, & desertum ingressus, tentatus est: sic tu vt primum Deo seruire inceperis graues passurus es tentationes. Nec mireris si statim dæmon te inuaserit, eò enim data sunt tibi arma, vt prælieris: nec ob id tristeris: nam dæmon non eos expugnat, qui sui sunt. Canis non domesticos mordet, sed eos, qui foris sunt: sic diabolus non tentat, nec persequitur eos, quos quiete possidet, sed iustos ac bonos. Nunquam fur furaturus ingreditur loca vbi paleę sunt & stercora, nam ex eis nihil hauriet, nisi

Eccle. 2.
Leg. Greg. li. 4. *mo. c.* 24.
Exod. 5.
Exod. 14.
Gene. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

puluerem in calceis: at mercatorum domos ingreditur, & vasis sacris insidiatur, atque æraria publica quærit, ex quibus locis facilè diues exire potest. Mundani homines onusti, & impliciti negotijs carnis nunquam tentantur, quia pauperes sunt, & fere nullius valoris, ex quibus dæmon parum, vel nihil lucri reportat, quandoquidem nullis sunt virtutibus nec meritis insigniti. Christum verò, qui eximijs virtutũ dotibus fulgebat, quique in solitudinẽ deserti recedit, dæmon tentat. Sic bonos, qui mundum contemnunt, & relinquunt Satanas persequitur. Agricolæ vuas colligunt, & in domo sua seruant, at palmites in agro tanquam inutiles reijciunt. Ita boni tanquam vuæ preciosæ reseruantur: mali vero in medijs plateis ambulant. Hos igitur Dei amicos aucupari vult dæmon, has vuas quærit, hosque ipse persequitur, & tentat.

Tobi. 12. Sic angelus Raphael dixit Tobiæ. Quia acceptus eras Deo necesse fuit, vt tẽtatio probaret te. Nam quemadmodum Turca non bellum gerit aduersus Turcas, sed aduersus Christianos, & quemadmodum nemo aduersus amicos & domesticos insurgit, sed aduersus inimicos: ita diabolus non eos expugnat, qui sui sunt, sed eos, qui sub vexillo ducis Christi ambulant. Quando pulchra illa fœmina Iudith vidit principem Holofernem sedentem in tentorio in maiestatis solio, lapillis & smaragdis preciosis circundatum, cœpit ipsa timere, cui

Iudith. 11. Holofernes dixit. Æquo animo esto, & noli pauere in corde tuo: quoniàm ego nũquam nocui viro, qui voluit seruire Nabuchodonosor regi. Populus autem tuus, si non contempsisset me, non leuassem lanceam meam contra eum. Nam quemadmodum Holofernes non bellum inferebat illis, qui regi suo seruiebant, & obtemperabant, sed rebellibus: sic diabolus non tentat, nec persequitur eos, qui sub imperio suo sunt, sed iustos, & Dei amicos. Quo circa statim, vt Deo obedieris, & obtemperaueris, & eius mandata fueris amplexus, acriter te ipsum inuadet: quemadmodum Christum, ptotmùs, vt in desertum abiuit.

¶ Ex quo etiam tertio loco oportebit discere quòd cùm magis prosperi, & fœliciores, & magis dilecti à Deo fuerimus, tunc magis cauendus est casus, & maiori diligentia nos tueri debemus à mundi, dæmonis, & carnis tentationibus. Quid est homo (inquit Iob) quia magnificas eum: aut quid apponis circa eum cor tuum? Visitas eum diluculo, & subito probas illum. Licet omnibus hominibus timenda sit tentatio, illis tamen potissimum qui à Deo extolluntur, & illi sunt familiares: nam cùm Christus à patre in baptismo præclara suarum laudum audiret encomia, cum ei dicitur, hic est filius meus dilectus: statim ductus est in desertum, vt tentaretur à diabolo. Eodem etiam modo cùm diabolus audiret virtutem, & excellentiam sancti Iob, quod esset rectus, nullusque ei similis: statim varijs tentationibus fuit percussus. Sic etiam postquam dominus sanctum virum Abraham tot beneficijs, ac donis magnum & illustrem reddiderat: grauissima tentatio ne eius animum pulsauit. Optimè quidem euangelista Matthæus hæc omnia expẽdit vnico verbo dicens. Tunc ductus est Iesus in desertum, vt tentaretur à diabolo. Tunc ait. Quando tunc? Quando pater filij sui testimonium clarum exhibuit. Tunc quãdo Spiritus sanctus in colũbæ specie visus est. Tunc, quando cæli aperti sunt super eum. Tunc (inquam) quando æternus pater filij innocẽtiæ testimonium exhibuit, quando eum honorauit, & exaltauit: tunc abijt: in desertum & grauiter à diabolo tentatus est. Vide Christi humilitatem, & à tanto atque tã sancto Saluatore disce, vt in honoribus & dignitatibus constitutus scias humiliari. Cõmendat maximè euãgelista Christi Saluatoris nostri humilitatem: qui cùm talis ac tantus esset, filius Dei declaratus, & manifestatus: sic se humiliauit, vt ab immundissimo, & impio dæmone expugnari voluerit. Hoc idem Ioannes de ipso insinuari voluit, cùm dixit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipsum facta sunt. Postquàm verò tanti verbi maiestatem & dignitatem commendauit, vt humilitatem ostenderet subdidit: dicens. Et verbum caro factum est. Ac si diceret. Videte quantũ Dei filius se humiliauerit, qui cùm tantus ac talis esset, non horruit virginis vterum: & propter nimiam charitatem, qua nos dilexit, homo factus est propter hominem. Et idem Ioãnes postquàm Christum exaltauit, & magnificauit, dicens, à Deo exiuit, & ad eum vadit, dixit quòd misit aquam in peluim, & lauit pedes discipulorum: vt in his clarè Christi humilitatem ostẽderet.

Quod

Quod idem Paulus de Christo confirmat, cùm in forma Dei esset semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, &c. Humiliauit semetipsum factus obediẽs, &c. Hic enim cum sit splendor gloriæ, & figura subſtãtiæ eius tra litur perversissimo inimico, vt tentetur. ¶ Disce itaque in rebus prosperis tentationem timere & expectare. Disce in honoribus humiliari, & vestigia Christi sequi. Mirandum quidem est, quòd videas Christum ducem tuum mœstum, ac pallidum inter bestias & scorpiones vitam degere: tu verò in delicijs viuas, voluptatibus, & vitijs deditus, illum solertem militem, & fidelem seruum sui regis Vriam recordatus, qui noluit ire in domum suam, vt sibi quieti & ocio per noctis spacium indulgeret, sed potiùs dixit. Dominus meꝰ Ioab manet super faciem terræ: & ego ingrediar domum meam & comedam, & bibam, & dormiam cum vxore mea? Si Dominum tuum, & ducẽ tuum vides in prælio pugnãtem, & super petram dormientem quomodo nõ erubescis in delicijs, & voluptatibus viuere? Signum clarissimum est, te non militare sub eius vexillo, nec ex suis militibus esse: quocirca stipendium suæ gloriæ, nec glorioſam coronã, quæ donatur militibus suis, non tibi dabit. ¶ Quinto discamus tũc potissimũ cor nostrum custodire, & profectui spirituali vacare, cùm aliquam gratiã, aut donum à Deo fuerimus assequuti. Tene (ait Ioannes) quod habes: ne alius accipiat coronam tuam. Quapropter Christus post baptismum in eremum recedit, vt tu scias post gratiam susceptam, post communionẽ sacram, vt diuinũ spiritum conserues à mũdo recedere, & procùl ab eo fugere.

¶ Discamus sextò verissimum illud esse Christi dictum, quòd regnũ cælorum vim patitur, & quòd violenti rapiũt illud. Post baptismum tẽtatur Christus: & multis alijs tentationibus atque laboribus, regum cælorum nobis meruit. Sic filij Israel postquàm Dominus illos eduxit ab Ægypto, & post transitum maris rubri multos labores, & plurima bella sunt experti in itinere: vt regnum iure belli acquirerent. Sic nos post peccatorum tenebras, post lauacrum baptismi à potestate Pharaonis educti, opus est, vt militiam sub duce Christo exerceamus, multis generibus tẽtationum oppressi, & pugnemus contra Amalech, Madian, Chananæos, Cethæos, Amorrhæos, & aduersus multa alia genera vitiorum, vt illos prosternentes terram cælorum nobis promissam possideamus. Hac via acquiritur regnum cælorum. Nunc in deserto sumus per quod filij Israel iter faciebant: & Christus in deserto fuit. Illi pugnabant, & Christus pugnauit: illi tentabantur, & Christus tentatus est, vt discamus, quòd desertum vitæ huius locus est tentationis.

¶ Vltimò colligendum est, tentationes nobis vtiles esse, cùm dominus illas mittat propter commodum nostrum. Christus tentari voluit, vt nos etiã sciamus, quòd per tentationem paratur nobis via ad vitam capessendam. Ita similiter in hac vita misit Dominus tentationes dilectis suis Abraham, Iacob, Dauid, Iob, Eliæ, Esaiæ, Hieremiæ, Ezechieli, Danieli, Susannæ, & omnibus suis amicis, tam veteris quàm noui instrumenti. Ne pœniteat te, quòd tenteris: sed illud maximè tibi cauendum ne illi consentias, & vincaris. Nihil enim prodest si excusorium ferramentum silicem feriat, nisi fomes applicetur vt accendatur. Ità nimirum, etiam si dæmon excusorio ferramento suæ tentationis, lapidem tuæ sensualitatis feriat, nisi fomitem cõsensus tuæ voluntatis applicueris, nunquã ignem excutiet, quo possis comburi. Nunquam tibi petendum à domino est, ne tentationes tibi mittat, id tamen orandum, vt gratiam tibi sub ministret, qua possis illas superare, dicens. Et ne nos inducas in tẽtationem. Callidus quippè cùm sit inimicus, solet in Angelũ lucis transfigurari, & habitũ mutat, quemadmodum vxor Ieroboam, quæ mutatis vestibus voluit decipere prophetam Ahiam. Opus est cautè & prudẽter aduertere, vt nõ fallaris: priùs examinare sitne tentatio dæmonis, an diuina inspiratio. Vnde Ioannes huius rei memores nos facies, inquit. Nolite credere omni spiritui, sed probate, an ex Deo sit. Venator nanque solum escam ostendit, laqueũ autem cooperit. Sic dæmõ sub virtutis vmbra tentat, quemadmodum æmuli Danielis sub obseruatione legis, & prætextu zeli & religionis. Diuersæ sunt dæmonis artes & insidiæ: nam vnã partem solet aggredi, aliam autem ferire: vt si alteram partem cooperias, aliam apertam relinquas: quam possit infringere. Solet enim contingere, vt tentatione carius dæmon te inuaserit: tu verò victor cùm extiteris, victoriam laudas: & magnificas. In quo diligenter

Gen. 22. *Iob. 7.* *Iob. 1.* *Matth. 12.* *Matth. 17.* *Matth. 3. & Luc. 3.* *Ioan. 1.* *Luc. 7.* *Matth. 6.* *2. Cor. 11.* *3. Reg. 14.* *1. Ioan. 4.* *Dani. 14*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ligenter debes aduertere, quòd etiam si tibi fuerit visum, dæmonem de carne te voluisse tentare, non id ipse curauit, sed potiùs vana gloria & superbiæ tu vero cùm te munieris contra tentationem carnis, inani gloria & superbia fuisti victus. Posteà verò fingit se abire, & à te discedere, vt te incautum & in vtranuis aurem dormientẽ inueniat. Si tentatio te reliquerit, ne tunc dormias: quia maiori impetu te vult inuadere. Tempore pacis cautiùs tibi viuendum est, quàm tempore belli. Maius periculum patitur nauis tempore quo mare est tranquillum, quàm tempore tempestatis: nam tempestati multa sunt remedia, nullum autem tempore trãquillitatis. Maxima omnium tentationum est, nullam pati tentationem. Tũcpotiùs existima maiores habere tentationes quãdo nulla tibi adest. Statim vt cibus, stomachum ingreditur, natiuus calor eum illo pugnat: quousque illum in substãtiam conuertit: si autem ad se rediens nullum cibum inuenit, quocum bellum gerat, contra se ipsum bellum init, si verò cibum ei non ministrant, secum vsque ad interitum pugnat. Ità nimirum tu si foris nullas habueris tentationes, tecum ipse in corde tuo interiùs habebis. Ne pœniteat, si teneris, si tribulationes, & angustias fueris passus: nam tunc dominus, si tu, viriliter pugnaueris, auxilium subministrabit: nam dominus vult propter emolumentum tuum, vt tenteris. Scriptum enim est. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit. Quomodo bellum erit, nisi bellatores fuerint? Non potest esse gloria, sine victoria: nec victoria sine bello. Beatus vir qui sustinet tentationẽ quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: quam repromisit Deus diligẽtibus se. Breuis quidẽ est labor tentationis, fructus autem copiosus: & merces magna nimis, quam inde reportabis si viceris. Tentatio permittitur à Deo. Deus autem non permittit nec patitur, vt tenteris supra id, quod potes, secundum illud Apostoli. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Non protendit vires dæmon, nisi tantũ ad id quod diuina prouidentia vult. Leo nanque ille qui interfecit prophetam inobedientem redeuntem à Bethel, non tetigit corpus mortui, nec iumentum ipsum ferens: atque ità cùm ad sepeliẽdum corpus

2. *Timo.* 2.

Iaco. 1.

1. *Cor.* 10.

3. *Reg.* 13

venerunt, inuẽtum est corpus integrum & iumentum viuum. Quodquidẽ factum paradigma est, quàm limitatam potentiã habeat & vires leo ille rugiẽs, qui circuit quærens quem deuoret. Quo quidem significatur, si victus fueris, in tuam culpam esse ijciendum: quando victor cùm possis esse, non vis. Vult dominus vt tentemur, vt victores existentes, triumphi palmam & coronam accipiamus. Vnde sanctissimus Iob dixit. Militia est vita hominis super terrã: vita nãque hominis Christiani militia est, in qua nullum est pactum, nulla quies, nullum deniq; fœdus percussum. Cuius quidem rei non mirari debemus (inquit Chrysostomus) sed potiùs mirandum est, quòd non grauiores & maiores sint tentationes. Nam si tu serpentem percuteres, non deberes mirari, quòd ipse aduersus te insurgeret, sed potiùs mirari deberes si quietus maneret. Cùm igitur serpens ille antiquus tantam aduersus nos conceperit inuidiam nostrorum bonorum operum, non mirari debes si aduersus nos insurgat, siquidem quocunque bono opere à nobis perfecto grauissime illum percutimus. ¶ Sed insurgit nũc grauis quæstio: nam si dominus scit, dæmonem ita pœnitere nostrorũ bonorum operum: sic adeò vt aduersus nos insurgat, tẽtaturus: & cum rectè etiã sciat dominus quòd propter has tentationes multi deficiunt, & vincuntur: & etiam quòd plures sunt victi, quàm victores, quid est in causa cur dæmonem non annihilauit, cùm illum è cælo deiecit? Cur Dominus patitur, vt tentemur: quandoquidẽ tanti homines tentationibus dæmonis cedunt? Cui quæstioni suo ore au reo Chrysostomus respondet dicens: non solum non dominum vsum fuisse nobiscũ sæuitia, sed potiùs benignitate, atque misericordia sua. Nam si dæmõ coactos nos vinceret: vtique meritò de Deo nos conqueri deberemus, quando dæmoni potestatem dederat vt nos vinceret. At vincit nos sponte, & non inuitos: nam si nos non consentimus fragiles sunt eius vires, & potentia: quod quidem clarum conspicitur in hystoria huius euangelij, nam cùm Christum tentauit non vi illi lapides intromisit in os: sed dixit. Dic, vt lapides isti panes fiant. Et quando illum tentauit, vt se à summitate tẽpli præcipitaret, non vi illum deiecit: sed illum incitauit, vt id faceret. Et idem cõtigit in tertia tentatione. Quocircà cùm diabolus

1. *Pet.* 5.

Iob. 7.

Chrys. de tẽtat.

Matth.

lus neminem cogat, non est sufficiens excusatio dicere, dæmon me peccare fecit: quod dictum apertissimum mẽdacium est: nam benè posses à peccato te ipsum abstinere, nisi tuæ voluntatis consensum illi dedisses. Nam etiam si Dominus rectè sciret, omnes homines defecturos, & casuros in tentationibus: siquidem dæmon neminem impellit, bene nobiscum factum esset si tentaremur. Nihilominus non omnes vincit, sed potiùs multi in virtute proficiunt atque ità diuina fuit factũ prouidẽtia, vt tentaremur, vt agnoscatur firmitas, fides, & virtus bonorum: & etiam vt nota sit pigritia, inertia, & prauitas malorum. Nam si velis, clare videbis quomodo qui peccant, peccent ob defectum virtutis, non autẽ ob virium defectũ. Si adessent hîc duo homines æqualibus viribus pollentes, alter vero magnũ lapidem reuoluere alter verò non: qui lapidẽ non leuauit, clarum est id fecisse, cùm nollet, siquidem æquales vires cũ altero habebat. Omnes homines eadem natura constamus, & æquales vires habemus naturales. Deus autem paratus est nobis omnibus fauere, si æqualiter simus dispositi. Cùm autem multi probi, ac sanctissimi viri nos præcesserint argumentum est cùm nobiscum eadem fuerint natura, quòd si mãli sumus, non est qualiter non possimus, sed quòd nõ velimus. Vnde multitudo castorum, & pudicorum virorum multitudinem eorum qui luxuriã & libidinem sequuntur confundit, & multitudo humilium, multitudinem superborum reprehẽdit. Atque ità cùm tentatio, & bellum causa sit bonis augmenti gratiæ, nõ est dubiũ, quin si Deus per impossibile posset iniuriã irrogare, irrogaret vtiq; iustis, si tentationem illis adimeret, siquidem cum illa tantum merentur. Quam etiam iniuriã malis inferret, si tentationem illis non daret, etiam si vincendi essent quippè, vt diximus, tentatio nemini vim infert. Vis videre, vt tentatio neminem cogat, nec Dominus eam permittendo? Dic mihi quot sunt qui suis oculis Deum offenderunt? Eua, Dauid, & alij multi, &c. mors intrauit per fenestras nostras. Quot sunt qui Deum auribus offenderunt? Quot qui lingua? Infiniti qui famæ proximorum detrahunt. Respondeas igitur obsecro: egit ne nobiscum male dominus, præbens nobis aures, oculos, & linguam? non equidem. Quot sunt qui, virtutibus peccarunt? non dico executiuè, sed occasionaliter? multi sanè. Vt fuit Phariseus qui ex illis sumpsit sibi ansam ad superbiẽdum. Sunt igitur virtutes malæ? Non ita. Quot sunt qui solis, lunæ, & ornatus cæli causa in Deum grauissime peccauerint, hęc omnia tanquam Deum colentes: Nemo autem erit tam inops mentis, qui dicat Deũ male fecisse illa creãdo. Igitur quemadmodum multi his rebus peccarũt, nec ideo illiæ malæ sunt, nec causa peccandi, sed earum malus vsus: ita etiam si tu tentatione peccas, siquidem illa non te cogit, nec Deus habet culpam, qui eam dedit, sed tu qui facilè succubuisti. Hoc Christus insinuauit dicens, quòd homo sapiens ædificat domum suam supra petram, & venerũt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata quippè erat super petram. Stultus vero ædificauit domũ suam super arenam, & venerunt venti, & descendit pluuia, & flauerunt, &c. Dic mihi quis illam domum demolitus est? Non equidem sola tempestas, nec ventus: nam si verũ id esset, altera etiam domus destrueretur, nam eadẽ tempestas in alterutrã irruit: sed causa fuit malum fundamentum vnius, & bonum alterius. Fragile fundamentum occasus fuit causa. Ità nimirum tentationes quæ probos & malos aggrediuntur eædem sunt: qui autem cadit, malum fundamentum ei est causa. Quòd idem in area videri potest: nam cùm ventus sufflat, paleas secũ fert, triticũ autem minuet. Quis paleas fundit? vẽtus? Non vtique quia etiam triticum secum ferret. Causa fuit palearum leuitas. Te non ducit tentatio, sed tua volũtas, quæ nihil ponderis habet in virtute. Leuis quidem est tua virtus, atque ità tentatio te quò voluit duxit, non autem iustum. ¶ Obserua autẽ quòd tentatio nihil mali intulit malis, etiam si cum illa cadant: sed potiùs multum vtilitatis. Dic mihi quale maius piaculum est, in peccatum incidere cum tentatione, an sine illa? Clarum est multo grauius esse sine tẽtatione peccare, quàm cum illa: nam maior imbecillitas esset cadere me nõ impulso, quàm vi illata. Cùm igitur Deus rectè nosset malos illos casuros etiam nulla facta vi, nec tentatione illata: atque ità maiorem futuram illorum culpam, & per consequens pœnam: vt aliquam portionẽ pœnæ illis adimeret, permisit dominus, vt tẽtarentur. Illa domus, quam supra retulimus, etiã si pluuiæ & venti in eam non irruerẽt,

Lucæ. 18.

Matth. 7.

Lucæ. 6.

Leg. Chryso. homi. 4. *ad popu. Ant. & præcipue. to.* 5. *homi.* 9 *in illud, Nemo læditur nisi à semetipso.*

Reg. 11.

ere. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

paucis trāsactis diebus ruinam minaretur, & tandem caderet: cùm super arenam fundata esset. Ita nimirum malus etiam si à dęmone non tentetur, tamē ob imbecillitatē suam casurus est: nā qui tam cito lapsus est dęmonis tētatione, paucis ab hinc diebus sua voluntate cadet nemine impellente. Dicis te luxuriosum, & inimicum odio habere, quia difficilia sunt mandata inimicū diligere, & castitatem seruare. Vide etiam quòd proximorum famam contaminas, & alia peccata committis, quę nullā secum voluptatem afferunt: quod signum est, quòd in alia priora peccata non incidis, nisi ob imbecillitatem, & deprauatum morem. Si igitur nulla oblata tentatione in talia peccata solū ob leuitatē & inconstantiā casurus eras: clarum est, quòd dominus vtetur tecum sua benignitate & misericordia offerendo tibi tentationem, qua illaqueatus incidas: atque ità minor sit culpa, & in de minor pœna. Nihilominus tamē Deus semper tibi adest in tuum auxiliū præbēs tibi arma, quibus vincas, sacramenta, & sanctas inspirationes: & deniq; Angelum custodiæ tibi semper assistentē. Curādum igitur tibi maximè erit, vt vincas: nam diuino presente auxilio facilis est victoria, si viriliter & Christiano animo dimicaueris. Quia igitur ad prosternendum diabolum fortissimum telum est ieiunij, & ad superandas ipsius tentationes plurimum valet, ingreditur Christus desertū, & ibi ieiunat. Canit nanque ecclesia, quæ diuino spiritu regitur & gubernatur Qui corporali ieiunio vitia cōprimis, &c. Hæc arma, Christ⁹ sibi assumit ad superandas tentationes, & hæc vult vt accipias, si triumphi palmam & victoriam velis consequi. *Et nihil manducauit in diebus illis, & consummatis illis postea esurijt.* Quomodo poterat tantum temporis ieiunare? cui dubio respondendum est, tantam fuisse famis afflictionem, quam Christus passus est post quadraginta dies, quanta fuit quando ingressus est desertum, siue à tēpore illo, quo cœptū est ieiuniū: quia toto tēpore medio impedita fuit actio naturalium agentium dispōnētium ad famē, & fuit illud tempus, quasi si nunquā fuisset. Christus enim erat dominus naturæ suæ, & poterat manere semper sine cibo & potu in oratione, vt hic fecit: & intentus eidem rei, potuisset sic manere per decē annos, & conseruaretur in eo natura humana in sua integritate. Supernaturaliter igitur potuit se à fame tueri, & transactis quadraginta diebus cœpit esurire: & tūc naturaliter alterabatur corp⁹ eius quātū posset alterari corpus alterius hominis eiusdē dispositionis & complexionis. Et tamē Christus tolerauit famē, à tempore quo cœpit esurire, vsque ad tentationes finitas: quia nihil manducauit quousque Angeli venerunt, ad ministrandū ei. Ieiunauit itaque Christus, vt nostram ingluuiē destrueret ieiunio suo. In solitudine vitā degebat vt nostras iniquas conuersationes diuiseret: orabat vt nostra purgaret peccata. Oratio quippe illa, & ieiunium illud, victoriam nobis attulerunt. Pro nobis enim orat, & pro nobis ieiunat. Vnde ipse dominus per Oseā ait. Ego quasi nutricius Ephraim portabā eos, in brachijs meis: & nescierunt, quòd curarem eos. Vt curaret, & sanaret nos, recessit in desertum. Et quemadmodū nutrici dū paruulus infirmatur exhibetur medicina, porrigitur amara potio, vt paruulus in pristinā valetudinē redeat. Sic dominus, quasi noster nutricius laboriosa ieiunia, indefessam vigiliam, & orationem sustinet: non pro suis quæ nō patrauit peccatis: sed p nostris. Vbi maximè obseruandū est, quòd Christ⁹ in deserto orat, & ieiunat: & in ciuitatibus comedit & bibit. Non sic hypocritę: qui in occulto cū nō adsunt testes comedūt: at publicè ieiunant. In occulto peccant, foris autem fictam sanctitatem ostendunt. Meritò etiam à ieiunio incipit Christus vitā spiritualem: vt eodem modo, quo mors intrauit in mundū, intraret & vita. Per cibum parentū nostrorū intrauit mors in orbem terrarum: sic etiam optimo ordine mortis destructor, & vitæ nostræ reparator à ieiunio salutē, & redemptionē inchoat. Sic etiam prima tentatio quam diabolus obtulit Iob, fuit in cōuiuio filij maioris natu. Quicunq; huic vitio laxas præbuerit habenas, facilè à reliquis superabitur. Et quemadmodum dęmon per cibum incipit: sic Christus per ieiuniū: vt optimè illud experiatur, cōtraria cōtrarijs curantur. Prius Daniel destruxit idolū Babyloniæ: postea verò draconem: qui in illo absconditus erat. Quo exemplo ducis & Saluatoris nostri Christi & nos discere deberemus, priùs idolum carnis destruere: si facile volumus de alijs vitijs triūphare. Loth, qui cū abstinētia se ab incendio

Sodomæ incolumē seruauerat, quia in mō tē non abstinens fuit, grauissimum incestū cum filiabus commisit. Prima & potissima arma, quibus indui debemus aduersus aduersariū nostrum sunt ieiunium: & ab hoc gradu incipienda est vita spiritualis. Sanctū quippe tam veteris, quàm noui instrumenti his armis potentissimos exercitus superarunt. Quis vicit exercitum Assyriorū? Ieiunium Iudith. Quis populum Israeliticum liberauit à mortis sententia aduersus illum statuta? Ieiuniū Hester. Quis Danieli tanta, ac tam magna secreta reuelauit? Ieiunium. Et Niniuitæ cum essent gens infidelis, ieiunio Dei iustitiā mitigarunt. Paulus etiam in sua conuersione per ieiuniū vitam spiritualem incepit, & tribus diebus ac noctibus nec manducauit, nec bibit. Vnde factū est vt in tertium cælū raperetur. Adā ieiunus in paradiso erat: satur autem, foras fuit eiectus. Moses ieiunus legem Dei accepit: populus autē cibo meroque ingurgitatus vitulum conflauit, vt eum adoraret. Anna etiam prophetam Samuelem concepit. Per oppositum autē, vt scriptura ait, multi per ebrietatem perierunt. Holofernes iugulatus fuit. Amon filius regis Dauid cibo meroque potatus perijt. Balthasar rex Babyloniæ mortis sententiam audiuit, & regni amissionem. Regina Vasthi authoritatem suam amisit, & regno orbata est. Sunt qui laute & opiparè comedunt, ac bibunt: similes ijs, quibus propter crassitiem, quam in brachijs habent, nō inuenitur vena, ex qua possit sanguinis missio fieri: atque ità contingit, vt priùs cùm vena illis non inueniatur ad interitum venire. Ità qui semper cibo & potu in hac vita suo genio indulgent, ità vitiosi sunt, vt priùs quàm spiritualis medicina pœnitentiæ illis adhibeatur, vel moriuntur, vel truncati manent, antequam à culpis recedant. Eglon cùm nimis pinguis, & crassus esset ab vno loco non poterat discedere, atque ità ibi interfectus est. Strenuus ac diligens dux stationes visitat, & ibi maiora fulcimenta apponit, vbi pars imbecillior est, & inimici maiores, ac fortiores. Cùm igitur imbecillior pars sit caro nostra: ibi cum ieiunio fauendum est. Sanson sola asini mandibula mille viros interfecit. Sic tu multos occides inimicos: si dominus oris tui fueris. Quoniā autem de hac materia multa sunt, quę dici possunt: & multi multa scripserūt: ego breuitatis causa solas duas rationes adducā, quib⁹ tibi persuasum habeas ieiunū. ¶ Prima ratio illa est ob vtilitatem, quam non solum efficis in anima, verum etiam in corpore. Iam præsupposito, vt supra diximus, quòd vita hæc est militia quædam, & continua tentatio super terrā: & quòd Dominus ita fidelis est, vt nunquam patiatur nos tentari supra id, quod possumus, nunc quęro à te. Si duo homines viribus & dexteritate, & diligentia, & armis pares prælia turi exirent, vnus contra alterum, quis nam istorum vincet? Certum est quòd vincet ille, qui fautus fuerit: nam aliter neque vnus neque alter vincet, cum in omnibus æquales sint. Ità similiter corpus & anima in hac vita in continuo sunt bello: caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: at Deus permittit, vt tentatio carnis valentior sit, vt vires spiritus superet. Quis igitur horum vincet? Sine dubio is, in cuius fauorem & auxilium aliquis accesserit amicus? Si corpori faueris cibo, potu, & somno, & deniq; delicijs, & voluptatibus, corpus victor existet, anima verò victa. At si in animę auxilium descenderis, ieiunijs, vigilijs & orationibus, sine dubio animā triūphabit cum victoria de corpore. Cui igitur auxilium prestamus? Animæ cum ieiunijs & orationibus: nam si vincit anima ipsa cū corpore in cælo diuina beatitudine gaudebit, at si corpus triumphauerit, torquebitur in inferno cum anima victa. Secundum quod plus emolumēti corpori euenit si vincatur, quàm si ipsum vincat: nam si vincitur coronatur, at si vincit torquetur. Ignominiosa est victoria eius, gloriosum autem ab anima vinci. Si vincit, perdit: si vincitur, lucratur. Quo circa diuus Paulus. Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu vitia carnis mortificaueritis, viuetis. Nam si malè & asperè cum corpore te gesseris, bene illi facis, at si blādè & delicatè illud tractaueris, malum illi infers. Ideò Christus: Qui odit animam suam, perdet eam: & qui perdiderit animam suā in vitam æternam custodit eam. Qui eam diligit, summo odio ipsam prosequitur: & qui eam odit, tenerimè illam amat. Si tui ipsius amicus es, & carnem tuam christianè diligis eam ieiunijs & orationibus castiga. Quamobrem exēplo Christi Saluatoris nostri (cuius actiones in nostrā eruditionem fiebant) debemus ieiunare, & macerare carnem, & spiritui eam subijcere: nam si spiritui

Iob. 7.

Gala. 5.

Roma. 8.

Ioan. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

spiritui auxilium præstamus, & carnem spiritui subijcimus, & sensualitatem rationi, vincet vtique anima, & glorioſè in cęlo cum corpore ęterna beatitudine gaudebit. ¶Secundò ieiunare debemus vt pondus, quod corpus humeris suis fert auferamus. Nam si videres hominem, qui ascendere vult montis alicuius magni summitatẽ, & hic homo pondus magnum humeris suis ferens, aliud maius pondus etiam ascensu rus assumeret, diceres vtique, iste homo sine dubio non vult hunc montem ascendere. Quid aliud cogitas, hanc vitam esse, nisi viam arduam & difficilem, quę tendit in altitudinẽ cæli? (& vtinã hęc, quæ modò protulimus, sibi persuaderent, nec viuerent, quasi post hanc, alia non maneret nobis vita) Pondus magnum humeris nostris ferimus: quod quidẽ corpus nostrum est. Antequam primus noster parẽs peccaret: non erat pondus, quia spiritui maximè vnieba tur, & cũ illo gratam, & iucundam societatẽ inierat: nam si spiritum iuuabat ieiunare, idẽ & corpus cupiebat: nunc autẽ contradicit corpus animæ, & sensualitas rationi resistit: sic adeò, vt diuinus Paulus hanc cõ tradictionem maximè in se sentiret, cùm dicebat. Sẽtio aliam legem in mẽbris meis repugnantem, &c. Quemadmodum enim nullum est pondus brachium, cùm corpori vnitum sit, nec vllam molestiam infert: at si scinderetur, & super humerum apponeretur, molestiam, & pondus inferret: ità nimirum antequam Adam peccaret, nullum pondus erat corpus: at post peccatum maximum est pondus propter diuisionẽ, quã cũ anima habet. Corpus, quod corrũpitur, aggrauat animã. Anteà incorruptibile erat, & nihil grauitatis habebat: at posteà ità ponderosum est factum, vt dixerit Paulus. Infœlix ego quis me liberabit à corpore mortis huius Si vigilare vis, ieiunare, aut orare: renuit corpus. Vide igitur q dũ magis ac magis illi blãditus fueris, mai⁹ põdus super te ipsum imponis. Si igitur cũ magnũ põdus corporis tui feras, volẽs ascẽdere in montẽ dñi, potum & cibum illi superfluè dederis, nonne põdus ponderi addis? Si, qui oneratus incedit, & maius pondus sibi assumit, nõ vult montẽ ascendere: quomodo dicẽdum est, quòd qui cibo meroque se ingurgitant, in cęlum volunt ascẽdere? Atque ità iudico, quòd hi tales non cupiunt cælum conscendere: quandoquidem cùm deberent onus corpori detrahere vigilijs, ieiunijs, & orationibus, potiùs illud augẽt, vt spiritus à carne oppressus nequeat in altum euolare. ¶Prætereà contra omne ius, & rationem videtur, quòd cùm habeas duos seruos, alterum sapientẽ, alterum verò ineptum & amentem, cõpelleres sapientẽ ignoranti seruire. Quod qui dem exequeris, cùm facis spiritũ carni obedire. Quo circa curandũ tibi est, vt ieiunijs & orationibus carnem spiritui subijcias, si verò caro aduersus spiritum surrexerit, castigabis illam ieiunijs. Si aliquis rusticus, vel infimæ plebis homo aliquam pulchrã reginam in amorem inhonestũ vellet adducere, non solum non hæc regina consentiret tali amori, verum etiam ignominiosum sibi iudicaret, quod tam vilis homo suos desideraret amores, & illũ iuberet fustibus & flagellis cædi. Ita nimirum cũ corpus nostrum tam vile sit, & fœdum, anima verò rationis compos tam magnifica, tam illustris tam diuina & excellens: si aliquando corpus surrexerit, & illam ad turpe aliquid perpetrandum voluerit in suum amorem adducere: non solum non corpus tunc audiri debet, sed potiùs castigari debet & fustibus ieiunij affligi. Sed quia de his inferiùs tractaturi de diuite illo epulone, sum⁹ dicturi: nũc ad contextum accedamus. *Dixit autem illi diabolus.* Cum dæmon videret Christum fame opprimi, accessit ad illum corpus sibi aëreum assumens, in forma cuiusdã deuoti viri aut sancti, eremitę, vt callidiùs illum falleret. In quo aduertere debes quomodo mali opportunũ tẽpus sibi expectant, vt malitiam suam exerceãt. Ita impius Caim tẽpus opportunũ quęsiuit, vt fratrem Abel interficeret: atq; ita duxit eum in campum, vt ibi sine testibus nefarij delicti necem fratri inferret. Vxor Phutiphar expectauit etiam tempus in quo castum Ioseph solum inueniret, vt illũ ad turpitudinem patrandam alliceret. Iudas etiã quærebat opportunitatẽ, vt Iesum traderet. Ita dæmõ cùm videret Christum fame cõprimi: opportunũ satis tẽpus fuit illi visum, vt tentatione gulę illum aggrederetur. Quod idẽ nobiscum iniquus facit: nã quando videt nos saturos & bene potatos, luxuria nos tẽtat: at si fame oppressos, gula, & impatientia nos aggreditur: quando fœlices & prosperos, superbia & ambitione nos inuadit. Sic filij Iacob accepto gladijs depopulati sunt vrbẽ Sichem: quando erat grauissimus dolor vulnerum. Ita dę mon cum virtus in nobis debilior & infirmior est, nos tẽtat & inuadit. Scit enim tempus expectare sibi ad tentationem aptum. Vtinam boni ita bene scirent non amittere occasionem boni faciẽdi. Sanctus Abraham media die in foribus tabernaculi sedebat expectãs an aliquis veniret peregrinus vt ei cibum ministraret: nam tempus illud opportunum erat, in quo peregrini & viatores solent ab itinere quiescere. Loth etiã, qui nutritus erat in domo sanctissimi patriarchæ Abraham ab eo didicerat vesperi hospites expectare, quando iam itineris finem faciunt, & nocte volunt cõquiescere, &c. Sed de his alias. ¶Cum igitur dæmon inimicus humani generis intelligeret aliquo tempore futurum esse, vt homo recuperaretur, quòdque Dominus cum illo misericordia vtens repleturus erat sedes, quas Angeli perdiderant animabus sanctis: tanquam Dei & nostrorum omnium inimicus timens perditionem, & deuastationem regni sui, quæ fieri debebat per Christum Iesum, à mundi constitutione solicitus ambulabat, vt sciret, quis nunc esset qui regnum dæmonis erat destructurus, & vitam nostram reparaturus, vt nostram redemptionem impediret. Atque ita cum vitæ hominum insidiaretur, vidit natale Christi, & cantica & festa ab Angelis facta, tũcque miratus valde, & turbatus extitit. Expectauit igitur, & vidit illum sanguinem fundere in circuncisione, & per pueritiam transire tanquam purus homo nullis datis suæ diuinitatis signis vsque ad duodecimum annum, quãdo inter doctores legis in templo suam diuinam, & admirabilẽ sapientiam demonstrauit. Insidiatus est illi vsque in trigesimũ annum suæ ætatis, cumque toto illo tempore vidisset nulla dedisse signa suæ diuinitatis, quieuit & securus mansit: atque ita videbatur illi non esse filium Dei, sed purum hominem. At cùm in baptismo audisset vocem patris dicentis, hic est filius meus dilectus, turbatus fuit & confusus: cùmque etiam vidisset illum in deserto quadraginta diebus & noctibus ieiunasse, vehementiùs multò demiratus est: tuncque sine dubio credidit, illum esse filium Dei, à quo destruendus, & vincendus erat. Sed cum videret eum fame discruciari, valde gauisus est, cùm intelligeret illum esse verum hominẽ, morti subiectum, & reliquis alijs passionibus humanis. Cùm autem dæmon in eo vidisset alia hominis signa, alia verò Dei: ita perplexus & cõfusus mansit, vt nesciret in quam se inclinaret partẽ: nam mysterium incarnationis dæmones non intellexerunt, quousque audierunt euangelium prædicari ab Apostolis, secundum illud Pauli. Vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei. Quod quidem non de Angelis sanctis (vt aliqui existimarunt) intelligendũ est, sed de dæmonibus, vt nos latiùs disseremus. Christus igitur sic suã deitatẽ abscõdit, vt à dæmone cognosci nõ potuit. Vnde sponsa in canticis de sponso suo Christo ait. En ipse stat post parietem nostrũ: respiciens per fenestrã, prospiciẽs per cancellos. Cùm aliquis est in fenestra per cancellos & rimulas aspiciens partim videtur, & partim non videtur: ità, vt etiam si videatis ibi aliquem esse, non potest percipi nec cognosci quisnam ille sit. Ita verbum diuinum prospiciens erat per cancellos humanitatis, quod etiam si signa aliqua sui ipsius ostendebat, & aliqui cognouerunt illud, valde inclusus erat: etiam si per cancellos humanitatis splendorem suæ diuinitatis emittebat, miracula stupenda faciens, quibus se ipsum cognosci dabat. Ita tentator Satanas cùm videret eum esse hominem, & ex altera parte deitatis & diuinitatis radios emitere, decreuit, hoc negotiũ clarum efficere, cùm iam defatigatus esset tanto tempore illum persequi. Vt autem hoc negotium tic adeò arduum, & difficile aggrederetur, vt animum assumeret, hanc secum fecit coniecturam. Magnam semper suspicionem habemus omnes, hunc esse filium Dei, & valde timet princeps noster ab hoc esse destruendum. Ego igitur nunc decernere volo negotium hoc: nam vel ero victus, vel nõ. Si victus fuero, nõ mihi mulũ ignominiosum erit, à tãto atque tam sancto viro vinci, in quo vnquam nec vnum veniale peccatum fuit inuẽtum. At si multi homines, qui peccatores fuerunt, me quotidie vincunt: non multũ erit à tam sanctissimo viro vinci. At si victor euasero, maximam mihi palmã arripio, quam nullus vnquàm dæmon fuit consequutus. Qualis obsecro maior gloria mihi continget, quàm si principem meum certiorem fecero, hunc hominem non esse filium Dei? Vbi igitur

tantum

Rom.7.

Sap.9.

Rom.7.

Cap. 2.

Ephe. 3.

Cap. 11. infrà dare electionem.

Canti.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tantum poterit esse lucri, iactura vero nulla vel minima: ignauia erit, illum non aggredi: nunc præcipuè quando fame premitur, & aptus est tempus tentationi. Ità tentator habitu religionis & honestatis, accipiens manibus suis lapides, obuiam exijt Christo, dicens. *Si filius Dei es dic lapidi huic, vt panis fiat.* Ne credas quòd statim, vt illũ vidit dæmon, hac quæstione fuit aggressus: nam euangelistæ breuitatis causa solum conclusiones rerum scribunt. Alijs ambagibus & circunloquijs ingressus est dæmon, priusquàm suam tentationem propalaret. Priùs igitur illum salutauit amicis verbis, & postea dixit illi. Etiam si me non agnoscas, multi agũt iam dies ex quibus ad me tui fama & notitia peruenit. Volat etenim per vniuersum orbẽ tuæ bonitatis, & sanctitatis nomẽ & fama: nunc præcipuè cùm tanto atque tam mirabili ieiunio. Miror equidem valdè tuæ vitæ asperitatem, sic adeò vt credam, te non esse nisi Dei filium, & Messiam, quẽ Iudæi expectamus. Si tu is es, quem ego suspicor, nullo opportunio ri tempore posses venire: nam mundus ita perditus est, vt ego propter tot tantaq; scelera, vt sunt in Ierusalem, ab ea fugere & ali quibus diebus in desertum recedere volui, vt meliùs longè procùl à negotijs mundi. Deo posim vacare: at iam in domum meã recedere volo. Cum autem tu posis vitæ sanctimonia & exemplo, tot atque tantas animas perditas lucrari, & à peccato seducere, videtur mihi melius & magis acceptum Deo esse obsequium, si Ierusalem tendas, & pœnitentiam prædices, quàm hìc in deserto esse absconditum. Cùm autem ità macilentus sis, & adeò fame opprimaris, hìc vero nemo adsit, qui cibũ posit ministrare, quousque illuc perueniamus: siquidem filius Dei es, dic, vt lapides isti panis fiant. Fi
Exo.3. lius Dei mutauit Moysi virgam in serpen-
Exo.7. tem, aquas Ægypti in sanguinem, & vxo-
Gen.19. rem Loth in statuam salis. Dic iubens: nam
Psalm.148. de Deo scriptũ est. Ipse dixit, & facta sunt:
Gen.1. ipse mãdauit & creata sunt. V nico solo verbo, fiat, vniuersa condidisti, & nunc eodem modo iube, & dic, fiat: & conuertentur lapides isti in panem. ¶ Perpende autem diabolum hanc proprietatem habere: quia vt cognoscat secreta cordis, habet se sicut piscator cum piscibus, quos vult capere. Nã piscator hamum mittit in fluuium, qui etiã si non videt pisces, tamen cùm videt signum demergi, intelligit captum esse picẽ: atque ità extrahit illum ab aqua. Simili modo cor nostrum fluuius est profundissimus, cùm autem dæmon ob eius profunditatem non videat, nec cognoscat ipsius secreta (hoc quippe soli Deo competit) hamum mittit esca coopertum, expectatque an in cibum præcipites feramur. Nunc vt experiatur an carnales simus, escã carnis apponit, intenditq; diligẽter, quòd illius amorem cupiamus. Si autem videt nos in libidinem inclinari, occasiones quærit: vt sæpius in id peccatum incidamus. Cùm igitur dæmon scire vellet, an Christus filius Dei esset, volebatque illum inducere si miraculũ aliquod faceret, quo cognoscere posset esset ne Dei filiꝰ. Ideo ait illi, Dic lapidi huic, vt panis fiat. ¶ Disce ò homo, quòd quando dæmon occasionem obtulerit, vt Deum offendas, nihil aliud est quàm palliatus hamus, quo animam tuam vult capere. Si autem piscis sentiens se esse captum conatur hamum effugere: cur tu non curabis Satanæ tentationem euadere? Statim ab eo debes fugere, & à suis compedibus liberari: quia hic crudelis piscator ad nihil aliud te cupit, nisi in mortem & tormẽta. Ità in hoc loco voluit tẽtare Christum vt sciret an filius Dei esset, vt vel sic posset nostræ saluti & redemptioni esse impedimento. Ita igitur aggressus est illum dicẽs, si filius Dei es, &c. ea oratione & verborum, ambagibus quas antea retulimus. Hæc fuit tentatio dæmonis. At verò antequam vlterius procedamus, & videamus quid Christus respondit: operæpretium erit, aliqua istorum verborum expendere. ¶ Primò apparet ex his verbis dæmonis intellectum ligatũ seu impeditũ esse à Deo in pœnam sui peccati: ita quòd non solum potentia eorum sit ligata: sed etiam vis intellectiua: taliter vt nequeat cognoscere, quæ ex vi naturali sui luminis cognoscere possent. Nã ex eo quod ex verbis Angeli ad virginem factis, & verbis Angeli ad pastores, & ex verbis in baptismo prolatis dæmõ non cognouit Iesum esse filiũ Dei (cũ id nũc curet miraculo cognoscere) clarè colligitur ea omnia testimonia nõ intellexisse: nam nullam maiorem certitudinem ex illo miraculo haberet, quòd Christus esset filius Dei, quàm ex illis testimonijs. Sciebat enim diabolus Angelos cœlestes non mentiri. ¶ Præterea discutiendum nobis est, vnde diabolus ex hoc mira-

miraculo poterat scire Iesum esse filiũ Dei? Nam alij viri sancti alia maiora miracula fecerunt, nec aliquis eorum ideò fuit filius Dei habitus: vt fuerunt Helias & Eliseus, Moses, & Iosue. Dixerunt aliqui, quòd dæmon rectè sciebat, quòd propter hoc miraculum non cognoscebatur Christum esse filium Dei: sed quòd modum & formam faciendi miraculi expectabat. Nam maximum discrimẽ est si fiat miraculum per imperantis modum, vel per deprecantis & orãtis: nam imperare est Domini, orare verò & deprecari est serui. V num autem illud in quo Christus ostẽdit se esse filiũ Dei, faciens miracula per modum imperantis tanquam Dominus, & Deus, quod alij sancti non fecerunt, sed Deum orãtes & deprecãtes tanquam serui & ministri, hinc factum est, vt Satanas modum & formam miraculi expectaret, vt inde colligeret esset Christus, filius Dei nec ne. At hæc ratio mihi non placet: & nullam vim habet, nam posset Christus hoc miraculum facere, vt ipse vellet, vel iubens, vel orans, interius in cogitatione sua: tunc que dæmon videret lapides in panem conuersos, nec sciret modum nec formam, qua miraculum fuit factum: atque ita insçius & ignarus maneret. Ideoque, vt hanc tentationem intelligas, aduerte, quòd in quibuscunque miraculis potiùs attendi debet causa miraculi, quàm ipsum miraculum. Miraculum nanque, quod fit in comprobationem & testimonium alicuius conclusionis, illam cõclusionem efficit infallibilis veritatis: nam cum Deus, qui author est miraculorum, qui testimonium nõ potest proferre mẽdacij, in testem illius cõclusionis adducatur, conclusio manet veritatis infallibilis. Quãdo beatus Petrus Apostolus prædicabat, Deum humanam naturam sibi copulasse. Deus autem in testimonium & probationẽ huius articuli aliquod operabatur miraculum: hæc propositio. Deus humanam sumpsit carnem, infallibilis veritatis manebat: quãdoquidem Deus, qui summa veritas est ipso miraculo testimonium proferebat. Cùm igitur dæmon hanc rectè didicisset theologiã, dixit Christo. Si filius Dei es dic, &c. Ac si diceret. In testimonium huius veritatis, q̃ tu filius Dei es, miraculum operare faciens, vt lapis hic in panem cõuertatur. Quòd autẽ Christus lapides in panem conuerteret, hoc quidem non probabat, illum esse filium Dei: at ex lapidibus panẽ facere cũ hoc addito, scilicet, vt ostẽdatur miraculo veritas istius propositionis, tu es filius Dei: optimè probaretur Christũ esse filium Dei. Quòd verò miraculũ esset lapides in panem conuertere, vel aliud quoduis, parum refert: nam quodcunque miraculum, si id factum esset in testimonium quòd Christus erat filius Dei, vtique probabat infallibiliter illum esse filium Dei. Itaque hæc fuit ars & calumnia, qua dæmõ Christũ tentauit. ¶ Expendeautẽ in his verbis, quòd Lucas hic loquitur in numero singulari dicens, Dic lapidi huic vt panis fiat. Matthæus verò in plurali loquutus est, dic vt lapides isti panes fiãt: *Matth.4.* in hoc autem nulla est cõtradictio, nam Lucas numerum singularem pro plurali accipit, qui mos scripturæ diuinæ est. In Exo- *Exod.8.* do quippe legitur, venit musca grauissima, idest, multitudo muscarum. Itaque Matthæus propriè loquutus est, referens eadem verba, quæ diabolus dixit, Lucas autem significatiue loquutus est ponens singulare pro plurali. Ideò vtroque modo bene stare potest, cũ similia in scriptura reperiamus. ¶ Obserua etiam quomodo diabolus curat seruos Dei à diuinorum cõsortio, in corporis curas, & solicitudines retorquere. Dei enim studium est, nos è terrenis ad cælestia prouocare, diaboli autem studium in carnis amorẽ deflectere. Deus vult, vt edamus *1.Cor.15.* ad euangelizandũ, diabolus verò vt euãgelizemus ad edendum. Deus mundũ subdidit homini, vt à mundo ascenderet in Deũ: diabolus vellet, vt miracula omnia & mundum ipsum ad edendum homo destinaret. Sed prudentia carnis inimica est Deo: legi *Roma.8.* enim Dei non est subiecta, neque enim potest. ¶ Aduertendum etiam venit, non dixisse dæmonem Christo, vt ex lapidibus (vt ità loquar) capones faceret, nec pauos, nec alios cibos his similes, qui pretiosi sunt & magni sumptus, sed quòd faciat panem: nam dæmon si paruare te capere potuerit, nunquam preciosam tibi dabit. Si te in infernum potest detrudere, si vnum solum argenteum fureris: non vtique mille tradet ducatos. Nescit seruis suis multum dare, sed minima: nihilominus tamen vult diligenter ministrari: & ob parua vult nos in infernum ducere. Sic filius prodigus *Lucæ.15.* cupiebat siliquas: & dæmon, cui seruie- *Deute.8.* bat, illi non dabat. Voluptates in pondere, & mensura hominibus tribuit. Sed iam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iam Christum quid diabolo responderit audiamus. *Et respondit ad illum Iesus. Scriptum est quia non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo Dei.* Multi hîc nescio quid de anima & corpore disserunt dicentes, quod sicut corpus indiget cibo corporali, ita anima verbo Dei, quod cibus est ipsius: quæ respõsio esset extra propositum. Nam dæmon non hîc de cibo animæ, sed corporis loquebatur: nam anima bene saturata erat quadraginta diebus continuis ieiunij & orationis: atque ita manifesta insania esset si diceret ei dæmon habenti famem corporalem, quòd conuerteret lapides in panem, vt comederet, si Christus responderet, animam necessitatem habere verbi Dei. Sensus igitur est iste. Acsi diceret illi dominus. Non constringitur Deus, vt solo pane hominem possit sustinere: quia homo potest viuere non in solo pane, sed in omni verbo: hoc
Exod.16. est, in quacunque re. Nonne sustentauit filios Israël quadraginta annis in deserto sine pane? Ità etiam me pascere & sustentare potest frondibus harum arborum, & herbis campi, & alia quacunque re: nam diuina potentia non vnico tantum cibo constringitur, aut arctatur: siquidem hominem pascere & alere potest, quacunque alia re. Et dico tibi quòd non solum quacunque re potest me sustentare: sed in omni verbo: hoc
Hebr.1. est in sua virtute, etiam si nihil comedam, ac bibam. Deus enim potens est quem voluerit, sine cibo sustentare. Vnde verbum in hoc loco accipi potest pro virtute iuxta illud Pauli. Portansque omnia verbo virtutis suæ. Et quòd verbum accipiatur etiã pro re, innumera sunt loca scripturæ, id manifestantia. Vt est illud Esaiæ. Non fuit ver
Esai.39. bum, quod non ostenderit eis Ezechias. Et post pauca ait scriptura, quòd dixerit rex Ezechias Esaiæ. Non fuit res, quam non ostenderim eis in thesauris meis. Vbi apertè vides, quomodo in priori loco verbum sumitur pro re. Sic Dauid. Dixit Amalechitæ, quærens de rebus, quæ acciderant in
2.Reg.1. bello. Quod est verbum quod factum est? Indica mihi. Qui ait. Fugit populus ex prælio: & multi corruentes mortui sunt. Multa alia loca adduci possent ex scriptura, vbi verbum sumitur pro re, nunc autem, vt fastidium vitem ea prudens prætereo. Sæpè enim in libris regum dicitur. Reliqua autem, quæ fecit talis rex, nonne scripta sunt in libro verborum regum Israël, vel regum Iudæ? hoc est in libro gestorum vel rerum. Igitur in omni verbo, id est, in quacunque re: vel sine re aliqua potest Deus hominem sustentare absque pane, sicut sustentauit Mosem quadraginta diebus, sine aliquo cibo: quem etiam poterat sustentare centum annos si voluisset. ¶ Ad nostram eruditionem discamus ex hoc loco vitam nostram non ex communi rerum vsu pendere, sed ex diuino beneplacito: nam si velit Deus, rebus repugnantibus suos sustẽtabit. Quis credidisset aquam eductã de petra, aut maria dulces posse aquas effundere? Sed non in communi rerum ordine vita spiritualiũ consistit: sed in diuina voluntate. Ità equidem cùm te in extremo discrimine conspexeris, cùm nec panis, nec alia res tibi sit, in qua fiduciam habere possis: intellige Deũ esse potentem, ita vt sine pane, nec aliqua alia re possit te sustentare. Non in cura rerũ temporalium viuas: sed primum quẽre regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur tibi. ¶ Discamus etiam in nulla re dæmoni consentire, etiam si bonum appareat, quod suadet: exemplo Christi, qui non acquieuit dictis ipsius. Nec ab impijs quicquam accipiamus, sicut Christus noluit accipere, quod diabolus offerebat. Noluit sanctus Abraham ditari à rege Sodomorum, sed à Deo solo: atque ideò dixit. Leuo manum meam ad dominum meum excelsum, possessorem cæli & terræ, quod à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ nõ accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Nec Rebecca ditari voluit auro Bathuelis, sed in domo Abrahæ ditari voluit. Nihil accipiendum tibi est nisi à Deo. Sic Dauid cum malediceretur à Semei, Dominus præcepit ei, vt male diceret Dauid. Et Iob. Si bona domini suscepimus mala autem quare non sustineamus? Mala & bona à Deo tãtum volunt accipere iusti: & nihil à mundo. Nullum sit nobis commercium cum mũdo, sed etiam puluerem pedum nostrorum excutiamus coram eo: & nihil suorum bonorum aut malorum accipiamus, aut cõcupiscamus. ¶ Denique discamus, modestè respondere aduersarijs nostris eò quòd potius vincuntur rationibus, quàm contumelijs & conuitijs. Poterat Christus vincere diabolum sua potestate & illum reprehẽdere, & contumelijs afficere: sed noluit illũ viribus, sed ratione superare: nam defendere se authoritate scripturæ, est ratione se tueri. Multi nunc animo obstinato & superbo, cum non habeant quid possint respondere obiectionibus, statim contumelijs & conuitijs aduersarios afficiunt, qui mos hæreticorum est. Sic etiam Iudæi sæpè Christo respondebant: & conuicti ratione vocabant illum dæmoniacum, & Samaritanum, & etiam confusi ratione, lapides sumebant aduersus eum. Prælati etiam & magistratus discant, vt non verbis contumelijs subditos conuincant, sed ratione. *Et duxit illum diabolus in montem excelsum.* Iam vides, quod inter Matthæum & Lucam nõ seruatur ordo tentationũ, quia Matthæus secundam posuit tẽtationem, quæ fuit in pinnaculo templi: & tertiã & vltimam in mõte. Et Lucas secundam ponit eam, quæ fuit in monte, tertiam vero, quæ fuit in pinnaculo. Sed nulla est discordia inter eos, quia licet necessum sit, quod alter eorum mutauerit ordinem naturalem rerum gestarum, non ideo errat, aut alteri contradicit, quia ordo naturalis rerum sæpè mutatur in scriptura, & in alijs scripturis per anticipationẽ & alios modos, cùm ordo artificialis in ratione rerum sæpè sit vtilior ad intelligendum, quàm ordo naturalis. Sic inquit Ioannes, quod cœpit Christus lauare pedes discipulorum suorum & posteà dicit, quòd venit ad Simonẽ Petrum. Primò omnium Petrũ lauit, sed quod primò dixerat, quòd cœpit lauare pedes, per recapitulationem dixit. Lucas igitur non seruat hîc ordinem historiæ, sicut nec in capite præcedẽti, cùm primò egit de carcere Ioãnis Baptistę, & deinde quomodo Christum baptizauit: vt tibi iã diximus. Matthæus vero sequutus est ordinem naturalem in narratione harum tentationum: quia secunda fuit in pinnaculo templi, & tertia in mõte, & hunc ordinem non seruat Lucas. Et quod hoc ità se habeat, patet satis, quia Matthæus, postquã egit de priori tentatione dixit. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum supra pinnaculum templi. Ergo videtur quod immediatè fuit. Sed Lucas sic non dicit, sed post tẽtationem lapidum finita ait. Et duxit illum diabolus in mõtem: qua ait. Et duxit illum in Hierusalem. Et sic non posuit Lucas aliquam dictionem significantem ordinem temporis, aut continuationem, sed Matthæus illam posuit dicens, tunc assumpsit eum diabolus, &c. Ergo credẽdum est potiùs Matthæum seruasse ordinem historiæ, quàm Lucam. Nos verò tantummodo in narratione tentationum ordinem Matthæi sequemur. ¶ Igitur diabolus postquã priùs tentauit illum in deserto, duxit illũ in pinnaculum tẽpli, & dixit ei, vt mitteret se deorsum, quæ tẽtatio replica est contra responsionem, quam respõderat in priori tentatione. Dixerat enim Christus quòd non in solo pane viuit homo. Cõtra hoc arguit diabolus sic. Ita necessarius est panis, vt homo sustentetur, quàm scala ad descendendum ab hoc pinnaculo, si igitur tu dicis quòd sine pane potest Deus te ipsum sustentare, etiam dices sine scala posse infra descendere. Si ita igitur in Deo confidis, vt existimes, te posse sine pane alere, & sustentare, confide etiam quòd sine scala poteris descendere, cùm non sit maior ratio de vno quàm de alio. Si autem ad id, quod tu dicis, non in solo pane hominem viuere,
Deuter. 8. locũ scripturæ in Deuteronomio adducis: etiam locus scripturę aliud probat. Angelis
Psalm. 90 scilicet, suis mãdauit de te, &c. Cum igitur ambo hæc æqualis potẽtiæ Deo sint, & ambo sua loca scripturæ habent, & credis quòd sine pane possit te alere, crede etiam te sine scala posse descẽdere, atq; ita mitte te deorsum. ¶ Aduerte quòd dæmon in priori tentatione non adduxit scripturam, nunc autem adduxit: quia Christus in data responsione scripturam allegauerat. Nam posset dicere Christus, quod illi priori. Non in solo pane viuit homo, erat locus scripturæ, ad secundum verò, quòd se præcipitaret, nullum esse locum. ¶ Tertia etiam tentatio ad propositum magis facit, nam postquam Christus respondit. Non tentabis Dominũ Deum tuũ duxit illum in sublimem montem, & ostendens ei omnia regna mundi, dixit illi. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Ac si diceret. Verè in his paucis quæ tecum egi, clarè cognoui, te hominem doctũ ac sanctum esse, nunc igitur siquidem tu dignus es, volo me tibi manifestum facere quis sim. Scias me hominem ditissimũ esse & adeò potentẽ, vt omnia hæc regna, diuitias, & imperia, quæ vides, mea sint eaq; possim donare cui libuerit. Vt igitur à tãtis curis mũdanæ gubernationis me seiũgam, & vt melius possim Deo vacare, quæsiui hominẽ studiosum & probum cui hæc omnia possem tradere: tu autem is mihi visus es, vt his omnibus sis dignus, atque ita ea omnia tibi libet donare. At est hîc

Universidad de Deusto
Biblioteca

quoddam inconueniens, nam timeo quod tanto honore & dignitate mutabis tuos mo-
1. Reg. 6. res: quia honores mutãt mores. Nam Saul, qui sanctus erat & humilis statim, vt vidit se in regem electũ, superbus ac malus fuit. Quia igitur aliud simile huic tibi non contingat, nolo vt rex absolutus sis, sed quod mihi subijciaris, & me Dominũ agnoscas: atque ita hæc omnia tibi volo tradere, si obsequium & dominiũ præstiteris. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Hæc est phrasis & enarratio trium harum tentationum, nunc verò iuxta contextum beati Lucæ hæc omnia & singula latiùs discutiamus, ait ergo Lucas. *Et duxit illum diabolus in montem excelsum & ostendit ei omnia regna orbis terræ in momento temporis & ait illi.* Prior tentatio fuit in deserto quodam, quod est inter Hierusalem & Hierico: & hæc tentatio montis fuit duobus milliarijs prope illum locum. Multi hîc errauerunt, dicentes, quòd diabolus ostenderit digito omnia regna dicens. In tali loco est tale regnũ, & in tali talis prouincia, & in tali hæc ciuitas, & hæ diuitiæ. Vel quòd ostendit in mappa mũdi. Quod nullo modo stare potest, quia textus nõ dicit quod narrauit, vel enumerauit, sed q̃ ostendit, hoc est, oculis corporeis vidit visibiliter omnia regna mundi & diuitias eorum: Præterea si in momento monstrauit, vt hîc Lucas noster dicit, non vtique digito ostendit, dicens hîc est Roma, illic Antiochia, ibi Alexandria, Rhodos, Athenæ, &c. quia hoc in momento temporis fieri non poterat. Sed quòd in mappa ostenderit hoc nihil erat. Quapropter dicendum est quòd arte magica & incantationibus fecit diabolus, vt in montis illius spacio omnes ciuitates mundi opulentissimæ apparerent, omne aurum, argentum, & quicquid mundus amat. Non tamen intelligas quòd statim illa apparitio opum, regnorum, & diuitiarum ab oculis Christi euanuit, sed quòd durauit toto tempore, quo durauit tentatio: sed in Christi phantasia nihil operatus est.

¶ Expende autem quòd diabolus, vt Christum tentaret, quem maximum sanctum esse credidit, omnia mundi regna & gloriam eorum, & diuitias ostendit, sed nos nõ tantis diuitijs & honoribus tentat, sed vili & abiecta re, qua sola nos superat, & vincit. O quot quantique sunt homines, qui diabolum adorant vilissimo precio, pro vilissimo scorto, & pro parua pecunia. Quot mercatores, & venditores vnico solo argenteo se diabolo subdunt iurantes, mentientes & emptorẽ decipientes, &c. ¶ Præterea regna illa, & diuitiæ non veræ fuerunt (vt modo dixi) sed fictitiæ. Sic mundi honor diuitiæ, & quicquid sub cælo est, vanum est, & vt Iacobus ait, vapor est ad modicum apparens. Hæ temporales diuitiæ vmbra sunt illarum diuinarum atq; cœlestiũ. Vanæ sunt hæ temporales diuitiæ, quando quidem tam vanum finem sortiuntur. Dormierunt somnum suum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis. Vanum id est, & caducum, quod à tanto atq; tam diuino bono (vt Deus est) te seducit. Ideo Dauid. Filij hominum vsque quo graui corde, vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? tanquam vile stercus Apostolus illas iudicabat, qui dixit. Omnia arbitratus sum, vt stercora. Quapropter si veri diuites esse cupitis, veras diuitias amate, puer pluris habet equum confectum de arundine, quam omnes equos regis: & puella pluris habet pupulã, quàm omnes mundi mulieres pulchras atque formosas. At tu qui homo es, quid est, quòd diuitias terrestres, cum vanæ illæ sint & perituræ diligis, & cupis? Vnde Salomõ valde homines miratus, qui has res terrenas dilexũt, & veras relinquunt, inquit. Vsque quo paruuli diligitis infantiam. Non sic Paulus qui dicebat. Cùm eram paruulus loquebar vt paruulus, sapiebam, vt paruulus, quãdo autem factus sum vir, euacuaui, quæ erant paruuli. Si in tragœdia aliqua faber ferrarius, vel sutor ingrederetur regalibus vestibus indutus, nõne qui illum, vt regem coleret, insanus & amens iudicaretur? Reges igitur huius mundi nihil aliud sunt, nisi reges comœdiæ & ficti, & omnes eorum diuitiæ (si eas conferas cum veris & æternis) fictæ atque falsæ sunt. Ne simus pueri, siquidem homines adulti sumus: ne simus ignari, siquidem sapientes & prudentes volumus haberi, tuncq; pueri & infantes erimus, quando terrenas diuitias plus æternis & veris dilexerimus. Nam sicut hæ diuitiæ, quas diabolus obtulit Deo, non erant veræ, sed magicæ atq; fictitiæ, sic etiam sunt diuitiæ huius sæculi, & quicquid mundus continet.

¶ Obserua etiam quod aptè in momento tẽporis sæcularia & terrena demõstrantur: in quo caducæ fragilitatis potestas humana declaratur. In momento enim hæc temporalia transeunt, & sæpè honor huius sæculi trã sit, antequam adueniat. Quid enim sæculi potest esse diuturnum, cùm ipsa sæcula nõ sint diuturna? Discamus has mundi diuitias contemnere, non solum ob earum falsitatem, & vanitatem: sed etiam propter earum breuitatem. Non solum hæ diuitiæ, quas diabolus Christo ostendit, falsæ erant & imaginariæ, sed in momento ostensæ breuiter euanuerunt. Sic honor, sic potestas sic diuitiæ, sic deniq; quicquid mundus habet cito transit, & fugit. Vnde Paulus, præterit enim figura huius mundi. Inconstans est gloria eius, & bona sua momentanea & futilia. Ideo Iob. Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritæ ad instar puncti. Si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent. Vbi est? velut somniũ euolans non inuenietur, transijt sicut visio nocturna. Nõ potuit Iob aptiùs conferre breuitatem, qua cuncti honores, diuitiæ, & voluptates huius sæculi prætereunt, quàm puncto. Sola consideratio breuitatis, qua omnia huius præsentis vitæ dilabuntur, satis esset, vt illum contemneremus. Vidi impium exaltatum super cedros libani, transiui, & ecce nõ erat, &c. Vnde in Prouerbijs dicitur. Quasi tẽpestas transiens non erit impius, iustus autem qua si fundamentum sempiternũ. Quemadmodum tonitrua magnum strepitum faciunt, at cùm nubes in aquam cõuertitur, tempus serenum manet, ita pompa & gloria huius mundi, vel vnico puncto præterit. Tanquã vmbra omnia quæ hîc videntur prætereũt: tanquam radius cæli, qui in ictu oculi transit, ita sunt omnia regna & tempora mundi. Vanitati subiecta est omnis creatura. Nihil stabile, aut firmum sub terra est, ex qua Adam, & filij eius conditi sunt. Mundi enim prosperitas est serenitas hyemis, tranquillitas maris, & stabilitas lunæ: sicut hæc facilè mutantur, ita opum & humanarum rerum status nullam habent firmitatẽ, aut constantiam, transeunt omnia illa sicut vmbra (ait sapientia) & tanquam nuncius præcurrens. Igitur tu quemadmodum alter Tobias, sedens in litore fluuij Tigris attenta consideratione debes tecum reuoluere, qua velocitate omnes mundi honores currant, & prætereant. Fluuius ille ita appellatur ob maximam velocitatem & celeritatem, qua eius aquæ fluunt, quæ quidem velocitas, nec conferri potest cum illa quam dies tui ferunt currentes celeriter in mortem, nec cum celeritate, qua cũcti honores, diuitiæ & voluptates huius sæculi præterierunt. Cum hac consideratione lauabis pedes affectionum animæ tuæ, & cum hac cõtemplatione puluerem mundabis, quo inquinatus fuisti cum mundi amore agebas. Omnia huius vitæ, vt vmbra transeunt, & voluptas, quæ inde capitur, ita breuis est, vt antequam ad desideratum finem perueniat, iam transijt, tormenta autem, quæ peccatorem manent ob hanc voluptatem, nullum nouerunt finem. Voluptas, quæ hîc capitur temporalis est, quod autem in alia vita cruciat, æternum est. Quid obsecro est stabile, aut quid in hac vita durat, & permanet? Duraruntne diuitiæ multum temporis? Permansit ne gloria huius mundi? Audi obsecro dicentis vocem. Dies mei velociores fuerunt cursore. Quemadmodum tabellarius nondum venit, quando iam iterum proficiscitur: ita vita nostra, & omnes voluptates, & honores eius nondum venerunt, quando in temporis puncto iam abeunt. Magnum igitur cum dispendium fecerimus ad contextum reuertamur, & videamus quid diabolus dixerit Christo, postquam omnia regna & gloriam mundi illi ostendit. *Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam eorum, quia mihi tradita sunt, & cui volo do illa. Tu ergo procidens si adoraueris coram me erunt tua omnia.* Obserua, quòd in hac tentatione non dixit. Si filius Dei es, sicut in alijs: sed tanquam homini loquitur. Secum enim sagax tentator cogitauit. Si filius Dei est, forte mihi pœnas imponet, & asperè & potenter loquetur, cùm ausus sim contra diuinitatem agere. Si autem homo est, vel credet mihi, vel non. Si crediderit, adorabit, & sciam illum hominem esse & peccatorem. Si non crediderit promissis, & impossibilia videntur, ea quæ dixi, loquetur mecum, & cõfabulabitur, quomodo possim ea, quæ promisi donare, & forte dicet, sufficiet mihi si me Dominum alicuius partis, vel regni mundi constituas. Et ex verbis ipsius eliciam, an purus homo sit, an Deus & homo. ¶ Præterea vide quomodo diabolus semper auget tentationes. Primò tentauit illum in deserto,

Universidad de Deusto
Biblioteca

serto, vt lapides conuerteret in panem. Secundò grauius tentauit in Hierusalem cum dixit, mitte te deorsum. Nunc tertiò grauissimè tentat, cùm adorari petit. Ita dæmon semper auget tentationes, quocirca qui nõ nouerit se à minoribus tentationibus tueri, in maiores incidet. Pharaoni misit Dominus paruos ciniphes in plagam: quibus superuenerunt grandes muscæ. Docet locus iste, vt minima timeamus, si nolumus in maiora mala incidere. Sic Herodi regi contigit, qui priùs adulter fuit, ac deinde maiora mala addidit, & Ioannem in carcerem detrusit. Sic loquitur de eo noster Lucas in capite præcedẽti, & quia ibi iam de his loquuti sumus, nunc ad alia gradum faciamus.

Exod. 8.

¶ Adorari petijt, vt intelligas, quòd omnes, qui diabolo consentiunt, illum adorant. O si hæc attenderet peccator, & videret quomodo impijssimo dæmoni & vili creaturæ se subijcit. ¶ Deniq́ue obseruabis, quam fallax & mendax sit dæmon in omnibus, quæ promittit. Mendax fuit in omnibus, quæ hîc dixit: nam regna & diuitiæ, quas ostendit non suæ erant. Et etiam mendax fuit dicens, quòd omnia hæc dabat cui ipse volebat, & quòd item daret ea Christo, si eum adorasset. Similes sunt dæmoni, qui gloriantur de nobilitatibus, gratijs, & bonis, quæ non habent, & ea dicunt fecisse, quæ nunquam fecerunt. Similes etiam sunt dæmoni, qui ea non adimplent, quæ promittunt. ¶ Ad nostram autem eruditionem admonet locus iste, ne credamus diabolo, mũdo, aut carni, & omnia quæ nobis promittunt falsa esse, & vana. Nunquam promissis stat, & quod promittit nunquam facit, & in omnibus dictis mendax est. Humiliat se, & interiora eius plena dolo. Ne credas eius dictis, nec cogites posse tecum amicitiam habere. Ne fidas Ioab, nec credas quòd dæmon & mundus amici tui sint, nam si credis illis, & in eis confidis, tibi necem inferet osculo & salutatione pacis, tanquam alteri Amassa. Quicquid mundus dicit, & consulit tibi, falsum est & mendax, vt clarè videtur in omnibus, quæ dæmon hîc dixit Christo. Plurimi prophetæ falsi adulabantur regi promittentes ei vitam & victoriam, si in bellum iret: & omnia hæc, vt ad libitum loquerentur. Omnia, quæ mundus consulit, & omnia, quæ appetitus imperat fallaciæ sunt tibi dicẽtes, quod etiã si male vinas, bene potes vitam æternam ex pectare. Morieris tanquam Achab: si falsis prophetis credideris. Hi sunt falsi testes, quos Iezabel adducit: qui si credantur, spiritum interficiunt. Animaduerte quòd omnia, quæ tecum mundus facit blandimenta, sunt falsa & ficta, quibus capere solet incautos & improuidos. Confidit Sisara Iaeli, quia autem illi credit, miserè interfectus fuit. Deus inquit. Populus meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt. Propheta ille, qui venit à Iuda, quia credidit falso prophetæ, interfectus fuit à leone. Solet dæmon tanquam propheta ille falsus & senex, vt magis decipiat, dicere quòd Deus iubet, & scripturam sacram in comprobationem adducere, vt faciebat quando Dñm tentabat. ¶ Aduerte quòd piscatores solent esca hamum cooperire, vt pisces capiant, & decipiant, & vide quòd omnia mundi blandimẽta sunt in tuam perniciem & damnum, & quòd sub virenti herba coluber est absconditus. Mulier nanq́; illa, quam Apocalypsis refert, in vase aureo propinabat venenum. O quot & quãtos hoc maledictum venenum suorum præstigiorum interfecit, & quanti bibunt mortem in honorum, diuitiarum, & voluptatum vasis Aureo vase ignaros & insipientes fallit, qui non agnoscunt venenum suum. Ecclesiasticus enim ait. Multos destruxit iniqua promissio eius. Surgant (si volueris) omnes mortui, & dicant: an aliquando in hac vita gaudium sine dolore possederint, pacem sine discordia, quietem sine metu, valetudinem sine infirmitate, panem sine dolore, & gaudium sine tristitia. Omnia bona promittit, & cuncta præbet mala, gaudium promittit, & tristitiam tribuit, & diuturnam vitam promittit, breuissimam donat. Septem annorum spacio seruierat Iacob Laban, vt pulchram, & formosam Rachel in vxorem duceret: at derisor socer dedit illi Liam, quæ lippos habebat oculos. Talis est dæmon, qui aliud promittit, aliud dat. Hanc fallaciam non agnoscunt, qui ei seruiunt, quousque clarum mane adueniat. Transacta iam obscuritate vitæ præsentis: cùm, morte aperiẽte eis oculos, cognoscant, vt alter Iacob mendacia dæmonis, & fallaciam, in qua vixerunt, tunc cognoscent, quàm perditi ambulauerint seruientes dæmoni mendaci. Multi etiamsi agnoscant fallacias dæmonis, nihilominus gaudent in eis viuere, vt Balam, qui apertis oculis ad lapides

Eccles. 19.

2. *Reg.* 20.

3. *Reg.* 22.

des offendebat. Nonne clarè vides, quomodo hîc Christo mentitus est, cùm ea promitteret, quæ dare nequibat? Idem tecum facit tentans te. Loquitur ad aures dicens tibi, quòd in vitijs est gaudium & voluptas: cùm secundum veritatem tormenta conscientiæ sint, & tandem dolores æternos ingenerent. Disce igitur à tuo redemptore & magistro, vt non credas fallacijs suis, sed potiùs illum à te reijce procul, talia, vt Dominus illi dicens. *Scriptum est, Dominum Deũ tuum adorabis & illi soli seruies.* Hoc scriptum habetur in Deuteronomio, ex quo libro omnes tres responsiones ad tres tentationes excerpsit Christus, vt doceat sacram scripturam arma habere contra aduersarios, & inimicos veritatis. Nonne seruiendum est Dominis? vtique: sed quando iubent aliquid, quod est contra Deum, Deo potiùs quàm illis seruies. Secundò intelligendum est, illi soli seruies, sci licet seruitute latriæ, quæ soli Deo debetur, ita vt nulli homini seruire liceat hac seruitute latriæ. Sic Augustinus loquitur libro decimo de ciuitate Dei, atque ideo coniunxit, illi soli seruies cum adoratione, vt intelligas quòd de hoc obsequio adorationis latriæ loquutus sit. At multi Christiani sunt, qui apertè huic præcepto aduersentur inseruientes suis appetitibus, quos tanquã Deos colunt. Adorant & venerantur auaritiam, iuxta illud Pauli. Auaritia, quæ est idolorum seruitus. Alij sunt (vt idem Apostolus ait) quorum Deus venter est. Videbis nanq́; plurimos Christitolas, quorum si consideres occupationes, negotia, & loquelas, non dubitabis quin ventris sui idololatræ sint: quandoquidem nesciunt à primo mane vsque ad noctem aliud loqui, nisi de cibo, & potu, & oblectamento sui corporis: tanquam si Deus iudex in cælo non esset, & vt post hanc vitam, alia excellentior non maneret legitimè certantibus. Deum verum Deum esse agnoscunt, at non solum illum volunt adorare, sed etiam carnem suam, & vilem mulierem tanquam Deum colunt, similes illis Samaritanis, de quibus ait scriptura, quòd timebant Deum, sed habebant idola quæ adorabant. Sed stat sententia. Nemo potest duobus dominis seruire. Et duobus dominis sic contrarijs, quales sunt diabolus & Christus, caro & spiritus, mundus & Deus, nullatenus seruire poteris, quia solus Deus est ab homine colendus, vt illi soli seruias, & diabolum impijssimum tyrannum abijcias, & ipsius iugum onerosum. Quomodo autem duobus dominis non possimus seruire, sed soli Deo, infra in suo loco Deo dante dicemus. Et hæc satis sint de tertia tentatione, nunc autem de secunda agamus, quia vt iam diximus Lucas noster non seruat ordinem historiæ in narratione harum tentationum. Ait ergo. *Et duxit illum in Hierusalem, & statuit eum supra pinnam templi.* Pinna Græcè significat alam illam ex leui ferro confectam, quæ supra summa tecta solet collocari, cuius motu differentiæ ventorum discernuntur. Itaque super templum est tectum, & super tecti summitatem est pinna, seu pinnaculum, seu ala. Expende autem hominum impiorum ingenium, nihil intentatum relinquunt, vt malitiam suã expleant. Balac rex Moabitarum in alio & alio loco ter ædificauit altare, & apposuit vitulum, & arietẽ, vt malediceret Balaam populo Israeli. Visum est ei quòd si mutaret locum, mutaretur etiam Balaam: & id, quod in vno loco nõ potuit assequi, in alio existimauit assequuturum. Ita dæmoni visum est, nam cum in deserto non esset consequutus à Christo id, quod intendebat, fore posse existimauit id consequi in pinnaculo. Posteà verò cùm nec in hoc loco intẽtionem suam expleuisset, tãquam alter Balac tertiò duxit illum in montem, & in tribus locis tria altaria ædificauit, quæ sunt tres suæ tentationes. Sic Iudæi fecerunt cũ illo cæco à natiuitate, quem Christus illuminauit, iterãm atque iterum importunè interrogando illum, vt vel aliquid aduersus Christum inuenirent. Hoc quotidie faciũt impij, cùm bonos persequuntur, vt nihil intentatum relinquãt, vt vel eis possit nocere. ¶ Obserua etiam, & vide diaboli ingeniũ, semper enim supra pinnam collocat. Non decet, vt homines supra res diuinas sint, res autem diuinæ super homines sunt. Solius Dñi est, vt excelsus sit, & eleuatus. Qui prælatis suis non obediunt vices Dei gerentibus supra pinnam sunt, nõ sub Deo. Imò (vt generaliter loquar) omnis tentatio, de quocunq́; peccato illa sit, id intendit, vt hominem supra pinnã collocet. Omne enim peccatum mortale est volũtarius supra pinnam consensus, id est, vt contra obedientiam Dei te ipsum erigas. Deniq́; sicut nullus est locus excelsus tutus, sic tu qui contra

Cap. 16.

Num. 23.

Ioan. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deum ceruice erecta insurgis, timere debes occasum inferni. Sic diabolus superbiens dixit. Super astra Dei exaltabo solium meũ, & sedebo in monte testamenti, &c. Sed vide quid sequatur. Verũtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Hoc modo sicut ipse exaltatus cecidit, vult homines exaltare, vt cadãt, sicut ipse. Ducit itaq; diabolus homines in altitudinem superbiæ, vt lapsu grauiori cadant. Aquila in altum surgit & eleuat testudinẽ, & inter lapides deijcit, vt vel ita fractam possit illam manducare. Ita dæmõ plurimos in honores & dignitates eleuat, vt maior sit in infernum casus.

Esai.14.

Iob.29. Sic Iob agens personam superbi, inquit. Eleuasti me, & quasi super ventum tollens alli sisti me validè. Sicut vas luteum, quod frangere vis, extollis à terra, vt fortiùs cõminuatur, sic diabolus extollit, vt proijciat in infernum. Vnde in Prouerbijs dicitur. Ante ruinam exaltatur cor. Si quãdo aliquem videris in honoribus & mundanis rebus ascendere, cũ virtutibus non sit munitus, mihi crede illud esse, vt maior sit casus, & vt ab altiori loco præcipitetur. Ideò Dauid inquit. Vidi impium exaltatũ super cedros libani trãsiui, & ecce nõ erat. Quando duo magni luctatores in arenam descendunt, viribus prosternere se nequeunt, at qui dexteritatem in lucta habet, contrarium in aerem leuat, atq; ita illum prosternit. Sic diabolus tanquam magnus luctator, quos pauperes nequit prosternere, quia humiles sunt, eos eleuat diuitijs, honoribus & dignitatibus, vt in abyssum inferni eos detrudat. Hoc quotidie videmus in multis pauperib⁹ qui recti sunt & humiles, at prælati facti, Nerones fiũt & Diocleciani. ¶ Obseruandum quoq; est dæmonem Christum non duxisse in sanctasanctorum, neque in altare templi, sed in exterius & in pinnaculũ, quod superfluum erat, & ad nihilum nisi ad ornatum deseruiebat. In qua re debes hoc vnum aduertere: dæmonis esse ingenium homines allicere, & ducere in res exteriores, & nõ ad internas, quin potiùs rebus externis homines excæcat, ne interiores videant. Luxuriæ & libidini dedito huius vitij voluptates ob oculos ponit: non autem pœnitentiam & tristitiam, quæ post illud peccatum remanet. Auaro pulchritudinem & nobilitatem auri repræsentat, at non ob oculos ponit diuitum curas, & scrupulum, quo diuitiæ acquiruntur. Alteri dicit, esto prælatus, esto Episcopus, & harum dignitatum honores ob oculos illi ponit, at nõ manifestat huic, quàm grauia sint horum statuum pondera, quamq; arcta ratio ab his sit exigenda. Nunquam dæmon te ipsum inuitabit tui ipsius humili cognitione, nec morsu & reformatione conscientiæ tuæ, sed rebus vanis & exterioribus, vt erat pinnaculum templi. Nam si homo blandimentis carnis deditus, vt considerat voluptatẽ exteriorem, recordaretur etiam quid hoc peccatum turpitudinis secum affe rat, non vtiq; illud patraret: at dæmon hominibus exteriora tantum ostendit, vt vel sic eos semper falsos habeat. Moses ser uus Dei spiritu diuino ductus gregem mittebat in interiora deserti. Iubebat etiam Dominus, vt animal, quod ei offerebatur, sine pelle esset: dæmon autem vult, vt obsequium, quod ei præstas, pelle voluptatis cooperias, vt interiora illius vitij & peccati non videas. At tu teneris id facere, quod Deus iusserit, scilicet, auferre vitio pellem voluptatis, tuncq; clarè agnosces, quæ fallaciæ quæ turpitudines sint absconditæ in eo, quod mundus repræsentat. Crede mihi quòd omne malum tuum pendet, cùm non aufers peccato pellem. Corticem ei aufer, & in interiora eius ingredere: tunc-que clarè videbis, quanta sit pestis & abominatio abscondita, subter id, quod nunc desideras. Vnde angelus Tobiæ dixit. Exentera piscem, & cor eius & fel, sunt enim hæc necessaria ad medicamenta. Sic exentera peccatum, & fel videbis, cæcis oculis medicinam, confertq; multum, vt malitiam peccati agnoscas, & mundi vanitatem. Sed de his satis. Constituit itaque Iesum in pinnaculum templi diabolus. *Et dixit ei. Si filius Dei es mitte te hinc deorsum.* Suadere potest, non præcipitare. Præterea nõ ad ascẽsum, sed ad descensum suadet, quia omnes secum cadere optat. Ipso cælo eiectus, in infernum corruit, & id miser ipse molitur, vt omnes cogitatus nostros, opera & vestigia in terram conuertamus, sequentes illam impiam pythagoræorum sententiam. Quæ supra nos, nihil ad nos. Expende etiam quanti fecerit diabolus Christum, non enim eum tentat de luxuria, aut de infidelitate, sed de nimia fiducia & confidentia, qua tentatione non nisi viros perfectos solet aggredi. Quãdo enim cognoscit malignus hostis, aliquẽ religioni & egregijs virtutibus vacare, vt illum

Prouerb.16.

Psalm.36.

Luc.

illum tumore superbiæ infset, confidentiæ & arrogantiæ argumentum apponit. Sic tentauit illum pharisæum, qui ieiunabat, decimas dabat, & multa bona faciebat. Iam diabolus expertus fuerat Christi virtutem in deserto: ideò nunquam de iactantia tentat. Sancti autem, vt inimicum vincant, nihil sibi arrogent, sed omnia Deo adscribant. Sic Apostoli non in suo, sed in Christi nomine dæmones expellebant, ne arrogare sibi aliquid viderẽtur. Sic Petrus claudum curauit dicens. In nomine Iesu Nazareni surge, & ambula. Sic Paulus fugiens iactantiam dixit. Scio hominem, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit raptum huiusmodi vsque in tertium cælum. Vide quomodo suum nomen sub silentio inuoluat, vt vanitatem & iactantiam fugiat. Sic diabolus, quia Christum iustum videt, & fortem expertus est, de iactantia illum tentat. Et vt magis suadeat & alliciat ad id faciendum, sicut Christus, scripturam adduxit. Sic etiam ipse Psalmum nonagesimum affert. *Scriptum est enim, quod Angelis suis mandauit de te, vt conseruent te, & quia in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Scit diabolus quòd timor pœnæ præseruat à malo. Multi enim non faciunt malum, quod fecissent, nisi timerent Deum, vel pœnam peccato debitam. Ideò vt à malo auerteret beatus Baptista peccatores, æternam minabatur pœnam, dicens. Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur & ardet. Et Christus. Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Hæc mundi Saluator, & præcursor eius prædicabant, vt homines à vijs suis malis auerterent: quod idem prophetæ olim facere consueuerunt. Diabolus autem cùm homines ad peccandum vult inducere, quã tum potest conatur timorem & metum illis auferre, vt se in peccata præcipitent, hoc modo Christum hîc tentat dicens. Scriptum est, quoniam Angelis suis Deus mandauit de te, &c. Hoc idem versipellis fecit cum Eua matre nostra, cui timorem mortis adimens, dixit. Nequaquam moriemini. Hoc sæpè nobiscum facit calidus insidiator, quia nouit multos seruare Dei præcepta potiùs timore pœnæ, quàm amore, & dilectione diuina, & adimit timorem dicens. Ne timeas mortem, neque infernum, quia recta valetudine & sanitate frueris, iuuenis es, non tam citò morieris, nunc inebriare quantum volueris, libidini vaca, postea vero locus pœnitentiæ superest. Ne timeas. Nos verò si ab eius manibus liberari volumus, diligamus Deum, & omnia potiùs diuino amore quàm timore faciamus. Cùm autem voluerit nobis timorem adimere, vt peccemus, dicamus ei. Diligo Deum meũ super omnia, ideò nolo illum offendere. Sic illa impudica fœmina, diaboli instrumentum, cùm solus esset sanctus iuuenis Ioseph, suadebat & alliciebat eum ad peccandum, cùm testem non haberet, quem timere posset. Dei autem fidelis seruus non timorem, sed dilectionem Dei obiecit dicens. Quomodo possum peccare in Dominum meum, qui tanta mihi contulit bona? Sic etiam illi falsi senes, per quorum ora diabolus loquebatur, Susannæ dixerunt. Ecce ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt. Quod si non feceris, dicemus aduersus te falsum testimonium. Hæc omnia dixerunt, vt tollerent timorem dicentes, quòd portæ erant clausæ: & timorem infamiæ, & mortis iniecerunt, vt peccato consentiret. At illa, quæ castitatem seruabat non propter mundi timorem, sed propter Deum ne illum offenderet, mortem potiùs elegit. Quot autem obsecro nunc sunt fœminæ, quæ in maxima laberentur peccata, nisi timerent perdere famam, honorem, aut parentes, aut fratres, aut viros suos? Qui bonum operatur, & malum sibi cauet solum propter timorem, proximus est vt peccet: quia sublato timore Deum offendet. Sed qui Deum amat, cum vbique ille sit, hic in nullo loco eum offendet. Quapropter si Deum dilexerimus multas diaboli tentationes vitabimus. Sed de his aliàs. ¶ Nunc operæpretium est inuestigare, vnde diabolus sciuit, quod hæc scripta sint? Vnde tibi ò diabole contigit lectio scripturæ? nunquid legisti prophetas, aut diuina eloquia cognouisti? Legit quidem diabolus, sed non vt ex lectione sanctorum melior fieret, sed vt simplicitate eos, qui tantum corticis & literæ amici sunt, interficiat. Multi etiam nunc dant operam literis, non vt sanctiores fiant, sed vt alios decipiant, sicut multi iuris periti & aduocati, qui lucernam & vigiliam tota nocte sustinent,

Genes. 39.

Dan. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nent, vt pauperem spolient, & iustitiam conturbent, & iura violent, vt ipsi aucti & locupletati euadant. Sic etiam legunt scripturas hæretici, vt alios decipiant. Laborãt omnes hæretici suas hæreses probare authoritate scripturæ, sensum verum retorquẽtes
1. Cor. 4. & (vt Paulus inquit) adulterant verbum Dei. Citant quidem diuinas scripturas, sed in deprauatum sensum, vt suas confirment hæreses. Vt qui regis imaginem ex auro & gemmis confectam dissoluant, posteà verò ex eodem auro canis figuram & imaginem conficiunt. Sic hæretici imaginem fidei dissoluunt, & ex eisdem scripturæ authoritatibus falsò expositis imaginem perfidiæ conficiunt, & ornant, & dicunt illam esse fidei & veritatis imaginem, cùm constructa sit ex eisdem scripturæ sacræ locis, & fallunt homines simplices dicentes, illam turpem canis imaginem esse veritatis imaginem. Hac similitudine vtitur Irenæus libro primo aduersus Valentinum. Sed iam nunc vide diabolum patrem hæreticorum, qui scripturam falsò ad suum propositum allegat: hæretici enim scripturis perperam intellectis suas falsitates, & errores defendere volunt. Hæc enim quæ psalmista hîc enarrat, de viro iusto, non de filio Dei intelligenda sunt, quia viri iusti quanuis sancti & recti sint, nihilominus adiutorio diuino, & Angelorũ indigent, non tamen filius Dei, qui custos est Angelorum, & Dominus eorum. Quare hæc, quæ Psalmista ait, in hoc Psalmo, qui habitat in adiutorio altissimi, &c. quòd de homine iusto intelligenda sint, non de filio Dei, satis cuilibet intuenti apparet.

¶ Præterea illud, quod contra se erat, scilicet, super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem, tacuit diabolus, ne suo gladio se ipsum iugularet, hæc enim potestas contra ipsum non solum viris iustis in veteri testamento data est, sed etiam in nouo, cum Dominus dixit suis discipulis. Ecce dedi vobis
Luc. 10. potestatem super serpentes, & potestates, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. ¶ Deniq́ue & multi sunt nunc Theologi prædicatores verbi Dei, qui sicut diabolus scripturas portant prædicantes in orc, & alios docentes, non
Rom. 2. tamen illas portant in corde, quibus Paulus ait. Qui alios doces, te ipsum non doces? Solet aliquando, vt in aquis nasturcia aquatica videas pallida, & in terram submissa, quæ nihil crescunt. Quæ autem est causa cur istæ herbæ non crescunt? Quia pluuia de cælo non descendit super ipsas. Nonne sufficiẽtem aquam habent, quando sunt intra riuum? non vtiq́ue ista aqua sufficit: nam opus est, vt cœlestis aqua super illas descendat, tuncq́ue statim in altum crescent. Attende igitur verbi Dei prædicator, quod etiam si abundes aqua philosophiæ & theologiæ, & magnos in his facultatibus feceris progressus, hoc tamen parum prodest, vt tibi ipsi, & cæteris vtilitatem afferas, nisi ab alto scientia descenderit, & spiritus, atque deuotio, quo in amorem diuinum accendaris, vt alijs proficere possis. Opus est vt deuotus & spiritualis sis, & vt orationi & cõtemplationi vaces, si fructum tuorum laborum videre velis. Vide ne dæmonem imiteris, qui scripturam in ore tanquam doctus habebat, malitiam verò & calumniam in corde. Discamus etiam ex hoc loco, ne nos in res viles & turpes abijciamus: quandoquidem tanti nos facit Deus, vt Angelos suos in custodiam nostram tribuat, quia scriptum est. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te, &c. Colligitur enim ex hoc loco magnam esse hominum dignitatem, cum Angeli ad eorum ministerium deputentur. Quapropter quẽadmodum ex parte corporis nosmetipsos humiliare debemus, contemnendo nos, siquidem cinis & corruptio sumus, ita ex ea parte, qua similes Deo sumus magni nos ipsos facere debemus, nec abijcere nos debemus in viles res huius mundi, quandoqui dem anima nostra tantæ est dignitatis, & excellentiæ, vt etiam cœlestes Angeli ei ministrent. Sed iam Christum, audiamus. *Et respondens Iesus, ait illi. Scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum.* Ille Deum tentat, qui petit miraculum fieri sine necessitate, & qui exponit se periculo, quod potest naturaliter vitare. Ideò Christus dixit suis. Cùm vos persequuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Sicut Christus fugit paruulus in Ægyptum, & posteà factus vir idem sæpè fecit. Sic Paulus summissus in sporta euasit. Sed cùm humanum auxilium defecerit, tunc ad Deum confugiendum est, non tentando, sed deuotè & humiliter confitendo infirmitatem nostram. Sic ille rex pius dicebat. Cùm ignoremus, quid agere debeamus hoc solum habemus

residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Sic Deum tentat qui miraculum citra necessitatem petit, vt hîc dæmon petebat, cùm scalæ essent ad descendendum, ab alto volebat eum præcipitare, dicens, quòd cum maximè Deo confideret, vt diceret Deum posse hominem sine pane sustentare, quod eodem modo facere posset, vt ipse sine scalis descenderet. Bene posset Deus Noe & suos in nubem eleuare, at cùm essent tabulæ & architectores, & in arca possent saluari, non erat cur Dominus miraculum in ea re operaretur. Quando filij Israel erant iuxta mare Rubrum, & inimici non procul ab eis aberant, tunc quando nullum erat naturale remedium, vt Pharaonis manus euadere possent, apertum fuit mare, miraculo portentoso facto. Et in deserto cùm nullus esset cibus fecit etiam miraculum, mittens panem cœlestem. Petere à Domino, vt faciat miraculum, quando naturale aliquod suppetit remedium, officium est dæmonis. Clarum quippe & naturale est, quòd si aliquis paries ruinam minatur in sinistram partem, quòd in eam cadet. Quî igitur fieri potest, vt cùm tu malè viuas toto tuæ vitæ discursu, à Deo miracula petens, in Dei sortem exîstimas te posse cadere? Miraculum sine dubio petis, nam miraculum quidem & illud grande est, quod cum malè viuas, fœliciter & bene vitam finias. At Christus illi respondit. Non tentabis, &c. Acsi diceret ei. Malè quidem ò incaute arguis, quia non est par ratio de vno atque de alio: nam in deserto vbi non erat, qui nos pascere posset, ibi opus erat, vt Deus sua virtute nos sustentaret, aut quacunque alia re sibi placita. At hîc sunt scalæ, quibus ascendimus, nam si scalæ postquam nos ascendimus, iam fractę essent, nullum mihi est dubium, nisi quòd posset efficere, vt nos intacti & incolumes descenderemus. At cum scalæ sint, non est cur ego id faciam, quod dicis: id enim esset Dominum tentare, miraculum sine necessitate petendo. ¶ Aduerte autem quòd multi sunt, qui tentant Deum sicut diabolus. Tentant quippè hi Dei clementiam, qui negligenter orant, & sine deuotione. Iuxta illud Ecclesiastici. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi qui tentat Deum. Alij tentant Dei patiẽtiam, quia perseuerant in peccatis. Vnde Psalmista. Tentauerunt, & exacerbauerunt Deum ex celsum, & testamentum eius non custodierunt. Alij tentant Dei iustitiam deprecantes vindictam alicuius. Vnde duo Apostoli *Luc. 9.* dixerunt Christo. Vis dicimus vt descẽdat ignis de cælo? Alij tentant Dei potentiam, vt temerarij in periculis. Ideò Iudith qui- *Iudit. 8.* busdam, qui Deo assignabãt tempus, dixit. Qui estis vos, qui tentatis Dominum? Multi etiam tentant Dei sapientiam, qui volunt sine studio, & lectione librorum scire, & alios docere, quod certè tentare Dominum est. Vide Augustinum in prologo de doctrina Christiana optimè de hac re differentem. Vult enim Deus vt homines ab homi nibus discant: nam contrarium agere, temerarium est, & Deum velle tentare.

¶ Obseruandum præterea, quòd quia diabolus se tuebatur authoritate scripturæ, Christus etiam cum scriptura respondet, ad ducens hoc, quod in Deuteronomio scriptũ *Deut. 6.* est, scilicet, non tentabis Dominum Deum tuum, glorioſum victoriæ genus est inimicum suis proprijs armis prosternere. Cùm diabolus armis se induisset scripturæ aduersus Christum, eisdem se ipsum Christus induit, & vicit illum. Vt etiam fecit in paradiso, vbi dæmon primos parentes per lignum vicerat, sic & per lignum crucis ipsum dæmonem vicit, nam ipse dæmon fuit faber lignarius, qui crucem confecit, quiq́ue per ora Iudæorum vociferabatur dicens. Crucifige, crucifige eum. Sed his armis, *Matth. 27.* vt iam dictum est, ipse dæmon fuit victus, quemadmodum in hoc loco cum scriptura à Christo allata, docet eisdem armis dæmonem esse vincendum. Cùm diabolus scripturam aduersus nos attulerit, nos etiã contra ipsum scripturam afferamus. Cùm *Eccl. 41.* tentauerit te de superbia, illud tibi ex scriptura adducet. Curam habe de bono nomine. Cum tentauerit de auaritia, adduc- *Prouer. 6.* cet illud, quod Salomon ait de formica, quæ congregat in messe, quod comedat. Si de luxuria. Crescite & multiplicamini, &c. *Gen. 8.* De gula. Ecce dedi vobis omnem herbam *Gen. 9.* & lignum, vt sint vobis in escam, &c. Et sic de alijs peccatis. Nos verò ècontra eiusdem armis illum vincamus, & interficiamus, dicentes ex scriptura cõtra superbiam. Quid superbis puluis & cinis? Contra aua *Eccles. 5.* ritiam illud Pauli. Nihil intulimus in hunc *1. Tim. 6.* mundum. Et illud Ecclesiastici. Sicut egres *Eccles. 10.* sus est homo nudus de vtero matris, &c. Contra luxuriam dic. Omnis fornicator, *Ephes. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut immundus non habebit hæreditatem in regno Christi & Dei. De gula ait scriptura. Adhuc escæ erant in ore ipsorum & ira Dei descendit super illos, &c. Sed ad contextum. *Et consummata omni tentatione.* Iam initio diximus, quòd antequam diabolus visibiliter in assumpto corpore aggrederetur dominum, tentauit illum multis grauissimis tentationibus: de quibus hæc, quæ nunc ait, verificantur. *Diabolus recessit ab illo vsque ad tempus.* Quia tempore passionis redijt ad tentandum: quanuis illa non fuit tentatio propriè dicta, pro vt est suggestio diaboli ad malum, sed fuit aperta persequutio incitando Iudæos contra Christum. Sed nunc nonne vides quomodo diabolus cedit virtuti? Et si inuidere nō desinat, tamen instare formidat: quia frequentius refugit triumphari. Audito nanque nomine Dei recessit vsque ad tempus, posteà non tentaturus, sed apertè pugnaturus in passione. ¶ Docemur non tantum aduersus carnem & sanguinem: sed etiam contra nequitias spirituales esse nobis certamen. Nemo potest coronari nisi priùs vicerit: & nemo vincere, nisi pugnauerit. Discamus omni tempore vigilare, & esse cautos. Quanuis vincas, non sis sine cura & solicitudine ociosè viuens: quia diabolus non recedit vsque in finem non reuersurus, sed vsque ad certum tempus, fingit enim se fugere, sicut Iosue cum cepit ciuitatem Hai: sed reuertitur ad tempus, vt fortiùs & aptiùs vincat. Caue ne tibi contingat sicut Philistæis illis, qui epulabantur celebrantes victorian, quam obtinuerant de Sanson nec attendebant ad malū, quod illis euenire poterat, & fuerunt victi & mortui. Similiter Amalechitæ lætabantur super victoriam, quam obtinuerant Sicelech, quam igne combusserant, & spoliauerant, & erant super faciem terræ quasi festum celebrantes: quos Dauid superueniens vicit, & occidit, & abstulit spolia. Quando viceris, tunc timidior debes esse, & expergefactus, nam iterum redibit dæmon præliaturus tecum: & facilè vinceris si incautum te inuenerit, quanuis priùs victor euaseris. Et multoties contingit, vt ipse dæmon, vt pote qui sagacissimus & callidissimus est, se sinat vinci, vt posteà meliùs ipse vincat, & maiorem victoriam consequatur. Vt facere solent hi, qui alearum, aut taxillorū ludū exercent, qui fingūt se perdere, & paruā pecunię quantitatē amittūt, vt posteà maiori lucro aduersarium capiāt. Multi sunt qui statim, vt confessionē suorum peccatorum fecerunt, alacres sunt & gaudentes cum victoria, quā de dæmone assequuti sunt, qui eos ridet, nā cùm eos improuidos & incautos videat, redit iterū eos tentaturus, atq; ità eos vincit facilè, & captiuos possidet. Vide ne post victoriā obdormias: nam tunc solet dæmon maioribus viribus, & potētia inuadere. ¶ Obserua etiā quòd quinq; vicia diaboli notantur in hac historia. Primum quòd sit curiosus speculator, an videlicet Christus esset filius Dei, quod scire cupiebat, nō vt veneraretur, sed vt iactanter miraretur, & vt redemptionem nostrā (si posset) impediret. Secundū, quòd sit vanus, quia propter glorię vanitatē suasit casum. Tertiū, quòd sit importunus: semel & bis repulsus, iterum accedit tentare. Quartū, quòd sit fallax, quia promisit se daturū, quod dare nō poterat. Quintū, quòd sit arrogans & superbus, quia petit adorari. Matthæus narrat Angelos accessisse & ministrasse, &c. Sed dices, nunquid tā magnū fuit dæmonem à Deo vinci, vt sic adeò propter id tātū magnificetur? Respōdeo quòd nō vicit illū in quantū Deus erat: quia hoc parū esset, & poterat annihilare illū: neque in quantum erat beatus homo, quia quicunque beatus maiores vires habet, quàm omnes dæmones: sed in quantum homo mortalis vicit eum. Secundum quam naturam quanuis minor esset diabolo (quia iste non perdidit essentialia) in gratuitis tamen maior fuit Christus illo & sapientior omnibus philosophis, & sic vicit illum. Præterea in tentationibus Christus ostenderat se hominem esse: nunc Angeli illi ministrāt, vt ostēdatur eius dignitas, atque diuinitas. Et etiā hoc est factum, vt discas, quòd quando à diabolo tentaris, quod Angeli tibi præsentes sunt, & desiderant nostram victoriam: & postquam vicerimus quasi congratulantes nobis, ad nos accedunt. Sed iam historiam prosequamur. *Et egressus est Iesus in virtute spiritus in Galilæam & fama exijt per vniuersam regionem de illo.* Venit in virtute spiritus, nam ille qui plenus erat ab instanti conceptionis Spiritu sancto nunc clarè ostendit spiritum in miraculorum operatione. Itaque virtus spiritus est virtus operatiua signorum, quæ datur à Spiritu sancto. Vnde in libris Regum dicitur, quod

Nume. 11.

Iosue. 8.

Iudi. 16.
1. *Reg.* 30.

quod spiritus Heliæ requieuit super Eliseum. Porrò Christi, quatenus Deus est & Spiritus sancti, vna est virtus, atque omnipotentia & quo ad hoc Christus propria virtute fecit miracula. Et secundum naturam assumptam, à Spiritu sancto, imò à tota Trinitate data est potestas super omnem creaturam, vt ipse ait. Data est mihi potestas in cælo, & in terra. ¶ Disce & tu vt ductorem habeas Spiritum sanctum in omnibus, quæ agis. Vnde Paulus. Qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt. Sed qui spiritu maligno & carnis concupiscentijs obtemperant, non sunt filij Dei, sed eis dicitur. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere. Fama autem eius exijt per vniuersam regionem: nam probitas lucem quandam secum affert, quæ homines, vel inuitos cogit. Non potest (ait Dominus) ciuitas abscondi supra montem posita. Et sicut Sol vbi primum radios suos emittit super faciem terræ, minimè latere potest, cùm à suismet radijs prodatur: sic homines spirituales, quique ex familiaritate, quam cum Deo habent, plurimum lucis acceperunt, etiam si conentur lucem illam abscondere, minimè poterunt. Cuius rei appositissimum exemplum erit nobis Moses, cuius facies ex habita cum Deo conuersatione clarissimos radios emittebat, qua propter necesse erat velamen ponere, sicut ipse ponebat, sed splendor eius aliquando foras exibat. Quod idem vides nūc in Christo Iesu adimpletum, quia gloria eius & fama in dies crescebat, & augebatur, licet ipse eam occultaret velamine humilitatis. Vbi est ignis ibi erit fumus, qui illum manifestabit, & vbi vera virtus & probitas ibi fama & gloria erunt, quæ virtutem absconditam manifestabunt. Sic cùm Christus post baptismum, & ieiunium reuerteretur in Galilæam, creuit fama eius, & exijt per omnem regionem. Huic consentit alius Euangelista, qui ait. Abijt opinio eius in totam Syriam. Sic de Salomone dicitur, quòd omnes reges terræ desiderabant videre faciem Salomonis. Et Iob. Auribus nostris audiuimus famam eius. Age & tu vt bonus odor famæ tuæ exeat in regionem. Vnde Dominus suis ait. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cęlis est. ¶ Obserua autem, quod hæc fama Christi non fuit propter eius prædicationē, sed propter ipsius miracula, nam Christus nō prædicauit nisi postquam Ioannes in carcere erat detentus, vt Marcus ait. Postquam traditus est Ioannes venit Iesus in Galilæam prædicans Euangelium. Fecit autem aliqua miracula antequam publicè prædicaret, nā conuertit aquam in vinum, quod fuit primum miraculum, & eiecit ementes, & vendentes de templo in quadam diuina potestate, & multa alia signa fecit in die festo coram Iudæis. Et tunc venit ad eum Nicodemus, & Galilæi, & receperunt eum, videntes quæ fecerat Hierosolymis. Et primo Christus hoc fecit, vt opinionem sui in plebe ingeneraret, vt doctrina ab eo prædicanda crederetur, nam si incepisset prædicare, nullis præcedentibus miraculis, forte sermo eius nullius esset authoritatis propter tantam excellentiam prædicationis Ioannis, qui ante eum prædicauerat. Cum igitur Christus, primo multa miracula fecisset in Galilæa & posteà in Iudæa, cùm reuerteretur à Iudæa in Galilæā, in itinere audiuit Ioannem esse traditum, & tunc incepit suam prædicationem in terra Galilææ, quæ erat Zabulon, & terra Neptalim, vt adimpleretur illud Esaiæ. Terra Zabulon & terra Neptalim, &c. vt Matthæus dicit allegans Esaiam prophetam. *Et ipse docebat in synagogis eorum, & magnificabatur ab omnibus.* Sapientia foris prædicat, & in plateis dat vocem suam. Noluit Dominus in occulto prædicare, sed publicè in synagogis coram omni plebe, tū vt multos doceret, qui propter omnes venerat, tum etiam, ne eius inimici inuidi doctrinam diuinam calumniarentur. Vnde principi sacerdotum de doctrina ipsius interroganti respondit. Ego palam loquutus sum mundo, ego semper docui in templo & in synagoga, vbi omnes Iudæi conueniunt. Sic publicè prædicans ostendit suæ doctrinæ synceritatem, quia non clanculè (vt hæretici & seductores facere solent) sed in synagogis coram multitudine neminem veritus, veritatem docebat securus. *Et venit Nazareth vbi erat nutritus.* Aduerte quòd Christus stetit in Nazareth ferè per spacium totius suæ vitæ vsque ad principiū anni trigesimi ætatis suæ. Tunc baptizante Ioanne iuit Christus ad eum vt baptizaretur, & postquam fuit baptizatus, non est reuersus in Nazareth, sed confestim iuit in desertum ad ieiunandum. Finito vero

Marc. 1.

Ioan. 2.

Ioan. 3.

Esai. 9.

Matth. 4.

Sap. 1.

Ioan. 18.

ieiunio

Universidad de Deusto
Biblioteca

iejunio redijt ad Ioannem, qui erat ibidem in Iudæa, & ibi congregauit sibi Petrũ, Andream, Philippum, & Nathanaëlem, & cũ eis profectus est in Galilæam, (vt ait Ioannes) & abijt in Nazareth. Et quanuis Ioannes dicat quòd iuerit in Canaa Galilææ, vbi aquam in vinum conuertit, & ibi descenderit in Capharnaum: credendum est tamen priùs iuisse in Nazareth, quàm in Canaa & Capharnaum. Quod patet, quia Ioannes dicit, quod de Canaa Galilææ descenderũt in Capharnaum mater eius cum suis discipulis: & tamen Christi mater habitabat in Nazareth, & quando redijt in Galilæam iuit ipsa cum illo in Capharnaum. Posteà reuersus in Iudæam fecit miracula plurima Hierosolymis die festo: & rediens secũdo Capharnaum in Galilæam nunciatum est illi in itinere quomodo dilectus Ioannes in carcere detinebatur: & cœpit ibi prædicare & exijt fama prædicationis eius, sicut & de miraculis iam anteà exierat, vt Lucas dixit: & tũc iterum venit Nazareth. De hoc secũdo aduentu in Nazareth, postquã prædicauerat, & miracula fecerat, in Capharnaum, loquitur hîc euangelista Lucas: quod manifestum est, quia Nazareitæ dixerunt ei nunc. Quanta cognouimus facta fuisse in Capharnaum, fac hîc in patria tua. *Et intrauit secundum cõsuetudinem suam die sabbati in synagogam, & surrexit legere.* Inter diem sabbathi, & diem sabbathorum hæc est differentia, quod omnis dies sabbathorum est dies sabbathi: non tamen è conuerso. Nam dies sabbathi significat quemcunque diem festum: dies autem sabbathorum significat solum diem festum, qui ideo vocatur dies sabbathorũ, quia semper est dies sabbathi ad differentiam diei festi, quinti, quarti, &c. quorum nullus est semper, sed quãdoque, sic quandoque nõ dies est sabbathi, hoc est quietis. Prædicabat autẽ die sabbathi quia tũc potiùs conueniebãt Iudei ad audiendum verbum Dei: sicut nũc Christiani faciunt in die dominico. Diebus festis ab occupationibus cessatur, vt homines diuinis exercitijs quietiùs deuotiùsque intendant: & vt ea emendent, quæ ferialibus diebus peccauerunt, Deo adhærentes & ecclesiæ sanctæ eius. Sed proh dolor, nam id quod datum est in medicinam, conuersum est in venenum: nã in diebus festis multi potiùs vacãt ebrietatibus, epulis, iocis, choreis, quam in ferialibus diebus. Hoc lamentatur dñs per Esaiam. Sabbatha vestra odiuit anima mea. Surrexit autẽ legere Christus, vt ostendat, quòd prædicator concionẽ suam in sacra debet fundare scriptura. Vnde beatus Petrus. Nõ enim indoctas fabulas sequuti, notam facimus vobis domini nostri Iesu Christi virtutẽ. Sed multi nũc, vt ostendant suam variam lectionem & elegantiam, (vel vt veriùs dicam) suam vanitatem, & arrogantiam omnem concionẽ implent versibus poetarũ, & fabulis Ethnicorum. Sic adeò, vt totus gentilicus sit sermo. *Et traditus est illi liber Esaiæ prophetæ, & vt reuoluit librum inuenit locum vbi scriptum erat.* Nõ solum operibus, sed diuinis scripturis probauit dominus se Christum esse. Præterea non indigebat Christus libro, cùm ipse sit, in quo sunt absconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei: sed accepit codicem, vt nobis sacræ scripturæ studium commendaret. Non tamen casu illum locum scripturæ obuiat, erat nanque id iam diuina prouidentia dispositum. Nemo quippè de Christo euidentiùs, aut clariùs, quàm Esaias vaticinatus est. Locus verò scripturæ is erat, *Spiritus domini super me.* Hæc verba de Christo quatenus homo est, intelligenda esse censeo. Regula enim scripturarum de filio Dei est, vt distinguamus quid in eis sonet secundum formam Dei, in qua æqualis est patri: & quid secundum formam, quã accepit, in qua minor est patre: & non turbabimur tanquam contrarijs inter se sanctorum librorum sententijs. Secũdum formam serui dicit, pater maior me est: sed secundum formam Dei, ego & pater vnum sumus. Secundum formam serui, non veni facere voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me: sed secundum formam Dei. Sicut pater habet vitam in semetipso, sic filius habet vitam in semetipso. Secundum formam serui Christus factus est obediens vsque ad mortem, &, tristis est (inquit) anima mea vsque ad mortem. Sed secundum formam Dei, omnia quæ habet pater ipsius sunt, & omnia tua mea sunt, & mea tua. Secundum formam serui dicit, mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: & secundum formã Dei, ante Luciferum genui te. Et iam in quantum Deus æqualis Spiritui sancto, dixit. Spiritus paracletus quem mittet pater in nomine meo: & sub forma hominis ait hæc verba, quæ modo interpretamur. Spiritus Domini super me. Ita hæc exponit, & interpretatur D. Augustinus. Ex quo hæc, quæ diximus excerpsimus. Ait itaque. Ille spiritus, qui est patris, & filij, quo spiritu Dominus repleuit orbem terrarum, habitat in me, secundum quod homo sum, quia Christi anima ab instanti conceptionis plena fuit Spiritu sancto. Vnde Spiritus sanctus per existentiam donorum suorum dicitur super Christum hominem requieuisse. Ideo alio in loco ait Esaias. Requieuit super eum Spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, &c. ¶ Obserua autem quòd Christus habuit spiritum Dñi super se vt authorem & præceptorem, sed multi non habent Spiritum sanctum super se ei obediendo, sed sub pedibus, ipsius contemnendo inspirationes. Ideo Paulus. Et spiritui gratiæ contumeliam fecerit. Obseruandum quoq; est, quòd hæc verba, quę hîc refert noster Lucas ex Esaia habentur in capite sexagesimoprimo eiusdẽ prophetæ licet sub alijs verbis, nam Euãgelistæ (vt Hieronymus ait) cum allegant veterem scripturam non sub eisdem verbis & syllabis, sed sensum exprimunt, vt est in Matthæo. Et tu Bethlehem terra Iuda, sub alijs verbis est in Michæa. Et illud quod Esaias dixit. Ecce virgo concipiet, allegat Matthæus, Ecce virgo in vtero habebit. Et illud Pauli ad Ephesios, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, alibi habetur in Genesi. Nam Apostolus pro eo quod ibi habetur ἕνεκεν τούτου, posuit, ἀντὶ τούτου, quod Latinè alijs verbis dici nõ potest. Deinde pro patre suo & matre sua pronomina abstulit, & quod in medio dixit, adhærebit vxori suæ penitus prętermisit. Sic quod hîc refert Lucas, sub alijs verbis refert Esaias. *Propter quod vnxit me.* Quia placuit Spiritui sancto quiescere super eum, ideo plenitudine gratiarum perfudit, & impleuit, quemadmodũ scriptũ est. Vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Et in Actis. Vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute. Denique Christus non solum plenus fuit donis gratiæ gratum facientis, sed donis gratię gratis datæ. Ideo dicitur vnctus in regem, in pontificem, & prophetam, quod totum illi contigit in instanti conceptionis suæ. Et si aliquando posteà contigisse legatur, intelligitur quantum ad manifestationem. Nam sicut in passione obtulit se per effectum tanquam oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis, ita cœpit hoc facere in principio creationis animæ suæ, quia tunc cœpit interessor esse & pontifex inter Deum & hominem. Obserua autem, quod oleo ferrum lenitur: ideò Christus vnctus est & lenis, vt asperrima mundi postquam Christo hæserunt, blanda fierent. Iam enim crux, tormenta, mors, dulcia sunt, ex quo vncto Christo coniuncta sunt. Intellige, quod si adhuc non blandus es, quòd nec tibi hæsit Christus, & si hæserit, iniuriam illi facis, qui cùm blandam crucem effecerit, te blandum nondum effecit. *Euangelizare pauperibus misit me.* Id est, regnum cœleste prædicare humilibus, siue pauperibus Euangelicis, qui propter regnum cœleste contemserunt terrena. Sic quòd Christus ostendit non accipere personas, dum non prefert diuites pauperibus, sed omnibus indifferenter euangelizat. Non sic faciunt multi prædicatores, qui nolunt nisi diuitibus & principibus prædicare, & pauperes agricolæ serè nunquam audiunt conciones, ita vt eis dici possit. Paruuli petierunt panem, & non erat, qui frangeret eis. Sed mirum hîc videtur, quòd cum Euãgelium toti creaturę prædicetur, quomodo tantum pauperibus dicitur hîc prædicari, perinde acsi diuitibus hæc prædicatio non aduenerit? Et reuera ita est: nam causa diuitum, qui huius Euangelij parum, aut nihil recordantur, Dñs dixit, facilius est camelum per foramen acus transire, &c. Et ob hanc causam in tota ferè sacra pagina diuites malè audiunt, cùm de illis sæpe hæc particula, væ, dicatur. Pauperum verò curam Deo esse, vbiq; cõmemorant scripturæ. Parcet (inquit) pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Et illud. Edent pauperes & saturabuntur. Et, tibi derelictus est pauper. Et, oculi eius in pauperem respiciunt, & alia possem multa afferre loca. Nec id mirum, nam ij sunt, qui Deum agnoscũt & Deum prædicant. Pauper (inquit Dauid) & inops laudabunt nomen tuũ. Diuites autem non sic. Nam cernimus quotidie, quòd quantò homines plus habent diuitiarum, tantò ipsorum animus à Deo procul abest. Toti affixi terræ sunt, cogitationes eorum, verba & facta tantum terram sapiunt, de quibus Iacobus pulchrè scribit dicens. Nonne diuites tyrannidem exercent in vos? Et idem Trahunt vos ad tribunalia, &c. Quem diuitem inuenies ad ecclesiã sæpiùs conuenire? Malunt tẽ po-

Ioan. 1.
Ioan. 2.
Lib. 1. 2. Esa.
Esa. 11.
2. Pet. 1.
Esa. 61.
Luc. 4.
Esa. 42.
Esa. 53.
Esa. 61.
Esa. 11.
Esa. 42.
Esa. 61.
Esa. 11.
Esa. 42.
Esa. 61.
Esa. 11.
Esa. 42

Universidad de Deusto
Biblioteca

re concionis in lectulis eburneis dormire, aut in foro deambulare, aut risui & nugis vacare, quàm vel spacio vnius horæ in ecclesia sedentes sacram philosophiam audire. Qui cum magis grati Deo esse deberent ob maiora ab eo accepta beneficia, magis ingrati omnibus alijs sunt: atque in Deum & Christum magis iniurij. Nam ferè semper hi blasphemi sunt, adulteri, vindicatiui, omnis pietatis inimici, & omnibus vitijs, & peccatis obnoxij. Merito ergo cum euangelij prædicatio promittitur, mẽtio diuitum nulla fit, sed pauperum duntaxat: de quibus idem Iacobus ait. Nonne Deus elegit pauperes mundi huius diuites in fide, & hæredes regni? A duerte autem quòd Hebræa dictio significat non solũ pauperes, sed etiã humiles, mites, afflictos, oppressos: quę nomina his cõuenire non possunt, qui confi-
Psam. 48. dunt in virtute sua. & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur, & qui in labore hominũ non sunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur, ideo tenuit eos superbia. &c.
Psalm. 72. Hæc de his diuitibus sunt dicta, quos diuites huius mundi cũ Paulo appellare possumus: qui pecunias tanquã Deum venerantur: quorum studium rectè idem Paulus simulacrorum cultum vocat. Non de his qui
1. Timo. 6. Colo. 3. diuitijs vtuntur, sicut Christianũ hominem decet, & gratias agũt Deo, & diuina iudicia reuerentur. Sed de his iã satis, nũc ad quid aliud venerit Christus audiamus. *Sanare contritos corde.* Qui sunt vere pœnitentes, iux-
Psalm. 50. ta illud. Cor contritum & humiliatũ Deus non despicies. Quanuis cor contritionem sanati sint à culpa: nihilominus tamẽ ab effectibus, qui sunt pronitas ad malum, debilitatio, & de cæteris debent curari: quod potissimè fit per septem dona spiritus sancti,
Psalm. 146 quæ à capite Christo in sua mẽbra descendunt. Vnde egregius psaltes. Qui sanat cõtritos corde, & alligat contritiones eorum Sic sacramentis alligat Christus peccata, quæ sunt vulnera animarũ, sicut Samaritanus vulnera illius, qui incidit in latrones.
Luc. 10. ¶Expende autẽ quòd non dicit omnibus mederi, sed contritis corde: quia quãdiu est cor durum, & sceleribus obstinatum nullã habet salutem. Ideoque oportet, vt corda nostra lachrymis molliamus, nosq; ad gratiam Dei præparemus. &c. *Prædicare captiuis remissionem.* Id est, his qui vitijs & pec
Pro. 5. catis sunt implicati. Ideo in Prouerbijs ait Salomon. Iniquitates suæ capiunt impiũ, & funibus peccatorum suorum constringetur. Sicut peccator tenetur captiuus à diabolo, & cùm quicquid operetur, nihil ex eo sibi acquirit, quia nihil sibi mereri potest: quocirca nullũ opus dignum vita ęterna, & nihil facere potest. Vnde Paulus. Si distribuero substãtias meas in cibos pauperum, & tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem. &c. *Et cæcis visum.* Hoc quanuis de corporali cæcitate possit intelligi, quia Christus plures cæcos illuminauit, verũ potiùs de spirituali, & interiori mẽtis cęcitate intelligẽdum esse puto. Erat enim mundus cæcus & in tenebris ignorantiæ sedens, quem Christus venit illuminare. Vn de ipsemet ait. Ego sum lux mundi: qui sequitur me nõ ambulat in tenebris. Nam sicut rex Babylonis captũ, Sedechiam iugulauit, & eruit oculos eius, & duxit illũ vinctum in Babyloniam: sic diabolus peccatorem captiuans, omnia opera quę fecerat bona, destruit, & excæcat peccatorem, & illũ in vinculis captiuum detinet. Christus autẽ venit è cælo, vt hęc omnia opera destrueret, iuxta illud Ioannis. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Hæc sunt, quæ Esaias enarrat de Christo in hac authoritate. A libi etiã idem Esaias inquit. Dedi te in fœdus populi in lucem gentiũ, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de inclusione vinctum, de domo carceris sedẽtes in tenebris. *Dimittere confractos in remissionem.* Id est, aduersitatibus defatigatos, seu legalium obseruantiarum oneribus pressos deducere ad spiritualem consolationẽ & leuamen. Christus nanque nos ab obseruantia cæremoniarum legis, per euangelicæ legis gratiam subleuauit, iuxta illud. Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum: quod neq; nos, neq; patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam dñi nostri Iesu Christi credimus saluos fieri. Hinc est, quod per Matthæũ ait saluator. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis & ego reficiam vos. *Prædicare annum domini acceptum.* Id est ostendere tẽpus plenitudinis gratiæ aduenisse, in quo Deus placabilis redditur pœnitẽtibus. Sepulta enim Synagoga Christus legẽ gratiæ prædicauit mundo. Vnde Paulus. At postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filiũ suũ. &c. Et beat⁹ Petrus in Actis ait. Omnes prophetæ à Samuel annunciauerunt dies istos. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Ait enim scriptura, tempore accepto exaudiui te. In quo enim fœlicissimo tẽpore annunciatur regnum cælorum, quod nunquã antea prædicatum fuerat. Pœnitentiam agite (ait Ioã nes) appropinquabit regnum cælorum. Et quia Christus venit daturus omnibus pacẽ, ne populi videntes Christi pietatem & clementiam, auderent eum offendere, ostendit etiam suam iustitiam dicens. *Et diem retributionis.* Hoc est, diẽ iudicij, in quo vnusquisque accipiet iuxta mensuram meritorum suorum. Hunc diem prædicauit Christus sæpè. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, &c. Et in Matthæo & in nostro Luca multa de die retributionis scripta sunt. Hactenus de hac Esaiæ autoritate, quam Christus coram omnibus legit, quam cùm legisset sequitur in contextu. *Et cum plicuisset librum reddidit ministro, & sedit.* Librum scripturæ sacræ magna cum reuerentia tractauit, vt discas quàm debeas reuerentiam sacræ scripturæ exhibere, & arguẽdi sunt, qui non solum libros veteris instrumenti, sed Euangelia irreuerentiùs tractant, quàm libros Gentilium damnatorum. Et *omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum.* Quia delectabilis fuit ad intuendum, tanquam speciosus forma præ filijs hominum, in cuius vultu fulgur interioris perfectionis, ac gratiæ micabat. Sed & suauitate eloquentiæ suæ corda eorum attraxit. Audierant etiam famam prædicationis suæ, & nouerant non didicisse literas, qui quidem apud illos nutritus fuerat, atque ideo expectabãt, & intuebantur quid diceret. *Cæpit autem dicere ad illos, quia hodie impleta est scriptura hæc in auribus vestris.* Per hoc, quod audistis me vobis euangelizantem, & corda vestra illuminantem, & gratiam benignitatis diuinæ annuntiantem, aliquo modo impletum est, quod in superiori prophetia erat prædictũ. In hoc docuit Christus dicta atque promissa prophetarum in Christi aduentu spiritualiter debere intelligi, de spirituali videlicet liberatione à potestate diaboli, & iugo peccati, nõ de corporali libertate à iugo Romanorum, vt cõmuniter multi Iudæorum existimabant in Christi aduentu à corporali seruitute liberandos fore, & cunctis gentibus dominaturos. Sed tu vide Christi Redemptoris nostri modestiam. Non enim dicit, is ego sum, quem audistis in Esaia loquẽ

tem, ne videretur seipsum iactare. Verum quia opus erat, vt aliquando cognosceretur, vt in eum crederent, vsus est verbis minus apertis, nihilominus idem significantibus, & suo tempore intelligendis, quanuis tunc non fuissent intellecta. Sed satis interim fuit, si ea verba secum ipsi reuoluerent, atq; ex ea cogitatione aptiores fierent huic Euãgelicæ veritati percipiẽdæ, quia si rem apertè explicaret, cum non essent capaces tantæ doctrinæ & veritatis, offenderentur potiùs quàm erudirentur. Hi Domini mores, atq; exempla proposita sunt nobis ad imitandũ ea, vt sermones nostros semper cum iudicio disponamus. Neque enim satis est, rem de qua sumus verba facturi, esse sua natura bonam, sed videndum superest, si temporis ratio & audiẽtium animus eam postulent.
Psalm. 13. Ob quam causam diuinus vates aiebat, se & à bonis multis abstinuisse, ne vel aduersa rij etiam ob id calumniarentur. Nam omne verbum quanuis bonum nisi tamen ad ædificationem sit, nõ inde caret periculo quod quis loquutus sit bonum, nam si ad ædificationem non fuerit, contristatur Spiritus sanEphes. 4. ctus. Quod manifestè docuit Apostolus dicens. Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare Spiritum sanctum. Quid de his dicendũ est, qui quicquid in buccam venit, sine vllo iudicio proferunt? De quibus scriptum est. Sepulchrum patens est
Psalm. 5. guttur eorum, linguis suis dolose agebant, venenum, &c. Paulus præcepit his, qui ad Christum vocati erant, vt non solum se ab obscœnis verbis abstinerent, verum etiam ab
Ephes. 5. his, quæ faceta & vrbana vocantur. Stultiloquium (inquit) & scurrilitas, quæ ad rem non pertinet, nec nominetur in vobis. Et alibi admonet dicens. Sermo Christi habitet in vobis abũdè, cum omni sapiẽtia doce
Coloss. 3. te, & cõmonete inuicem, in hymnis, laudibus, & cantibus spiritualibus cum gratia canentes in corde vestro Dño, &c. Sed de his aliàs: nunc Euangelistam audiamus vltrà progredientem. *Et omnes testimonium illi dicebant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius.* Non mirum quia de ip-
Psalm. 44. so scriptum erat. Diffusa est gratia in labijs tuis. Et ita hoc fuit verũ, quod inimici Christi volentes eum capere, cùm audissent illũ, ita vehementer admirati sunt, vt dixerint.
Ioan. 7. Nunquam sic loquutus est homo. Quantò

Universidad de Deusto
Biblioteca

tò enim Christi beatissima anima plenior gratia fuit, tantò diuiniora proferebat verba. Obserua autẽ quòd non dicit eos demirari in gratiam verborum, sed in verbis gratię. Multi habent gratiam in verbis, quia expediti sunt ad loquendũ ea, quę volunt, & quomodo volunt, sed non habent verbum gratiæ: quia non gratiam dare, sed contumeliã dicere student. Vnde Paulus. Omnis sermo malus de ore vestro nõ procedat: sed siquis bonus est ad ędificationem fidei. *Et dicebant. Nonne hic est filius Ioseph?* Hoc scribæ & Pharisæi pleni inuidia dicebant. Sicut terra arenosa, quæ quantò magis pluuiam recipit, tantò plus aret. Sic isti, quanto plus prædicationis pluuiam Christus fundebat, tanto ficciores & dereriores reddebantur: nam cũ mirari deberent, quòd filius Ioseph, qui nũquam operam dederat literis, talia proferebat, ipsi potiùs irridebant. Quomodo huius doctrinam velut sacram admirari possumus, cum filius sit Ioseph, & non sit doctoralı dignitate insignitus? Nec enim est magister noster, doctor, aut rabbi: ac proinde videtur nullam operam in bonas literas collocasse. Vnde igitur eruditio hęc tanta? Vnde verborum, & rerum diuinarum, & admirabilium tam locuples copia, & thesaurus? Ità enim solet caro inscia domini spiritus, quæ supra naturam sunt admirari, & admirando contemnere tanquam quædam magica & superstitiosa, cum diuina sint oracula. Existimant quippe omnia sensibili cognitioni subijci: neq; quicquã esse quod alibi emẽdicari possit, nisi id, quod per organa sensuũ percipitur. Contra quos ait psalmus. Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite. ¶ Vide etiã quòd cùm populus laudat, scribæ & pharisæi detrahunt, & inuident. Magna quidem hæc est cæcitas, nam eum, quem mirabilem & diuinum doctorẽ intuentur, ob solam generis agnitionem cõtemnunt: quia illum apud se viderant nutritum, sicut illi, qui dicebant. Quæ nam res accidit filio Cis? num poterit nos saluare iste? Illa re offendebantur, quæ nullius erat momenti: neque diuinam virtutem inspiciebant, quæ ex diuinis dictis, & factis admirãda erat. Quod idem nunc sæpe accidit: nam homines nihil aliud attendunt, quam exteriorem hunc rerum splendorem & gloriam: cernunt hominem multa possidentem, stipatum satellitibus, preciosis vestibus indutũ, eumque venerantur, quanuis impudicus sit, ebrius, tyrannus, & omni vitiorũ genere obscœnus: alium vero omni virtute excellẽtem & excultum contemnunt, si pauper sit. De qua re indignatus sapiens vir aiebat. Locutus est pauper sensatè, & non datus est ei locus. Diues loquutus est, & omnes tacuerũt, & verbum illius vsque ad nubes perducunt. Pauper loquutus est, & dicũt. Quis est hic? nonne (inquiunt) hic est filius Ioseph? nonne hic est faber ille? Et licet faber sit, quid inde? mundus illos solos egregios viros magnificat, qui nihil agunt, & ociosi tota die per forum ambulant, & ludis ac iocis operam dant, remq; esse ignominiosam arbitrantur si in aliquam artem incumbãt. Contemnitur hic Christus, & eius doctrina, eò quòd Ioseph pauper erat, & cibum arte quærebat. Pessimus error est contemnere prædicationem propter paupertatem parentum prædicantis: acsi gratia & donum prædicationis pecunijs emeretur. Iam hic pessimus mos & impia consuetudo mundũ inuasit. Si pauper doctissimus sit & sapiens, non exauditur: eius sententiæ & dicta licet mirabilia sint & erudita, contemnuntur. Nõ æstimatur nec perpenditur hominis sententia nisi iuxta fauorem & diuitias illius, qui loquutus est. Nam siquis pauper in curijs regum optimum consilium & vitæ institutum dederit, minime exauditur, sed potius irridetur. Stupebant itaque isti in Christi doctrina & miraculis: sed id illi deesse, quòd non diuitijs & nobilitate generis conspicuus erat. Sic Nathanaël offensus est Christi patria cũ dixit. A Nazareth potest aliquid boni esse? Expende etiam vulgi mutabilitatem. Modo namque ait euangelista, quod mirabantur: & statim ait, quòd despiciebant illum. Disce non multi facere turbę laudes, nam ita ad quemcunque populus rapitur ventũ: vt quem hodie laudat, cras vituperet. Sic populus fecit cum Paulo & Barnaba, quos magnis honoribus excepit, volentes illis sacrificare, ita vt Barnabam Iouem appellarent, & Paulum Mercurium: paucis vero interpositis diebus illos lapidauerunt: quare vulgi laus, quòd tam cito mutatur, contemnenda est. Sed vnde exorta sit tã subita & magna mutatio non scribitur: forte fuit, quia subiunxit Christus in concione aliquas reprehensionis notas, vel eò quòd aliqui superuenerunt inuidi, qui animos audientiũ mutauerunt, dicentes populo, Christum vilem esse hominem, & filiũ fabri, & calum-

Ephe. 4.

Psalm. 93.

1. Reg. 10.

Ecclesiast.

Ioan. 6.

Actor. 14.

calumniando miracula, dicentes, non vera illum operari miracula, quia si vera essent miracula, quæ de illo prædicabantur, face ret ea in sua patria. Hæc duo ab euangelista tanguntur, ex quibus apparet, aliquos inuidos superuenisse, & mutasse animos bene dispositos. *Et ait illis. Vtiq; dicetis mihi & hanc similitudinem. Medice cura teipsum.* Tu qui curas alienigenas, cura ciues tuos. Et quòd iste sit sensus manifestè patet, quia statim dixerunt. Quanta cognouimus facta fuisse in Capharnaum: fac hic in patria tua. Nam si medicus ægritudinẽ patiatur, qua & alij laborant, si seipsum non curet, nec alios creditur curare posse: sed in contumeliam scientiæ illius dicitur illi. Medice cura teipsum. Iuxta hanc simi litudinem dicebant isti ad Iesum. Si potes miracula cum alijs facere, fac etiam cum teipso: hoc est, in tua ciuitate. Ideo dicunt declarantes seipsos. *Quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac hic in patria tua.* Quanuis Christus hæc dicebat, & referebat, & non ipsi: tamen isti hoc dicebant in cordibus suis, & Christus, quæ in cogitatione dicebant, nunc exterius narrabat. Hæc enim verba quantum ad sensum & sententiam erãt horum Nazaræorum: recitata autem sunt à domino sub hac similitudinis forma. Obserua autẽ, quòd non dicunt, quanta scimus, sed quanta audiuimus: vt ostendant se nonnihil dubitare, an vera essent, vt dicebatur, quocirca si similia non fecerit apud suos, videbitur aut non velle, aut non posse. Quod si nolet, ingratus in patriam suam existet, quòd si non potest, clarũ est quòd excæcauit Capharnaitas suis magicis artibus, sic vt putauerint id posse facere, quod minimè potest. Hæ erant impiæ cogitationes Nazaræitarum. Aduerte autem, quòd noluit dominus miracula facere in Nazareth: quia in omni actione naturali non solum requiritur virtus seu potentia agentis, sed etiam requiritur dispositio materiæ: nam actus actiuorum sunt in patiente bene disposito, vt patet de igne, cuius virtus est comburere, sed non nisi in materia disposita, quia non cõburit lapides. Sic in miraculis non solum requiritur potentia, sed fides etiam requiritur & deuotio in illo, qui vult accipere sanitatem. Cùm ergo Christus haberet infinitam potentiam & virtutem ad faciendum miracula, adhuc tamẽ volebat dispositionẽ in materia. Et quia isti Nazaræitæ non erant dispositi, cùm non haberent fidem in Christo, nec in eum crederẽt, ideo non fecit miracula. Imò quòd peius est non solum non credebant, sed irridebant eum dicẽtes. Nonne hic est filius Ioseph? Aliud autem erat in Capharnaum, vbi illum credebant, & honorabant. Sic Chrysostomus asserit quòd propter eorum incredulitatem non fecit miracula in Nazareth: quod satis patet exemplis à Christo adductis post hæc verba, de Naaman Syro, & vidua Sareptana, quæ statim videbimus. Præterea indigni erant isti, vt Christus apud eos faceret miracula, nec vt eorum infirmos sanaret: quia alienæ gloriæ inuidebant. Dolebant, eò quòd Capharnaum potiretur illa gratia miraculorum. Non expectes opem cœlestis auxilij, si proximo inuides. Aspernatur dominus inuidos, & miracula suę potentiæ auertit ab eis, qui in alijs diuina beneficia non videre vellent. Inuidia enim opponitur charitati, quæ omnium virtutum pulcherrima & excellentissima est: quapropter deterior est, quam auaritia: nam auarus si non vult communicare sua, tamen vult, quòd alij sua communicent. Inuidus namque de Dei bonitate dolet eò quòd non auarè illam cum hominibus exerceat, sibi tamẽ vult largam & magnificam esse. Atque ideo inuidi diabolo assimilantur, qui inuidebat parentibus nostris: quapropter sapiens dixit. Inuidia diabolj mors intrauit in orbem terrarum. Et ita inuidus diabolo maxima amicitia est coniunctus, quia idem velle, & idem nolle cum diabolo habet: nam hæc est lex amicitiæ, iuxta Ciceronis sententiam, idem velle, & idem nolle. Sic inuidi, quando diabolus lucratur, gaudent: & lucrum ipsius quasi propriũ suum reputant. Quando verò diabolus perdit: dolent damnum eius, quasi suum proprium. Ideo amici familiares sunt diaboli. Ideo igni Græco assimilatur inuidia, qui in aquis gratiarum accenditur. Et sicut diabolus primis parentibus qui insontes erant, non pepercit: sic inuidus bonis inuidet, & eis calumniatur. Sic Cain non pepercit innocenti Abel: sed propter conceptam inuidiam illum occidit. Nec filij Iacob pepercerunt fratri suo Ioseph innocenti, quin potiùs eum vendiderunt. Nec Saul voluit parcere Dauidi, qui ei vtilis erat:

Chrysost. ho. 49. in Matth.

Genes. 3.
Sap. 2.

Genes. 4.
Genes. 37.

1. Reg. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioan. 19. erat: nec Iudæi Christo, quem ob inuidiã interfecerunt. ¶ Discе ex hoc loco non expectare opem misericordię cœlestis, si alienæ virtutis fructibus inuides. Inuidebant isti Capharnaitis, & quærunt cum hac inuidia mercedem à domino, quam non receperunt, quia inuidia indignos eos reddiderat. Non poterat Christus ciues nõ amare, qui omnes summa dilectione prosequebatur, sed ipsi sua inuidia indignos se fecerunt. Vide etiam quòd hæc ciuitas digna fuit quod Christus in ea conciperetur, & nutriretur: sed ob inuidiã indigna fuit, vt in ea Christus miracula faceret. Quanuis maius miraculum in hac ciuitate fuerit factum, quam in Capharnaum, nam hîc verbum diuinũ assumpsit naturam humanã. Nonne tibi grande miraculum videtur, ô Nazareth quod vna sit persona, & vnũ suppositum, cùm tres sint substantię: & quod nulla sit compositio, vbi duæ naturæ adsunt & duæ voluntates, & ꝙ de vno & eodẽ verificetur, quod sit paruus & magnus, passibilis, & impassibilis, mortalis, & immortalis? Sed Christum audiamus. *Ait autem. Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua.* Reddit Christus rationem, cur in Nazareth non faciebat miracula: acsi diceret. Alia est ratio eorum qui sunt in Capharnaũ, & alia istorũ: quia vos

Marc. 6. non creditis, & illi credunt. Vnde Marcus ait. Abijt Iesus in patriam suã, & sequebãtur eum discipuli eius, & non poterat ibi virtutẽ aliquam facere, nisi quia paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatẽ eorũ. Non poterat (inquam) de potentia ordinata: quia requiritur dispositio, vt iã diximus. Hanc dispositionem non habebant Nazaræitæ, quia Christus inter eos erat nutritus, & viderant, & tractauerãt eum. Tales sunt hominum affectus, vt nouitate gaudeãt: & si aliquid à longinquo venit, id venerantur, & honorant, non autẽ propria, quę potius

Ioan. 11. fastidiunt. Martha, quæ soror erat Lazari, priùs sensit fœtorẽ fratris, quam alij: quia ipsa sola dixit. Quatriduanus est iã fœtet. ¶ Prętereà quodãmodo naturale est ciues ciuibus inuidere. Non considerãt Christi Dñi opera atq; virtutẽ, sed fragilẽ recordãtur infantiam. Vnde faciliùs promouẽtur in patriam alienã quàm in suam propriã.

Genes. 37 Affligitur Ioseph in patria sua & à fratribus suis, & exul mittitur in Ægyptum: & à Pharaone alienigena exaltatur. Sic Ieremias in lacum per consiliarios Sedechiæ missus: sed per Abimelec Æthiopem fuit extractus à lacu, & postea à Nabuchodonosor honorificè tractatus. Vnde dominus loquutus Ezechieli de populis Gentilibus & ignotæ linguæ. Si ad illos mitteris, ipsi audirent te: domus autem Israël nolunt audire te. Maria & Aaron fratres Mosi cõtra Mosem rixantur: ei autẽ alieni obediunt. Ideo dñs dixit Abrahæ. Egrede re de terra tua, & de cognatione tua, & faciam te in gẽtẽ magnam: Vide quomodo inter alienigenas factus fuerit Abrahã magnus. ¶ Sed aliquis forsitan obijciet, quòd Ezechias & populus eius in magno honore habuerunt Esaiam prophetam: & ideo Ecclesiasticus dixit. Fortiter iuit Ezechias in via Dauid patris sui, quam mandauit ei Esaias propheta Magnus. Dauid etiã sanctus Nathan, & Gad prophetas veneratus est. Ideoq; hæc Christi verba non sunt intelligenda, ꝙ semper sine aliqua exceptione ita sit: sed quia plerumq; sancti prophetæ contẽnuntur inter suos. Sic Salomõ in Prouerbijs multa affirmat: non quòd vniuersaliter circa singulos ita se habeant, sed quia frequenter sic accidit. Sed multi & ferè omnes prophetæ in aliena terra plus honorãtur. Vt Daniel, Mardochæus, Ioseph & alij. Quomodo autẽ magis crediderint Capharnaitæ quam Nazaræitæ, probat Christus duobus exemplis scripturæ: quorum primum est. *In veritate dico vobis, multæ viduæ erant in diebus Heliæ in Israël, quando clausum est cælum annis tribus: & mensibus sex, cùm facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam.* Hoc exemplo & sequenti probat Christus, ꝙ dixerat, nemo propheta est in patria acceptus, vel si fortè his narrationibus errorem suum intelligerent. Docetq; iustam ob causam se non edere signa, quæ alibi edidisset, ipsosque huius rei in causa esse, ob suam incredulã mentem. Hoc autẽ exemplum & sequens in historia regum posita sunt, quæ silentio hic prætereo, cùm scita ab omnibus sint: liceat tamen aliqua breuiter annotare. Dicitur hîc, ꝙ Helię verbis cælũ fuit clausum. Per cælum hîc intelligitur aër vbi cogũntur nubes, vt inde dimittatur pluuia. Dicitur autẽ cælum claudi metaphoricè: cùm non det, quæ dare consueuit, sicut aperiri dicitur,

dicitur, cùm dat, aut cum inde aliquid apparet. Vidua hæc Sareptana magnam fidem habuit: nam Heliæ viri ignoti & alienæ gentis promissioni fidẽ dedit nulla facta attestatione miraculi, nihilq; hæsitauit. Deinde eius largitas ostenditur: quæ cùm in tanta esset necessitate cõstituta, de victu sibi & filio suo necessario Heliæ sit partem elargita: & priùs illũ pauit, quam se & filiũ suum. Ideo digna fuit, vt dñs ei remuneraret: & miraculũ vidit, & pauperi & inopiæ illius succurrit dñs. Credidit quippè hæc promissis hominis ignoti, & obtulit panẽ in tãta necessitate. Nos vero habemus ipsam veritatem filium Dei promittentẽ omnia ad victum, & cultũ necessaria, & nullam verę fidei præbemus significationẽ. Abundat arca pecunijs, horrea tritico, vino torcularia, & vestes à tinea roduntur, & in tanta abundantia nec superflua dare volumus pauperibus, in obsequiũ Christi. Mulier erat hæc, infirmi sexus, marito destituta, pauper & inops, & filiũ habebat summa inopia alendum, & nihil supererat, nisi pugillus farinæ: & in tanta angustia voci prophetæ nunquã antea cogniti obediuit. Sicut Niniuitę in die iudicij condẽnabunt gentem Iudęorũ: sic ista auaros diuites, quibus dñs dicit. Esurui, & nõ dedistis mihi mãducare, sitiui &c. Non mittitur Helias ad aliquã multarum viduarũ, quæ erant in Israel, nisi ad hãc viduã Sareptanã: nec Christus ad Nazaræitas, quibus loquitur, nisi ad Capharnaũ: Deus enim merita & fidẽ hominũ respicit non patriã, non sanguinẽ, nõ natale. Plus valent apud Deũ extranei & bonis moribus induti, quàm ꝑpinqui sceleribus coinquinati. ¶ Discе ex hoc loco nõ de patria aut generis nobilitate gloriari, vt multi inaniter & arroganter in his gloriantur. Apud Deũ plus valet animus, quàm genus. Plus valuit hæc vidua alienigena coram Deo, quàm viduæ Israel, quæ erant ex patria sua: & plus Capharnaũ, quam cõcies eius Nazaræitæ. Plus & nũc haberi solet in oculis Dei pastor, & pauper agricola probi, quàm rex vel papa, si improbi sint. In euangelio Matthęi tres reges tolluntur de medio, nempe Ochozias, Ioas, & Amasias in Christi genealogia: quia se miscuerant cũ sanguine impijssimę Iezabelis, vt Hieronymus testatur. Sicadeò dñs abominatur peccatũ, vt isti reges Iuda nobilissimi de medio tollãtur in detestationẽ peccati, vt deleretur memoria Iezabelis vsq; ad quartam generationẽ. Non considerat Deus consanguinitatem, non patriã, non genus, non dignitatẽ: sed virtutem & pietatẽ, &c. Porrò Sarepta vrbs parua fuit in ter Tyrũ & Sidonẽ. Sidon vero vrbs fuit, à qua illa regio vocata est Sidonia. Demũ pia dispẽsatione fecit Deus, vt Helias tam longum iter susciperet vsque in Sareptã: vt videns hominum pestem, peteret à domino pluuiã, Sic ait Chrysostomus. Sed iam secũdum exemplum, quod Christus adducit audiamus. *Et multi leprosi erãt in Israel sub Eliseo propheta, & nemo eorum mundatus est nisi Naaman Syrus.* Erant siquidem illi quatuor leprosi qui cogẽte fame in castra regis Syriæ venerunt: & alij etiã quos scriptura non cõmemorat, quos non curauit Eliseus. Cur ergo non curabat fratres & conciues? Nunquid Helias & Eliseus maiori amore prosequebãtur extraneos, quã conciues? Minimè, sed fides Naaman meruit beneficium: credidit enim hoc posse præstare Deũ per suos seruos, & obediuit iussus mergi in Iordanẽ. Si talem fiduciã haberent Israelitæ, sensissent vtiq; diuinã benedictionẽ. Sed super hanc historiã breuiter aliqua consideremus. Puella Hebręa à latrunculis Syrię captiua ducta est, cuius verbis domina eius permota virum est alloquuta, & ille regem: atq; hoc modo veri Dei maiestas inter Ethnicos declarata est. Verè enim omnia seruiunt ei, & nihil fit in regno quod nõ summam secum afferat sapientiam: & ex his, quæ nobis mala videntur, maxima bona prodire facit. Cogitemus ergo omnia nobis aduersa in maximam nostram vtilitatẽ conuerti. Quis ob

Genes. 37 secro nõ doleret Ioseph postquam fratrũ

Genes. 39. inuidia vẽditus fuit, & cùm posteà dominæ suæ calũnia in carcerem fuit detrusus? At per ista media in magnã gloriã & maiestatẽ fuit euectus, & secundus à rege cõstitutus, & saluator mũdi fuit appellatus. Attendamus nos paternã Dei curã & pro

Genes. 41 uidentiã eò solum spectare, vt bona nobis semper eueniãt, quãuis interea aliquid accidat, quod sensibus nostris cõtrariũ appareat. Nã & pueris multa prohibentur, quę optant, quin & plerunq; à parentibus cẽduntur: & tamen hæc omnia in eorũ vtilitatẽ faciũt. Hæc puella prius exul à patria & captiua erat: sed posteà eam ob acceptũ

Chrys ho. 42. in Genes. *4. Reg. 5.* *4. Reg. 7.* *4. Reg. 5.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

beneficium liberam dimisit: nam ingētia munera obtulit Eliseo: & postea cum fœnore dona dedit Giezi puero Elisei. Quare ex tā generosa grati animi significatione, nihil est dubij, quin puella dimissa sit libera: vel si remansit, libens & volens remansit, eò ꝙ bene & liberaliter cum illa ageretur, & melius in domo tāti principis haberetur, quàm in sua patria, vbi fieri posset, vt pauperem vitā ageret. ¶ Obseruandum quoq; est, ꝙ per Naaman dñs dedit salutē Syriæ. In quibus verbis duo docemur. Primum, vt in omnibus rerum euētibus quicquid boni acciderit Deo adscribamus. Ecce enim hîc cùm dixit, magnus & honoratus apud dñm suū, expectabatur, vt bellica sua virtute saluauerit Syriā: sed hoc nō dixit, sed ꝙ per illum dederit dñs salutē Syriæ: quod plurimum refert & ad pietatē, & ad viuendi vsum. Nam hoc pacto non insolescunt homines, si omne bonum Deo acceptū referant: & cùm intelligamus omnia à Deo gubernari, æquo animo quicquid acciderit patienter feramus.

Psal. 43. Sic Dauid. In te ventilabimus cornu. Non
Iudi. 16. dixit ego, sed in te, id est, tuo præsidio adiu-
Dan. 4. tus. Sic Iudith. In manu fœminę percussit illum dominus. Nabuchodonosor insolenter dixit. Nonne hæc est ciuitas, quam ego ædificaui in robore meo? Sed vox statim de cælo audita est. &c. ¶ Alterum, ꝙ ex illis verbis docemur, est, quod etsi gentes ignorabant Deū, & esse sine Deo dicebantur, & ꝙ dimiserit Deus ingredi vijs suis, eos tamē regebat, ac eorū regna. Quare cum cernimus Turcas & Christiani nominis hostes nos premere, ad id nobis statim est recurrendum, ꝙ omnia Dei imperio aguntur, qui permittit aduersarios nostros ob scelera nostra nobis esse superiores: quæ sancta cogitatio nos ad pœnitentiā & ad melius vitæ institutū inuitabit.

Iu. 3. 7. & 9. Sic populum Israeliticū puniuit per Syriam, & captiuā duxerunt Ethnici puellā Israeliticā. Sic per Eglon, Iabin, & Amō, & alios Gentiles puniebat olim Israelē: & quando se conuertebant suscitabat dns saluatorem, vt Aioth, Sangar, Sanson, Gedeon, & alios. Sciamus ꝙ mala, quæ patimur, peccata nostra meruerūt. ¶ Sed forsi tan aliquis mirabitur in hac historia, cur Eliseus ad tanti principis aduentum non surrexit? Ob duas credo id fecisse causas. Prima, vt prophetiæ dignitas seruaretur: in qua diuinæ maiestatis virtus elucebat. Nam & regū legati dignitatē & maiorem grauitatē seruant dum legationis officio funguntur, quàm vbi eam deposuerunt: quia dū hoc sibi munus est iniunctū, personā regis agunt. Altera causa est, vt doceantur homines hanc externarū rerū pōpam, quam ipsi plurimi habēt, apud Deū nullius esse momenti. Ad mulierem autē Sunnamitem abijt vsque in domū eius, & 4.
filiū sæscitauit. Sic etiā Helias, qui regem 3.
superbū asperè corripuerat abijt ad pau- 3.
perculā viduā. Et Christus omniū magi- Ioan.
ster non abijt in domū reguli (vt Grego- Greg.
rius annotat) licet rogatus: & tamen abijt 28
in domū Centurionis. Quare quidā ei di- Ga.
xerunt. Non aspicis personā hominū: nō
diuitias, nō honores. Tantū merita vnius
cuiusq; considerat. Aliter mundus facit,
qui nō nisi diuites, & auro fulgētes nouit
honorare. Accesit hic Naaman in curru
suo, diuitijs abūdans, famulis stipatus: sed
nihil hæc exteriora, quæ momēto tēporis
vilescunt, sanctū virum mouerūt. ¶ Vide
etiā quod serui Naaman patrē appellarūt
dñm suum: quia vir bonus & clemens ser-
uos non sicut canes & sicut iumenta, sed si
cut homines tractabat. At multos inue-
nies nunc seruos, qui dominos suos nō pa-
tres sed tyrannos, Nerones, Tyberios po-
terunt appellare. Infirmos seruos non cu-
rant: imò in hospitiū, vt citiùs moriantur,
mittunt. ¶ Expende etiā, ꝙ non dedigna-
tus est consiliū seruorum accipere, & audi
re eos: ideo meruit curari. Sic sanctissimus
Moses, & prudens omni diuina & huma-
na sapiētia excultus, qui cum dñō loque-
batur tanquā si esset aliquis amicus, tamē
accepit consiliū Ietro sacerdotis Madian Ex
hominis barbari, & Ethnici. Sed tanta est 18.
aliquorum prælatorū superbia, vt inferio-
res despiciant, & eos audire nolūt. Cōsilio
itaq; seruorū accepto, descendit, & lauit,
& cùm sanus esset dixit. Verè scio, ꝙ non
sit alius Deus in vniuersa terra, nisi tantū
in Israel. O fœlix lepra, quę veri Dei agni
tionem in huius viri mentem introduxit!
quæ si defuisset, neque morbo laborasset,
vllo, in illo simulacrorū cultu perdurasset.
¶ Docemur hinc, quàm vtiles sint infirmi-
tates, quæ salutē animę conferunt, sicut le
pra Naaman dedit illi cognitionem veri
Dei. Vnde sapiēs. Infirmitas grauis sobriā
facit animā. Ideo qui spiritu Dei aguntur,
etiam

etiam gratias agunt ob afflictiones & infirmitates. Cōfitebor tibi domine (ait Esaias)
2. quoniam iratus es mihi. Et Paulus gloria-
batur in infirmitatibus. Et Iacobus. Om-
ne gaudium existimate fratres cùm in gra-
ues tētationes incideritis. Quare? Illud scię-
tes quod probatio fidei vestræ parit patiē-
tiam. De vtilitate infirmitatū multa in li-
bro Vanitatis seculi disseruimus: quapro-
pter nūc ad alia properemus. ¶ His igitur
duobus exēplis viduę, scilicet, Sareptanę,
& Naaman Syri, Christus dominus noster
causam suam tutatus est aduersus illos Na
zaræitas. Sic & discipulos euellētes sabba
tho spicas alibi excusat à murmuratione
pharisæorū exēplo Dauidis, qui olim pa-
nes propositionis comederat: quos nō lice
bat ei edere, neq; his, qui cum eo erant, sed
solis sacerdotibus. Et in euangelio Ioannis
blasphemię accusatus, ꝙ se filium Dei ap-
pellauerit, obijcit alios olim vocatos Deos,
ad quos sermo Dei factus fuerat. Tu itaq;
vitam & mores tuos sic instituę, vt contra
maleuolos te exemplo bonorum virorum
defendere possis. Caue autem ne tibi ma-
gis arrideat Saulus ecclesiæ persequntor,
quam Paulus ecclesię propugnator & de-
fensor. Multi enim sua peccata tegere vo-
lunt, & defendere exēplo Dauidis, Mag-
dalenæ, Latronis in cruce pendētis, & alio
rum, quorū pœnitentiā imitari oportebat,
non eorū peccata. Christus defendit seip-
sum exēplo bonorū factorū Heliæ & Eli-
sei: & arguit impios incredulos exēplo vi-
duę Sareptanę, & Naamā Syri: quos opor
teret Nazaræitas imitari. Sic tu vtere exē-
plis bonorum, illoq; in bonis actibus imi-
tare. Sed iam ad nostrum euangelistā Lu-
cam reuertamur. Itaq; cum illi Nazaræitę
audissent hæc, quæ Christus prædicabat,
vide quid egerint. *Et repleti sunt omnes in sy-*
nagoga ira, hæc audientes. Non sunt emendati
5. sed irati. Vnde propheta. Odio habuērūt
1. corripientem in porta. Qui obstinato sunt
animo deteriores fiunt correctione: sicut
19. Pharao rex Ægypti. Vnde per sapientem
dicitur. Peruersū difficilè corriguntur. Ec-
clesiasticus etiam ait. Qui odit correctio-
nem, minuetur vita eius. *Et surrexerunt, &*
eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illū
vsque ad supercilium montis, super quem ciuitas il-
lorum erat ædificata, vt præcipitarent eum. Aspi-
ce obsecro quam retributionem mundus
det sanctis & studiosis viris. Semper mun
dus reddit mala pro bonis. Vnde psalmi-
sta. Qui retribuunt mala pro bonis detra-
hebant mihi: quoniam sequebar bonitatē. *Psal. 33.*
Et Ieremias. Nunquid redditur pro bono *Iere. 18.*
malū, quia foderunt foueam animæ meæ?
Prędicabat Christus, vt eos à præcipitio in
ferni liberaret: ipsi autem ab alto ciuitatis
volebant eum præcipitare. Multi etiam &
nunc principes, episcopi, clerici, & seculares præcipitant prædicatores, murmurantes, & detrahentes eis, quia sua vitia destruunt, & detestantur. Solent autē huiusmodi homines aduersus prædicatores dicere. Nihil habebat, quòd prædicaret, oblitus est concionis. Bene autem dictum est
Prou. 15. per sapientē. Non amat pestilens eum, qui
se corripit. Libēter audierūt isti de aduētu
Messiæ, erant quippè hæc ipsis exoptatissima: cùm autē Christus accesit ad morū
correctionē, non potuerunt æquo animo
Esa. 30. ferre. Sic olim Esaias dixit. Loquimini no
bis placentia. Habet etiā hoc nostrū sæculū tā delicatas aures, vt libēter audiat quæstiones theologicas, & verba curiosa: sed si eorū vitia prædicator arguerit, indignantur, & irascuntur, &, quod non sine lachrymis dici potest, ministros Dei persequuntur. Placet illis, & auribus suis dulce eloquiū est audire sermonē elegantē de diuina benignitate & misericordia: differentē autē de vindicta Dei in peccatores, molesto & ęgro animo ferunt. Clerici cōciones amant, in quibus laici corrigantur: laici autē è conuerso. Quod si verbi minister liberam habuerit linguā, acerrimusq; fuerit vitiorū insectator, hoc certò sciat illi debere contingere, quemadmodū Christo cōtigit. Dum prædicator illorū vitia nō carpit ipsum laudāt, dicētes, alium diuinum Paulum esse: at dum reprehendit illos iniquissimū esse dicunt. Sic isti quando Christus de aduentu Messię loquebatur, eius verba
suspiciebant, & venerabantur: at statim vt
illorum taxauit vitia, voluntillum præcipitare. Hoc mihi crede, quòd quicunq; is
fuerit prædicator, qui veritatē diligat, semper martyriū patietur. Attenti erāt hi Nazaræitæ, & laudabāt Christum, cùm illis
aperiebat authoritatē Esaiæ. Spiritus dñi
super me propter quod vnxit me. &c.
Nunc autē cùm illos reprehēdit, volūt illū præcipitare. Odio enim habetur veritas.
Vnde beatus Paulus. Inimicus factus sum *Gala. 4.*
vobis, verum dicens. Sic Michęam Achab *3. Reg. 22*

Universidad de Deusto
Biblioteca

perſequutus eſt, quia veritatem dixerat. Non prophetat (inquit) mihi bonũ, ſed malum. Verum hic aliqua obſeruanda ſunt.

¶ Primum horum eſt, ꝙ iſti Nazaræitę peiores fuerunt magiſtro ſuo diabolo. Diabolus quippè ſuggeſtione & verbo tantũ tentauit dominum: ſed iſti Iudæi facto. Ille di-
Matth.4. xit ſaluatori in pinnaculo templi, mitte te deorſum, ſed iſti aperte mittere illũ deorſum nituntur. Diabolus quoque, vt ſtatim videbimus, dominum confitebatur, & dicebat illum eſſe filium Dei: & iſti ei nolũt credere. Et ita cæcus factus eſt populus iſte, vt eum ignorent & negent, quem vel ipſi dæmones confitentur. In quo quidem nequitia & deprauata mens Iudæorũ conſpicitur. ¶ Secundò obſerua, ꝙ à proprijs ciuibus maximam ignominiam Chriſtus
Matth.8. eſt paſſus. Genezareni quanuis amiſerant duo millia ſuum, nihil tamen auſi ſunt aduerſus Ieſum loqui, ſed rogauerunt, vt ab eis diſcederet: Nazareni verò nullum damnũ paſsi, præcipitare eum volũt. Optimè
Matt. 10. quidẽ Chriſtus dixit. Inimici hominis domeſtici eius. Maxima eſt illa tribulatio, quæ à proprijs amicis & neceſſarijs infertur. Sic Pilatus, qui Gentilis & alienigena erat, voluit Chriſtũ abſoluere, itidẽ Herodes teſte Pilato nullã mortis cauſam inuenit in eo: ea propter liberum illũ ad Pilatũ
Matt.27. miſit. Iudæi autem nulla facta ceſſatione cùm ex eadẽ gente eſſent clamabãt, vt crucifigeretur. Quapropter dixit ei Pilatus:
Ioan. 19. Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te
Gen. 41. mihi. Sic Ioſeph honorib⁹ exaltatus à Pha-
Geneſ. 37 raone rege Ægypti, & in magno pretio ha-
Act. 7. bitus ab Ægyptijs, à fratribus ſuis vẽditus eſt. Stephanum etiã & ſui perſequuti ſunt: nam ſurrexerũt (ait ſcriptura) quidã de ſynagoga. &c. Ex Synagoga (inquam) egreſſi ſunt. Eiſdem veſtigijs mundus incedit: nam hi, qui magis familiares, magis domeſtici, & amici tibi ſunt, tibi priores detrahunt, tua ſecreta pandunt. Potiùs in extraneo & in ignoto virtutem & beneficiũ inuenies, quàm in amico & conſanguineo: nam extraneus quicquid boni illi feceris gratulabitur: conſanguineus tamen nullo modo gratus tibi exiſtet, imò videtur illi, te nihil feciſſe, etiam ſi magnũ beneficiũ illi contuleris. Quòd ſi meis dictis nolis acquieſcere, euangeliſtę ſancto neceſſum eſt credas: & attende, quantò in honore ſit ſaluator ab extraneis habitus, à ſuis verò Nazaræitis in nullo. ¶ Aduerte tertiò cauſam cur Chriſtus repulſam patitur, & abijcitur à patria ſua, & ipſe illam deſerit. Mirabile enim videtur, quod Meſsiã, qui tam deſideratus, & expectatus à Iudæis fuerat, nũc eijciant. Meſsiã deſiderabãt iſti, protinus autem, vt ſe illis pandit, ipſum à ſe reijciũt & expellunt. Si tantũ illum & tam anxiè deſideratis, ſi modo eũ habetis, cur expellitur & reijcitur à vobis? In qua re id aduertendum tibi eſt, ꝙ omnes Iudęi Chriſtum anxiè poſtulabant, & deſiderabant: at volebant, vt Meſsias ad eorum placitũ & libitum illis adueniret: cùm iam verò aduenijſſet, & eorum mores deprauatos & opera reprehẽderet, illum abijciunt, & expellunt. Dum Deus illis ſecunda donat, dum illis benefacit, eum laudãt, atq; prædicãt: ſed dum illis & eorũ moribus aduerſatur, in illum conuiciãtur. Vnde Dauid alloquitur dominũ dicens. Confitebũtur, cùm benefeceris eis. Sic iſti Iſraelitæ, cùm diuites exirent ab Ægypto ſpoliatis Ægyptijs, & videtes inimicos mortuos prę nimia lętitia & gaudio cantantes dixerunt. Cantemus domino, glorioſè enim magnificatus eſt. Cùm autem ad comedendum nihil inuenerunt, murmurantes dicunt. Vtinã mortui eſſemus in Ægypto. Chriſtum à patria iſti expellunt, quia eorum volũtati erat cõtrarius, & quia eorũ vitia nõ approbabat. Hac etiã potiſsimum ratione Chriſtum à ſe Maurus expellit, & impius & ſceleratus Chriſtianus. Nã ſi Mauro dicas, quod credat Deum eſſe, tecum conſentiet, ſi autem dixeris, quod credat, hunc Deum trium eſſe & vnum, in eandem tecum ibit ſententiam. At ſi illi dixeris, quòd qui huic legi eſt adſtrictus, tenetur inimicum diligere, reſiliet ſtatim, & dicet ſe hanc legem nolle amplecti, nec Chriſtianum eſſe. Quid eſt in cauſa, ꝙ Maurus nolit eſſe Chriſtianus, nec Chriſtum vult accipere? cauſa vtique eſt quia lex Chriſti non eſt conformis ſuo appetitui. Quare tã ingens infidelitũ multitudo in Chriſtũ non credit? Vtiq; quia lex cundũ carnis legem viuunt, & Chriſti lex nõ carni fauet, imò illi aduerſatur, & contrait. Azotij ejecerunt arcã domini Dei Iſrael ex tẽplo ſuo, ex patria ſua, & à ſuis finibus: eò ꝙ male ſe habuerat cũ idolo ſuo Dagon. Sic infideles & mali Chriſtiani Chriſtũ abijciunt: quia eorũ turpitudines & vitia abominatur. Qua de cauſa Chriſtus

Ioan. 9. *1. Cor.* 1.

Eccleſ. 3.

Gregor. lib. 25. Mo. c. 12. In illud, Itero- des adie- get.

ſtus à Iudæis abijcitur, ſicut ab iſtis Nazaræitis. Ideo ipſemet ait. Ego veni, vt qui non vident, videant: & videntes, cæci fiãt. Et Paulus. Nos prędicamus Chriſtũ crucifixum: Iudæis ſcandalũ, & Gentibus ſtultitiam. Si Chriſtus dicta & facta Phariſęorum laudaret, & cum illis cõſentiret: vtiq; ipſi eum laudarent, & acciperent: ſed quia Chriſtus non fauet peccatis, ſanguini, nec carni: ideo à Nazareth ejcitur, & à Iudæa & ab infidelibus & malis Chriſtianis. Malus nanq; & ſceleratus Chriſtianus ſtatim, vt Chriſtus ſenſualitati ſuę contradicit, illũ ab anima ſua expellit. Nam quẽadmodum ſartor veſtem non ſcindit ad ſnũ libitum, modũ, nec menſurã, ſed ſecundũ eius voluntatẽ, qui veſtẽ debet induere: ita tu velles, vt Deus tuæ voluntati cõformis eſſet, tu verò cum diuina non vis cõſentire. Iudæi Meſsiã volebant: at volebant illũ ſecundùm ſuã voluntatem. Nolunt ipſi cum diuina voluntate conſentire, at volunt, vt Chriſtus illis cõformis eſſet. Cùm autem iſti miſeri Chriſtum expulerunt: ſimul cũ ciuitate & regnum, & ſacerdotium, & Dei fauorem amiſerunt. ¶ Quartò in hoc loco obſeruandũ eſt, quomodo vnum peccatũ ſit cauſa alterius. Primò nanque iſti Nazaræitę inuidi fuerunt, quia Capharnaitis inuidebant, eò ꝙ Chriſtus apud eos ſeruum Centurionis ſanauerat, & dæmoniacum, & alia multa ſigna in Capharnaum fecerat: quocirca dixerũt. Quanta audiuimus facta fuiſſe in Capharnaum. Secundò ambitioſi fuerunt, & honoris cupidi: & ideo dixerunt. Fac hîc in patria tua. Voluerũt, vt patriã illuſtraret. Tertiò ira fuerũt impleti: & demũ volunt Chriſtum pręcipitare. Vnde fiet, vt qui peccata priora nõ emẽdauerit, in alia & alia maiora incidat, quouſque in profundum malorum deueniat. Quocirca Eccleſiaſticus ait. Cor nequam grauabitur in doloribus: & peccator adijciet ad peccandum. Quod quidẽ iuſto Dei iudicio fit, qui ſolet aliquando vnum peccatũ cum alio punire: & ſæpius permittit quod peccator in vnum peccatum cadat in pœnã alterius. Vnde beatus Gregorius ait ꝙ peccatum, quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo pondere ad aliud trahit. Sed quia de his in capite præcedẽti loquuti ſumus, nunc ad cõtextum reuertamur. *Ipſe autem tranſiens per mediũ illorum ibat.* Reddidit ſe eis inuiſibilẽ, quẽadmodũ per Ioã-
Ioan. 8. nem dicitur. Ieſus autẽ abſcondit ſe, & exiuit de templo. Chriſtus in hoc facto docet, primò ꝙ voluntariè paſſus eſt, non enim modò paſsionẽ fugit ſed tẽpus expectat: nam quod nunc fecit, poterat etiam tẽpore paſsionis facere, ſed tunc voluit mori, nunc autẽ non. Poteſtatẽ habeo (ait ipſe)
Ioan. 10. ponendi animam meam, & iterum ſumendi eã. Priùs enim quàm pateretur, voluit prædicare, & docere regnũ Dei. Nihil poterat aduerſus Chriſtum humana malitia, niſi ſua ſponte ſe ſe obtuliſſet capiendum & occidẽdũ. Ideo Iſaias. Oblatus eſt quia
Eſa. 53. ipſe voluit. Nanque ſi totus mundus inſurgeret aduerſus eum, non poſſet ei nocere, illo inuito. Quocirca nihil iſti aduerſus Chriſtum valuerunt. Sic neque Herodes cùm pueros innocẽtes interfecit, illũ occidere potuit. Nec cùm bis lapidare illũ Iudæi voluiſſent, id eorũ malitia potuit. Ex quo manifeſte liquet ad confundendos infideles & Ethnicos Chriſtum voluntate
Matth.2. propria fuiſſe paſſum: nam quando illum in horto ceperunt, poterat (ſicut modo fecit) per me illorum tranſire, ſed noluit, quia iam aderat tẽpus, quo ſeipſum in ſacrificium ſanctũ, & Deo acceptũ, pro hominũ ſalute volebat offerre. Et enim quandò vult, capitur, quãdò vult ſe abſcondit: quãdò vult crucifigitur, quãdo vult, à nemine cogitur. Secundò Chriſtus docet, vt aduerſarijs noſtris cedamus, & iræ & mali
Roma. 12. tiæ eorũ locum demus, vt Paulus docet: ne ampliùs eos ad irã laceſſamus, cùm inflammati & accẽſi ſint. Eſt quippè charitatis opus non ſemper aduerſus furioſos & iracundos noſ ipſos opponere: & fortitudine noſtra maximè cum illis tunc eſt vtendum: ne maioris mali anſam præbeamus: nam charitas, quæ ſua ſunt, nõ quærit. Obiectum præſens potiùs mouet potentiam,
1. Cor. 13. quàm abſens: & tunc ſol maiori vi radios ſuos emittit, cùm aliquid contrariũ ei reſiſtit. Atq; ita cùm Chriſtus his præſens adeſſet ira eorũ magis accẽdebatur, & magis aduerſus illũ indignabãtur. Ideo miſericordia ſua cũ illis vtens fugit, ne amplius peccarent, & deteriores fierent, atq; ita Deus magis offenderetur. Sic Iacob fugit à præ-
Gen. 28. ſentia Eſau, & Moſes ab Ægypto, Dauid à
Exo. 2. Saule, Helias à Iezabel, & Paulus Damaſci ſubmiſſus eſt in ſporta. Sed Deus iſtis
1. Reg. 27 *3. Reg.* 19 dedit refugiũ: nam Iacob inuenit in domo
Act. 9. Laban refugiũ, & Deus ditauit illũ, & de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit vxores. Moses eodē modo socerū inue
Matth.10 nit principem Madian & diuitem, Dauid regnum, Helias angelum, & Paulus diuinas consolationes. Ideo dominus suis cōsu luit dicēs. Si vos fuerint persequuti in vnā ciuitatē fugite in aliam. Abijt itaq; Christus ne plus eius inimici fæuirent. ¶Hinc quoque licet animaduertere non semper esse iram: sed sæpenumero manifestā gratiā, quandò Deus homini materiā peccandi subtrahit. Non enim id facit, propterea q nobis inuideat: sed ne grauioribus pœnis nos afficiat, si peccatis peccata cumulauerimus. Imò hāc ipsam ob causam Deus homini non vitā protendit ita, vt qui priùs & ab initio nōgentos viuebāt annos, nunc vix septuagesimū attingant annū, vt Da-
Psal. 89. uid ait. Dies annorū nostrorū esse septuaginta annos: si quid autē eo amplius vita nostra protenditur, dolorē esse & laborē. Id autē non ideo fit, q vitæ hominū Deus inuidiā concipiat, sed ne amplius peccet, & se in maiorē condemnationem tradat. Eam ipsam ob causam Deus quandoque & alia nobis subtrahit, quo occasione & labi possemus: quo consilio modò Nazaræitis suam præsentiā subtrahit, ne grauiùs delinquerent. Solet etiā & sæpe dominus suam præsentiā in pœnam peccati tollere: vt impij indigni facti pœnitētia, ampliùs
Num. 12. puniantur. Vnde in Numerorū libro ait Moses, q postquam dominus redarguit Aaronē, & Mariā, iratus contra eos abijt: nubes quoque recedere fecit, quæ erant super tabernaculū. Cùm autē Deus recessisset apparuit Maria leprosa. Vbi clarè vides quomodo cùm Deus peccatoribus irascitur, recedit ab eis: vt grauius eos puniat. Vnde tibi cauendum erit maximè ne à te ob ingratitudinē tuam recedat, vt puniat. ¶Prætereà abscōdit se vt doceat à furiosis & ira cōmotis fugiendum esse: quod quidem non in ignominiā, sed potiùs in honorem & laudē nobis cedit veluti qui à leone vel vrso saucio fugit, nō ignominia illi est, sed potiùs magna prudentia. Quid igitur est, q tu ignominiāe xistimes fugere ab homine furioso: qui nihil differt à feris animātibus? Quando olla fervet, & ius omne diffunditur, præsens est remediū si à prunis eam abstuleris. Sic furiosis hominibus ne amplius furiant, remediū erit materiā abstrahere, quæ ignis est patientiæ tuæ: quādoquidē cum illa magis ac magis inflamātur: q non ignominiosum est, imo gloriosum, & laudabile, vt sapiens ait. Honor est *Prou.* homini, qui separat se à contentionibus. Victoria & triumphus est à malis fugere, & eos contēnere. In psalmo tertio, cuius titulus est. Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalon filij sui, canit Dauid victoriā, & ait. Quoniā tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum *Psal.* contriuisti. Qui locus non in paruā me ra- 1. Reg. pit admirationē, nā si hæc Dauid sanctus caneret, cùm gigantē illum vastū Goliath superauit, apta quidē & idonea verba videntur: mirum autem est, q fugiens hoc dicat. Verùm enim verò hæc victoria maxima omnium est & præclara, quæ nomine victoriæ digna est, peccatores derelinquere, fugere mundum, se ipsum vincere, propriam pasionem & iram temperare: magnanimitas quidem est quandoque fugere, & inimicum relinquere cùm aliàs possis illum vincere. Potens & fortis erat Da- 2. Reg. uid, siquidē plurimos leones, vrsos, & Philistæos interfecerat, nihilominus tamē ab Absalone fugit, & celebrem hāc & gloriosam victoriam canit, quam de se ipso assequutus est. Helias fugit à Iezabel, & in desertum abijt, non illius metu, quando homo erat, & ità virili animo præditus, vt facie ad faciem ausus fuerit superbum regē 3. Reg. Achab reprehendere. Paulus Damasci fugit, quia vidit tum temporis cōueniens esse, qui posteà, cùm apertus carcer esset, & *Act. 7.* rogatus à custodia noluit fugere. Et is, qui 2. Cor. tam constanti fuit animo, vt dixerit, ego nō solum alligari, sed mori in Hierusalem paratus sum: quando opus fuit Cæsarem appellauit. Sic Christus, qui se ipsum obtulit exiens obuiam inimicis, nunc transiens per medium illorum ibat: quia nondum venerat hora eius. Docet etiam Christus hoc facto Apostolos suos omnia omnibus debere fieri. Nec volētes reijcit, nec inuitos alligat: nec eijcientibus reluctatur, nec rogantibus deest. ¶Deinde docet quo modo contra veritatē nihil possit humana malitia. Scriptū enim est, super omnia vincit veritas. Quid profuit istis, vt contra 3. Reg. Christū insurgerēt? Nihil hominū potētia valet aduersus veritatē. Paulus plenus fortitudine dicebat. Omnia possū in eo, qui me cōfortat. Videns autem fortitudinem 2. Cor. veritatis ait. Nihil possumus aduersus veri- Actor. tatē. Nec vniuersa synagoga poterat resistere

stere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur per Stephanum: nec vniuersus mūdus aliquid aduersus te valebit, si Deū tecū habueris. ¶Deniq; vt de hac re finē dicendi faciā docet locus iste Deū non à nobis abire, nisi nos ipsum flagitijs nostris à nobis semoueamus, q in Nazaræitis istis videmus, apud quos Christus manebat, & docebat, & mansit donec illū expulerunt. Sic olim fecisse dūm videmus: qui multoties, licèt filij Israel grauissimè peccarent, non tamē recedebat Deus ab eis, donec ipsimet Deū deserebant, atq; propulsabant: nā conflantes aureū vitulum grauissimè deliquerūt: *Exo. 32.* sic adeò, vt timeret Moses ne promissiones suas reuocaret propter tā graue scelus. Et ob hanc causam dicebat Deo. Aut dimitte illis hoc peccatū, aut dele me de libro, quē scripsisti. Ac si clariùs dixisset. Si nō dimittis peccatū illis, iam de me & alijs hominibus actum est, quod ad æternā salutē attinet. Id ipsum quoque timebat Dauid cùm *Exo. 32.* *2. Reg. 24.* adulteriū & homicidium patrauit, vt dicere. Tibi soli peccaui, & malū corā te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Et hoc modo Israelitæ sæpe numero in Deum peccauerāt, & digni fuerunt, vt Deus ab illis recederet: eo potissimum, q omnes prophetas missos ad annū ciandum verbum domini persequebātur, & occidebant, quemadmodū illis non solum beatissimus Stephanus, sed etiā Christus dominus obijciebat. Veruntamē non recessit Deus ab eis, donec ipsi suum verbum & vnigenitum filium crucifixerunt, & dixerunt. Nolumus hunc regnare super nos. Et ad Pilatum. Tolle eum, non habemus regem, nisi Cæsarem. Ideo Apostoli Iudæis dixerunt. Vobis oportuit primum loqui verbum Dei, quia autem reiecistis, ecce conuertimur ad gentes, quoniam hoc mandatum habemus. Vnde impletum videmus, quod sapiens dicit. Altissimus est patiēs redditor. Et quod Paulus dicit. An ignoras q benignitas Dei, ad pœnitentiā te adducit? Secūdum autem duritiam tuā, & impœnitens cor tuū, &c. Similem quoque bonitatem Dei experimur in nobis ipsis. Quoties enim obsecro Dei ira, detestatione, & indignatione digni fuimus? Attamen Christus non recedit à nobis nostram expectans resipiscentiam & pœnitentiam, quam nisi egerimus miserè per eundum nobis restat. Sed iam ad cōtextū reuertamur. *Et descendit in Capharnaum ciuitatē Galilææ, ibiq; docebat illos sabbathis.* Quia Nazaræitæ audire nolebant, dereliquit eos: quia loqui in aures, audire nolentium non *Eccl. 32.* est æquum. Vbi enim auditus non est (ait sapiens) ne effundas sermonem. Nam si cū seminandum est triticum, terræ aptitudo & maturitas expectatur, potiori ratione ad seminādum verbum Dei tempus aptū expectandum est: & id cauendum, quod potissimè dns cōmendat. Nolite sanctum dare canibus: neque proijciatis margaritas ante porcos. Quibus verbis duo genera ho- *Matth. 7* minū exprimit, quibus hęc mysteria (quæ ob dignitatem sancta, & ob pulchritudinē margaritas Christus appellat) non sunt cōmunicanda infidelibus, & eis, qui suū vitā agunt. Et enim cū in nobis duæ partes sint præcipuæ intellectus, atq; affectus, vt verbum Dei in his ambabus fructificet, oportet priùs vt intellectus vim suam subijciat diuinæ authoritati, neq; terminos sibi præfixos progredi audeat. Deinde opus est, vt affectus sit purgatus, alioquin quicquid animus vitiosis affectibus obnoxius committit, confestim corrumpitur. Et ij sunt, qui margaritas pedibus calcant, nam cerni mus plurimos, qui fidem Christi profitentur, at teterrimis affectibus sunt pleni, præsertim, qui carnis lasciuiæ sunt dediti, nam audientes Christiana mysteria, ea cōtemnentes veluti pedibus calcāt. Ideò porcos eos appellauit. Canes autem sunt hi philosophi, qui vim intelligēdi habebāt, & nulli sententiæ assentiebantur, nisi ei, quę suis opinionibus & argumētis nitebatur. Hi ergo cùm non assequerentur cœlestem hāc philosophiā (nam animalis homo non per *1. Cor. 2.* cipit ea, quę sunt spiritus Dei) eam dilacerabāt, detrahēdo: & quò diuiniora & altiora erant mysteria, eò magis irridebant. Sic resurrectionē mortuorum, quam Paulus *Act. 23.* præ dicabat, negabant & deridebant. Istis ergo suibus, & canibus diuina verba non sunt danda: quia ea vituperāt. Ideò ab istis Nazaræitis tollit Christus verbum Dei, & abijt, eos vacuos derelinquens. *Et descēdit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: ibiq; docebat illos sabbathis.* Expende hic Christi redemptoris nostri clemētiam, & benignitatem: qui nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus, Iudææ deserit: quin imo immemor iniuriæ, memor autē suæ clementiæ nūc do-

cendo,nunc sanando omnibus benefacit, & bono malum vincere studet. Non impietas Nazaræorum, nec atrox culpa efficere potuit, vt euangelij munus ad gentes trãsferret: sed ipsis operib⁹ præstitit, quod posteà docuit suos discipulos, nimirũ, vt electi ab vna ciuitate in aliã migrarent, nihil de vindicta cogitantes, sed de incremẽto euãgelij: vt vel sic ejcientiũ malitia proficeret etiam ad celeritatem diuulgandæ
Matt.10. professionis euangelicæ. Descendit autẽ in hanc ciuitatem potiùs, quàm in aliam: quia maritima erat, plena diuitijs, voluptatibus, & luxuria: vt plerunque contingere solet ciuitatibus iuxta mare positis. Et cũ animaduertentia dixit, prouincię Galileę: quia tunc Galilæa à multis gentibus incolebatur, & multi etiã ex Hebræis in idolatriam abierant, & pluribus alijs moribus deprauatis imbuti erant, tractis ab alijs nationibus: quapropter corruptissima & perditissima erat terra. Hic prędicat Christ⁹: quia maximè hæc gẽs doctrina indigebat.
¶Expende etiã quomodo Christus maiora miracula fecerit, & plures sermones prę
Rom.8. dicauerit in Capharnaum, quàm alibi. In quo maximè Christi benignitas considerãda tibi est: quia vbi magis offendebatur, ibi maiora suæ bonitatis fundebat beneficia. Vbi abũdauit delictũ, superabũdauit & gratia. Disce ex hoc loco Deũ summo prosequi amore. Quis enim non amabit Deũ tã amantẽ, qui ibi amare non horret, vbi minus amari se sentit? Quod obsecro iam erit pectus tam adamantinum, & ferreum, quod de diuina misericordia desperet, postquàm videt Deũ tot sordes, & detestanda flagitia non horruisse? Et *stupebãt in doctrina eius*. Certum est diuinam fuisse sapientiam, & inauditam planè, quæ auditores rapuit in admirationem. Sic solent mirari & stupere, qui numinis diuini potentiam ignorant. Non solum mirabantur sed stupebant in doctrina eius. Causam verò tantę admirationis subdidit dicẽs. *Quia in potestate erat sermo ipsius*. Non enim dicebat, hæc dicit dñs, vt alij prophetæ antiquitus facere solebant. Sed loquebatur cũ eis tanquàm Deus maxima authoritate atque diuina potestate, dicens. Ego autem
Matth.7. dico vobis. Sic Matthæus dicit, quòd postquàm Christus finiuit sermonem in monte, admirabantur turbæ super doctrina eius: erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ & pharisæi. Prætereà Christi verba spiri- Psal.
tualem habebant virtutem, quæ corda ipsa penetrare valebant, vt conuerterentur, & pœniterent. Vnde egregius psaltes. Dabit voci eius vocem virtutis. Et *in synagoga erat homo habens dæmonium immundum, & exclamauit voce magna dicens.* Nomen dæmonium secundum propriã ipsius significationem commune est bonis & malis spiritibus: nam significat scientem: & propterea addidit euangelista, immundum, ad significandum, se de maligno spiritu loqui. Vsus autem loquentium iam nomen hoc vsurpauit: vt tantum malignos significet spiritus. Prętereà in synagoga dicit esse diabolum, vt scias nullam esse congregationem, vbi aliquis non sit habens spiritum nequam. Inter auditores causarum semper est aliquis habens spiritum contradictionis, qui omnia perturbet. In libro Iob scribitur, quòd Iob.
inter filios Dei adfuit & Satan. Christus etiam dixit discipulis. Nonne ego duodecim vos elegi, vnus autem vestrum diabo- Iudas
lus est? Et quod peius est dæmoniaci ligãtur: sed isti qui spiritum habent contradictionis & discordiæ, liberi ambulant omnia perturbantes, & zizaniam seminãtes. Verũ nouit diabolus quãtum dãni sibi afferat verbũ Dei: & ideo Christi cõcioni adfuit, vt omnia perturbaret, aut si posset diuinũ verbum à cordibus eorum auerteret. Et enim multi audiunt verbũ Dei: sed nec credentes salui fiant, adest diabolus, vt auferat bonum semen à cordibus eorum. Sic omnibus bonis aduersatur. Ità nunc sentiens diuini verbi virtutem cœpit vociferare vexatus à Christi virtute dicens. *Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? Venisti perdere nos? Scio te, quia sis sanctus Dei*. Adulatione dæmonium vtitur: vt vel sic eum sineret illic manere. Sic multi adulantur prælatis ecclesiæ, vt sinant illos in suis peccatis, & vitijs manere. Prætereà quòd Iesum cõfitentur, bonæ est naturæ, quam fortiti sunt: quòd verò aduersantur, malæ voluntatis est. Coniunxit autem hæc duo verba, Iesu Nazarene: quia gaudet ille nouitate, & studet semper in adinuentione nouitatis, homines circumuenire: vt vel sic eos alliciat iucunditate nouitatis, vt faciliùs in errorem inducat. Sanctũ Dei vocat. Hoc est, tu es ille sanctus Dei, qui

qui expectatur à Iudæis Messias, scilicet. Dan.9.
Sic in libro Daniel vocatur ab Angelo, vt Psal.15.
vngatur, sanctus sanctorũ. Et in psalmo. Non dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Obserua deinde, quòd Christus statim in principio ostendit, qua nã causa venerit, nimirum vt de Satana triumpharet, & regnum eius destrueret. Et *increpauit illum Iesus dicens. Obmutesce, & exi ab eo*. Increpans illũ exire præcepit, quibus docet ne præbeamus aures adulatoribus, imo arguendi sunt & increpandi. Diabolus nãq; licet verum diceret, tamen mentiebatur, quia ipse nõ credebat Christum esse filiũ Dei, sed voluit illi adulari, vt in suam gratiam conciliaretur. Secundò præcepit vt exiret, quia non erat tempus, vt illius ore Christi diuinitas in carne latens astrueretur. Et quia volebat ostendere, quales ipsa postularet præcones, certè pios atq; mundos: non eos qui omniũ vitiorum immunditia polluti sunt. Deinde ne populus sibi persuaderet, diabolũ posse vera dicere, & posteà ab ipso mendace seducerẽtur: nam etiã si vera prædicet Satan, minime audiẽdus est, quia omnia eo animo facit, vt nos decipiat. Et *cum proiecisset illum dæmonium in medium, exijt ab illo: nihilq; ei nocuit*. Quanuis
Mar.1. enim ante egressionem hominem illum affligeret, iuxta illud Marci, discerpens eũ spiritus immundus: tamen postquã egressus est dæmon prior illa afflictio diuina virtute cessauit, & requieuit homo. Furens itaque dæmonium illud proiecit hominem illum in medium iam exiturus. Interdum verò torquent, ac discerpunt in ipso egressu: vt quas possunt ab hominibus sumant pœnas. Huiusmodi sunt homines, qui cũ altero litem habentes non desistunt à lite, quousque vi compellũtur, vt ità quo possint damno aduersarium afficiant. Hi sunt veri dæmonum imitatores, quorũ mores, per totam vitam sequentes non credunt se illis etiam in æterno igne futuros esse socios: & audituros vocem illam. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diaMatth.25
bolo & Angelis eius. Et *factus est pauor in omnibus*. Admirabantur, qui hoc miraculum viderunt, modum, quo Christus dæmoniũ illud expulit: cùm exorcistę apud illos dæmones ejcerent non imperatiuè, nec tanta authoritate, vti Christus. Porrò homini naturale est visis magnis & insolitis rebus timere: quanuis diuerso modo. Boni nanque visis mirabilibus Dei timorem concipiunt quadam cum reuerentia: impiorum autem conscientia citò terretur, ne quid secundum eorum merita illis contingat: præsertim dum diuinæ potestatis aduertit præsentiam. Vnde in actis Apostolorum habetur. Fiebat autem omni animæ timor, Act.2.
videlicet visis miraculis Apostolorũ. Quia verò Christus imperando faciebat miracula, isti in magnam inde rapiebantur admirationem. Et colloquebantur ad inuicem dicentes. *Quid est hoc verbum?* Verbum hîc accipitur pro re significata per verbum, sicut in scripturis frequenter accipitur. Itaque dicunt, quid est hoc verbum? Id est quam mirabile est opus istud? Cur? *Quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus & exeunt*. Hoc est sermone imperatiuo & potentia efficaci dæmonia ejcit. Nihil obstante eo, quod de dæmonio scribitur in libro Iob: nullam esse potestatem super ter- Iob.4.
ram, quæ cum illo valeat conferri. Sed non mirum quia hæc de habitantibus miseram hanc lachrymarum vallem dicuntur: qui autem de cęlo venit, super omnes est. Christus enim diuina, cœlesti, & supernaturali potestate hæc fecit: nam creata Christi potestas tanta est, vt summis Angelis possit imperare, imperetque spiritibus, sicut & anima ipsius illos illuminat multoque altiùs, quàm aliquis Angelus superior inferiorem. Obserua autẽ, quod quanuis Christus vnum curauerit, pluraliter loquebantur dicẽtes: quod imperabat spiritibus immundis, quia plurale pro singulari ponebant, vt sæpe consuetũ est in sanctis scripturis, & in cõmuni modo loquendi. Et *diuulgabatur fama de illo in omnẽ locum regionis*. Scilicet in regionem Galileę, vbi Christus hoc miraculum fecerat: quod Marcus expressit dicens. Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilææ. Statim
Mar.1. post hæc verba aliud miraculum Lucas recitat dicens. *Surgens autem Iesus de synagoga introiuit in domum Simonis*. Protinus egrediens à synagoga, ostendere voluit se non ambire applausum & gloriam hominum in operandis miraculis: longè aliter faciens, quàm multi, qui statim, vt aliquod bonum vel egregium opus faciunt, non à foro discedunt, sed ibi omnibus sua egregia facta ostentant. Prætereà ille, qui tã egregie in synagoga prędicauerat, nunc opera charitatis exercet, visitans pauperes

Universidad de Deusto
Biblioteca

res infirmos: & sanans, ac curans: vt doceat prædicatorem verbi Dei non solum verbis, sed etiam factis & operibus charitatis populum erudire debere. Deniq; non diu manet Christus in loco publico, sed statim ingreditur cum quatuor discipulis domũ
Chrys. in variis Matthæ. locis hom. 6. Simonis Petri. Mirũ hoc est (vt Chrysosto mus ait) q hospitandi gratia, & vt cibum sumeret, hoc fecit, q satis innuitur ex verbis, quæ euangelista subdit, quod surgens socrus Simonis ministrabat eis. Etenim ipse dñs, qui auibus nidos, & brutis animantibus domicilia parat, nullam propriã
Luc. 9. domũ habebat, vt ipse alibi dicit. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis, &c. ¶ Intrauit autem in domũ Simonis potiùs, quàm in aliam: quia Christus his honorẽ impendit, à quibus ipse honoratur. Vnde olim dixit. Qui
1. Reg. 2. Matth. 4 cũque honorauerit me, glorificabo eum: qui autẽ contemnunt me, erunt ignobiles. Petrus Christũ honorauit, relinquens domum, retia & omnia, quæ possidebat, sequens illũ. Ideò Christus illũ vult summo
Luc. 7. honore afficere. Sic Magdalena cùm Christũ quæsiuisset in domo pharisæi Christus magni illã fecit, & illã humanitus & benignẽ accepit, & à Pharisæo illã tutatus est. Ità nimirũ si tu Christũ magnificares, ipse te ipsum in summos eueheret honores: at cum ità Dei oblitus viuas, non mireris si te ipsum Deus obliuiscatur. ¶ Obserua etiã, pauperes non esse contemnendos, nec qui secundũ populi vocẽ inopes sunt. Nonnè pauperes elegit Deus diuites in fide? Vnde
Iaco. 2. dñs per Esaiam, quæ est ista domus, quam
Esa. 66. ædificatis mihi? Ad quẽ ego respiciam nisi ad contritũ & humiliatum, & trementem sermones meos? Mũdani homines nesciũt circuire nisi alta palatia, & deauratas domos: vt diuitibus blandianturi & fauorem magnatum sibi cõcilient. At Christus qui docet superba contẽnere, & mundi vanitatem parui facere: non diuitum, nec principum domos ingreditur: nec nullas regum quærit: sed in domũ Simonis piscatoris & pauperis ingreditur. Pauper quidẽ supellectilium erat: sed diues cũ Christo. Honorat Christus potiùs virtutes: quã diuitias. Non sic mundus consueuit facere: qui nõ nouit, nisi diuitibus honorẽ prębere. At vt quidam dixit: probitas laudatur, & alget. Itaq; Christus ingreditur in domũ viri iusti, & pauperis. Humiles respicit Deus, sicut aquila piscículos in mari perãbulãtes.
¶ In hoc etiã Christus significabat, q repudianda esset synagoga, & futurum esse, vt Christus ad gẽtes trãsiret per euãgelij prędicationẽ, & ex gentibus constituenda fore ecclesiam, cuius caput Petrus erat. Ideò Christus synagogã reliquit, & abit in domũ Petri: quod factum Esaias olim prædixerat. Venite (inquit) ascendamus ad mõtẽ dñi, & ad domum Dei Iacob, &c. Sequitur iudicabit gẽtes, & arguet populos multos. Proiecisti enim populum tuũ domum
Esa. 2. Iacob. ¶ Aduerte autem, q intrauit in domum Simonis (vt Chrysostomus ait) vt
Chrys. hom. 28. in Matthæ. hoc beneficio discipuli affecti maiorẽ præstarent diligentiam in Dei seruitio. Petro voluit hoc beneficiũ donare, vt ipsum magis ad sui obsequium deuinciret. Grande quidem beneficiũ dominus illi impendit, in cuius domum ingredi vult, & cum illo
Matth. 8. sedere: & hoc recordatus cẽturio dixit. Do
Genes. 18. mine non sum dignus, &c. Et Abraham
Ioan. 1. quãdo dixit, si inueni gratiã in oculis tuis.
Exod. 3. Ideo dominus loquutus de eo, à quo ipse
Exo. 5. diligitur, tanquam magnum quid dicens,
Genes. 18. subdit. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Hinc omnia bona nobis eueniunt, quandoquidem suo aduentu animam nostram auget, & locupletat. Moses, qui pusillanimis erat, quiq; metu Pharaonis fugit in Ægyptum, postquã dominus ad illũ venit, & ei in monte apparuit, audaci & virili pectore loquutus est ad Pharaonem. Iacob etiã, qui nimis timebat Esau, quiq; ob illius metũ à domo patris recessit, postquã luctã cum Angelo est ingressus fortis extitit. Magnum equidẽ beneficiũ dominus impendit Petro: & magnum etiam est, vt dominus velit te sodalem & hospitẽ habere. At tu peccator hoc ingens beneficium non vis agnoscere: nec Deo, qui ad postes ostij tui pulsat, vis aperire: cum dicat. Ego sto ad ostiũ, & pulso.
Apoc. 3. Aperi mihi soror mea, &c. Si quis aperuerit intrabo ad illum, & cœnabo cum illo.
¶ Obserua etiã, q beatus Petrus non Christum rogabat vt in domum suam veniret: cùm infirmam socrum haberet, & febre laborantẽ. Quare obsecro Petrus Christum non rogabat: hæc est sanctorum perfectio, vt sua propria obliti, nullam rationem habent nisi alienorũ bonorũ. Sic Moses, cui
Exo. 32. dñs maiora promittebat: hæc omnia oblitus, tantum de populi vtilitate curabat, & dicebat dño. Parce populo: aut dele me de libro, quem scripsisti. Et Paulus etiam
Rom. 9. Exod. 28. Exo. 32. *1. Cor. 12.* Corinthijs ait. Ego autem libenter impẽdam, & super impendar pro animabus vestris. Et iterum. Cupio anathema esse pro fratribus meis. Et Christus cũ captus fuit in horto. Si me quæritis, sinite hos abire. Et ad filias Ierusalẽ. Nolite (inquit) flere super me sed super vos. Sed nos multo alteri qui nostri magnam curã habemus, ità vt pro vtilitate proximi non aliquẽ velimus subire laborẽ. Sed vide quam curam Christus suorũ habeat: ità vt non rogatus in domũ Petri abeat. Gerit nãq; dominus specialem curam eorũ, qui sui & suarũ rerum propter Christi amorem obliuiscuntur. Ità solertem curam eorum habuit, qui eum in desertum sequebantur sine vllo victu, quos quinque panibus & duobus piscibus satiauit: quia suę necessitatis obliti, illum sequebantur. Cùm autẽ Petrus nullam curã ad se pertinẽtium haberet, abijt Christus in eius domũ: & socrum sanauit, de qua noster euangelista inquit. *Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus.* Quia Petrus habebat socrum, quidam hæretici putarunt, Apostolos post Apostolatum coniugatos fuisse: quod falsum est: quia cum omnia temporalia dimisissent, etiam vxores dimiserunt, & ex vtriusque cõsensu mulieris scilicet & viri, cœlibẽ peragebant vitam. Sic affirmat, & asserit diuus Hieronymus in primo libro aduersus Iouinianũ: & de beato Petro specialiter hoc asserit in epistola consolatoria ad Iulianũ. Et in epistola septuagesima quarta ad Pãmachium in fine concludit dicens, quod Apostoli vel virgines vel continentes fuerunt. Sed de his aliâs. ¶ Verum in his verbis duo obseruatione sunt digna. Primum q non ait, quòd tenebat febres, sed quòd tenebatur à febribus. Sic peccator tenetur à suis passionibus & peccatis, ità vt captiuus teneatur, ne id quod vult facere possit. Vnde in persona peccatoris ait egregius psaltes, Funes peccatorem circumplexi sunt me. ¶ Secundo non qualicũq;, sed
Psal. 118. magnis febribus tenebatur. Febris magna vt erat hæc, qua laborabat socrus Petri, citò curatur: at febris quæ in ossibus latet, hæc vitam rapit, & ad interitũ ducit. Ità magnũ peccatũ rarò nos in infernũ ducit: nã ipsius magnitudo nos terret, ità vt in cognitionẽ eius veniamus: quo fit, vt illius pœnitentiã agamus cũ mentis nostrę meliori resipiscentia. At hæc peccata parua, in qua quotidie dilabimur, & ad quæ ob ipsorum paruitatem non respicimus, hæc inquã sunt, quę in interitũ celeri cursu nos vocãt, vt sunt murmurationes, & infamię proximorum, quorum cùm non pœnitea mus, paulatim & sensim in crucẽ inferni nos inducunt. ¶ Infirmatur itaque socrus Petri: in quo expende quomodo Deus dilectis suis labores, ægritudines, & afflictiones mittit. Vnde de Lazaro Sorores eius
Ioan. 11. 2. Cor. 12. per nuncium dixerunt. Ecce quem amas infirmatur. Et Paulus. Ne magnitudo reuelationũ extollat me: datus est mihi Angelus Satanæ, qui me colaphizet, &c. Etenim infirmitas dilectis Dei valdè vtilis est. Primò nanq; animam purgat à prauis moribus, tãquàm à malis humoribus. Vn
Prou. 20. de Salomon. Liuor vulneris absterget ma la. Sicut enim in infirmitate praui humores consumũtur, & euacuantur: ità, vt trãsacta ægritudine homo in meliorem valetudinem perueniat: sic infirmitas corporis animam humoribus peccatorũ & prauarum affectionũ vacuat, & purgat. Sed de his aliâs. Et *rogauerunt illum pro ea.* Offerunt pro illa preces sancti Apostoli non fictas aut simulatas: sicut familiares principũ facere consueuerunt. Etenim vt maiore postea calore pro suis & suorũ negotijs interpellandi sit locus, negotia pauperum frigidissimis verbis regibus exponũt: sua vero propria negotia & eorũ, qui se suę fidei cõmendarunt, tãdiu Deus, quot ambagibus, quot mendacijs in longissimas moras protrahunt. Pauperibus verò dicunt, corã rege suas causas peroraſſe, cùm nec vnũ verbum sint loquuti, ne suis prauis cõmodis aliquid minuatur, & simulant nescio quæ impedimenta & obstacula, quæ iam ferè peractum negotium disturbarunt: quo fit vt nec miseris pauperibus subsidio sint, neque aliorũ necessitatibus finẽ imponãt hos & illos varijs modis illudentes. Munera ab eis accipiunt, quorum negotia promittũt tractaturos: at postea vacuos & illusos mittũt. Nõ sic fecisse legim' sanctos Apostolos, qui regũ priuati & amici esse deberẽt, vt semper pro miseris & pauperibus intercederẽt. At isti, de quibus antea loquebamur, ad nihil aliud deseruiũt, nisi vt susurrones sint: & vt irasci, & indignari
1. Reg. 22 faciãt prælatos aduersus subditos. Ità iniquus

Universidad de Deusto
Biblioteca

quus ille Doeg regis Saul priuatus regi nũciauit se vidisse sacerdotẽ Abimelec panes propositionis dedisse Dauidi: quæ verba in tantũ cesserunt damnum sacerdotis, vt interfectus fuerit cũ alijs octuaginta quinque sacerdotibus, & populus Nobe ex tribus sacerdotali accensus fuit, & alia innumera mala contigerũt. Mendacia nãq; domesticorũ & amicorũ tanquã euãgelia credũt, veritatẽ autẽ subditi, cui malè volũt, mendaciũ iudicant: nisi hos magnates familiares & amicos habueris, nihil in omni negotio conficies. Hi omnia sua tyrãnide efficiunt. Dolendũ quidẽ est, vt ità cęci & obnubilati sint principes & prelati, vt hoc tantũ malũ nõ videãt: nã hi quos ipsi amicos, cõiunctos, & familiares existimant, hi (inquã) eos tradunt, decipiunt, & semper ad populũ malè de illis nunciant. ¶ Perpẽ de âutẽ ex hoc colligi locò vtilẽ & sanctã esse sanctorũ intercessionẽ: nam precibus Apostolorũ Christus hãc mulierẽ sanauit. Ordo nanq; diuinæ est sapientiæ, vt per superiora inferiora dispenset & gubernet. Quocirca, vt per cœlestes orbes terrena ista fœcundat: ita per Angelos & fœlices animas, quæ in patria triũphantes requiescunt res nostras sæpè nobis dispensat. In quare nõ modo nihil honoris Deo detrahitur, imò multũ ei defertur: quippè eo honore seruos suos dignos efficit, vt quæ sua ipse authoritate facturus erat, per ipsos, tã quã per veros amicos velit dispẽsare. Abraham pro rege Abimelec Deũ deprecatus, veniã illi obtinuit: & Mosẽ populo veniã impetrauit de vitulo conflato. Et in libro Iob legimus. Voca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquẽ sanctorũ cõuertere. Quę quidẽ verba quanuis illa Eliphaz ad Iob dixerit, non tamẽ Iob eũ reprehendit: sed cõsilium datũ libenter suscepit, cum tamẽ aliàs de maledictis anteà ab ipso reprehensus fuerit. Et in eodẽ libro post descriptã omnem disputationem, quam Iob habuit cũ suis amicis, in qua illi amici Deum offenderant statim ponitur præceptũ Dei, quo iussit, illos abire ad ipsum Iob, vt rogarent illum, vt pro eis ad Deũ intercederet. Quod cum illi (vt dñs præceperat) fecissent, Iob pro illis orans exauditus est. Et Centurio, qui puerum habebat paralyticum seniores Iudæorũ misit ad Christũ, vt pro salute pueri deprecarentur. Et Stephanus pro inimicis orat dñm, & Apostoli nunc orãt pro socru Simonis, sicut & anteà pro Cananæa: in quibus orationibus obtinuerunt, q̃ petebant. Sed dices. Verũ est, hæc sanctos cõsequutos esse dum viuerent: sed non modò qui iam dormiunt. Si dũ vixerunt poterant, multò melius nũc. Charitas enim nunquã excidit, & quãuis corpora exuerint non tamen deposuerũt affectum pietatis erga patriam, gentẽ, fratres, cæterosq; credentes: quibus optant, vt idẽ regnum, quod ipsi, adipiscãtur. Vnde egregius ac diuinus vates. Pro hoc orabit ad te omnis sanctus, in tẽpore opportuno. Illud est tempus opportunum, quo graui febri laboramus quo grauibus necessitatibus premimur. Si autẽ in hac vita sancti pro alijs orãt, dum etiã de se soliciti esse debent: quãtò meliùs orabunt post triũphum & victoriã, quam, fieri minimè potest, vt amittãt? Iacob postquã nepotibus benedixit ait. Angelus, qui eruit me de cũctis malis benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomẽ meũ: nomina quoque patrum meorũ Abraham, & Isaac. Vbi docemur tam Angelos, quàm sanctos defunctos inuocato eorũ nomine nobis esse subsidio. Bene quidẽ merita Abrahę, Isaac, & Iacob, sanctus Moses posuit ante oculos Dei, vt populo parceret. Et Azarias positus in ardenti fornace. Ne quæsumus (inquit) tradas nos in perpetuũ propter nomen tuum, & ne auferas misericordiã tuã à nobis propter Abraham dilectum tuũ, & propter Isaac seruum tuũ, & Iacob sanctum tuum. Si ergo sanctorũ merita nobis præsidio sunt & auxilio, cur ad eos preces non nobis magnopere conferent? Sic in secundo Machabæorũ habetur, q̃ Onias & Ieremias orabant pro populo Dei. Et in Apocalypsi, ascendit fumus orationũ sanctorum de manu Angeli corã Deo. ¶ Docemur etiam pietatẽ & misericordiã exercere erga infirmos, vt sancti Apostoli fecerunt: orantes Christum pro hac infirma. Visita eos, & cõsolare, & adiuua in eorum tribulatione & necessitate: sicut scriptura monet. Non te pigeat visitare infirmum ex his enim in dilectione firmaberis. Et Iacobus. Religio munda & immaculata apud Deum & patrem hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum. ¶ Prætereà obseruandũ hìc est, dominum aliquãdo curasse sine precibus sola sua clemẽtia motũ, vt dæmoniacũ, de quo nunc dixi-

Genes.20. *Exo.32.* *Iob.5.* *Iob.42.* *Luc.7.* *Act.7.* *Matt.15.*

diximus: aliquando precibus alienis, vt secit cum socru Simonis: aliquãdo precibus proprijs, vt leprosum, de quo in sequenti capite dicetur. Sic animas peccatrices tripliciter curare solet. Primò interueniente sola benignitate suæ clementiæ, vt Paulus ait. Ignoras, quòd benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundò interueniente oratione ecclesię. Ideò Iacobus. Infirmatur quis in vobis, inducat presbiteros ecclesiæ, & orent super eũ, &c. Tertiò interueniente proprio dolore & gemitu. Vnde dominus. Ego audiui gemitum filiorum Israël. Et Ezechiæ regi ait. Audiui orationem tuã, & vidi lachrymas tuas: ecce sanaui te. Ideo dicebat Dauid. Domine Deus meus, clamaui ad te: & sanasti me. *Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam.* Incubuit super illam inflexo corpore velut eam dormientem excitans. Imperans autem febri, cognoscitur Christũ Deum esse: qui imperando miracula operabatur. Attende etiam quantum profuerit huic mulieri beatum Petrum generum habere, Beatus Petrus non erat diues sed sanctus: & tantum hæc mulier lucrata est copulans cõiugio filiam suam cum beato Petro, vt meruerit in domo sua Christum habere, & diuina virtute miraculo facto sanari. Nunc autem in cõiugijs plus rationis habetur de pecunia quàm de virtute. Etenim quæruntur diuitiæ, non candidi mores. Vide quantum profuerit Nabali Carmelo vxorem duxisse prudentissimã, & virtutis cultricem: quandoquidem illũ à morte liberauit. Dixit etenim Dauid ad Abigail. Benedictus dominus Deus Israel: qui misit te hodie in occursum meũ: & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie ne irẽ ad sanguinem. Prætereà memento Christum hospitem tuum susçipere, vt extinguat febrem tuæ libidinis, & ardorem iræ tuæ, & auaritiæ: vt vel sic possis incolumis ei seruire, vt hæc mulier fecit, de qua subdit euangelista. Et *continuo surgens ministrabat illis.* Duo hìc obseruãda sunt. Primum q̃ statim surrexit, in quo diuina virtus & potẽtia cernitur in miraculis à Christo factis: nam quãuis febris relinquat infirmũ, tamen molestiam sentit ægritudinis & debilitatem, ita vt paulatim in pristinam valetudinem perueniat: sed sanitas miraculosa, quæ datur à diuino medico, statim perfectè sanat, & integrum robur tribuit. Quo facto etiam arguitur & reprehenditur contumacia voluntatis humanæ: quia omnis creatura sensibilis diuinis obedit mandatis, quibus miser homo cõtradicit. ¶ Secundò, q̃ statim, vt salutem cõsequuta est ministrabat eis: quo facto discere te oportet, vt eam incolumitatem & optimã valetudinem, quam dominus tibi prębet, in Dei obsequio & in ipsius diuinis mandatis exerceas. Sæpè etenim contingit, vt infirmus sis, & à domino salutem petis: quãtamẽ ipse tibi denegat, quia scit, cum recta valetudine te illum offensurum. Melius est & salubrius animæ, vt infirmeris: si tamen Deum offendere debes cum sanitate. Quis plantat vineã: & de fructu eius non comedit? Si igitur dñs salutẽ tibi prębet, æquũ est, vt cum illa domino seruias: vt fructus colligat arborũ, quas plantauit. ¶ Prætereà nõ acceptat Deus opera facta in infirmitate peccati. Priùs restituta est illi sanitas, & posteà Deo seruiuit. Sic tu prius animæ tuæ infirmitatibus medere, & dic cũ Dauid. Miserere mei Deus quoniã infirmus sum: sana animã meam, quia peccaui tibi. Postquã verò ab infirmitate animæ sanus fueris, tũc dignã poteris Deo offerre seruitutẽ. Est enim in hyeme quod dã genus pyrorũ, quæ nisi assentur, ob nimiã duritiẽ & asperitatẽ comedi nõ possunt: at verò assata, sapida sunt & optima. Omnia opera nostra similia sunt his pyris quæ nisi igne charitatis cremẽtur, nullius sunt valoris. Nõ acceptat dñs opera facta extra charitatem, vt vitam ęternã pro illis donet. Respexit dñs ad Abel, & ad munera eius. Priùs Abel respexit, posteà oblata dona. Priùs surge ab infirmitate animæ & à lectulo malæ cõscięntiæ: & posteà quàm surrexeris, poteris sicut hæc mulier, Christo dignè ministrare, & obsequia grata ei offerre. Sed caue propter hoc etiã si in peccato mortali iaceas, ne dimittas bona opera facere: nã etiã si nec gratiã, nec gloriãme rearis, neq; de cõgruo, neq; de condigno: Deus autẽ dabit tibi gratiã suã: nõ ob meritũ horũ operum, sed propter eorũ respectũ. Sic Nabuchodonosor cùm in visione illa intueretur suæ dãnationis imaginẽ, dixit ei Daniel. Peccata tua eleemosynis redime. Discę etiã semper Deo offerre dona illa & beneficia, quæ solũ ab eius manib⁹ proueniũt. Nã si tibi donat scięntiã, literas, vitam,

Psal.6. *Genes. 4.* *Daniel. 4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vitam, salutem, & alia multa, videas hæc esse talenta quæ seruis illis euangelicis dedit: & vult vt ea omnia illi reddas non sine fœnore & lucro. Non ea omnia dedit, vt illa abscondas sed vt cum illis illi seruias, & eum honores. Nam statim, vt mulieri huic salutem dedit, eam exercet in ipsius domini obsequio. ¶ Demum vt cõcludam grata fuit hæc mulier benefactori suo, nam pro accepto beneficio Christo diligenter ministrauit. Non ingrata fuit, sed potiùs surgens ministrabat ei, qui beneficium contulerat. Sic ille sanctus rex faciebat, cum dixit animæ suę. Benedic anima mea domino & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitã tuã. Vult Deus, vt grati simus eius beneficijs. Quã de causa dominus voluit vt Hebræi pascha illi celebrarent: vt recordarentur, quomodo dominus eduxerit eos de Ægypto. Si quis interrogaret Hebræum, qua ratione paschã celebrabatur in Agypto, responderet vtique quia obnoxij tenebamur seruituti Pharaonis: & ille agnus vocauit in libertatem, & exiccauit mare, vt ab Ægypto exire possemus: & posteà in recordationem tanti beneficij agnum immolauimus. Sic opus est vt recordemur Christum suo sanguine à peccatis nos mũdasse, & à seruitute diaboli, atque ita gratias agere deberemus pro tot tantisque acceptis beneficijs. Nam si hæc mulier Christo domino & suis discipulis ministrabat pro salute accepta, quan[illegible] potiùs seruire deberemus ei, qui salutem restituit animę nostræ? Deniq; omnia festa, quæ Hebræi celebrabant ad nihil aliud fiebant: nisi in recordationem tantorum beneficiorum, quæ à manu Dei receperãt. Discamus igitur ab hac muliere gratos semper nos exhibere Deo. *Cùm autem sol occidisset omnes, qui habebant infirmos variis languoribus ducebãt illos ad eum.* Cùm reges suas ciuitates ingrediuntur, offertur eis argentum aurum, gẽmæ: & quicquid preciosum in ciuitatibus est. Sed Christo redẽptori nostro omnes fœtidi, saucij & vulnerati offeruntur. Nec mirum cùm nihil aliud ei nos offerre possimus. Et quid obsecro aliud nos habemus? Mater nostra putredo est, & sorores nostræ vermes. Et cum his omnibus peccata offerimus horrenda. Nihilominus tamen ipse pijssimus & benignissimus Iesus non auertit oculos, nec terga dat, (vt pote qui infirmitatibus nostris mederi venit) imo cupit hæc sibi offerri, & exultat dicens. Congratulamini mihi, quia inueni ouem, quæ perierat. Gaudet vtique talibus oblationibus, & quamuis ei non adhæreat lepra nostra, non propterea horret tangere nostram saniem: quapropter ei adhæsit non culpæ sanies, sed pœnæ.

Psal. 102.

Exo. 12.

Iob. 1.

¶ Obserua autem, quam vtiles sint infirmitates & ægritudines, quando nos ducũt in cognitionem Dei: & in causa sunt, vt quęramus illum. Quod manifestissimo exemplo sacrarum literarum tibi ostendam: nam Nabuchodonosor rex Babyloniæ tyrannus & persequutor grauibus à Deo inflictis laboribus & infirmitatibus se ipsum humiliauit, & pœnitẽtiam egit: & denique saluus fuit (vt beatus Augustinus ait.) Filius etiam prodigus cùm diues erat, reliquit domum paternam: sed in afflictione redijt ad Deũ. Sic Ezechias rex in sua afflictione & infirmitate redijt ad Deum, & fleuit: posteà vero in prosperitate elatus est, Deoque pro acceptis beneficijs debitas gratias non egit. Veniebãt itaque ad Iesum isti & sanabantur: sed hoc intelligitur, si Deus incendat afflictũ animum igne cœlestis cuiusdam desiderij. Vt enim ex duro informique ferro nullã elegans opus efficitur, in quo artifex suũ possit ingenium ostentare, quamuis illud malleo percutiat: nisi ferrum ipsum ignitum sit: sic frigidus, & induratus animus nequaquam expoliri & excoli poterit, etiã si afflictionibus sit percussus, nisi igne diuini auxilij fuerit incensus. Christus eos vocabat, & recipiebat, & manum porrigebat, vt venirent & accederent, & denique salutem animabus & corporibus tribuebat. Nos etiam accedamus ad Christum si cæci, si infirmi, si debiles, & confracti sumus. Vnde diuinus vates admonet dicẽs. Accedite ad eum, & illuminamini. Si scapha in medio maris est sine velis & remis, huc & illuc à ventis agitatur, & impellitur, & tandem submergitur: sin autem funibus fuerit ligata secura est & tranquilla: sic etiam peccator à Deo separatus & longe factus ab illo, ambulat post sua desideria fluctuans in medio mundi huc & illuc suis vitijs impulsus: & tandem demergitur in profundo maris. Sed si funibus Deo hæserit, & ligatus fuerit Christo per gratiã,

liber erit à perditione & morte æterna. ¶ Vide etiam, quòd omnes qui habebãt infirmos ducebant illos ad Iesum. Sed cùm sanitas animæ longo discrimine præferenda sit sanitati corporis, pauci sunt qui spiritualiter infirmos ducant ad Christũ. Sed quid dico, ad Christũ adducunt? Imò venientes ad Christum impediũt. Multos etenim in mundo reperies, qui suis prauis consilijs & monitionibus volentes ad Deum venire, repellunt eos, ne veniant: eosque à pœnitentia auertunt, & monent, ne religionem ingrediantur. Contra quos ait Salomon. Nolite prohibere benefacere eum, qui potest. Ducebant autem hos infirmos post solis occasum, ne verbum Dei interrumperetur. Post prædicationem, quã dominus tota die exercebat, medicinam quærebãt: quod quidem exẽplo nobis debet esse, quanti sit faciẽda diuinorum verborum tractatio, quæ ob animarum salutem fit: & quanto excellentior est anima corpore, tanto diligẽtius, & accuratius quærẽda essent ea, quæ ad meẽdum ipsam animã spectant. Modo vero contrariũ fit. Nam siquis medicus veniret, qui sine dubio morbos omnes corporis curaret, ô bone Deus, quanta hominum frequentia & multitudo concurreret ad medicum corporalem: sed vbi medela animorũ promittitur, iam videtis, quàm pauci accedant ad audiendum verbum Dei. Præterea siquis corporis ægritudine laborat, optimos & prudẽtiores medicos quærit: at ad peccata confitenda, quæ ad sanitatẽ animæ spectant, quẽcunque sacerdotem ignarum, & qui citiùs absoluat, quærunt. O hominũ miserãda calamitas. Sola corporis bona quę rimus, ac si solo corpore essemus cõpositi. ¶ Potest etiam dici, quòd ducebant illos ad Iesum post solis occasum, vel quia verecũdiam habebant, vel timebant Pharisæos, vel quia per diem circa alia negotia impediebantur, vel quia putabant non licere sanare in Sabbatho, nisi post solis occasum, quando iam licebat operari, propter timorem pharisæorũ. Sed iam obsecro vt attendẽ Christi laborem cõsideres, & aspice bonum & pium redemptorẽ: qui nunquã desatigatur in bono faciẽdo. Per totum diem sine cessatione laborat, prædicat, ac multa miracula efficit: at quando nox aduenit, in qua laborãtes & mercenarij quiescunt: ipse Christus quasi qui per totũ diem nihil egerit, incipit sanare cæcos, claudos, leprosos.

Matth. 9.

Psalm. 7.

Matth. 10.

Nos vero statim, vt aliquid laboris pro Christo suscipimus, illico defatigamur, & ab incepto desistimus: & magna putamus fecisse. Minimè oportet nos defatigare, vt ei seruiamus, qui nunquam cessat, nobis multa bona donare: nec finem labori imposuit, quousque sanguinem suum preciosissimũ pro nobis effudit. *At ille singulis manus imponens curabat eos.* Suprà Christus seipsum medicum appellauit, dicens, medice cura teipsum: & alibi dixit, non indigent qui sani sunt medico, sed qui malè habent: & applicans, quæ dixerat, ait. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Nunc autem quia medico se comparauerat, medici officium agit, curando infirmos: quòd faciebat Christus (vt ait euangelista) imponens singulis manus. Erat enim eius humanitas instrumentum diuinitatis: quippe hæc miracula, quæ facultatem totam naturæ superabant, fiebant sola diuina potestate. Ideo diuinus vates. Benedictus Dominus Deus Israel: qui facit mirabilia magna solus. Multa tamen miracula Deus precibus sanctorum fecit, & homines sancti illa cooperabãtur meritoriè, ità vt etiam sancti potestate eis concessa miracula fecerint, sicut Petrus, qui suscitauit Thabitã, & interfecit Ananiã & Saphiram, nõ prece, sed increpatione præmissa. Sic per gratiam adoptionis hominibus est datum fieri filios Dei, quodquidem maius est: nec mirũ si detur eis potestas signa faciendi, q̃ etiam malis conceditur, sicut Iudæ, qui dæmonia eiecit & multa miracula fecit. Sicut enim sacramẽta nouæ legis efficiunt, q̃ designant: ita quòd quędã virtus in eis ponitur instrumẽtalis, atq; causalis cooperatiua ad producendũ gratiam sacramentalẽ, vel saltẽ dispositionẽ ad eam puta characterẽ, cùm tamen sacramenta ista in sensibilibus rebus consistant, multò magis appareret, q̃ in animabus sanctorũ sit virtus quędam instrumẽtali concausalitate ad operationẽ miraculorũ concurrẽs, atq; cooperãs. Sed virtus ista nõ inest sanctis fixè, seu permanſiuè, vt habitus, sed per modũ dispositionis, passionis vel trãseuntis, sicut prophetia. Propter quòd non semper ad libitum possunt miracula operari. Hæc igitur tãtò in Christi humanitate sublimius est ponenda, quantò illa potiùs est instrumẽtum, seu organum diuinitatis: est enim organum immediatum, animatum, coniunctum, ac propriũ sicut corpus meũ est organum animæ meæ.

Matth. 9.

Ioan. 1.

Matth. 10.

Acto. 9.

Acto. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

meæ. Alij autem sancti sunt diuinitatis instrumenta separata & cõmunia, sicut securis est instrumentum artificis. Itaq; hæc miracula non solũ de diuina, & increata Christi virtute principaliter operante, sed de supernaturali eius virtute creata miraculorũ instrumentaliter productiua intelligi possunt. Tangat Christus etiã nos, imo potius nos illũ tangamus: vt nos ab omnibus infirmitatibus animæ liberet: nã sicut tactis ossibus Eliseus mortuũ suscitauit, multo efficacius dominus Iesus suscitabit suo tactu animam nostram, & sanabit illam. Docet etiã benignissimus Iesus, ne nobis lãguidi & infirmi tœdio sint, & fastidio, sicut multi faciunt, qui nolunt accedere ad videnda infirmorum vlcera. Poterat vtiq; Christus verbo sanare, & etiã sola sua voluntate, sed manibus tangere voluit, vt exẽplo nobis esset, ne ad infirmos & ægrotos accedere horreamus, sed charitate benigna illos curemus.

4. *Reg.* 13.

Exibant autem dæmonia à multis clamantia, & dicentia. Quia tu es filius Dei. Dæmones non crediderunt Christum esse filium Dei: quãuis aliquibus coniecturis id suspicabantur. Sẽtiebant ab illo diuinã & admirabilem virtutem oriri, inde suspicabãtur esse Messiam. Multi etiam sunt & nunc homines in operibus similes patri suo diabolo: qui de proximis multa mala dicũt, & id affirmant, eo solũ quia ipsi suspicantur. Et enim mundus plenus est hominibus, qui de proximis dicunt, non id, quod sciunt, sed quæ ipsi secũdum suã malitiam suspicantur: qui quidem potiùs sua imaginatione ducuntur, quàm ipsa veritate. Sunt multi homines tam deprauatæ conditionis, vt quicquid in proximis vident, semper in malã vertant partem secundum suam malitiã: & his non contenti, quemadmodũ in cogitationibus suis mali sunt, ità linguã deteriorem habent ad destruendum honorem & famã proximorũ, de eis non vera dicẽtes, sed id, quod ipsi mẽdaciter suspicarunt. Qui quidem peiores sunt diabolo, qui etiam si id dixit, quod suspicabatur, non autem quod certò sciebat: nihilominus nihil mali dixit, sed potiùs Christũ laudauit, & dixit esse filium Dei. At hi diabolum imitãtur, id dicentes quod suspicantur: peiores autem sunt illo, quia de proximis non bona, sed falsa & mendacia proferunt, quo fit vt deteriores sint diabolo. ¶ Expende autem & vide, quomodo vexatio dat intellectũ. Quia isti dæmones Christi præsentia torquebantur, confitentur veritatem: nam dicebant. Quia tu es filius Dei. Sic Pharao antequam verberaretur dominum nesciebat: verberatus tamẽ confitebatur dominо, & supplicare domino pro se rogat. Anteà dicebat, nescio dominum, & Israel non dimitto, & posteà dimisit, & non solum dimisit, sed vrgebatur, vt exiret de Ægypto. At nunc multi peiores sunt Pharaone, & peiores etiam diabolo: nam isti confitebantur dominum in tribulatione: sed multi homines in tribulatione non solum non confitentur dominum, imo murmurant, & blasphemant. Nullam habent patientiam in infirmitatibus: conqueruntur de Deo, & sibi ipsis maledicũt, & os suum in Deum, & in cælum ponunt. ¶ Aduertendũ etiam, quòd dæmones coacto animo timẽtes amplius puniri Christũ laudabãt, vt vel his laudibus, & hac via possent Christi fauorem, & amicitiã conciliare, & ipsius beneuolẽtia frui. Sic modo multos inuenies, qui ad aures principum, & magnatum adulãtur, & blandiuntur: ea prædicantes, quæ intra pectus suum minimè concipiũt, sed multo diuersa, quemadmodum hi dæmones cum Christo faciebant. Quæ omnia hi miseri homines faciunt, vt suum fauorem, vel vt pecunias, honores, aut dignitates cõsequantur: qui etiã cùm tam benè sciant adulari prælatis, multas euadunt pœnas, quę peccata sua merebantur. Vnde in prouerbijs dicitur. Simulator ore, decipit amicum suum. Denique obseruandum, quòd dæmones timentes diem iudicij exibant dicẽtes. Ad quid venisti ante tempus torquere nos? Si autem tu vides diabolum valde timere diem iudicij, cur ergo tu illũ diem non times? *Et increpans non sinebat eos loqui, quia sciebant illum esse Christum.* Iam diximus, quòd diabolus certò non sciebat Christum esse filium Dei: sed tantum id suspicabatur. Ideò in hoc loco, sciebant, tantum valet, ac si diceretur, suspicabantur, vel opinabantur. Iussit autem dominus dæmonibus, vt tacerent: primò quia vnum dicebãt, & aliud credebãt. Scrutator enim cordium est Deus. Non vult Deus ab eis laudari, qui aliud ore, aliud in corde habent. Sed, proh dolor, quòd totus mundus plenus est hominibus adulatoribus: qui vanis laudibus homines decipiũt. Coram te laudãt te ipsum, clam verò te vendunt: & vnum tibi dicunt, aliud verò sentiunt. Quibus hominibus ita plenus

Exod.

Psal.

Prouerbi. 28

plenus est mũdus, & tot fallacijs & technis abundat, vt difficile sit cognoscere, cui fidẽ præstare debeas, vel cui credendum sit. Væ duplici corde, (ait Ecclesiasticus) & labijs scelestis & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Isti dæmones imitantur, de quibus, & suis imitatoribus, ait Psalmista. Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Vnde etiã Ecclesiasticus consulit dicens. Ne accesseris ad illum duplici corde. Et concludit dicens. Accelsisti malignè ad Deum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

¶ Secundò iussit tacere, quia hoc non recta intentione dicebãt. Nam id aiebant, vt impedirent Christi passionem, & si populus sciret Christum esse filium Dei, non vtiq; crucifixissent (vt Paulus ait.) Si dominum gloriæ cognouissent, non vtique crucifixissent. Hac de causa præcepit dominus discipulis, ne dicerent quis ipse esset, quando Petrus illum cõfessus est esse Christum filiũ Dei viui. Nam ait Lucas noster. Increpans eos præcipiebat, ne cui dicerent: hoc dicẽs, quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi. ¶ Tertiò noluit Christus à turpibus laudari: nam non est speciosa laus in ore peccatoris: quod idem Paulus fecit, vt in actis Apostolorum legimus. Accidit (ait Lucas) euntibus nobis ad precationem, vt puella quædam hãbens spiritum pythonis, &c. Quanuis Pauli prædicationem commendaret spiritus ille, tamen noluit Paulus ab impijs laudari. Potiùs ego vellem meam doctrinam ab impijs Lutheranis vituperari, quam laudari. Ideò Paulus. Nolo vos fieri participes dæmoniorum. Nemo sanæ mentis ab impijs optat laudari: nam etiam si aues nocturnæ, vt noctuæ lucem fugiant, non ideò in lucis contumeliam hoc est tribuendum, imò in laudẽ ipsius. Ignominiosum tibi est, quòd iniqui, & scelerati te ipsum laudent: gloriosum autem quando tibi detrahunt, & murmurant: nam cùm Christus nollet ab impijs laudari, iussit dæmonibus tacere. Et etiam noluit hac eadem ratione, vt custodes sepulchri suam resurrectionem prædicarent, quia in peccatis mortui erant: atque ideo permisit, vt corrupti pecunia tacerent. At voluit, vt per Apostolos & sanctas mulieres resurrectio sua prædicaretur. Nec in sua infantia voluit laudari, nisi à Simeone iusto viro, & ab Anna prophetissa. Quapropter Lucas antequã istorum laudes in Christum scriberet, priùs eorum vitam, & sanctitatem cõmendauit: vt latè in superioribus annotauimus. Hac ratione adductus Antisthenes (vt est apud Laertium) cuidam dicenti, multi te laudant, respondit. Quid mali feci? Existimabat quippe insignis philosophus turpe esse à turpibus laudari, esseque præstantius in obscuritate latere, quam à talibus hominibus esse commendatum. Nam quæ gloria obsecro alicui potest contingere ex eius laudibus, qui non nisi vitia & flagitia nouit laudare? Malus enim, qui sola vitia amat, hęc ex animo laudabit. Quo fiet, vt quicqmd mali huiusmodi homo de vitio protulerit suspectũ sit, & mini me credendũ. Ideo oportet rectè scire quis nam ille sit, & qualis, qui laudat: & inde cõiectare oportebit, qualis etiam sit, qui lauda tur. Vnde sicut gloria est bono viro ab alio bono viro laudari: ita etiã dedecus est à viro scelerato commendari. Ideo dedignatur dominus ab ore peccatoris laudari, dicens cuidã peccatori. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamẽtum meum per os tuũ? Ideo dominus in veteri lege os leprosi claudere iussit. Sic & os peccatoris claudi iubet: ne per labia polluta transiens polluatur ipsa loquutio. Nam contingit sæpe, vt aqua clara transiens per immundum canalem, vt canalis malitiam imbibat. Sic etiam peccatoris os tanquam immundus canalis nonnihil detrahit diuinis laudibus ab eo prolatis. Propter quod ipsi peccatores dicere possunt. Quomodo cantabimus canticũ domini in terra aliena? Quomodo distãtes & maximè à Deo alieni, ipsius laudes cantabimus? Si igitur peccatores cantare non possunt, plangant, & plorent. Illic ergo sedimus & flemus. Quid autem requiratur à peccatore, vt Deo dignas laudes offerat, Hieremias expressit dicens. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum tuarũ. Priùs peccati somnum excutere admonet, & prius vigilare docet, quàm laudare. Hũc eundem ordinẽ describit Oseas dicẽs. Omnem auferiniquitatẽ, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Ac si diceret. Auferdomine à nobis quod nostrum est, & accipe à nobis, quod tuum est: quoniã tua est laus, & tibi debetur honor, & gloria. Quocirca egrẽgius vates antequã diceret, Domine labia mea aperies, premi-

Psal. 49.

Leuit. 13.

Psal. 136

Threno. 2.

Osea. 50.

Psal. 50.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sit, dicens. Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ. Et statim subdidit. Et exultabit lingua mea iustitiam tuam. Domine labia mea aperies, &c. Ideo in Leuiti co præcipitur leproso, vt habeat vestimẽta dissoluta, caput nudum, & os veste contectum. Omnes partes corporis nudas habere præcipitur, & os solum aperire iubetur. Qui nudus est, & lepra peccatorum suorũ manifesta cooperiat os: nam docẽdi authoritas ei interdicitur. Clausum ergo peccator habet os suum, quia qui seipsum non docuit, docere alios non præsumat: & ideo os suum iubetur operire, qui malè agendo loquẽdi amisit libertatẽ. Tacere ergo oportuit diabolũ, qui impijssimus est & nequã: nec ab eius ore vult Christus laudari.

Leuiti. 13

¶ Quartò præcepit: vt taceret: quia solet diabolus sub fuco bonorum verborum ten tare, & decipere: sicut Sirena cantu: aut vt fingũt poetæ Circen dulcibus verbis socios Vlyssis in bestias conuertisse. Etenim solet Satanas se in angelũ lucis transfigurare, vt eo commodius fidẽ sibi acquirat: faciliusq; simplicitatem credentium decipiat: eapropter nolebat Christus, vt veritatem diceret, ne inter aliqua vera multa falsa misceret. Sic prohibendi sunt hæretici, & lutheranæ factionis patroni à verbi diuini ministerio: nam quanquam euangelium, & multa scripturæ loca ad suum dogma stabilẽdum adducant: cùm tamen hæc vel torqueant, vel corrũpant, vel alio deflectant à vero & germano ecclesiæ sensu, minimè audiẽdi sunt, & arcendi procùl à lectione sanctarum scripturarum, & à ministerio diuini verbi. Et hoc munus nullis alijs tribuendum est, nisi his, qui vnitatem fidei faciẽtur, quique non falsa veris miscent, sed solidam, & firmam doctrinam prædicant. Si hoc Christi exẽplum imitati fuissent Germaniæ principes, nõ sic miserè tota incenderetur Germania. *Facta autem die egressus ibat in desertum locum.* Admonet locus iste apta, & secreta loca esse eligẽda, vbi Deo melius possimus vacare. Filij enim prophetarum à populi tumultu fugiebãt: & Ioãnes Baptista (quo nemo maior) ne leuè saltem famine posset vitam maculare, antra petijt deserti. Ioannes quoque euangelista in insula Pathmos habuit reuelationes plurimas. Sed iam nũc multi, qui vitam Apostolicam, & monachatum sunt professi, aulas principum, & palatia regum circuire solent.

2. Cor. 11.

Matth. 11.

Apoca. 1.

¶ Docet secundò locus iste ne præmiũ, aut retributionem expectemus ab his, qui docentur à nobis, aut, ab his quibus benefecimus. Semper enim suspicio inanis gloriæ fugienda est. Sed multi non solum sibi gratias agi pro collatis in alios beneficijs cupiunt, sed pro eis etiam, quæ nunc fecerũt, id ipsum cupiunt, dicentes suo fauore & auxilio alios euectos esse ad honores, & in amplam dignitatem esse constitutos, cùm tamen in rei veritate apertissimè mẽtiantur. Non sic Christus, qui postquam tot præclara dixerat, & tanta miracula fecerat, statim, vt dies facta est abijt in desertum fugiens humanas laudes & honorem sæculi. Nolimus ergo exemplo Christi laudes hominum, aut gloriam mũdi quærere, sed ad solũ Deum oculi nostri aspiciãt, & ad eum mentem, animum, & intentionem conuertamus. Vnde egregius psaltes. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum. Acsi diceret. Quemadmodũ ancilla nõ aliò oculos auertit, sed semper dominam intuetur, quæ retribuere illi debet, & multa donare beneficia: sic tu ad nihil aliud mundanum, nisi in Deum solum oculos debes cõijcere. Quis obsecro tam ignarus, & stolidus esset homo, qui si lapidẽ preciosum inuenisset, eum in manus rustici, vel agricolę traderet, vt valorẽ eius taxaret? Mundus quidã rusticus est, qui valorẽ, & intentionem operum nostrorum non cognoscit, nec quantum Deum diligamus: ideoque non committas illi opera tua, Deo tantum stude placere, & fuge mundi laudes, & sæculi vanitates exẽplo Christi saluatoris nostri: qui ob hæc vitanda pericula fugit in desertum. Et quid turbæ? *Et turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum: & detinebant illum ne discederet ab eis.* Nõne vides quomodo honor eum sequitur, qui ab ipso fugit? Optimè quidem vmbræ assimilatur, nam ab eo fugit, qui ipsam sequitur: ipsa autem post eum sequitur, qui ab ipsa fugit. Fugit Christus honorem, ipse autẽ vsque in desertũ Christum sequitur. Moses in deserto habitans pascebat oues suas, cùm à palatijs Pharaonis fugisset, & ab Ægypti honore: quando electus fuit à domino in regem Israel. Ita etiam beatissima virgo Maria clausa erat in parua ciuitate Nazareth: & Ioannes etiam in deserto absconditus: quos tunc Dominus ab eis vocat locis, & alterum in præcursorem, alterum vero in matrem elegit. Sine dubio hi omnes valde erant oblitti tantorum honorum, atque dignitatum, quibus dominus hæc omnia dedit, sine eo quòd ipsi aliquid negotiarentur, aut ea curarent. Fac igitur & tu, quod in te fuerit, & te ipsum totum in manus Dei constitue, hæc omnia mundana reijciens, & nihili pendens: nam ipse sine dubio te honorabit in terra & in cælo insignibus & præclaris honoribus, cùm nullius rei tu solicitus sis. Sancti illi eremitæ eremum habitantes, vt Hilarius, Paulus, Antonius fugientes mundum cauernas, & antra habitabãt cum feris: quos videas quantum mundus celebret, & honoret. Discе itaque, quomodo honor sequitur fugientem. Discе etiã ab hac turba quęrere Iesum per fidem, iuxta illud sapientię. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis, quærite illum. Postquam verò eum inueneris, eum tene per charitatem, sponsam sequutus, quæ dicebat. Inueni quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittã. Discе etiam ab hac turba magna diligẽtia & cupiditate quærere verbũ Dei. Turba enim omnib⁹ alijs negotijs dimissis solius verbi Dei curam habebat. Demum vt concludam, nulla hîc mentio fit de principibus, magnatibus, diuitibus, aut magistratibus, sed de turba. Diuitiæ namque, honores, & voluptates non quærunt verbum Dei: hæc potius nãque impediunt verbum Dei, & quæ sunt spiritus eius. *Quibus ille ait, quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum.* Sicut sol iste visibilis non in vno loco cæli persistit immobilis, sed vt claritate sua totum mũdum illustret, circuit orbem terrarum: ita Christus qui sol est iustitiæ, & vera lux mundi, vt omnes veritatis suæ luce ab ignorantiæ tenebris, quasi à quadam mortifera nocte vindicaret, quanuis rogatus noluit in vno loco manere, vtpote qui propter omnium hominum salutem in hunc mundum venerat. Vbi discere debent verbi Dei prædicatores, non in vno loco quiescere, sed sicuti semina tor omnia loca percurrant seminantes verbum Dei in cordibus hominum.

¶ Obserua, quòd poterat in vno loco manens omnes ad se trahere: non tamen id fecit, exemplum nobis relinquens, vt nunquã quiescamus, sed ipsi quasi ramus pereuntes. Sicut pastor qui quærit oues perditas, & sicut pius medicus ad infirmum accedit.

Ait autem, quia ideo missus sum, scilicet vt animæ infirmitates apud vos curem, non corporum: & ideo ad prædicandum missus sum, vt animis medicinam exhiberem, potiusquam corporibus. Si autem aliquando corpora curo id facio, vt corpora suauius animæ inhæreant, vt homines visis miraculis veniant ad fidem. *Et erat prædicans in synagogis Galilææ.* In synagogis docuit, vbi multitudo populi consluebat. Veritas enim nõ appetit angulum, sicut Christus per Ioannem affirmat. Omnis qui facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestẽtur opera eius. *Ioan.* 3.

Vnde Annæ interroganti de doctrina eius, respondit. Ego palàm loquutus sum mundo, ego semper docui in templo & in synagoga. Sed hæc de re plana dixisse sufficiat: & hæc de hoc capite: nunc de profectu verbi Dei in capite sequenti videamus. *Ioan.* 18.

CAPVT. V.

VM INDIES apud omnes fama prædicationis Christi magis ac magis crescerẽt, tãta erat hominum multitudo, & frequentia superueniens, vt illis non esset locus in synagogis, vicis, & plateis: ideoq; tum propter sermonis dulcedinem, tum propter signa quæ faciebat, extra oppida cogebãtur eum sequi. Ipse enim docebat nõ sicut scribæ & pharisæi, sed tanquã potestatem habens. Habebat etiam verba vitæ æternæ: (vt Petrus ei dixerat.) Quid mirum si eius verba, qui patris est sapientia, & in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei sunt reconditi, populum attraherent: cùm vel ipsa discipulorum verba tantam haberent vim, vt in vno die Petrus ad Christi fidem tria millia hominum conuerterit? Attrahebat itaque Christus ad se magno impetu, & feruore turbas: vtpote in cuius labijs erat diffusa gratia, quapropter ait noster Euangelista. *Factum est autem cum turbæ irruerent in eum, vt audirent verbum Dei: & ipse stabat secus stagnum Genezareth.* Nunquam legitur tantus scribarum & pharisæorum ad Christum concursus, cùm ad rudem plebem sermo habitus fuerit. Dulcedinẽ & gratiam suam abscondit à sapientibus & prudentibus huius sæculi, & eam parulis, & humi-

Matth. 7. *Ioan.* 6. *Colo.* 2.

Actо. 2.

Psal. 44.

Matth. 11.

humilibus reuelauit. Etenim pharisæi & scribæ sua scientia inflati verbum Dei contemnebant: & putantes se omnia scire stulti facti sunt. Si cupis aquam haurire de puteo, est opus, vt vas inclinetur, & submittatur: quia in erectum vas non intrat aqua, *Roma.1.* *Sapien.1.* Sic aqua sapientiæ potauit has turbas Dominus Iesus quia in simplicitate cordis ad illum veniebant, & humiliter audiētes verbum, refocillati sunt. Sed iam singula verba veniunt expendenda. ¶Irruere est cum impetu ferri: in quo feruorem turbarū considera: quæ tanta auiditate cupiebant verbum Dei, vt magno impetu currerent ad audiendum illud. Non solum in templo & in synagoga intra mœnia ciuitatis audiebant verbum, sed per montes & ad deserta properabant, vt illud audirent. Nos autem iuxta ecclesias habitantes, parum itineris ambulare nolumus, vt conciones audiamus. Fastidimus enim quicquid spirituale, & honestum est. Surgent vtique isti in die iudicij sicut Niniuitæ aduersus impios, & incredulos Iudæos, & condemnabunt nos: quia per campos vsque in mare *Matth.12.* isti properabant vt audirent verbum Dei nos verò, vt id audiamus, nec parum laboris volumus sustinere. A quibus discamus opera Dei nō segniter & pigre operari, sed cum magno ardore: tenemur enim Christum quærere, & eum sequi, audientes verbum eius, quasi exeuntes ab igne. Quapro- *Iudas.g.* pter Iudas in epistola sua ait. Salutate illos, quasi de igne rapientes. Manū ne segniter & pigrè ab igne separabit, sed ꝛmburatur? At cum nos viuamus quasi insensibiles, & sine vita, damnum nostrum non sentimus: nam si id sentiremus, non vtique procrastinaremus. Attende obsecro, quā diligentia, & solicitudine mūdani mundo inseruiunt, & mundana quærūt: vt mercator manè surgit (qui nocte nec in lecto quieuit) quosque labores & pericula patitur, vt sibi pecunias comparet, quantaque tormenta patitur is, qui illatam iniuriā molitur vindicare, quantoq; frigore miles in bello premitur & quāta fame: & denique mirandum est, quam innumeros labores hi, qui mūdo inseruiūt, patiuntur. Quid igitur est cur tū in Dei obsequio nonnihil laboris nolis pati? At mundo seruientes diligentissimi sumus: Deo autem inertes, & ignauos nos præstamus. *Gene. 4.* Quod Cain Domino obtulit, id pigrè & segniter fecit, serò & malè. Factum est (inquit. scriptura) post multos dies, vt Cain offerret domino de fructibus terræ munera. Non sic sanctus patriarcha Abraham, qui statim no- *Gene.* ete consurgens, nec mane expectans abijt ad sacrificandum filium: quod iam illi à domino erat iussum. Sic istæ turbæ fecerunt, quæ certatim ad Christum properabant, vt *Luc.* verbo Dei satiarētur. Laudatur Maria, quia sedens secus pedes domini audiebat verbū illius, sed fœliciores sunt turbæ istæ, quæ à domibus exibant, & properabant ad domi num, vt illius verbum audirent. Aliqui dicunt nolo audire concionem, quia cum tali homine inimicitias gero, quousque odium hoc deponam, & illius vindictam sumam: cùm etiam & ego sapiens & doctus sim, nec vllam habeam necessitatem audiendi concionem. O quātum fallaris homo, qui hæc tecum cogitas, nescio verbis exprimere. Esto quantumuis doctus, nihilominus tamen viua vox habet nescio quid latentis energiæ. Dauid sapientissimus erat, & magnam Dei cognitionē attigit, & diuinis reuelationibus donabatur: nihilominus hæc omnia nihil ei profuerunt toto tēpore, quo in peccato vixit. Sed tamen protinus, vt ad eum venit Nathan propheta ad viuam vocem prædicantis conuersus est, & dixit. Peccaui. Similiter Nabuchodonosor contemplabatur illam arborem, quæ statum suum designabat, sed nihil ipse hac cogitatione mouebatur: sed cùm adiūcta fuit visioni & *Dani.* contemplationi viua vox prophetę Danielis, pœnitentiam egit. Doctus erat Paulus *Actor.* in lege, qui præclarè didicerat ad pedes Ga- *Actor.* malielis: sed nihil ei profuerat: tamen cum viuam vocem è cælo dicentem, Saule Saule cur me persequeris, audiuit, statim attonitus & stupefactus cecidit, dicēs. Domine quid me vis facere? Vide quo modo illum quem scripturæ lectio, & libri non conuerterant, vox prædicantis conuertit. Ne per Christi amorē dicas, & per sanguinem suū precio sissimū effusum, non relinquam concubinam, frustra prædicator clamat, nolo illum audire, nec interesse concioni. Impia enim hæc vox est. Abierunt quidam impij peccatores & animo obstinati, vt caperent, & apprehenderēt Iesum ex mādato phari- sæorū: & inuenerūt Iesum concionātem ad populum, quem audientes compuncti corde reuersi sunt, dicentes. Nunquam sic locutus est homo. Sic tibi accidere potest, si cut istis, & sicut Paulo. Nam si in peccatis

iaces, consilium salubre est, vt audias conciones. Si autem iustus & rectus es: aduerte debes, quòd sal non solùm mortuas carnes conseruat, sed etiam viuas. Sic verbum Dei non solum eum qui in peccatis iacet iustum efficit: sed etiam iustum pascit, alit. & sustinet. Hæc dixi, vt semper amici simus & cupiamus audire verbum Dei, & id diligenter inuestigemus, horum exemplo qui Christum tanto conatu, & ardore sequebantur. ¶Præterea quid mirum quòd desiderio audiendi irruerint turbæ, cùm de Salomone sit scriptum, quòd omnis terra desiderabat audire sapiētiam eius: sed ecce plusquam Salomon hic, *Et ipse stabat secus stagnum Genezareth.* Optimum est memoriam habere, & recordari locorum illorum, quibus nobis Dei beneficia contingunt, vt diuina nobis collata beneficia semper commendent. Quod sanctos illos antiquos fecisse legimus. Nam loco vbi Deus apparuit Iacob, nomen Bethel, imposuit ipse Iacob, & locum designauit. Sic fecisse animi eius Abraham scriptura commemorat. Stagnum autem Genezareth est id, de quo scripturæ loquuntur, quandocunque mare nominant. Et est iste lacus inter Galilæam ex parte occidentis, & terram duarum tribuum & dimidiæ ex parte orientis. Per quem lacum transit Iordanis fluuius. Vnde aquarum copia abundat, sicut aliqui lacus magni, qui sunt in Germania, per quos transeunt flumina magno impetu: sicut Rhenus, qui transit per Constātiam. Iordanis autem oritur in parte Aquilonari terræ Iudæorum ad radices montis Libani, iuxta ciuitatem, quæ dicitur Cæsarea Philippi: & fluens peruenit in Galilæam, & ibi transit per hunc magnum lacum: & vltra progrediens transit iuxta muros Hierico, & inde intrat mare mortuum, & ibi absorbetur. Est autem hoc stagnum duodecim leucarum spacio protensum, contrahitur autem octo leucarum spacio: habet autem littus amœnissimum, palmis plenum, & malis citreis: aquam vero dulcem habet, & plurimos & optimos pisces. Vocatur autem hoc stagnum Genezareth, aliquando ab euāgelistis fretum, vt à Matthæo & Marco: & interdum mare Genereth, & hoc est nomen illi antiquissimum, quo nomine in libro Numerorum nuncupatur, & etiam in Iosue: à quadam ciuitate nomine Genereth, quæ erat in littore huius maris à parte Occidentali, quæ postea dicta est Tiberias. Hæc est ratio quare euangelistæ nunquam vocauerunt hoc mare Genereth, sicut in veteri testamento: quia quando euangelistæ scripserunt nomen vrbis, iam erat mutatum. Ideo Ioan- *Ioan 6.* nes vocauit mare Tiberiadis, & Marcus & *Matth. 1.* Matthæus vocant mare Galilææ, quod no- *Mar. 4.* men communius erat, quia istud mare est in Galilæa in finibus sortis Zabulon, & sortis Nephtalim, (vt Matthæus ait) allegans *Matth.4.* Esaiam prophetam. Vocatur autem Genezareth à quadam ciuitate, quæ erat iuxtà stagnum vocata Genezareth, siue Genezar: vel vt quibusdam placet, sic est nuncupatum, quod flantibus ventis, crispantibus vndis, auram ex se generare videatur. Attende autem quòd Lucas hic non seruat ordinem historiæ: nam hæc historia non contigit post curationem socrus Simonis, & post alia signa, quæ Lucas in præcedenti capite scripsit, sed anteà. Intentio autem euangelistarum fuit, gesta & miracula, & prædicationem Christi ad fidei firmitatem, & ædificationem ecclesiæ, & vtilitatem credentium narrare. Ad hæc autem præstanda, nihil refert quid prius præcesserit, aut quid posteà sequatur. *Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia sua.* Erant autem istæ naues iuxta littus, vt est moris nautarum. Et Petrus, Iacobus, & Ioannes descēdentes à nauibus mundabant, & lauabāt retia sua, vt complicarent ea, quia nihil ceperant, & vōlebant tempus aptum expectare ad piscandum. *Ascendens autem in vnā nauim, quæ erat Simonis rogauit eum à terra reducere pusillum.* Expende Christi bonitatem & humilitatem, rogat cum solo nutu possit adducere, aut præcipere Petro, modestiæ & humilitatis exemplum præbēs prælatis. Multa enim sunt, quæ etiam si prælati præcipere possint, rogare tamen debent subditos, vt ea faciant. Sed multi sunt nunc domini & prælati, de quibus conqueritur dominus per prophetam dicēs. Cum *Eze.34.* austeritate imperabatis eis & cum potētia. ¶Præterea quamuis Christus nauim adducere posset, noluit tamen nisi rogare Petrum, vt ipse libere, & ex sua voluntate daret eam petenti. In quo etiam docuit mundi saluator nullum esse opus Deo acceptū, nisi sit voluntarium: nam opus bonum ex dilectione pensatur, nam hilarem datorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

2. Cor. 9. diligit Deus. Quantò plus dilectionis opus habuerit tantò magis Deo erit acceptum, &
Leui. 27. meritorium. Vnde in Leuitico præcipiebat dominus. Omnis æstimatio, siclo Sanctuarij pōderabitur. Omne opus bonum, quod Deo offertur, siclo diuini amoris ponderandum est. Si ieiunas, si oras, si eleemosynam tribuis, siclo diuini amoris hæc omnia sunt tibi ponderanda. Pondus meū (inquit Augustinus) amor meus. Si parum ponderis
Aug. li. 11. ciui. cap. 28. diuini amoris habuerit opus bonum tuum, parū mereberis. Si Deo tuo lachrymas obtuleris, si preces, ieiunia, & omne tuum studium, ponderetur in siclo Sanctuarij: vt eorum retributionem videas iuxta pondus amoris. Vt autē intelligas, quomodo Deus ea, quæ ex voluntate & dilectione procedunt, acceptat: non nauim vi rapit, sed eam petit: vt Petrus sua sponte illam præberet, nam aliàs dominus non eam acciperet, neque acceptaret. In voluntate tua sedet, & constitutū est, velle Deo dare vel nō: & illa tantum ex manu hominis Deus accipiet, quæ ex voluntate oriantur. *Et sedens docebat de nauicula turbas.* Sub dio solis calori expositus, sine sede, sine subsellio, docet Iesus de nauicula turbas. At nūc quo apparatu, qua pōpa, & maiestate, induti sericis & bombicinis vestibus episcopi docent? Ad turbas autem etiam si protecti sint à calore verba facere dedignatur. Non vtique authoritatem damno, sed superfluam pompam, maiestatem, & vanitatem aliquorum detestor. Sed iam singula verba quæ obseruatione sunt digna aduertamus. Primò ait, quòd sedebat, deinde docebat, & vltimo loco de naui, sedit vtique primò, vt non perfuncto riè, & velut aliud agens, sed summa cura & maximo conatu infirmitatibus animæ tuę medeatur suæ admirabilis doctrinæ excellentia. Videns itaque cælestis medicus tantam gentis multitudinem ægram, & languentem, vt omnes curet quietus in nauicula sedet: in quo quidem si aduertere libet ingentem amorem, quo nos prosequitur, videbis relucere. Nā cùm aliquis medicus hominem pauperem & egenum accedit curaturus, celeriter, propere, & stans illum curat, & protinus abit. At si infirmatur eius filius, vel amicus, vel vxor, quàm maturo gradu, quàm seriò, & quanta cura & diligētia ægritudinem agnoscere studet: vt eam citius curet, & remedia necessaria adhibeat. O pijssimum atque clementissimum nostrarum animarum medicum, qui, vt nobis medeatur, & salutifera medicamenta apponat, sedet. Credo equidē quod nisi nos tam anxiè, & tam paterno amore diligeres, non ita seriò curā animarū nostrarū susciperes.

¶ Præterea sedet docēs in nauicula Petri, vt insinuet semper se Ecclesiæ suæ assistere, quæ nauicula Petri est. Nūquam Christus ecclesiam suam dilectissimam dereliquit: semper enim docet, & erudit eam. Ecce (inquit) ego vobiscum sum, vsque ad consummationem sæculi. Incredibilis est dementia Lutheranorum, qui existimant Deum ecclesiam suam fuisse oblitū plusquam mille & quingentos annos vsque ad tempora sui Lutheri: per quē illuminauit illam tanquam per virum Apostolicum & euangelicum. O detestādam cæcitatem & dementiam perditorum hominum. ¶ Secundò obseruandum est, quòd docebat Christus illas turbas: quid autem doceret, non explicat euangelista. Sicut etiam sub silentio præterierunt euangelistæ multa miracula & gesta Christi. Verùm multa, quæ nunc tenet ecclesia, quæ nec euangelistæ tradunt, certum est ea Christum tempore suæ prædicationis docuisse, & quod Apostoli sicut ab ore Christi audierāt, ita tradiderūt ecclesię. ¶ Tertiò obseruandū, quòd de nauicula docet, vt insinuet neminem posse docere, qui extra nauiculam Petri fuerit: nam qui extra ecclesiam docet, is non bene docet, sed potiùs seducit, Lutherus & qui suæ factionis sunt extra Petri nauem, non docēt, imò potius homines seducūt. Secundò de nauicula docet, vt scias nullum esse locum ineptum ad docendum quæ sunt Dei. Modò Christus in synagoga docet, modò in monte, modò in campo, & nunc in naui secus stagnū prædicat. Tertiò de nauicula prædicat, vt omnes posset rectè cōspicere. Nos Deum à tergo relinquimus: ipse verò coram oculis nos semper habet, vt multa dona nobis impartiatur. Quartò, vt ostendat, quantam necessitatem ipsius habeamus. Quis obsecro alterius opus habet, aqua ne terra, an terra aqua? Certum est terram aqua indigere. Sic nos indigemus Christo, atque ideo ipse est in naui in aqua, & populus in terra iacens. Quintò ex naui docet, vt ostendat periculum in quo prælati & prædicatores sunt cōstituti. Securiùs magis ambulant, qui per terram iter faciunt, quàm qui profundum mare ingrediuntur nauigaturi. Sic prædicatores maiora naufragia patiuntur ambitionis causa, vanæ gloriæ, & humanæ laudis, quam plebs ignara & simplex. Sextò Christus est in mari, populus autem omnis in terra: nam prædicationis munus, & status extra mundum & extra omnia, quæ in eo sunt, situs esse debet. Sæculares in terra sunt, sed in fine illius, & iuxta littus maris habitare debēt, quia (vt inquit Paulus,) qui habent tanquam non habentes sint, & qui vtuntur hoc mūdo tanquam non vtantur, & qui habent vxores tanquam non habentes. Sed prælati & prædicatores longè à rebus terrenis debent esse, omnia quæ in terra sunt contemnentes, & Deo solum vacantes. *Vt cessauit autem loqui dixit ad Simonem.* Vt vera esse ostendat, quæ anteà dixerat, post prædicationem miraculum operatur. Confirmat quæ dixerat Christus insigni miraculo, vt de illius doctrina minime dubitare possis. Sic & Apostoli profecti prædicauerunt vbique domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Solet namque Deus (vt Chrysostomus annotat) coram eis, qui legem suam accipiunt, quasi pignora quædam suæ potentiæ miracula edere. Sic quando hominem fecit prius mūdum creauit, & posteà homine iam condito, legem in paradiso dedit. Abrahæ quoque multa signa legitur præstitisse, vt duas illas regum victorias, insignem quoque aduersus Pharaonē plagam: & etiam id quod de varijs periculis eum liberauit. Et cùm legem esset Iudæis daturus, priùs mirabilia illa magna & signa multa ostendit. Sic etiā in præsentiarum fecit. Præterea primò verbum suum cibum mirabilem animabus dedit, deinde corporibus reficiendis pisces. Vide etiam quàm magnificus & liberalis largitor sit dominus: prædicauerat de naui, sed non reliquit dominū nauis sine mercede & præmio. Duo quippe maxima beneficia in illum contulit. Primò nanque piscium multitudinem dedit: deinde eum constituit & elegit in suum discipulum. Aspice obsecro & aduerte, quantò cū fœnore & lucro Deus rependit, quicquid pro illo facimus: nam pro conductione nauis, multitudinem piscium dedit Petro, & (quod plus est) mentem illius illuminauit, & fidē præbuit. Ità quòd & retributionem corporalē, & spiritualē donauit. Discamus igitur soli Deo seruire: quandoquidem tam optimus est remunerator. Nam quicquid pro mūdo

vel pro hominibus feceris in retributionē, non nisi ingratitudinē accipies. Vnde egregius psaltes. Dederunt mala pro bonis, & *Psal. 34.* sterilitatem animæ meæ. Discamus grati esse, sicut Christus, qui pro minimo illo obsequio nauis præstitæ tot dona Petro contulit. Gratus fuit Ietro sacerdos Madian cū *Exo. 2.* dixit filiabus. Quare non introduxistis hominem? Gratus etiam Elisæus hospiti, cùm *4. Reg. 4.* dixit. Si habes aliquod negotiū cūrege. &c ¶ Discamus etiam postquam diuinam concionem audierimus nō ad Bacchanalia, Orgia, ludos, & choreas abire: sed potiùs ad sancta opera, sicut beatus Petrus fecit. Vnde in *Prouer. 31.* Prouerbijs dicitur. Panem ociosa non comedit. ¶ Discamus etiam priùs quærere regnum Dei & iustitiam eius: & posteà quæ necessaria fuerint ad corporis honestum victum. Priùs Christus egit de spirituali ani- *Matth. 6.* mæ cibo, & posteà de corporali: quod vtique fœliciss imo modo acquiritur, si laborē tuarum manuum manducaueris. Deniq; finitis sacris concionibus ne quæras cœnopolia, non theatrum: sed ea, quibus honestè viuere possis, quæque aduersus domini præcepta non pugnant. *Duc in altum.* Id est, in profundum. Sic in Ioāne Puteus altus est. *Ioan. 4.* Et in Psalmo. Veni in altitudinem maris. *Psal. 68.* Et ideo vocatur altum, quia aqua distans à litore altior est: quod vt clarius intelligas fuit, ac si dixisset. Recedamus à littore, & in medium siue in profundū maris abeamus. *Et laxate retia vestra in capturam.* Habet & mūdus sua retia, habet & Satanas piscatores suos: qui mi. das animas carnis blandimentis in mortis carcerem conijciunt: sed fœlices quas sagena Apostolica de profundo criminum & errorum abducit, & è tenebris ad lucem, & è peccati sordibus ad pristinam, & albam vitam reuocat. Non trahuntur ad mortem sed ad vitam (vt Paulus in- *2. Cor. 12.* quit.) Non quæro vestra, sed vos. *Et respondens Simon dixit illi. Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus: in verbo autem tuo laxabo rete.* Vide obsecro Petri obedientiam, & fidem, quam in Christum habuit. Nouerat enim Petrus, vtpote qui peritus erat in arte piscatoria, quòd noctu pisces super aquas natant, aduenīente autem die in profundum aquæ abeunt: cùmque tota nocte nec vnum piscem capere potuissent, multò minus in die caperent. Nihilominus tamen plus fidei præstans verbo Christi, quā naturali rationi, decernit rete suum in ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

re proijcere: nihil obstante, quòd id, quod Christus præcipiebat, rationi videbatur aduersari. Hæc enim est natura fidei, vt credat ea, quæ supra rationem sunt humana, quæque rationi aduersari videntur.
Non quia fides sit contra rationẽ: sed quòd eam superet, ac longo discrimine transcendat. Quocirca diuinus Paulus vocauit illã substantiam rerum non apparentium. In
*Roma.*10 verbo tuo, dixit Petrus, quia fides verbo Dei nititur: iuxta illud Pauli. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Et
*Ioan.*1. Ioannes. Potestatẽ dedit eis, filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Et idem
*1.Ioan.*3. in epistola prima. Hoc est præceptum Dei, vt credamus in nomine filij eius. Sed de his quæ ad fidem attinẽt quia alijs in locis multa diximus, & disseruimus, nunc cætera cõsideremus. ¶ Discamus etiã à beato Petro protinus, vt aliquid ex parte domini fuerit
*Gene.*22. præceptum, illud opere complere nulla facta mora. Abraham Deo obediuit, quanuis ea, quæ videbantur aduersari promissionibus sibi factis, Deus præciperet. Sic Petrus nunc paruit domini mandatis, quanuis contra artem piscandi præcepit: sicque meruit innumeram piscium multitudinem colligere, Laborauerat tota nocte, & nihil ceperat: sed obediens domino omne tẽpus amissum recuperauit, & omnia delicta tran facta medicamen acceperunt, ideoque repletum est rete piscibus. Poteris quidem tota nocte laborare, & nihil lucri inde reportare: & quidem etiam poteris vnico tãtum iactu retis in mare multitudinem piscium colligere. Ita nimirum poteris multum atque diu laborare, & parum mereri: & parũ laborans poteris multum mereri. Si contra obedientiã multũ laboris sustinueris, nihil mereberis: & si sola tua volũtate laboraueris, parũ etiam mereberis: at si obedientiæ mandato laboraueris, ingenti retributione dignus eris. Quando beatus Petrus tota nocte laborauit, nihil piscatus est: at cùm Christi mandato parum suscepit laboris, meruit multitudinem piscium capere. Nolis igitur tu, qui religiosus es, prælatorum obedientiam fugere, & à laboribus communitatis te abstinere. Quis obsecro locus est magis sublimis, aut maioris dignitatis, quàm Empyreum cælum, in quo angeli conditi sunt, & à quo dæmones facti ceciderunt, cùm suam propriam voluntatem sequi vellent?
*Gene.*3. Et optimus locus terræ erat terrenus paradisus: à quo primi nostri parentes propter inobedientiã egressi sunt lamentantes. Qui obediens est, manducans ieiunat: dormiens vigilat, & in quiete laborat. Multi sunt qui existimant, quòd sub obedientia degentes vitam, & ea facientes quæ prælati iubent exterius, sint perfecte obedientes, existimantq; interius propriam voluntatem nõ esse abnegandam. Quiquidem manifestissimè falluntur: nam etiam si illa obedientia sancta sit, atque necessaria: non tamen ideo alia interior obedientia & multò excellentior excluditur: quaquidem anima tenetur diuinis inspirationibus obedire, ea omnia negando, quæ sentit aduersari his, quæ magis grata, & placentia sunt Deo: tanto feruore & ardore vt nõ solum his obediamus, quę clare cognoscimus in diuinis literis esse à Deo præcepta: sed etiam his quæ vel nutu ipse à longe ostendit, dũmodo certò scia mus sua esse. Sic Moses & Aaron dixerunt *Exo.*
Pharaoni, Deus Hebræorum occurrit nobis. Non dicunt Deus Hebræorũ hoc præcepit, sed occurrit: & statim quasi diuinantes voluntatem eius volunt iter agere trium dierum. Sic vera obedientia est, quæ statim vt agnoscit voluntatem prælati, eam adimpleas, nedum ipso præcipiente. ¶ Modo autem quia in infinitũ esset abire si de fructu & bonis obedientiæ esset nobis agendum, aduerte cum beato Petro quicquid feceris, vt in nomine Christi facias, quo fiet, vt fœliciter ea omnia assequaris, quę desideras. Omnes enim actiones & studia nostra in nomine domini exordienda sunt, vt fœlicem euẽtum videamus. Vnde beatus Pau *1. Cor.*
lus. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Et iterum. Omne quodcunque facitis in *Colos.*
verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo. ¶ Sed iam alia circa hoc miraculũ consideremus, vbi aduertenda, & admiranda venit diuina potentia, atque sapientia, quæ contraria contrarijs curat: nam cùm tota nocte nihil cepissent Apostoli, iubet in die quando pisces in profundum aquæ abeunt, retia in mare mittere, & ita multitudinem piscium colligunt, vt vel sic admiranda ostendat opera sua. Sic infirmitates solet cõtrarijs curare. Vnde in Numeris legimus, *Numer.*
quod cùm filij Israel à serpentibus essent vulnerati, erexit Moses serpentem æneum, ardentem, quem aspicientes filij Israel sanabantur

bantur à morsibus serpentum: fertur enim naturam esse æris candentis, vt siquis à serpente morsus illud intueatur, statim moriatur. Sed Deus vt illustrius faceret miraculũ fecit, vt contraria contrarijs curarentur. Idẽ possemus dicere de aquis amaris, vbi lignũ illud fuit proiectum: & de sale quem misit Eliseus in aquas Iericó, quæ natura non poterant esse dulces, sed salsæ cùm proiectus esset in eas sal: verùm istæ aquæ, quæ anteà amaræ erant factæ sunt dulces contra ordinem naturæ. Idem dicere possumus de massa ficorum, qua curatũ fuit vlcus regis Ezechiæ, quæ certè contraria erat infirmitati.
Sed ita Deus sua opera solet facere, vt sua omnipotentia magis eluceſcat, & vt clarius miraculum agnoscatur. ¶ Præterea cùm dicit Petrus, quòd in verbo Christi vult laxare retia, docet prædicatores, vt non philosophorum argutijs, aut poetarum nęnijs retia prædicationis euangelicę laxent, sed in verbo Christi, quod in sacris voluminibus abũdat. Docet etiam prædicatores, vt laxent rete prædicationis in verbo domini non ad gloriam suam, neque ad quæstum, non ad aliquod humanum desiderium, sed ad salutem eorum, qui capiuntur: sed in laudem & gloriam Dei. Vnde Hieremias ait. Propheta, qui habet somnium, narret somniũ: qui habet sermonem meum, narret sermonem meum. ¶ Vltimo & postremo loco ad nostram eruditionem præterijam dicta alia tria discutienda sunt. Primò quomodo vbi Christus abest, ibi maximus labor & calamitas est: quod quidem manifeste apparet, cùm dicitur, per totam noctẽ laborantes. Secundò est aduertendum, hunc laborem inutilem esse & inanẽ, quod ex primitur, cùm dicit euangelista, nihil ceperunt. Tertiò docetur, quod Christi potentia & virtute labor noster licet paruus, tamẽ vtilissimus est quod infinuauit dicens, in verbo tuo laxabo rete. ¶ Attende primò quantum mũdus suos amicos discruciet, & quot labores perpeti faciat. Per totam (inquit) noctem laborauimus: Sine Christo laborant, & nihil fructus colligunt. Homo sine Deo multum laborat, & mollam mercedem inuenit, Seruientes diabolo (inquit Hieremias) qui non dabunt vobis requiem die ac nocte. Obsecro tuis affectibus, nimis laboras, & maxima tormenta pateris, ficta Dalidæ delinimenta fortissimũ Sanson em in interitũ adduxerunt, quemque Philistæi obcæcarũt, & in molam asinariam conduxerũt. Tu igitur, qui mundo diligenter inseruis, quique suas diuitias & oblectamenta quæris, intellige te aliũ esse Sanson em, qui ligatis oculis molam asinariam circuis. In circuitu impij ambulant (ait psalmista:) nam peccatores *Psal.* 11.
non vias rectas ambulant, quas Sapiens di- *Sapien.*10.
xit iustos perambulare. Homines namque mundani anxio labore degentes vitam in circuitu ambulant in mundo sicut porta in *Prouer.* 29
cardine suo, neque vnquam à termino & fine suorum peccatorum exeunt. Inuertitur illis caput, & tanquam gens sine sensu vanitatem quærunt, & falsa oblectamẽta concupiscunt, & in suis vanitatibus laborant. Ideo Sapiens in persona istorũ inquit, Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, *Sapi.* 5.
& ambulauimus vias difficiles. Attende obsecro, quòd tota noctẽ huius vitæ, mũdi vanitatibus inseruis, à quo nihil aliud retributionis nisi pœnitentiam & confusionẽ accipies. Solet enim contingere vt adolescẽs captus amorẽ mancipij, illud in vxorem ducat, qui etiam si videat se omnino perdi, nihil facit suam perditionem. Ita nimirum voluntas nostra diuini amoris oblita, sic adeò huius mundi amores concupiscit, vt se ancillam & captiuam asserat illius, omnibus laboribus se subijciens. Nouerat enim benè fortissimus Sanson Dalidam ad nihil aliud velle scire, vbi suarum virium robur, & vim haberet, nisi vt eum ad interitum duceret: nihilominus tamen sic adeò illius capiebatur amore, vt potiùs elegerit captiuũ & mancipium fieri, quam Dalidæ esse molestum. Miserequidem in interitũ ductus fuit, cùm crederet Dalidæ mendacibus verbis. Quid obsecro aliud emancipatum te mundi obsequio habet: nisi fides, quã suis mendacijs & fallacijs præstitisti? Prioraillia oblectamenta & illecebræ, quibus sui amoris principio te tractabat, in labores, quos nunc pateris adduxerunt. Nunquam mundus, nec momentum quietis tibi dabit, etiã si per totam vitam ei diligenter inseruias. Nullus maior labor, quàm suis affectibus seruire, postquam verò teipsum nimis discruciaueris tota nocte, quid inde excerpisti nihil. Per totam noctem laborantes nihil cepimus. ¶ Vnum hîc illud maximè notãdum est, quòd omnes qui mundo inseruiũt & sine Deo laborant, gratis & nulla accepta mercede se discruciant. Vt autem, nec latum vnguem ab historia, de quã nunc agimus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

agimus, discedamus, quam rogo mercedẽ Philistæi retribuerunt Sansoni pro omni accepto labore? nullam vtique. In quia qui dem re tu, qui mundo inseruis, & suis falla cijs fidem præstas, id aduertere debes, quòd etiam si pro mundo toto tuæ vitæ discursu te mille laboribus discruciaueris, nullum inde reportabis præmium. Multis quidem annis, & magnis perpessis laboribus Iacob
Gene. 31. seruiuit Laban: à quo decies fuit deceptus, & mercedem illi debitam negauit. Multi sunt huiusmodi homines, qui diligentissimè omni semota pigritia se mundi mancipia exhibent, semper honoribus & diuitijs intenti: at mundus negat illis mercedem, quam promisit. Mundi sarcina ponderosa
Esa. 59. est, & anxius labor, à quo nulla vtilitas reportatur. Ideo Esai. Telas araneę texuerũt. Exenterat se aranea, & maxima cura & solicitudine telam texit: omnia autem facit, vt muscas capiat. Ita ambitiosum videas, vel auarum: qui animum, mentem, & cogitationes ad nihil aliud applicat, quam ad diuitias, honores & dignitates: at postquã hæc omnia consequutus est, tanta suæ animæ & conscientiæ iactura, quid rogo habet miser? Quid acquisiuit, nisi muscas? Per totam noctem laborantes, nihil cepimus. Musca præterid, quod vilis est & immunda, importuna est & molesta: nam si semel & bis illam à te repellas, iterum atque iterum redibit. Solet enim auarus in lecto suo per noctis quietem iacere, protinusque & improuiso subit eum cogitatio quomodo carius vendet triticum: at ipse secum pugnat, an vel possit quiete sollicitum capere, sed iterũ importuna musca, idest anxia cura & cogitatio eum pungit, ne dormiat, ne quiescat, ne (si libuerit in noctis tranquillitate) Deo vacet. Idem exemplum poteris de hominibus cupidis, & de eis, qui illatas injurias vindicare curant. O miserum peccatorem, qui tanta curâ & solicitudine, tot laboribus, & vigilijs tanquam araneæ tela texuisti, & honores, & diuitias cõsequutus es. Nũc autem quid habes, nisi muscas, postquam maximam iacturam corporis & animæ fecisti? grandes curas, & solicitudines lucratus es, & plures conscientiæ tuæ morsus: qui tanquam importunę muscæ te semper inuiadent. Grauis calamitas, & crudele tormentum est, vt seipsum homo discruciet, vt curas & solicitudines acquirat. Ideo Esaias in eodem capite subdidit. Opera eorum inutilia: cogitationes eorum cogitationes inutiles. Iob etiam ait. Sicut tela *Iob 8.* aranearum fiducia eius. Grandis plaga illa fuit Ægypti, quando dominus muscas im- *Exo.* misit, & maior plaga, quam nunc patiũtur diuites prælati, & magnates huius sæculi illa est, scilicet, maximæ curæ, & importunæ cogitationes, quæ semper hos discruciant. Et denique hoc vno verbo vt omnibus his dicendi finem imponamus: postquã hi mi seri per totã noctem huius vitæ tam anxiè laborarunt, quid habent? habent equidem pauperem sindonem, & angustam sepultu ram. Si resurgerent nũc à sepulchris Cæsar, Pompeius, Alexander, & omnes principes mundi, quorum memoria venturis sæculis & præsentibus protensis historijs celebrantur, quid dicerent? dicerent vtique, per totam noctem laborantes nihil cepimus. Cæci ambulauimus in tenebris ignorantiæ nostræ, quærentes gloriam huius mundi: quę velut fumus pertransijt, & nihil illius habemus. Nihil inuenerunt viri diuitiarum in *Psal. 48.* manibus suis. Laborãt miseri per totam noctem huius vitæ: at postquã mors aduenit, *Gene.* nihil illis prosunt omnia acquisita. Nam ve nit manè, & agnoscunt fallaciam Laban, & iuxta se Liam vident omnes, qui mundo in seruierunt. Quod igitur remediũ mihi præbes? Vt Deo seruias, & quicquid laboris sumpseris, pro eo accipias: nam parum laborans, amplissimam mercedem tibi donabit, cùm in nomine suo laxaueris rete. Laborat Petrus tota nocte absente Christo, & in nomine mundi retia mittit, & nihil piscatur: at cùm in nomine Christi retia tẽdit, ingentem copiam piscium capit. Quantò inutiles sunt & nullius valoris omnes labores, quos pro mundo suscipimus: tantò magis gloriosi & vtiles sunt ij, quos pro Christo amplectimur. Multũ pro mundo laborantes nihil meremur: at parũ pro Christo, maxima retributione sumus digni. Quod manifeste videbis: nam beatus Petrus totã nocte piscationi dedit operã, & multoties retia in mare iactauit, & nihil cepit: quia in nomine Christi non illa mittit. At postquã semel in nomine Christi retia tendit, vide quid euãgelista dicat. *Et cum hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinẽ copiosam.* Iam vides quomodo omnis labor noster inutilis sit, vbi Deus nobiscum non operatur: sed vbi Christus assistit, gloriosus est fructus. Quapropter cùm diuinæ literæ laborem

nostrum reijciunt, nõ intelligas eo fieri animo, vt oscitantes simus: & laborẽ dimittamus: sed vt discamus in labore nostro Deũ non solum respicere, & illi plus fidamus, quàm nostris factis, eique præcipue fructũ laborum nostrorum ascribamus. Corpore igitur labora, & animum tuum ad Deum dirige, & tunc omnia fœliciter tibi contin *Psal. 93.* gent. (Vt est sapientis dictum.) In omni *Prou. 16.* bus vijs tuis cogita Deum, & ipse diriget gressus tuos. Et pater ipsius Dauid. Reuela domino viã tuam, & spera in eo: & ipse faciet. Vide etiã, quàm magnus sit & copiosus obedientię sanctæ fructus: nam cùm dominus præceperit Petro, vt mitteret rete in mare, quam fœlix fuerit retis iactus iam vides. Sed nos nihili habentes domini mãdata, ea transgredimur, & violamus. Obediamus igitur diuinis præceptis, vt Petrus fecit, quandoquidem tanti Deus sua præcepta habet, vt potiùs velit cælũ ruere, & vniuersam terrã subuerti, quàm minimum mãdatum de lege violari. Qua obsecro ratione quilibet nostrum facile, & velut nihil agẽs violat diuina præcepta? scriptum est enim de Sole & Luna, & alijs creaturis. Statuit ea in æternum: præceptum posuit, & non præteribũt. Vniuersæ creaturæ à Deo conditæ, & ipse Christus filius Dei diuinum præceptum timent violare, & solus miseri mus homo parui pẽdit illud. Verum vt clarius miraculum elucesceret ait euangelista. *Rumpebatur autem rete eorum.* Tanta erat multitudo piscium, vt cùm sustinere eos non posset, rumperetur. Hoc est aliqua parte rũpi cepit: nec aliquis excidit piscis, quod etiam miraculum fuit. *Et annuerunt socijs, qui erant in alia naui, vt adiuuarent eos.* Annuerunt capita inclinantes, quia miraculum admirati, non potuerunt loqui. Quo facto docemur neminẽ in ecclesia sibi sufficere, sed alterum alterius opera & ope indigere, vt sic inuicem nos auxiliantes humiliemur. Non potest dicere oculus manui, opera tua non indigeo: nec caput pedibus, non estis mihi necessarij, sed quæ multò infirmiora membra esse videntur, magis necessaria sunt. Et iterum Paulus. Alter alterius onera portate. Vtinam Christiani reges alter alteri opem ferrent, vt vel sic Christiani nominis inimicos Turcas subuerterent. Docet etiam Petrus episcopos, aut prælatos ecclesiæ, ne vocent in ministerium, & opem scurras, aut cognatos, sed viros Theologos, sapientes, similes Iacobo, & Ioãni. Nam si singuli Hispaniæ episcopi, qui ditissimi sunt, vel duos doctores Theologos ad se vocassent, qui mensæ suæ semper accumberent: cum quibus sua negotia consultarent, & à quibus semper consilium peterent: nec tanti essent Theologi pauperes, nec ecclesiæ istorum tam malè gubernarentur. At non ad se vocant nisi consanguineos & pueros, nec à bonis adiuuari volunt sed omne pondus episcopatus humeris suis imponunt, vt graniori & maiori lapsu in infernum cadant. Præterea laboremus omnes nos, vt à fratribus nostris adiuuemur. Citò nanque rete nostrum rumpitur, si fratrum subsidium contemnitur. Vnde minores non sunt contemnendi cùm possint iuuare maiores. In Actibus enim Apostoli- *Actor. 12.* cis legitur, quòd cùm Petrus detineretur in carcere Herodis, oratio fiebat sine intermissione ab ecclesiã pro eo. Ideo in Prouerbijs *Prouerb. 18.* Salomon ait. Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma. *Et venerunt, & impleuerunt ambas naticulas, ita vt penè mergerentur.* Qui locus non aliud videtur docere, nisi vt adiuuemus fratres nostros, cùm prospe ri & alacres sunt, eis congratulantes, & simul congaudentes. Sic isti adiuuabant Petrum cùm tanta multitudine piscium gauden tem & stupentem. Sic vicini montanæ Iu- *Lucæ. 1.* dææ & cognati Elisabeth congratulabãtur ei in partu præcursoris domini. Sic Paulus *2. Cor. 1.* Corinthijs suis ait. Adiutores sumus gaudij vestri. In tempore autẽ tribulationis & angustiæ ibi magis est opus, vt proximum adiuuemus. Rũpebatur rete, & adiuuabant omnes. Tu autem, qui diues es, & vides palium vicini tui pauperis rumpi, quare aliud nõ tribuis, nec illi subuenis? Nemo est, qui pauperem adiuuet, nemo qui faueat illi, nemo, qui iacenti manum porrigat. Pereunt pauperes cum tanta indigẽtia, nec vllus est qui illorum recordetur. Si diuites veri essent proximi, & Christi legis amatores, vel solo nutu proximorum necessitatem intelligerent, & velut Ioãnes & Iacobus, qui solis signis intellexerũt beatum Petrum, proximorum necessitatibus subuenirent. At proh dolor, nam non solum nutu nõ exaudiuntur: sed etiam clamantes alta voce contemnuntur. *Quod cùm videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens. Exi à me domine, quia homo peccator sum.* Ex humilitate hoc fecit: nam videns Petrus tam ingens miraculum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

raculum, virum sanctissimum Christum iudicauit, existimãs nec sua præsentia dignum esse. Sicut Centurio, qui dixit. Dne nõ sum dignus, vt intres sub tectum meũ. Et Abigail cùm nũcios misit ad eã Dauid volens illam in vxorem accipere, dixit. Ecce famula tua sit in ancillã, vt lauet pedes seruorum domini mei. Indignum igitur se ipsum Petrus iudicauit Christi præsentia. Non sic Genezareni, qui rogauerunt Christũ, vt discederet, ppter porcos quos amiserant. Cognouit Petrus Christum, & ideo lumine diuino illustratus se ipsum agnoscit & humiliat. Aspectus regum terræ & eorum præsentia homines reddit superbos: at Dei visus & intuitus humiles. Vidit Esaias dñm, & statim se ipsum exinaniuit. Abrahã etiam corã Deo se ipsum humiliãs dixit. Loquar ad dominum meum cũ sim puluis & cinis. Sic Rebecca viso Isaac descendit è camelo. Sic anima Christiana videns Christum sponsum suũ humilem, & videns Dei gloriam & maiestatẽ descendit de camelo superbiæ & humiliatur. Sic sanctissimus Iob dño inquit. Oculus meus vidit te: idcircò ego me reprehendo, & pœnitentiã ago in cinere & fauilla. Sic in Ezechiele legitur quod statim vt fiebat vox super firmamentũ, submittebant animalia alas suas. Cõsideratio enim operũ Dei tria efficit in homine. Primò quendam defectum intellectus, vt nesciat homo quid loqui debeat, & hoc significatur, cũ dicitur, exi à me. ¶ Secũdò notitiam generat defectuũ propriorũ, atq; ideo ait, homo peccator sum. Ex tui contemplatione & consideratione domine Iesu, qui sanctus es in omnibus operibus tuis, iudico me peccatorem. Ex applicatione perpendiculi cognoscit artifex operis bonitatem vel malitiã. Sic opera nostra cũ Dei operibus & cũ regula suorum mandatorum librata pannus sunt menstruatæ. ¶ Tertiò Dei cõsideratio timorem quendã sanctum injcit: nã sicut cætera animalia leonem verentur, & ad eius rugitus pedes sistũt: sic cõsideratio diuinorum operum secum affert timorẽ. Nullus est tam potens, tam fortis, tam robustus, quem Dei potentia atq; virtus nõ timere faciat. Ideo ait Petrus. Dñe, quod est nomen timoris. Vnde ipsemet dñs per Malachiam ait. Si ego dominus, vbi est timor meus? ¶ Aduerte autem hoc interesse inter bonos & malos, quod mali in malis Deum agnoscunt, boni autem in bonis & in malis. Illi cùm mala, afflictiones, & calamitates in eos mittit: isti autem cùm multa dona & beneficia illis contulit. Deus in domibus eius cognoscetur, cùm susceperit eam, scilicet Sion. De reprobis vero ait. Erubescant & conturbentur in sæculũ sæculi, & confundantur & pereant. Et cognoscãt, quoniã nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omnẽ terrã. Sic cũ in Exodo dominus mala cõminaretur Ægyptijs, inquit. Et scient Ægyptij, quoniam ego dominus. ¶ Obserua etiam, quòd Dei serui quantò Deo sunt propinquiores, tantò humiliores sunt. Moses magnus princeps & multitudinis gẽtium imperator adorauit Ietro Æthiopem Madian. Deus namque cùm semper suos doceat humilitatem, conuersantes cum eo humilitatem discũt. Præterea si impius es, time iuxta te pios habere: nam mali coram Deo tunc manifestiùs apparent. Vnde vidua illa dixit Heliæ. Ingressus es ad me, vt rememorarẽtur iniquitates meæ? Sic Ægyptij ejiciebant à se Hebræos dicentes. Omnes moriemur. Quo facto diuini verbi prædicatores discant, si vi derint suis conciombus aliquos conuerti, vt non extollantur: nam eorum perolitus sermo, nec verborum ornatus id non operatur: sed gratia Dei. Sed vt Petrus fecit, ad Christi pedes se conuertant, videtes multitudinem animarum reti prædicationis capi, & in hæc prorumpant verba diuini amoris ardore accensi. Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam. Omnia Deo tribuenda sunt, & ad pedes Christi adducẽda, dãs illi gratias te ipsum peccatorẽ & mendicum confitendo, qui te organũ diuinę veritatis & sui verbi fecerit. Quamuis fœliciter tibi succedat opus prædicationis, tamen omnis laus & gloria vni Christo tribuenda est: cuius auspicijs lingua diserta fit ad loquẽdum: cuius spiritus diuinam vim dicentis pectori injicit, cuius occulta vis mẽtes audientiũ allicit, vt diuini verbi obseruatores se præbeant. Sic illi viginti quatuor seniores proijciebãt coronas suas ante pedes agni. Postremò seruorem & sanctitatem beati Petri considera, quia solus ipse procidit ad pedes Iesu: cum etiam Iacobus & Ioannes, & multi alij viderint miraculum. In horto quãdo omnis malignorum cohors aduersus Christum irruit: solus ipse gladiũ accepit, & percussit seruum

Matth. 8.

1. Reg. 25.

Matth. 8.

Esai. 6. Gene. 18. Gene. 24.

Iob. 42.

Exec. 1.

Esai. 64.

Mala. 1.

seruum põtificis. Et in mare Tiberiadis solus se ipsum iactauit, vt Christum videret. Ex quibus omnibus manifeste colligitur: quàm feruentissimo amore, & quàm mirabili charitate Christũ prosequebatur. *Stupor enim circundederat eum: & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant.* Reddit rationem euangelista cur Petrus se proiecerit ad pedes Iesu, quia stupefactus fuit tanto atque tam magno miraculo, vnde stupor & timor reuerentiæ eum circundederat. Timendi sunt sancti Dei, & honorandi. Sic in Exodo dicitur quòd Aaron & filij Israel videntes splendorem faciei Mosis, timuerunt propè accedere. Saul etiã cœpit timere Dauid, videns quòd prudẽs esset nimis. Sic Herodes timebat Ioãnem. *Similiter etiã Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis.* Dum piscarentur timor & stupor eos circuibat qui fieri posset in eodem loco tot capere pisces, vbi paulò anteà nec ranunculam capere potuerãt? Quod factum non aliter visum est beato Petro, atque si Christus de nouo hos pisces creasset. *Et ait ad Simonem Iesus.* Quia solus Simon Petrus humiliatus est, solum Christus consolatur, & plus omnibus illum honorat Christus. *Noli timere.* Non excludit timorem reuerentiæ (cum initiũ sapientiæ sit timor domini) sed pusillanimitatẽ & diffidentiã. Sic Abrahæ dixit. Noli timere Abraham ego protector tuus tuum: & merces tua magna nimis. *Ex hoc iam homines eris capiens.* Metaphora est: nam sicut pisces capiuntur hamo, & extrahuntur de mari: sic prædicatores verbi Dei educunt homines de amaritudinibus iniquitatum huius sęculi, quod vocatur mare propter multitudinem fluctuum, & propter pericula multa, quæ omnia satis abundant in hoc misero sæculo. Et in Matthæo dominus homines assimilat piscibus dicẽs. Simile est regnum cælorũ sagenæ missæ in mare: & ex omni genere piscium, &c. Et Hieremias. Mittam in vos piscatores meos, & piscabunt vos. Quod maximè cõuenit piscatoribus propter conditionem piscandi. Quia sicut piscator quãdo rete mittit in mare, nescit quem capturus sit piscem: nisi quẽ fors illi subiecerit: sic prædicator diuini verbi, nescit cui profecturus sit concione sua, sed illum capit, quem Deus tenere vult. Verum hæc piscatio quamuis spirituali valde similis sit, tamen in duobus cum illa non cõuenit. Nam in tẽporali piscatione minores pisces solent esse impedimẽto, quominus maiores capiantur: nam si in mare magnus hamus cum esca iactetur, minimus piscis escam comedit, quo fit vt hamus appareat, & fugiãt maiores pisces. Sed in piscatione spirituali multò aliter cõtingit: nam pisces magni paruos impediũt, quominus capiãtur. Nam prælati, magnates & diuites impedimento sunt alijs hominibus ne conuertantur: præbentes illis suis deprauatis moribus & pessima vita peccandi exemplum. Secũdò pisces capiũtur ad mortem, & homines in bello ad seruitutem: sed in hac spirituali piscatione homines ad vitam & libertatem capiuntur. In mari pisces qui hamo vel retibus capiuntur, pereunt: reliqui autem viui manent. In hac autem piscatione contrario modo res se habet: nam qui capiuntur à prędicatore hamo prædicationis viuunt: reliqui autem intereũt. Obserua autem, quòd in eo quod dicit, eris homines capiens: docet prædicatores, vt concionibus suis non quærant aurum, nec argẽtum, non diuitias, honores, aut dignitates, nec hominum laudes, sed solum animas. Sic faciebat ille egregius gentium prædicator, cùm dixit Corinthijs. Ego non quæro quæ vestra sunt, sed vos. ¶ Obseruandum præterea quòd cùm ambæ nauiculæ piscibus implerentur vt penè demergerentur, soli Petro dicitur, ex hoc eris homines capiens: cùm cæteri etiam essent piscaturi, nam aderant ibi Ioãnes & Iacobus: vt ostendat hunc fore principem & vicarium ecclesiæ. Eodem modo cùm exigeretur tributũ Christus dixit Petro. Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscẽ, qui primus ascẽderit, tolle, & aperto ore eius inuenies staterẽ, illum sume, & da eis pro me, & te. Petrum Christus tãquam post illum futurum vicarium nominat, nulla reliquorũ facta mentione. Denique alij Apostoli scapha ad Christum venerunt, sed Petrus super aquas maris ambulans ad Christum venit: quod quidem cùm vniuersale sit, & omnem terram ambiat, significat vniuersale ecclesiæ primatum, cæteri verò particularium Ecclesiarum præsides fuerunt. Triplici autem ratione Ecclesiæ principatus Petro collatus fuit. Primo ratione humilitatis, digni enim sunt humiles: vt alijs præsint, qui officium prælati humiliter exercent. Vnde Sauli ex parte Dei dicitur. Nonne cùm paruulus eras in oculis tuis caput in filijs Israel factus es? Secundò

Matth. 17.

Matth. 14.

1. Cor. 12.

1. Reg. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundò ratione confessionis constantis
Matth.16. fidei. Nam statim vt dixit, tu es Christus filius Dei viui, respondit Christus. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Ac si diceret. Eo quod tu me filium Dei es confessus, atque perinde primam petram & fundamentum huius ædificij, quod fabricare intendo, ego te Petrum, id est, secundam petram instituo, qui vices meas possis in terris gerere. Atq; hoc (& non sine magno mysterio) significat illa verborum allusio, tu es Christus, tu es Petrus. Vbi vides quòd id quod natura Christo competit, id Petro per gratiam tribuitur. Quapropter dum ait, tu es Petrus, & super hanc petram, &c. demonstratio pronominis non refertur ad confessionẽ Petri, sed refertur ad ipsum Petrum. Acsi dixisset. Tu es petra, & super hãc petram, &c. Et portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, scilicet, ecclesiam, super te fun
Esai.22. datam. Et sicut ego habeo clauem Dauid, qui occlusos cœlos aperturus modo sum, eorundem cœlorum ego tibi claues credã: vt quicquid tu solueris, meã gerẽs authoritatem, sit in terra solutũ & in cœlo, & quicquid ligaueris sit ligatum: ¶ Tertiò ecclesiæ principatus Petro collatus est ratione seruentis in Christum dilectionis. Nã cũ
Ioan.21. Christus interrogasset Petrum, diligis me plus his: tradidit ei ecclesiæ primatum, & constituit eum principem domus suæ, sicut prædixerat rex Dauid. Nam quod nũc
Psalm. 105. promittit Christus Petro, post resurrectionem suam adimpleuit, cùm dixit. Pasce oues meas. ¶ Tertiò adnertẽdum, quàm dulciter & suauiter dominus suos dilectos
Matth.2. in cœlum ducit: nam reges Magos, qui rectè calluerant scientiam astrologiæ, stella duce in præsepe Christi pueri adduxit, & beatum Petrum, qui piscationem multis diebus exercuerat, allicit eum dicens. Ex hoc eris homines capiẽs. Acsi diceret. Nolo vt artem tuam deseras, imò eandem illustriorem reddam: nam si piscator es, aliud nobilius piscium genus tibi ostendã, quo possis artem tuam exercere. Ità etiam non dicit discipulis vt omnino nolint timere: sed quod non timeant homines, sed eum, qui postquam occiderit corpus, potest animam in gehennam mittere. Non tollit itaque Deus affectus animæ: sed obiectum & causam mutat. Sicut in hoc loco non præcepit Petro, vt à piscatione desisteret, sed aliam piscationem nobiliorem ostendit, & munus & officiũ illustrat. Sic cùm voluit Deus populum ab Ægypto vocare, sciens illum rudem atque carnalem, nimisque cibo potuique deditum (quod ostenditur, cùm statim egressi recordati sunt, quandò sedebãt super ollas carnis in Ægy
pto, & comedebant panem in saturitate) sic eis dominus loquitur per Mosem. Dominus Deus patrum nostrorũ Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos vt, &c. ad terram fluentem lacte & melle. Vides quomodò affectum non tollit vi, sed materiam in meliorem mutat. Sic tu qui lasciuo & libidinoso amori deditus es, non citò amorem reijcias, sed illũ in spiritualem muta. Sic Paulus Timotheo ait. Præcipe diuitibus huius sæculi, nõ superare in incerto diuitiarum: sed in Deo viuo, &c. Vide sancti Apostoli prudentiã. Non ab eis tollit spem: sed inquit, ne sperent in incerto diuitiarum, sed quod spem suam, in Deum collocent, quæ certa est. Sic dominus iuueni diuiti. Vende quæ habes, & da pauperibus: & habebis thesaurũ in cælo. Sic dominus cum Petro non aliter quàm cum filijs Israël facit: qui cùm illis alios cibos dulciores & meliores dedisset, huic munus aliud excellentius tribuit, & pisces maris in homines transfert. ¶ Expẽ de quartò quod ne homines putarent se in vanum laborare in cultu veri Dei, ostendit se largum & liberalem suis seruis & ministris. Nouit enim pius ac misericors pater, nos non aliter suo obsequio velle vacare, nisi præmio & mercede ob oculos posito. Ideo Petro promittit hominum piscationem: & in toto instrumento præmijs nos allicit, vt eum sequamur. Sic Abrahæ dixit. Ego merces tua magna nimis. Et alibi. Ego Deus liberalis, fortis, & beneficus. Docet hîc mundi Saluator qualiter homines alliciendi sint, non minis & terroribus, sed munerib⁹ & promissionibus. Obserua etiam hominum diffidentiam, qui nullo modo velint Deo seruire, nisi mercede & retributione ob oculos positis. Vide etiam quantò cum fœnore dominus rependit, si pro eo aliquid in discrimen exposueris. Deposuerunt illi retia, & dedit cælum: deposuerunt pisces, & dedit homines. Sic Abraham filium suũ mortis periculo exposuit & eum non amisit: & auxit dominus pro eo semen eius sicut stellas cæli, & sicut arenam, quæ est in litore maris. Dixit illi Dominus. Quia fecisti hanc rem, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli. Vbi manifestè vides, quomodo pro Deo perdere sit lucrũ. Quid perdidit Abraham? Exposuit filium periculo, sed illum non perdidit, imò plura bona pro illo facto consequutus est. Perdidit Petrus pisces & retia, sed pro his cælum lucratus est, & hominum piscator est factus. Sic tu non existimes amitti eleemosynam, quam pauperi tribuis, quia multò vberiorem & ampliorem mercedem accipies. Mitte panem tuum super transeuntes aquas, quia post multa tempora inuenies. ¶ Denique, vt finem dicendi faciam, attende ex hac historia quos elegerit Dominus ad negotia sua, nẽpe vt qui indocti videntur, docti fiant vt sciant homines opera, ad quæ assumuntur non esse sua, sed Dei. Quis nõ mirabitur Deum, qui Mosem mittit hominẽ balbum, vt munus oratoris exerceat corã rege Pharaone, & quòd pastorem ouium cõstituat in ducem populi sui? Cogitaui sæpius quare Deus pastores in reges, & piscatores in principes Ecclesiæ commutauit? Pondera attentè quæso singulas hominum artes & officia, & videbis nullum esse artis genus his duobus laboriosius, aut vbi maior cura & diligentia requiratur, nam pastores & piscatores in maximo semper versantur periculo. Pastor enim ferè semper oculis suis nullam dat quietẽ, semper vigilat, vix in toto mense mundam subuculam induit. Sic piscatores semper nudi, in vigilijs & laboribus ambulant. Vt igitur principes, reges & pastores, scirent se non ad requiem, non ad voluptates, sed ad labores & vigilias esse assumptos, hos inter cæteros eligere curauit vt Mosem, Dauidẽ, Petrum, atque Andream, Iacobum, & Ioãnem. Quid autem Petrus & cæteri fecerint, postquam Christus hæc dixit Petro, audi. *Et subductis ad terram nauibus relictis omnibus secuti sunt eum.* Mirabile quidem est, vt continuò omnia reliquerint nulla facta mora. Vnde serui Dei similes sunt Angelis qui citissimi sunt. Qua de causa Spiritus sanctus venit in similitudinẽ venti, & in similitudinẽ ignis, & linguæ, quibus omnib⁹ nihil est mobilius, velocius, & facilius. Vbi enim spiritus venit facilè mouet, & cõtinuò facit cũcta relinquere. Quod eleganter dicit Dauid in Christi persona. Populus, quem non

cognoui, seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi. Quasi dicat. Statim vt audiunt, obediunt. Magdalena statim, vt audiuit, ad *Luc.7.*
Christum venit, lachrymas fundens. Obserua, quòd in hac vocatione sanctorum Apostolorum habuit se Christus, vt mare cum conchis, quæ in litore remanent in ipsius maris recessu, quæ radijs solis in ipsas influẽtibus aperiuntur, & statim concrescit humor crystallinus, & generantur margaritę. Sic isti discipuli tanquam clausæ conchæ erant in mari simplices, & ignorãtes qui nec prima rudimenta didicerant: & cũ ita essent clausi, sol iustitiæ Christus redemptor noster in eos tãta vi suos radios immisit, vt aperiret eis mentes, vt illum cognoscerent, & voluntates, vt illum amarent. Cumque ita essent aperti vt conchæ, in animas eorum reuerberauit, & fidẽ infusam dedit, & multa alia dona & beneficia: ita vt pretiosissimi lapides, & margaritæ maximi valoris effecti manerent, & tales, vt in sacro collegio apostolorum primas obtinuerint sedes. Cùm verò ait, relictis retibus prædicatores admonet, vt relictis negotijs sæcularibus, se totos diuini verbi prædicationi tradant. ¶ Expende autem, quòd hæc mundi Apostolorum renunciatio nõ fuit perfecta, nam non reliquerunt, quæ possidebant, iterum ad ea non rediturì: quia Christo non adhæserunt modo, nisi per aliquod tempus: quia postea reuersi sunt ad naues. Atque ideo ait quòd subduxerunt eas. Nam illa vocatio, de qua loquitur Matthæus, in capite quarto, alia ab ista fuit, quia hic non dicit, vt eum sequantur: ibi autem inquit, sequimini me. Et etiam non simul omnes vocauit, sed priùs Petrum, & Andream, & procedens inde vocauit Iacobum & Ioannem. Quapropter aduerte, quòd isti Apostoli ter vocati sunt à Christo. Prior vocatio fuit ad solam Christi cognitionem: & hanc scribit Ioannes cùm Andreas vocauit Petrum, & *Ioan.1.*
Philippus Nathanaelem. Secunda vocatio fuit ad renunciationem sæculi, sed non perfectam, & hæc est, quam nunc describit Lucas, cùm ait, quòd relictis omnibus sequuti sunt Christum. Tertia vocatio fuit perfecta, cùm Apostoli omnino reliquerunt omnia, & Christo adhæserunt per totam vitã, nunquam ad ea rediturì quæ reliquerant.
Hanc vocationem tradit Matthæus, & so- *Matth.4.*
let hæc tertia vocatio cani in festo Andreæ *Greg. homi.*
Apostoli in sancta ecclesia. Quod si aduer- *5. in euange.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

teret beatus Gregorius nõ dixisset in homilia in festo sancti Andreæ, quòd Petrus & Andreas nulla miracula viderant Christum fecisse, & quòd nihil de præmio æternæ retributionis audierãt: sed quòd statim illum sunt sequuti. Certè hoc miraculum, quod Lucas enarrauit, cùm maximam ceperunt multitudinem piscium, viderunt, & illum è naui prædicantem audierunt: antequam Christum sequerentur. Non ergo leuitatis sunt arguendi Apostoli in sequendo Christum: quia iam illum cognouerant, & loquuti fuerant, & miracula viderant, & prædicantem audierãt, & post hæc omnia eum sunt sequuti. *Et factum est cum esset in vna ciuitatum: & ecce vir plenus lepra, & videns Iesum & procidens in faciem suam, rogauit eum dicens.* Non seruat Lucas ordinẽ historiæ: quia hęc curatio leprosi fuit statim post sermonem Domini habitum in monte, vt Matthæus enarrat. Nam videns Iesus turbas ascendit in montem: & ibi turbis prædicauit. Beati pauperes spiritu, &c. Cumque sermoni finem imponeret, descẽdit de monte, & abijt in Capharnaum, & in montis descensu antequam ingrederetur Capharnaum, fuit illi obuiam hic leprosus, & in itinere curauit eum. Quapropter cùm audis hîc Lucam dicentem, quòd erat Christus in vna ciuitatũ, intellige Capharnaum: & tamen nondum ingressus erat Capharnaum, sed in itinere prope Capharnaum, quia leprosi ex Domini præcepto non poterant esse intra ciuitates, sed extra muros. ¶Ad mores autem componendos hinc discamus, quantũ Deus detestetur peccatũ, & peccatorum immunditias, quas homo inuitus patitur: vt est lepra. Admonentur etiam rectores ciuitatum vt homines pestiferis morbis contactos expellant à ciuitatibus, & meretrices, quæ in medijs ciuitatibus, domicilia habẽt, ne suis malis exemplis, & deprauatis moribus alios coinquinent. Secundò expende Christi saluatoris nostri benignitatem, qui postquam in monte turbas docuit, nunc descendit, vt leprosum curet: cæterisque medeatur infirmis. Ab altitudine montis, & in sublimitate sermonis descendit mundi Saluator: vt egenos curet, atque illis subueniat. Vnde Regius vates in Psalmo ait. Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra? Ex altera parte miratur Dauid magnitudinem, & excellentiam Dei, ex altera parte prouidentiam & curam, quam etiam de rebus infimis habet. Formicam adiuuat dominus, vt ver suum compleat, & perficiat. Sic postquam perfectis loquutus est in monte, nũc ad leprosos & infirmos descendit.

Matt. 8.

Numer. 5.

Psal. 112.

¶Tertiò huius leprosi humilitatem & reuerentiam, quam erga Christum habuit considera: quia procidit in faciem suam, & adorauit. Flectere genua, nudare caput, inclinare corpus, & aliæ cultus diuini cæremoniæ non displicent Christo: imò eas approbat. Quare isti impij neochristiani hæc contẽnunt? Sed de his aliàs. ¶Denique perpende, quòd non expectauit, vt Christus veniret ad locum, vbi ipse erat, vel aliò diueteret: sed statim in itinere obuiam illi fuit, & salutem petijt: ne posteà forsitan si moram faceret, eum non inueniret. Docemur, ne Christum transire permittamus, sed statim, vt ad domum animæ nostræ peruenerit, illum detineamus, & inuocemus: ipsius auxilium implorantes. Vnde in Ecclesiastico dicitur. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem: subitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Sed quid ad Christi pedes orat leprosus? *Domine si vis potes me mundare.* Eius maiestatem confessus est, dicens, Domine. In ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tuæ possit resistere voluntati: quoniam Dominus vniuersorum tu es. Suam etiam potentiam fatetur dicens. Si vis potes. Acsi diceret. De potestate non dubito: sed de voluntate. Non quia tuum non sit semper misereri: sed quia ego non sum dignus tua misericordia. Non dicit, si Deum obsecraueris, curabis me, sed si vis. Nemo est qui voluntati tuæ possit resistere. Ideo Dauid. Vita in voluntate eius. Et Paulus Romanis ait. Voluntati eius quis resistet? Et Salomon. Subest tibi cum volueris posse. Et iterum. Vitæ & mortis habet imperium. Non est in medicorum potestate pristinam valetudinem, quando voluntas infirmo restituere: tu autem si volueris mũdare poteris: nam, subest tibi cùm volueris posse. Ex quibus colligi videtur huius leprosi fidem maiorem fuisse, quàm Centurionis, quia Centurio credidit Christum posse curare solo verbo, iste autem sola voluntate, quod maius est. Cẽturio quasi cum termino verbi petijt curationem serui sui, iste totum Domino commisit tanquam sapientissimo mundi gubernatori, qui rectè sciebat, quid cuique expediret. Merces & retributio spiritualis quã dedit medico spirituali fuit oratio fide plena. Priùs tamen quàm sanet, mercedem hanc postulat. Totum diuinæ dispositioni seipsum cõmisit. Domine si vis. Quis enim potest facere mũdum de immundo conceptum semine? Nõne tu qui solus es? Non audebat dominum pro sanitate rogare. Eodem modo Magdalena & Martha fecerunt, mittentes nuncium ad Christum, & dicentes. Ecce quem amas, infirmatur. Non rogant vt sanet, sed ægrũ demonstrant: vt ipse faciat quod voluerit. Sic & Mardochæus. Si decreueris saluare nos continuò liberabimur. Sic & Christus postquam in oratione infirmitatem naturæ humanæ ostendit, subiunxit, quid esset in oratione præcipuum, & quod omninò ipse volebat. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. ¶Dñe (inquit) si vis. Si vis ais? Vtinam sic tu voluisses, sicut ille vult. Si tu vis, volet etiam ipse: nam de ipso scriptum est. Vult omnes homines saluos fieri. Non dubites, nisi quòd quantum est in se, ipse vult, cupit, & ardenter expetit tuam salutem: quod autem supereſt, est vt tu velis. O vtinam homo vellet cum Deo se componere, ò quàm magna & mirabilia inciperet, & perficeret. Si nos bonum nostrum desideraremus, vt ipse Deus: multò meliores essemus, quàm modò sumus. Deus vult bonum nostrum, salutem nostram, ipse rogat, ipse ad postes pulsat, ipse paternis visceribus ad cõuiuium æternæ gloriæ nos inuitat. Nos verò, qui dura sumus ceruice, & incircuncisis cordibus Spiritui sancto resistimus. Nos sumus qui nolumus. Vt autem scias, quàm prompta sit Domini voluntas, vt velit nostram salutem, & quàm prõptum sit, vt nobis subueniat, non moras fecit, nec salutem distulit de die in diem, sed statim adiuuauit, atque ideo subditur. *Et extendens manum tetigit eum dicens. Volo. Mundare.* Poterat sola voluntate, aut verbo curare, sed eum tetigit. Primò, vt sciamus omnem salutem nostram per assumptã humanitatem, quia humanitatem assumpsit, per eam operatus est: & in operando modo humano se habuit. Fuit enim contactus manus suæ virtute plenus. Sic infra ait Lucas. Omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Et Matthæus. Quotquot tangebãt eum, sanabantur à quacunque infirmitate. Sic mulier illa, quæ sanguinis fluxum patiebatur, statim vt tetigit fimbriam vestimenti eius sanata est. Secundò tetigit eum, vt fiduciam nobis daret accedendi ad eum, & omnem occasionem trepidationis tolleret. Nemo sit qui timeat: omnes accedant ad ipsum. Non horret Christus nostram lepram, & putredinem, sed excellentiori modo, quàm pater miseretur filiorum, nobis succurrit: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.

¶Tertiò tetigit, vt doceret, nullum proximum tædio aut fastidio nobis esse debere, quàm grauibus infirmitatibus, & peccatis sit coinquinatus, sed benigne proximum esse tractandum, & Christiana charitate, & pietate cum illo agendum. Magna quidem & admiranda fuit hæc benignitas Christi Saluatoris nostri. Si Pharisæus aliquis esset, protinùs oculos & faciem à leproso diuertisset: & vociferans statim præciperet, hanc abominationem de medio tolli, & leprosum foras trudi. Propriam iustitiam nimis diligebant: & mirum in modum sibi ipsis placebant, Christus benignè susci pit, & manu tangit, in quo indicat paratam auxiliandi voluntatem. ¶Porrò Christus tangendo leprosum omnibus dictum voluit, se verbo suo, & spiritu omnes animorum morbos posse curare, & propellere. Docuit etiam per hoc discipulos suos, nosque omnes, coram quibuscunque hominibus rusticum pudorem esse deponendum, licet grauiter, & turpiter peccauerimus: modo facti nos pœniteat, & veniam imploremus. Quasi Christus, dicere voluerit discipulis suis. Videtis me tangere leprosum, quem vnico verbo sanare possem? Sed vestra id causa facio, vt vos discatis, quid vobis faciendum sit. O illustre exemplum, & omni laude dignissimum. Etenim si Christus, qui solus diues erat, propter nos factus est egenus, seque miseriæ, & inopiæ nostræ consortem fecit, ità, vt nec infimi, & abiectissimi hominis eum puduerit, nec à se abegerit: quantò cum maiori ratione nos pauperum infirmorum, egenorumque hominum nihil fastidij nobis est suscipiendum, qui sumus ipsi miseri, egeni, & infirmi, quique in multis peragendis rebus aliorum hominum auxilio indigemus? Si Christus, qui solus à peccatorum lepra mundus erat, non horruit infirmum tangere: quantò magis ipsius discipuli facere id deberent, quos ipse Christus à peccatorum lepra mundos red-

Psal. 102.

2. *Cor.* 8.

1. *Pet.* 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

didit: imò eos, qui peccatis adhuc obnoxij sunt, aut in peccata quotidie prolabi possunt, decet non alios homines morbo spirituali laborantes despicere, deserere ve: sed omnem adhibere operam vt in sanitatem restituantur.

Leui.13. ¶ Obseruandum deniq́ue est, quòd quanuis dominus præceperit in lege, ne quis tangeret leprosum, hoc fuit ne contaminaretur. Si quis autem tangeret mortuum aut leprosum, & non solum non contaminaretur, sed illum curaret: non esset legis violator: quia cessabat in tali casu ratio legis. Christus autem non solum quia Deus erat, non subdebatur legi: verùm quanuis Deus non esset sed purus homo, cùm tam sanctus esset, non modò non à lepra contaminaretur, nedum faceret contra legem tangendo illos, siquidem suo tactu illos sanabat. Nam præceptum tantum obligabat eos, qui maculabantur. Similiter etiam erat prohibitum, nequis tangeret mortuum: & nihilominus Helias & Eliseus, super mortuos in cubuerunt, & non fecerunt contra legem. Magis enim attendendum est ad rationem legis, quàm ad verba legis. Intentio enim legislatoris est lex viua. Causa autem, propter quam prohibebatur tactus leprosi, erat, ne inficeretur sanus. Dominus autem non poterat maculari, sed tactu suo fugabat sordes & lepram: ideo potuit tangere, & tangendo non fecit contra legem, neq́ue illam soluit. Cùm autem tetigisset eum, dixit illi hæc duo verba. *Volo, mundare.* Dixerat leprosus, domine si vis: ad quem Christus respondit, volo. Dixerat præterea, potes me mundare: ad quod per verbum imperatiui respondit Christus. Mundare. Sic cùm Thomas dixit, Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, &c. Dominus autem cùm ei apparuit hæc omnia ostendit, & aspectum, & digitorum intromissionem, & manus, & fidei mentionem fecit, dicens. Infer digitum tuum & vide manus meas, &c. Sic nunc fecit cum leproso isto. In quo nobis documentum dedit, vt in responsis dandis circunspectè & accuratè agamus. Volo itaq́ue (ait) mundare. Voluntas Dei fuit mundare illum. Vnde Ezechiel. Nunquid voluntas mea est mors impij: dicit dns? Ac si dicat. Nõ vtique, sed vita eius. Quo circa quilibet Christianus hoc verbũ infixum semper cordi suo habere debet, eiusq́ue meminisse, quòd Christus dicit.

Numer.19. *3.Reg.17.* *4.Reg.4.* *Ioan.20.* *Ezec.18.*

Volo. Mundare. Si aliqua afflictio, angustia, aut peccatorum pondus, te angit, & in desperationem præcipitem agere conatur: hoc Christi verbum firmiter apprehende, eiq́ue firmiter inhære, & eripiet te. Etenim cuiusuis hominis conscientiæ afflictæ iucundus quidpiam non esse potest aut alacrius, quàm hoc verbum, quòd Christus dicit, Volo. Mundare. Huc pertinent & alia multa scripturæ diuinę loca, vt sunt illa verba Ezechielis. Nolo mortem peccatoris, Et Hieremias. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis. Et illud Pauli. Deus vult omnes homines saluos fieri. Et illud Christi. Omne quod venit ad me, non eijciam foras. Hæc est voluntas patris mei.

¶ Secundò verbum hoc solari, & animum præbere potest aduersus temporales afflictiones: nam idem est atq́; id, quòd in psalmis dicit dominus. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te. Et rursus. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Tertiò hoc verbo quilibet Christianus animum suum munire confirmareq́ue potest in tempore persequutionis & omnium aduersitatum. Hic nanque dicit Christus volo. Idest, me ità volente in hunc morbum incidisti. Sic etiam Dauid ait, dominum aliquando iratsci: & tamen nihil aliud vult, quàm vitam esse in voluntate eius. Id autem solum obnoxiam vtilitatem facit: nimirum ne nobis ipsis, sed Deo eiusq́ue gratiæ fidamus. Ideoq́ue Paulus ait. Vt reformemur in nouitate sensus nostri: & probemus quæ sit voluntas Dei bona. Nam cum nos affligit nihil aliud quærit, quam vtilitatem & salutem nostram. Hoc etiam canit aptè Dauid. Bonum mihi, quia humiliasti me. Ex his igitur perspicuum est, quantum solatij hoc vnicum Christi verbũ, volo, secum afferat: per hoc enim nobis spondit se semper subuenturum nobis in omni necessitate temporali & corporali. Et *confestim lepra discessit ab illo.* Non est vllum medium inter opus Dei atq́; præceptum: quia simul cum præcepto coniungitur opus. Ipse enim dixit & facta sunt. Ps. voluntas ergo eius potestas est. Præterea operationes Christi erant miraculosæ: miraculum autem in instanti fit. Ideò non mirandum quod statim hoc fieret, quia Deo propriũ est in instãti agere. Etenim celeri-

tas natura Deo cessit, quàm euangelista potuerit exprimere. Hoc modò etiam Deus in spiritualibus festinat reum à tormento conscientiæ absoluere, quasi plus eum magis discruciet compassio miseri, quàm miserum afflictio sua. In quo tu id debes aduertere, vt in negotijs salutis animæ tuæ sistines omni ignauia & pigritia semota. Vnde dominus. Frange esurienti panem tuũ, & egenos vagosq́ue introduc in domũ tuã, &c. & sequitur. Tunc erũpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur. Et *ipse præcepit illi, Vt nemini diceret.* Hoc est. Nemini dicas quomodo te curauerim, quousq́ue abeas ad sacerdotes: & tunc potes dicere cui volueris. Docet etiam hoc facto mundi Saluator, vt vanam mundi gloriam fugiamus: nec laudes hominum desideremus. Magna cura semper habenda est, vt quam virtutem exercueris, nemini propales, præcipuè si tyrũculus es in Dei obsequio. Quando aliquis pictor est in sua arte peritus facilè & dexteriniè hominẽ nudũ depingit suis omnibus perfectionibus, suis omnibus venis & neruis: nec turbatur etiã si pingat coram alijs hominibus. At si artẽ pingẽdi discere incipit, & nouus in arte est pictor, docẽt illũ vt vestẽ depingat & clausus est intra parietes, vt à nemine videatur, ne vel hoc in causa sit, vt vestem vel im. ginẽ perdat. Sic similiter, qui iam se diu domini obsequio tradiderunt, quiq́; in domo Dei veterani sunt milites & perfectionem maximã consequuti, in quocunq; loco, in plateis, & in publico orare possunt, nec inde vanam gloriam sibi comparãt: nam hi iã suas domuerunt passiones, & laudes hominum sub pedibus posuerunt: & omnes mundi vanitates. At qui noui sunt, quiq́ue Deo incipiunt seruire, nõ nudè pingere debent, nec opera sua in publico facere, sed in secreto ne ab alijs videantur. Vnde dominus. Intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrẽ tuum: nam ille qui inuenit thesaurũ in agro abscondit eum. Occultè inuenit, & occultè emit: & occultè fodit. Ne in publicum ostẽtes id, quod habes, vt fecit Ezechias, qui thesauros suos manifestauit: atq́; ideò punitus est. Tyrunculi, qui statim suam virtutẽ ostẽdunt, sunt tanquam amygdalus, quæ florẽ citò emittit, & currens ventus secum vehit. Docet morũ imitari, quæ cùm serò emittat flores, non gelidi efficiuntur. Agricolæ in hyeme cum gelu lætantur, nam terrã coagulat, & radices triticum emittit. Sic natura prouidit, vt non esset in manu & potestate mulierum parere: nam si quando ipsæ vellent parerent, vtiq́; multa monstra emitterent, atq́; ita alię spatio vnius mẽsis parerẽt, aliæ duorũ. Atque ita opus est, vt virtus elaboret, & sit sicut fœtus in ventre abscondita & secreta, ne inanis gloriæ ventus secum rapiat. Opus est tempus velut mulier expectare. Hac de causa mittit dns gelu, tẽpestates, & labores sanctis & studiosis viris, ne gelẽtur: vt vel ità coaguletur terra, & vt profundas radices emittat: ne inanis gloriæ vel adulationis ventus eam possit lædere. Legimus in Ezechiele quod vnũquodq; sanctorũ illorum animaliũ habebat quatuor alas, quarũ duæ erectæ erãt alterius ad alterum: duabus vero reliquis tegebãt corpora sua: vt significetur, quod habebant alas sursum erectas ad rectitudinẽ & charitatem: alijs vero duabus alis se tegebant, vt ostendatur, quod si in alios beneficia contulerimus, & sanctis virtutibus vacamus, inanis gloria sit fugienda. Est nanq́; diabolus similis pauoni, qui oua gallinæ suæ quærit, vt frangat, & comedat: vt liberius libidini vacet: sed gallina oua abscondit, & seruat. Sic quia diabolus bona nostra conatur à nobis auferre, nos illa per humilitatem abscondamus, iuxta illud Matthæi. Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua. Qui iter faciunt, solent secum duas crumenas ferre: quarũ altera monetã auream ferunt, & argenteam: & hanc semper ducunt absconditam, alteram vero minoris valoris monetam concludunt, & hanc in hospitijs manifestant hospitibus, ne à latronibus capiantur, & diripiantur. Ità abscondita debet esse virtus, vt sinistra manus nesciat, quid faciat dextera. Nam cũ Christo omne peccati genus contrarium esset, nihilominus tamen opera sua abscondebat, quã do vero Dei honorem decebat, vt de eis loqueretur id faciebat magna modestia: vt vel hoc doceret, nos nõ homin. bus sed Deo debere placere. Vnde discipulis Ioannis non dixit, ite, & dicite Ioanni, quæ ego feci sed quæ audistis, & vidistis. Et demoniaco illi, à quo legionem dæmonum expulerat, nõ dixit, narra quæ tibi feci: sed narra quãta fecit tibi Deus. Quædam opera taceri iubebat, velut hoc, & resurrectionem filię Iairi archisynagogi: in alijs vero, quę manifestari iubebat, nõ suã gloriam cupiebat, sed æterni patris: quę omnia cognoscens, si vi-

Ezec.1. *Matth.6.* *Matth.11.* *Luc.8.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

deris & attenderis modestiã, qua manifesta ri iubebat. Sic nos illa opera, quæ specialis sunt supererogationis, vt mẽtales orationes, secretũ ciliciũ, & alia huiusmodi abscõdere debemus: in alijs vero quæ publicè facimus, vt audire sacrum, eleemosynam erogare, vel alia ad quæ nos tenemur, hæc manifesta re debemus, intentio autem sancta debet esse & secreta, vbi solus Deus laudetur, & honoretur tanquam author ipsius operis, non autem homo, qui vile instrumentum est suę gratiæ. Ideo Dominus. Luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Quamuis opus publicum sit, tamen intentio sit, vt solus Deus ibi honoretur, & laudetur. De alijs vero operibus supererogationis ait, nesciat dextera tua quid faciat sinistra. *Sed vade, & ostende te sacerdoti.* Præceptum erat in lege leprosis, vt quãuis sanarentur, ne se cum alijs coniungerẽt absque iudicio & sententia sacerdotum: & quando hæc non adimplebant, tanquam transgressores legis puniebantur. Ideoque Christus voluit, vt leprosus ad sacerdotes tenderet. Primò propter ipsum leprosum, nam si in domum suam se conferret, quamuis iam mundatus esset, tanquam in transgressorem legis animaduerteretur in eum, eum accusarent, quod quidem molestum atque prolixum esset negotium. Vult itaque Christus, breuiter illum mittere, nec differre negotia, vt multi aduocati nunc faciunt, iudices & procuratores regis: qui serò vel nunquam lites tractantes in domos mittunt iam peracta lite, Christus statim sanat illum. Quod autem nunc cepit est, vt breuius suum negotium conficiatur. Sic filios Zebedæi petentes dexteram & sinistram citò expediuit, dicens. Nescitis quid petatis. Nulla facta mora sententiam protulit: nec ad alios misit, nec distulit tẽpus, nec passus est, vt menses vel annos in petitione consumerent. Et in cruce pendens grauissimè cruciatus, & acerbissimis contumelijs affectus, & morti proximus rogantem audiuit, eique statim respondit. Hodie mecum eris in paradiso. Quæ obsecro maior in absoluẽda petitione poterat esse diligentia? Hoc docuit Iosaphat rex in oratione, quam habuit ad eos, quos iudices constituerat. Videte (inquit) quid facitis, non enim hominis exercetis iudicium, sed domini, & quodcũq; iudicaueritis in vos redũdabit. Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia cũcta facite.

Matt. 5.

Leui. 13. & 14.

Matth. 20.

Lucæ. 23.

2. Para. 19.

¶ Secũdò hoc fecit Christus, vt doceat, quod quamuis mundi simus à lepra peccati, ex nostra parte aliquid est elaborandum, vt gloriam consequamur. Etenim sunt multi, qui statim vt absolutionem peccatorum in confessione impetrarunt, videtur illis nihil iam supereſſe faciendum: atque ità incauti & improuidi viuunt, quo fit vt in priora peccata relabãtur faciliter. Opus est, vt te in sanctis & bonis operibus exerceas, etiam si à lepra peccatorum sis mundus. Nanque si nobilis aliquis vir regem grauiter offenderit, talia opera, & obsequia illi præstare potest: vt non solum condonatione culpæ dignus sit, sed etiam magna cum hoc accipiat à rege beneficia: at si obsequia nõ tanta atque tam egregia fuerint, vt ad hæc sufficiant, veniam illi offensæ dabit, & in leue aliquod exilij mittet. Sic Dauid etiam si Absaloni peperc-it, at non passus est, vt faciem suam videret. Hoc modo dominus per cõtritionem offensionem remittit, & gratiam donat. Talis etiã ac tanta potest esse contritio, vt non solum det gratiam, sed gloriam etiam sine alia pœna. Sed sæpissimè quamuis gratiam donet, non vult, vt peccator regiam aulam ingrediatur, id est, in cælum sicut Absalon, nisi priùs pœnitentiam egerit operibus pœnalibus, ieiunijs, &c. Fieri poterit, vt mundus sis à lepra peccatorum, & gratiam habere, nihilominus cum his non ingredi cælum. Priùs purgatorium transiturus es, nisi in hac vita omnis tibi remissa fuerit pœna. Quocirca opus est in hac vita pœnitentiam agere, etiam si sanus sis, & Dei amicus. Vnde Christus huic præcipit laborare, & vt obediat: nam etiam si sanus sit à peccato hoc non sufficit, nisi etiam pœnitentiam egerit. Sed id attende, nam etiam quamuis nobis præcipiat, vt aliquid faciamus, parum id est, & nullius laboris, si conferatur cum retributione. Quid magis horrendum quam lepra? & quid nobilius, quàm ab ea mundari? Ob hoc igitur atque tam magnum beneficium parum laboris leproso commendat, scilicet, vt ad sacerdotes abeat. Sed quis dicere, aut explicare poterit ea, quæ in cælo habebimus? Angelorum choris interesse, beatissimis spiritibus assistere, vultum Dei clarè cernere, &c? Et quid præcipit, nisi vt vadas ad sacerdotem? Certè præcepta domini grauia non sunt, etenim ipse ait. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Parum præcipit, & multũ promittit.

Iohan. 17.

Matth. 12.

Iohan. 5.

Matth. 11.

¶ Tertiò mittit hunc ad sacerdotem, quia officium sacerdotis erat distinguere inter lepram & lepram: sicut modo inter peccatum & peccatum, necesse est, vt sacerdotes habeant scientiam, & sciant distinguere inter peccatum & peccatum. Sed proh dolor, quot insipientes, ignari atque inscij in sacerdotium modo promouentur? Vnde dominus per Malachiam inquit. Labia sacerdotis custodiunt scientiam: legem requirã de ore eius. Filij Heli Ophni & Phinees filij Belial: nescientes dominũ, neque officium sacerdotum, misera morte perierunt. Vide etiam, quòd cùm dominus in Leuitico de peccatis populi loqueretur dixit (vt optimè differit Origenes) quod si turba Israël ignorauerit: quod non dixit quando loquebatur de expiatione sacerdotis, nam loquutus de peccato pontificis nõ addidit dominus per ignorantiam: quia in eum ignorantia non poterat cadere, qui electus & cõstitutus erat, vt alios doceret: sed de peccato synagogæ dixit, si per ignorantiam. Facit etiam ad hoc antiquum illud proloquium, cæcus & claudus non ingredientur in templum. Sed iam vsque ad aras ingrediuntur, & vsque ad episcopatus cæci, claudi & leprosi, &c. Sed de his aliàs. ¶ Quartò mittit leprosum ad sacerdotem: vt sacerdotes honoraret. Sic Paulus quando contra Ananiam sacerdotem loquutus est, ignorans eum esse sacerdotem, excusans se inquit. Nesciebam fratres, quòd princeps esset sacerdotum. Scriptum est enim. Principi populi tui, ne maledicas. Impius erat Ananias & ecclesiæ persequutor: sed Paulus summo honore dignum iudicat. Licet aliqui sacerdotes mali sint, tamen id cauendum est, vt nihil illorum honori detrahatur, quòd Christum portant in manibus suis.

Exod. 22.

Leuit. 2.

Deut. 17.

Malach. 2.

Osee. 4.

Leuit. 13.

¶ Quintò ad sacerdotẽ mittit leprosum, vt ostendat se non esse legis transgressorem. Ipse enim ait. Non veni soluere legem, sed adimplere. Calumniabantur Iudæi Christum, eò quòd legem violaret, & ideo ad sacerdotem mittit tanquam legis obseruator, ne vel sacerdotes existimarent Christum sibi assumere, quod ad eos pertinebat, atq; ita ansam haberent, vt aduersus eũ aliquid molirentur. Quãuis à lege liber esset, tamẽ ne aliquem offenderet, legi se subijcit, multaque faciebat, ad quem ipse non tenebatur, & alia omittebat, quæ optimo iure facere potuisset. Docet itaque nos ne semper nostra vtamur libertate sed aliorum quoque hominum rationem esse habendam, ne à nobis offendãtur, sicut Paulus ait, Omnia mihi licent, sed nõ omnia expediũt. Et rursus. Omnia sunt mũda mũdis, sed malũ est homini, qui per offendiculũ manducat. Itẽ si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternũ. Idipsum docet Christus hoc suo exẽplo, dũ ad vitandũ offendiculũ leprosum ad sacerdotẽ mittit, cũ illi non esset necessum. Sexto mittit ad sacerdotem, vt miraculũ istud magis clarescere-t, vt viderẽt omnes nõ prestigiũ, sed veritatẽ esse, quãdoquidẽ sacerdotes nihil aliud iudicare possent, quàm hominem illũ vere à lepra esse mundum. Sic miraculũ patefactũ, & omnibus notũ fuit, & à sacerdotibus tale confessũ. ¶ Præterea hoc in loco ad nostrã eruditionẽ obseruandũ est, multos nũc esse sicut sacerdotes veteris legis, qui proximorum peccata iudicare, & rectè discernere nouerũt, sed fere nullus est, qui eis remedia adhibeat. Non sic Christus sed quos sacerdos leprosos iudicat, ipse mundos decernit.

1. Cor. 10.

Rom. 14.

1. Cor. 8.

Exec. 46.

¶ Docet etiam locus iste, vt post accepta à Deo beneficia illi referamus gratias, ne ingratitudinis (quod grauissimũ peccatũ est) arguamur, nã cũ leprosus iste iam mũdus esset, & salutẽ cõsequutus, voluit Christus vt sese Deo offerret. Vnde dominus per Ezechielẽ præcipit, vt qui templũ ingrediebatur, per aliã portã egrederetur, ne propiciatorio terga verteret, cùm à templo exiret, quia qui eadẽ porta regreditur, terga vertit propiciatorio. Sunt multi qui in suis angustijs & necessitatibus, Deum quęrũt, vt illis remedia adhibeat, postquam autẽ desideria sua sunt consequuti, terga Deo vertunt & illius penitus obliuiscũtur, immemores accepti beneficij. Vt qui aqua indigent præcipitantes in fontem vadunt, in eum oculos dirigẽtes, sed iam bene potati reuertuntur, terga vertentes fonti. Sic multi in sua sti & tribulatione fontem illum quærunt, qui de se ait, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ. Sed iam liberati à periculo terga vertunt Deo, & illum derelinquũt. Sic iste leprosus Deum quęsiuit in sua infirmitate, & adepta salute, & munditia, ne statim beneficij oblitus, ad sua inquinamenta reuerteretur, præcepit illi Christus, vt ad sacerdotes ad templum iret, vt doceat nos nõ obliuisci beneficiorũ Dei, sed gratos semper esse.

Ierem. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Docet etiam hęc historia proximos leprosos & peccatores adducere ad sacerdotes, vt ab eis videantur, & iudicẽtur. ¶Docet sacerdotes non sese graues ostendere, sed è domibus & vrbibus ad ægrotos exire. ¶Docet nõ ad sanctorũ consortium hominem esse admitendum, qui diu in peccatis fuit, ne forte sanus apparens infirmus sit, & alios inficiat lepra sua. Ideo hominẽ à lepra sanatũ non statim admittit ad aliorũ consortium, sed priùs vult à sacerdote examinari, an bene san⁹ sit.

Leui.21. ¶Docet etiam sacerdotes, qui alios mũdos esse ostendunt, mũdi & ipsi vt sint. Sic in Leuitico dicit dñs multa, quæ ad munditiã pertinent sacerdotũ. Audiant ergo illa sacerdotes, vt mũdi semper sint. Asperget (inquit) mũdus super immundũ. Licet sacerdotes nostri in sacramẽtis mundent, quanuis ipsi sint immũdi, tamen peccant, & in dãnationẽ incurrũt. Sed ad contextũ. *Et offer pro emũdatione tua, sicut præcepit Moses, in testimonium illis.* Hoc est, in accusationem & condẽnationẽ sacerdotũ. Cùm enim sacerdotes Iudæorũ Christi doctrinã & miracula calũniarentur, voluit, vt hoc miraculũ eis esset in testimoniũ: vt cognoscant se iniustos esse, & meritò ab eo corripi. Cui simile est, quod in Numeris legitur. Refer (inquit) virgam Aaron in tabernaculũ testimonij, vt seruetur in signũ rebellionis, filiorũ Israel. Et in alio loco dixit Moses. Tollite librũ istũ, & ponite in latere arcę fœderis dñi Dei vestri, vt sit contra te in testimonium. Ego enim scio cõtentionem tuã, & ceruicem tuam durissimam. Vide librum legis positum in testimoniũ, vt si quis contra legem faceret, librum ipsum sui peccati esset testimonium. Sic Christus ait. Prædicabitur hoc euangeliũ in testimoniũ omnibus gentibus. Sic in testimoniũ duritiæ, & infidelitatis sacerdotum mittitur hic leprosus ad sacerdotes. Et quẽadmodũ mundatus constituitur Iudex immundorũ sacerdotum, sic in vniuersali iudicio Regina Saba erit contra Iudæos, & Niniuitæ cõtra impœnitentes, & viri mundi aduersus immundos, non quod semper mundi fuerint, sed quia mundatorẽ quæsierũt, adorauerunt & misericordiã impetrarunt, sicut hic, de quo loquimur, leprosus. Hic leprosus dãnabit in iudicio hos sacerdotes, quia tã apertis miraculorũ testimonijs credere noluerunt. Vtinam & tibi idem non contingat. Multi nãque eximij & egregij prædicatores, quos audisti surgent contra te in iudicio in testimonium diuinæ misericordiæ, & confundẽtte, quippe qui magnis obruti peccatis pœnitẽtiam egerũt, atque misericordiã consequuti sunt, tu autem secundũ impœnitens cortuũ thesaurizas in diẽ iræ & vindictæ. Testimonium etiam aduersus te proferet in die iudicij de diuina misericordia mulier illa adultera, Magdalena etiam, latro, & plures alij, & condemnabunt tuam obstinationem & duritiam. Discе ex hoc loco, vt non omittas legis circunstantiam, quãtum tibi minima videatur, sed cũcta etiam minutula seruare memento, quoniam nihil sine ratione & diuino mysterio traditum tibi est. Quemadmodum enim dominus in donandis beneficijs omnes liberalitatis circunstantias obseruat, ita te in referendis gratijs vult omnes grati animi seruare conditiones. ¶Discat etiam populus, quòd tenetur ministros ecclesię sustentare, & dona offerre Deo pro suis peccatis. Sic dominus præcepit in Numeris offerre sacerdotibus, sed pro opere tabernaculi. Sed sacerdos, qui animarum curam habet, & non operatur in tabernaculo domini, hoc est, qui in ecclesia non ministrat sacramenta, nec populo seruit, nec pascit gregem, qua verecundiæ facie comedit bona pauperum? Præterea si sacerdos sciret se populi peccata comedere (vt inquit Oseas) fel esset eius panis, & non deliciæ & voluptates. Porrò præcepit dominus in Leuitico, vt curatus à lepra offerret tortam panis, duosque turtures, oleique sestertium. *Perambulabat autem sermo magis de illo.* Hoc est fama, & sapientia Christi quotidie magis diffundebatur, cùm alter ad alterum id nunciaret, atque sapientissimè prædicaret Christi facta. Ideo factũ est, quod subditur. *Et conuenerunt turbæ multæ, vt audirent eum, & curarentur ab infirmitatibus suis.* Non quòd omnes essent infirmi, quia plurimi ibant, vt eum audirẽt, quia docebat tanquam potestatem habẽs. *Ipse autem secedebat in desertum & orabat.* Non quòd turba posset eum impedire, sed vt doceret fugiendã esse mundi conuersationem, & hominum consortium, vt posis aptius Deo vacare. Præterea verum hominem se ostendebat orando, & exẽplum prædicatoribus dedit, non ita vacãdum prædicationis officio, vt obliuiscantur ad contemplationis quietẽ recurrere, & ad eleuandam in Deum mentem. Etenim vtriusque vitæ actiuæ & contemplatiuæ actiones coniungi oportere in prædicatione astruit proprio exẽplo. Sic in hortorans ter suos discipulos visitauit, & eos ad vigilandum suasit. Simul & illis prædicabat, & monebat, & patrem ęternum orabat. Docet suo exemplo vt mundum fugientes orationi vacemus. Nam oratio est quidã ascensus, seu volatus animæ in hac vita viuentis, vsque ad Deum, estque quędam petitio, quam Deo nostro & regi nostro offerimus, ob quam in terra degentes in cælis conuersamur, & à diuina clemẽtia, & benignitate amplissimos thesauros cõsequimur. Venimus quippè in cognitionẽ ipsius & nostram, & noscimus nos puluerẽ esse & cinerẽ, si cum infinita ipsius maiestate conferamur. Quiq; dum magis oramus, tanto maiorẽ cognitionem de ipso attingimus, & dum maiorẽ cognitionẽ attingimus, tantò plus illum diligimus, & quantò plus à nobis diligitur, eò magis mundi amorẽ à nobis propulsamus. Ita Iacob in sua oratione vocatus est Israel, hoc est, videns Deũ, ob maximam cognitionem quę in ipsa oratione de Deo attingitur. Claudus autem factus est luctans cum Angelo, quia claudi sunt viri contemplatiui in amore mundi. Docet etiam Christus ne populare m captemus gloriam, & ne gentis multitudinem eo nomine ad nos alliciamus, sed potius omni humanæ laudis vento spreto, soli Deo placere conemur. Sed iã aliud insigne miraculum, in quo Christus clarè suã diuinitatem ostendit, enarrat Lucas noster, ita magnificũ & egregium, vt hanc ob causam ciuitatem, & locum, & singula explicet dicens. *Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docẽs. Et erant pharisæi sedentes, & legis doctores, qui venerant ex omni castello Galilææ, & Iudææ & Hierusalem, & virtus domini erat ad sanandum eos.* In primis notandũ quod locus vbi Christus hoc miraculum fecit erat ciuitas Capharnaũ (vt Marcus aperte testatur.) Hanc ciuitatem vocat ciuitatem Christi Matthæus, dicens, quòd transfretauit Iesus, & venit in ciuitatem suam, eò quòd ibi sæpe prædicauerat, & multa miracula fecerat. Quemadmodum enim Iesus Bethlehem suo ortu nobilitauit, & Nazareth educatione celebrem, & illustrem reddidit, & Ægyptum sua fuga fœlicem fecit, ita Capharnaum frequenti prædicatione, & miraculis adoptauit in patriam. Hanc non nominauit Matthæus, sed vocat illam Christi ciuitatẽ, quia audiebat verbũ eius. Vt tu intelligas ex hoc, quòd quia hic populus Dei verbum audiebat, suus erat factus, tu autem cum id nolis audire alienus & exter factus es, iuxta illud. Qui ex Deo est, verba Dei audit propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Et alibi. Oues meæ vocem meam audiunt. In hoc cognoscitur quis sub Christi vexillo ambulet, si aures præstet, vel non præstet suo verbo. Id autẽ quod ait, quòd venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ, accipiendum est sub distributione accommoda, vel hyperbolicè ad insinuandum, quòd ex plurimis castellis venerunt. *Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere ante eum.* Venerat Christus nauigio à regione Genezareth, & offerunt paralyticum. Hoc ne donũ illi offertis? hãc lepram? istam putredinem? Cibus Christi suauissimus, & iucundissimus est conuertere peccatores, ideo offerunt ei hunc paralyticum. Idque omnes offerre ei deberemus. Nam si nobilis aliquis vir infirmus est, & perdicem assatam comedere iuuat, statim ministri, & serui qui suã salutem cupiunt, illam diligenter quærunt, & ei afferunt. Ita vult dominus animas lassatas, quæ ab vnguibus dæmonis sint ereptæ, Christi oblectamentum, & deliciæ suæ animę sunt, vt ipse dicit. Ego habeo cibũ manducare, quẽ vos nescitis. Quod dixit ob animas, quas cõuersurus erat illorum Samaritanorum. Hoc dono isti obsequium Christo præstãt, & hunc cibũ nimis sapidũ mundi redẽptori offerũt. Ideo Dauid. Afferte dño filij Dei, afferte domino filios arietũ. Sic nos offeramus illi in donum animas nostras peccatrices, vt eas comedat, & curet.

Mar.2. ¶Obserua etiã, quòd (vt Marcus ait) à quatuor hominibus iste paralyticus portabatur. Vbi discrimen inter seruos Dei, & alios homines clarè agnosces. Nam boni (vt erant hi portantes paralyticum) se inuicem adiuuãt. Sic Paulus. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Ideo consulit dicens. Alter alterius onera portate. At mali non ad bonum faciẽdum se inuicem adiuuant, vt autem in-infernum te præcipites, multos inuenies, qui te adiuuent. Quatuor quidẽ homines huic paralytico fuerunt adiutorio, vt ad Christum Dominum tenderet, & vt salutem animæ, & corporis consequeretur, at nunc quatuor non inuenies, qui te ad Christum ducant, imò bis ducentos, qui te ab eo semoueant, & in infernum ducant. Multos in mundo inuenies, qui te vias inferni facilè doceant, quique te adiuuent, vt celeriùs in infernum abeas, at paucos vel nullos, qui te obsequiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei doceant, & in eo adiuuent. Plurimos inuenies, qui te ad alearum, & taxillorum ludum inuitent, ad conuiuia & bacchanalia, ad luxuriam & libidinem, & ad obsequiū dæmonis, neminem verò, qui te in obsequium Dei adiuuet, aut alliciat. Imò inuenies, si incipis Deo seruire, qui tibi dicat, & ad aures diabolico spiritu cenat. Ne modo hoc cures, quia hypocrisis est. Nondum iniquus Siba finem his verbis imposuerat, non est nobis pars in Dauid, cùm statim omnis populus fuit eum sequutus. Eodem modo cùm Abimelec regnum Israel vsurpauit in suum auxiliū, statim habuit omnes vagos inopesque, & populum Sichem. Sic etiam cùm perfidus Adonias regnum paternum voluit vsurpare (cum adhuc Dauid pater eius viueret) statim in suum auxilium venerunt Ioab, & Abiathar qui magnates erāt in regno. Ad malum plurimos fautores inuenies, quòd si in infernum præcipitare te volueris, non deerit, qui calcaria tibi admoueat. Vnde Dominus per Zachariā eos minatur, qui adiuuabant gentes in destructione Hierusalem, dicens. Ira magna ego iratus sum super gentes opulentas: quia ego iratus sum parum, ipsi vero adiuuerunt in malum. Ad bonum verò non solum non est, qui adiuuet, sed multi sunt, qui impediūt, vt hic impediebat turba, de qua statim dicemus. ¶ Expende etiam, quod quatuor habuit hic paralyticus, qui eum adiuuarent in sua ægritudine, quique ad Christum ducerent: de quo ego non dubito, nisi quod diues esset, nam pauper solus ipse in cubili iacet, solus suam indigentiam patitur. Si dues infirmatur, à multis inuisitur, si ei vel vxor, vel filius moritur, omnes eum consolantur, & ibi præsentes adsunt vt suæ tristitiæ medeantur. Ioram, qui rex erat, statim cum ægrotauit, venit ad eum visitandum rex Ochozias. Etiam ad Ezechiam, qui diues erat statim, vt in ægritudinem incidit, Merodach rex Babyloniæ nuncios misit, & munera. Ita diuitibus nunquā desunt alij, qui in suis infirmitatibus munera tribuant, & eos consolentur: at pauper si ægrotat, nec medicus eum inuisit, quia pecuniam non habet, & omnes amici fugiunt, & fastidiunt eum. Ægrotus ille, quia mancipium erat, & pauper solus relinquitur, cùm ægrotaret, & moreretur vtique coactus fame, & siti, nisi Dauid ei subueniret. O miserum pauperem, qui in ægritudine ab omnibus solus relinquitur: in tribulatione & angustia non est, qui eum consoletur. In labore & indigentia ab amicis nō agnoscitur, in periculis spernitur: & denique miseram eius sortem sentio deplorandam, super quē omnes labores & calamitates magno feruntur impetu. *Et non inuenientes qua parte illum inferrent præturba.* Turba impediebat accessum ad Christum. Sic in libro Esdræ habetur, quòd populus terræ impediebat populum Iudæ in ædificando. Populus terræ, scilicet, qui terrena sapiunt, & amant, impedit populum Dei. Vnde Ecclesiasticus ait, ne pecces in multitudine: nec te immittas in populum. Discamus ergo ex hoc loco fugere turbam. Quocirca in Exodo dicitur. Ne sequaris turbam. Vnde etiam in quarto libro regum legitur de quodam principe Samarię conculcatum esse à turba, & interemptum in ingressu portæ. Quādo aliquis chirurgus vulnerato mederi vult, omnem gentem à se semouet, nec in platea illum curat, at ingressus cubile ibi medicamina apponit: ita Dominus curaturus animam tuam eam à multitudine populi segregat. Ita cùm Dominus surdum illum & mutum curare voluit (vt inquit Marcus) segregauit illum à turbis. Sic tu fuge à mundi tumultu, & à sæculi negotijs, vt saluti animæ tuæ possis consulere, & aptiùs Deo vacare. Hanc etiam turbam dominus docuit semouendam à nobis, cùm scilicet puellam suscitauit. *Ascenderunt supra tectum, & per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum.* O diuinam charitatem, quàm potentes, quàm robustæ, & quāti valoris tuæ sunt vires. Nihil ei difficile fit, aut impossibile quantum asperum, & laboriosum sit. Videte obsecro, quomodo nihil obstaculo charitati possit esse: & quomodo remedium quærit, vt id faciat, quod intendit. Etenim quanuis illa domus plena erat hominibus, vt penè videretur vix fieri posse ad Christum introire, horum charitas remedium inuenit. Sic vtique nos, si charitatem haberemus, multa possemus perficere, quę nobis difficilia videtur. Sed de his aliàs. ¶ Expende etiam quomodo omnes se bene in hoc negotio gesserunt. Nam qui infirmū ducebant tanta erant charitate incensi, vt non obstante tam maximo impedimento (sic diuino spiritu & amore ardebant) infirmum coram Christo constituerunt. Docent quomodo subueniēdum est proximis, cùm extremam patiuntur necessitatem.

Hi

Hi namque non veriti sunt domum fodere, & tectum aperire: nec timuerunt an forsitan illa sua audacia animus domini offenderetur. Etiam tota illa multitudo gentis, quæ Christum audiebat se bene habuit, nā cùm terra desuper caderet, & tegulæ de tecto tollerentur, nullum strepitum, aut murmur fecerunt, sed quietè, & tranquillè concionem Christi audiebant. At nos vel sola musca in concionibus inquietos reddit, & deuotionem, & attentionem aufert. Christus etiam bene se habuit, quia mitissimus Dominus imprudentiam & importunitatem istorum non exprobrat: non stomachatur videns interruptum sermonem, sed potiùs approbat fidem baiulantium. Discamus à Christo patienter ferre importunitates infirmorū, paucorum, & egenorum. Etenim videbis multos, qui cùm pauperes accedant ad eos suam indigentiam manifestantes, eos fastidiunt, & verbis ignominiosis afficiunt, & quod peius est fustibus cædunt. ¶ Discamus etiam ab his, qui paralyticum ferebant, quantum debeamus facere pro salute animæ nostræ. Si tantum pro salute paralytici corporali fecerunt, vt etiam domum alienam confoderent, quid nobis pro salute animæ nostræ agendum esset? Si igitur pro salute corporali nullum non lapidem isti mouent, quantum laboris nobis esset impendendum pro salute spirituali? Salus corporis honor & diuitiæ, nihil sunt: si cum hac spirituali salute conferantur. Dormierūt somnum suum, & nihil inuenerūt viri diuitiarum in manibus suis. Quis obsecro explicare valebit quanta, & quam difficilia homines patiātur pro salute corporali? Venas abscindi permittūt, pharmacum, & potiones amaras assumunt, &c. Quanta & quam maiori solicitudine animæ salus curanda esset? Maximam curā habuit de corporis sanitate Ochozias rex Israel: nullam autem de recta animæ valetudine. Infirmabatur in corpore simul, & in anima: at ipse solicitus tantum erat de corporis salute, atque ideo misit nuncios ad consulendum Beelzebub an viuere posset, & sanus fieri ab illa infirmitate, & alios & alios nuncios misit. At nihil de anima regina agebatur. Ieroboam quoque rex Israel magnā curam habuit de corporis incolumitate filij sui: quapropter Ahiam prophetā consuluit, & misit illi vxorem suā, vt filij incolumitatem ageret. Vtinam homines tot atq; tanta facerēt pro animæ salute. Sic Naamā Syrus venit in regnum Israel quærēs salutem corporis: & longum iter peregit, vt à lepra corporis mundaretur: & nunc etiam multi longius iter agunt, & cælū mutant, & rem omnem consumunt, optimosque quærunt medicos, vt salutem corporis attingant: at nec tantillum laboris assumunt, vt concionem audiant, quæ animę medicina est salutifera, *Quorum fidem vt vidit, dixit.* Maxima fide hi prædicti erant, qui paralyticum ferebant ad Christum. Alij forsitan essent, qui humana recti ratione, eis videretur satis esse, ad ianuam expectare, quousque concio Christi finiretur. At fides multoties ea aggreditur facere, quæ intellectui humano manifestissimæ videntur insaniæ: cùm potiùs summa prudentia & sapiētia sit. Etenim (vt diuinus Paulus inquit.) Sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Id autem maxime deplorandum est, quòd ad quærendam corporis valetudinem nullam faciūt homines moram, nec cōsilia expectant, quærēda sit, nec ne: at ad salutem animæ quærendam vnusquisque suā profert sententiam: & cras istud faciendū dicunt, & tempore quadragesimæ confitēdum esse. Hi autem nec per dimidię horæ spaciū expectarunt, cùm non esset in paruo tempore aliqua infirmi iactura. At cùm tantum sit discrimē animæ, si mora fiat in quærenda eius salute: nunc homines de mora & dilatione agunt, dum animæ curant salutem. ¶ Obserua autem, quòd infirmitas corporis bene sanari potest sine fide propria si adsit alterius fides, & preces. Sic impetrauit Centurio sua ardenti fide seruo suo sanitatem. Vade (inquit Christus) & sicut credidisti fiat tibi. Eodem modo Cananæa filiæ suæ assequuta est sanitatem. Mulier (inquit) magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Ideo licet hic paralyticus fidem propriā habuerit, poterat tamen sanari sola fide portantium: quia ad curandā ægritudinem corporis, quæ omnino exterior est, non est necesse quòd concurrant aliqui actus ipsius curandi. Sed si curanda sit anima, scilicet, vt remittantur ei peccata, necessaria est fides propria, quia neutiquam fieri potest, vt alicui peccata remittantur sine propria fide. Nam in adulto, qui iā ad vsum rationis peruenit, non satis est aliena fides. Hoc dico propter infantes, qui in aliena fide baptizantur. Huic autem paralytico non solum restituit Dominus pristinam corporis incolumitatem, sed etiam salutem animæ donauit: qua

propter

2. *Reg.* 20.
Iudi. 9.
3. *Reg.* 1.
Zacha. 1.
4. *Reg.* 9.
4. *Reg.* 20.
1. *Reg.* 30.
1. *Reg.* 1.
Matth. 9.
Reg. 12.
Reg. 14.
Reg. 5.
Eccli. 4.
Exod. 23.
4. *Reg.*
1. *Cor.* 1.
Matth. 8
Matth. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter dicendum est fidem propriã habuisse, nec pateretur ab alijs portari, nisi fidem ipse haberet. Est autẽ duplex fides, scilicet altera, qua creditur, & hæc est virtus Theologica, altera est fides, quæ confidẽtia quẽdam est, scilicet, qua credimus quod donabit dominus, id quod ab eo petimus: vtraq; autem requiritur in eo, cui peccata dimittenda sunt. De priori patet, quia infideli non possunt peccata dimitti. Ideo in Marco habetur. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Et tamen si homini remittuntur peccata, necesse de lege est, vt saluetur, si in gratia discedat: infidelis autem saluus fieri nequit, ergo infideli non possunt peccata dimitti. Sic etiam per Ioãnem inquit dominus. Qui non credit, iam iudicatus est, id est, condemnatus. Ergo prior fides per quam creditur quicquid credendum est, requiritur ad remissionem peccati. In paruulo autem licet non sit fides, quia non potest habere actum proprium, nulla est infidelitas: cùm infidelitas aliquid positiuum asserat, & est per actum proprium ipsius hominis infidelis. Et quia illa inducta est per actũ proprium hominis, necesse est, vt per actũ proprium tollatur, vel vt cõcurrat actus eius ad tollendum, consentiendo Deo illam tollenti. Paruuli autem non habent, nisi peccatum originale, illud autem non est peccatum propriè personale, cùm factum non sit per proprium actum, sed per originem ab Adam transfusum. Cùm ergo sine proprio actu peccatum in eos introductum sit, iustum est, vt sine proprio actu deleatur, & sine fide propria, per solam fidem ecclesiæ, infundẽdo ei fidem, vt iam fidem propriam habeat. Peccata autem adultorum sunt propriè personalia, quia per proprium actum ex electione commissa sunt. Vnde consentaneum est rationi, vt nõ nisi per proprium actum deleantur. Ideo necesse est propriam fidem vt habeat is, cui peccata sunt remittẽda, si adultus fuerit. Quia primus motus ad iustificationem est ipsius fidei, quæquidem radix est iustificationis. ¶ De altera autem fide, id est de confidentia dicendũ est, quòd sine illa, non possunt peccata dimitti: nam quanuis aliquis credat omnia, quæ in sacra scriptura continẽtur, & quæ ecclesia credit: si non confidit dominum ei remissurum peccata, si ipse doluerit, non vtique dimittẽtur. Imò etiam si peteret illa dimitti si non confideret, & certissimè crederet illa sibi dimittenda, nunquam dimitterentur. Vnde Iacobus ait. Postulet in fide, nihil hæsitans. *Mar.16.* *Ioan.3.* *Iacob.1.*

¶ Obserua autem quod loquendo de fide virtute Theologica, vt communiter solet accipi, quandocunq; in scriptura sacra de fide mentio fit, semper accipe pro fide viua, quę est formata charitate. Quis enim adeò insanus est & stupidus, vt si hominem proferas non addendo pictum, vel mortuum, hominem non accipiat pro homine viuo? tripliciter nanque hæc dictio homo de homine accipitur. De viuo in sua potissima significantia, & de homine mortuo, & de eo, qui artificis manu depingitur. Si autem quis referret tibi in via se vidisse hominem, non vtique de mortuo, aut picto id intelligeres, sed de viuo. Itaque cùm sit fides mortua, & fides viua, cùm de fide sermo innuitur, de viua intellige non de mortua. Quòd autem sit fides mortua, Iacobus attestatur, fides sine operibus mortua est. Illam autem, quæ per charitatem operatur, vocamus viuam. Ideo que cùm audieris in Euangelio fidem iustificantem, vt cùm dixit Christus Magdalenę, fides tua te saluam fecit, & alijs, intellige de fide viua, hoc est, charitate formata. Quod perinde est acsi dicatur. Fides charitate viua iustificat, non per se solam, sed per gratiam. Et virtus, quæ dat vitam fidei, illa est gratia, quæ vitam dat iustificationi, & ea est, quæ impium iustificat. Et cùm hic dicitur, videns fidem illorum intellige de fide viua. Et ideo etiam dixit, remittuntur tibi peccata tua: nam qui portabant, charitatem habuerunt in fructu, quæ est misericordia, & opera charitatis à charitate procedentia, quia si charitatem non haberent, non vtique proximum infirmum tanto ardore & feruore ad Christum duxissent. Et ipsemet paralyticus, qui portabatur, charitatem etiam interiorem habuit à Christo, & fidem formatã, quia hæc sola iustificat. ¶ Sed cur fides per se sola non potest iustificare? Audi obsecro responsionem. Peccatorem iustificari nihil aliud est, quàm Deo in hac vita vniri, vt sic manens vnitus, vniatur cum eo postea in gloria. Vnimur autem per charitatem. Ideo Ioannes. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Non dixit qui manet in fide, sed qui manet in charitate. Amans ergo & amatus amore coniunguntur, non cognitione. Quapropter gratia vnit cum Deo, & iustificat impium. Et Christus etiam. Si quis diligit me, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Igitur isti habuerunt priùs fidem ex dono Dei: quia fides (vt Paulus ait) donum Dei est. Et ad Romanos. Vnicuiq; diuisit Deus fidei mensuram. Et iterum. Alteri datur fides in eodem spiritu. Et in Actis legitur, quòd prædicante Paulo & Barnaba Antiochiæ crediderũt quotquot erant præordinati à Deo. Et in ciuitate Philippis, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas colonia, loquente Paulo quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorum colens Deum audiuit. Cuius dominus aperuit cor, vt intenderet his, quæ dicebantur à Paulo. Hanc fidem vocant Theologi infusam. Est enim diuinitùs infusa nullis humanis meritis acquisita. Fides horum hominum inde cognoscitur, quia credunt Christum potentem ad illum ægrum sanandum. Secundò fuit his hominibus fides acquisita, ex bona fama, quam de Christo audierant, & concepe rant. Audierant clementissimũ & benignissimũ esse, neminemq; ad eum accedere, qui absque consolatione abiret. Audierant omnibus opem conferre, & multa miracula mirabili potestate fecisse. His igitur tam præclaris factis auditis, ad Christũ confugiunt ducentes secum paralyticum. Fides (inquit Paulus) ex auditu, auditus autem per verbũ Christi. Ex diuinis scripturis deprehendimus verbum diuinum instrumentum esse, quo Deus nos vocat ad fidem. Idem de miraculis patet in Sergio Paulo. Et Ioãnes inquit multos Iudæorum credidisse in nomine eius, videntes signa, quæ faciebat. Et Christus dixit Iudæis. Si mihi non vultis credere, operibus credite. Docemur, vt firmiter credamus, Christum posse & velle nobis afflictis, & in quacunq; tribulatione iacentibus opẽ ferre: modo suæ gloriæ promouendæ & vtilitati animarum sit profuturum, ob idque totam nostram spem semper in ipsum esse reponendam. Ideo Paulus. Spes non cõfundit. Et in psalmo. In te cõfido non erubescam. ¶ Docemur etiã vt proximis afflictis inseruiamus, cunctisque hominibus verbo & opere, & consilio prosimus & auxilio. In his nanque duabus præclaris virtutibus fide & charitate simul cum spe vniuersa ratio Christianæ vitæ cõsistit, quæ virtutes cùm separari possint, altera sine altera ad salutem nihil prodesse potest. Iam ad contextum reuertamur. *Homo, remittuntur tibi peccata tua.* Matthæus dicit eũ vocasse filium. In quo ostenditur propria fide illum fuisse saluũ: hoc quippe nomine Christus credentes appellat, quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Neminem leges in euangelio à Christo neq; ab Apostolis vocatum fuisse filium, nisi hunc paralyticum. Videas rogo quomodo Deus faueat pauperibus, afflictis, & infirmis: nã beneficiũ hoc, vt aliquẽ vocet filium, nõ Christus diuitibus mundi & opimis confert, sed egenis & mœstis, diuitibus autem in viua fide. O bonitatem immensam & inauditã Christi saluatoris nostri. Quis adeo tam obscœnus peccator erit, & tã iniquus, qui in Deũ suum non conuertatur: cùm videat, quàm blandis & suauibus verbis hũc paralyticum alloquatur & eum consoletur? ¶ Obserua autem, quòd Christus tãquam peritus agricola, herbam malam radicitus euellit: & tanquam expertus medicus, infirmitatis causam tollit. Hic nanque paralyticus salutem corporis volebat, & hãc desiderabat: at Christus priùs illi ignoscit peccata, quæ causa erant ægritudinis corporis. Quando chirurgus intra vulnus relinquit assulam lanceæ vel iaculi, hic talis non vtique verè sanat, sed apparenter: & potiùs infirmum in sepulturam mittit. Opus est interius malum extrahere. Nam cùm salutem à domino petis, cùm intùs habeas causam infirmitatis, quæ peccatum est, te non vult exaudire. Non in pristinam valetudinẽ deuenies, nisi priùs ferrum lanceæ, quod tuã animam transfixam habet, euelleris. Esau magnis precibus Deum orabat, & lachrymas fundebat: at (inquit Paulus,) misericordiam nõ est consequutus. Quare obsecro? quia peccatum intra animam habebat, & orabat cũ odio haberet fratrem suum. Si ægrotas propter peccata tua, tolle priùs peccata, & sanus eris. Ita nanque Christus huic prius sanat animam, posteà verò corpus. Nam etiã si Deus ægritudines soleat immittere alijs multis rationibus, vt iustis, vt maius sit eorum meritum, & vt magis eorum clarescat virtus, vt fecit cum Iob: & etiam vt gloriam suam manifestet, vt cum cæco à natiuitate, & ad initium tormenti & crucis in hac vita, vt cum Antiocho & Herode: & deniq; alijs multis de causis: at hoc certũ est, quòd multoties ægritudines mittit ob nostra scelera & peccata, vt in meliorem men- *Matt.9.* *Ioan.1.* *Hebr.12.* *Iob.1.* *Ioan.9.* *1.Mac.9.* *Actor.12.*

mentem redeamus,&vt in viam mandatorum eius reuertamur. Et deniq, id plus quã certũ est,quod clemẽtissimus & benignissimus dominus his infirmitatibus salutem & commodum animæ nostræ semper querit.

Ioan.5. Nam propter peccata sua iacuit triginta octo annos in piscina ille infirmus, cui dominus dixit. Ecce sanus factus es, noli amplius peccare. Quod Moses clarissimis indicat verbis, dicens. Nisi audieris vocem dñi

Deute.28. Dei tui percutiet te pestilentia, & morbis, scabie quoque & prurigine. &c. Quando tyrannus ille Aman populum Dei voluit euertere, quia non adorauit eum Mardochæus,conuersa ad dominum Hester dixit.

Hester.14. Peccauimus in conspectu tuo, ideo traditi sumus in manus inimicorũ nostrorũ. Tantas atque tam graues animaduersiones solum in peccata reiecit sancta illa fœmina: nam hęc acrius inferebant bellum,quã rex & superbus Aman, & hæc erant causa potissima,radix,& origo omniũ laborũ, quos patiebantur. Atque ita regina sancta nõ cõuersa est aduersus regem, neque aduersus

Tob.3. Aman:sed aduersus scelera & flagitia populi.Legimus etiã de sancto Tobia, quòd cùm Iudæi captiui essent in Niniue à Salmanasar Assyriorum rege, quòd cùm videret tanta mala,quæ Iudæi patiebantur, conuersus ad Deum dixit. Quoniam non obediuimus tibi traditi sumus in direptionem & captiuitatem, & mortem. Labores omnes, mortem, & calamitates Israël solum

Prou.14. Tobias peccatis tribuit. Ideo Salomon. Miseros facit peccatũ populos. Sic ecclesia alloquens Deum de populo Christiano ait. Nulla nocebit ei aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Ob scelera & flagitia populi mittit dominus mortem, famem & pestẽ in eũ. Solet enim cõtingere, vt aliquis dñs habeat multos seruos & ministros, quibus omnibus penarius victum quotidianum ministrat:at cùm aliquis delinquit,vel minus bene facit id,ad quod tenetur,præcipit dominus,vt portio illius diei illi tollatur. Ita nimirum terra,aqua,& omnia elementa dispensatores sunt Dei, qui nobis seruis suis victum quotidianum ministrant: at quando eius mandata non adimplemus, & aduersus sua præcepta delinquimus,præcipit

3.Reg.18. terræ vt sterilis fiat,& nubib⁹ cœli ne pluãt. Sic temporibus Achab & Iezabel propter eorũ scelera & peccata non pluit tribus annis,& sex mẽsibus:& facta est fames & sterilitas maxima. Sic Salomon in oratione, *3.Reg.8.* quam habuit domino Deo Israël in templo dixit. Si clauso cælo pluuia non fluxerit,propter peccata populi tui. &c. Tanta *Genes.6.* mala &flagella, quæ dominus immisit in Sodomã facta fuerunt propter sua scelera: nã si dominus in illis ciuitatibus decem iustos inueniret, omnibus propter hos sine dubio parceret. Quòd autẽ peccata sint causa flagellorum,quæ nobis dominus mittit, apparet in hoc manifestè: nã cessãtibus malis,cessant etiam flagella, nam ablata causa tollitur effectus. Huius autem rei vnicum tantum adducam exemplum. Præcepit dominus Ionæ,vt abiret in ciuitatem Niniue, *Ionæ.3.* & diceret. Adhuc quadraginta dies Niniue subuertetur. Cum rex & omnes Niniuitæ cognoscerent flagitia sua maiori esse digna supplicio,surrexit rex de solio suo,&pœnitentiã egit:tuncque dominus, vt pius & misericors sententiam reuocauit, quia ipsi delicta emendarunt. Cessantibus peccatis,cessauit flagellum. Si hoc igitur ita verum est, quare non pœnitentiam agimus? Imò potius de nobis dici potest illud Esaiæ. Vocabit dominus exercituum in die illa ad fletum,planctum, & caluitium & ad cingulũ sacci,& ecce gaudium &lætitia. &c. Vnde discere nos oportet ex prioti notabili,vt in quacunque infirmitate, angustia, & afflictione vitam emendemus, & peccata lachrymis & contritione deleamus. Hoc nanque vnicum refugiũ est,& sacratissima anchora,ad quã nobis est recurrendũ. Sic irã dñi & flagella fugerunt Niniuitæ. Sic filij Israël hoc vnico remedio euaserunt tyrannidem Chusa, Eglon, Iabin, Madian, & Amon & aliorum tyrannorum, qui grauiter eos opprimebant. Nam quando peccabant,statim hi Gentiles suam sæuitiã in eos exercebant: quando autẽ conuertebantur, dabat eis dominus saluatorem,qui à manibus inimicorum eos liberabat. Statim, vt fluuius hic clauditur, omnes riuuli ab eo procedentes deficãtur. Sic Ecclesia sancta Dei præcipit medicis corporalibus,vt prius gerant curam animarũ eorum qui infirmantur, quam corporum: præcipientes,vt illis omnia ministrentur viatica sacramenta.

¶ Discamus secundò patientiam habere in infirmitãtibus & tribulationibus, considerantes peccata, quę in Deum cõmisimus:& quòd ea, quę patimur, digna sunt nostris flagitijs. Etenim si homines recordarẽtur, qui bus

bus digni sunt pœnis,ob quæ quotidie committunt peccata,non conquererẽtur in infirmitatibus suis,nec grauiter &molestè ferrẽt pœnas,quas hic patiũtur. Sciant igitur peccatores homines infirmitates,&labores,qui illis eueniunt,in pœnam peccatorum eis tributi. Ideo cogitandum tibi est si infirmus in lecto iaces, quòd in meritum tuorum peccatorum hæc tibi succesit infirmitas. Quando autem proximos tuos ægros videris, cogita illas infirmitates dominum eis misisse, vt eorum virtus probetur, & clarius eluceat, & in testimonium suæ bonitatis & patientiæ. Ita dominus semper se habuit cum illis sanctis viris veteris testamenti, cum Abel, Noe, Abraham, Loth, Isaac, Iacob, Ioseph, Iob, Dauid, Tobias, Hieremias, & cum alijs multis iustis. His afflictio purgatio est reliquiarũ, aut certè probatio Dei, qua manifestat se maximo amore, erga tales affici. Corripit enim Deus & flagellat filium quẽ suscipit. Et Sapiens. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. De quorum numero ij fuerunt, de quibus Paulus Hebræis ait. Sancti sunt, tentati sunt, &c. Et Salomon. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, &c. Hoc de proximis tuis iudicare decet, & credere, quòd immittit dominus illis tribulationes & labores quia recti & probi sunt: tibi autem infirmitates & dolores, quia maioribus tormentis ob tua flagitia dignus es. ¶ Discamus terriò quàm graue malum sit peccatum, quando illius tam acre flagellum, vt est infirmitas paralysis,ob illud mittit. Si Deus in hac vita peccatum sic punit: quid in alia faciet? Quocirca tu qui dolores pateris ex aliqua graui infirmitate, vel stomachi,vel capitis, vel podagræ, recordare obsecro quàm graviter Deus in alia vita in eos animaduertet, qui suã vitam peccatis contaminarunt,quãdoquidem in hac sic eos punit. Vnde tuam mentem subibunt terribiles illi ignes inferni, & ita fiet, vt in odium, & detestationem peccati prorumpas. Verum præter hãc doctrinam aliqua in his Christi verbis observatione digna sunt. ¶ Primò quàm liberalis & magnificus sit Dominus, qui plura contulit beneficia huic paralytico, quàm petebat. Ipse nanque solam corporis valetudinem desiderabat,& petebat: Christus vero & animæ, & corporis restituit salutem. Sic Salomoni qui solam sapientiam petebat, dedit sapientiam & diuitias. Abrahæ, qui vitam tantum petebat Ismaeli dicens, Vtinã viuat Ismael coram te:dedit illi Isaac & reges orti sunt de Ismaele. Ezechię, qui *4.Reg.20.* vitam petebat, non solum dedit vitam, sed & addidit quindecim annos. Sic latro pen- *Lucæ.23.* dens in cruce rogabat Christum,vt eius memoriam haberet, quod non solum donauit Christus,sed æternam illam patriam, quam sancti martyres, & confessores mille passis tormentis,mille generibus ignominiæ sunt ingressi. Tres etiam reges pugnaturi contra Moab petierunt ab Eliseo, vt rogaret Dominum pro pluuia, quibus dixit Dominus in manu Elisei. Hæc dicit dominus. Alueus *4.Reg.3.* replebitur aquis, & bibetis vos, & familię vestræ, & cuncta vestra. Parumque est hoc in conspectu domini: insuper tradet etiã Moab in manus vestras. Vide quomodo non solũ aquam,quam petebãt, sed etiam victoriam donauit Dominus. Regulus etiam salutem *Ioan.4.* filio petebat tantum: sed Dominus & salutem filio dedit,& patri fidem, quam non petebat. Sic Moses petiuit à Domino:vt suam *Exo.33.* gloriam videre illi concederet: ipse vero pollicetur vniuersa bona sua illi ostensurũ. Non sic mundus qui magna promittit, largitur autem minima. Promittit vitam longæuam & fœlicem cum breuis illa sit, & laboribus plena. ¶ Secundò obserua, quomodo quem Deus castigauit paralysi propter peccata, quomodo etiam postea eum consoletur, non solum remittẽdo illi peccata, sed blande eum alloquẽs,& filium vocans. Munus equidem, & officium boni pastoris est, mœstos ac tristes consolari, & quos superior corripit arguit, vicarius inferior demulcere debet. Sic in Deuteronomio con- *Deute.33.* solatur Moses Ruben potiùs, quàm alium dicens. Viuat Ruben, & non moriatur. *Gene.49.* Hunc filium pater Iacob grauiter corripuerat, quem substitutus Moses consolatur. Sic Dominus qui Israelem corripuerat,consolatur eos per prophetas suos. Sic dominus postquam grauiter populum suum arguerat,consolatur eum per Esaiam dicens. Con- *Esa.40.* solamini,consolamini populi meus, &c.

¶ Tertiò expende, quàm facile Deus placatur. Vtinam homines tam facilè iram suam deponerent. Nemo est, qui tam faciliter, & aliàs tã difficulter placetur sicut Deus. Audi Deum quasi nunquam iram suam depositurum. Non retrocedam, neque parcam: & *Eze.24.* non pœnitebit me. Et Oseas. Ibunt cum bo- *Oseæ.5.* bus & muneribus suis,in gregibus suis,& in armen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

armentis suis vadent ad quærendum dominum, & non inuenient, ablatus est ab eis. Lege totum illud Oseæ caput, & videbis Deum quasi qui placãdus vnquam non esset. Sed vide illum mitem, mansuetum, & blandum, & qui facilè placatur, quiq; per Ieremiam dicit. Nonne filius preciosus est mihi Ephraim, si puer delicatus ex quo loquutus sum de eo. &c. Et per Esaiam. Populus enim Sion habitabit in Ierusalem. Plorans nequaquam plorabis, miserẽs miserebitur tui. Ita dominus in hac vita facilè iram aduersus nos conceptam deponit, nũc lachrymis, vel gemitu, vel cõtritione parcit peccatori, quãtunuis inquinatus fuerit peccatis. At post mortem nunquam placabitur, fieri enim non potest, vt tecum sua benignitate & misericordia vtatur: nam etiã si clamores extollas, si cælum & terrã inuoces, si sanctos omnes aduocatos interpelles, nihil proficiet, obturatas habebit aures. Quocirca Ezechiel propheta in mirabili illa visione dixit: quòd facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. Habet nanque dominus faciem hominis, peccatori, qui in hac vita ad eum confugit, & habet etiam faciem leonis, vt in eum animaduertat grauiter, nisi pœnitentiam egerit. Si igitur tu attentè consideraueris Christi benignitatem, & dulcia verba, quibus infirmum alloquitur, & eum consolatur: non dubito nisi quòd statim in manus suas te iactabis: nec tempus expectabis in quo illũ inexorabilem inuenies, & implacabilem.

Ier. 31.

Esai. 30.

Ezc. 1.

¶ Quartò aduerte, quòd non satis erat dicere, remittuntur tibi peccata tua, nisi adderet tibi. Acsi diceret. Tibi remissa sunt peccata tua, absolutus ab eis manes. Quod de est, tibi, vt satisfacias, ego pro te rependã. Magna quidem solutio & pretium pro satisfactione tuorum peccatorum erat necessaria: nam ex omni parte caperis à peccatis, & paralyticus es: at ego vt plenam faciã & integram tuam satisfactionem, acerbissimam & ignominiosam crucem libenter amplectar, nam sola pœnitentia tua non est sufficiens. Sic Dauidi postquam pœnitentiam egit, dixit illi Nathan propheta. Dominus transtulit peccatũ tuũ. In quẽ obsecro transtulit? In filium Dauid secundum carnem, qui Christus redemptor noster est. Quasi dicat. Hæc satisfactio non sufficiens est: at coniuncta cum satisfactione Christi sufficientissima est. O beatum hominem, quẽ Deus liberauit à debito, quod soluturus erat in inferno. Vnde egregius vates. Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Primò dicit, quòd sumus peccatores, nam aliàs non diceret, nisi beati, qui non peccauerunt. Mundus beatos appellat diuites possidentes aurum & argentum: at Dauid eos beatos dicit, quibus remissa sunt peccata. Beatus iste, qui audire meruit, remittuntur tibi peccata tua. Quod idem tu audies, si in Christum abieris ea deuotione, & fide qua hic incedebat. *Et cœperunt cogitare scribæ & pharisæi dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Non audent manifestè loqui timentes confundi à Christo, sed intra seipsos cogitabant, & inuidebant. Obserua, quàm dissimilem fructum miraculum istud attulerit. Pharisæis nanque scandalum erat, sed turbæ Deum laudauerunt: offendebantur, & in Christi humilitatem impingebant, quoniam nouerãt Deum per prophetam dixisse. Ego sum, qui deleo iniquitates tuas. In Christo autem videbant humanam fragilitatem, ideo credere minimè poterãt, quòd peccata posset dimittere. Et talis de Christo cogitatio nunc etiam plurimos offendit, sicut illi, qui de Saule dicebant. Nunquid poterit nos liberare iste? Sic omnes infideles in Christo scandalizantur, & omnes mali Christianis quoniam aiunt, à peccatis & morte liberare poterit, qui nos in tantis periculis dereliquit? Alij autem dicunt. Quid solatij habere possumus ex promissionibus Christi, cũ contrarium experiamur? Sic offendit mundus ad Christi humilitatem. Ideo ipsemet ait. Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Vide etiam quomodo ipsimet fateantur Christum esse Deũ. Quia si solus Deus potest dimittere peccata, & hæc Christus dimittit, ergo Christus est Deus. Et quòd dimittat, probat ex miraculo facto, quia dixit, quid est facilius, &c. Itaque Iudæi suã perfidiam produnt iudicio suo: vt opus astruant, personam negant. Ab ipsis etenim Christus Dei filius accepit testimonium: quanuis nec propter hoc crediderũt, quanuis apertum viderent testimonium. Perfidia nanque confiteri potest, credere autem minimè. Itaque testimonium non deest diuinitati, fides deest saluti. Nam firmius est ad fidem, quod confitentur inuiti, & pernicios ius ad culpam, quod negant: quia

2. Reg. 12.

quia nolunt credere in eum, quem ore confitentur esse filiũ Dei. Maxima igitur fuit horum amentia, qui cùm confessi fuerint solius Dei esse peccata dimittere, non creduũt Christo, qui miraculo probat, se peccata dimittere. Porrò blasphemia est, quando Deo tribuitur, quod ei non conuenit, vel negatur de Deo, quod ei conuenit. Blasphemia fuit illa Sennacherib, cùm dixit. Non potest Deus vester facere, quod liberet vos de manibus meis. Et propter hanc blasphemiam occidit angelus domini in vna nocte de exercitu suo cẽtum octoginta quinque millia. Et in lege veteri pœna mortis plectebantur blasphemi. Qui blasphemauerit nomen domini, morte moriatur.

Psal. 7.

1. Reg. 16.

Hebr. 4.

¶ Expende autem quod bene & malè loquuti sunt pharisæi. Bene quidem quia blasphemiam abominantur, & gloriæ Dei vindices sunt: malè autẽ, quia ex operib⁹ Christũ non agnoscunt, sed temerè pronũciant sententiam. Exemplo ergo pharisæorum oportet nos omnibus modis abominari blasphemos, & gloriam, quæ solius Dei est, alteri non dare. Pharisæi blasphemiam accusant, vbi blasphemia non est, nos verò impijssimos blasphemos accusare pudet? Deinde id maximè semper nobis cauendũ, ne impiè aut temerè de quopiam iudicemus: aliàs nobis eueniet, quod pharisæis, blasphemiæ arguentes Christum, ipsi blasphemi facti sunt. Nam blasphemia erat dicere Christum non habere potestatẽ dimittendi peccata: quod peccatum, quàm graue sit, vel videri potest in blasphemo illo, quẽ iussit dominus lapidare, per legem editam præcipientẽ, quòd omnis blasphemus morietur. Et per Matthæũ ait saluator, quòd spiritus blasphemiæ non remittetur. Blasphemus nanque contumeliam infert Deo ipsi, cùm alij peccatores contumeliam faciant in rebus suis. Fur vel latro contumeliam irrogat Deo in possessionibus seruorũ suorum, homicida in seruis suis: sed blasphemus in ipsum bonum diuinum, quod Deus est, contumeliam infert. Ideo maximè displicet Deo peccatum blasphemiæ. Non enim sicut alij peccatores præter intentionẽ blasphemi Deũ offendũt, sed ex proposito & industria ipsum Deum aggrediuntur. Nam alij peccatores appetunt delectationes, honores, vel aliud quidpiam mũdi, & vellent si possent his bonis mundi frui sine Dei offensa: sed blasphemus multò aliter quia consulto & præmeditate contra Deum insurgit. *Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris?* Ex quibus Christi verbis nisi deprauato essent animo poterant pharisæi colligere Christum esse Deum, & posse dimittere peccata. Nã cùm solius Dei sit dimittere peccata, etiã solius Dei est cognoscere cogitationes hominũ. Solus etenim Deus regio testante vate hominum cogitationes cognoscit. Et dñs ad Samuelem ait. Homo videt quæ foris apparent, Deus autem intuetur cor. Paulus etiam huic consonat. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Cùm igitur solius Dei sit videre hominum cogitationes, clarum est posse peccata dimittere, qui cogitationes videbat. Volens itaque Christus ostendere se posse peccata dimittere, voluit ad cogitationes respondere. Vnde tibi cogitandum est, qui peccas in occulto, & existimas latere aliquid Deo, quod semper teipsum intuetur. O vtinã hæc aduerteret peccator & intelligeret, quòd Deum habet inspectorẽ, omnium, quæ agit. Multi corã Deo multa facere audent, quos puderet ea coram hominibus ostendere. Existimat enim peccator, quòd sicut ipse non videt Deum, quod nec ipse videtur à Deo: & sicut ipse cæcus est, quod ita etiã Deus habet oculos cęcos. Sed iam Christũ audiamus. *Quid est facilius dicere, dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, surge & ambula? Vt autem sciatis, quòd filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico, tibi dico, surge.* Videtur Christus nõ bene argumentari: nam maius est dimittere peccata quam sanare infirmum: quia ad remissionem peccati necessaria est motio liberi arbitrij, quod vtique necessarium non est ad sanandum corpus. Plus etenim est pondus id me leuare, quod solus non possum, quàm id quod nemine adiuuante possum. Etenim vt vniuersum orbem cælum & terram conderet dominus non indiguit alterius ope, ipse solus sine alterius adiutorio condidit. Et idem dico ad sanandum quoduis ægrotum corpus. Ipse dixit & facta sunt. Nihil aliud est opus, quàm sola Dei voluntas: nam statim vt vult, fit nullo contradicente, aut impediente. At vt Deus parcat peccatum, non satis est si Deus velit, nam præter hoc requiritur ipsius peccatoris consensus, quandoquidẽ illo reluctãte nihil fieri in hoc re potest.

Psalm. 148

Ex quo manifeste liquet plus esse peccatorem iustum efficere: quàm vniuersitatem mundi condere. Et plus est huic paralytico peccata remittere, quàm paralysim curare. Ergo argumentum Christi non valet, quia sic argumentatur. Possum facere quod minus est, ergo possum facere quod maius est. Quia dicit, possum sanare corpus, ergo & animam. Facit nanque istam cõsequentiã. Possũ sanare hũc paralyticũ ab infirmitate corporis: ergo possum sanare animã remittendo peccata. At quòd responderi potest, quod curare corpus isto modo scilicet imperatiuè, tibi dico, surge, æqualis est potentię: quia sicut solius Dei est dimittere peccata, ita solius Dei est hoc modo sanare infirmũ: nam tanta virtus requiritur ad faciendum miraculum isto modo præcipiendo, sicut ad dimittendum peccata: quia vtrunq; est Dei. Præterea si sanare corporaliter accipiatur sub potentia naturæ creatæ quoad factũ & modum minus est sanare corporaliter, quàm spiritualiter. Sed si accipiatur supra posse naturæ creatæ & solitum cursum, vel quo ad factum vel quoad modum, sic æquè magnum est sanare corporaliter, atque spiritualiter. Sic in proposito iustificare maiꝰ dicitur, quam creare quoad factum: sed quo admodum faciendi & potentiam facientis æquale est. Igitur vnum miraculum non est maius alio ex ea parte, qua superat potestatem naturæ creatæ, quia fit per potentiam infinitam: & non est accipere in ea maius aut minus: & nullum est miraculum quantumuis minimum, quod non sibi postulet virtutem infinitam, quia aliàs nõ esset miraculum. Si autem consideretur miraculum ex parte rei, in quã fit, vnum maius altero potest dici: quia in alijs miraculis plus distat natura ab ipso opere, quàm in alijs. Vt si aliquis homo ignarus & nihil sciens in minimo temporis articulo efficiatur magnus philosophus miraculum quidẽ est: sed si alius homo qui penitus nec prima didicit rudimenta, omnes scientias & sacrã Theologiam in eodem temporis articulo percalleret, hoc vtique maius esset miraculum. Itaque ex parte potentiæ non est vnũ miraculum altero maius, quia res denominationem sibi ascisci ab eo, quod de per se est: non ab eo quod est de per accidẽs. Quo circa bene argumentatur Christus, quia si authoritate mea possum hunc hominem in instanti sanare, possum etiam peccata dimittere. ¶ Aduerte autem quod adhuc nihil probauimus, nisi quod ex parte potentiæ Dei vnum miraculum non sit maius alio: quod quidem difficultatem non euacuat: quia Christus argumentatur à maiori ad minus, quia vt esset bona consequentia argumentum in hunc modum deberet necti. Possũ facere quod maius est, ergo quod minus. Possum leuare pondus duarum amphorarum, ergo & vnius potero. Igitur vt locus hic diui Lucæ bene explicatus maneat, & vt Christi argumẽtatio vim habeat, & robur, operæpretiũ est, explicemus quo modo maioris potentiæ sit Christo corpus quam animam sanare. Aliqui dixerunt quod sanare corpus secundum exteriorem apparentiam plus est, nam sanare corpus paralytici ipsis oculis cernebatur: at dimittere peccata, non ita: atque ita coram oculis istorũ maius videbatur opus, corpus ipsum in pristinam valetudinem restituere, quàm animam. Sed hoc vtique nihil valet: nam etiam si corpus sanare opus clarius & euidẽtius esset, quia ipsis oculis corporis cernebatur: at cùm pharisæi fideles essent, & crederent, quòd solus Deus poterat peccata dimittere, si oculis corporeis hoc non videbant, id tamen internis mentis oculis credebant: atque ita hoc opus, scilicet peccata remittere, difficillimum iudicabant, & solius diuinæ & supremæ potentiæ esse dicebant: atque ita plus apud ipsos erat animam, quã corpus sanare. Quapropter ea, qua nos poterimus breuitate probare conabimur, maius esse Christo corpus, quam animam sanare. ¶ Ideo aduerte, quod tantũ potest Deus, quantum vult: & omne quod vult, etiam potest. Omnia enim quæcunque voluit fecit in cælo & in terra, & in omnibus abyssis. Potentia eius mensuratur sua sola voluntate: atque ita etiam si omnipotens sit, hanc tamen omnipotentiam non extendit nisi ad id, quod vult. Atq; ita dum aliquid magis vult: magis ad illud omnipotentiam suam applicat: & ad id quod minus vult, minus potentiam suam applicat. Quod igitur dominus potiùs vult, animæ salutẽ, aut corporis? Manifestũ est, quòd animam potius sanam cupit, & id vehementius desiderat. Si igitur magis desiderat salutem animæ, & eam magis vult, certum est quod magis potentiam suam applicat erga salutem animæ: quãdoquidem (vt modo diximus) potentiæ executio, regulatur, & mensuratur sua voluntate. Eaigitur quæ nos magis volumus & magis possumus, maiori facilitate operamur. Certum nanque est, si amicus aliquis, quẽ ego summopere diligo, præciperet mihi vt pro eo vnius diei iter ambularem: me laborem illum nullum iudicaturum, susceptutumque eum pro summa voluptate, & oblectamento: nam amor, quo amicum meum vehementer prosequor iter illud leuius, & alacrius faceret. At autem si alius cuius amicitiam nunquam inini, idẽ iter pro eo susципiendum diceret: vtique ægre, & molestè ferrem id laboris pro eo subire. Hoc igitur non defectu potentiæ est: nam ita sanus sum, & ita valeo pro vno id iter susципere, quam pro altero. Potentia enim est eadem. At quia plus vnum quàm alium diligo, inde euenit, vt maiori voluntate & conatu, maiori affectu, & facilitate, pro vno laborem susципiam, quam pro altero. Quod enim id tanto affectu faciam ideo mihi facilius est. Ita in Deo eadem est potẽtia infinita, & omnia æque faciliter operatur. At iuxta modum nostrum loquendi (si quidem filius Dei hominibus loquebatur) facilius dicimus ei esse, peccata dimittere, quam sanare corpus: nam magis optat animæ salutem, quam corporis. Si igitur quod ipse minus vult, scilicet, corporis salutem, tam facilè id operatur, vt solo verbo, surge & ambula, statim paralyticus sanus fit: quã tò meliùs & faciliùs peccata dimittet, quandoquidem plus animæ salutem desiderat, & potentiã suam magis ad hũc effectum extẽdit? Igitur si hoc quod minus vult, scilicet, sanare paralyticum, tam facilè operatus est: multò melius salutem animarum operari poterit. ¶ Et satis probasse constat ex hoc miraculo filium esse Dei: quia miraculum factum fuit, ad probandum quod posset dimittere peccata. Ideo impossibile erat, vt fieret nisi verum esset illud, ad quod inducebatur. Causa nanque miraculi consideranda est. Nam si quis diceret Petrus est saluatus, & ad hoc probandum induceret miraculum quantumcunque minimum, esset hoc, scilicet, Petrus est saluatus veritatis infallibilis: quia Deus qui est infallibilis veritas adducitur in testem per illud miraculũ. Sic Samuel dixit Iudęis, cum ostendere vellet, eos peccasse petendo regem. Inuocabo dominum, & dabit voces & pluuias: & scietis, & videbitis, quòd male fecistis petendo vobis regem. Et Elias dixit. Si homo

Dei sum descendat ignis de cælo: & ita factum fuit. Hoc autem erat ad probandum, quòd esset homo Dei. Cùm enim omne miraculũ à Deo sit, & Deus non possit esse testis falsitatis: ideo miraculum non facit nisi ad confirmationem rei veræ. Sic autem hîc contigit, quia Christus dixerat, se remittere peccata: & induxit miraculum ad hoc probandum, ergo impossibile erat falsum esse, quod dixerat. Quod manifestè patet, nam dixit, vt autem sciatis quòd filius hominis habet potestatem dimittendi peccata, &c. & ita factum est, ergo necessario probauit se filium esse Dei. Nullus vnquam fecit miraculum, ad probandum, quòd posset peccata dimittere, nisi solus Christus: ideo ex miraculis Christi, etiam si non maiora essent quã miracula prophetarum, sufficientissimè probauit esse Deum, quia ad hoc probandum adducebantur. Ideo ipse dixit Iudæis. Si non fecissem opera, quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent. Hoc est, ea miracula feci ad virtutis meæ ostensionem, quæ nemo prophetarum fecit, ad ostendendam suam potentiam, sed ad Dei gloriam, vel ad alios fines. Hæc opera non possunt intelligi de sola differentia magnitudinis operum suorum ab alijs: quia tunc potiùs crederemus aliquem illorum esse Deum, quàm Christum: quia maiora opera fecerunt aliqui quam ipse Christus, vt Petrus, quia sua vmbra infirmos sanabat. Et Dominus. Qui credit (inquit) in me, opera quæ ego facio, ipse faciet: & maiora horum faciet: tamen nemo Apostolorum miracula faciebat ad ostẽdendum potestatem, vel deitatem suam, sed ad ostensionem gloriæ Christi, & ad cõfirmationem legis, quã prædicabant. Vnde Marcus. Illi autẽ profecti prædicauerũt vbique, Dño cooperante, & sermonem confirmãte sequẽtibus signis. ¶ Præterea quanuis Christus (vt sufficienter ostendimus) hoc miraculo probauerit esse filium Dei, tamen noluit aperte hoc dicere, sed etiam filium hominis se vocauit, vt magis occultum hoc esset, ne passio eius impediretur: nemo nanque esset, qui Deum vellet occidere. Vnde diuinus Paulus. Si do minũ gloriæ cognouissent, non vtique crucifixissent. Hoc autem esset maximum inconueniens: quia nos salui fieri non poteramus, nisi per mortẽ Christi. Quocirca cùm beatus Petrus Christo dixit eum esse filium Dei, præcepit Christus Petro ne cui hoc

Ioan. 15.

Act. 5.

Ioan. 14.

Mar. 16.

Leg. Abulẽ. q. 17. in cap. 9. Matth.

1. Cor. 2.

Matth. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diceret: quia oportebat illum pati, & reprobari à senioribus. Ideo non aperte manifestauit se esse Messiam, aut Deum. Et licet
Ioan. 4. *Ioan. 9.* Samaritanæ, aut cæco illi à nativitate id dixerit, non ideo mors Christi impediebatur: secus autem si scirent Iudæi. Cùm autẽ iam iam morti esset proximus in publico manifestauit se esse Deum: nam quando sacerdos interrogauit, esset ne filius Dei, clarè respondit dicens. Ego sum. Quia iam ipse benignissimus dominus rectè nouerat,
Mar. 15. quàm irati, quàm cupidi vindictæ essent aduersus eum, qui quanuis tunc veritatẽ diceret, non ideo impedituri erant passionẽ, imò acrius suam expleturi sæuitiam & crudelitatem putantes se filium Dei facere. Secundò nunc apertè hoc non dixit, quia magis scandalizarentur, & nemo audiret doctrinam eius, sed potiùs omnes simul ad occidendum eum insurgerent: nã aliquoties hoc obscurè etiam dicens ortum est ingens
Ioan. 8. scandalum, vt cùm dixit. Antequam Abraham fieret, ego sum. Et cùm dixit, ego & pater vnum sumus, voluerunt lapides in eum reijcere: & causam lapidationis esse dicebant, quia cùm homo esset, seipsum Deum
Ioan. 10. faciebat. Ideo cautiùs hîc fuit loquutus, & non ità apertè, tamen bene possent (si ipsi aduerterent) colligere eum esse filium Dei. ¶ Expende etiam non dixisse, ego possum dimittere peccata, sed filius hominis potest dimittere peccata: quod ad laudem & exaltationem naturæ humanæ dixit, vt totam hominum vniuersitatem Christus ostenderet exaltatam, per illam humanitatem, quã ipse assumpserat. Vt videatur, quòd ista operatio communicata est homini pervnionem humanæ naturæ ad diuinam personã,
Matth. 26. dicit filium hominis. Sic Caiphæ respõdit.
Matth. 24. *Luc. 21.* Videbis filium hominis sedẽtem à dextris virtutis Dei. Sic significans potestatem iudicis sibi traditam super vniuersam creaturam dixit. Videbunt filium hominis veniẽtẽ in nube, cũ potestate magna, & maiestate ¶ Deinde non dicit, potestatem accepit sed habet: vt significet se æqualem esse Deo secundum naturam diuinam. ¶ Postremo obseruandum, quod dicit, hanc potestatem habere super terram: vt intelligas, quòd Christus peccata dimittit his, qui sunt super terram, & quandiu viuunt: quia si in mortali peccato discesseris, & descenderis in abyssum, non vtique dimittet. Vide igitur quod dum in hac mortali peregrinatione ambulas, quantumuis peccatis coinquinatus fueris, Christus tibi potest parcere, & peccata dimittere. Nã firma & stabilis est illa sententia. In inferno nulla est redemptio. Ideo sapiens admonet dicẽs. Memento creatoris tui in die iuuentutis tuæ, antequam obtenebrescat sol. &c. *Tolle lectum tuum & vade in domum tuam.* In domum suam misit illum, ne existimarent Iudæi, quòd ei restituebat sanitatem, vt in ipsius obsequio & ministerio ambularet. Ideo Christus neminem eorum quos curauit voluit habere discipulum (quanuis aliquii id rogauerunt, vt fuit ille, à quo legionem dæmonum expulerat) noluit mundi saluator suum commodum quærere: sed nostram vtilitatem. Præterea dicit, tolle lectum tuum, ac si dicat. Is lectus qui re
Gal. 6. infirmum sustinuit semper, & recepit: nunctu eum portare debes humeris tuis, nam infirmos proximos adiuuare tenemur, cùm autem ipsi ab ægritudine valentes surrexerint tenentur etiam mutuum beneficium nobis præstare. Sic Paulus iubet, vt qui sani sunt & in integra valetudine infirmis laborent. Deinde hoc mandato Christus miraculum illustrius reddit & celebrius: nam cùm præcipiat ferre grabatum, omnibus manifestum fiet eum vere esse sanatum: nam si membra firma & robusta non essent, non vtique tulisset lectum. Declarat potentiam suæ diuinitatis, quæ neque temporum internalla, neque mortales respicit. Nam hoc medicorum ars præstare non potest, vt homo omnibus membris destitutus in pristinum virtæ statum ad iubentis vocem restituatur, & ita sanus euadat, vt lectum possit ferre. ¶ Obserua autem, quomodo gaudium huius paralytici obliuisci eum faciat lecti sui, cùm res admodum necessaria sit: vt necessarium sit, vt habeat qui id recordetur. In quoquidem sæpius aduertere solco, quàm parum de supernis & cælestibus, deque Deo ipso sentiamus: nam si aliquid horum degustaremus, vtique mens nostra tã ad eum eleuata esset, vt recordatore indigeremus, ad curandum ea quæ ad corpus attinent. Quod gaudium in Romanis Paulus desiderabat, cùm dixit. Deus repleat vos omni gaudio & pace in credendo in virtute Spiritus sancti. Quid obsecro putatis esse, vt præceperit dominus primo nostro parenti, vt comederet? Nonne ipse sui

sui haberet curam? Creauerat illum dominus in tanta perfectione & gratia, & dederat illi intellectum ita sublimem & in diuina eleuatum: vt accedens ad contemplationem tantum & tam ingens sentiret gaudium: vt totus in Deum translatus nec comederet, nec biberet, quapropter præcepit illi, vt comederet. Si Deum degustaremus, non dubito quin omnia mandaremus oblivioni. Vnde ad hoc conuiuium nos inuitãs
Ioan. 6. egregius psaltes inquit. Gustate & videte, quam suauis est dominus. Nam si terrenũ gaudium ita facit homines suarum rerum obliuisci, vt recordatorẽ indigeant, quid obsecro de gaudio illo supremo & æterno dicemus? Quid de consequutione boni illius vbi nullus est iacturæ timor, nullus metus ab alta dignitate & suprema cadendi?
¶ Deniq; aduertendum hîc est, quòd duo dicit Christus huic paralytico. Primũ, surge, secundò verò ait, tolle lectum tuum. Primum delectabile erat & iucundum, posterius vero laboriosum & molestum. Priori mandato obediuit, item & secundo. Nanq; quemadmodum hic obtemperauit in prosperis & iucundis: ita etiam in laboriosis, & molestis fecit. Sanum & valentem surgere post longam infirmitatem dulce erat & iucundum: at molestum & graue lectum humeris ferre. At tu (quę malitia est humana) Deo non vis obedire nisi in his quæ palato tuo satisfaciunt. Nam si sacerdoti dederis beneficium pingue illud quidem, & quod multos habeat redditus, id sponte & alacri vultu acceptabit: quod si illi dixeris, aduerte hoc illi esse onus impositum, vt si opus fuerit ad administranda sacramenta media nocte debes surgere, etiam si grandis pluuia cadat: in hoc quidem episcopo nõ vult obedire. Si etiam alicui dixeris, visne ingredi hanc confraternitatem, in qua per anni discursum plurima conuiuia fiũt, multæ sunt epulæ: Libenter respondet, velle. At si illi dixeris, teneris in hac confraternitate semel, aut bis in anno flagellis cędi, neutiquã pactum acceptabit. Ita nimirum multi subditi prælatis obediunt præcipientibus, ea quæ sibi arridentibus: in laboriosis autẽ & molestis minimè obtemperant. Sanson vtiq; illele fortissimus in omnibus Deo obediuit.
Iud. 14. 15. Nã cùm præciperet illi dñs, vt tolleret portas Gazæ & in mõtem eas ferret: iussis obediuit. Præcepit etiãvt mãdibula asini mille viros interficeret, & huic etiã mãdato liben ter obediuit. Eodẽ igitur modo quẽadmodum in his honorificis rebus Deo obtẽperauit, ita etiã in laboriosis obediuit: nã cum iuberet illi dñs, vt colũnas tẽpli euelleret, & vt ibi cũ Philisteis illis interiret (vbi etiã de sua salute & de discrimine vitę agebatur) nihilominus tamẽ id mandatũ spontaneus impleuit. Obediuit vtiq; in prosperis, & aduersis. Diuus etiã Paulus hãc diuinã regulã nolẽs præterire quẽadmodũ in honorificis obsequiũ præstitit, ità etiã in ignominiosis ab ea nõ discessit. Nã cùm illi diceret Agabus, quod in Hierusalẽ ligãdus esset & manibus & pedibus, illis, qui dolẽtes flebãt dixit. Quid facitis flẽtes & affligẽtes cor meũ? ego nõ solũ alligari, sed mori paratus sum propter nomẽ dñi Iesu. In omnibus Paulus obtẽperabat Deo: nos vero in salute & prosperitate illũ laudamus, aliàs immurmuramus. Nec erit ad hoc propositũ inutile sanctissimi Iob exemplũ qui cùm talis esset di
Iob. 2. cebat. Si bona suscepimus de manu dñi, mala autem quare nõ sustineamus? Israẽlitici in prosperitate & fœlicitate dũ mortuos viderent Ægyptios, laudabant dñm & cantabant: at in tribulatione, cũ indigebãt victu, aduersus dñm & aduersus Mosem murmu-
Exod. 15. rabant. Vnde Paulus Corinthios admonet
Exod. 16. tã in prosperis quã in aduersis benefacere.
2. Cor. 6. Per arma iustitię à dextris & à sinistris, per infamiam & bonam famam, &c. Sic iste in prosperis & aduersis obediuit: & fecit quod Christus imperauit. ¶ Demũ discamus ab hoc paralytico nõ solum credere, sed etiã à peccatis resurgere, & in via mandatorum Dei ambulare: & vnquã quiescere donec ad domũ nostrã & verã patriã accedamus. Non satis est ei credere, sed opus est surgere, ambulare, & laborare & omnibus suis præceptis obedire. Vt autẽ videas, quã prõpte obediendum sit Deo, audi quid vlteriùs noster euangelista dicat. *Et confestim consurgens corã illis, tulit lectum, in quo iacebat: & abiit in domum suam magnificans Deum.* Sequutus
Psalm. 102. exemplum illius regij vatis, qui dicebat. Benedic anima mea dño: & omnia quę intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea dño, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Optima quidẽ ratione & meritò paralyticus hic hos versus Deo canere possetquia à suis iniquitatibus illũ liberauit, & sua peccata dimisit: & integrã corporis va

Universidad de Deusto
Biblioteca

letudinē illi restituit. Nos vero cur potiori iure hęc nō canemus: quos quotidie à tantis periculis tā animæ quàm corporis eripit? Iā audisti euāgelistā dicentē, quod quādo hic paralyticus infirmus iacebat, nemo illorū qui in domo erant, locū ei dabat, vt ad Christum posset transire, quouscq; super tectū illum asportarunt: nunc autem quādo sanus est, omnes locū concedūt, & nullo impedimēto transit. O execrandā mūdi consuetudinē & regulā: qui pauperē, infirmum, egenum, & mendicū à suo consortio reijcit, nec illū agnoscit, nemo ei subuenit, nemo fauet, oēs eū contēnunt, & tanquam stercus reputant. Nā si pauper in miseriā abit, in egestatē, vel in lapsum: vt citiùs cadat omnes adiuuāt. At si sanus est, dūes & fœlix, omnes illi fauent, vt vlterius in diuitijs & fœlicitate proficiat. Nescit mundus fauere nisi eis qui fauorem habent: deijcere autē abiectum, & humiliare humilem. Huic paralytico cū infirmus erat, & in lecto iacebat nō cōcedebāt locū, vt transiret: nunc vero cùm sanus est omnes discedūt, & dant locū vt trāseat. Meliorē locū nunc inuenit, quā cùm infirmus erat. Quā doctrinā vt manifestā intelligas sacræ paginę exēplo eā tibi ostendā. Nam cū Ioseph afflictus esset, contemptus, & in carcerē detrusus, nemo erat, qui illius recordaretur, & pincerna Pharaonis etiā obliuioni eum tradiderat, & fratres eum vendiderāt. At postquā honoratus fuit, & in amplissimā dignitatē euectus, omnes illi genua flectebant: & fratres eius ipsum adorabāt. Et præter hæc populus Israël dū vixit Ioseph summo honore habebatur, & æstimabatur in Ægypto: & in potiori sorte terrę viuebat: at mortuo Ioseph, & fauore perēpto quem cum rege habebat, statim mundus incepit Israēlē persequi. Vnde aduertas oportet, ꝙ si multi nunc, qui te diuitē vident, fœlicē & prosperū, vel in aliquā dignitatē cōstitutū, honorem tibi summum præstant, vide nec cæcus sis, & lippos habeas oculos: nam certiorem te facio, quod hi qui maximè te honorant nūc, si de diuitijs, si de dignitate, aut officio cecideris ij (inquam) priores erunt, qui pedis iactu te euntem in præcipitium adiuuabunt. Quod igitur ex his omnibus concludo id est, ne hominum laudibus aut honoribus capiaris: nam ad vtramuis aurā se flectunt, &, is (aiunt) viuat, qui vincit. *Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deū.* Magnificabant (inquam) Deum, qui talem

Gen.40.

Gen.41.

Exod.1.

potestatem dedit hominibus, vt possent peccata dimittere, & vnico verbo infirmos curare. Hanc eandem mirabilem potestatem dedit sacerdotibus, qui Christi vices gerunt in terris: & ligandi atque absolnēdi habent potestatem. Mirabilis quidem potestas, quā neque Angeli in cælo, neq; sancti, nec beatissima virgo. Maximo igitur honore afficiendi sunt sacerdotes, qui talē habent potestatem, & corpus Christi cōsecrant, & fidelibus tradūt. Prætereà isti Deū amplius magnificarent, si attenderent, quā dederit Deus hominibus potestatem, scilicet, vt filij eius sint. Dedit (inquit Ioannes) eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine eius. Nec hoc solo contentus, de facto etiam filios Dei nos fecit, testante Ioanne. Videte (inquit) qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. *Et repleti sunt timore dicentes quia vidimus mirabilia hodie.* Mirabilia (inquiunt,) quia duplex miraculum fecerat: alterum sanando animam, alterum verò sanando corpus. Ideò meritissimè Esaias appellauit illum admirabilem, quia multos in admirationem rapuit suis prodigiosis operibus & miraculis. Vnde regius vates in psalmo. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. ¶ Obserua etiā, quòd Pharisæi, qui inuidi erant, videntes mirabilia Dei murmurabāt: populus verò gaudebat, & magnificabat Deum. Sic boni lætantur in his, quibus cruciantur impij. Vnde Dauid agens Christi personam. Qui timent te, videbunt me & lætabuntur. Nam si tanta est vis in naturalibus (vt Ambrosius, ait) vt visum animal prosit ictericis, ita vt cornu huius animalis mortui prodesse dicatur his, qui in similem passionem deuenerint: quanto obsecro plus iusti aspectus proficiet? Si enim vile animal tantam habet virtutem vt exiguo temporis momento hominem sanare possit, quomodo Christi, & quilibet alius vir sanctus ac iustus maiora horū nō faciet? Eis nāq; qui Christū fideliter videre desiderāt diuinā infundit virtutē: atq; ita isti, qui recti & studiosi erāt lætati sunt & stupefacti in iusti visione, & miraculorū operatione. Ideo dicūt, vidimus mirabilia hodie. Viderunt & lętati sunt. An nemones? Non (inquā) sed qui timēt te. Non Pharisæi, sed turbæ. Nā quemadmodū pudicitiæ amator summo & incredibili gaudio afficitur, si fœminam vel virum pudicū videat:

videat: & sicut castus castitatē seruantē diligit: & sicut liberalis & magnificus aliū liberalem virū desiderat sibi comitē, & sapiens sapientem: ità ex diametro vir castus impudicum torquet, liberalis auarū, & sobrius vinacem & ebrium. Nam si prodesse dicimus mutū animal cum videtur, ita obesse percipimus lupum si ipse nos prius viderit. Nā ij quos prius lupus videt, vocē ferūtur amittere. Aiunt etiam Basiliscū si quodcunq; videderit prius animal, id interficere, si homo visu prævidetur. Sed ipse serpēs mori dicitur si prius eum homo viderit. Ergo si tanta vis oculis serpentis vel hominis ineſt, vt si alter alterū viderit, possit occidere: quāta maior virtutis efficacia erit in oculis hominis iusti? Viderunt ergo illū turbæ, & lætati sunt atq; exultauerunt dicentes. Quia vidimus mirabilia hodie. Ex his igitur omnibus vt aliquid succi tibi maneat, aduerte, vt semper inuidiam fugias, & bonis fratrum tuorū gaude, & Dei magnalia considera. Sed iam hæc satis sufficiant de hac historia, nunc de conuersione Apostoli Matthæi, Lucam nostrum disserētem audiamus. *Et post hæc exijt, & vidit publicanum nomine Leui sedentem ad Teloneum, & ait illi.* Non forte aut casu Christus ad eum accesit locum, sed secundum suū æternum propositum, quo ad suā gloriā, & ecclesiā, & Apostolicā dignitatē augendam æterna sua prædestinatione hunc Apostolum præordinauit eligere. Vnde videre oportet, quomodo nos non Christum quæramus, nec inueniamus: sed potiùs ipse est, qui nos tanquā perditos & errātes quærit, & inuenit. Tantū igitur beneficiū, & tā gratiā admirantes cū Paulo dicamus. O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientię Dei, quam incomprehensibilia, &c. Sed iā singula verba huius cōtextus veniunt expendenda: nā vnū quodq; suā emphasim secum affert. Primò igitur ait: quòd exijt: ꝙ quidē magnū argumentū est diuinę bonitatis. Nā cū Deus sciat se ita magnū esse & incōprehēsibilem, vt nos non possimus eū attingere, ipse ad nos venit, & nos quærit. In quo amor diuinus erga nos ostēditur. Elegit nos ab æterno, sed non nostris meritis, sed sola sua bonitate & gratia. Et vidēs, quod nos, quos oportebat ipsum quærere non quæri-mus, ipse venit ad nos. Cùm enim mortui essemus in peccato, Deꝰ, qui dives est in misericordia sua nos viuificauit. Quod quotidie nos experimur, nā sępius sanctis inspirationibus nos vocat, pulsat & querit, inquiēs. *Cant.5.* Aperi mihi spōsa mea, columba mea, soror mea, &c. Et iterū. Solue vincula colli tui, captiua filia Siō. Nō possumus ad Deū ire, nisi ipse prius ad nos venerit, & nos vocauerit. Quocirca opus est, vt nos in benedictionibus dulcedinis præueniat, sicut præuenit Matthæū. Ipse enim exit, & venit ad nos: vt nos ad eum possimus tēdere. Alius quoq; euāgelista ait, ꝙ cùm trāsiret inde Iesus, noluit detineri in Teloneo, neque in domo negotiationis: quia in via peccatorū non stetit, nec sedit in cathedra pestilentiæ, sed transibat, vt etiam Matthæus inde trāsiret. Tunc enim transit Iesus & in transitu peccatorē videt quādo eū vocat per internā inspirationē. Nō facit in eo mānsionem, donec inspiratio impleatur opere: sicut Matthæus sequens suo cōuiuio detinuit illū. Discamus detinere Iesum ne prętereat. Ve illis, iuxta quos iterū atq; iterū Iesus trāsit, & non detinetur. Ve horū falsæ spei, qui cōfidūt in lōgitudine vitæ. ¶ Secundò dicit euāgelista, ꝙ vidit Iesus publicanū. Ea est solis virtus & natura vt pene trās viscera terræ aurū & multa alia metalla generet. Sic virtute radiotū Christi aurū fidei generatum & productum est in corde huius Apostoli. Nullus alius sensus aptior est vt transferatur imago rei visæ in aliā rem quā visus. Ità visus amātis qui vehemētissimus est trāsfert cor amanti in se ipsum. Solent nanque hanc ob causam ij qui se nimio amore diligunt, quodā pudore suffundi, si se in via, conjectis alter in alterū oculis intueantur. Et huius rei nō est alia ratio, nisi quia naturaliter sivalde intuemur quos diligimus, nos ipsos in dilectos trāsferimus. Ità Christus cū hūc Apostolū aspiceret, formatus māsit. Non enim vidit Matthæum sicut solēt alij homines videre: nec vidit illum, sicut vidit Pilatū, Annā, Caipham, & reliquos carnifices. Nā in hoc loco, sicut & in alijs multis scripturæ locis videre Christi nihil aliud est, quā corda mouere, & suam gratiā impartiri. Sic vidit & respexit Petrū, Andreā Iacobū, & Ioannem Nathanaēlem, & hunc discipulū Matthæum. Quibus etiam oculis misericordiæ & benignitatis vidit Abraham in Chaldea, Lot in Sodoma, Israēlitas in Ægypto, Zachæum in arbore, Petrum in domo Caiphæ, latronem in cruce, & Paulum in itinere Damasci. Qui Christi aspectus ita perspicacissimus est, vt carnē penetret, sanguinē, ossa,

Psal.20.

Matth.9.

Psalm.1.

Matt.4.
Ioan.1.
Gen.12.
Gen.19.
Exod.3.
Luc.19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ossa, spiritũ atq; animã. O fœlix intuitus, de quo beatus Matthæus id dicere posset, q̃ dixit Agar. Tu Deus quia vidisti me, &c. Nec est iste intuitus Christi simplex ali qua hominũ cognitio, sed est interioris cor dis dulcissima & suauissima penetratio, quę animam tangit, & vulnerat: ità vt suo intui tu sanctorum mentes illustrauerit, vt in ipsum crederent: voluntatem ità inflam mauit, vt ipsum amarent: animum ità per fecit vt suis semper vestigijs illum inse querentur. O quam diuinus & mirabilis intuitus fuit hic, nam eo solo fecit vt Mat thæi cor totum tremeret. Si stetit sol man dato Iosue, & clangore tubarum diuino iussu muri Ierico ceciderunt, non mirum (quandoquidem Dauid inquit, à facie do mini mota est terra) vt solo Christi intuitu Matthæus pauescat & tremat. Ideo iterum inquit regius vates. Qui respicit terram & facit eam tremere. Quemadmodum sol suorum radiorum virtute calefacit terram, & eam pinguem reddit: & in ea generat multos fructus & herbas, ita etiam oculi do mini qui (vt ait scriptura) lucidiores sunt sole) multo fertiliorem & abundantiorem reddiderunt animam huius Apostoli, so lo nanque suo intuitu sol ille iustitiæ Chri stus redemptor noster in anima huius Apo stoli amplissimas diuitias generauit. Vti nam Christus sic nos videat, vt corda no stra vulneret suo intuitu, suisque oculis qua si hamo nos capiat atque ad eum sequendũ amãdumque commoueat, sicut hunc Apo stolum commouit. ¶ Tertiò dicitur, quod vocabatur Leui. Et ipse Matthæus qui hãc suam vocationẽ scripsit nominat se ipsum, dicens quod vocabatur Matthæus, Habe bat nanque beatus Apostolus duplex no men: Matthæus scilicet & Leui. At magis commune nomen illi erat Matthæus: at Lucas & Marcus, vt sanctum honorarent euangelistam nominant illum Leui. Ipse vero suæ humilitatis causa vocat se ipsum Matthæum: quod nomen magis notum & familiare illi erat. Non lætatur Matthæus in peccatis, sicut illi, de quibus scriptura ait, quod lætantur cum male fecerint, & exul tant in rebus pessimis: sed narrat sua pecca ta, vt Christi bonitatem ostendat, & suam misericordiam commendet. Sicut nos vo lentes aliquem magnum & peritum medi cũ laudare, solemus morbos ingentes, quos curauit in medium adducere, vt clarius eius peritiam & experientiam demonstremus. Sic Paulus sua peccata commemorat, vt Christi bonitatem exaltet dicens. Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorũ primus ego sum. Et alibi. Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus: quoniam persequutus, sum eccle siam Dei? gratia autẽ eius sum id quod sum. Commendat Dei misericordiam, quę omnia mala nostra & grauissima peccata su perat, & lato antecellit discrimine, atq; ita is idem de quo Dauid in psalmo inquit, qui cõuertit petram in stagna aquarũ, & rupem in fontes aquarum: statim vt aspexit Mat thæum illum conuertit, & ad se quasi mag nes attraxit. Vnde egregius psaltes diuini tus canens ait domino, Lingua canum tuo rũ, ex inimicis ab ipso. Quasi dicat. Canes inimici crudeles ecclesiæ, amici eius & de fensores facti sunt. Lingua canis cõmoda & vtilis est, ad reparãdũ id, quod dentes perdi derunt. Nulla est sanior medicina, quàm li canis vulnus ipsum lingua tangat. Morda ces canes fuerunt ecclesiæ sanctæ Paulus, Matthęus, Augustinus, & multi alij qui suis morsibus ecclesiam dilaniabant, & perse quebãtur: at posteà suis linguis illã curarũt, & sua prædicatione maximam illi vtilita tem attulerunt, docentes, & suis codicibus vtranq; paginam illustrantes, &c. ¶ Quin tò autem aduertendum hic est officium vel artem quam Matthæus exercebat. Sedebat etenim ad teloneũ, τελωνειον græcè mensa erat publicanorum in qua vectigalia solue bantur. Peccabat Matthæus ex auaritia, ex cupidine, & amore nimio pecuniarum. Vti de publicanus erat, cuius erat munus vecti galia regis, & redditus colligere: atq; ita ha bitabat Capharnaum, quæ ciuitas erat mari tima, vbi maxima vectigalia exigebantur, eorũ omnium, quæ mari vehuntur. Expli cans autẽ euangelista quo vicio esset coin quinatus Matthæus, commendat medicinã mirabilem, quã supernus & cœlestis medi cus illi apposuit. Nã cũ minus remedij ha bet infirmitas, maiorẽ gloriam & honorem sibi cõparat medicus, qui eam curat. Nullũ igitur vitium est ità incurabile, quodq; for tius & tenacius hominem teneat, quã auari tia, Possessio nanque diuitis auari plus du rat, quàm ipse: quocirca dum viuit non so luitur neque relinquitur à peccato auari tiæ. Secundò quia pluribus stipitibus est ligatus, & multiplici funiculo detenus quia non solum amore proprio sed etiam amore filiorum est implicitus.

Mar.14. Acto.9. Gen.16.

Iosue.10. Iosue.6.

Psalm.113.

Psalm.103.

Eccle.23.

Matth.9.

Prou.2.

¶ Expende autem, quod dominus vo luit peccata sanctorum suorum manifesta ri: vt nos de venia, & misericordia eius non desperemus. Nam videtes, quod dominus maximos peccatores illustres & sanctissi mos viros reddiderit, & sui regni compotes fecerit: fiduciam nobis præbet, quod etiam & nos possimus vitam & gratiam adipisci. Etenim cum tu videris quàm liberaliter famosissimo latroni regnum suum domi nus donat: quamque misericorditer & benignè Magdalenam suscipit, & pro ea Pharisæo respondet, cumque etiam vi des, quæ mirabilia dominus operatur cum carnifice Christiani nominis Paulo, & san ctæ ecclesiæ persequutore, & quomodo se cum Petro habuerit, qui tanquam igno tum & inimicum Christum negat: quare obsecro hæc omnia audiens non de sua di uina misericordia confides? Nam si ciui tas aliqua aduersus dominum coniuratio nem faceret, rex autem ità benignus esset & misericors, vt non solum ciui, qui con iurationis totius caput fuit, liberaliter par ceret, verum etiam in domo sua regia duo præcipua officia & munera donaret: non ne reliqui ciues populares magnam ve niæ & condonationis spem conciperent? Nimirum, nam regẽ ità benignum, qui præ cipuo traditori non solum parcit, verum etiam eum honorat, credendum est, non negaturum veniam reliquis ciuibus, qui tanta non sunt digni culpa. Si igitur tu iam audis, & vides quomodo insignem auaã rum vt Matthæum, quærit, aspicit, & peccata dimittit: & non solum dimittit, sed in Apostolum & euangelistam eligit: quid est, quod nos de diuina misericordia & benignitate desperabimus? O quam bo nus rex, & quam clementissimus dominus hic est: qui non solum peccata condonat, verum ipsos peccatores summis honoribus exaltat, &c. Sed Christum Matthæum vocantẽ audiamus, & dicentem illi. *Sequere me.* Videas obsecro quomodo Christus sit, qui prius nos quęrit, & non solũ qui prius nos quærit, sed qui ad nostrã conuersionem prius quã nos incipit loqui, & vocare. Vbi aduertere debes, quod nõ ex meritis Mat thei, sed ex sola sua gratia vocatus est à Chri sto: iuxta illud Pauli. Nõ volẽtis est, neque currẽtis, sed miserentis Dei. Ex vno atq; eo dẽ fonte omniũ vocatio proficiscitur, Etenim nos omnes gratia Dei vocati sumus nõ ex operibus & meritis nostris præcedenti bus. Vnde beatus Paulus, gratia estis saluati per fidem: idq́ue non ex vobis. Dei donũ est non ex operibus neque quis glorietur. Item Deus (inquit) saluos nos fecit, & vo cauit vocatione sancta non secundum opera nostra: sed secundum suum propositũ & gratiã, quę data quidẽ est nobis per Christũ Iesum. Cõsideremus itaque bonitatẽ Dei in nobis, laudemusque illum super miseri cordia sua dicẽtes cum regio vate. Quomo do miseretur pater filiorum misertus est do minus timentibus se. Recordatus est quo niam pului sumus, &c. Vnde nihil salutis meritis nostris tribuendum est, aut alicui creaturæ: sed soli Christo omnem iustitiam nostram tribuamus. Vnde Baruch prophe ta. Dño Deo nostro iustitia: nobis autẽ con fusio faciei nostræ. Si vocauit Matthæũ, id sua misericordia fecit, &c. ¶ Aduerte autẽ, quod non sit facta mentio de vocatione om nium Apostolorum nisi horũ quinque sci licet Petri, Andreæ Iacobi, Ioannis, & Mat thæi: quia hi tantum vocati sunt à Christo. Nam Apostoli, non diuersis temporibus, aut diebus electi sunt in Apostolatum, sed vnico tantum die: & ideò non est vnus Apostolus antiquior altero in Apostola tu, quanuis in vocatione sit, aut in ingres su scholæ domini: nam Christus venien tes ad se recipiebat, & sic congregauit mag num numerum discipulorum. Posteà vero quadam die in vnum locum eos omnes cõ gregauit, & ex omnibus hos duodecim ele git, quos Apostolos nominauit. Ceteri au tem manserunt in gradu discipulorũ, & po steà ex illis assumpsit sibi septuaginta alios discipulos. Singulos autem istorum non vo cauit ad se Christus, sicut hos quinque, quos iam retulimus: quia plurimi eorum vi sis Christi miraculis veniebant ad eum, & fortè rogabant, vt eos in discipulos habe ret. Hoc patet in illo scriba qui dixit. Magi ster sequar te quocunque ieris. Sic Philip pus, qui posteà Apostolus electus est, Christum sequutus fuit. Sic & Natha nael. Igitur quia tantum hi quinque Apo stoli vocati sunt, reliqui autem ad Chri stum venerunt: ideò solum illorum quin que vocatio scribitur. Si autẽ aliqui vocati fuerũt ita fuit Ieuis vocatio, sicut de Philip po, quẽ Christus inueniẽs dixit. Sequere me.

Ephe.2. 2.Tim.1. Psalm.102 Luc.6. Luc.10. Matth.8. Luc.9. Ioan.1.

Et relictis omnibus surgens sequutus est eum.

Iacob.2. Non surdus auditor, sed factor operis extitit. Surrexi & adhuc tecum sum. Hęc duo
Psalm.138. verba maximæ fuerunt virtutis: nã illis auditis statim surgens sequutus est eum. Non est mirum si solis præsentia gelu resoluatur. O diuini verbi mirabilem efficaciam vt hæc duo verba, sequere me: magis vinctum & ligatum attraxerunt beatum Mat
Psal.28. thæum quam si duabus cathenis deuincire
Chrys. hom. tur. Cuius verbi Dei mirabilem virtutem
13. in Mar. expresit Dauid dicens. Dabit voci suæ vocem virtutis. Videbant enim (vt diuus Chrysostomus ait) aliquid diuinum Apostoli in vultu Saluatoris, atq; sequebãtur eum attracti Christi aspectu: tum quo quẽ volebat ipse, ad se attrahebat. Nam sicut in
Ez.11. Ezechiele habetur, quòd cùm eleuabantur Cherubin, eleuabantur etiam rotæ: sic viri iusti & charitate excellentes Christum sequuntur, cum eos vocat, & attrahit voce virtutis suæ. ¶ Duo sunt peccatorum genera, alterum est hominum, qui imbecillitate naturæ in aliqua dilabuntur delicta, & hi faciles sunt vt conuertantur: hos dominus sui diuini amoris igne conuertit mittens illis sanctas inspirationes, & dicens, Vide ò homo, quòd habeo gloriam, beatitudinem, gaudium, diuitias denique nunquam perituras, &c. Sic conuertit Dauidem, Paulum, Petrum, & Matthæum & Magdalenam. Aliud est peccatorum genus procacissimũ, meretricia incedens fronte, & dura ceruice quos dominus conuertit turbine, & grandine infirmitatum, laborum, & afflictionũ. Talis fuit rex Manasses, & omnes hi, qui
Psalm.17. constituti in infirmitatibus & tribulationi bus Deum quæsierunt. Quo circa Dauid in psalmo. Intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocem suam: grando & carbones ignis. Quando autem nullo modo conuerti volunt, vide quid psalmographus di-
Exod.14. cat. Et misit sagitas suas & dissipauit eos:
4.Reg.19. fulgura multiplicauit & conturbauit eos.
1.Mac.6. Sic euertit Pharaonem, Sennacherib, Antiochum, & Iudam. Intonuit itaque altissimus voce sua & vocauit Matthæum quem
Matth.27. attraxit igne dilectionis suæ, & surgens sequutus est Christum. ¶ Aduerte rogo, quid Christi visus & aspectus fecerit. Statim dominus Matthæum aspexit, solutum est iugum diaboli: & statim Matthæus ab asperrima dæmonis seruitute liberatus, est & Christum sequutus. Quemadmodum si in dura cæra sigillo sint impressa alta mænia, turres, & montes, hæc omnia dissoluuntur si radijs suis sol aduenerit. Sic mundanæ opes, imperia magistratus, honor & gloria mundi, si in corde hominis depicta fuerint, si sol iustitiæ Christus aspiciat, vt aspexit cor Matthæi, statim calore diuini amoris dissoluuntur, & in nihilum abeunt. Quocirca Dauid domino ait. Respice in me, & *Psal.*
miserere mei. Et dominus in Leuitico. Re- *Leuit.*
spiciam vos (inquit) & crescere faciam. Ità suo aspectu & duobus his verbis dominus Matthæi voluntatem inclinauit, acsi ex necessitate id fieret quanuis liberè. Ità dominus vehementi amore cor eius mouit: vt melius ei videretur obedire, quàm omnia, quæ habebat, & habere poterat ideo nihil se facere putauit relinquens omnia, & ei vni adhærendo, vt vocantem sequeretur.

¶ Ex quo loco primo prælati, pastores, & omnes principes discant, statim vt à domino fuerint vocati, ei libenter obtemperare: nam Apostoli, & beatus Matthæus non pigri fuerunt, aut multoties vocati expectarunt: at semel vocati, ipsi domino paruerũt. Nam prælati qui successores sunt Apostolorum, non expectaturi sunt vt Christus eos multoties vocet, tanquam populum imperfectum: at ipsi, vt pote qui perfectionis statum habent, statim Christum sequuturi sunt, vt fecerunt Apostoli, quando- *Num.*
quidem eorum successores sunt, ac proinde imitatores. Vnde dominus in Numeris præcepit Mosi, quando conflare insit duas illas argenteas tubas. Si semel (inquit) clangueris venient ad te principes & capita multitudinis Israël. Sin autem prolixior atque concisus clangor increpuent mouebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam. Aduerte obsecro quomodo ad primum clangorem tubę vult dominus, vt omnes principes, & duces adueniant: at posteà multiplicatis clangoribus omnis multitudo populi exiet. Ità prælatus statim vt vocatur à domino, ad eum debet accedere: & tam in hoc quàm in alijs, quæ ad obsequium Dei spectauerint omnibus alijs priores esse debent, & coram subditis incedere. Nos etiam omnes post pastores nostros sequamur Christum vocantem: & ne simus pigri. Nã magna gloria (vt inquit *Eccl.39.*
Ecclesiasticus) est sequi dñm: longitudo enim dierum assumetur ab eo. Sic gloriatus est Ieremias dicens. Non sum turbatus *Ierem.*
te pastorem sequens, & diem hominis non desideraui, tu scis: quoniam omnes qui te derelinquunt confundentur, recedentes à te in terra scribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium. ¶ Discamus etiam ex Matthæo vana mundi contẽnere & despicere: nam tempore maioris ne cessitatis deserent nos diuitiæ & opes. Ideò cum eis te habere debes, quemadmodum cum exercitu militum sit, de quibus præsumitur & colligitur quòd traditores sunt, aut quòd in potiori & periculosiori parte belli terga debent inimicis vertere. Ità nimirum mundum hunc relinquere debes antequam ipse te relinquat: siquidem fallax est & mendax, & omnes suos amatores irridet. Contemne & relinque illum dũ viuis: quandoquidem te ipsum constitutum in mortis articulo relinquere debet. Si autem hæc quæ prosequimur, non agnoscis, si eius vanitatem non intelligis, ideo est: quia ipsum mundum non vides, causa vero cur illum non videas est, quia in ipso ambulas, & ipsum diligis. Nam quemadmodum corporeus oculus videre non potest, si aliqua non sit distantia inter ipsum & rem visam: ita hi, qui in mundo sunt ipsum mundum videre non possunt: quoniã nullum est interuallũ inter ipsos & mũdũ.

¶ Aduerte autem quod ità eum relinquas, vt nihil suarum rerum tecum feras. Iacob fugit de domo Laban: Sed Rachel secum tulit idola Laban, quia præteritarum imagines voluptatum non ità citò delentur. Sed eas secum ferre solet is, qui mundum fugit, & sequitur Christum. ¶ Docemur etiam quomodo gloria potiùs sanctis actionibus & operibus attingitur quàm verbis. Legimus enim quæ fecerit Matthęus non quæ dixerit. Quod dixit nihil fuit, quod autem fecit multum: quandoquidem omnia reliquit, & Christum fuit sequutus. Perfectio nanque Christiana non verbis, sed operibus consistit: nec cælum verbis rhetoricis & elegantibus emitur, sed sanctis operibus. Etenim sancti gloriam adepti sunt pauca loquentes, & multa bona operantes. Vt autem intelligas bona opera non defuisse Matthæo, audi quod sequitur. *Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua.* Eliseus vocatus ab Helia fecit cõuiuium socijs suis: sic nunc Matthęus cõuiuium fecit Christo, & socijs suis amicis, & publicanis. Sed quomodo Christus ex vsuris comedebat?

Et quomodo si reliquit omnia, fecit conuiuium? Facta copia à Christo in domum suam reuersus est, & disposuit omnia sua negotia, & reddidit rationem officij sui, restituit quæ debebat: & derelictis diuitijs & omnibus bonis suis, fecit conuiuium Christo, vltimum vale mundo dicens: & postquam omnia vendidit & dedit pauperibus Christum est sequutus, & post ipsum abijt. Magnum vocatur hoc conuiuium, quia splendidum fuit & opulentum: sed certè splendidum erat quia potiùs spiritualiter, quàm corporaliter Christum Matthæus reficie- *Luc.15.*
bat, Et verè magnum hoc conuiuium appellari potest, quia ex eius reliquijs Angeli satiantur in cælo: quia gaudium fit in cælo super vno peccatore pœnitentiam agente. O homo peccator attende, quod in manu tua est Christo magnum facere conuiuium: quandoquidem potes offerre illi cor istud tuum humiliatum, & pœnitens.

¶ Obserua etiam, quomodo Christus Matthæum honorat, & illum suspicit, quando ipse Matthæus Christum honorauit, & magnifecit. Vnde Dauid meritò dixit. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Audiuit Mat- *Psalm.138*
thæus vocem Christi, & obediuit ei: & ideò Christus ingreditur domum suam ad manducandum cum illo. Et aduerte, quòd Christus Matthæum inuitauit, dicens, sequere me & Matthæus inuitauit etiam Christum in domo sua: & quia Matthæus Christum audiuit, ipse exauditus est à Christo: & quia Matthæus Christi conuiuium accepta uit, etiam Christus Matthæi conuiuiũ susce pit. Vis nõ vt dominus faciat, quæ ab illo petis, & rogas? fac tu etiam quod ipse præcipit. Audi tu Deum: & ab ipso vtique exaudieris. At surdus tu es diuinis inspirationibus, vocaris ab eo, & audire non vis, & inquit sequere me, & reluctaris: quomodo igitur vis, vt ipse te clamantem exaudiat? Vocas illum, & non præstat tibi aures: quia tu ab eo vocatus non respondisti. Vult dominus, eadem moneta tibi rependere: nam quemadmodum ad illius voces obturatas habebas aures, ità etiam ipse tuis nũc clamoribus eas claudit. Vnde per *Prou.1.*
Sapientẽ ait. Vocaui & renuistis: sequitur. Tunc inuocabunt me & non exaudiam. Et Esaias. Ecce non est abbreuiata manus *Esa.59.*
dñi vt saluare nequeat: nec auris eius aggrauata est, vt non exaudiat: sed iniquitates vestræ, &c. Et Ieremias. Nos iniquè egi- *Ierem.4.*
mus,

mus, & ad iracundiam tē prouocauimus idcirco tu inexorabilis es. Quia igitur Matthæus, Christo obediuit & exaudiuit eum: ideo Christus conuiuiū acceptat. ¶ Obseruandum præterea est tunc verè te audisse vocem domini, & sequutum fuisse Christū: quando senseris te in omnem proximum esse benefactorem: nam statim vt incepit Matthæus Christum sequi illico amore & charitate proximorum exarsit. Clarum & apertū signum est, quod Deum audieris: si cum proximis charitate incipias vti. Amor quippe diuinus ociosus non est, vbicunque est operatur. Nam quemadmodum ignis non potest in sinu esse, sine eo quod vestes comburat, ità ignis diuini amoris nō potest esse in corde hominis, & frigidū hominem in operibus esse. Sic Eliseus postquam insiluit super eum spiritus domini, statim occidit duos boues, & coxit carnes eorum, & dedit eas populo. Oportet autem cùm Christum in domum tuam receperis magnum facere cōuiuium: hoc est, cum pauperes afferre volueris, & eis cibum præstare (in quibus se recipi Christus confessus est) liberaliter hoc faciendum est. At nūc multò aliter fit: nam in mundi conuiuijs & vanitatibus non solum liberales, sed prodigi sunt homines: vbi verò propter Christum aliquid fieri oportet, parum est quod pro ipsius obsequio dispendatur, aut ita exiguum vt pudori & conuicio potius dandum sit, quàm laudi id quod impenditur. Sic illi Israëlitæ ad idolum conflandum liberales fuerunt, quia obtulerunt monilia, & annulos, & aurea multa: sic homines in mundi seruitio liberales se & magnificos ostendunt, cum Christi verò pauperibus parcissimos & auaros. Non sic Matthæus qui magnum conuiuium Christo apposuit. *Et erat turba plurima publicanorum, & aliorum qui cum illis erant discumbentes.* Vide quomodo cum Matthæus Christum sequitur, alij multi eius exemplum sequuti, post Christum abeūt. Quando aliquis princeps, vel aliquis ex optimatibus populi aliquod illustre exemplum virtutis edit: magnum commodum & vtilitatem affert alijs popularibus hominibus. Nam cùm conuerteretur Matthæus, qui ex optimatibus erat in Capharnaum statim post se multitudinem duxit, & magnam præstitit vtilitatem. E contrario autē si isti optimates malè viuant, & si vitijs & peccatis se inuoluunt, pernicies sunt & pestis totius reipublicæ: quia secum plurimos in infernum ducunt. Ità Ieroboam secum tulit plurimos in infernum eis, quos conflauit vitulis aureis. Et Abimelec cum scidit ramum arboris & dixit quod me videritis facere, citò facite, omnes idem fecerunt: & sequebantur ducem.

Prou.6. 3.Reg.19. Matth. 25. Exod. 32.

¶ Expende autem, quòd quatuor veræ iustificationis signa in beato Matthæo hîc videmus. Primò nanque surrexit. Opus est resurgere priusà peccatis resurgere. Si mortui (inquit Apostolus) sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Secundò sequutus est eum. Non enim sufficit mala non agere: nisi quis (vt inquit Gregorius) studeat bonis operibus insudare. Vocauit nos (inquit Paulus) in sanctificationem. Tertiò gratias egit pro acceptis donis: & ideò parauit conuiuium, quasi gratus existens vocanti. Quo circa diuus Paulus inquit, In omnibus gratias agite. Quartum quod Matthæus fecit fuit proximum adiuuare: nam adduxit alios peccatores, vt ipsi etiam conuerterētur. Sic Andreas adduxit Petrū ad Christum. Sic etiam Dauid postquam de seipso dixit. Benedicam dominum in omni tēpore, statim inuitat proximos suos dicens. Magnificate dominum mecum, &c. Spōsa etiam in Canticis postquam dixit sponso trahe me post te, alios voluit secū adducere atque ideo subdidit. Curremus in odorem vnguētorum tuorum. Hæc enim vera charitas secum habet, vt alios secum adducere velit. ¶ Vide etiā quomodo Matthæus munus incipit exercere, quod posteà habituros erat. Futurus erat Apostolus & euangelista, & sua prædicatione multos ad Christū allaturus: quod iam incipit facere statim in suæ vocationis exordio. Iam incipit ostendere, quàm magnus & excellens temporis progressu futurus erat. Sed cum a statu sæmon semper eos persequatur, qui se sub vexillo Christi committunt, & mali semper bonos persequantur, audi quid nunc dicat euangelista. *Et murmurabant pharisæi & scribæ eorum dicentes ad discipulos eius. Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis ac bibitis?* Serpentina vox hæc est. Hanc primam vocem serpens emisit dicens Euæ. Cur præcepit vobis Deus, ne de ligno vitæ comederetis? Parentis sui diaboli venena diffundunt, qui dicūt. Quare cū publicanis & peccatoribus manducatis, & bibitis? Sed forsitan alicui videbitur hanc fuisse iustam murmurationem: quia in multis sacræ paginæ locis societas & amicitia cum impijs reprehenditur. Dauid enim de se ipso ait. Superbo & insatiabili corde cum hoc non edebam. Et in Prouerbijs ait Salomon. Ne comedas cū homine inuido. Et Paulus scribit Corinthijs, cum similibus nec cibum sumendum fore. Si de cibo præcipuè sic prohibetur in scriptura: cur Christus & Apostoli comedebant cum publicanis & peccatoribus? Ad has & similes authoritates respondetur, quod loquuntur de peccatoribus pertinacibus & induratis in malo, qui correctionem contemnunt, non tamen de illis, qui conuertuntur, vel proximi sunt, vt conuertantur. Hi nāque benignè suscipiēdi sunt, vt semper in bono proficiant. ¶ Obserua etiā hanc murmurationem nō fuisse aduersus discipulos, sed aduersus Christum. Nā vt Matthæus explicat in suo euangelio murmurantes dixerunt discipulis. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Nec est vlla contradictio inter euangelistas, quia Lucas narrat verba Pharisæorum: Matthæus autem animum & intentionem: quia in facto discipulorū magistrum calumniabātur, qui idem faciebat. Nec lis erat aduersus discipulos, aut odiū: sed aduersus Christū. Qui mos murmuratorum est, vt non ei malum dicāt, aut reprehendant, qui deliquit: sed alteri, qui ipsi delinquenti referat. Mihi de te malum narrant, & tibi de me idem renunciant: & sic cōtrario & inuerso ordine semper ambulant. Pharisæi quando eis videbatur Christum errare, discipulis id dicebant: cùm vero discipulos errare putabant, magistro id dicebant. Ità cùm discipuli illotis manibus mensæ accubuerunt: ad magistrum tendētes, dixerunt. Quare discipuli tui transgrediūtur traditiones seniorū? non enim lauāt manus cum panem manducant. Nūc autē, quando videtur eis, quòd Christus errat, dicunt discipulis. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Quod magistro dicturi sunt, dicunt discipulis, quod autem discipulis, magistro referūt. O quot quantique sunt hodie imitatores Pharisæorum: mundus nanque scatet hominibus zizaniā seminantibus, susurronibus, & murmuratoribus. Nam quod malū in proximis vident non illis id dicunt, vt se ipsos emēdent: sed murmurantes alijs narrant, & sic proximorum famæ detrahūt. Et sunt multi qui ad te veniunt murmurantes, & prælato detrahentes: quod si aliquid tu de prælato dixeris, statim ad prælatū abit, & omnia, quæ dixisti illi narrat. Te ipsum præsentē laudant, absentem verò vituperāt, & detrahunt cum alijs: tecum autem de alijs murmurant. O hominum genus execrandum qui dæmonis filij sunt, inferni carbones, Pharisæorū discipuli, Dei inimici: & quos Angeli, homines, & bruta ipsa abominantur. Vnde Salomon in Prouerbijs. Sex sunt quæ odit dominus, & septimum detestatur anima eius, &c. Hoc autem est, qui seminat inter fratres discordias. *Et respōdens Iesus dixit ad illos. Non egent qui sani sunt medico: sed qui malè habent.* Quis erat sanus? nullus certè, nam totus mūdus iacebat egrotus. Qui sunt ergo illi qui sunt sani? Pharisæi & scribæ qui se ipsos existimabant sanos, cùm maiores essent peccatores: & alios despiciebant, & improperabant. His non medicus venit, quia solos eos visitat, qui suas infirmitates agnoscunt & medicū vocant. Caue etiam & tu ne sicut Pharisæi iustum & sanum te iudices: hæc nanque superba cogitatio medicum è domo eijcit & expellit. Quare Dauid sanatus est? Quia infirmū se esse cognouit, & dixit me dico. Sana me domine, quoniam infirmus sum. Et alibi petijt misericordiā & addidit dicens. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Non, (inquam) egent qui sani sunt medico. Relinquite igitur me artem meā & officiū exercere: quia medicus sum, hi autem se ægros esse cognoscunt, & suorū peccatorum veniam poscunt. Non mihi detrahatis quia honestum est, & medicum decet, cum ægris esse, & illos visitare: cui autem hoc minus decens videretur, insanus potiùs est, & elleboro purgandus veniet. Quod idem etiam nunc hoc tempore consueuit facere: quòd si quàm magnus medicus sit, & quàm expertus, videre cupias, oculos conuerte ad tot tantasque ægritudines, quas in hoc mundo curauit. Solent periti & experti medici, quando in aliquam ciuitatem abeunt, ibi mansuri: quærere aliquos infirmos, qui ægritudines patiantur incurabiles: vt in his ægritudinibus suæ artis peritiam & scientiam demonstrēt. Grauis quidem infirmitas est auaritia, nam (vt inquit Paulus) est idolorum seruitus. Et hac egritudine Matthæum laborantē, curat.

Psalm.6. Psalm. 50. Ephe.3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat. Præterea reliqui medici alias infirmitates curant, alias verò non: quia nec omnia sapiunt, nec omnia possunt. At de Christo
Psalm. 120. ait regius vates. Qui sanat omnes infirmitates tuas. Deniq; alij medici sanitatem tribuunt, sanguinem mittendo, venas scindendo, & potiones amaras dando: & præter omnia hæc pecunias volunt. At Christus qui
Esa. 53. cælestis medicus est ipse potiones amaras suscipit, & sanguinis missiones, vt nos sanemur. Verè languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Nos fructus vetitos comedimus, ipse verò fel &
Gene. 3. aceto in cruce potatur. Nos pleni eramus malis humoribus: ipse verò in horto sanguineo cruore madefit. *Non veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitẽtiam.* Nõ intelligas quòd Christus inuenit aliquos iustos. Vera quippe est sententia Pauli. Omnes peccauerũt.
Roma. 3. Et psalmus. Omnes declinauerunt, simul
Psalm. 13. inutiles facti sunt. Sed intelligendum est, non veni vocare iustos, idest cõfidentes suę iustitiæ, sicut pharisæi, quibus Christus hęc dicebat: & quales erant illi, de quibus Pau-
Rom. 10. lus. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suã quærentes statuere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Sed peccatores, id est, desperantes de omnibus viribus, & conatibus suis: totoque animi desiderio gratiam diuinam expectantes. Hos Christus cælestis & diuinus medicus curare venit, quales erant illi publicani & peccatores. Omnes erãt peccatores, & omnes Christus vocabat: sed vocare Christus hic effectũ appellat: quia nõ omnes ei obtemperabant, scilicet pharisæi, qui arrogantia pleni se se iustos existimabant. Hos nanque & similes ist. non venit Christus vocare per effectum & consequutionẽ salutis: nam quo ad efficaciam Christus nõ est mortuus pro istis: quia propter eorum superbiam mors Christi non profuit illis. Igitur hos scribas & pharisæos vocat Christus iustos, non quia iusti fuerint: sed secun-
Hier. super. cap. 28. Ier. dum existimationem & apparentiam eorum. Mos enim est scripturæ (vt Hieronymus ait) multa dicere iuxta opinionẽ illius temporis, quo gesta referuntur: non autem iuxta id, quod rei veritas continebat. Sic di-
Ierem. 28. Luc. 2. cit Ieremias, quòd Ananias propheta tulit cathenam de collo Ieremiæ: & hic non erat propheta, sed pseudopropheta. Vocauit autem illum prophetam, quia talis in populo existimabatur. Sic Ioseph vocatur in euangelio pater Christi iuxta opinionem vulgi, (vt Hieronymus ait) contra Heluidium. Et
Ethi. idem Hieronymus super Matthæum dicit
mat. contristatum Herodem propter mortem
14. Ioannis Baptistæ, non quia verè contristabatur, cùm potiùs gauderet: sed quia hoc discumbentes putabant. Sic intelligendũ pu-
Ezec. to illud Ezechielis. Perdam ex te iustum &
impium. Iustos vocat hypocritas: nam verè iustum nõ perderet Deus simul cum peccatore: vt ipsemet testatur ad Abraham lo-
Gen. quẽs. Et in Ecclesiaste. Et iustus, qui perijt
Eccle. in iustitia sua: non quòd iustus sit, sed quòd
Ethi. sibi iustus videatur. Atque ita exponit Hieronymus. Sic Paulus stultam fecit mundi
com. sapientiam, per prædicationis stultitiam.
Esa. Mũdi sapientia stulta prorsus est. Stultitia
1. Co. prædicationis vocatur iuxta hominũ existimationem. Lege Dionysium de diuinis
Dion. nominibus pulchrè de re hac disserentẽ. Itaque infirmi & malè habentes erant publicani, qui se peccatores esse fatebãtur: & pharisæi sani & iusti, quia sic ipsi credebant & alij sic existimabant. ¶ Ad nostrã verò eruditionem aduertendum est, quòd Christus non fuit contentus solum dicere, non veni vocare iustos sed peccatores: sed addidit, ad pœnitentiam. Quibus verbis ostendit ad quid venerit vocare peccatores: nõ quidem vt perpetuò peccatores sint, sed vt ex peccatoribus pœnitentes fiant. Non vocat obstinatos Pharaones, & induratos peccatores: sed pœnitentes. Multi sunt, qui peccant, & dicunt. Deus peccatores vocare venit. Vtque venit vt salui fierẽt peccatores: sed eius aduentus parum aut nihil proficiet tibi & alijs similibus, qui semper in peccatis sedẽtes iacẽt. Propter illos peccatores venit, & eos vocat: qui se conuertunt ad eum. Attende, quòd vocat, sed ad pœnitẽtiam. Peccatores, qui pœnitentiam agunt, ij sunt, qui effectum suæ vocationis cõsequuntur, & in quibus diuina vox operatur. ¶ Præterea ad pœnitẽtiam vocat: vt intelligas, quòd Christiana religio crux est, & pœnitentia. Non vocat Christus ad delicias, non ad opes, nõ ad honores & dignitates, sed ad pœnitentiam. Vocat mundus, & vocat Christus: sed diuersimodè. Ille ad oblectamenta, & carnis spurcitias: hic autem ad pœnitentiam. Per hanc renouatur turpis animæ imago, & hanc à nobis exigit Deus: & propter illam promittit, se veniam nobis concessurũ. Vnde per Esaiam ait. Si fuerint peccata vestra, vt coccinũ, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra sicut vermiculus, velut lana alba erunt. Duos apposuit colores, qui difficiles sunt vt tollantur: vt nobis significaret, quòd quantumuis peccata in nobis inualuerint, quantumuis vegeta fuerint inueterato more, diuina gratia, & nobis pœnitentiam agentibus mundi erimus, & quasi nix & lana dealbabimur. Vnde videre licet, quod ad pœnitentiam te vocat Christus, non ad delicias. Si persequutiones pateris, labores, & infirmitates: si in tribulationibus & angustijs constitutus fueris, recordare obsecro hæc Domini verba, & memento ad pœnitentiam esse vocatum. Hæc namque Christiani gloria, & laus est pro Christo persequutiones pati. Et in hoc gloriabatur Paulus dicens. Mihi autem absit gloriari, nisi in
Ethi. cruce domini nostri Iesu Christi. Et iterum.
Si gloriari oportet, in infirmitatibus meis gloriabor. *At illi dixerunt ad eum. Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & pharisæorum: tui autem edunt & bibunt?* Discipuli Ioannis cum pharisæis hoc dixerunt, videntes gloriam Iesu, & ipsius miraculis inuidentes, quæ Ioannes non fecerat. In hoc autẽ peccabant. Primò quia se cum Pharisæis immiscebant, quos nouerant condemnatos à magistro suo Ioanne. Secundò, quia Christo calumniabantur, quem magister suus Ioannes sic adeò laudauerat. Tertiò seipsos iactãtes de ieiunio. Videbant Ioannem ieiunantem, & credebant in hoc summam perfectionis consistere, & longè erant à veritate & maximè errabant, eò quòd in ieiunio perfectionem constituebant. Non ieiunabat Ioannes, vt per hoc solum iustus efficeretur, sed quia iustus erat ieiunabat, hocque externo ieiunio alios ad veram pœnitentiam adducere volebat. Sed isti ex ieiunio alios iudicabant, & contemnebant non ieiunantes: cum Paulus doceat.
Rom. 14. Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in die festi, &c. Et ad Romanos. Qui non manducat, manducantem non iudicet. Sic nos iudicamus tanquam transgressores præceptorum Dei eos, qui constitutiones & leges nostras nõ seruant, iudicãtes illos ethnicos & peccatores: quia idem quod nos, non faciunt. Optimum est ieiunare, & ecclesiasticas sanctiones obseruare: sed in his omnium est & ineptum, si Dei dilectionem negligas. Christus hanc iustitiam docuit, non solum coram hominibus, sed maximè co-

ram Deo, ob idque se medicum vocauit. Officiũ nanque boni medici est causas morbi radicitus euellere: nam si penitus sanus non fuerit infirmus, citò in eandem recidet infirmitatem: nam si externa tantum curat, nihil vnquam perfectè sanabit. Sic vera iustitia non est, vt externè pietatem proferas, interne autẽ animus vitijs scateat. Nec verus animarum medicus est, sed seductor, qui docet tantum, quæ externæ pietatis speciem habent, his neglectis quæ animam rectam & mundam reddunt. Hinc est quod Christus vt optimus medicus docuit, quæ cor rectificant, scilicet mundi gloriam contemnere, voluptates negligere, opes sperne re, tollere iram & inuidiam, inimicos diligere, amare Deum, patriam illam beatam ardenti quodam & flagrãti amore desiderare. In his vera iustitia consistit, quæ qui adimpleuerit facilè ieiunabit, & alia exteriora opera efficiet. ¶ Expende autẽ, quòd quando dixerunt, quòd discipuli Ioannis ieiunabant, addiderunt: & obsecrationes faciunt, loquendo autem de discipulis non dicunt, non orant, sed tantum, non ieiunant: quia sciebant quod discipuli orabant, & Christus docuerat eos orare. Si ergo sciebant, q Apostoli orabant, satis erat dicere, nos ieiunamus, tui autem non ieiunant. Sed quia isti arrogantissimi erant, cùm de seipsis loquebantur, quanuis nihil ad rem faceret ad diderunt orationem seipsos laudantes. Sed deniq; loquentes de discipulis, tantum de ieiunio loquuti sunt. Sic & nunc multi sunt, qui vt aliquid proponant, vel vt ad aliquam obiectionem respondeant, illis factam, mille res adducunt ad propositum nihil pertinentes, sed in sui laudem eas adducunt, & suam omnẽ vitam, suasque omnes actiones studiosas narrant, ita vt audientibus fastidio sint: qui vel vnico verbo ad propositum respondere possent suam causam defendendo: & veritate, & iustitia seipsos excusare, non tantis ambagibus adductis facientibus ad ipsorum laudes, quæ nec ad propositum, nec ad rem faciunt eorum, quę ab eis interrogantur. Quæcunque vel etiam si leuissima fuerit occasio satis illis est, vt incipiant seipsos laudare. Sic Saul reprehẽsus à
1. Reg. 15. Samuele quare reuersus esset ad prędam, poterat respondere, quòd causa immolationis tulit populus primitias Amalech: sed antequã hæc diceret in sui ipsius laudẽ multa impertinẽtia protulit. Audiui (inquit) vocem domini

Universidad de Deusto
Biblioteca

domini, ambulaui in via per quã misit me dñs, & adduxi Agag regem Amalech. &c. ¶ Porrò obsecratio est cùm in petitione vel oratione aliquid sacrum commemoratur. Græce enim ἀντιβολέω sonat per sacrũ rogo. Acsi ad Christum fundens preces, dicerem. Per passionem tuam rogo. ¶ Aduertendum est etiam, quòd discipuli Christi non ieiunabant ieiunijs supererogationis: quia Christus volebat ad se trahere multos discipulos: at si multa ieiunia illis imponerẽt, pauci id possent tolerare: quia difficilia & ea quæ sunt magnæ perfectionis non à multis sed à paucis obseruantur. Secundò fuit propter infirmitatem eorum & imperfectionem: quia tunc noui erant, & si grauia onera illis imponerentur, fortè sustinere nõ possent, & ab eo recederẽt. Tertiò fuit, quia Christus voluit ostendere, quod status nouus quem ipse instituebat, non erat sicut antiquus: quia homines non erant iustificandi ex operibus legis, sed ex fide. Ad ostendendum ergo excellentiam status, quem Christus prædicabat, non debebat grauia hominibus onera imponere. Sed Christum respondentem audiamus. *Quibus ipse ait. Nũ quid potestis filios sponsi, dum cum illis est sponsus facere ieiunare? Venient autem dies, & cum ablatus fuerit ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.* Ioannes Christũ vocauit sponsum. Qui habet sponsam sponsus est. Ecclesia sponsa illius est, quam Christus sibi exhibuit mundam & immaculatam: & vniuersalis hæc ecclesia vnica appellatur virgo, quæ Christum vnicum etiam sponsum habet. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo. Est autem matrimonium inter Christum & istam virginẽ, (vt inquit beatissimus Paulus.) Sacramentum hoc magnum est inter Christum & ecclesiam. Filij sponsi sunt Christi discipuli, & omnes, qui in Christum crediderunt. Nam omnes, qui intra ecclesiam aqua spiritus sancti & fide renascuntur efficiuntur filij Christi per hanc fidem. Dedit eis potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius. Quos omnes Christus spirituali ter gignit. Tunc ergo non oportebat discipulos ieiunare propter conditionem temporis: quia luctus cum gaudio non conuenit. Quia aliud est tempus ridendi, aliud est flendi. Ieiunium autem ad luctum pertinet. Totum autem tempus quo Christus secundum carnis præsentiam mansit cum discipulis gaudium quoddam ingens fuit, & magna festiuitas. At post passionem in Actis sæpe dicitur, quod erant ieiunantes & orantes. Et Paulus in omnibus exhibeamus nos. &c. In fame, siti, & ieiunio. *Dicebat autem & similitudinem ad illos. Quia nemo commissuram à vestimento nouo immittit in vestimentum vetus, alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura à nouo.* His verbis Christus significat, quod his, qui quotidie vsque ad satietatem comedũt & bibunt, non conuenit statim in ipso conuersionis exordio magnam abstinentiam illis imponere. Tales erant discipuli, quapropter paulatim ad perfectiora ducendi erant: vt degustata spirituali dulcedine fortiores fierent ad corporis afflictiones perferendas. Docetur etiam hoc loco confessarij, ne statim carnalibus peccatoribus grauia iuga imponãt. Est enim opus eos, qui min⁹ perfecti sunt, paulatim ducere: exemplum diuini Pauli sequuti, qui dicit. Lac vobis dedi, tanquam paruulis non escam: nondum enim poteratis. Et Paulus Agrippæ regi dixit. Opto apud Deum & in modico & in magno, nõ tantum te, sed etiam omnes, qui audiunt, fieri tales, qualis ego sum exceptis vinculis his. Quare, obsecro, dixit exceptis vinculis his? Nonne optimum erat pro Christo ligari? Vtique: at hoc opus erat maximæ perfectionis, quodquidem Agrippæ non conueniebat, nec nouiter ad fidem cõuersis. Quos tanquam in fide teneros vincula Pauli deterrerent. Tractandi erant Agrippa & qui nouiter ad fidem Christi veniebant blandè, leniter, & quadam suauitate: non autem asperè & acriter. Ideo Paulus non vult vinculata Agrippę, sed viris iam perfectis & exercitatis in Dei seruitio. Pannus itaque vetus consuendus est veteri. *Et nemo mittit vinũ in vtres veteres: alioquin rumpit vinũ nouũ vtres & vinum effundetur, & vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum est, & vtraq; conseruantur.* Intendit Christus his parabolis, quòd doctrina noua non bene potest percipi à viris retinentibus antiquum viuendi institutum: sed oportet priùs expoliare veterem hominem, & sic induere nouum: ita quòd non bene stare potest, vt aliqua pars noua sit, alia verò vetusta. Id est, quod doctrina sit noua & vita vetus. Discipuli Christi sic adeo erant imperfecti, vt adhuc non essent capaces vitæ & doctrinæ noui testamenti, vt patet ex his, quæ Christus illis dixit

Rom.5.

Ioan.3.
Ephe.5.

2.Cor.11.

Ephe.5.

Ioan.3.
Ioan.1.

Eccle.3.

post resurrectionem. Manete in ciuitate quo adhuc induamini virtute ex alto. Ideo eos abstinuit à ieiunij præcepto & ab alijs spectantibus ad perfectionem noui instrumenti. Hęc enim tunc seruanda non tradidit, maximè teneris discipulis, sed seruanda prædixit. Explicatio ergo est huius loci. Nemo nouam doctrinam docet eos, qui veteri doctrina instituti sunt. Vestimentũ vetus & vter vetus animus est, qui retinet ea quę imperfectionis sunt. Quod si vinum nouum noui testamenti in veteres immittatur vtres, rumpetur integritas noui testamenti, & vinum diffundetur, & amittetur. Ita cautè omnia agere debemus, nec in ictu oculi, siue momento ex imperfectis perfectos fieri velle: aut ex imbecillibus fortes. Hominibus qui adhuc fragiles sunt non imponendæ sunt maximi rigoris regulæ: sed quæ humana imbecillitas ferre potuerit: nam secũdum medicos natura nõ patitur repentinas mutationes. *Et nemo bibẽs vetus, statim vult nouum. Dicit enim Vetus melius est.* Superior doctrina ex similitudinibus vestium & vtrium ex parte doctoris ostendit, & continet manifestam causam, quare Christus non faciebat tunc ieiunare: hęc autem parabola ex parte effectus discipulorum se tenet. In primis quidem parabolis ex parte temporis nuptialis, & ex parte imperfectionis discipulorum sapientia magistri commendatur: in hac autẽ explicatur praua dispositio discipulorum ex mala consuetudine. Sicut enim gustus, cui maximè satisfecit vetus vinum, si subita facta mutatione ei præbueris vinum nouũ recusat & resilit: si autem paulatim palatũ vino nouo assueferis illud libenter degustabit: ita discipuli assuefacti veteri legi, non gustabant adhuc suauitatẽ nouæ legis: sed veniet tempus quando gustabũt suauitatem noui testamenti. Per hanc enim parabolam, rationem Christus ad literam reddit quare etiam post missionem spiritus sancti non statim remouit homines à suis legibus & cęremonijs, sed paulatim: quoniã assuetis veteri vino, non statim sapit nouum. Difficile enim est assuetam relinquere. Vbi iam oportet ad nostram vtilitatem discere, vt hominem vetus exuamus, (vt inquit Apostolus) & in nouo spiritu renouemur. Ambulemus non in fermento veteris malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis & veritatis. Iucundus & suauis est spiritus domini. Vnde aduertere licet, an inueterata peccandi consuetudo in eum nos deduxerit statum, vt non Deum degustemus neque sanctum ipsius spiritum, postquam in peccatis senescimus. Etenim sic multis bene sapit vetus peccati vinum, vt despiat euangelicæ gratiæ status & dicant. Vetus vinum melius est. Et illud, quod anima peccatrix per Oseam dixit: Vadam & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc, magis quàm nunc. Opus est aduersus prauam peccandi consuetudinem debellari, vt tibi virtus bene sapiat, & nouũ gratiæ vinum. Faxit Deus, vt ita vitia præterita, & anteactam vitam detestemur, & vt conscientiam nostram & mentem ita mũdemus, & præparemus, vt cùm venerit ad nos dominus noster Iesus Christus cum vino suæ gratię, ne nobis desipiat, imò sapiat, & habitet nobiscum in sæcula sæculorum.

Ose.2.

CAPVT. VI.

ANTIQVISSIMus est inuidorũ mos, vt semper alieni boni eos pœniteat. Teredo quæ in ligno nascitur, nihil aliud statim facit à primo exordio vitæ suæ, quam ipsum lignum corrodere. Ita inuidia quæ ab ipso hominis corde ortũ & originem ducit, nihil aliud priùs facit, quã ipsum cor abrodere, & cõburere. Pharisæi igitur legis hoc pessimo veneno pleni, grauiter & ipsorũ corda torquebantur. Atque ita cùm viderent Christi redẽptoris nostri admirabilẽ vitam, & suæ doctrinæ altitudinẽ & excellentiam, plusquam nouercale odiũ aduersus eum conceperant. Et inde ortũ & originẽ hæc inuidia habebat: quia cũ populus sanctos ipsius mores & cælestem doctrinã sequeretur, post ipsum abibat, & pharisæos relinquebat. Hoc itaque videntes scribæ & optimates populi graues inimici Christi facti sunt, & capitale odium aduersus ipsum concipientes omni diligentia & solicitudine quærebant aliquid, quo Christi famam, & nomen radicitus euerterent, atq; labefactarent. Cũq; in dño (vt in quo nulla erat peccati macula) nihil reprehensionis dignũ inuenirẽt: defectus discipulorũ curabant reprehendere, vt vel inde aliquid re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dundaret in reprehensionem magistri: quã doquidem in ignominiam magistri cedit, si discipuli malè docti euadant. Ita beatus euangelista Lucas in principio huius capitis sexti scribit quomodo Pharisæi acerrimi Christi inimici saluatorem calumniabantur: quia discipuli domini in die festo spicas tritici manibus fricuerant. Diem autem & tempus quando hoc contigit eleganter hîc scribit euangelista: vt nihil ad perfectionem historiæ deficere videatur. Ait ergo. *Factum est autem in sabbatho secundo primo.* Hoc dupliciter solet exponi. Primò sic: Iudæi nanque omne festum sabbathũ vocabant: nam sabbathum requiem sonat. Dies festos, quicunque illi essent, in quibus ab operibus cessabant, appellabantur sabbatha. Quod si festum incidebat in die Parasceues (hoc est) in die veneris vocabãt parasceuem sabbathum: & sequentẽ diẽ, qui propriè sabbathum erat, nominabant secundo primũ: id est primus sabbathi, & secundus dies sabbathi, hoc est solẽnitatis. In primo nomine primus, & secũdus in ordine festiuitatis præcedentis. Secũdò locus hic intelligi potest, quòd loquatur de sabbatho, quòd erat septima dies illius festi, quòd cecidit in sabbatho. Quasi dicat. In sabbatho, quod erat octauus dies illius festi. In sabbatho secundo: id est, secundario repetito. Primo, ideſt, principali. Nã sabbathũ primum est festum cadens in sabbatho, quod etiam dicitur magnus dies festus sabbathi: quia in sabbatho duplex solẽnitas inuenitur. Sabbathũ autẽ secundo primũ est septima dies festi solennis cadens etiã in sabbatho. Nam sabbathũ simpliciter est septima dies, requies domini. Sed vt meam etiã in mediũ proferã sententiam, dico quod sabbathum secũdo primũ propriè erat sexta decima luna sequens diem maximum paschæ. Eaq; nã die iubebantur offerri frugum manipuli, vt habetur in leuitico. Dicebatur secundum, quia sequebatur festũ paschæ: dicebatur secundo primum, quia primũ erat inter sabbatha sequẽtis festiuitatis. Sic exponit Ioſephus, cui in his potiùs ego fidem adhibeo quam doctoribus Christianis: quia ipse Iudæus erat, & legis Mosaicæ seruator, & in lege doctissimus, in cuius diebus ille dies vocabatur sabbathum secundò primũ.

Leui.23.

Ioſ.lib.3.antiqui.ca.13.

Matth.12. *Cùm transiret per sata, vellebant discipuli eius spicas: & manducabant confricantes manibus.* Fame coacti hoc fecerunt, nã (vt Matthæus in quit). Discipuli Christi esurientes cœperũt vellere spicas. Maxima premebantur fame, quando quidẽ hoc facere illos vrgebat. Nam nisi ita adeò fame defatigarẽtur, minimè hoc fecissent. Vbi tu, qui opulentis, opiparisque ciborum generibus vteris, maximo deberes pudore suffundi, & videre quã parcè Christi Apostoli comedebant, qui solis spicarum granis contenti erant & conſolabantur. Quod autem euellebãt, spicas, & eas comedebant: signum erat non esse assuefactos delicatis epulis & cibis. Quid de illis dicendum, qui maxima solicitudine & industria semper curant, ne aliquantulum famis patiantur, & antequã necessitas postulet, vino ciboque ingurgitantur? quorũ Deus solus (vt inquit Paulus) venter est, & gloria in cõfusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Discе Christi exemplo carnis delicias, & multitudinem ciborum contemnere. Id autẽ vnum in hac re debes considerare, cùm carnem tuam ita delicatè & tãtis generibus ciborũ pascis: quòd eã seruas & saginas, vt esca sit & cibus immundis vermibus. In quo facto valdè ei similis es, qui amicis suis volẽs parare conuiuium, multis retrò diebus anseres saginat, pauos, & capones, vt in diem cõuiuij valde pingues sint. Ita nimirũ tu, qui tam delicatè tanta cura & solicitudine carnem tuam pascis, vermibus eã seruas, quasi vel nobiles aliqui sint viri, vel familiares tui. Plusquàm insanus es, & elleboro purgandus venis: si cùm in hac vita in continuo sis bello, & in medio inimicorum ambulans, si inimicis tuis arma tribuis, vt ab eis vincaris. Nonne insane vides quòd carnem tuam pascens, & ei multos parans cibos, quod tribuis illi vires & robur, quibus aduersus te insurgat & superet, & vt ipsa spiritum subijciat? Arma fortiora, quibus dæmon aduersus te induitur, tua caro est. His armis Holofernẽ truncauit, & Amon filium Dauid interfecit, & alijs multis vitam abstulit. Tolle inimico arma, si vis eum vincere. Ab abstinente & sobrio procùl fugit dæmon, & à lõge eum salutat. Horret vitæ asperitatem, & ab eo fugit, qui suã carnem macerat, nec ad eum accedere audet tentaturus. Sic Beatus Petrus admonet dicens. Sobrij estote & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo, &c. Vide quomodo beatus Petrus sobrietatẽ commẽdet, vt possis diabolicas fraudes & tentationes fugere. Ideo quòd (vt Paulus ait) *Non*

non in comessationibus, & in ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione: sed induimini dominum Iesum Christum, & carnis curã ne feceritis in desiderijs. Sed de his aliàs. Christus itaque propter nimiã importunitatem Iudæorum irruentium in eum exiuit à ciuitate nondum sumpto cibo, & ita discipuli esurientes spicas vellebant. Sepe numerò hoc Christo accidit, vt patet in Marco, vbi legitur, quod Christus dixit illis. Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui veniebant & redibant multi, & nec manducandi locum habebant. Vbi discant oportet diuini verbi prædicatores: vt non relinquant prædicationem propter defectum victus & corporalis refectionis. Discant etiam qui diuinum verbum audiunt cætera obliuiſci. Ita enim Apostoli verbo Dei erant intenti, vt nihil de cibo curarent. Mulier illa Samaritana statim vt Christum audiuit, & verbum eius suum terigit cor, hydriam reliquit, & abijt. Qui Deum gustant omnia deserunt, & ea quę ad corpus pertinent nihil curant. Saulus persequutor domini, vt vocem cælestem audiuit, statim omnia reliquit, & Matthæus Telonium & isti discipuli necessarium victum obliuiscuntur: sic adeò rapiebantur amore, & doctrina Christi. *Quidam autem phariſæorum dicebant illis.* O Deum immortalem, & etiam pharisæi ibãt cum Christo? Non solum discipuli, sed etiam pharisæi eius inimici magistrum sequuntur: vt nullus locus sit, qui non pateat impugnationibus etiam in sacro Christi collegio. In omni loco & tẽpore aduersus Christum calumnias quærunt: quando autem non possunt magistrum reprehendere, discipulos taxant. At si sub vexillo Christi pugnaueris, ab ipso propugnaberis. Dñs enim mihi adiutor, non timebo, quid faciat mihi homo. Et sanctissimus Iob. Pone me domine iuxta te, & cuius suis manus pugnet contra me. Pharisæi verò potiùs, quàm alij discipulos arguebãt, quia & Christo & ipsis inuidebant: vel quia volebant se ostendere cæteris sanctiores: & ideo zelabant legem, & præuaricatores legis: vel quia erant peritiores in lege, & ad illos spectabat scire, quid licitum vel illicitum esset in sabbatho. Et licet hic nulla fiat mentio de scribis, tamen sub nomine phariſæorum intelliguntur. Quia in Matthæo legimus, quòd accusabãt pharisæi dicentes. Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? & tamen ibi nõ solum aderãt pharisæi, sed etiam scribæ, vt dicit Marcus. ¶ Obserua autẽ, quòd Matthæus & Marcus dicunt hęc verba dixisse Phariſæos Christo: sed Lucas ait q̃ dixerunt illa discipulis, quia fuerunt duæ atque diuersæ accusationes. Altera accusatio fuit quorũdam Phariſæorum Christum accusantium, altera verò fuit aliorum phariſæorum accusantium ipsos discipulos. Ideo ait Lucas. Quidam autem phariſæorum dicebant illis. Quasi dicat. Multitudo Phariſæorum Christo loquebatur, & cum illo erat præcipua quæstio & accusatio: quidam autem eorum discipulis loquebantur, eos increpando & dicentes. *Quid facitis quod non licet in sabbathis?* Quid dicerent Pharisæi si vidissent nostras festiuitates, conuiuia potationem, & bacchanalia, cum per integros dies festos homines saltãt? Expende autem sceleratorum hominum impietatem. Ipsi flagitijs cooperti, viros excellentes, & sanctitate præstantes, in quibus aliquod lumen vident elucescere irruunt, & culpam leuem calumniantur. Vt vultures, qui veniunt ad cadauera, non autem ad corpora viua: sic inuidi non opera viua & excellentia, sed mortua odorant. Vide etiã quanta fuerit sanctitas & bonitas discipulorum Christi: nam ex hoc loco satis ostendi potest. Nã certè si Christi discipuli essẽt adulteri, homicidæ, latrones, aut contra legem crimen aliquod cõmisissent: vtiq; pharisæi inuidi non tacuissent. Quærentes autem quid reprehenderent, nihil inuenerũt aduersus eos: magnum quidem hoc est argumentum sanctissimè illos viuere. Sic tu viue, vt quamuis inimici velint calumniari nihil contra legem Dei inuenire possint, quod tu commiseris. Si autem aliquando aduersus te aliquid moliantur reijcere, nihil nisi mendacia & inutilia possint adducere. Sic cũ aduersus Paulum ferè tota Iudæa insurgeret, & illum accusarent graniter corã Festo & Agrippa: nihil tamẽ dignum mortis contra illum inuenerunt. Ita vt Agrippa rex diceret Festo, dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cęsarem. ¶ Obserua autẽ, quòd nõ accusabant eos, nec arguebant, eò quòd in sabbatho iter facerent, quãuis iter facere videbatur magis illicitum esse, quam confricatio spicarum: quia non itinerabant, sed iuxta loca ambulabant

Matth.12. *Mar.2.*

Deut.23.

Act.26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

per segetes. Et etiam ipsi pharisæi in eodē loco erant, quando discipuli euellebant spicas. Tum etiam quia licebat Iudæis in sabbatho mille passus ambulare. In actis etiam Apostolorum dicitur, quòd mons Oliueti *Actor.1.* est iuxta Hierusalem sabbathi habens iter. Id est, tantū distat à Hierusalem quantum licet Iudeis ambulare in sabbatho. Quia autem discipuli hoc loci spacium non transierant, non poterant accusari, quia itinerarēt in sabbatho. Nec etiam arguebāt eos furti, quia de alienis segetibus vellebāt spicas, nō enim suæ erāt illæ segetes, quia omnia reliquerant propter Christum. Ideoque de furto eos non arguebant, quia licebat discipulis hoc facere permittente lege. Nam Deus *Deut.23.* dixit. Si intraueris segetem amici tui frange spicas, & manu conteres: falce autem nō metes. Eadem etiam lex erat quantum ad uuas. Ibidem nanque etiam dicitur. Ingressus vineam proximi tui comede uuas quantum tibi placuerit, foras autem non afferas tecum. Non ergo poterant pharisæi discipulos de furto accusare, qua propter accusabant eos de sabbathi violatione: eò quòd in tam magno festo, vt sabbathum erat spicas confricarent manibus, vt eorum accusatio iusta & recta videretur, & zelo obseruantiæ legis posita. Sed palliata malitia est, q̄ multoties homines impij facere solent: qui sub prætextu virtutis dicentes legem Dei zelare, vindicant suas iniurias & insontes persequuntur. Omnes homines sua vitia curant tegere virtutis pallio. Nam si per regum & principum curias abieris, si per ciuitatum senatores, si in concilia clericorū tetenderis, plurima, & d[illegible]standa inuenies vitia cooperta sub virtutum pallio. Cupidinem suam tegunt sub boni reipublicæ zelo, impudicitias autem suas sub iustitiæ titulo. Atque ita omne hominum studium est in malum procliues esse, & bonos semper velle haberi: & hoc est, quod in vniuerso orbe fit à mundi sectatoribus. Hi nanq; pharisæi sub fuco & zelo obseruantiæ legis suam tegunt malitiam & inuidiam. Iniquus Absalō cùm vellet aduersus parentē suum regem Dauid insurgere: iniquitatem suam titulo religionis & deuotionis coope- *2.Reg.15.* ruit, dicens patri Dauid. Vadam & reddam vota mea, quę voui domino Ebron. Et abijt ad Ebron & coniurationem aduersus patrē iniuit. Sub colore & fuco deuotionis & religionis, aduersus parentem violentas manus intulit. Idem fecit rex Saul, qui cùm nimis ambiret greges pingues & armenta Amalechitarum, hanc suam ambitionem & cupidinem excusare voluit dicens Samueli, ea omnia accepisse, vt domino sacrificaret. Ita etiam multi vt prauitatem suā dissimulēt, adducunt testimonia ex diuina scriptura: vt vel sic malitiam tegant suam. Quod fecit Ma- se legimus dæmonem in deserto, qui malitiā & iniquitatē, quā in pectore ābscōditā gerebat, Christo voluit persuadere authoritate scripturæ sanctæ. Sic etiam Herodes deuotionem simulans, dixit Magis, vt redeuntes de puero nunciarent, vt ipse etiam tenderet eum adoraturus. Sic & Caiphas & concilium illud de quo Ioannes scribit, morti iustum tradiderunt, dicentes hoc ad bonum vniuersæ reipublicæ spectare, & populi Israēlitici, ne venirent Romani, & tollerent locum & gentem. Iudas etiam sub pietatis fuco cupidinem palliabat dicens. Nō poterat vnguentum istud venundari multo, & dari pauperibus? Et inquit Ioannes, nō quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habens. Quod iniquus & traditor auaritia & cupidine motus faciebat misericordiæ zelo palliabat simulans se eleemosynæ largitorē. Hoc etiam & nūc multi iurisperiti & aduocati consueuerunt facere, qui pauperibus & proximis substantiam & rem omnem diripiunt, qui vel ad hoc faciendum textus allegant & deprauant tanquam dæmon in deserto, & tanquā Herodes cum Michæa, & adducunt in Ma- suā sententiam Bartolū, & digesta, & Baldum, quibus suas tyrānides cooperiūt. Pharisæi sua lege Apostolos Christi persequuntur, & iuristæ legibus suis rem proximorum furantur: & medici Hippocratis aphorismo ægro vitam amittunt, & in alium mūdū transferunt ostenso Galeni textu. *Et respondens Iesus ad eos dixit.* Aduerte obsecro quàm fidelis amicus sit Deus, quantamque habeat curam dilectorum suorum, vt semper illis adsit, & pro illis respondeat. Confide in domino, & ipse pro te respōdebit. Iacta spem tuā & cogitatum in eum, & non tibi deficiet. Quis sperauit in eo, & deceptus est? Sed quid respondeat audiamus. *Nec hoc legistis, quod fecit Dauid cum esuriret ipse, & qui cum illo erat quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit his, qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantum sacerdotibus?* Respondet dominus

minus calumniæ, sed non nisi textibus sacris. Vt enim tentanti diabolo non respōdit sine textu: ita nec eius ministris calūniantibus sine sacro testimonio respondit. Docet, vt cùm agitur, an quidpiam licitum sit, nec ne, ad sacram paginam esse recurrendum, vt vel inde colligatur an liceat. Vsus est Christus scripturæ testimonio, quia isti Iudæi nimis credebant scripturis. Quo circa alio in loco dixit eis. Scrutamini scripturas, in quibus vos putatis vitam æternam habere. Ideo nunc Christus adduxit ex sacra pigina authoritatem: vt vnde oriebatur dubitatio, ibi ortum etiam haberet responsio. Accusatio aduersus discipulos ortum habebat in scriptura: conueniens ergo erat eis ostendere ex ipsa scriptura, se contra illam non agere. Et enim clauum clauo truditur. Sed singula iam expendamus. ¶ Non legistis (inquit). Acsi diceret. Si scripturas scire tis, vtique non diceretis hoc: sed quia nihil intelligitis, insipiēter loquimini. Legis defensoribus probat dūs eos nescire legem. Adduxit Christus exemplum Dauid, quia princeps erat prophetarum, & vniuersa Iudæorum gloria ab ipso pendebat: de quo dominus specialiter loquutus dixerat. Inueni virum secūdum cor meum. Et A bimelec summ⁹ sacerdos huic rei authoritatē præstitit. Erat enim vir ille summus sacerdos, & iustus habebatur, & in lege erat valde peritus. Conseruatio nanque humanæ salutis anteponi debet obseruationi festorū: quia sabbathum factum est propter hominem, & non homo propter sabbathum. In necessitate ergo potiùs prouidendum est, vt vitę hominis consulatur, quàm vt sabbathum obseruetur. Leges nanque non constitutæ sunt ad perniciem hominum, sed ad salutem: idcirco vbi maior vrget necessitas, cedere debent. Et sæpenumero fit, vt lex legi cedere cogatur: id quod dominus apud alios euangelistas in hoc negotio satis aperuit cū inter circuncisionem & sabbathum collationem faceret. Et hoc profecto summe observandū est, in quem finem humanæ leges & promulgandæ & interpretandæ sint: nimirum, vt charitati minimè contrarientur. ¶ Aduerte autem, quòd non solum dixit hoc fecisse Dauid, sed etiam illos, qui cū eo erant. Etenim si de solo Dauid Christus loqueretur, possent illi obijcere Pharisæi. Dauid rex erat, & propheta: tui autē discipuli, qui sunt? Ideo addidit Christus, & qui cum illo erant milites, etiam māducasse. Quod igitur licuit militibus: cur discipulis non licebit? Verùm vt scias, qui fuerint isti panes propositionis, aduerte, quod in tabernaculo Mosis erat quædā mensa aurea ex lignis *Exod.23.* Setim, operta laminis aureis, super quā ap- *&.25.27.* ponebantur duodecim panes, quorum qui libet duas farinæ decimas continebat: qui panes à solis sacerdotibus cōficiebātur. Laici dabant farinam leuitæ, & leuita custodiebat illā in thesauro Sanctuarij. Cùm autem *1.Par.9.&* necesse erat panes cōfici: petebat sacerdos à *23.* leuita farinā, & panes faciebat: fiebātq; isti panes singulis sabbathis & recentes super mensam apponebantur vsque ad aliud sabbathum: & tunc fiebant alij duodecim, & ablatis prioribus illi recentes apponebantur. De his nulli manducare erat licitū præ- *Num.24.* ter ipsos sacerdotes. Vocabātur panes pro- *Leui.22.* positionis, quia proponebantur: id est ponebantur coram domino in mēsa, quæ erat intra tabernaculum ante velū & sancta sanctorum, vbi vox dñi audiebatur, in sancta sanctorum super arcā & propitiatorium super alas Cherubin. Qua propter vocaban- *Num.7.* tur etiam panes faciei: quia positi erant ante faciem Dei. Cùm autem dicit panes propositionis, loquitur Hebræo more: Hebraismus enim est panes propositionis. Lingua quippe Hebræa, denominationibus vtitur prędenominatis. Nos verò diceremus panes propositi. Sic etiam dicūt ipsi terra promissionis, hoc est terra promissa: & filius iniquitatis, id est filius iniquus, & familiarissima est in scripturis sacris hæc loquutio. Itaque nō erat licitū, vt de his panibus aliquis laicus comedere, qualis erat Dauid: nisi in extrema esset necessitate cōstitutus. ¶ Observa autem, quòd licet vrgeret necessitas, non tamen comederūt Dauid & sui hos sanctos panes donec mundi fuerunt, & puri à mulieribus. Quoquidem facto significatur nemini licere, ad sanctum eucharistiæ sacramētum accedere, nisi prius ab omni carnis inquinamēto fuerit purgatus: præcipuè sacerdotibus, quorū munus est id quotidie manibus & pectore gestare, & alijs id impartire. Vnde dominus. Mūdamini qui fertis vasa domini. *Et dicebat illis. Quia dominus est filius hominis, etiam sabbathi.* Si Abimelec dispensauit cum Dauid in necessitate constituto, vt non solum ipse, sed etiam milites, qui cum illo erant, panes propositionis manducarēt: de quibus non poterāt ede *Esa.52.*

re nisi soli sacerdotes: multo melius id ego potero cũ discipulis meis dispensare. Ratio est, quia ille non erat dñs sabbathi sicut ego sum, & nihilominus cũ inferior me esset, id donauit militibus suis. Et facta hypothesi, quod illi male fecissent violando legis præceptũ, ego tamen non possum violare sabbathũ, quia sum dñs sabbathi. Etenim ego minimè peccare possum, faciens, quicquid mihi libuerit: quia possum omnino sabbathum tollere nulla existente causa, sicut illud institui, quia volui. ¶ Perpende autem, quòd in præceptis primæ tabulæ cuius numeri est obseruantia sabbathi, nemo dispẽsare potest, neque ipse Deus: ideoque in tali præcepto inuiolabili duo considerãda veniunt, scilicet verba legis, & intentio legislatoris: id est naturalis æquitas, quæ illũ mouit. Vbi ergo ista duo apparuerint, non licet alicui contrarium dispensare. Vbi vero non apparet intentio legislatoris, tunc licebit: nam lex potius in intentione consistit, quàm in verbis. Nam leges scire, nõ est nosse verba legum, sed vim & potestatem earum. Præterea inter præcepta stabilia quædam important actus malos in se, & secundum se, qui semper dicunt deordinationẽ, vt rem alienam inuito domino cõtrectare, vel vxorem alienã cognoscere: & in his nõ potest Deus dispẽsare. Quidam verò dicũ tur actus mali in se, licet non secundum se, vt occidere hominem, vel rẽ alienam suscipere sine fraude. In his potest Deus dispẽsare. Inter præcepta autẽ immutabilia quædam sunt purè moralia, in quibus Deus nec homo dispensare potest, quædam sunt partim cæremonialia, vt præceptum de sabbatho in quo potest Deus, & itẽ homo in necessitatis articulo dispensare, vel potiùs intentio non præcepti interpretari, & de his loquitur hîc Christus. *Factum est autem & in alio sabbatho, vt intraret in synagogã & doceret.* Duplici ex causa curabat & docebat in sabbathis. Primò quia Iudæos volebat docere in sabbatho, in quo omnes in templo cõueniebant, sicut modo Christiani in dominicis diebus accedunt ad audiendum rem sacram, & prædicatores. Et ideo ait hîc Lucas, quod Christus tunc docebat eos. Venatores etiã & piscatores retia tendunt, vbi sciũt plures natare pisces, & feras latitare. Sic Christus qui animas venari cupiebat, vbi frequens erat turba Iudæorum docebat in sabbathis. Secundò in sabbathis docere voluit, & miracula facere, quia volebat locum accusationi Iudæorum dare, quã in ipsum tanquam in violatorem sabbathi retorquebant: vt vel inde occasione sumpta eos doceret, quomodo sabbathum esset obseruandum. Ideò sequitur in contextu. *Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida.* Pharisæi illum hominem ad Christum adduxerũt: & ideo dicitur hîc, q̃ insidiabantur, vt accusarent illum. Non tamen intelligas, q̃ ipsi obtulerunt eũ, vt illũ curaret: quia hoc iam esset salutem illi homini impetrare: & si hoc facerent, non possent Christũ arguere, eo quod in sabbatho curaret: sed suaserunt homini, vt se ipsum offerret. Et quanuis videatur illum hominem non fuisse adductum, quia ait. Erat homo in synagoga: dicendum tamen est illum esse in synagoga, quando Christus intrauit, & pharisæi vidẽtes hominẽ, illi suaserũt, vt se Deo præsentaret. Quanuis deprauata & iniqua intẽtione hoc fecerint, tamen bonũ opus fecerunt persuadentes, vt ad Christũ accederet: qui verus animarũ medicus erat. At Deus ita sanctus, ita bonus & misericors est, vt ex malis sæpe bona eliciat, quemadmodũ hîc fecit, vbi salutem infirmo restituit, & vtilẽ doctrinam omnibus præsentibus prædicauit: ita etiam filij Iacob fratrem Ioseph iniquo & deprauato animo in Ægypto vendiderũt: at aũt ex hoc tanto malo Deus grande bonum multis populis parauit: nam prudentia & sagacitate Ioseph effecit, ne magna gentiũ multitudo fame periret. Atq; ita ipse posteà fratribus suis dixit. Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. Ita etiam Saul existimauit Dauid in interitum adducere, petens ab illo centũ Philistæorũ præpucia, & dixit. Nõ sit manus mea in eo: sit autẽ super eũ manus Philistim? At etiam si Saulis animus deprauatus & iniquus esset, opus tamẽ inde elicitũ bonum fuit, quia Dauid triũphans victoriã de Philistæis reportauit. Ex quo loco discere debes semper recta & bona opera facere: etiã si in mortali sis detentus culpa. Hi nanq; pharisęi etiã si in mortali iacebãt peccato tamen huic homini habenti aridam manũ, bonum impenderunt opus. Ita etiã si viuas in dãnationis statu, bona tamen opera semper facito: nam etiam si pro illis vita æterna non sis dignus, nec etiam per illa mereris, quod à peccato te dominus eripiat: bona tamen temporalia tibi comparabis & salutem corporis, & etiã bonũ habitum, vt posteà cũ veneris in statũ gratiæ maiori cũ facilitate virtutis operibus te addicas, nã habitus potẽtiam reddit facilem. Petrus nanq; postquã bis dñm suũ abnegauerat, Christi discipulus, in loquela solũ cognitus fuit. Curandũ tibi maximè est, vt etiam si Deum amittas nunquam tamen Dei loquelam amittas, vt vel signis bonus Christianus habearis, etiã si reuera bonus non sis. Nunquã desinas ad rem diuinam accedere & ad conciones audiendas, nam hæc Christiani signa sunt, quibus ipse cognoscitur: in quibus cõcionibus aliquando galli cantum audies, hoc est diuinã inspirationem, quæ ad postes ánimę tuę pulsabit, vt tua peccata & delicta plangas, & in saniorem redeas mentem. ¶ Præterea si manum aridã habes, ad Christũ statim cõfugias, potẽs quippe est omnia tua vulnera in ictu oculi sanare. Multi enim sunt qui manum aridam ad sanctè operandũ habẽt, & ad eleemosynã tribuendã: de quibus Zacharias ait. Brachiũ eius ariditate siccabitur. Quod fit quia pauperi & inopi manus non extendũt: id autẽ euenit ex cordis siccitate, vbi nulla pauperum misericordia & pietas inest. Sic beatus Dauid in psalmo. Percussus sum sicut fœnũ: & aruit cor meũ. Ex cor de enim arido, arida manus facta est, sicut arbor, quæ radices aridas habet, nullos fructus agricolis promittit. *Obseruabant scribæ & Pharisæi si in sabbatho curaret, vt inuenirent vnde accusarent eum.* Quia Christus discipulos à culpa liberauerat, & misericordiã sacrificio prętulit, pharisęi insidiari cœperunt magistro, obseruantes an sanaret infirmum nec ne: nã si eum sanaret, statim eum arguerent de sabbathi transgressione: & si non sanaret, eum de impietate & crudelitate incusarent, vel de impotentia, quod infirmum nõ potuisset sanare. Obserua autẽ, quod calũniari & accusare propriũ munus & officium diaboli est. Iuxta illud Apocalypsis. Proiectus est accusator fratrũ. Vnde meritò dicebat illis dñs. Vos ex patre diabolo estis. Porrò hæc pharisæorũ inuidia detestãda est, vt potè quæ infœlicem animam exęcat, vt inde homo deterior euadat, vnde potiorem & sanctiorẽ viuendi normam elicere deberet. Etenim inuidus omnia, quæ videt, sicut serpens omnia, quæ comedit in venenum conuertit. Omnia facta & dicta illius, quẽ odio prosequitur, semper in sinistrã partẽ interpretatur: imo potius inuidus semper intendit omnia facta illius quẽ odit deprimere, & in nihilũ redigere, & querit semper viã & modum vt hũc deprauatũ cogitatum adimpleat. Sic pharisæi & scribę mundani honoris cupidi & sitientissimi, Christo inuidebãt, & tã illius facta quã dicta calũniabãtur. Fuge igitur tu hanc trucẽ & immanẽ feram, quæ tanta mala in vniuersum intulit: inuidia enim diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Quia dæmon vidit hominem in fœlici statu constitutum esse, & ad illũ locũ illi patere aditum: vnde miserè ipse corruerat, illũ tentauit, & vicit. De Isaac nanque scriptura dicit. Benedixit illi dñs & locupletatus est homo. Ob hoc inuidentes ei Palæstini puteos eius obstruxerũt. Hæc enim maledicta inuidia nec propinquis parcit, nam Rachel sterilis Sorori fœcundæ inuidit. Et fratres Ioseph ei inuidebãt pessimo & iniquo animo, videntes quod à parente præ alijs fratribus diligeretur: cũ etiam audirent somnia, quæ narrabat. Sic Aaron & Maria loquuti sunt contra Mosem dicẽtes. Non per solũ Mosem loquutus est dñs. Sic isti Pharisæi Christo à quo tanta receperãt bona inuidebant, & calumniabantur: atque ideo facta eius obseruabant. Sed id frustra, nam vt inquit modo euangelista. *Ipse vero sciebat cogitationes eorum.* Ideoque falli nõ poterat, quia omnia nuda sunt & aperta oculis eius. Etenim homo videt, quæ foris sunt Deus autem intuetur cor. Quocirca regius vates in psalmo dño cecinit, dicens. Intellexisti cogitationes meas de longe, semitam meã, & funiculũ meum inuestigasti. Hoc tu deberes prospicere, qui semper prauas & iniquas cogitationes in pectore voluis, & deberes semper ingenti pudore suffundi, quandoquidem scis, quod Deus omnia nouit, etiã ipsa cordis penetralia. Talia nãque multoties in animo voluis, quæ si homines viderẽt, nõ dubito, quin in faciẽ tuã spuerẽt & conspectũ tanquã detestandũ relinquerent. Quid est igitur, quod corã Dei oculis ea facias: quæ corã abiectis hominibus puderet facere? Sed de his inferius aptiori dicemus loco. nunc verò euangelistam audiamus. *Et ait homini, qui habebat manum aridam. Surge & sta in medium.* Præcepit illi, vt staret, & in medium prodiret, vt omnes illum, & miraculum factum videre possent. Expende autem, quod quemadmodũ munus diaboli est, semper proijcere, euertere, & destruere: sic dñi est erigere, resarcire, & eleua

Sap. 2. *Gen. 3.* *Gen. 26.* *Gen. 30.* *Gen. 37.* *Num. 12.* *Hebr. 5.* *1. Reg. 16.* *Psal. 138.*

Hiero. super Eze. ca. 2. re. Nam (vt beatus Hieronymus pulchrè annotat) nullum peccatorem in scriptura stantē legimus, sed ad iustos dicitur. State succincti lūbos vestros, præparati in euāgeliū pacis. Et Ezechiel. Statuit me supra pedes meos. Nam stare ad vitā pertinet bene operātis, Vnde & Paulus dicit. Qui stat, videat ne cadat. Et non dubiū est, nisi quod in hoc loco stare vocat Paulus statum gratiæ & salutis. Vnde alibi suis dicit. State in dño charissimi. Et propheta qui se vita & moribus ante dñm stare videbat, dixit. Viuit dñs in cuius conspectu sto. Et ad Christi seruos loquutus egregius psaltes dixit. Ecce nūc benedicite dñm, omnes serui dñi. Qui statis in domo domini: in atrijs domus Dei nostri. Et alibi, stantes erant pedes nostri, in atrijs tuis Hierusalem. At è contra (vt Zacharias inquit) iniquitas in talento plūbeo sedit. Etenim inueterati in peccato, & flagitijs suis hērētes, sedere dicūtur qui nec exurgere, nec illud audire volunt dicentem. Surgite post quam sederitis. Et iterum. Sederunt principes, & aduersum me loquebantur. Ecce igitur quomodo verbum stare significat rectè agere: cadere verò iniquè. Hinc in psalmo primo. Non resurgēt impij in iudicio. Idest non stabunt: non probabunt esse iustos: nam illa particula, re, redundanter posita est, & hæc est germana expositio. Peccatori etiam in Deuteronomio dicitur. Nō erit stabile vestigium pedis tui. Lege si placet Gregorium & Ambrosium. Discamus primo non relinquere bona opera, nec exercitia virtutis propter calūniantiū murmurationes, nec propter dicta, aut iudicia hominum impiorū. Christus nanq; huic indigenti non desinit benefacere propter impias pharisæorum calūnias. Id enim est multorum hominum ingenium, vt hæc attendētes, ab incepto bono desistant: de quibus illud psalmi dici potest. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum. Solent nanque pueri balistas ex ductili virga facere, & tales ex fœno & alijs sagittas cū illis proijcere, quę vel muscas nō possint interficere. Ità multi sunt tā pusillanimes, vt has puerorū sagittas timeant, & metū eorū hominum cōcipiunt, qui de omnibus mala dicunt, qui que deprauato sunt animo & conscientia. Ne hos timeas, quia paruulorū sagittas, pijciunt, quæ nec tuam conscientiā ledere possunt cū hi tales infames habeātur: q̄ si hos timueris, & sagittas has nimiū sentis, potio-

Ezech. 2.

Ephe. 6.

Eze. 3.

1. Cor. 10.

Ephe. 4.

4. Reg. 3.

Psal. 134.

Psalm. 121.

Zacha. 5.

Psalm. 126

Psalm. 118.

Psalm. 1.

Deut. 28.

Greg. hom. 6. in Eze. Ambr. in Psalm. 1.

Psal. 63.

ri iure tu infans & puer eris appellandus, qui talia sentis. ¶ Discamus secūdò in omni loco & tēpore bonū semper operari ità vt euntes in bonū opus, aliud itē bonū nō sit nobis impedimēto. Dixerat superius Lucas, q̄ Christus intrauerat in synagogam, vt doceret: nihilominus tamen hunc hominē infirmū etiā curauit. Ne te pœniteat tendēs in tēplū rē sacrā auditurus, vel prędicaturus, infirmū in via visitare, & pauperē. Nā si perfectè bonus esse cupis, multa bona habere debes. Nam bonum ex integra causa cōsurgit: malū autē ex quocūq; defectu. Vt autem bonū opus perfectū sit, & omnib⁹ numeris absolutū, opus est habeat omnes virtutis circunstantias, vt vel ità cōpositum ad cōsummatā deueniat perfectionē. Ità rect⁹ & bonus Christianus ad multa recurrere debet, nec vno solo cōtentus esse debet. Vide Christum, quem nec infirmi curatio impedit, vt prædicationē exerceat: nec prædicatio impedimento est, quominus infirmū curet. Propter vnum opus bonum aliud nō relinquit, nec aliud opus alteri est impedimēto. Multi sunt sic adeò ambitiosi, vt multa sæcularia officia velint amplecti, & dicunt se omnia posse. Si autē illis aliquid pertinēs ad Christi obsequium demandaueris, solo illo lassantur, defatigantur & denique oneri succūbunt. Nā si cōcionibus vacas, dicisie iunare nō posse: si eleemosynā pauper postulat, dicis iam alijs pauperibus dedisse: atq; ita vnū opus aliud impedit. Bonis Israēlitis nō erat impedimento ędificiū tēpli: nā altera manu Israēlitici populi inimicos interficiebāt, altera verò laborabāt, ædificantes ciuitatem sanctam Hierusalem. Ità ambabus manibus ludere debes, vt alter Ioth de quo ait scriptura, q̄ sinistra manu tāquā dextera vtebatur. Ità tu ambabus manibus laborare debes: & ad omnia, quæ Dei sunt recurrere. *Et surgens stetit.* Velox & perfecta obedientia, non moras nectit, dicens cras istud faciā, subinde repetēs. Sic tibi faciēdum est, vt in omnibus prōptā obedientiā obserues. Vtinā tu cùm in vitiorum & fœditatigitiorū lecto iaces, ad Christi vocē ita ocyus surgeres, quēadmodū hic, de quo nobis est sermo: qui statim, vt dixit Christus, surge, surrexit. Vide rogo, attētis audias auribus quod Salomon inquit. Ne tardes conuerti ad dñm, & ne differas de die in diē. Surge, itaq; qui dormis: & illuminabit te Christus. Quandoquidē non ad interitū vel ad iugu-

Ephe. 5.

Psal. 12.

Ioan. 8.

Ioan. 5.

Ecclesi. 5.

lū vocaris, sed vt si cęcus es, visus clarus tibi restituatur: si infirmus, vt in pristinā re stituaris valetudinem. Surge surge piger, ne in chœnice sedeas, neq; tam suaui & vtili tibi præcepto resistas. *Ait ad illos Iesus. Interrogo vos, si licet sabbatho benefacere, an malē? animam saluam facere aut perdere?* In Matthæo legimus Pharisęos hoc interrogasse, hìc autē id interrogat Christus: sed vtrūq; verū est. Ipsi nanque prius dolosē de hoc interrogauerunt Christum, deinde iussit dñs hominē in medio stare: quo stāte Christus eorū quę stionē iterū interrogauit, vt eis aptiùs respōderet. Cum verò dicit an liceat animā curare, totum hominem intelligit: nomine nanq; animę, totus significatur homo. Sic intelligitur ille Deuteronomij locus. Intrauit Iacob in Ægyptū, cū septuaginta animabus. Vel iuxta aliorū sententiā loquens de toto homine animam dixit: quia Christus corpus miraculosē curaturus, scisciatur de animæ salute: quia quorum corpora sanabat, etiā animabus salutē tribuebat, peccata tollendo, & infundendo illis gratiā. Insuper corporum curationem ad animarum ordinauit salutem. Interrogat igitur an liceat in sabbatho bene agere, id est infirmos curare. De Christo non dubiū est quia erat legis lator, & dominus legis. Dato autem, q̄ omnē rigorē legis vellet obseruare: non faciebat contra legem: curādo infirmū illum. Quia in sabbatho prohibebantur externa opera propter laborem & occupationē: Christus autem solo verbo dicebat & sanabat. Etenim lex non præcipiebat, vt Iudæi in sabbatho non loquerentur: ergo si aliquis solo verbo, vt Christus, in sabbatho curaret, non vtique contra legem faceret. Medici etiam Iudæi poterant in sabbatho curare: imò peccarent, si extremè infirmanti non prouiderēt. Et sic Iudæi non prohibebant medicos suos in sabbatho curare. Arguebant autem Christū, quod in sabbatho curaret, eo q̄ posset has ægritudines in alijs curare diebus: cū nullum esset in mora periculū. Sicut sanando cæcos, claudos, paralyticos: quorū salutem in alios posset differre dies. Alijs etiā diebus Christus curabat, de quibus in scriptura non fit mentio: quia tantum de sabbatho controuersia agitabatur. ¶ Sed poterit aliquis forsitan dubitare. Si in alijs diebus poterat curare, in quibus calumniam nō patetur, quid est, quod in sabbathis curabat? Ad quod dubium facilis est responsio: nā aliqui infirmi eorū, quos Christus curauit, ità erant in maximo constituti periculo, vt nisi statim curarentur, perirent. Sicut fuit ille reguli filius: de quo pater dixit. Descende, priùs quàm moriatur filius meus: socrus etiā Simonis magnis laborabat febribus. Alios etiam, qui nō in tanta erant necessitate in sabbatho curabat, vt gloria Dei in similibus diebus magis eluceret, nā Christus miraculosē salutē restituebat: quantò autē corā pluribus miraculum fiebat, tantò diuina virtus & gloria exaltabatur. In sabbathis autem plurimi cōueniebant propter vacationem operis: & Christus quærebat omnium spiritualē salutē. Sed de his satis. Verū quia isti ad interrogationem Christi nō respondērūt, cōuersus est ad hominē, qui habebat manum aridam, & ideò sequitur. *Et circunspectis omnibus.* Circunspexit ira percitus & contristatus, cum videret cæcitatem cordis eorū (vt Marcus inquit). Fuit enim in Christo ira cum zelo diuini honoris, quæ tamen rationis iudicium non præueniebat: sed suo assumpta imperio. *Dixit homini. Extende manum tuam.* Imperando loquebatur: nō sicut scribæ & pharisæi. Extende (inquit) manū tuam. Nō in te contrahas: non quæ tua sunt quæras, sed quæ Christi. Non ad posteriora te conuertas, sed ad priora te ostende, nam qui male agit nō se extēdit, sed ad posteriora se conuertit. Scito enim semper debere extēdere, & exercere totā vim, quā in manu accepisti: nunquā tamen otio vacare debes. Cùm Paulus dicat. Charitas Christi vrget nos. Si igitur pater extēdit manum suā donans nobis filium suum. Et si filius manum suam & brachia quoque extendit prębens sanguinem suum, & facit potentiā in brachio suo, vt nos aridos in vitam restitueret, & nos iacentes exaltaret, quid est, quod nos manum nostram non extendimus apprehendentes disciplinam, nequando irascatur dominus, & de via iustorum separemur? *Et extendit.* Vide quomodo mēbra rationis expertia Deo obediūt, & eius diuinę volūtati parēt. Quid igitur est, q̄ tu, qui diuina prædituses mēte, & rationis particeps es, diuinis mandatis resistis? *Et restituta est manus eius.* In pristinum scilicet robur, vt rectè ea posset vti. Docuit hoc exemplo Christus ob malorum deplorādam peruersitatem, non esse abstinendum à iuuandis proximis. Vt quid igitur medicus ob incurabilem morbum vnius, infirmi omnes

Ioan. 4. Luc. 4.

1. Cor. 15. Phi. 3. 2. Cor. 5.

Psal. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

infirmos negligeret? cùm etiã nec seminatorem à seminando deterreat vnus vel alter lapis. Sic tu ob malorum detractiones bonum inceptum non relinquas, nam virtus quid quid hominum dicat vulgus vincere debet. Obserua etiam quomodo hoc facto dñs factorum suorum rationẽ dedit. Neque enim semper locum habet authoritas, sed aliquando exhibenda est dictorum aut factorum ratio. Etenim sunt multi, qui volũt sua laudari opera, solum hac ducti ratione, scilicet, quia ipsi fecerũt. Et tanti haberi volunt, vt si aliquid dixerint, ipsis videatur ob eandem rationem solum, quia ipsi dixerũt, credendum esse certissimè. Christus autem qui tanta authoritate & maiestate miracula faciebat, etiã rationem facti reddit, vt omni populo satisfaciat. ¶ Obseruandum hũc etiam quomodo sanctificandi sunt dies festi, nempe proximis benefaciendo & seruãdo animas, illud adimplentes, quod apud Esa. 58. Esaiam legimus. Frange esurienti panem tuũ, nudos vagosq; introduc in domũ tuã. Si videris nudũ operi eũ, & carnẽ tuã ne despexeris. Sed iam nunc apud Christianos (quæ huius tempestatis misera sors, & calamitas est) dies festi bacchanalibus celebrantur, conuiuijs, & ebrietatibus, choreis & ludis datur opera: & eo tempore, quo magis Deo erat vacandum, maiora committuntur peccata, & maioribus flagitijs Deus noster offenditur. Sed iam videamus, quid ad hæc scribæ & pharisæi: nam sicut sumus bonus 2. Cor. 3. odor vitæ ad vitã (vt Paulus inquit) & alijs odor mortis ad mortẽ: ita hęc miracula Christi, quæ bonis bonus odor erant, pharisæis, & scribis erant ad mortẽ. Q; propter sequitur in cõtextu. *Ipsi autem repleti sunt insipientia.* Insipientia quoad intellectum, & odio quoad animi affectũ. Pleni fuerunt erroribus, prauis consilijs, & iniquis cogitationibus: quia inde peiores euaserunt, vnde rectiores fieri deberent. Nec portentosum illud miraculum potestati diuinæ adscripserunt: nec Christi rationi & probationi voluerunt acquiescere. ¶ Sed fortasis alicui videbitur, Christum non bene fecisse curando in sabbatho, quando illis pharisæis erat occasio ruinæ: maximè cùm id in alterum diẽ differre posset. Ad quod dicendũ quòd id, quod agitur aut est malũ in se, & de hoc nõ dubiũ est, quin relinqui debeat: quia est scandalum actiuum, quod semper est peccatum: aut est indifferens, & hoc etiam dimittendum est: quia naturalis ratio homini dictat propter nullam rem alicui esse inferendũ scandalum. Si autem est bonum, aut est bonum præcepti, & hoc non est dimittendum: quia non debet ob vitandum alterius scandalum quis peccare. Aut est bonum supererogationis: & hoc quanuis homo possit dimittere propter scandalũ alterius, non tamẽ tenetur omnino dimittere, sed aliquo interiecto tẽpore. Quia igitur curatio miraculosa corporũ ordinabatur ad salutẽ animarum, quod est bonum necessarium: propter scandalũ dimitti non debuit, aut in aliã diẽ distrahi, cùm melius & opportuniùs in sabbathis fieret. Tum etiam quia præcipuè illis diebus magna hominum multitudo conueniebat, tum propter documentũ, quia nõ erat opus seruile, à quo cessandũ erat, deniq; vt ostẽderet Christus se Deum esse, & nõ legi subditũ. *Et colloquebantur adinuicem quid nam facerent de Iesu.* Hoc est quomodo eum perderent: cuius beneficijs maximè indigebant. Impijssima fuit eorum malitia: quã doquidem concilium inierunt, vt de Christi morte agerent. Vides iam hũc quomodo Dei mirabilibus impij obstinatiores reddũtur, vt in impio illo Pharaone, & in Iudæis patet: in quos cùm dominus tanta contulisset beneficia, & pauisset illos in deserto sæpe sæpius in Ægyptum reuerti voluerũt. Sic isti pessimi homines mirabilia Christi videntes, non solum reuersi sunt ad pœnitentiam: sed peiores facti de illius morte egerunt. Sic in Matthæo legimus, quòd cùm vi dissent hoc miraculum Pharisæi, concilium fecerunt aduersus eum, quomodo illum perderent. Et in Marco etiam dicitur, quod cũ Herodianis inierunt concilium. ¶ Caue tu à malitia & inuidia istorum. Etenim offendũtur inuidi bonis operibus proximorum. Legitur in primo libro regum de Heli sacerdote, quod non poterat videre lucernã, donec extinguebatur. Sic inuidi non possunt bona opera proximorum lucentia videre, nisi solum ea opera, quæ extincta sunt & mortua. Infirmabantur horũ oculi tanquã inuidi: vt nõ possent bona opera proximorum intueri. Tales lumine solis abcæcãtur. Pascuntur hi stercore, vt scarabæi: vnde iniquis proximorum operibus gaudent, & delectantur, bonis autem mœrore cõficiũntur. De his, qui proximorum bonis operibus offenduntur, inquit propheta Amos. Occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram

terram in die luminis. Cui rei in persona Christi concinit egregius psaltes. Loquuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermones odij circũdederunt me: pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: posuerũt aduersum me mala pro bonis. Quod etiã per Ioãnẽ Christus testatur. Vt impleatur (inquit) sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerũt me gratis, &c. Sed iã beatissimũ euangelistã Lucam, qui agere incipit de Apostolorũ electione, audiamus. *Factum est autẽ in diebus illis exijt in montem orare.* Non intelligas hoc contigisse statim post prædicta, quæ hũc narrantur: sed anteà, videlicet priùs quàm sermonem habuisset in monte. Vnde quæ de Apostolorũ electione hũc dicũtur, quædam recapitulatio est sancti euãgelistæ. Docemur autem hoc Christi facto à mũdo & eius tumultu lõgiùs abire: si Deo vacare quiete volumus. Prætereà oraturus montem ascendit, vt ostendat, quòd omnis orans mũdi infima & terrena contemnere & obliuiisci debet: cœlestia vero solum contemplari, & apicem montis conscendere. Vult enim dominus acturus & loquuturus cum homine, eum inuenire à mundi tumultibus & vanitatibus segregatum. Et *erat pernoctans in oratione Dei.* Genitiuus ille additus, in oratione Dei, hebraismus esse potest: cuius alias meminimus. Nam cùm Hebræi rẽ magnam exprimere volunt, rem Dei appellant vt montes Dei, cedros Dei, id est magnos. Et nos etiam frequenti loquendi vsu hoc sermone vtimur. Dicimus nanque panem Dei, vinum Dei, cùm suauissimum & optimum id significare volumus. Sic modo euangelista inquit, in oratione Dei, id est, in ardenti & feruentissima oratione: cuius rei argumentum præbet dicens, quòd in ea pernoctauerit. ¶ Docet non solum die, sed etiam noctu orationi vacandum esse, & in ea persistendum, quod quidem prophetæ sanctus Ieremias docet, dicens. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarũ: & effunde sicut aqua cor tuum ante conspectum domini Dei tui, leua ad eum manus tuas. Sic egregius ille & sanctus rex Dauid faciebat dicens. Præuenerunt vigilias oculi mei. Et Esaias. Anima mea quæsiuit te in nocte. ¶ Aduerte hîc etiam, quod ante electionem Apostolorum præmisit dominus orationem: tota enim nocte orauit, & mane elegit duodecim Apostolos: vt doceat nos orare ante electionem prælatorum: vt Deus dignetur ostendere, quis sit dignior, vt in prælatum eligatur. Sic etiam Apostoli qui edocti erant à Christo cùm alium Apostolum eligere voluerunt, qui sedem Iudæ impleret, orantes dixerunt. Tu domine, qui nosti corda omnium, ostende, &c. Sed iam *Act. 1.* hodie in electionibus potiùs præmittitur malignum & iniquum fœdus, quàm deuota oratio. Priùs nanq; qui dignitates ascẽdere anhelant ambitu sibi suffragia quærũt, & si opus est oblatis pecunijs id facinus perpetrãt. Et ij etiam, qui suffragãtur, potius amicitiam, consanguinitatẽ, patriã, vel nationẽ quàm eũ, qui studiosus est, sapiens, vel dignitate & officio dignus. Tales sunt, quę hodie fiunt electiones: vt fuit electio Sichimitarum, qui Abimelech elegerunt in ipsius *Iudi. 9.* euersionem, & eorum etiam qui ipsum elegerant. Subditi eũ prælatũ volunt, qui sem per facultatem illis facit, vt cum ignauia & negligentia viuant: eum autem abijciunt & nolunt, qui studiosus, & amator virtutis & religionis est: statimque aduersus eum insurgunt dicentes, asperum esse, rigidum, & crudelẽ. Is autẽ, qui hoc modo eligitur prælatus & ad libitum subditorum, statim conspicitur non per portam intrasse: quia aspere & superbè imperat, & cum tyrannide regit, non oculos conijciens in commune bonum, sed sibi indulgens, & amicis suis qui illũ elegerunt, etiam si mali & peruersi sint. De quibus dominus per Oseam aptissimè *Osee. 8.* loquitur, inquiens. Ipsi regnauerũt, sed nõ ex me, principes extiterunt, & nõ cognoui. ¶ Obseruandum est etiam quod quanuis Christus sit Deus poterat tamẽ sicut homo preces fundere: nã secundum assumptã humanitatem orare poterat, secundũ quã minor erat patre, quod idem testatur dicens. Pater maior me est. Secundum quam etiã *Ioan. 14.* obediebat in omnibus tanquã minor maio *Phi. 2.* ri, iuxta illud Pauli. Factus obediens vsque ad mortẽ. Ideoque orabat, & non solũ hic, sed etiam à dextris patris quatenus homo orare potest, & orat pro nobis offerens merita passionis suæ toti diuinitati. Vt ipse beatus Ioannes nobis locupletissimus est testis, qui inquit. Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem dominũ Iesum Christũ, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. ¶ Expẽde etiam, quã aspe- *1. Ioan. 2.* ram vitam degebat Christus redemptor noster, qui in die prædicabat, & docebat: per noctem verò insomnis in oratione erat, in mon

Universidad de Deusto
Biblioteca

monte, inter feras, & in solitudine. Quid ad hoc mirabile Christi exemplum dicent illi miseri & infœlices, qui de Christiano nomine gloriantur, qui in blandis lectulis per totam noctem stertunt, qui etiam vsque in mediam diem nõ expergiscuntur? Hi equidem vitam Epicuræorũ sectantur: qui etiã in vitijs & obscœnis voluptatibus tanquam sues deuoluuntur, ventrem suum Deum habentes, & vxores suas tãquam deas venerãtes. *Et cũ dies factus esset, vocauit discipulos suos.* Non insalutato hospite accedũt, sed prius vocantur. Vnde Paulus Hebræis dicit. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sed hodie multos vocat peculiaris ambitio, multos carnalis affectio, plurimos pecunia, aut regũ & principum amicitia & cõciliatio. Obserua etiam, quod Christus ex discipulis suis prælatos elegit. Apostolos & principes ecclesiæ. Sic tu ex Christi discipulis elige prælatum: nõ ex discipulis diaboli, mũdi, aut carnis: Sed quis est Christi discipulus? Qui charitatem habet. Charitas enim discipulos Christi nos efficit: iuxta id, quod idem dominus inquit. In hoc scient omnes, quod discipuli mei estis: si dilectionẽ habueritis ad inuicẽ. Is qui maiorẽ, & ardẽtiorẽ habet charitatẽ, dignior est, vt prælatus eligatur. Vnde quãdo Christus beatũ Petrũ eligere voluit in aliorum prælatum, priùs illũ examinauit qualem amorem & charitatem haberet, & voluit scire an præ cæteris Apostolis eũ diligeret: nam etiam si dignũ eligas, si dignior alius sit, aduersus conscientiã facis, nam teneris digniorem eligere. Itaque ex Christi discipulis, & ex eis, qui inuicem se diligunt prælatum eligere debes. Sic Apostoli fecerunt in electione Mathiæ in Apostolatum. Vnde beatus Petrus dixit. Oportet, vt ex his viris qui nobiscũ sunt cõgregati in omni tempore, &c. Sic etiam cum elegerunt illos septẽ diaconos, vt ministrarent mensis dixerunt. Cõsiderate viros ex vobis boni testimonij septẽ, plenos Spiritu sancto & sapientia, vt constituamus super hoc opus. *Et elegit duodecim ex ipsis.* Ex quibus manifestũ est, q̃ omnes duodecim Apostoli simul fuerint electi, nec alterũ altero in Apostolatu antiquiorẽ esse: quanuis alij alijs in discipulos priùs fuerint electi. Priùs nãq; sequuti sunt Christũ beatus Petr⁹ & Andreas, quàm Ioannes & Iacobus: ideoq; in discipulos aliqui prius alijs electi sunt, non autẽ in Apostolos. Nam quadam die primo mane vocauit Christus omnes discipulos suos, & ex eis duodecim segregauit, quos elegit & nominauit Apostolos. Quod aũt duodecim elegerit non alto vacat mysterio. Aliqui existimarunt nullum esse mysteriũ in duodeno numero Apostolorũ, dicentes nullã esse causam aut rationẽ, quod plures essent aut pauciores. Nam Marcus ait ad se Christum vocasse quos ipse voluit: & placuit illi duodecim eligere. Nam quãdo infœlix Iudas perijt non vtique elegisset Apostoli alium, qui locũ illius impleret, & Petrus id esse necessariũ dixit. Oportet (inquit) vnũ ex istis nobiscũ fieri testẽ resurrectionis & q̃ scriptura hoc prædixerat, quam oportebat impleri. Sed quanuis ratio determinata de hoc certo numero non appareat tamen duplex videtur esse. Prior quia volebat eos honorare, & null⁹ maior honor æstimatur, quàm is, quẽ in propria patria quis habet: Apostoli aũt ex gẽte erãt Iudæorũ, qui diuidebãtur in duodecim tribus. Voluit eos esse duodecim quasi habituros potestatẽ in duodecim tribus Israël. Sicque eis dixit Christus. Vos qui sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Secundò quia Christus voluit aliquã facere collationem inter vetus & nouũ testamentum. Illi nanque qui vetus testamentum coluerũt, secundũ carnem à duodecim patriarchis descenderunt: ita nimirum voluit Christus, vt omnes, qui in nouo testamẽto futuri erant Christiani descẽderẽt spiritualiter à totidẽ patriarchis. Ideoq; duodecim cõstituit Apostolos, qui principes fuerũt & doctores legis euangelicæ. Vt enim in hac mundi machina terrestri per duodecim signa Zodiaci Sol cõficit cursum suum mirabili & diuina dispositione. Sic in mundo spirituali Christus sol iustitiæ per duodecim Apostolos deducitur, qui eius fidẽ prædicarũt, & nomẽ eius cũctis nationibus fecerũt notũ, & expulsis tenebris ingẽti spledore mundũ illustrauit. Obserua aũt, q̃ ea ad quæ vocantur Apostoli, cœlestia sunt non terrena: meritissimò ergo ad ea eligũtur, qui minus habent in terra, & ideo Christus pauperes elegit. Nã quemadmodũ ad sæcularia hi eligũtur qui maiorẽ sæculi prudentiam habent: ità ad res semotas à sæculo eligi debẽt, qui minus habent de sæculo. Fecit dñs in euãgelica lege, q̃ in veteri fecerat: in qua prim⁹ rex Saul de minima tribu inter omnes alias, & de minima familia inter suę tribus familias electus est. Dauid etiã cũ eligitur minimus est inter fratres suos. Vnde ius erat Israëlitici regni, vt deficiẽte posteritate Salomonis successio pertineret ad filios Nathan: qui minor erat ante Salomonem: vt in capite tertio huius in genealogia Christi supra ostendimus. Ita hîc non diuites, sapientes, nobiles aut potentes elegit dominus: sed pauperes, simplices, & humiles corde. Sic beatus Iacobus inquit. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mũdo, diuites in fide, & hæredes regni? Elegit enim eos ante mũdi cõstitutionẽ. Ad hoc nãq; munus prædestinati fuerũt ad mundi, scilicet, constitutionẽ isti fœlicissimi homines. ¶ Sed expende, obsecro in hac electione mirabilẽ & infinitam Dei sapiẽtiam. Nam cũ vellet Deus à suis creaturis cognosci, diligi, & amari, in ipso mũdi exordio primo omniũ Angelos condidit, excellenti virtute prœditos, substantias spirituales, & diuina mente polentes, donauit illis sciẽtiã & sapiẽtiam admirabilẽ. Horũ multi male abutẽtes diuinis donis & beneficijs acceptis gloriã dñi vsurparũt, cũ potiùs gratias illi referre deberẽt: ob quod acerrime in eos animaduertit dñs, & ità ceciderunt miserando lapsu, vt dicat Ioãnes, nõ inuẽtũ esse in cœlo eorũ amplius locum, ità, vt perpetuò nulla eis remanserit ascensus spes, nec vllius remedij vmbra. Vnde ad reparandas sedes horum casu perditas (vt inquit beatus Augustinus) naturam humanã Deus cõdidit primum hominẽ Adã ad imaginem suam cõstituẽs. Qui sic adeo tanta innocentia & sanctitate conditus fuit, vt non solum fuerit plenus gratia atque diuino amore: sed etiam ornauit & muniuit eum originali iustitia, secundum quã pars sensitiua rationi obtemperabat. Nullaque orta inter potentias lite ita sanctè, piè, & angelica vita, & in omni perfectione viuebat. Quæ omnia dona, gratiæ, & immunitates non illi fuerunt satis: vt in amicitia diuina perstisteret. Quippe diuinum mandatum ipsi impositum violauit: vnde priuatus fuit iustitia originali, quę sibi & posteris suis tã quam primogenitura erat concessa, atque ita subiectum mansit eius corpus morti, & anima in misera dæmonis seruitute captiua. Et quia omnis caro corruperat viam suã, ex omni massa perdita elegit Deus filios Israël in habitationẽ suã, segregans eos à reliquis, vt ab illis adoraretur, & coleretur, quandoquidem reliqua hominũ pars idolatriæ studebat. Et quemadmodum Angelis sapiẽtiã donauerat sublimẽ, & primo patrẽti Adæ sanctitatẽ absolutã & perfectissimã: ità huic suo populo electo dedit abũdãtem terram, affluentiã diuitiarũ, regale sceptrum, glorioſos triũphos & victorias, quas de inimicis suis reportarunt. Hi etiã sui tanti dñi, qui in eos tot cõtulerat beneficia, tot amoris & pietatis suæ pignora tradiderat, proditores ingratissimi extiterunt. Videns itaque vnigenitus Dei filius quàm fragile fuisset literarum, quòd iactum erat, fundamentum, sanctitatis, diuitiarum, atque humanarum virium ædificium in aliud multò dissimile conuertit. Et ad id stabiliendũ & firmandum non sibi assumit mundi sapientes, non literatos, non potentes, non legis Rabbinos, non inflatos mundi philosophos, non principes & magnates, non strenuos milites, nec fortes & robustos duces: at fundamentum iacit ecclesiæ suæ sanctæ pauperes & rudes piscatores: vt verè Apostolus dixerit. Infirma mundi elegit Deus, vt fortia quæq; cõfundat. Vult Christus ecclesiã suã perpetuò durare, atq; ità hos humiles & infirmos homines eligit. Quã quidẽ rem si accuratiùs inspexeris, videbis in ea diuinam & admirabilẽ sapientiã relucere. Nã cùm ecclesiæ suæ priora iecisset fundamenta Angelicã sapientiã, miserabili lapsu corruit: deinde eam in sanctitate & in innocentia fundauit & cecidit: denique eã ædificat in virium robore, diuitijs, atque potentia, & tandem radicitùs fuit euersa. Nũc aũt mũdi reformator & restaurator ecclesię suę fundamentum constituit homines imbecilles, & peccatores, vt Petrus, qui post Christũ prima fuit petra fundamẽti qui nõ post multum temporis miserè & infœliciter cecidit. Et vt fuit Matthæus, qui in Teloneo sedebat. Et Paulus Christiani nominis inimicus & persequutor: & duo alteri ambitiosi filij Zebedæi, & iactis his tã fragilibus fundamentis certo certius est ecclesiam nunquã defuturam. Hęc sunt mirabilia & stupenda Spiritus sancti opera: hæc immẽsa & inscrutabilis Dei sapientia, quam insipiens mundus cùm non attingat, nec capiat, stultitiam & insipientiam iudicat. Itaq; supernus artifex iã incipit ædificiũ suum, & priora iacit fundamẽta duodecim angulares & fortissimas petras. ¶ Aduerte aũt, q̃ ex cõmuni gremio eligẽdi sunt ij, qui in magna habeantur

Phi.3.
Hebr.5.
Ioan.13.
Ioan.21.
Act.1.
Act.6.
Matth.4.
Matth. 26.
Matth.9.
Acto.9.
Matth. 20.
1.Cor.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

æstimatione. Sed multi prælati præcipuè monachorũ iam huius doctrinæ obliuiscuntur, qui exteras & peregrinas adducunt moniales, vt monasterijs præsint: vnde fit, vt multæ oriantur dissensiones inter eas, quia molestè ferũt, vt foris adueniat, quæ eis præsit, cùm potiùs aliter deberet fieri. Vnde bene sancitũ est in ecclesia, vt abbas à suo monasterio eligatur. Sed proh dolor qui sæpe sæpius multa proprijs oculis vidi orta scandala, cùm prælati eas velint honorare, quæ illis magis placent quibusque aliquibus donis & beneficijs sunt affecti: atq; ita eas tra ducunt ex altero in alterum monasterium. Posteà vero non illis deest parua quædã & nullius momenti excusatio, qua suũ defectum, & inordinatum amorẽ tueantur, dicẽtes ità cõuenire, vt adsit pax & tranquillitas in monasterio. Quod certè non ità re vera euenire solet, quia potiùs ipsi cũ discordia gaudẽt, vt milites cũ bello, in quo ipsi diripiũt, & rapiunt quę possunt. Christus itaq; ex ipsis elegit duodecim. Et Apostoli elegerũt Mathiã ex ipsis, nõ ex extraneis. Oportet (inquit Petrus) eligere vnum ex his qui nobiscũ sunt, &c. Sed de his satis. ¶ Vnum autem hîc vltimo notandũ, q̃ Christus elegit hos Apostolos in mõte: nam statim (inquit euãgelista) Christũ descendisse de mõte: ex quo dignitas Apostolatus excelsa & sublimis cõsiderari potest, cùm in sublimi & alto loco in cacumine montis data fuerit. Postquam igitur ex omnibus discipulis hos duodecim elegit, ait euãgelista. *Quos & Apostolos nominauit.* Apostolus græce idem est, q̃ latinè missus. Hi nanq; gloriosissimi Christi, & eius vitæ, obsequãtissimi sectatores, primatum obtinent in ecclesiastica hierarchia: & sunt post Christũ altissima Christianæ ecclesiæ Seraphin quorũ verba & scripta veritatẽ continent infallibilẽ, & scripturæ sacræ reputãtur. Hi sunt, qui ecclesiã plãtarũt, & suo sanguine tanquã aquarum torrentibus fructificare fecerunt. Hi sunt, quos Christus nõ seruos, sed amicos nominauit: hi sunt mũdi restauratores, vniuersi orbis prędicatores, Christus splẽdidissimus mundi sol, & lumen orbis tenebras ignorantiæ expellens. Hi denique duodecim Apostoli, sunt illi duodecim fontes Helim, qui doctrina sua omnem terram irrigarunt. De quorum numero & altissima dignitate, & meritis multa eaq̃ue præclara dici possent, quæ breuitati consulentes, consentaneũ duximus omittere. Nomina autem sanctorũ Apostolorum, quæ Christus dicit scripta esse in cælo: nunc etiam beatus euangelista hîc ea scribit dicens. *Simonem quẽ cognominauit Petrum, & Andreã fratrẽ eius: Iacobũ & Ioannem.* Nominantur Apostoli quasi viri illustres & prælati. Sic Mosi dictũ est. Noui te ex nomine. Illi ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ tẽpore concilij singuli per nomina vocabantur: & ad ostendendũ, quod erant proceres, dicitur, q̃ vocabantur per nomina. Sicut enim in veteri testamento ponũtur nomina partriarcharũ filiorũ Iacob: sic in nouo testamẽto ponũtur nomina principũ & patriarcharũ. ¶ Obserua autẽ, quod in ordine nominũ non attenditur ad merita, aut ad sanctitatẽ: quia Ioannes (vt dicit Chrysostomus) non solum cæteris, qui post ipsum sequuntur: sed etiam ipso fratre maior erat. Et Andreas non fuit vocatus ad tantã Christi dilectionem & familiaritatẽ sicut Ioannes. Ordo enim est antiquus: quãuis Petrus propter principatum & dignitatem omnibus præferatur. Petrus & Andreas priùs fuerunt vocati ad discipulatũ: quanuis non ad cognitionem Christi, nam ad hoc priùs fuit vocatus Andreas, quã Petrus: & priùs Philippus, quàm Iacobus & Ioannes. Sed ad discipulatum nunquam ad sua reuersuri, simul vocati sunt Petrus & Andreas: & primus ponitur Petrus, quia natu maior erat, & eadem ratione Iacobus ponitur prior Ioanne quia ætate maior erat: quos duos fratres statim post Petrũ & Andream vocauit dominus. Sed nonnihil differre videntur hîc euangelistæ. Lucas enim & Matthæus ponunt in secundo Andream & in Marco & in Actis vbi numerantur Apostoli, ponitur Andreas in quarto loco scilicet post Iacobũ & Ioannem. Ratio est, quia Matthęus & Lucas seruant hic ordinẽ temporis, illic autem dignitatem: quia ad maiora secreta hi tres eleuati sunt. Et quia Ioãnes inter duodecim (vt Ambrosius fatetur) solus virginitatis puritatẽ inuẽtus fuit, & quia à domino maiori dilectione fuit prosequutus: ideò Lucas in Actis post Petrum eum nominat, & posteà Iacobũ & Andreã. Vocatur autẽ Simon Petrus ad differentiã alterius Apostoli, qui vocabatur Simon cognomento Zelotes, aut Cananæus. Posuit autem Simoni nomen Petrus ad significandam ipsius futurã excellentiam: quia summus pontifex constituendus erat. Nã sicut petra ponitur in ædificij stanquam basis & substerniculum, ità Petrus fuit fundamentum ædificij spiritualis Apostolorũ, & qui primas inter eos tenuit. Quia inter principes Apostolos ad dignitatem pontificiã electus est, imposuit illi Christus nomen: quia nominis impositio dominij & principatus signũ est. Vnde dñs volens docere Adã, q̃ eũ principẽ & omniũ dñm fecisset, adduxit ad eum omnia, vt videret, q̃ nomen singulis imponeret. Veluti qui mancipium emit: volens ei ostẽdere se super ipsum dominiũ habere nomen immutat, Sic Deus Abrahã & Sarę nomina mutauit. Sic Pharao in Ægypto vocauit Ioseph Saphanat: hoc est, mundi Saluatorem. Et Nabuchodonosor vocauit Danielem Balthasarem. ¶ Prætereà res in melius mutatæ indignæ sunt, vt prioribus nominibus appellentur. Hac de causa Abrã in Abrahã mutatus est, & Iacob, in Israël. Quo etiã facto docemur, vt siquẽ ex peccatore iustũ, iã mutatũ viderimus: nominis prioris ignominiosi obliuiscamur.

¶ Andream autem vocauit fratrẽ Petri propter honorẽ: quia in honorẽ illius cedebat, q̃ esset frater Petri, quẽ Christus principẽ Apostolorũ fecerat. ¶ Iacobus filius est Zebedæi, quem Christus plurimũ dilexit: fuitq̃ vnus, ex eis, qui peculiariter ad omnia secreta Christi vocabantur: qui omniũ Apostolorum primus martyrij palma laureatus est. ¶ Ioãnes frater Iacobi vnus est ex quatuor euãgelistis, cuius euãgeliũ (vt Augustinus ait) inter omnes scripturas eminentissimum est: quocirca aquilæ assimilatur, quia sermonis & secretorũ altitudine omnes trãscendit. Solus ipse inter duodecim cũ Christo adfuit cùm in cruce penderet, cui dñs virginem matrem virgini cõmendauit, & præ cæteris dilectus fuit à Christo: qui post quã ofto supra sexaginta annos euangeliũ præ dicauit, post exilia, post calamitates & martyria apud Ephesum susceptа (teste beato Thoma) absque vllo dolore moriens, eadẽ hora suscitatus corpore simul & anima gloriosè cum sanctis ascendit in cælum. *Philippum & Bartholomæum.* De his nulla est discordia inter euangelistas quia ambo ponũtur statim post supra dictos quatuor. Tamẽ in Actis Apostolorum post Philippum ponitur Thomas & deinde Bartholomæus. Huius discordãtię causa manifesta nõ apparet, sed fortè fuit ad designãdũ ordinẽ dignitatis: & omnes euãgelistę tenuerũt ordinẽ

tẽporis. Lucas verò in Actis tenuit ordinẽ meritorũ. Nobis tamẽ nihil cõstat de differẽtia Thomæ & Bartholomęi, quia eorũ gesta nõ legũtur in sacra scriptura, per quę alia quã eorũ dignitatẽ venari possimus. ¶ Obserua autẽ, q̃ euãgelista, Apostolos binos & binos nominat, dicẽs Petrũ & Andreã, Iacobũ & Ioannẽ, Philippũ & Bartholomæũ, & sic de reliquis, quos fortè ità numerauit, quia bini posteà fuerũt missi. ¶ Porrò hic Philippus anno ætatis suæ septuagesimo octauo crucifixus est, postquã Ebionitarũ hæresim destruxit, & totam Scythiã ad fidem Christi sua prædicatione conuertit. Bartholomæus autem in superiori India euangelium prædicauit: & in Licaonia, vbi pro Christi nomine cæsus, & exẽteratus, tãdem capitis discrimine fœliciter occubuit. *Matthæum & Thomam.* Marcus & Lucas priùs ponunt Matthæum quàm Thomam: sed ipse Matthæus Thomã priùs ponit. Ratio discriminis est quia Lucas & Marcus scribunt iuxta tẽporis ordinẽ, in quo Matthęus præcesit Thomã: ipse tamen Matthæus ex humilitate prius posuit socium suum, qua etiã humilitate se ipsum publicanũ nominauit, quòd alij euangelistę tacuerunt. Matthæus verò primus omniũ euãgeliũ in Hebræo scripsit, regiũ puerum in Æthiopia suscitauit à mortuis, & partẽtes pueri ad fidem Christi conuertit, & tandem Hirtaco regni successore gladio confossus est. Thomas autẽ bene de Christiana pietate meritus, tã in Medos, quã in Persas, Hircanos, Brachmanas, & Indos multis editis miraculis Christi fidem augens lãceis confossus in India fuit. De quatuor autẽ Apostolis qui sequuntur, omnes tres euangelistæ concordãt. *Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem qui fuit proditor.* Horum duo scilicet, Simon & Iudas fuerũt fratres Iacobi minoris, & filij Marię vxoris Alphæi Sororis virginis Mariæ, Iacob hic Alpheus propter eminentẽ vitæ sanctimoniã cognomẽto iustus appellatus est. Cõstitutus fuit ab Apostolis episcopus Hierosolymorũ, ob Christi nomẽ lapidatus & præcipitatus, fuste fullonis capite cõminuto martyrij laurea decoratus est. Simõ verò in Ægypto prędicauit, & post Iacobũ iustũ cathedram Hierosolymis obtinuit: & iam senex factus sub Traiano imperatore, sicut Ioãnes euãgelista, passus & cruci affixus est. Iudas autẽ Iacobi frater in Mesopotamia & in interioribus

Pon

28. q. 2. abbatem.

Act. 1.

Ioan. 15.

Exod. 15.

Matt. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ponti prædicauit, & tandem Martyrio coronatus est. Iudas verò Iscariot vltimo loco ponitur, nõ quod posterior venerit ad Christi scholã: sed quia traditor & iniquus fuit. Sicut enim Ioãnes ponitur in Actis in secũdo loco propter ipsius excellentiã: sic Iudas ponitur in infimo loco propter eius vitæ obscuritatẽ & nequitiã. In quo loco videre poteris quomodo vitia & peccata in humilẽ & infimum locũ hominẽ constituant. Quod quãuis in Dei iudicio & inter euangelistas ita sit: tamẽ mũdus nõ sic facere cõsueuit: nã homines pessimos flagitiosos, & morte
Psalm. 72. dignos in priori loco collocat. Vnde regius vates. Ecce ipsi peccatores abũdantes in sæculo obtinuerũt diuitias. At viri studiosi & integritate vitæ & candore fulgentes in mũdo infimum locum obtinẽt; hi semper abiecti & contẽptibiles reputantur. Dives ille auarus, qui omni vitiorum genere erat coinquinatus primũ locũ obtinebat in mundo: at mendicus Lazarus infimũ. Sed multò aliter coram oculis Dei id contigit, nam pau-
Luc. 16. per Lazarus principẽ locũ in cælo occupauit, dives autem purpuratus infernum habitationẽ recepit. Ioseph principaliorẽ & nobiliorẽ iudicabat Ephraim, quia maior natu
Gen. 48. erat, quàm Manasses: at sanctus patriarcha Iacob diuino spiritu afflatus, manus immutauit, & minori, qui diuina prædestinatione erat electus, quique gratus & iucundus Dei oculis inueniebatur, dexterã imposuit manum, sinistram autẽ maiori. Solet enim cõtingere, vt cùm domus aliqua à nemine incolitur omnia quæ in ea sunt, transmutata & nullo ordine disposita reperiuntur: nam scabella, subsellia, & mensæ cũ lectulis inuoluũtur: at cum dominus aduenit singula suis locis apponuntur. Sic nunc in mundo cõtingit vbi omnia sunt inuersa, & iniquo ordine disposita: nam qui meliores sunt, minoris æstimantur, & ea quæ in sublimiori loco constituta esse deberent, in infimo iacent: quæque in infimo, ea in altissimo solio sunt collocata. Vnde verè hunc mundũ Babylonicam cõfusionem appellabis: vbi nullus ordo, sed perpetua discordia & dissonantia inuenitur. Sed cùm venerit Christus, qui vniuersi orbis dominus est, omnia suis debitis locis disponet: & reddet vnicuique iuxta opera sua, præbens rectis honorem, ignominiã verò & cõtemptũ malis.
Matth. 7. Vt autem videas quàm rectus ordo in domo domini obseruetur proditorem Iudam sancti euangelistæ in infimum & vltimum locum constituunt, tanquam vltimum & minorem in meritis. ¶ Prætereà quotiescũque euangelistæ Iudam nominant, dicunt illum proditorem fuisse: quod fecerunt, vt ostenderent bonitatem aliorum Apostolorũ, quia hunc solũ malũ & iniquum designantes, reliquorum sanctitas & integritas clariùs elucescat. Quod manifestè innuitur, quando Petrus nomine Apostolorũ dixit. Domine verba vitæ æternæ habes: & nos cognouimus, & credidimus quia tu es Christus filius Dei. Et respondit Christus. Nonne ego duodecim vos elegi, & vnus vestrũ diabolus est? Et ille nõ credidit. Iudas quippe nunquam credidit Christum esse filium Dei: quanuis crediderit illum virum bonũ & iustum. ¶ Discamus, propter vnius hominis delictum non contemnere omnium communitatem & congregationem. Nam in cælo omnes sunt boni, in inferno omnes mali: in terra autem & boni simul & mali vitam agunt, siquidem nullà in mundo sanctior cõgregatio reperiri potest: quàm fuit Apostolorum, vbi vnus iniquissimus Iudas fuit inuentus. Christi collegium habuit bonos & malos, perfectos & imperfectos: sicut nunc sagena ecclesiæ bonos & malos comprehendit. Sic etiam religiosorũ monasteria boni & mali habitant. Inter Apostolos fuerunt duo quærentes vindictam Samaritanorum, tanquam imperfecti. Fuerunt etiam gloriæ & honoris cupidi, nam facta fuit contentio inter illos, quis eorum videretur esse maior. Fuerunt etiã murmurantes, nam videntes Magdalenæ factum, indigna ferebãt dicentes. Vt quid perditio hæc? Fuerunt etiam inter discipulos apostatæ: nam multi audientes, quod loqueretur de mãducatione corporis sui, illũ reliquerũt, & abierunt retrò. Fuerunt deniq; inter illos pœnitentes & impœnitentes: sicut Petrus & Iudas, quorum alter pœnitentiam dignam fecit: alter verò miserè & infœliciter laqueo se suspẽdit. Quare ineptissimi & stupidi homines sunt appellãdi, qui propter vnius religiosi peccatũ, monasteria monachorũ dãnant. Qui etiã perinde sua imprudentia sanctorum Apostolorũ collegiũ dãnare deberent: & damnent etiã cælũ & sanctorũ Angelorũ choros, in quibus multi mali fuerũt, & ab eis ceciderunt. Monachi (vt piè & verè loquar) rarò cadunt, citiùs verò resurgũt, quia multa iuuamina & suffragia habẽt, quibus

quibus adiuti facilè resurgere & resipiscere possunt, vt claustra, chorus, locus orationis, celebratio sacrorum, bonorum consilia: dẽique mercede & retributione sunt digni propter omnia, quæ faciunt, nam sub obedientiæ iugo ea conficiunt: viuunt tandem remoti & segregati ab scopulis mundi: vbi multa sunt præcipitia. Si autẽ aliquando eis contigit cadere, id humanæ fragilitati danduũ est: præsto verò adest illis dominus manum dexteram porrigens, vt cum Petro fecit. Quid si aliqui retrorsum vadant lapsi in apostasiam, sicut abierunt illi Christi discipuli? Nunquid propter hoc execrãda sunt monasteria? Si igitur in illo tam sancto & tã diuino collegio, vbi Christus rector erat & magister inter tam paucos tanta fuit differentia bonorum & malorum, fortiũ & imbecillium, pœnitentium, & impœnitẽtium, abeuntiũ & perseuerãtium, quid est, quòd miremur, si viderimus areã monasterij non esse sine paleis? Vide etiam & tu, quòd cùm aliquis illorum delinquit, & illi detrahis: q̃ multa ille operatus est bona, quę tu nunquã fecisti, imò multa patrasti mala, quæsi panderentur, puderet te coràm oculis hominum apparere. Itaq; tu vnius mali quod semel fecisti, perpetuus es imitator; multorũ autem bonorũ, in quibus per totam vitam, se exercuit, nunquã recordaris. ¶ Docemur secundò, ne quis de statu suo nimis confidat: aut inaniter glorietur. Poteris namque in statu perfectionis vitã degere, & inter viros perfectos cõuersari: tu tamen iniquis & peruersis moribus esse imbutus. Et licèt modo inter bonos habitãs bonus sis: poteris tamen in ictu oculi ab hac bonitate recedere, & in profundũ malorum miserè labi. Ecce Angeli de cælo ceciderũt. Adam de paradiso. Dauid egregius psaltes, & vir perfectissimus, tui pibus se immiscuit flagitijs. Et tandem Iudas, qui dignitatẽ apostolicam consecuerat, quiq; dæmonia ejecerat, & multa fuerat operatus miracula, turpiter, & infœliciter cecidit, & cùm Apostolorũ esset socius dęmoniorum sodalis factus est. Nullius enim inaniter aut præsumptuosè de se alicuius præsumat, aut glorietur: neque monachus sæculares viros contemnat: nec in sua virtute & monachatu confidat, sed potius semper humiliter de se sentiat, & cũ timore domino seruiat, cùm videat Iudã Apostolum ex culmine dignitatis in miseram Tartarã cecidisse. Qua propter egregiè admonet
1. Cor. 10. B. Paulus dicẽs. Qui stat, videat ne cadat. ¶ Obserua etiã, quòd quãuis Christus scirẽt scìret Iudã fore damnandũ, & ab eò tradendum esse: nihilominus illũ in Apostolum elegit, vt impleretur scriptura dicens. Qui
Psal. 40. edebat panes meos magnificauit super me supplãtationem. Hãc eandẽ rationẽ reddidit ipsemet Christus, loquẽs de Iuda: vt impleretur scriptura, quæ ait. Qui manducat mecũ panem, leuabit cõtra me calcaneum suũ. Nemo tamen haberet consuetudinem manducandi cũ Christo, ni esset mensæ suę continuus & familiaris, nẽpe discipulus aut Apostolus: ideoq; vel in discipulum, vel in Apostolum Iudas eligendus erat. Sed potiùs in Apostolũ, quia Apostoli magis familiares erant Christo: & manducabant, & bibebãt cum illo. Elegit illum, quẽ sciebat proditorem futurum, vt doceremur homines non natura: sed voluntatis arbitrio malos fieri. Bonus erat Iudas cùm electus fuit, & tradidit illi dominus pecuniam, quia videbat eum pia & bona mente esse præditũ, quòd vero ipse bonis rebus abusus fuerit, ipsi imputanda est culpa. Poterat quippe si voluisset in sancto collegio & diuina vocatione permanere. Persistamus igitur nos in
1. Reg. 9. sancta vocatione: cecidit enim Saul, qui bonus electus est in regem, cecidit & Iudas.
¶ Expende autem mauditãm & ineffabilẽ Christi mansuetudinem, & quàm bene canat ecclesia illum viscera misericordiæ habere: quia quotidie cum Iuda comedebat, & plurima beneficia illi contulerat, & dulciter cũ eo conuersabatur, rectè sciens, quod traditurus esset illum in mortem. Tu vero inimicum tuũ & perfequeris, & ab eius conuersatione te abstines. Sed iam historiam prosequamur: *Et descendens cum illis stetit in loco campestri.* Electus Apostolos ascendit cùm illis in montem, & doctus turbas descendit: quia perfectioribus altiora dicenda
1. Cor. 3. sunt, & minoribus leuiora. Vnde Apostolus. Tanquam parvulis in Christo lac dedi vobis, non escam. Et in alio loco. Sapientiã loquimur inter perfectos, omnis enim,
1. Cor. 2. qui lactis est particeps expers est sermonis iustitiæ: parvulus enim est, & perfectorum est cibus solidus. Erat Christus in monte pernoctãs, in oratione, cùm mundani sunt in lectis suis lasciuientes, & in vt sanuis dormientes autem. Erat Moses in mõte in orationibus & vigilijs cum Deo loquens: populus autem infra erat comedens & libens,
Exo. 32

& vitulũ adorans. Ita mundi discipuli, cùm Christus & eius discipuli in oratione sunt, ipsi in delicijs, & vanitatibus sunt detenti. At pius dominus cùm videat eos in cacumen montis non posse ascẽdere propter viriũ imbecillitatem, descendit à monte illos docturus, & mirabili doctrina eos erudit.

¶ Stetit (inquit) in loco cãpestri. ¶ Voluit dominus loca, in quibus populũ docuit scribi & designari, vt si posteà rebelles facti dicerent se non admonitos, loca ipsa si opus esset in testes vocarẽtur. Sic enim homines lapidum aceruos & statuas in testes fœderis vocant, vt legimus de Iacob & Laban, qui aceruum lapidũ conficientes, cumulũ testimonij vocauerũt. Cur etiam Deus in testimoniũ suæ doctrinæ loca, in quibus prædicauit, non adducet? Lege diligenter initiũ libri Deuteronomij, vbi videbis quãti faciat dominus loca, in quibus doctrinã suam tradidit. Hæc (inquit) sunt verba quæ loquutus est Moses ad omnem Israel trans Iordanem, in solitudine campestri: contra mare rubrũ: inter Pharan, & Tophel, & Labã, & Aseroth, vbi auri est plurimum: vndecim diebus de Oreb, &c. Et postquam loquẽdi finem fecit, dixit omni populo. Testes inuoco hodie cælum & terrã quod posuerim vobis vitam & bonum, benedictionem & maledictionẽ. Et in capite vltimo libri Iosue habetur, quod postquam Iosue locutus fuit ad omnem populum Israel tulit lapidẽ pergrandem posuitque eum subter quercum & dixit. Ẽn lapis iste erit vobis in testimoniũ, quòd audieritis omnia verba domini, quæ locutus est vobis: ne forte posteà negare velitis, & mentiri domino Deo vestro. Vbi peccator diligenter debet aduertere, q̃ Deus videns suam obstinationem vocauit in testes lapides & montes aduersus eum. Si non adimpleuero verbũ meum (inquit Iacob) lapides isti testes erunt. Tunc temporis lapides loquentur, & testimonium proferent aduersus iniquum & mendacem, qui verbum Dei audiens, id noluit obseruare, imo violauit præcepta & mãdata eius, &c. ¶ Vbi obseruabis, quòd sermonem istum beatitudinũ, quem Christus hìc habuit, licet alij existiment aliũ esse ab eo, quẽ Matthæus narrat ego verò (salua aliorum pace) eundem esse credo. Et si contradicere videatur id, quod Matthæus dicit, q̃ Christus ascendit in montẽ, Lucas vero quod descendit in locum campestrem. In quibus verbis nulla est contradictio, aut repugnantia: nã licet locus hic campestris mons sit, & illum Matthæus montem vocet, nihilominus, vt dixi nulla est contradictio, nam locus campestris mons est, licet sit quædam pars mõtis planior. Loca enim campestria solent in scriptura ea vocari, quæ non sunt omnino excelsa, nec omnino plana sicut montes. Etenim in libro Numerorum ponitur quædam mansio Israelitarum in campestribus Moab, & alia subsequẽs ponitur in planiori b⁹ locis terræ Moab. Ex quo innuitur quod loca cãpestria non erant plana, sed sunt quasi quidam descensus montiũ vbi Christus prædicauit. Ascendit in altitudinem montis vbi discipulos elegit in Apostolos, & descendens in medium montis in quadam planicie accesserunt ad eum discipuli eius, & videns multitudinẽ turbarum, tunc prædicauit sedens: quia locus ille satis conueniens erat, vt posset in eo sermonem ad populũ habere, vbi omnes conuenerunt. Cùm autem dicit Matthæus quod sedit, & Lucas quod stetit: nulla est cõtradictio, nam cum accessisset ad loca campestria in illo monte stetit cum discipulis suis, expectans paululum donec congregarẽtur turbæ, vt omnes doctrinam audirent, quæ cùm congregatæ essent sedens incepit prædicare. ¶ Sedens autem docebat, vt significaret differentiam inter nouum & vetus instrumentum: nam lex vetus data fuit cum terroribus, fulminibus, & tonitruis: ita vt populus tremens, & mortem timens dixerit Mosi. Non loquatur nobis Deus, sed tu loquere nobis: ne fortè moriamur. Lex autẽ noua, quã Christus dabat, erat lex suauis, iucunda, amoris & quietis plena: ideoq̃ sedit. Sic Paulus Romanis scribens ait. Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorũ. ¶ Aduerte autẽ, quòd sedit in loco apto & publico ad prædicãdum, vt ab omnibus posset videri, & audiri, ideoq̃ omnes accedentes audiebant verbum illius & curabãtur. Principes nanque, qui veluti fontes sunt à quibus omni populo hauriri debet aqua, omnibus se amabiles præstare debent, & nemini quantumuis pauperi & inopi ad eos ingressus abnegari debet, sed cunctis sine acceptione personarum patere. Nam optimo iure in eum animaduerteret iudex, qui fontẽ omnibus cõmunem sibi tantum vendicare vellet: & sepe, & sera additis aditum omnibus prohiberet, Ita etiam grauiter sunt puniendi, qui sibi solis tãtum principum fauorem conciliant: cæteris vero omnibus clausam ostendunt portam, ne aditus pateat vt à rege necessaria impetrent. At quemadmodũ aqua illa salubrior est, quę nec terra permiscetur, nec cœno: sic ille princeps reipublicę erit vtilior, qui nullius terreni hominis admixtam habuerit familiaritatem: nam quã tunuis fuerit excellens princeps, & animi candore præditus, nihilominus, vt limpidissimum quoddam speculum à circunstãti flatu obnubilabitur: nisi tali sit spiritu afflatus, vt nihil velit pati, quod rationis limina transcendat. Iudicium igitur rationis ita semper in iudice maneat liberum, vt cũcta christianis institutis gubernet, mala puniat & vbiq̃ locorum virtutis, & pietatis studiosissimus sit cultor, exempli Christi redẽptoris nostri memor, qui Ioanni & Iacobo iniusta petentibus non concessit, neque ad id amoris & familiaritatis vinculũ coegit: imò diuersa multò a suo palato respondit. Nescitis (inquit) quid petatis. Nunc vero à nullo familiari detentus fons ille misericordię perẽnis omnibus patet, omnibus adest, omnibus dextram porrigit, vt ad eum accedant, vt bibant, & sanẽtur. Stetit itaq̃ in loco cãpestri, in loco publico omnibus peruio: vt omnes ad eum possent accedere, & si vellent tangere, vt ab infirmitatibus sani euaderent, & vt suam doctrinam audirent. Ideoq̃ ad eum accesserunt discipuli, & copiosa turba: nam cùm stetisset, & eos circũspiceret, intellexerũt, eum velle prædicare: quocirca omnes illum circuierũt, atq̃ ita sequitur in textu. *Et turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa & Hierusalem & maritima & Tyri & Sidonis.* Eodẽ die, quo electi fuerunt Apostoli mox confluunt populi: quia futurum erat vt horum duodecim prædicatio per vniuersum orbẽ funderetur in omnes gẽtes. Aduerte autem quod in cacumine montis solus erat cũ suis discipulis, postquam verò descendit, maxima multitudo ad eum accessit. Non poterat turba in montem ascendere, quia quos delictorum sarcina deprimit, nisi deposito onere ad mysteria sublimia scandere, minime possunt. Idcirco filij Israel non poterãt in montem scandere, vt Deo fierent obuiam: quia Ægyptiorum detenti conuersatione impediebantur. Sed solus Moses ascenderat, & pauci seniores Israel cum eo.

Deut. 27.

Deute. 30.

Iosue. 42.

Matth. 5.

Luc. 6.

Psal. 17.

At nunc descendens Iesus de monte plurima populi caterua eum sequebatur: nam cum ad eum turba imbecillis ire nõ posset, benignissimus Dominus ad eos descendere voluit, vt ad eum accedere possent. Cuius rei etiam in te ipso experimentum posses facere. Quoties obsecro, cum in peccatis & flagitijs sis detentus cumq̃; ad illum accedere non possis peccatorum pondere pressus: ipse tanquã clementissimus dominus ad te descendit, rogat, vocat, & multis beneficijs te allicit. ¶ Expende autem populi huius deuotionem & feruorem: veniebant quippe de longinquis & remotissimis locis verba Christi, & eius doctrinam audituri. Quãdo canis venaticus leporem, vel aliud quod uis venationis genus inuestigat, si nullũ vestigium inuenit piger & iners ambulat: at si venationis ventus nares eius attingit solertissimus & diligẽtissimus currit, quousque feram inuenit. Ita nimirũ nos quia Deum non gustamus, nec suauitatem suorum mãdatorũ olemus, inertes & pigri, in ipsius obsequio ambulamus. Veniamus nãq; rem sacram audituri cum iam Sol fere dimidium diei cursum perambulauit, prolixam concionem fastidimus, & verbis Dei defatigamur: denique in omnibus ad eius obsequiũ spectantibus pigre & ignauè nos gerimus. O vtinam fragrantiam diuinorum odorum degustaremus: vt cælestem hanc vellationem toto pectoris conatu inuestigaremus. Attẽdite obsecro quomodo omnis hæc gẽtis multitudo ad odorem Christi currit, suã patriam & res relinquens. Tanta est odoris suauitas qui ab ore pantheræ exit, vt philosophi dicant, quod omnia animalia domicilia sua deserunt, tanta oris eius suauitate attracta. Ita nimirum tam suauis erat odor oris Christi, & ita admirabilis, & diuina eius doctrina, tam dulcia verba: vt omnis multitudo gentium illarum regionum domicilia sua deserentes Christum sequẽbantur. Ità desiderabat ardenti pectoris amore post Christum duci anima illa sancta, quæ dicebat dilecto suo. Trahe me post te: curremus in odoremi vnguentorum tuorum. Trahimur, quando tribulationibus & tentationibus exercemur. Currimus cum internis inspirationibus visitati tanquam suaue aliquid olentes diuinis virtutibus fragramus. Itaque quod asperũ erat sibi retinebat tanquam sanæ, forti atque perfectæ, atque ideo dixit in singulari, trahe me post te.

Plinij. lib. 8. cap. 18.

Canti. 1.

Leg. Ber. ser. 21. in Canti.

Ad id autem, quod dulce erat & suaue, curremus, dixit in plurali. Trahit Deus per tribulationes & aduersitates, & vocat suauitate & odore inspirationum & prædicationum & beneficijs. Ad hæc autẽ quæ suauia sunt currebant plures cum ad labores sola traheretur, & sequeretur Christum non curens sed sola. Currentes ibant attractæ dulcedine verbi Dei, diuinis promissionibus attractæ. Hac igitur dulcedine & suauitate ducebat Christus post se hũc populum: & in odore vnguẽtorum eius veniebat omnis Iudæa, Hierusalẽ, & maritima cum Tyrijs & Sidonibus. Porrò non veniebant de maritima illa, quæ est iuxta mare Galilæum, sed de remota maritima, quæ est iuxta Tyrrhenum mare, iuxta quod sunt Tyrus & Sidon. Ex quo quanta fuerit Christi fama, & nomẽ manifestè colligitur: vt multos Gentiles etiã ex remotis & lõginquis partibus attraxit. Quod factum in maximam ignominiam Christianorum cedit: nam cum hi tam à longinquis locis venirẽt, tu cùm iuxta ecclesiam sis, nec paululum laboris assumere vis, vt in templum abeas: si vel minima pluit aqua, vel paruus sufflat ventus.

¶ Ponuntur autem nomina harum ciuitatum, vt magis confundatur Iudæa: quia ad hos Gentiles non iuit Christus, sed ipsi ad eum venerunt. Quod iam multis retro ante sæculis egregius prædixerat vates. Memor ero Raab & Babylonis, sciẽtium me. Ecce alienigenæ & Tyrus & populus Æthiopũ, hi fuerunt illic. Hi vtique in die iudicij aduersus nos insurgent, & frigidam nostram deuotionem confundent: quemadmodum Niniuitæ fecerunt aduersus Iudæos: quando ipsi, cùm Gẽtiles essent tanta deuotione & feruore Christum sequebantur, vt eius doctrinam audirent. Vt autem scias hoc illos quæ fuisse, causam huius sequelę subdit euangelista dicens. *Qui venerant vt audirent eum.* Quia sicut anima Christi erat instrumentum diuinitatis ad edenda miracula in corporibus hominũ: ità verba Christi erãt instrumentum eiusdem deitatis ad efficiendas mirabiles operationes in animabus. Et quẽadmodum res erat admiratione dignissima, vt Christi manus visum cęco restitueret, & quòd Christi manus leprosum mundaret: ità multò dignius admiratione erat, quòd eadem vox vitam daret defunctis animabus. Nam verba Christi, non solum excitabant animos audientium, nec solum (vt solent cæteri prædicatores) suadebant: sed etiam talem virtutem habebant & potentiam: vt videretur quasi cogere auditores, vt id facerent, quod ipse prædicabat. Donabant itaque verba Christi gratiam, sine qua anima mouere se ad iustitiã coram Deo non potest. Vellem ego, vt in deuotionem & sanctum spiritum huius gentis oculos cõijceres. Omnes Gentilium nationes & omnes mundi respublicę semper de origine & natione sua, deque earũdem fundatorum, & principum nobilitate seipsas iactauerũt: si autem aliquando contigit vt principium & originem suam non inueniant, vt se nobilitent, & magnificent mendacia fingũt. Itali gloriantur genus suum ducere à Troianis, Hispani verò à Gothis. Sic nos maximè gloriari de Christianissimo deberemus, vtpote cum nullum sit tam illustre, tam nobile, & tam egregium genus: de quo maiori iure nos iactare debeamus. Oculos igitur nostros conuertamus in principium legis euangelicæ, & in feruorem & spiritum primæuæ illius ecclesiæ: tũque videbimus manifestè quantum ab illa gẽte degeneremus. Magni igitur ęstimemus tam illustrem originem habuisse, & in meliorem mentem redeamus: si illis non sumus similes, & doleamus, quãdoquidem ab eis longè distamus. Tunc enim, è tam lõginquis terris ad Christi cõciones confluebant: nunc autẽ vel duobus gradibus factis iã defatigamur. Et hoc erat, quod Hieremias lamentabatur dicẽs, Viæ Sion lugent, eò quòd non sit, qui veniat ad solennitatem. Quando autem hoc lamentabatur propheta, id erat ob defectũ gentis: nunc verò non is est defectus, quia omnes vię & plateę plenę sunt hominibus, sed potiùs ob defectum deuotionis. Ideo Dominus. Qui ex Deo est, verba Dei audit: propterea vos nõ auditis, quia ex Deo non estis. Gaudet vnusquisque, si bona gesta suorum audiat. Nam si quis Gallus est, gaudet si audiat narrare egregia Gallorum facta. Si autem coram aliquo Gallo Vngarorum facta quis narret, nullam præbet attentionem, nec aures illi accõmodat. Ita natura quis gaudet sui generis & auorum suorum illustria audire facta, quia ab illis descendit: si autem loquela incidat de eis, quę non ad suos pertineant, nihili facit, & discedit. Ita nimirũ, qui sunt de genere & prosapia Dei, quæ Dei sunt audire gaudent: at qui ex Deo nõ sunt, sed patrem diabolum habent

Psal.86.

Matth.12.

Leui.18.
Matth.8.

habent, sicut obstinati, nõ sermonibus Dei gaudent. Quapropter Dominus eis dixit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Cuius igitur domini sunt? Vos (inquit) ex patre diabolo estis, atque ita vobis placet eius verba & sermones audire, vt sunt murmurationes, blasphemiæ, & turpia & obscœna verba. Vnum autẽ ex præcipuis signis, quibus cognosci potest, an quis prædestinatus sit, illud est, an gaudeat Dei verba & conciones audire. Nam si suaue & iucundum illi est audire verbum Domini, & in eo delectatur, magnum vtique argumentum est, eum esse electum & ex familia & domo Dei. O quam magna multitudo eorum est, qui in audiendis concionibus defatigantur, & verba vitæ nec primis labijs degustant. Ita etiam magna multitudo eorum est, qui in gehennam tendunt. Superest illis tempus, vt legãt profanos & obscœnos libros, in quibus nõ nisi de mundo & carne agitur, at sanctum & deuotum codicem nec dimidia hora manu sustinere possunt, & si concio durat plusquam dimidia hora, quàm molestè & ęgrè ferũt abeuntes, & murmurãtes. Vt rectè hac nostra misera & infœlici tempestate illud Pauli verum habeat. Veniet enim tempus cùm sanam doctrinam non sustinebũt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Aliam etiam causam subdit nunc euangelista, propter quam illæ gentes ad Christum veniebant, dicens. *Et sanarentur à languoribus suis.* Deferebant omnes hi sua domicilia, vt salutem consequerentur, & vt Christum audirent, per montes & præcipitia non sine magno gaudio tendebant. Licet autem nunc dominũ interrogare. Quid est quòd si in mundum venisti, vt salutem & dona illi tribuas, tam carè hæc omnia illi vendas? Nonne tuæ diuinæ & ineffabili misericordiæ conuenientius esset, vt in ciuitate eos doceres, & ibi eos curares, vt non tanto labore, & tam longo facto itinere eos s in montem duceres? Non vtique, nam ita dominus sua misericordia cum hominibus vtitur, vt velit semper eorum iustitiam saluã, & incolumem permanere, vt verè illa duo de Deo dicantur. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt. Iustitia nãque & misericordia in Deo pari gradu currunt. Vt autem Deus beneficia hominibus cõferat, vult, vt ex ipsorum hominum parte aliqua dispositio sit: quod quidem sacræ paginæ appositissimo exemplo non difficile erit ostendere. Nam cùm dominus Holofernis caput in Hebræorum manus traditurus esset, & victoriã illis concessurus, vult priùs, vt famem patiantur, sitim, & labores, & vt Iudith preces fundat, & caput & vitam si mul in discrimẽ ponat. Vult itaque, vt quantum in se fuerit, digni sint beneficijs Dei. Tu autẽ quid est, quòd existimes gloriã attingere posse nihil agẽs: vitam in voluptatibus, & delicijs agẽs? Sed ad id fortasis mihi obijcies. Deus misericors est, omnibus veniam condonat. Vera te narrare fateor. At scias oportet, quòd quẽ admodum misericors, est, ita etiã rectus & iustus. Vnde quotiescunque in scriptura de diuina sua misericordia agitur, eam semper videbis tribui contritis corde, & eis, qui suorum peccatorum pœnitentiam agunt. Sic rex Exechias dixit. Pius & clemens est dominus, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum. Vbi videre licet, quòd misericordia promittitur non obstinatis peccatoribus, & otiosis hominibus, sed ijs tantummodo, qui conuersi fuerint ad eum. Quod alio exemplo appositissimo tibi ostendam. Nam cùm Nabal Carmelus graui affecisset contumelia regem Dauid: ipse Dauid vehemẽter iratus volens in Nabalem grauiter animaduertere, exijt ei obuiam vxor Abigail, & flexis genibus corã Dauid munus obtulit, atque ita eum placauit, ne vindictam de marito, deque vniuersa familia sumeret. Quid hoc facis Abigail? Nonne scis Dauidem virum esse misericordem? Ita nimirũ, nihilominus tamen opus est obuiam ei exire, preces fundere, & munera offerre, vt suam misericordiam, posim impetrare. Destruxit dominus ciuitates illas Sodomam & Gomorram: quia nõ inuenit in eis iustos, propter quos illis parceret. Ità etiam vult dominus, vt labores in mandatis domini, & pœnitẽtiam agas, si cælum introire vis: nam sancti, qui in eo sunt per varios casus, per multa rerum discrimina, per crucem & tormẽta id consequuti sunt. His etiam, qui modo illum sequũtur, Christus dominus non sine aliquo eorum labore salutem vult tribuere, sed vult vt à ciuitate exeant, deserãtque domicilia sua illum quærentes. ¶ Vbi aduertere est opus, quòd postquã prædicauerat, sanabat eos, & post

Iudit.3.&9

2. Para.13.

1. Reg.25.

Gene.19.

doctrinam sequebantur miracula: nam legem euangelicam, quam Christus prædicabat, confirmabat illam statim factis miraculis. Prædicabat his Christus, posteà vero ab infirmitatibus & languoribus suis illos sanabat, quibus ostensis miraculis probabat doctrinam suam veritatem esse infallibilem, ipsumque verum esse Deum. Ideoque aduerte, vniuersas leges constitutas à sapientibus, & philosophis mundi, & eas etiã quæ tam in canonico, quàm in Cæsareo iure continentur, fundatas esse & stabilitas in rationis perpendiculo: vnde famosum axioma iurisconsultorum est, quod ratio legis est anima legis. At leges, quas principes & reges stabilierunt, fundatæ sunt in potẽtia. Nam siue rationem in se contineãt, vel non, proculdubio adimplendæ sunt, & ad vnguem obseruandæ, cùm rex ita præcepe-
rit: aliàs qui legum limites transcenderit, in eum animaduerteretur, tanquam in transgressorem legum: cùm rex summum imperium habeat in regno suo. Ita vt vera potestas & imperiũ in vero dominio fundatur: ita quòd tantã potestatem princeps habet, quantum fuerit eius dominium. At in Deo multò aliter contingit, nam dominium in potentia fundatur, quæ infinita est. In quo igitur, bone Christe, tua lex fundata est? Non vtique in potestate, nec in ratione. Non in potentia, quia neminem coegisti vt fidẽ tuam reciperet: nec aliquem cõpulisti, vt legem tuã amplecteretur. Nec etiam in ratione naturali fundatur, quia quamuis non sit contra rationẽ naturalem imò præsupponat illã est tamen supra: nam omnes rationis limites transcendit, & omnem humanum intellectum etiam acutissimum, & sublimem superat. In qua igitur re hæc lex fundatur? Vtique in sola sua authoritate: nã solum quia Christus hoc dixit, ideo credendum est. Quî igitur fieri potest, vt sciamus, Christum id dixisse? Nam statim quòd scimus id Christum dixisse, minime id dubitari potest. Solet enim contingere, vt mariti per puerum aliquẽ vel per seruũ ab vxoribus petant: vxores autem id dare nolunt, quousque per aliqua signa illis constet maritos id petere. Nemo est bone Deus omnium hominum, qui sub cælo sunt, qui tibi non credat, at quomodo sciemus quod
Exo. 3. tu id dicis, & imperas? Vtique per signa mea. Dixit Dominus Mosi. Vade, & dic Pharaoni, vt dimittat populum meum. Dixit Moses. Et quo modo credent mihi? & dixit illi dominꝰ. Quid habes in manu tua? Respondit, Virgam. Tunc que misit illam in terram, & conuersa est in colubrum. Dic igitur Pharaoni, vt populum meum dimittat, & dato hoc signo, id est facto miraculo, statim intelliget, quòd missus es à me. Nam cùm Deus solus, qui supra omnem naturam est, miracula facere possit, cuique ipse testis esse nequeat mẽdacij, faciens miraculum in testimonium eius quod dicis, probabis omnino te à me missum esse nuncium, vt hæc illis dicas. Accedunt igitur hi audituri diuinam & admirabilem Christi doctrinam. At probat se esse Deum, id autem, quod dicit proculdubio credendum esse coram eis factis miraculis sanando infirmos, & in integram valetudinem eos restituendo, cumque in ictu oculi, & imperando hæc miracula operaretur, clarum reddebat testimoniũ veritatis, quã prædicabat.

¶ Ex hoc vero contextu ad nostram erudi
tionem duo obseruanda sunt. Primum dixisse, quòd venerunt, vt audirent verbum eius: posteà verò, vt sanarentur à languoribus suis. Priùs nanque vt cordati, & prudentes homines de valetudine animæ agebant, quàm de corporis incolumitate. Discamus primò quærere regnum Dei, & iustitiam eius: & deinde omnia hæc terrena nobis adijcientur, iuxta saluatoris promissum, sed iam oppositum fieri videmus: tota nanque solicitudo rerũ terrenarum est cibi, potus & vestitus, hęc enim auide curant homines, animæ verò salutem obliuiscuntur, ad conuiuia, & humanos sumptus nunquam pecuniæ deficiunt: at pauperi, egeno, & viduæ semper deest. Si corpus infirmatur, expertus medicus quæritur, si anima ægrotat quicunque imperitus sat est: atque ita sua peccata confitentur coram ineptis & insipientibus sacerdotibus, cùm multò melius saluti corporis prouideant. Vbi omnis rectus, & bonus ordo iam peruertitur, nam mundana diuinis & cælestibus præferuntur, quemadmodum Esau contigit: cui pater benedictionem dedit secundum mores suos, bona terrena cælestibus præferendo. Nam Esau & illi similes mundanas diuitias plusquam cælestes diligunt. Ideo dixit ei pater. De pinguedine terræ & de rore cæli erit benedictio tua. Non sic viro sancto Iacob dixit, sed potiùs cælestia & spiritualia terrenis antepositi dicens. De rore cæli & de pinguedine terræ sit benedictio tua. Nã multi priùs spiritualia, quã quæ carnis sunt quærunt. ¶ Docemur secundò infirmitates & tribulationes bonas esse, quandoquidem in Deum nos ducunt. Multi nanque illorum, infirmitatum causa Christum quærebant, qui fortè si incolumes valerent non quærerent. Bona igitur reputanda sunt ea, quæ hominem ad Deum ducunt: cùm igitur languores, dolores, & corporis ægritudines homines ad Deum ducant, (vt euangelista ait,) quòd veniebant, vt curarentur à languoribus suis, non hæc mala sunt æstimanda, quandoquidem tam nobilem effectum pariunt. Quodquidem, si attentas præbueris aures, sacræ scripturæ exemplo tibi ostendam. Nam Pharao, & Manasses rex Iuda, non solum in prosperitate Deum non agnoscebant, verum iustos & bonos persequebantur: at cùm Dominus misit eis infirmitates & tribulationes ad illum reuerebantur. Sic Dauid in Psalmo. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: posteà accelerauerunt. Et ipse de se inquit. Ad Dominum cum tribularer clamaui. Videbis nanque sæpe sæpius robustum adolescentem, incolumem, sanum, & optima valetudine fruentem, qui vitam perpetuò in vitijs, & in voluptatibus degit: quem si Dominus punctorio vel laterali dolore percutit, statim ad Deum se conuertit, confessarium in
Gene. vocat, & sacramenta postulat, & inquit. Quicquid in mundo est, vanitas est, stabile autem & firmũ Deo seruire: promittit idẽ se statim vt à lecto surrexerit diuinis mandatis semper operam daturum. Vides igitur quomodo ægritudines & labores homines ad Deum ducant? Quod aduertens diuinus Paulus Corinthijs dicebat. Dum infirmor fortior sum. Quî igitur id fieri potest? Nam qui infirmus est ad nulla exercitia est aptus, quod vnusquisque in se ipso experiri poterit. Nihilominus tamẽ etiam si hæc vera sint, verum habet dictum Apoſtoli, cum infirmor fortior sum. Nam cùm anima tres habeat capitales inimicos: mundum, carnem & dæmonẽ: cùm infirmatur homo vnum ex his tribus nempe carnem victam & superatam habet. Et non solum hunc inimicum victum habet: imò ipsa caro, quæ inimica animæ est, tunc à partibus animæ stat, & illi fauet. Cumq; dum valet corpus, tres sint aduersus animam inimici, cùm ægrotat, duo aduersus duos insurgũt,

cùm caro à partibus sit animæ, & illi faueat. Ideoq; rectissimè dixit diuus Paulus, cùm infirmor fortior sum. *Et qui vexabantur à spiritibus immundis curabantur.* Immundus hic dæmon appellatur ab effectu: quia hominum animos immundos reddit. De corde *Matth. 15.*
enim exeunt, quæ coinquinant hominem, scilicet, adulteria, fornicationes, & mendacia: quæ omnia pater & inuentor mendacij diabolus homini suggerit, vt ea faciat, quæ hominem coinquinant, & immundum reddunt: & quia hæc immunda suadet hominibus immundus appellatur, ad differentiam angelorum, qui mundi spiritus dicuntur.

¶ Præterea in his verbis quatuor conditiones maligni spiritus nobis significantur. Primò naturæ subtilitas, quia spiritus est. Vnde Apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritus & potestates, &c. *Ephe. 6.* Et princeps Apostolorum Petrus inquit. Aduer- *1. Pet. 5.*
sarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, &c. Secundò ostenditur culpæ foeditas, quia immundus est, & sordibus peccatorum gaudet. Ideo Dominus ait infra. Cùm spiritus immundus exierit ab homi- *Lucæ. 11.*
ne, ambulat per loca arida, &c. Non inuenit requiem, quia in cœno luxuriæ, & carnis voluptatibus quiescit. Qua de causa in Matthæo, & in nostro Luca legimus, quòd volens Iesus eijcere legionem dæmoniorũ ipsi dixerũt. Si eijcis nos, mitte in porcos. *Matth. 8.*
Quia cùm immundus sit, immundis anima *Lucæ. 8.*
libus delectatur. Tertiò ostẽditur hîc ipsius peruersitas & malida, quia ob inuidiam & malitiam homines vexat, cùm nihil vtilitatis sibi comparet ex hac re: sed potiùs calamitatem & miseriam. Vnde Sapiẽs inquit. *Sapien. 2.*
Inuidia diaboli mors introiuit in orbẽ terrarum. Quartò significatur hîc modus nequitiæ suæ: nã à domino cohibetur, & tem peratur: ne tantũ mali faciat, quantum ipse desiderat, vt hîc dicitur. Et in libro Iob legimus, dominum dixisse Satanæ. Animam *Iob. 1.*
eius serua. Quibus verbis manifestè apparet, dominum modum & mensuram tentandi apposuisse faciendo ei potestatem, vt illum percutere posset: tamẽ non ita vt eum ad interitũ vsque perduceret. Ita etiam nos si volumus, possumus eum vincere: nam Christus vires illi abstulit: nam ante Christi aduentum dæmon potentior erat & fortior. Tunc enim erat diabolus princeps hu- *Ioan. 12.*
ius mundi, nunc autem eiectus est foras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verum quomodo diabolus sit in corpore humano, & possit illud vexare, inferius in capite vndecimo huius Deo dãte dicemus.

Super illud, Erat Iesus ejiciens dæmonium.

Et omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes. Non solum infirmi, sed etiã, qui optima corporis valetudine fruebantur ad eum veniebant: & vt Marcus inquit, certatim irruebant, vt eum tangerent. Et sic ista curatio & sanatio non solũ de corpore intelligẽda venit, sed etiam de animis: nam à peccatis sanabat, quos aptos inueniebat, quíque nullum ponebant obicem. Nam virtus de illo exibat, hoc est, sanctitas, quæ in ipso erat ad operationem se extendebat, & velut causa producit effectum, sic virtus de illo exiens salutem & incolumitatem restituebat. A postoli nanque & alij sancti, non habebant virtutẽ à seipsis promanantẽ, nec erant fontes virtutum, sed riuuli quidam ab illo perenni fonte aquæ viuæ, quæ Christus est, dimanantes. Vnde diuinus Paulus hæc aduertens inquit. Alij gratia linguarum, alij interpretatio sermonum, &c. diuidens singulis prout vult. Sed Christus fons erat perpetuo scaturiens omnium virtutum & gratiarum à se egredientium. Potest etiam per hanc virtutem intelligi miraculosus iste effectus curationis: etiãque virtus actiua hui⁹ effectus, quæ in opus exijt, & ad id se diffudit. Nec mirandũ multum si Christi virtus sanitatẽ efficeret, quãdoquidem gemmæ, & herbæ multæ eandem habeant virtutem. Porrò virtus illa à Christi diuinitate tanquam à causa prima & principali egressa est, & ab eius humanitate tanquam à causa secunda instrumentali, quia humanitas Christi fuit instrumentum viuum suæ diuinitatis, cõiunctum, immediatum, & proprium, sicut, & corpus nostrum est animæ nostræ instrumentum.

Mar. 3

1. Cor. 12.

¶ Obserua verò, q omnis artifex duplex habet instrumentum coniunctum videlicet & separatũ, quibus anima vtens omne absoluit opus. Instrumẽtum coniunctum habet virtutem operandi ab ipsa anima, separatum autem à coniuncto mouetur. Manus artificis dicitur coniunctum instrumẽtum, securis verò, serra, & similia separata dicuntur. Ab anima enim primum mouetur, & per primum secundum, id est, instrumentum separatum. Diuinum igitur verbum à Deo patre, lumen de lumine indeficiẽs, Deus verus de Deo vero vnita sibi nostræ fragilitatis substantia tanquam instrumento coniuncto ea vtebatur, ad donandã sanitatem, & ad mirabilia opera efficienda. Quemadmodum enim qui sitibundi sunt, ad fontẽ currunt ex aliqua rupe manantem & vnusquisque ore, vel vase admoto aquã sibi haurit abundẽ: ipsa tamen aqua (quanuis magna sit multitudo haurientium non minuitur: & quemadmodum candens ferrum omnes tangentes adurit: sic humanitas Christi à diuinitate habẽs virtutem omnibus indigentibus salutem præbebat: neque præ multitudine eorũ, qui sanabantur fons virtutis eius exhauriebatur. Imò quotquot fide viua illam sanctissimam humanitatem diuinitatis igne accensam tangebant omni mora expulsa sanitati restituebantur. Quo circa rectè ait euangelista, quòd omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus hæc, quæ de illo exibat sanabat omnes. Et mihi mirum: nam si solo tactu ossiũ Elisei, mortuus vitam habuit: & cõtactu sudarij Pauli languores recedebant, & dæmonia expelle bantur, quantò meliùs contactus Christi sanare posset omnes infirmos? Prætereà tangit Christũ, qui credit in eum, & tangitur à Christo, qui in fide ab ipso Christo roboratur, & firmatur. Quapropter Iacobus admonet dicens. Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Qui ergo sic tangit & tangitur virtute spiritus eius sanatur. Accede igitur nunc tu ad Christũ: nam ita potẽs est modo tuas infirmitates curare, sicut tunc quando tanta virtus de illo exibat. Nanque si mœstus & tristis es, si pauper, si infirmus, si flagitijs & peccatis coinquinatus, si in manus demonis seruitute iaces: accede ad Christum ne timeas, qui potens est, qui omnium nostrum languores tulit, tua vulnera curare. Cum de illo & non immeritò imò aptè dicimè & concinnè egregius canat psaltes. Qui sanat omnes contritos corde, qui redimit de interitu vitam tuam, &c. *Et ipse elementis oculis in discipulos suos dicebat.* Hunc sermonem nõ tantum ad discipulos suos habuit, sed etiam ad omnem plebem. Quod manifeste patet, quia Matthæus qui hunc, & eundem sermonem scripsit, dicit, quòd cùm cõsummasset Iesus verba hæc mirabantur turbæ super doctrina eius. Et infra noster Lucas in initio capitis sequentis inquit. Cùm autem impleuisset omnia verba sua in aures plebis. Hic autem dicitur, quod conuertit oculos ad discipulos, quia ad ipsos præcipuè loquebatur. Prætereà, cùm dicitur, quòd eleuatis oculis loquebatur, insinuatur affectus loquentis, & sublimitas eorum de quibus habebatur sermo. ¶ Ore autem nũc dicebat. Ideoq; clarius Matthæus dixit, q aperiens os suũ docebat eos. Nunquid clauso ore docere poterat? Vtique si clauso ore non posset docere non diceret euangelista, quod aperto ore docebat. Quapropter operæprecium est, aduertere duplicem esse docendi modum alterum manu, alterum verò ore. Manu docet, qui bene viuit, & operatur: ore autem qui bene docet & prædicat. Christus nanque triginta annorum spacio sanctis & studiosis operibus docuerat: nũc autem quod manibus docuerat, idem ore docet. Priùs cœpit facere, modo verò incipit docere. Nanque qui in præsepi Bethlehem, & in domicilio Nazareth mundi cõtemptum & paupertatem docuerat: nunc eandem paupertatẽ docet dicens. Beati pauperes. Docuerat anteà ipsa manu inter præsepis angustiam positus vagire & flere: modo autem ore suo docet, dicens. Beati qui lugent. Manu docuerat famem, nunc autem ipso ore dicens. Beati qui nunc esuritis. Docuerat peregrinari, & exilium pati fugiens in Ægyptum, nunc verò id ipso ore docet. Beati (inquit) cum oderint vos homines. Igitur qui anteà apertis manibus bona opera docuerat, paupertatẽ, humilitatem, & patientiam, nũc aperiens os suũ docebat eos. Age verò fili Dauid, & attende quod pater tuus Dauid incipit suos psalmos à beatitudinibus dicens. Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, sic tu incipe à beatitudinibus sicut pater tuus, sicut Christus fecit in his vẽrbis inquiens. *Beati pauperes quia vestrum est regnum Dei.* A beatitudinibus incipit, quia in omni operatione humana præsupponitur finis, propter quem operamur, & ille est principium in actionibus, & maximè cõpetit hoc beatitudini quæ est vltimus finis. Nihil enim tam ardenti pectore homo desiderat, quã ipsam beatitudinẽ: & reliqua omnia propter ipsam appetit. Sola autẽ beatitudo propter seipsam appetitur, quia vltimus finis est. Et enim omne bonũ ratione beatitudinis imperfectũ & inabsolutũ est: cùm ipsa sola sit, quæ postquã adepta est, nihil vlteri⁹ desiderari potest. Quia igitur Christus eam legẽ incipiebat dare, in qua multa præcepta continebãtur, quæ difficultatem habebant, vt homo ad illa operandum facilius duceretur, voluit vltimũ fi-

nem ostendere, ad quem ordinabantur, & perducebant ista mandata. Sic ille adolescenti dixit. Si vis ad vitã ingredi serua mandata. Sic daturus legẽ Iudæis promisit illis bonum, quod habituri erant, si seruarent legem. Si audieritis (inquit) pactum meum, eritis mihi in peculium, &c. ¶ Prætereà nõ tantum spe vitæ æternæ allicit eos ad obseruationem præceptorum, sed nunc etiam in præsentiarum vocat eos beatos, quia fides initiũ beatitudinis est, & pignus vitæ æternæ. Vnde Dominus ait. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solũ Deum verum, & quẽ misisti Iesum Christũ. Hic enim de cognitione fidei loquebatur Christus. Et enim duplex est beatitudo: altera in via, altera verò in patria. Prior est fidei, quæ per charitatẽ operatur: alia est fruitio diuinæ essentiæ. Beatitudo viæ est actus meritorius beatitudinis patriæ, quia meritum homines disponit ad fœlicitatẽ patriæ. Priori modo vocat hic Christus beatos pauperes, esurientes, & flentes. Itaque isti pauperes flentes & persequutionem patientes re vera beati sunt: si loquamur de beatitudine viæ. Suntque beati in spe, loquendo de beatitudine patriæ. Vnde mirari non desino quomodo tot viri alioquin eruditissimi magnificant hãc authoritatem Ioãnis, vt per illam probẽt beatitudinem patriæ consistere in actu intellectus: cùm Christus ibi non loquatur de beatitudine patriæ, de qua est quæstio, nisi de cognitione fidei, quia subdidit statim Christus. Ego te clarificaui super terram. Quomodo? manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Et inferius in eodem capite seipsum declarans dixit. Et cognouerunt verè quia à te exiui: & crediderunt q tu me misisti. Postulat nanque ibi Iesus vt quemadmodum ipse effecit, vt crederẽt in patrem, ità pater faciat, vt credant in filium Iesum Christum, quam fidei cognitionem vitam æternam vocat, sicut in alio loco ipse saluator dixit. Qui credit in filium, habet vitam æternã. Non dicit, habebit, sed habet de præsenti loquens. Itaque ex hac authoritate Ioãnis vbi Christus dixit, Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, &c. arguere ad probandũ, quòd beatitudo cælestis, de qua est disputatio, consistat in intellectu principalius, esset arguere ac si quis diceret, quòd in beatitudine patriæ erit paupertas, luctus & reliqua: quia Christus hic dicit, Beati pauperes, beati qui nunc fletis, &c. quod quidẽ

Matth. 19.
Exo. 19.
Ioan. 17.
Ioan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ridiculũ esset, cùm Christus hîc & in Ioãne in præfata authoritate de beatitudine viæ quæ est per fidẽ loquatur. De beatitudine fidei etiã interpretantur illam authoritatẽ Ioãnis sancti patres Hilarius, & Cyrillus, & Ambrosius. Christus nanq; aliquando loquitur de beatitudine patriæ, aliquando vero de beatitudine viæ: quod quidẽ ne decipiaris, diligenter aduertẽdum est. Nam nõ solum sunt beati in patria, sed etiam nũc in via, vt cecinit diuinus vates. Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.

Hila. lib. de patris & filij vnitate. Cyrill. super Ioan. & de fide ad reginas. Ambr. li. 2. offi. c. 2.

Psal. 118.

Omnes enim tam illi quàm hi, quos modo retulimus Deum vident, longũ tamen discrimen & interuallum inter vtrãq; est visionem. Est enim quædã clara & aperta visio, qua fruuntur beati in cælo: altera vero obscura est & ænigmatica, quã per solam fidẽ fideles habent: nam cætera hominũ infidelium & ethnicorum pars mentis misera cæcitate laborat. Vtrãque comprehendit diuus Paulus vnico orationis contextu. Videmus (inquit) nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciẽ. Quod quidẽ similitudine apposita libet expendere. Sunt enim in ordine diui Ioãnis Baptistæ Hierosolymitano (cuius conuentum nunc est in Melita) quidam nobiles viri cõmendatarij, qui simul cum habitu multas habẽt possessiones & hæreditates, & diuites sunt: alij vero sunt ibi cõmendatarij qui nullam hæreditatem acceperunt, sed solũ habitum commendatarij habent cãdida cruce insignitũ: at hi temporis incremento sua antiquitate hæreditatem expectant. Rẽspondeas obsecro, nonne hi omnes commendatarij sunt? sunt proculdubio. Ità nimirum beati, qui nunc in cælo diuina fruuntur essentia, sunt tanquam cõmendatarij qui iam possessionem & primogenituram cæli hæreditarũt. at iusti qui in hac misera lachrymarũ valle huc, & illuc procellis innumeris iactantur commendatarij sunt in spe, qui professionem fidei habent, & habitum gratiæ, & crucem mortificationis & pœnitentię. Illi iam possident & fruuntur: hi autem expectant. Et quemadmodum nos eos, qui iam hæreditarunt, & eos, qui in spe sunt hæreditatis commendatarios appellamus: sic Christus modo eos, qui lugent, qui esuriunt, qui calamitatibus opprimuntur, beatos appellat: vt eos etiam, qui iam in cælesti regno habitãt. Quo etiam modo intelligendæ sunt illæ authoritates, Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & illud etiam, Beati omnes qui timent dominum, & illud, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, quæ omnia sic debent intelligi, scilicet, qui talia operantur in via sunt beatitudinis: per semitam ambulant, qua ad beatitudinem perueniturn. Quemadmodum si quis hominem habentem in manu in alba papyro depictum templum interrogaret, quid manu tenes? ipse responderet templum, bene quidem respõdisset: etiam si nec lapides, calcẽ nec ligna manu teneret, sed ipsum templũ lineamentis descriptũ. Sic isti beati dicuntur, qui imaginem æternæ fœlicitatis referunt, & similitudinem ciuium beatorum.

1. Cor. 13.

Psal. 1.

Psal.

Psal.

¶ Obserua præterea discrimẽ esse inter beatitudinem donũ, & beatitudinem virtutis, nam virtus & donũ sunt habitus, beatitudo vero est actus virtutis. Et etiam differentia est inter beatitudines & dona. Quia dona perficiunt & reddũt virtutes illustriores ad operandum, & eas in dignitate antecellũt, demptis virtutibus Theologicis, quę perfectiores sunt donis. ¶ Præterea multas beatitudines posuit Christus, vt ostenderet multas esse vias, quibus potest in æternam tendi beatitudinem. Ità Christus beatos dixit pauperes, vt etiam flentes beatos nuncuparet, &c. Differentes enim sunt vniuerso generi humano beatitudines viæ huius: dum alius hoc modo, alius verò diuerso possit incedere. Multæ viæ sunt ad cęlestem patriã, & in diuersis detentus studijs saluus fieri potes. Et enim vna beatitudo alteram non excludit, sicut philosophorum sectæ, quarum altera alteram excludebat. Ità vt à Peripateticis ille tantum fœlix & beatus nuncupabatur, qui sapiens erat. Si autem mundo voluerit inseruire vnica tantum via est. Nam si tu archiepiscopatũ Toletanum ardenter desideras, vnica sola via est, ad id consequẽdum, scilicet, vt is moriatur qui modo illũ possidet, quia fieri non potest, vt duo simul hanc dignitatem subeant. Ità Iacob dixit Esau. Præcedat Dominus meus, & ego sequar paulatim vestigia eius. Nã si duo per angustum iter incedere velint, alter alteri est impedimẽto. At vię domini multę sunt, quibus ad eum possumus incedere. Alijnãque cælestem sibi patriam lachrymis cõsequuntur, alij eleemosynis, alij ieiunijs & alijs peritate vitæ: alij orationibus & meditationibus, alij deniq; multis alijs generibus studiorũ, nemo tamen alteri est impedimẽto.

Psal.

Psal.

Gene.

Quo

Quocirca tu, qui pauper es, ne malè sentẽ tiam de diuite proferas: nam etiam si non vt tu, paupertate laboret, eleemosynis, & alijs multis operibus sibi beatam patriam lucrari poterit. Si autem tristis es, & peccata tua plangis, ne obsecro iudices eum, qui gaudet, & ridet: nam ille alia incedit via quam tu ignoras. Monachus non contẽnat sæcularem: neque clericus monachum. Nemo proximum suum iudicet, quia nõ facit idem, quod ipse: nam vnusquisque in suo statu saluus fieri potest. Quocirca diuinus Paulus hanc rem maximè commendans inquit. Qui manducat, non manducantem non spernat. Nemo alium cõtemptui det, quod id non faciat, quod ipse. Cuius rei typus mirabilis illud est, quod in Apocalypsi Ioannes inquit, scilicet, quòd ciuitas Hierusalem habebat plures portas. Nam illa ciuitas cælestis Hierusalem, quæ æterna beatitudo est, plurimos ingressus habet, plurimas portas, & multis vijs ad eam incedere possumus. Vnaquæque harum beatitudinum porta quædam est, qua ingredi poteris in cælũ. Propterea inquit Ioãnes, quod murus istarum portarum, & portæ ipsæ ex lapidibus pretiosis erant confectæ, nam virtus vera esse debet, tãquam preciosus lapis, non autem falsa & ficta, sicut hypocritarũ. Grandis erat quia non contentus esse debes, si vnam vel alteram lachrymam fude־ris, sed oculi tui tanquam fontes esse debẽt, nec contentus esse debes si buccellam panis pauperi erogaueris, atque ità de reliquis virtutibus, & beatitudinibus dicendum est. Nam vult Dominus, vt virtutes excellenti quodã & heroico modo à nobis adimplean tur. In virtute nanque quam insequeris, magnus esse debes. ¶ Rursum harum quælibet beatitudo in plurali posita est, cùm dicitur, beati & non beatus, vt in qualibet beatitudine multitudo comprehenderetur hominum beatorum. Amatores mũdi constituunt beatitudinem in rerum abundantia, alij quippe sectantur scholam Epicuri, alij verò (vt fastidium fugiam) diuersas philosophorum opiniones, diuersas beatitudines iudicarunt. At si mundani homines has philosophorum sectas non pleno ore beatitudines dicant esse, tamen ipsis operibus quod dignius lamentatione est, eas beatitudines cõfitentur. Nam sunt multi qui cùm sub Christi vexillo in sacro baptismatis fonte promiserint militari, datam fidem sponso suo non seruantes, potius videntur Gentilium philosophorũ scholam profiteri suis moribus & vita, quàm Christi saluatoris nostri. De quibus iniquis christianis Dauid dixit in Psalmo. Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua, filiæ eorũ compositę circumornatę ad similitudinem templi. Promptuaria eorum plena, &c. Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt. Sed Christus hos omnes mundi errores in his beatitudinibus destruit & euertit, dicens: non hos beatos esse, sed pauperes, flentes, & qui fame & siti opprimuntur.

Psal. 143

¶ Deniq; aduertendum est, quod his beatitudinibus docet Christus redemptor noster, quibus portatis mercibus cælum emere debeamus. Mercatores nanque qui diuites fieri cupiunt, merces emunt in populis & ciuitatibus, in quibus viliùs venduntur, easque traducunt, vbi cariori vẽduntur pretio, atque ità vili ementes pretio, & carius vendentes breui temporis interuallo diuites euadunt. Etenim si aliquis Salmanticæ copiam magnam saccari emisset, vt id Valentię venderet, is sanè potiùs iacturam suarum mercium fecisset, quàm aliquid lucraretur: nam hic caro venditur pretio, Valentiæ verò viliori: vtpote vbi magna illius copia est. Opus itaque est, vt merces tuas vendendas traducas vbi cariùs vendũtur. Attende igitur, ò homo tu, qui noctu diuque in alteram vitam iter velocissimum agis, quique maturè vel serò moriturus es, quòd si beatus esse cupis, & in cæleste regnum ingredi anhelas, tales merces tecũ ducas, quæ in illa cælesti ciuitate non sint, nec te oneres eis mercibus, quarum in cælo copiosa est abundantia. Ibi nanque gloria & diuitiæ tantæ sunt, vt vllo pacto explicari nequeant, vt Regius contestatur vates. Gloria & diuitiæ in domo eius. Plurimus etiam honor ibi est, vt idem inquit vates. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Ibi deniq; æterna, & perpetua quies est, diuitiæ nunquam perituræ, saturitas gaudium, & summa fœlicitas. In illam vero ciuitatem nunquam intrarunt lachrymæ, fames, nec persequutiones. Tales igitur merces tecum ducere debes: quarum ibi penuria sit. Non te oneres diuitijs, gaudijs, & voluptatibus, quorum omnium summam ibi reperies abundantiam. Quod si his mercibus nauem tuam onerauerit in hoc mũdo: cùm in cælũ appuleris, nihil tecum portabis, & perditus

Psal. 111.

Psal. 138.

tus omnino manebis. Has nanque merces in cælum deferre non aliter est, ac si saccarum in Valentiam portare, vel bombicem in Granatam. In cælo non est paupertas: onera igitur te ipsum multa paupertate, quoniam beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. In cælo nō sunt lachrymæ, nec tristitia. Has igitur assume tecum: quoniam beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. In cælo nulla est fames. Ieiuna igitur, & pœnitentiam agita, quoniam beati qui esuriūt, quoniam ipsi saturabuntur. In cælo non sunt labores, nec persequutiones. Has in hac vita amplectere, quia beati qui persequutionem patiuntur, &c. Nam si tecum duxeris voluptates, diuitias, quietem, & gaudia, proculdubio perditus abis. Quocirca has amplectere beatitudines, nam illis proculdubio quietem & gaudium æternū emes. Has nanque merces sancti illi, qui nunc visione diuina fruuntur, tanquam sapientes & solertes mercatores secum duxerunt. Acceperunt hic paupertatem, labores, & tristitiam, vbi magna horum illic est inopia, nunc autem nunquam peritura voluptatibus & gaudijs in cælo cū Christo fruuntur. Primam igitur omnium harum rerum, quam ex toto animo amplecti debes, sancta & euangelica paupertas est, & contemptus harum omnium terrenarum diuitiarum. Et inde est, quòd Dominus primam beatitudinem hanc constituat, dicens. *Beati pauperes.* Multi in illo Matthæi loco, beati pauperes spiritu, hunc locum interpretantur de humilibus dicentes. Beati humiles. At quantum ego possum coniectari, omnino falluntur: nam quanuis humilitas parens sit, nutrix indiuiduaque comes paupertatis euangelicæ, at hic sermo Christi de paupertate est, quæ diuitijs opponitur. Quodquidem manifestè patet ex hoc loco Lucæ. Inquit enim, beati pauperes siue mendici, vt ex Græco colligi potest. Mox autem beatus Lucas his beatitudinibus contraria ponit, dicens. Vę vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram. Væ vobis qui saturati estis. Non dicit, væ vobis superbis, sed diuitibus. Quod clarum est argumentum, Christum in beatitudine paupertatis de rerum temporalium abdicatione fuisse loquutū. Deinde quid opus erat Matthæum dicere, beati pauperes, & non potius beati humiles spiritu: si nihil peculiariter dictum voluit de paupertate diuitijs opposita? Itaque de paupertate rerum temporalium loquitur Christus tam hîc, quàm in Matthæo. Hanc igitur beatitudinem primò omnium Christus voluit statuere tanquam bonus, & peritus artifex. Primò quia cùm aliquis ædificium sumptuosum condere vult, primo omnium fodit, & terram foras eijcit, posteà verò lapides fundamenti ponit, & ædificare incipit. Ità Christus vt diuinum amorem & plurimas virtutes in nobis (si ita licet loqui) ædificet, prius à nobis mundanum amorem eijcit, & rerum omnium terrenarum, suos ædificans in vera paupertate, & contemptu diuitiarum mundi: nam cùm natura humana ita labefactata sit, vix hæc terrena possideri possunt, nisi cor nostrum illis fuerit nimis affectum & detentum. In lege veteri non solum non Dominus has diuitias contemnere præcipiebat, imò eas promittebat eis, qui diligentes observatores suorum præceptorum se exhiberent: nam in multis locis scripturæ promittit illis Dominus abundantem terram, & plurimas diuitias. Nunc autem cùm legem euangelicam ædificare vult, profundius fodit, & fundamenta iacit fortiora, paupertatem prædicans. Cur igitur in veteri lege diuitias promittebat, nunc vero paupertatem prædicat? Quia lex vetus lex erat puerorū: & vt Paulus ait, lex pædagogus fuit. Infantes nanque solent nutrices in vehiculis portare: atque ita diuitiæ tanquam vehiculum erant, quibus dominus Iudæos ducebat per legem mandatorum suorum. At postquam iam aliquis vir est adultus vehiculum non solum non iuuat, imo impedimento est, quominus rectè ambulare possit. Atque ita euangelicis hominibus Deus vehiculum tollit, ne tanquam pueri ambulent: quandoquidem tēporales diuitiæ potiùs impedimento sunt, quàm iuuamini, vt in cælum eatur. Vnde cùm Christus velit viam cæli nos docere, priùs vehiculum tollit, & terram foras eijcit: vt ędificet spiritualem ædificium legis gratiæ & perfectionis.

¶ Deinde priori loco paupertatis beatitudinem posuit, quia cùm radix omnium malorū sit cupiditas, ab spontanea spiritus paupertate spirituales diuitiæ exordium quod dam & originem ducunt. Herba mala radicitùs debet euelli: atque ita Christus imundum cum radice euellit, cupidinem fugans, quæ radix omniū malorum est: & hoc exordium sumit, quod principium malorū est. ¶ Expende autem Christi bonitatem & sapientiam. Videbitur tibi forsitan durum, & asperum esse omnia, quæ habes relinquere, & pauperem esse: at non attendis durius, & asperius esse, si tibi præciperet, quòd dives esses. Nam si diceret diuites fœlices esse, quid facerent pauperes? At dicens beati pauperes voluit, vt omnes beati essemus. Nam pauperes clarum est esse pauperes: diuites vero, pauperes fieri possunt relinquētes omnia, quæ habent. Vt aliquis dives fiat, grandis quidem & ardua difficultas est: at vt pauper sit, nulla. Atque ità facilius omnes beati poterimus esse hac paupertate, quàm diuitijs. Et cùm bonitas Dei tanta sit, hanc beatitudinem eo pretio donat, quo omnes illam possimus emere. Mirabile quidem est quantam facilitatem dñs in obsequio suo posuerit. Nam si aliquis velit regi inseruire, & in eius famulitio vitā agere, opus est, vt nouas & optimas habeat vestes, velocem equum, seruos & sumptus. Et dicere soletis, vnicum tātum filium, qui in regis curia ambulat & in regali domo diuitem partem substantiæ vestræ consumere, nam debet incedere habitu nobilis viri, quia regi seruit. At ad inseruiendum Christo non solum non necessarij sunt famuli, sumptus, & equi: imo consulit ipse Christus hæc omnia contemnere. In quo quidem facilè videbis, quàm faciliùs Deo, quàm mūdo inseruiatur. Atque ità in euangelio dominus ad suum famulitium, & obsequium vocari præcepit cæcos, claudos, & omnes genus hominum. In obsequium regis non admittitur claudus, cæcus aut mutus: Deus autē omnes vocat & vult: & pauperibus & contēptis gloriam suam promittit. O benedictus talis & tantus Dominus, qui nemmem foras eijcit, etiam si abiectus & humilis sit. Imo potius beatos appellat pauperes, cùm paupertas res sit, quā si vnusquisque vult eam inuenire potest. Vult dominus omnes nos in cælum ducere: quia vērō illos honores & diuitias æternas nō amittamus, hæc terrena præcipit relinquere: nā veræ diuitiæ potius acquiruntur, si minuatur cupido, quam coacernando thesauros. Atque ità vult, vt celeriter & veloci cursu per hæc omnia terrena transeamus. Quando filij Israel ibant in terram promissionis, nuncios miserunt Edon, qui ei dicerent, se per patriam & terram suam velociter transituros. Velociter (inquiunt) transiemus. Ità nimirum qui iter faciunt in cælum, terram & patriam nobis promissam opus est, vt per hæc terrena cito & veloci gradu transeant: desideria semper, & oculos in cælum conuertētes. Atque ita Edon obuiam exijt filijs Israel, & aduersus illos bellum gessit. vt mundus solet pauperes spiritu contemnere, & eos persequi. Luna cùm longius distat à sole totum suum splendorem in terras mittit, in cælum autem claritatem non ostendit: cùm verò soli coniungitur tota in superiori parte illuminat, inferius autē nullum lumen ostendit, & tunc insipientes & rudes homines eam obscuram arbitrantur, cùm in coniunctione sua cum sole in superiori parte sit splendidissima. Sic qui à sole iustitiæ Christo separantur, & humanam gloriam querunt, cùm illos videat mundus diuites & potentes esse, existimat illos fœlices & beatos: cum re vera coram recto & superno iudice tales abiecti, & infimæ sint sortis. Sed pauperes spiritu, qui abijcientes amorem sæculi Christo coniunguntur, animi splendorē sursum tendentem emittunt, & à mundi amatoribus obscuri & stulti iudicantur, cùm ipsi in superiori parte animo fulgētissimi sint. Quia igitur Christus vult in altam & profundam cognitionem rerū cælestium nos ducere, & nos allicere, vt ea diligamus, & amemus, priùs amorē mundi à nobis semoueri vult: ad quod faciendum salubrius cōsilium est, hæc omnia terrena relinquere, despicere & pro nihilo facere. Atque ita pauperes beatos vocat: quia etiam dum in carne viuunt, iam incipiunt frui cælesti illa beatitudine. ¶ Beati igitur sunt pauperes, in hac vita, beati in morte, & beati post mortem. Lege Chrysostom. homilia de oratione Annæ, tomo primo, pulchrè de paupertate disserentem. Si paupertatem subtrahas, mundum omnem subuertes: nam si paupertas non esset, nec essent sutores, nec fabri lignarij, nec ferrarij, nec domificatores, & denique nulla ars in mundo exerceretur: nec manducaremus, nec biberemus, necnos indueremus, nec caliciati incederemus, nec essent ciuitates, nec populi, nec mundus: nam omnia hæc à pauperibus efficiuntur, & ipsi hæc omnia præstant, non diuites. Triticum vero pauperes seminarunt, & ipsi collegerunt, secuerunt, moluerunt, & deniq; in fornacem introduxerunt.

xerunt. Paupertas igitur author est omniũ harum rerum: & ipsa est, quæ humanam vitam sustinet, & gubernat rempublicã, quæ nisi constaret, mundus periret. ¶ Quod autem pauper meliorem, & tranquilliorem sortitus sit vitam, quàm dives vel facili indiget probatione. Primò, nam præcipuis creaturis, quas Deus creauit in ministerium hominis sic ipse pauper vtitur, vt dives, vt sole, Luna stellis aere, luce, aqua campis & terra. At si resilias dicendo, diuitem delicatis & opiparis vti cibis, vina pretiosiora bibere, dormireque in eburneis lectulis: hanc nõ merito meliorem sortẽ appellabis, imò deteriorem: nam pauper ità bene dormit in duro & aspero lecto: vt dives in blando & delicato: nam pauciores vel nullæ curæ illũ per noctis quietem vexant & solicitant, & ità libens & gaudens durũ panem, & aquã frigidam potat, vt dives sua obsonia & edulia. Vnde Sapiens. Dulcis est somnus laboranti, siue parum siue multum comedat: saturitas autem diuitis non sinit eum dormire. Hanc corporis indulgentiam dives non sentit, cum in ea nutritus sit: labores vero (si aliquos experiatur) nimis sentit, cum nõ sibi natos iudicet. Quod quidem in paupere multò aliter contingit, qui labores tãquam voluptates amplectitur: cùm ex cõsuetudine diuturna in alterã naturam fuerit mutatus. At si aliquando ei contingat vel conuiuio, vel ludo adesse nimis gaudet, & delectatur, cum id non ex more habeat. Neminem autem ità natura vniuersis bonis destituit, quin aliquando non inuitatus vocetur, vel vas boni vini non deguste. Plus enim gaudetis, qui semper assuetus in duro lecto dormire, si vel vna nocte in blando cõtingat cubare: quàm dives, qui semper id ex more habet. Si igitur dives voluptates in quibus nutritus est nõ sentit, & vel minimus labor nimis eũ vexat: nõne beatior pauper erit appellãdus potiùs quã dives? ¶ Secundo si vt communi prouerbio circunfertur, ad libitum viuere, vita est: potior vtique est vita pauperis, quã diuitis. Nam si dives aliquid insanũ vel ineptum protulit (cum semper pluribus incedat stipatus) protinus id aduertitur & murmuratur: nec libertatem habet eundi, quo ipse voluerit. Omnia eius dicta vel facta notantur, atq; ità nec sui ipsius dominus est, imò omnium captiuus & seruus. Beatus ille, qui quicquid vult, dicit: & quomodo vult ità loquitur, & quo libuerit vadit. Syluam petit, venatur, saltat, gaudet, nemo tamen est, qui ad id iudicandum oculos conuertat. At dives nihil horum facere potest, qua decorem & authoritatem suam seruare debet: nec facultatem habet, vt verè ridere & gaudere possit: nã statim si hæc fecerit omnes cum irrident. Nullo pretio emi potest libertas pauperis: nã cùm solus sit, vadit quo vult, nemoque illũ impedit. ¶ Si igitur in vita fœliciores sunt pauperes diuitibus ipsis: hanc eandem fœlicitatem duabus alijs rationibus in morte obtinebit. Prior est, quia mortem diuitis plurimi deplorant, vt substantiam & rem accipiãt: præcipuè si senex sit, cui proprij nati mortẽ exorant, pinguiorem sibi fortunam desiderantes. Atq; ità cùm ex morte diuitis plurimis emolumentũ & lucrum eueniat, sic à pluribus desideratur, & exoptatur. Pauperis verò obitum, nemo est qui optet: cùm nihil lucri inde reportaturus sit: atq; ita bona eius valetudine & incolumitate omnes gaudet. ¶ Secundò quia cùm dives moritur maximæ curę illum vbique angunt, & circununtnam cùm longum testamentũ facturus sit, ad aures alteri illi dicit, vt antiquum seruum & fidelem, quique tot annis illi inseruierit, recordetur: alter vt talis filia memoriam subeat: alter vt talem vel talẽ rem recordetur: atque ita his mundanis & terrenis negotijs intẽtus corpore dissoluitur. At pauper nullam aliã curam habet, nisi in ipsum Deum oculos & mentẽ conijcere, & animæ suę saluti prouidere. Quodquidem bonũ ità magnum & pretiosum est, vt nisi aliud præterea hoc religiosi haberent, omnes sæculares & diuites homines nobis procul dubio deberent inuidere: quibus nulla est cura de domibus, de agris, & armentis disponere, sed solum animã & mentẽ suam cum Deo cõponere. Quapropter pauper non solũ dum viuit beatior est quã dives, sed etiam in ipsa morte. Post mortem etiam nullum est dubium, quin pauper fœlicior sit quàm dives: quod ego dicere nolo, cùm ipse Christus testis & assertor sit huius veritatis: qui id contestatur dicens. *Quoniam vestrũ est regnum cælorum.* Si igitur non solũ dum pauperes hac cõmuni luce fruuntur, sed etiã in ipso mortis articulo: item q; post quàm à corporis carcina sunt liberati, beatiores sunt quam diuites: nõnè merito & optimo iure inquit Christus, beati pauperes? Nihil vnquam verius dici potuit. Non inquit regnum terræ cõ-

Eccle. 5.

esse, sed cæleste: nam sibi Deus ignominio sum iudicaret, quòd tam infima pars (scilicet terra) seruis suis daretur. Atq; ita cũ dominus ageret cum Mose de diuisione terræ promissionis, de Leuitis, quæ gẽs erat Deo electa, & seruitio altaris designata, dixit, se non velle, vt leuitæ possessionẽ obtinerent in terra. Et in libro Iosue in distributione portionũ terræ scriptum est. Tribui autem Leui non dedit possessionem: quoniam dominus Deus Israel est possessio eius. Beata gens, quam sibi & regno suo cælesti dominus elegit, cui nihil in terra dedit. Hi sunt fœlices & electi, quibus possessionem cæli dominus dedit. Vnde egregius vates. Deus meus tu es, portio mea in terra viuentium. Nihil eos vult in terra possidere, vt mẽtem & animum ad cęlestia eleuent. Arbor enim dũ plures rami inferiores illi absciduntur, tantò profundiùs in altum surgit: vnde ramis abscisis qui se in terram inclinant, ipsa arbor in altum surgit. Sic etiam Dominus terrena bona hominibus aufert, vt cum Leuitis fecit & Apostolis, & id etiã modo facit cũ viris Apostolicis & perfectis: quibus dominus regnum cæleste hereditatem illis promissam paratam habet. Parum ne tibi videtur, hæredem Dei fieri, & cohæredem Christi? Nunc filij Dei sumus, tunc similes ei erimus. Dij quidem, quia diuina essentia vnitur intellectui beato. Et sicut diuinitas vnitur intellectui diuino in modũ speciei, vt sic habeat intellectus cognitionem beatam diuinitatis: ità & vnitur intellectui creato per modũ speciei, vt talis intellectus producat beatam visionem, vt sit beatus, vt est ipse Deus, & in eo ipso, in quo Deus est beatus, quã dignitatem nemo in hac vita capere nec intelligere potest. Si rex aliquis domũ haberet clausam & plenã auro & gẽmis, quæ omnia promitteret ei, qui illã aperiret, tibi vero duas claues porrigeret, alterã ex auro, alteram vero ex ferro confectam, hæc tamen secunda seram valeret aperire, quam obsecro istarũ eligeres? nõne vtilius esset accipere ferream potiùs quam aureã? Aurea pretiosior quidem est, sed ad referã dum inutilior: ferrea verò quãuis vilior sit, tamen præstantior est, quia cum ea aperitur thesaurus. Sic domus plena thesauris est gloria & beatitudo: quia gloria & diuitiæ in domo eius, vbi sunt thesauri, quos nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt, quæ ibi dominus diligentibus eum habet præparata. Clauis aurea diuitiæ sunt temporales, ferrea vero paupertas. Has igitur duas claues porrigit tibi dominus, vtram illarum eliges? Nõne potius ferreã, qua aperitur cælum? Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum, &c. Grande igitur bonum consequeris, si paupertatem inueneris: hãc igitur tam altam & sublimem dignitatem cognosce, quæ tibi donatur, si hæc terrena bona cõtẽpseris. Etenim de magno illo Alexandro scribit Quintus Curcius, quòd cùm vellet Indiam expugnare ex omnibus diuitijs suis & suorũ, & ex omnibus rebus pretiosis cumulũ congregauit, cui statim ignẽ apposuit: vt vel ità milites sui paupertate coacti præsenti & virili animo Indiã expugnarẽt. Quorsum igitur tu, qui in baptismatis fonte fidem inuiolatam seruare promisisti, vt cælũ consequaris, hęc non facies, quæ ethnicus & gentilis fecit, vt Indiam ingrederetur? Attende obsecro qui cunq; fueris, cum Christo pauper, quòd nõ verè pauper imò ditissimus quandoquidẽ regnum cęlorũ tuum est. O diuinã & admirabilem nostrorũ laborum mercedẽ & retributionẽ. Quis vnquã legis fuit lator qui legum suarũ obseruatoribus regnũ cælorum promiserit? Nemo vtiq; illud promittere, nedũ dare potuit. Moses nãque in legibus quas Iudæis tulit, Mercurius Trismegistus Ægyptijs, Phoronæus Græcis, Solon Solo ninus Athenien sibus, Licurgus Lacedæmonijs, & denique Numa Pompilius in legibus, quas Romanis promulgauit, nemo inquã horum omniũ legum suarum obseruatoribus regnum cæleste promisit: sed solus Christus dns noster & vniuersi orbis restaurator. Nulla lex est, quæ tantum & tam magnũ bonũ promittat, nec vlla lex humana est, quæ vel aliquod malũ non patiatur. Sola lex Christi omne malum execratur: ità vt qui in vno deliquerit, omniũ reus est factus: nam etiam lex Mosaica vsurã permittebat, & libellum repudij. Sola domini lex immaculata est, conuertens animas. Et lata fuit à tam sancto & tam iusto viro, vt etiam ipsi eius inimici (vt sunt Iudæi & Mauri) confiteãtur illum iustum & sanctum fuisse vt ipse Iosephus Iudæus affirmat, & etiam ipse Mahumetus in Alcoran. ¶ Itaque lex Euangelica non solum bonitate & rectitudine materiæ, verũ etiam bonitate, & sanctitate legislatoris, & diuinis promissionibus cæteras omnes mundi leges excellit, & longo

Iaco. 2. *Deut. 23.* *Deute. 24.* *Psal. 118.*

Ioseph. lib. 18. antiq. c. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& longo internallo superat. Quocirca barbarus & iniquissimus homo appellandus venit qui sacrosancto euangelio non subijcitur. *Beati pauperes* (inquit Christus) *quoniam vestrum est regnum Dei.* Si igitur regnum cælorum pauperum est, quid diuites facient? A pauperibus quærant. Non aliter acsi in domum mercatoris tenderes empturus bōbicem, vel aliud quiduis: ita in domum pauperis te confer, vt regnum cælorum (quod suum est) in pauperibus à Deo emas eleemosynam illis tribuendo. At si diues non misericors fuerit, si liberalitate non fuerit cum extremè indigenti vsus, quí fieri potest, vt in illud ingrediatur? Excluſus perpetuo manebit diues auarus à regno cælorum, si depoſita auaritia, pauperi extremè indigenti eleemosynam non dederit. Pauperes nanque contemnentes theſauros terrenos, cæleſtes congregant, vt ipſe Iacobus inquit. Nonne pauperes elegit in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni: quod repromiſit Deus diligentibus ſe? Ideoque his tribuitur cælorum regnum. Plus enim haberi debet priuilegiū hoc pauperi à Deo datum, quam omnes diuitiæ & theſauri mūdi: nam potius chirographo hoc pauperi dato tradetur illi regnum cælorum quam tibi, etiam ſi Tantali diuitias ſuperes, & facultatibus Crœſſum antecellas. Nam arcis vel alicuius ciuitatis cuſtos potiùs arcem vel ciuitatē tradet illi, qui regium chirographū oſtenderit: quam ei qui mille aureos dederit. Nam niſi talis cuſtos traditor ſuo regi fuerit, nulla pecunia tale facinus patrabit. Ita nimirum pauper chirographū Dei habet, inquiens: Beati pauperes, quoniam veſtrum eſt regnum Dei. Qua quidem oſtenſa ſchedula regio Dei chirographo inſignita potiùs dabitur illi regnū, quàm tibi, etiā ſi grandem pecuniarum ſarcinam tecum tuleris. Etenim regnum cælorum non honoribus emitur, nō voluptatibus, nec pecunijs: ſed potius egeſtate, lachrymis & laboribus.

Iaco. 2.

¶ Præterea autem hic eſt obſeruandū, q̄ nō ſolū de futuro loquitur dicens, quòd regnū cælorū erit pauperum, ſed nunc de præſenti eſt, inquit: quia pauperes qui propter Deum terrenum regnum contemſerunt, in hac vita diuinam hæreditatem iam obtinēt. Vnde Beatus Petrus, qui propter Chriſtum omnia reliquerat, claudo illi, qui elemoſynam ei petijt reſpōdit. Argentum & aurum nō eſt mihi. Pauper ſum omnia pro Chriſto reliqui. Ideo quibus poſſum te adiuuo. Surge (inquit) & ambula. Petrus igitur cū ſua reliquiſſet, iam in hac vita Chriſtum poſſidebat: atque ita ex eis, quæ habuit petenti tribuit. Sed opus eſt iam, vt in hac beatitudine receptui canamus: ad aliā gradum facientes. *Beati qui nunc eſuritis, quia ſaturabimini.* Dupliciter intelligi poteſt locus iſte primò de egeſtate & fame corporali, quatenus eſt actus virtutis abſtinentiæ, qua quis ieiunat & affligit corpus ſuum, (vt inquit Apoſtolus.) Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Et ad Galatas. Qui autē ſunt Chriſti carnem ſuā crucifixerunt cum vitijs & cōcupiſcentijs. Et iterum. Exhibeamus nos in multa patientia, in ieiunijs, in fame & ſiti, &c. Beati ergo qui ſpretis diuitijs, hic in mundo eſuriunt, & famem patiuntur propter regnum cælorum. Quapropter aduertendum eſt, illam particulā nunc, quam hīc apponit euāgeliſta plurimum habere euidentiæ atque efficacię. Duo enim mihi videtur facer euāgeliſta complecti. Primò meminiſſe debemus hanc vitam in certamē & pugnam datam eſſe homini, non ad animi ignauiam & remiſſionem ideo in euangelicis & Apoſtolicis præceptis paſsim labores ponuntur. Vnde Saluator. Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuā, &c. Etenim per multas tribulationes oportet intrare in gloriā Dei: nam ſi compatimur, & conregnabimus etiam. Si enim Chriſtū pati oportuit, vt ſic intraret in gloriam ſuā: quis infringere, aut labefactare audebit afflictiones & labores? Si is qui peccatū non fecit, nec in eius ore inuentus eſt dolus, nec illi opus erat vlla afflictionum purgatio, noſtri vero gratia tāta prius pati voluit, quàm intraret in gloriam ſuam: nos qui multorū peccatorum nobis ſumus conſcij, quibuſq; multæ ac iuſtiſsimæ pœnę debentur, fugiemus affligi, vt in eā demū gloriā intremus?

Acto. 3.

¶ Alterum verò, quòd in illa particula nūc inſinuatur, eſt breuitas temporis: quo pati & affligi pro Chriſto debemus: qua breuitatis contemplatione fortior & præſtantior redditur animus ad tolerandum: ſicut itinere breuitas laborē leuiorem efficit. Etenim ſi longiſsimum vitæ huius ſpaciū cum æternitate conferas, vel anguſtiſsimum momentum eſt: quod Paulus conſiderans, dixit. Momentaneū pondus tribulationis noſtræ ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, ſed quæ nō videntur. Quæ enim videntur temporalia ſunt, quæ autem non videtur æterna ſunt. Cōtemplatio breuitatis huius vitæ, omnes mundi afflictiones leues reddit, ſi ſempiterna illa bona contēplemur: quæ momentanea hæc afflictionis pœna parit. Nāque ſi infirmi vt corporis valetudinem aſſequātur maxima ſiti vexati ſe aqua abſtinent, quid nobis eſſet ferendum, vt illam corporis incorruptionem aſſequeremur, quæ nō bis in reſurrectione promittitur? Hæc conſiderantes viri ſancti & perfecti non formidabant pro Chriſto in ſiti, fame, & frigore vitā agere. Nam appellatione eſuriei quicquid humanæ vitæ tranſigendæ neceſſariū eſt intelligitur, quā vitam ij degebant, qui ouinis & caprinis pellibus induebantur, & in ſolitudinibus & ſpeluncis terræ domicilia ſua habebant. ¶ Aduerte autem, quòd non omnes qui eſuriunt, & ſitiunt hanc beatitudinem conſequuntur, quia multi vtditiuntur, & longa naufragia huc & illuc peruagantes experiuntur, ſed ij tantum, de quibus Matthæus inquit. Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiā. Etenim hi ſunt qui amore iuſtitiæ famem & ſitim, & multa aduerſa patiuntur. ¶ Secundò modo locus hic exponitur de ſpirituali egeſtate, vt ait Matthæus. Beati (inquit) qui eſuriunt & ſitiūt iuſtitiam, quatenus iuſtitia eſt virtus generalis: ſub qua includitur omnis virtus, iuſtitia, & ſanctitas. Atque ità eſurire eſt proſectum in omni virtute exoptare, Dei honorem, & proximorum perfectionem deſiderare, quatenus procedit ex charitate & zelo iuſtitiæ. Iſti enim ſaturabuntur in cælo. Obſerua autem, quòd non dixit de præſenti, ſaturantur, ſed de futuro loquutus eſt: nā in hac vita miſera nihil eſt, quod iuſti palato poſſit ſatisfacere. Terrena enim hæc cani nam noſtram non complent: nam qui biberit ex hac aquā ſitiet iterum. Omnia quę præſens vita continet, velut falſam ientum ſunt, quod non ad ſaturitatem apponitur, ſed vt tantū guſtum excitet. Nam ſi tribuatur pauperā facerdoti beneficium ſimplex, ſtatim canonicatum anhelat: quem ſi adeptus fuerit, protinus in altiorem dignitatē, vel in epiſcopatum euehi cupit. Ad quid obſecro profuit beneficium, quod prius illi datum fuit? non vtique ad aliud, niſi vt appetitum excitaret, vt alia maiora cuperet. Quocirca qui ex aquis & bonis huius vitæ plus bibit, tantò ardentiorem ſitim patitur. Sola animi tranquillitas, & conſcientiæ rectitudo hominem ſatiat. Animi enim recti tudo eſt veluti menſa appoſita multis & bene conditis cibis, ita, vt ſi bonum appetitū habeas omnia ſapiūt, & proſunt. At depraua ta conſcientia eſt veluti menſa plena foetidis & malis cibis, qui appetitui nociui ſunt, & omnes in venenum conuertuntur. Sic nimirum etiam ſi omnibus mundanis delicijs & voluptatibus abundes, ſi intus cō ſcientia remordeat, omnia in amaritudinem conuertūtur. Solus Deus animam noſtram ſatiat. Vnde beatiſsima virgo in cāntico ſuo dixit. Eſurientes implenit bonis. Solus Deus eſt, qui fame pereuntes ſaturare poteſt: iuxta illud prouerbiorum. Iuſtus comedit, & replet animam ſuam, venter autem impiorum inſaturabilis. Sed quia de hac materia in codice noſtro, quem nuper de vanitate mūdi edidimus in priorib⁹ tribus capitibus multa egimus, ad aliam beatitudinem faciamus gradum. *Beati qui nunc fletis.* Qui igitur fieri poteſt, vt infra dicat, gaudete & exultate? Non ſibi obuius eſt, quia lachrymæ quæ pro Chriſto funduntur, dulces & ſuaues ſunt. Etenim plus ille voluptatis & gaudij ſuſcipit, qui in cubili ſuo paſſionē Chriſti conſiderans lachrymas fundit: quam ſi omnibus mūdanis voluptatibus & delicijs affluēret. Nec lōgius aliunde tibi petas exēplum, quam ex egregio & ſancto propheta, qui dicit. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Ideoque iuſti dum flent: gaudēt & exultant interiùs. Beati ergo, qui nunc fletis, quia varia mundi gaudia quæ mundanos allicium ad ſe minime vos adducent. Quando Nabuchodonoſor voluit, vt populus ſtatuam adoraret, voluit, vt plurima muſica inſtrumēta priùs reſonarent, & aiebat præco. Cum audieritis ſonitū tubæ, citharæ, ſymphoniæ & omnis generis muſicorum, adorate ſtatuam auream, quam fecit Nabuchodonoſor rex. Quòd fieri iubebat, vt muſicæ ſonitu euaneſcentes homines, & falſa dulcedine allecti, non aduerterent, quàm graue patrarent peccatum, relinquentes verum Deum, & ſtatuam adorantes. Eodem modo Laban cum fugiſſet Iacob, & illum eſſet ſequutus vſque in monte Galaad dixit illi. Cur ignorante me fugere voluiſti?

In. 4.

Lucæ. 1.

Prouer. 12.

In 3. parte. cap. 1. 2. 3.

Pſal. 41.

Danie. 3.

Gene. 31.

luisti? nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis & citharis? Quod quidem nihil ob aliud Labã faciebat, nisi vt in domo retineret Iacob seruientem ne in patriam suam abiret. Ita mũdus similibus voluptatibus, & falsis delicijs in obsequio & famulitio suo vult nos detinere: ne in propriam patriam nostram iter faciamus, quæ æterna beatitudo est. Quia vero peccatum & facinus, quod committimus adorantes propriam carnẽ, non videamus, musicis instrumentis, voluptatibus & delicijs nos detinet, vt Nabuchodonosor: vt vel ità caput nostrum inuertẽdo sensum & intellectum abstrahat, & subijciat nos miseræ peccati seruituti, nobis malum nostrum non sentientibus. Quid igitur aliud tu Christicola cogitas mundi voluptates esse: nisi quasdam artes & præstigia, quibus dæmon molitur sensu, & intellectu nos destituere: vt vel ita his vanitatibus allecti mũdo nos subijciamus, & Dei vexillum deseramus? At Christus, qui fidelissimus est amicus, nobis dicit. Beati qui nunc fletis, quia quiescet, hos mũdi & dæmonis laqueos facillimo negotio euadent. ¶ Obserua autem, quòd non dicit, beati, qui hoc vel illud fletis, sed absolutè loquitur dicens, Beati qui fletis, Quibus quidem verbis significatur, quòd flent non ob malũ secundũ quid, sed ob malũ absolutè, quod contrariatur absolutè bono, scilicet vitæ æternæ. Itaque dicens, beati qui nunc fletis, dixit, beati qui flent ob mala præsentia, quę contraria sunt vitæ æternæ. In cathalogo beatorũ scribit flentes in hac vita & non immerito, nam cũ delectabilia mundi huius plurimũ à virtute homines semoueãt, excellens perfectio est lugentiũ, quia non solum à delectationibus se abstinẽt, sed cõtrarijs actionibus se exercent assumendo contrarium luctum, nõ vano & sterili fletui vacãtes, sed feminãtes in lachrymis, vt fructus vitæ æternæ cũ exultatione colligãt, iuxta illud prophetæ. Qui seminãtin lachrymis, in exultatione metẽt. *Psal. 125.* ¶ Expende etiam, quòd in hac & superiori beatitudine hæc particula, nunc, ponitur. Non enim dixit, beati qui esuritis, aut beati qui fletis, sed, beati qui nunc esuritis, & beati qui nunc fletis, quibus verbis appositissimè Christus docet præsentis vitæ tempus, tempus esse esuriendi, & flendi, in ventura quippe vita tempus erit satietatis & gaudij. Quapropter diuinus psaltes domino dixit. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Etenim *Psal. 16.* ibi dominus absterget omnem lachrymam *Esa. 25.* ab oculis sanctorum, & iam nõ erit clamor neque luctus nec dolor erit vltra. ¶ Hoc igitur tempus est flendi. Primò quia à propria patria nostra, quod cælum est, exilium patimur: quemadmodũ illi, qui dicebant. Super flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Ita etiã tu cum recordatus fueris patrię tuæ cęlestis Sion lamẽtari debes: cùm sedeas exulà patria in tempestuosis huius mundi aquis & laboribus. Vnde sancti illius Regis, qui se videbat segregatũ à domino, lachrymæ panes erant die ac nocte. Fuerunt (inquit) mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus? Deinde flere & nõ gaudere debes in præsenti exilio, quia semper in hoc mũdo in tenebris & in obscuritate ambulas. Etenim sanctus ille Tobias dixit Angelo. Quale gaudiũ mihi potest esse, quia in tenebris sedeo, & lumẽ cęli nõ video? Vani equidẽ sunt ij, & omni prorsus mente destituti, qui cũ in lamentabili mundi huius exilio sint, vanas & perituras voluptates suscipiunt. Sic adeò tenebris & obscuritate laboramus, vt in hoc mundo non possimus cognoscere qui boni vel mali sint, nec nos ipsos etiam videmus, nec cognoscimus. ¶ Præterea merito qui iter facit tristis est, si nesciat an deuius sit in itinere, an certam viam sequatur. Ita nimirum vanus es, si in via huius peregrinationis gaudes: cùm nescias an Deo acceptus sis an odio habitus. Potiùs plangere, & lamentari debes: cùm in eo statu viuas, à quo in infernum descendere potes. Cùm igitur in hac vita in omni tempore hoc possit tibi contingere, debes semper cautè vitam tuã componere. Mirum quidem est, quòd cùm in tenebrosa vitæ huius nocte iter facias alacer sis, & nimis lætus. ¶ Deinde etiam qui vicini sui domũ videt comburi nõ gaudet. Vanus es si vitam tuam in voluptatibus, & delicijs traducis, cũ quotidie vicinos & amicos tuos mortem subire videas. Certa tibi mors est, dubius autem & incertus status, in quo debes aduocari. Insanus igitur, & amentissimus es, si timorem domini oblitus, gaudes, & rides. Plus enim dolet, quàm gaudet pauper, qui videns hodie natũ filium, cras perire conspicit. Mundus hic, in quo maximè delectaris citò trãsit: & gaudium eius est velut gaudium hypocritæ, quod in momento labitur. Stultitia gaudium est (stulto, ait Sapiens.) Ideoque manifestissima insania est mundi huius lætitiam stabilem iudicare, & cor tuum vanis mundi huius cogitationibus habere intentum: cum re vera nihil in eo firmum sit. Quocirca re- *Esa.* ctissimè Esaias dixit. Ingemuerunt omnes *22.* qui lætabantur corde. Cessauit gaudium tympanorum, & quieuit sonitus lætantiũ. ¶ Denique vt appositissima similitudine tibi hanc rem, comprobem, queinadmodum gaudium vanum & mẽdax est animi, quæ intra rete aucupis granum comedũt, & pisces, qui escam in hamo appositam rapiũt cum tam propinquus sit mortis dolor: ità nimirum tu insanus es, & amentissimus, & simillimus his irrationabilibus creaturis, si inter felicitates huius sæculi lętus ambulas, cum tam propinquam & vicinam mortem habeas, quæ fortasis te protinus comitem aduocabit. Quapropter memor esto Apostoli dicti. Tempus breue est, & qui gaudent, tanquam non gaudentes sint. Etenim sapientissime Apostolus breuitatem huius vitæ rationem, & causam esse dixit, quare hic gaudere nõ debeamus, sed potiùs voluptates huius sęculi sunt nobis accipiendæ tanquam somniatæ & ridiculæ res, quãdoquidem cùm nõdum venerint, iam abierũt. Hoc igitur ex hoc loco cõcludamus, nõ vana mundi oblectamenta quærere: sed potiùs discamus peccata nostra plangere, & de illis pœnitere, memores dñi dicentis. Tristitia vestra conuertetur in gaudium, & modo etiã id iterũ approbat inquiẽs. *Quia ridebitis.* ¶ Etenim dñs (vt ait Ioãnes in Apocalypsi) absterget lachrymas iustorũ. Beatæ & fœlices lachrymæ, quas manus dñi absterget. Ideoque gaudendum maximè tibi est, si in hac vita tristis fueris, & fleueris, siquidẽ in ventura tantam & tam admirabilem consolationem es accepturus. Iuxta illud prophetæ. Secundũ multitudinem dolorũ meorũ consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Et diuinus Paulus. Sicut abundant passiones Christi in nobis: ità abundat consolatio nostra. Beatus ille est, qui propter Christum mortificatus, in hac vita tristitiã passionis Christi ob oculos gerit: & beatus deniq; qui in hac lachrymarum valle ipsis lachrymis pascitur. *Beati eritis, cùm vos odebrauerint homines, & cùm separauerint vos, & exprobrauerint, & ejecerint nomen vestrum tanquam malum.* In hac beatitudine plurima vexationum genera posuit, scilicet, odij, exprobrationis, & persequutionis, quia Christus à suis membris corde, opere, & ore erat persequendus: corde Christum odiendo, ore blasphemando & tormentis Christianos affligendo. Porrò homines sumuntur hic in malã partem prout sunt amatores sui ipsius & suæ carnis indulgentissimi. Sic Paulus *1. Cor. 3.* Corinthijs ait. Cùm sit inter vos zelus & *Gala. 1.* contentio: nõne homines estis? Et iterum. Si hominibus placerem, Christi seruus nõ essem. Placere hominibus iustis, malũ non est, sed potiùs bonũ. Verùm placere hominibus carnalibus & sensualibus, hoc nõ conuenit seruis Christi. Ab initio malis inditũ est bonos persequi: vt Cain Abel, Ismael Isaac, Esau Iacob, Ægyptij Israelẽ, Fenena Annã, Saul Dauidem, & Iezabel Heliam. Quocirca si mali didicerint te ipsum persequi, disce tu illos patientia tolerare: nam (vt inquit beatus Gregorius) qui malum non suffert, per suam impatientiam ostendit bonum non esse. Abominantur iustum impij (inquit sapiens) & viri sanguinũ oderũt sim- *Prouer. 29.* plicem. Hanc tamen ob causam non sis tristis, quia panis sine fermento insipidus est: at si fermentũ quod amarum est immisceatur, sapidus & dulcis redditur. Ità vult Dominus vt fermẽtum amarum tribulationis gustũ & saporem tribuat virtuti: atq; ita si panis sapidus Deo volueris esse, opus est, vt in hac vita fermẽto tribulationis & persequutionis concoquaris. Maiores igitur in *Ioan. 15.* tribulatione vires assume: & audi dominũ dicentẽ. Si me persequuti sunt & vos persequẽtur. Non es tu melioris conditionis quã Christus, nec existimes gloriã quam ipse, & sanctissima eius mater, & omnes sancti sunt cõsequuti, tot perpessis laboribus, tot transactis naufragijs, tot angustijs & calamitatibus acceptis tibi dandã esse, si in chœnice sedeas, & in vtrauis dormieris aurem. Si nullã pateris persequutionem, ne læteris: ea namq; maxima omniũ est persequutio, nullam perpeti contradictionẽ. Medicus enim facultatẽ facit infirmo, vt omnia comedat & bibat, quæ illi libuerint, cùm iam illũ nullius remedij compotem esse videt: & de cuius salute desperat: quod quidem nõ efficit cum eo, cui salutem & incolumitatem restituere curat, sed potius sanguinis missionibus prouidet, & potiones amaras tribuit, & ea omnia interdicit, quæ illi nociua sunt. Manifesta igitur dãnatio tua est, si omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad libitum, & secundū animi sententiā eue niunt: ille vero fœlix & beatus iudicandus est, qui in hac vita torrente persequutionū affligitur. Nam quemadmodum sanguinis missiones pateris, & potiones amaras sumis, vt corporis incolumitate fruaris, potiori iure tribulationes, & persequutiones deberes sustinere, vt anima incolumis, & salua persisteret. Obsecro autē ne oculos conijcias in tribulationes & labores, quos modo pateris, sed in retributionem & mercedem, quam pro illis speras. Æquo igitur animo feras in hac vita omnes tribulationes, quas tibi Deus miserit, illius egregij dicti sapientis recordatus. Legatus fidelis, egestas & ig
Prouer. 13. nominia. Et quemadmodum qui contumelia legatum regis afficit, ipsum regem videtur dehonestare: ità qui de tribulationibus & laboribus cōqueritur, ipsum Deum qui eos mittit, offendit. Legimus in secundo libro Regum Dauidem grauiter animaduer
2. Reg. 10. tisse in Amonitas & eorum regem, quia nūcios, quos ipse miserat, ignominiosè tractauerūt. Æquum igitur est, vt his nuncijs tam fidelibus, qui nos certos faciunt de Dei amicitia, debitum honorem deferamus, & persequutiones, & labores suscipiamus multis gratiarum actionibus. Quòd si de illis fuerimus conquesti, nobiscum Dominus aget, vt Dauid cum Amon, quia nuncios suos contumelia affecit. At si ad amorem attenderes, quo dominus has persequutiones tibi mittit, vtiq; gratiarum actionibus illas susciperes, cùm talia non det, nisi eis, quos ardēti amore prosequitur. Valde tuos persequutores deberes diligere, quādoquidem laureā gloriæ tibi conficiunt in cælo. Sed quia de his in hoc capite dicturi sumus agentes de dilectione inimicorum, hinc ad alia properemus. ¶ Vnum hic autem maximè est obseruandum, quòd Christus tanquam pijssimus pater, ne succumberemus tantis afflictionibus & laboribus, vt nobis vires adderet ad persequutiones patiendas, prudentissimè beatos esse dicit, qui eas fuerint passi. Etenim si persequutio hac consolatione careret, aut desperaret pusillanimis qui eam pateretur, aut ipsum dominū propter quē illam patitur desereret. ¶ Secundū autem, quo cōsolatur Christus eos, qui persequutionē patiūtur, illud est, quia causam suæ crucis & tribulationis dicit eundē Christum esse, nam si qui tribulationes patitur, oculos conuertit ad eum, propter quem patitur, summo gaudio & lætitia omnes præsentis vitæ persequutiones feret. Quocirca animum addens Christus inquit. *Propter filium hominis.* Verba hæc, quam ingentem secum afferant consolationem, vix fieri potest, vt valeam explicare, quibus certe in omnibus laboribus nostris, & in persequutionibus læti & gaudentes incedere deberemus. Priùs autē, quàm vltra progrediar, fratrē meum peccatorē certum facio, quòd si quando ei contigerit ob sua peccata & flagitia tormenta & tribulationes pati, dūmodo de eis pœniteat, & ex toto animo in Deū se cōuertat, is talis propter Christū dicetur pati. Cuius rei appositissimū exēplum nobis erit Dauid, qui cùm reprehēsus a Nathā ob adulterium & homicidium esset, cùm digna factis suis pateretur, inquit. Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit cō fusio faciem meam. Quomodo propter me nonne propter tua peccata? Quoniam cum patientia hæc mala sustineo, dico propter te. Ita nimirum tu, si cùm recta facias, propterea persequutiones pateris, lętare nimis quia pro Christo pateris. In omnibus tuis laboribus si volueris, coram Dei oculis maxima retributione eris dignus: & patientia tua alijs hominibus exemplum dabis. Quo circa caue ne venias infamiæ & inscitiæ taxandus, si ex omnibus tuis laboribus vtilitatem & emolumentum nō sumpseris. Itaque pręcipua ratio merendi consistit, si eam, propter quam patimur & finem respiciamus. Martyrē enim non perficit pœna, sed causa pœnæ. Nam adolescēs ille Romanus Curtius qui se sponte sua in gutturā terræ deiecit, non vtique martyr fuit. Nec Codrus Athenienſiū rex, qui morti sese obtulit, nec item Mucius Scæuola, qui in ignem manum coniecit, nec alij multi his similes, quia non pro Christo mortem occubuerunt, sed propter suam vanitatem, & infamiā. Itaq; causa & finis martyrij, qui Deus est gloriosam martyris mortē efficit, similiterq; efficit, vt labores tui mercede, & retributione sint digni, si ante oculos tuos ipsum Deū constituēris. Itaq; discas oportet, vt si quid feceris, pro Christo id facias, & eum scopum & finem tuorum operum collocā. ¶ Vt autem hæc omnia dicta rectiùs intelligas duas tibi apponam conclusiones, quarum altera, esto, Si tantum dolorem & pœnitētiam tuorum peccatorum habueris & illorum causa tot lachrymas fuderis, quot

sunt guttæ aquæ in mari, si hanc pœnitentiam & dolorem habueris solum, vel præciuè id cauēs ne in infernum eas, certissimè scias te hac sola ratione damnandum fore. Nam in peccato duo considerare debes. Alterum offensam, quam aduersus dominum tuum cōmisisti: alterum vero malum quod tibi ipsi cōparasti, quia te ipsum ad æternā pœnam obligasti. Si igitur te peccati tui potius pœnitet propter inferni cruciatus, quàm quòd Deum offenderis: manifestum est te potius id cauere & fugere, quod cōtra te est, quàm id quod est aduersus Deū. Vnde fit, vt te ipsum plusquā Deum diligas. Ideoq; nunquam peccatū tibi remittetur, quantūuis grauissimum dolorē habeas, nisi te pœnituerit Deum offendisse. Hunc dolorem vocant scholastici attritionē: quæ filia est amoris proprij, vt cōtritio filia est diuini amoris. Plus dominus attendit ad doloris causam, quàm ad illius intensionem: & etiam finem, quem peccator habet, maximè aduertit dominus. Quòd si desideras huius rei exemplum in sacra pagina videre, audi. Saul & Dauid ambo fuerunt reges Israel, & vterque etiam peccauit, & iterum ambo à duobus prophetis fuerūt reprehēsi & denique vterq; pœnitentiā egit, & dixit, peccaui. Cur igitur dominus Dauidi peperc
cit, & non Sauli? Nunquid Deus est acceptor personarum? Absit. In veritate (ait Petrus) cōperi, quòd Deus acceptor personarum nō est. Placuit domino pœnitētia Dauid, & non Saulis, quia dolorē maximum habebat Dauid, quòd Deum offendisset: Saul vero pœnitentiam habebat sui peccati, non maximè propter peccatū, sed quia regnū Israel amittebat, qua propter Samuel dixit. Honora me corā senioribus populi mei, & coram Israel. Hæc omnia dicebat Saul ne contēneretur à populo, & vt incolumis in regno persisteret, si posset. Obquā etiam rationē dominus Esau nō exaudiuit, quanuis misericordiā à domino impetrauit, lassset, (vt inquit Paulus.) Sic etiam nec Anthiochus misericordiā à domino impetrauit, quia ille dolor & lachrymæ nō ex radice dilectionis Dei procedebāt. Sicut enim in aula regis Assueri nemo ingredi poterat sac
co indutus: sic nec in regiā Dei aulam intrabit aliquis solo hoc timore indutus, qui attritio est: nisi indutus fuerit nuptialibus, vestib⁹, hoc est diuino amore. ¶ Secūda cō
clusio est. Etiā si Deos alienos non adoraueris, si non sumpseris nomē Dei in vanum, si festa non violaueris, si denique decem decalogi præcepta custodieris, & denique si consilia omnia euangelica obseruaueris, si hæc (inquam) omnia feceris sine dilectione Dei solum vel præcipuè, vt Deus gloriam & quietē tuam tibi tribuat, sine dubio scias futuum esse, quòd in illam non ingredieris. Ratio autē est, quia in quocūque bono opere duo sunt. Alterum est honor & gloria, quæ Deo tribuitur alterum verò cōmodum & vtilitas, quam inde reportat qui bonū opus facit, scilicet, gloria, quā dominus illi tribuit. Si igitur tu cùm sanctā aliquam actionem exerces, plus attendis ad tuū commodum & vtilitatē, quàm ad Dei honorē: manifestū est, quòd te ipsum plus diligis, quàm Deum. Atque ità quemadmodum tuum opus diuino caret amore, ita etiā merito caret. Quocirca ob talia opera nunquā in cælum ingredieris, nec dominus tibi gloriam dabit. Amor Dei statera est, quo libra
Leui. 27. batur omne id, quod offerebatur in sanctuario. Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Etenim si otaueris, si eleemosynam tribueris, aut aliud quoduis opus effeceris: pōdera illud in siclo sanctuarij. Amor id ponderare debet. Et tantū bonum opus, meriti habebit, quantum amoris diuini. Ideoque si omnia hæc mandata exactissimè seruaueris, & alia multa bona opera feceris, nisi illa ex charitate diuina processerint, & nisi Deus vltimus eorum fuerit finis, nulla retributione erunt digna. Nam in conspectu diuino coram superno illo iudice potius attenditur finis operis, quā eius magnitudo aut excellentia. Si scopus & finis tuus non fuerit Deus: etiam si multum laboraueris, minimam mercedem accipies. Cuius rei exemplum si appositissimum cupias videre, attēde, quòd cùm dominus sanctum Iob laudaret, dicens eum esse rectum
Iob. 1. & timētem Deum: aduersus hoc insultauit dæmon dicens. Nunquid Iob gratis timet Deum? Nonne vallasti domum eius, &c. Aduerte obsecro, quòd non dixit dæmon Iob non feciſſe multa bona opera, nam bene cōscius erat illum rectè & sanctè viuere: at intentionē & finem operū tetigit dicens, ea non gratis facere, nec propter Deum, & ipsius amorē, sed propter suum cōmodum, & vtilitatem ob tam amplā & diutē supellectilē, quam illi dominus donauerat, & propter spem tantorū bonorum, quæ ipsi promiserat.

miserat. Ideo subdidit dæmon. Sed extende paululum super eum manum tuã, & nisi in faciẽ benedixerit tibi, &c. Hoc est. Tolle illi substantiã & salutem, tuncq; manifestè videbis quomodo sanctitatis & amoris tui oneri succũbat. Vnde dominus facultatem fecit Satanæ, vt hæc omnia bona, cum filijs & armentis abstraheret Iob: cũq; dæmon hæc fecisset, & sanctus Iob in rectitudine vitæ perseueraſſet, cognitũ fuit, qua animi intentione & propter quem finẽ mandata diuina tam diligẽter obseruaret. Atq; ita ipsa experientia compertũ fuit Iob iustũ & sanctum esse, vt ipse Deus dixerat, quãdoquidẽ illi nõ seruiebat propter suum cõmodũ & lucrũ, sed tantũ ob ipsum Deum, qui pignus est sanctorũ pretiosissimum. Hoc idẽ argumẽtum, quod dæmon domino proposuit, multis Christianis in articulo mortis obijcit. Non Turcis nec infidelibus (quia qui nõ credit iam iudicatus est) nec malis Christianis, qui in mortali peccato ab hac vita discedũt argumentum hoc facit, sed eis qui boni & recti videtur esse Christiani, quiq; diuina mãdata seruant, qui tamen in primo principio, hoc est, in amore diuino deficiũt. Quãdo Angeli omnia tua opera corã tribunali Dei manifestauerint, exibit protinus dæmõ à latere, vt ea labefactet dicens. Nunquid gratis timuisti Deũ? Librabuntur etenim bona tua opera ipso fine, quẽ in illis faciendis habuisti. Sichen & Emor filius eius circũcisi fuerũt, sicut Iacob & filij sui, quod quidẽ opus etiã si sanctum & iustũ videretur, quia isti gentilitatẽ deserebant, & populo Dei coniungebãtur, nihilominus tamen hæc circũcisio nullius fuit valoris & momẽti, quia hoc sacramentũ non acceperũt propter Deum & ipsius amorem, sed propter suã vtilitatem & emolumẽtum. Dixerunt quippe populo suo. Substantia eorũ & pecora eorum, & cuncta quæ possidẽt, nostra erunt. Quodquidẽ opus cum bonũ & sanctũ esset, ob finem quẽ in ipso habuerũt nullius fuit valoris, quandoquidẽ proprium lucrũ potiùs, quærebant, quam gloriam & honorem Dei. Multi sunt, qui iudicio & arbitrio nostro iusti & sancti videntur, qui forsitan corã diuinis oculis, qui hominũ corda, & cogitationes nouerũt, nullius sunt meriti. Attẽde obsecro, q̃ non tibi præcipimus, vt sanguinẽ tuum fundas, nec in fornaces ardentes te conijcias, nec vt ieiunes, quouisq; in infirmitatẽ & q̃gritudinẽ labaris in lectũ: nec volumus, vt te ipsum interficias; sed põtiùs, vt viuas, & tuæ saluti consulas: id tamẽ volumus, & præcipimus, vt hæc opera bona, quę facis, vel ductus cõsuetudine, vel solũ ob hoc, quia tibi Deus gloriã donet, hæc (inquam) solũ propter ipsum Deum facias, & quia ipse vult, nec ad proprium cõmodũ respicias. Respondeas obsecro, si filius aliquis iussis & volũtati parentis sui obediret non propter castum & filialẽ amorem: sed ne illũ in morte exhæredaret, & vt in illius patrimoniũ succederet: nõne talis filius meritò à parente exhæredaretur: bene vtiq;. At si alius filius parẽti suo obediret, & eum diligeret solum paterno amore ductus, nec ad rem & supellectilem patris oculos conijceret: nõne pater optimo iure suorũ bonorum potiorem sortẽ huic filio donaret? Meritò quidẽ. Cui obsecro pater rem suã vult & bona, nisi filio, qui ipsum diligit? Quẽ obsecro Deus exhæredabit, nisi eum, qui sui ipsius indulgentissimus est? Vbi lucrum inuenire putas, ibi iacturam facis: vbi verò iacturam facere existimas, inde lucrũ reportas. Si Deo seruis, vt gloriã tibi donet, vtiq; gloriã amittis, si autẽ illi seruieris propter seipsum, vtiq; gloriam lucraberis. Quærẽs tuum lucrũ, illud amittis, illius autem obliuiscens lucrũ, illud amittis, illius autem oblitus, id lucraris. Minimo labore plurimũ meteri posses: tu autẽ non vis, nisi mille laboribus teipsum discruciare, & nihil mereri. Insanus equidẽ es, cùm propter niullã mercedem laboras. Hoc studiũ tibi debet esse, vt omnia, quæ feceris, semper in Deũ dirigas, & propter illius amorem facias: & quia ipse vult, & illi placet: & quia est hæc voluntas eius. Si autem peccasti, pœniteat te tam sanctum dominũ, tam bonũ & iustum offendisse: cui potiùs seruire deberes, cum ab illo tanta acceperis beneficia. Is dolor animam tuã debet affligere, & est præcipuum, quod plãgere debes. Nonne ratio postulat, vt id, quod facis, cum homine, cum Deo etiam facias? Solet enim cõtingere, vt amicũ habeas cũ quo cõuersaris, & familiariter agis, à cuius latere nunquã velles discedere. Quid est obsecro, q̃ tam familiariter cũ illo agas, & semper illũ comiteris? Estnẽ quia illius amicitia diuitẽ fieri putas? Respondebis mihi hanc nõ esse causam, quia tu ditior & opulentior illo es, sed solũ quia homo sapiẽs est, cautus, & prouidus, à quo nihil aliud vis, q̃ quã Deum offendẽt. Quocirca ex aduerso hanc vitam odio habere debes, quandoquidem tam parata est, vt aduersus Deũ possis delinquere. Et denique, vt concludam, hęc quę modo agimus semper mente tua reuoluere debes, & quòd dominus dicit, propter filiũ hominis. Nam vult vt omnia tua opera pro Christo facias. Hoc est fundamentũ totius meriti: nam etiã si plurimos labores patiaris, si plurimis ieiunijs, & alijs rectis operibus te ipsum discruciaueris: dũmodo ea non pro Christi amore facias, iam omnia nullius valoris sunt nec momenti. In hoc quippe consistit tuorũ laborum meritum. Sic Christus cùm de laboribus sermonẽ ad Apostolos habebat, semper causam meriti addidit. Vt cùm dixit, beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiã, & subdidit. Et persequuti vos fuerint propter me. *Matth. 5.* Et iterum. Ad reges & præsides ducemini propter me. Et rursus. Qui perdiderit animam suã propter me. Et idẽ inferius habetur apud nostrũ Lucam, cùm de contẽptu sæculi loqueretur. Qui reliquerit domum, & patrẽ, & matrem propter me. Et de persequutionibus loquẽs dixit. Trademini ad reges & præsides propter nomen meũ. De quibus etiã loquutus apud Ioannem dixit. Sed hæc omnia faciẽt vobis propter nomẽ meum. Vides ergo quomodo omnia mala, quæ pateris, vel quæcunq; bona egeris, propter Christi nomen & propter ipsum Deũ facienda sint sine spe alicuius propriæ vtilitatis? Sed si statim mihi obieceris, quomodo Dauid, qui iustus & sanctus erat, dixit domino in psalmo. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem? Respondebo tibi, quòd hæc retribuio ipsemet Deus est: pro cuius amore sunt omnia facienda. Sic olim Deus dixit Abrahæ. Ego merces tua, magna nimis. Nam quicũq; agit, agit propter finẽ, qui nobis Deus in omnibus operationibus nostris intẽdi debet. Sed credo plusquã in principio existimaui, me ipsum extendisse: vt autẽ gradum ad alia faciamus, lege si placet diuũ Gregorium pulchrè de hac re differentẽ. Atque ita nostrum euangelistam audiamus vlterius progredientem. *Gaudete in illa die & exultate.* Gaudium illa sola delectatio est, quæ rationem sequitur, ex qua delectatione resultat in appetitu sensitiuo motus exterior, qui dicitur exultatio qui est passio eiusdem appetitus. Gaudium itaque non in appetitu sensitiuo, sed in intellectu, nempè in voluntate suscipitur. Est

Genes. 34.

Ioan. 3.

Psalm. 118.

Gene. 15.

Greg. lib. 18 mora. c. 13.

illum non diligis? quare illum non amplecteris solum propter seipsum? cùm tam sanctus, tam pius & misericors sit? Quid est, q̃ hoc cum homine facias, qui mille imperfectionibus est plenus, cùm solũ in illo videas vestigiũ & vmbrã bonitatis diuinæ? at cum ipso Deo, qui fons est perẽnis totius bonitatis atq; virtutis hoc nõ efficis? Iustũ equidẽ & æquũ est, vt Deus propter se ipsum diligatur. Et quẽadmodũ pœniteret te si aduersus amicum deliquisses, solum quia amicus tuus est, non autem propter vtilitatem, quã ab illo speras: sed quia amicitiam & consuetudinem suam amisisti. Ita cum flagitium aliquod cõmittis, maxima pœnitentia animum tuum subire debet, quia tam bonũ & pium Deũ offendisti, & quia à tam sancta & diuina familiaritate priuaris. Omne tuũ studium sit solũ Deum diligere propter seipsum, & illi soli placere. Et id tibi maximè est curandũ, tui ipsius amorẽ & indulgentiã à corde tuo euellere, & diuinũ amorẽ in eo serere: ità vt si per impossibile daretur, quòd in beatitudine esses cũ sanctis diuina essentia fruens, & Deum offensum habens: aut in inferno omnes cruciatus dãnatorum ferens: potius debes eligere in inferno esse, & Deũ non offendere, quã in cælo, dum tamen aduersus illum sis peccaturus. Quocirca beatissimus ille pater Anselmus *de ſ. Quoq. in* in libro de similitudinibus domino Deo dicebat. Mallem purus à peccato & innocẽs gehennam intrare: quàm peccati sorde polutus cælorum regna tenere. Digna quidẽ verba tãto & tã sancto viro. Loquitur enim vt vir perfectissimus, & in obsequio Dei veteranus. Infernus tuus futurus est Dei offensa: gloria autẽ tua Deo placere. Id semper à domino anxia solicitudine tibi petendum est: vt nunquam illum offendas, & vt mittat te quo ipse voluerit: nam dummodo voluntas eius hæc sit, vbicunque gaudens, & lætus debes esse. Infernum eatenùs timere debes potiùs cùm scias, quòd omnes ibi habitantes inimici sunt Dei, quàm, vt caueas propriã tuam pœnam. Gloriã desidera, sed potiùs cùm scias, quòd omnes qui ibi sunt, amici sunt Dei, & nunquã beatitudine defluentur: quàm vt propriã tranquillitatẽ, & quietẽ optans. Beatitudinem autẽ summopere cupere debes, quia qui in cęlo sunt confirmati sunt in gratia, & certi, quòd nunquã Deum offendẽt. Quocirca ex aduerso hanc vitam odio habere debes, quandoqui

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim motus voluntatis, quæ non est volitio, sed passio siue affectus. Veruntamen inter gaudium & exultationẽ secundum proprium significatum hoc interest, quòd gaudium est affectio animi, dum admensuram rationis lætatur, neq; vltra modũ foras effunditur. Exultatio vero cũ ita mouetur, vt exterius præcipuè in vultũ immodicè egrediatur. Illud igitur gaudiũ beatorũ ex exuberãtia gaudium & exultatio nuncupatur.

Psal. 83. Ideo Dauid de vtroque dixit. Cor meum, & caro mea exultauerũt in Deum viuum. Gaudete (inquam) interius dicit Christus, propter stolã animæ, & exultate exteriùs, propter stolã gloriæ. ¶ Obserua autem, q̃ solum huic beatitudini additur gaudiũ, & exultatio, quia quẽadmodum in ea narrantur tot mala, ita accumulantur bona. Iuxta

Psal. 93. illud. Secundum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerunt animã meam. Et etiam additur gaudium & exultatio ad demonstrandũ gratiã Spiritus sancti cõferendam fore sanctis martyribus noui testamenti. Quia ergo sancti martyres non solum virtutem patiẽdi, sed gaudendi, & exultandi in tribulationibus accepturi erant, patientibus propter Christũ dicitur,

Matt. 4. gaudete & exultate. Sic sanctissimi Apostoli gaudentes ibant à conspectu concilij, quia digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliam pati. Sic beatus Laurẽtius in tormentis, Gaudeo (inquit) quia Christi hostia effici merui. *Ecce enim merces vestra multa est in cælo.* Vides iam quomodo qui pro Christo persequutiones & labores patiuntur, nõ sine digna mercede & retributione manẽãt? Hic autem aliqua obscura inuenta veniunt. Primò, quòd in hac beatitudine nulla facta determinatione ponitur præmium: non enim sicut in alijs beatitudinib⁹ ponitur aliquid certum pro præmio, puta, ridere & saturari, vel aliud simile, sed dicitur, merces vestra multa est in cælis, vt hanc beatitudinẽ præ cæteris cõmendet, quã copiosa manet merces. Præmiũ deniq; infinitũ insinuat, quod

Ioan. 14. huic beatitudini respõdet, & meritò. Nam si iuxta Saluatoris testimoniũ, maiorẽ charitatem nemo habet, quã vt animã suam ponat quis pro amicis suis: nemo maiorẽ habet perfectionẽ quam is, qui pro Christo amico suo animã suam in discrimẽ ponit, quod quidẽ ad hanc beatitudinẽ cõstat spectare. ¶ Expende autẽ, q̃ dicit in cælo futurã esse mercedẽ non in terra, quia Deus mũdi amatoribus in hoc mundo stercora tribuit. Præmiũ malorum in hac vita illis tribuitur, bonis autem in cælo. Etenim boni non hac vita gaudẽt, quia merces eorũ multa est in cælo: mali vero hîc gaudent, & lætantur. Non vult dñs in hac vita iustis retribuere his mũdanis & vilibus diuitijs, quę cũ stercora sint domus Dei, suibus eas tribuit, vt fuerũt Nero, Domitianus, Cõmodus & alij his similes. Etenim diuinus vates ait. Ipsi potẽtes in

Iob. 21. seculo obtinuerũt diuitias. Sed iustis nõ hîc sed in cælo merces reposita est. Quocirca in

Esa. 53. persona dñi loquutus Esaias de pinguedine & abundãtia illius ciuitatis supernæ, inquit. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis: in tabernaculis fiduciæ, in requie opulẽta. ¶ Obseruandũ tertiò, q̃ nõ qualiscunq; merces, sed multa & magna erit vitæ æternæ: ita vt pro paupertate momẽtanea dabitur regnum æternum, pro tẽporali fame satietas opulenta, pro breui luctu lętitia sempiterna, pro modica persequutione gloria perpetua. Nam ait hîc dominus. Merces vestra multa & magna. Sic Abrahæ dixit. Ego merces tua magna nimis. Tanta enim sunt gaudia illius patriæ cælestis, vt si vniuersæ mundi voluptates, quæ fuerunt, & quæ futuræ sunt, cùm illis comparentur, nihil omnino erunt. Omnis mundi iucunditas si cum illa cælesti conferatur, mœror, & luctus est: omnis suauitas dolor, omnis dulcedo amaritudo, omne pulchrum & decorum fœdum, & obscœnum iudicabitur. Tanta & tam magna est dulcedo futurę gloriæ, vt dicat Augustinus, quòd si vnica tantum gutta cælestis beatitudinis in dãnatorum pœnis defluere, tanta dulcedine repleret gehennã, vt nullum dolorẽ, aut tormentum damnati paterentur. Et tanta ex diuina visione oritur delectatio, vt beati malent esse in inferno, & conspicere vultum Dei, quàm priuati hac visione, esse in cęlis. Ibi enim (vt inquit Ioannes) similes ei erimus. Et Paulus etiam. Tunc cognoscam, sicut & cognitus sum. Leuabimur enim in tantam celsitudinem & maiestatem: quam nec oculis vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Nec minus habent ad

Esa. 60. titudinis verba illa Esaiæ. In lumine tuo videbimus lumẽ. Etenim diuina essentia vnitur per modum luminis & speciei intellectui humano. Res equidem summæ celsitudinis. Ibi enim sensus omnes repleburtur innumerabilibus delectationibus, non solum

solum secundum vota, sed longe vlteriùs quàm desiderari queat. Denique faciliùs multò explicari potest, quod non est in cælesti illa patria: quàm numerare perfectiones, & diuitias, quibus abundat & ornata est. Hæc est illa copiosa merces in cælo reposita his, qui in hac vita breuẽ hanc tribulationem patienter tolerãt. ¶ Vbi aduerte, quod si merces est, ergo mentitur is, qui dicit operibus nostris nihil ex iustitia deberi. Imò sicut merces debetur operationi nõ ex gratia sed ex vero debito: ita optimo iure gloria debetur bene operantibus. ¶ Dicamus itaque ex hoc loco aduersa quæq; & aspera æquo animo tolerare, memores huius copiosæ mercedis. Etenim si oculos cõuertis ad breuitatẽ laboris præsentis, & ad magnitudinem retributionis, quam expectas, nihil laboriosum & aduersum in hac vita præsenti te mukũ vexabit. Tẽpus enim breue est (ait Paulus) & merces copiosa, dicit Christus. Hæc duo in omnibus laboribus tuis semper ob oculos cõstitue, scilicet, tempus breue esse: mercedẽ verò copiosam. Quid obsecro agricolam cogit, frigus & labores hyemis tolerare, nisi spes colligẽdi fructus in vere? Sic etiã mercator per varios casus per tot discrimina rerũ ad Indos nauigat, vt diuitias sibi cõparet. Sic tu omnia mala vitæ præsentis æquo animo sustine, considerans copiosam mercedem tibi in cælo esse repositam. Hoc equidẽ maximopere solabatur Paulũ in omnibus laboribus suis, cùm scribens Corinthijs dicebat. Propter quod nõ deficimus. Sed licet is, qui foris est noster homo corrũpatur: tamẽ is, qui intus est, renouatur de die in diẽ. Id enim quod in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æternũ gloriæ põdus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt, quæ autem non videntur æterna. *Secundum hæc enim faciebant prophetis patres eorum.* Exẽplo prophetarum temperat rigorem tribulationis. A cui diceret. Non est nouũ quod vos, qui serui mei estis persequantur Iudæi, quia eandem ob causam seruos meos prophetas sunt persequuti. At si illi qui nõ habuerũt exẽplum constantes fuerũt in tribulationibus, vos qui habetis exemplũ cõstantiores esse debetis. Nam sicut modo Iudæi persequũtur vos, ita patres eorum per sequuti fuerunt sanctos & prophetas antiquos, scilicet, Mosem, Aaron, Esaiam, Ieremiam, Michæam, Amos, Zachariam, Da- *Act. 7.*
nielem, & Ezechielem, & plurimos alios: sicut beatus Stephanus dixit eis in concilio. Dura ceruice & incircuncisis cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis. Præterea sicut solet Elephãtibus ostẽdi sanguis, vt stimulẽtur ad pręliũ: sic Christus sanguinem effusum sanctorũ prophetarum ostendit discipulis, vt eos alliciat ad tolerandum quæcunque aduersa illis euenerint. Perpẽde autem, quod Christus qui gloriam mundi contemnendã esse docuit, quatuor cõmendat & beatificat, quæ ex diametro mundo aduersantur. Mundus enim fœlicitatem constituit in diuitijs, voluptatibus, & gaudijs, & denique in honoribus: quæ omnia Christus hîc dãnat. Aduersus diuitiarum amatores (inquit.) Beati pauperes quoniã vestrũ est regnũ Dei. Aduersus eos qui delicias summam fœlicitatem iudicant (inquit) Beati qui nunc esuritis. Cõtra eos qui iocis & conuiuijs indulgent (dicit) Beati qui fletis. Et denique aduersus eos qui honores ambiunt, & mundanos sumptus & dignitates (sic inquit). Beati eritis cũ vos oderint homines. &c. Sed ad maiorem commẽdationem harum beatitudinũ cõdemnat etiam vitia eis opposita. Ait igitur. *Veruntamen Væ vobis diuitibus: qui habetis, consolationem vestram.* Væ in scriptura sacra (vt Gregorius testatur) sæpius de æterno *Greg. hom. 9*
luctu, potiùs quàm de præsenti solet intelligi. Vnde Esaias ait. Væ impio in malo, re- *super Ezech.*
tributio enim manuũ eius fiet ei. Et Iob. Si *Esa. 30.*
impius fuero væ mihi. &c. Quasi per anti- *Iob. 10.*
thesim quatuor, pmissionibus quatuor apponit cõminationes: sicut quatuor beatitudinibus quatuor virtutes cardinales posuit correspondentes. Nam paupertas tẽperantiã gignit, esuries iustitiam, luctus prudentiam, & contemptus fortitudinẽ. Sic modo quatuor comminationes apponit quatuor vitijs correspondentes. Primũ, væ, facit cõtra cupiditatem diuitum, quod opponitur paupertati & virtuti temperantiæ, dicens. Væ vobis diuitibus. Secundum est contra voluptatẽ. Epicurorũ, quod opponitur esurieiustitiæ: cum dicitur. Væ vobis qui saturati estis quia esurietis. Tertium væ cõtra vanitatem lætantium, quod opponitur luctui & prudentię cum dicitur. Væ vobis, qui nunc ridetis, quia flebitis. Quartum

Universidad de Deusto
Biblioteca

væ est contra mũdi placentia quæ opponũ tur mũdi maledictionibus, & fortitudini, cum dicitur. Væ cùm benedixerint vobis homines. Et si beati sunt pauperes (vt Chri stus hîc inquit) væ amatoribus diuitiarum.

Prouer.13. In Prouerbijs habetur. Est quasi diues cùm nihil habeat, & est quasi pauper cũ in multis diuitijs sit. Si beati sunt esurientes, væ epulonibus, & qui se cibis & vino i-gurgi

Prouer.23. tant. Vnde in Prouerbijs dicitur. Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessatio nibus eorum, qui carnes ad vescendum con ferunt. Si flentes sunt beati, væ gaudẽtibus & ridentibus. Iacobus enim ait. Plorate &

Iaco.5. vlulate in miserijs vestris. Si beati patiẽtes,

Ibidem. væ impatientibus. Et idẽ Iacobus. Ecce bea tificamus eos qui sustinuerunt. ¶ Obserua autem, quòd in his benedictionibus & maledictionibus est quædã similitudo & correspondentia inter nouam & veterẽ legem. Deus etenim cùm dedit legem Mosi, dedit etiam benedictiones & maledictiones: nam iusit vt essent sex tribus in mõte Garizim, ad benedicendum, & sex alias tribus in mõ te Siebal in ingressu terræ Canaam, ad maledicendum. Et in vigesimo septimo capite

Deutero.27. & 28. Deuteronomij inuenies maledictiones, & in sequenti benedictiones. Christus autem verus Deus, qui dedit legem Mosi eundem ordinem tenuit & modum præbens, nouam legem, quia posuit & constituit benedictiones obseruatoribus legis, & maledictiones eam violantibus. Nam sicut pau peres sunt benedicti, ita vos diuites maledicti, & sic de alijs benedictionibus & maledictionibus. ¶ Expende etiam, quòd istæ maledictiones non fuerũt positæ per modum imprecationis, sed per modum prænunciationis: nam imprecari pertinet ad eos, qui male volũt, & inferre non possunt, & ideo petunt inferri ab illo, qui potest.

Sapien.11. Hoc autem non cõuenit Christo qui Deus erat, & ipse neminẽ odit, sed omnia diligit: & si alicui vellet malũ inferre, protinus inferret, quia à nemine potestimpediri, & sic nõ deprecaretur. Væ autẽ cõminatio est æterna: qua deterrere vult Christus huius sęculi amatores, vt quærant cælestia, & conculcent terrena. Nullum non lapidem mouet, vt legem Dei obseruemus, tum benedictionibus, tum maledictionibus: sed superba mens nostra neque blanditijs, nec terroribus mouetur. Præterea ne putarent homines posse peccare impunè in occulto, ponit maledictiones: quia vt in publico nõ delinquas, magistratus statuit. Prima itaque maledictione diuitibus maledicit, non omnibus, sed tantum illis, qui diuitias tãquam Deum colunt, & eis seruiunt, atque ideo dictum restringit dicens. Qui habetis hic consolationem vestram. Talis enim consolatio via est ad æternum cruciatum: sicut è contra tribulatio præsens est via ad æternam consolationem. Vnde Abrahã dixit diuiti epuloni existenti in inferno. Recordare quòd recepisti bona in vita tua, & Lazarus mala: nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris. Sunt in hac vita diuites huiusmodi velut pecudes quæ ad iugulum adducuntur, quæque in vetita pascua ingredi possunt, cùm iam illis appropinquet mors. Pascuntur mali flores huius vitæ, & ad libitũ comedunt, & bibunt, & in vitijs, & peccatis, quæ lex dñi vetat, vitam degunt. At carnifex in ferni non procul est, vt eos ducat in iugulũ, & interitum. Morientur & nihil eorũ inuenient, quibus hîc oblectabantur iuxta illud psalmi. Dormierunt somnũ suum, & nihil inuenerũt viri diuitiarum in manibus suis. Aptè quidẽ & appositè dicit quod dormierunt somnum: quia eorum gaudium est similes consolationi somniãtium, de qua per Esaiam dicitur. Sicut somniat sitiens & bibit, & postquã fuerit expergefactus lapsus adhuc sitit, & vacua est anima eius: sic erit, &c. Quapropter in alio loco ait ipse Dauid. Velut somnium surgẽtium domine in ciuitate tua, imaginẽ eorum ad nihilum rediges. Optime dicit imaginẽ, quia sicut somnians non videt res, sed imagines rerum, & tamen credit se videre res: ita diuites credũt se habere diuitias veras, cùm tamen nõ habeant nisi imagines, siue phantasticas diuitias. Præstigiatores artibus suis efficiunt, vt tibi appareat hortus amœnissimus arboribus, & fructibus plenus: tu vero attingis ramũ, vt fructus colligas, & nihil inueniens iudicas statim omnia illa vanitatem esse, & sola apparentia fallere, cùm reuera nihil ibi sit. Ita nimirum sunt omnia hæc mũdi præsentis, quæ oculi nostri intuentur, quæ nihil aliud sunt, nisi somnium, & vanitas. Quid obsecro existimas esse has diuitias diligens, nisi similis illi, qui in sinu, suo calore serpentes nutrit, qui postea illum essent interfecturi? Ita tu calore cupidinis diuitias nutris & auges, quæ viscera tua comedunt, conscientiam rodunt, suffocant spiritum,

tum, & salutem animæ tuæ in discrimẽ ponunt. Sic adeò vt Christus dicat, væ tibi: Ideo beatus Iacob. Lugete diuites, & este miseri: quia risus vester vertetur in luctũ, & gaudium in mœrorem. &c. sequitur iã secunda maledictio secundæ benedictioni respondens. *Væ vobis qui saturati estis, quia esurietis*. Nam sicut Paulus Romanis scribit. Si secundum carnem vixeritis moriemini. Sicut enim beatitudinibus posuit præmia correspondentia, sic vitijs oppositis posuit pœnam correspondẽtem. Vnde in Sapientia habetur. Per ea, quæ quis peccauit, per ea & punietur. Ideo quicunq; epulo fuerit, seq; cibo meroq; impleuerit acutissima fame posteà torquebitur. Docemur hîc gulã fugere, & abstinentiã amare: ne in tantã calamitatem incidamus. Cibo enim vetito primus homo cecidit. Cibo Esau vendidit primogenituram, & populus Iudæorum dũ immoderato vsus fuit cibo vitulũ conflauit. Sedit enim populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere: idest idololatrare. Nam verbum ludere sæpe in scriptura sumitur p idololatrare, aliquando pro occidere, aliquando idẽ valet, quòd habere rẽ cũ muliere aliqua. De primo legimus in Genesi Saram vidisse filiũ suũ Isaac ludentẽ cum Ismaële: quare dixit dominus Abrahæ. Eĳce ancillam & filium eius. In Hebræo est verbũ mezacle quod æquiuocũ est: significat enim occidere & idololatrare. Voluit nanq; Ismaël idolis quę ex luto fingebat, adducere Isaac ad idolatriã. Occidere aũt significat in secundo Regũ, cũ dicitur. Surgãt pueri, & ludant coram nobis. Id est occidant: nam statim sequitur ibidem. Surrexerunt duodecim de Beniamin ex parte Isboseth filij Saul, & duodecim ex pueris Dauid: apprehẽsoque vnusquisq; capite comparis sui defixit gladium in latus contrarij & ceciderũt simul. Quòd etiam accipiatur, vt idem sit, quod rem habere cum muliere, habetur in Genesi, vbi dicitur, quod Abimelech vidit per se nestrã Isaac ludentem cum Rebecca vxore sua, id est coëuntem. Quare accersito Isaac dixit ei Abimelech. Perspicuum est, quòd vxor tua sit, cur mẽtitus es, eam sororẽ tuã esse? Igitur cum populus sedisset manducare & bibere surrexit idololatrare: vt in eodem capite satis aperte dicitur, quòd ludus hic sit idololatria. Quod non ex alio processit nisi ex nimia crapula, & ingluuione. Multa enim mala oriũntur ex vitio gulæ. Cumque diabolum non lateat plura quotidie ex hoc vitio pullulare mala, frequenter gula nos tentat: imò legem mũdo tulit de ebrietatibus & conuiuijs faciendis: & hanc inter honores retulit sanctionem, vt crescente nobilitate & auctis redditibus, crescant magis lauta & opipara ciborum genera: sic adeò vt inter præcepta nobilitatis vnum & id præcipuum sit gula. Cũ dominus multo aliter inferius moneat dicens. *Luc.21.* Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Si dixisset, corpora vestra, perspicuum esset, fuisse loquutum de infirmitatib' corporis, quę ex nimijs cibis oriuntur, iuxta illud Sapientis. In multis *Eccle.37.* escis erit infirmitas. Sed dixit, ne grauentur corda: quia non solum ex gula mortem corporis subit homo: sed etiam ipsius animæ. Quod in Esau & Iudæis manifestissimo exemplo perspici potest, qui idololatrantes coram vitulo saltabant dicentes. Hi sunt Dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Maxima igitur Christiano viro habenda est ratio de temperantiã. Etenim ea est quæ cibo & potui frena imponit: vt pote quæ sit totius hominis tam animæ quã corporis rectissimũ institutũ, & salubberrimum medicamen: contrà verò gula mors est tã animæ quã corporis. Epulanti- *Iud.16.* bus quippe Philistęis & lærãtibus, cecidit mors super eos. Nolebant filij Heli carnes coctas ab offerentibus accipere, sed crudas, vt eas sibi lautius prepararẽt: qui miserè, & *1.Reg.2.* infœliciter in bello fuerunt interempti. Io- *1.Reg.14.* nathas etiã quia contra mandatũ patris parũ mellis comedit, occisus esset à patre, nisi populus ei impedimento fuisset. Quocirca cùm sciret sanctissimus Iob multa in ebrietatibus committi peccata, ideirco postquã epulati essent filij eius consurgens diluculo offerebat holocausta per singulos dies. Dicebat enim. Ne forte peccauerint filij mei. Vide obsecrò quanta mala ex nimijs epulis proueniant: sed qui hîc potationibus & cõuiuijs se tradiderint, esurient posteà in ęternum. Nunc autẽ iam in textu tertiæ benedictioni ponitur tertia calamitas. *Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.* Non de quocunque risu, sed de immoderato & de inepta lætitia loquitur. Et enim nõ decet virum, qui sistendus est coram seuerissimo Dei iudicio inani risu suam stultitiã patefacere: nã posteà hic talis, & huic si-

similes lugebunt & flebunt. Nam si recordarentur homines quę lamenta & planctũ facturi, cùm tot cruciatibus in inferno torquebuntur ob peccata, quæ hîc patrarunt: non vtiq; tam læti & alacres vitam agerẽt. Porrò cùm dicit lugebitis, de exteriori dolore loquitur: & cùm dicit flebitis, de interiori vlulatu inferni intelligit: quia interius nimio dolore, & exterius multitudine pœnarum dolebunt & tristabuntur.

¶ Discamus ergo, falsa mundi gaudia contẽnere, & lachrymas pro peccatis fusas amare: vt in hac vita anima tua lachrymarum tuarum riuis irrigata tanquam mundissimum speculũ sine macula in vltima illa die appareat. Etenim sicca & arida terra tribulos & spinas producit, simul & serpentes, sicut anima tua mundi vanitates, nili eam rigaueris tuarum lachrymarum aquis. Opus est, vt super terram pluat. Omnis enim caro cùm corrupisset viam suam, misit dominus aquas diluuij, quæ eam mundarẽt. Ita si diluuium aquarum venerit super cor tuũ morietur omnis concupiscentia carnis. Ille quidem cautus est & rectè facit, qui lachrymarum diluuio interficit mundanas concupiscentias: insani autem sunt, & amentes, qui gaudia & voluptates in hac vita quærunt. Melius enim fuerit in hora mortis delicta nostra plãxisse, quàm vitam nostram in falsis & vanis gaudijs duxisse. Attẽde obsecro per Christi amorem, quòd qui in hac vita rident, in ventura ambobus oculis lamentantur, qui vero hîc lugent, ibi gaudẽt & lætantur. Nam si hîc festũ celebrare vis, ibi vigiliam habebis: & si hîc vitam in risu transegeris, in inferno eris in luctu. Recordare obsecro sanctissimi Iob dicentis. Antequam comedam suspiro. In festis sanctorum prius celebratur vigilia quam festum: nam ipsi prius ieiunarunt, & luxerunt, postea verò gauisi sunt: multò aliter fit in mũdo, nam prius homines in caupona comedunt, & bibunt, postea verò symbolum exoluunt. Ità quidem etiam si nunc comedas, bibas, & gaudeas: postea mors arctissimam rationem exiget omnium gaudiorũ tuorum. Carè nimis nunc emis risus, quandoquidem posteà pro illis, gemitus exolues æternos. A mara sunt omnia gaudia mũdi, quibus respondent æterna tormenta. Ideoque cauendum tibi maximè est, quòd etiam si modo iners & incautus comedas, & rideas, citò mors aduenier exactura rationem, vbi non sine fœnore hæc omnia gaudia exolues. Etenim etiam si in mensa huius vitæ multa comedas nullam tamen habens rationem solutionis, non ideo hospes obliuiscetur omnes sumptus, vt eos exactè numeret & scribat, & vt nihil insolutum maneat. Quocirca si hæc attentis oculis considerasses, non tot sumptus faceres, nec tam laxis habenis, in omnia vitia viueres: quia verò nunquam tecum reuoluis diem esse vltimum, in quo de omnibus factis, & de minima etiam cogitatione rationem es redditurus, tam excessiuos & superfluos sumptus facis, quos nunquam in inferno satis exolues. Quemadmodũ enim boni in hac vita lugent, Posteà vero inter sanctorum choros delectantur & gaudent: sic mali in hoc mundo suas voluptates & gaudia quærunt, vt posteà non superfit eis, nisi luctus & planctus. Nunquam inuenies in tota sacra pagina Christum redemptorem nostrum risisse: at inuenies multoties plorasse. Vagiuit in præsepio, planxit in resurrectione Lazari, lamẽtatus est super Hierusalem, & lachrymatus est in cruce, & denique tota eius vita continuus luctus & carnis afflictio fuit. Etenim ipse est, qui ait. Nisi efficiamini sicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cælorum. Pueri, quippe non alia arma habẽt aptiora, quibus se defendere possint, quam lachrymas: nam quicquid mali puero intuleris, statim fundit lachrymas. His opus est armis, vt teipsum tuteris ab infernalis lamentis. Nam Pharao aquis fuit oblutus, & dæmon ipse lachrymarum aquis destruitur. Vana igitur sunt gaudia vitæ huius præsentis, iuxta illud Sapientis. Risum reputaui errorem, & gaudio dixi. Quid frustra deciperis? Potius elegit Moses cum populo Dei affligi, quàm participem esse terreni gaudij, & ideo dixit non esse filiũ filiæ Pharaonis. Si igitur iustorum lachrymæ conuertuntur in gaudium, & omnis vana voluptas in luctum: potiùs est in solitudine plangere, quàm in principum domibus ridere. Iam sequitur quarta maledictio. *Væ cum benedixerint vobis omnes homines.* Id est, cum laudauerint vos, si inaniter gloriemini. Adulatio enim nutrit peccatum. Quia sicut oleum missum in flammam igni est fomentum: ita adulatio culpæ. Laudatur (inquit Dauid) peccator in desiderijs animę suę & iniquus benedicitur. Et Esaias. Populus meus, qui te beatũ dicunt, ipsi te decipiunt

Iudæi

Iudæi velabant faciem domini, & salutantes dicebant. Aue rabbi. Sic adulatores laudando excæcant. Cæcus enim bene audit, quod illi dicitur: sed non videt quid mali ei inferatur. Sic ille qui decipitur, adulationem audit: sed non videt quantum malũ illi proueniat. In pœnam namque multorũ peccatorum sæpe permittit Deus, quòd scelera non solum nõ arguantur, sed quòd laudentur. ¶ Obserua autem quòd nõ simpliciter dixit, homines, sed omnes homines: quia malum nõ est à bonis hominibus benedici: at malũ est benedici à malis, qui non nisi mala laudare cõsuescunt. Quoquidem loco discere te oportebit: vt humanas laudes non sitias nec à peccatoribus laudari velis: memor beatissimi Pauli ad Corinthios dicẽtis. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: qui autẽ me iudicat dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare, quousque veniat dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum: & manifestabit obscura cordiũ. Tunc laus erit vnicuique à Deo. Quocirca nullo modo impiorum laudes quæramus sed bonorum. Etenim cùm Achillis sepulchrum Alexander videret, ò te fœlicem iuuenem (inquit) qui talem meritorum tuorum meruisti habere præconem. Fœlicissimus itẽ Ioãnes Baptista fuit, cuius laudes ipse Christus mirabilibus encomijs prędicauit. Non queras ab impijs benedici: nã statim homines suspicantur (& id merito) similem laudatori esse laudatum. Etenim mundus huius est naturę & conditionis vt sui similes diligat. Idẽ enim est turpiter laudari à turpibus, quã laudari ob turpia: propter quod (vt ait Dauid) homines à Deo deseruntur. Vt quid dñe (inquit) recessisti longe? & respondens inquit. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Et hoc quidem potentum maximum est discrimẽ: hoc attestãte prophetã, qui cupiens ab hac peste liberari orabat dicẽs. Saluũ me fac domine, quoniam defecit sanctus, & diminutæ sunt veritates à filijs hominum. Ideoque cùm ab impijs maledictus fueris gaude: & hæc verba Christi memoria nunquam excidant, si ab aliquo maledictis, vel probris fueris lacessus. Væ cũ benedixerint vobis homines. Multi enim sunt qui de te multa bona prædicent: nec egreferas, si ab omnibus non benediceris. Etenim de Christo, cuius os nunquã nouit mendaciũ multi, multa bona prædicabãt: alij verò mala. Quid igitur est, q; cũ tu mille sis flagitijs coinquinatus, ab omnibus laudari velis? Noscete ipsum, & attende quòd dignus sis ab omnib⁹ vituperari. Vnde nec mirari debes, si aduersus te aliqui murmurãt: sed potiùs suspicionẽ de te concipe cũ laudatus fueris, id ne merito fiat necne. ¶ Disce tandẽ ex his maledictionibus diuinum iudicium timere: quia Christus ea etiam seuerissimo, & terribili iudicio, quę homines iudicant vix esse mala, cõdẽnat. Quo igitur obsecro rigore ea damnabit, quę grauissima sunt, & turpissima scelera? Etenim nõ inquit Christus. Væ latronibus, vę homicidis, vę sodomitici⁹ & adulteris: sed vę diuitibus, vę qui ridetis, vę qui saturamini, & qui gloriã & vanã hominum laudẽ cupitis. Quid de grauioribus criminibus & delictis faciet, si ea quæ ferè nulla putãtur æternis punit supplicijs? Sed vt omnia dicta breuibus cõplectar verbis, in hoc miserando exilio (quod ecclesia sancta lachrymarũ vallẽ appellat) semper plora: pœnitentiam age, gaude in aduersis & calamitosis, noli mũdi fluxam & ad triduum peritura laudem quærere, ne æternos cruciatus experiaris, & quod peius est, ne æterna fœlicitate & beata illa visione, quæ angelicas mentes satiat & replet, destituaris. *Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum.* Hęc omnia, quæ hîc dicit cũ his, quæ superius dixerat conueniunt. Nam quemadmodum singulis benedictionibus singulæ maledictiones respondebant: ita etiam nunc (vt cum finiuit benedictiones dixit, secundum hæc faciebant prophetis patres eorum) nunc eodem modo ait, secũ dum hęc, id est, laudando mala faciebant falsis prophetis patres eorum. Progenitores eorum bonos persequebãtur, atq; ideo in benedictione persequutionem bonorũ dixit. Secundùm hæc faciebant Prophetis, eos persequendo. Et quia malos & impios laudabant post hanc maledictionem dixit in hoc loco, q; hæc faciebant pseudo prophetis, quia malos, pphetas & impios laudabãt. Hoc mũdus facere consueuit bonos persequendo, & prauos exaltando. Sic egregius psaltes in psalmo ait. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suę, & iniquus benedicitur. Vos autẽ ò discipuli mei nolite pauere: nam hęc est malorum inueterata consuetudo, & nõ aliquid nouũ

modo

modo inuentum. Hæc omnia volui vobis prædicere: vt parati sitis, eos enim minus iacula feriunt, qui prouidi sunt incautos verò interficiunt. *Sed vobis dico qui auditis.* Rhetorũ & oratorum obseruatissimus est mos, vt cũ velint de aliqua præclara re dicere priùs attentionẽ postulent. Cuius præcepti omniũ rhetorum magister Christus nõ immemor, attentionẽ captat. Sic Esaias volens populo Iudæorum magnalia Dei prædicare dixit. *Esa. 1.* Audite cæli & auribus percipe terra, quia dominus loquutus est. Quãdo loquitur rex omnes famuli silentiũ tenent. Audiant igitur omnes regẽ regum, & dum dominantiũ altissimã & diuinam theologiam: quàm insanus & stultus mundus, nunquã cognouit. Præstent cæli attẽtionem, sol, luna, stellæ, elemẽta, & omnes insensibiles, & irrationales creaturæ: & præ cæteris omnibus ipse homo aures cordis & animæ aperiat & summa attentione Deum suũ loquentẽ audiat, in cõmodum & vtilitatem suã. Cum homine loquitur, & hæc diuina & mirabilis doctrina ad ipsum dirigitur, qui non loquitur ore prophetarum aut sanctorũ suorum, sed ipse proprius filius Dei doctrinam euangelicã promulgat. Etenim cùm dicit. Sed vobis dico, magnam emphasim ostendit. Nõ enim dicit, hæc dicit dns sicut prophetæ: sed ego dico tanquã Deus, qui authoritatẽ habeo cõdendi legem, qui sapientiã non ab aliquo accepi, qui æternus sum, & ab æterno plenus sapientia. Hoc verbo, dico, maximam suam authoritatẽ & majestatem ostẽdit, & simul suæ doctrinæ valorem. Quocirca in Matthæo dicitur, *Matth. 7.* & cùm consummasset Iesus verba hęc, admirabantur turbæ super doctrina eius. Docebat eos sicut potestatem habens, & non sicut scribæ & pharisæi. Ideoque arrectis corporis & animæ auribus audiamus Christum nobis loquentẽ. *Diligite inimicos vestros.* Hæc est doctrina mirabilis prolata ab ipso filio Dei, vtilis quidem & necessaria saluti animæ nostræ, & conducentissima ad gubernationem mundi, & ad stabilitatem reipublicæ. Sed ad explicationem eius accedamus. Et in primis animaduertendum quod inimicus dupliciter potest considerari. Primò considerãdo malitiã, qua te persequitur, quam odio prosequi debes, secũdum quam beatitudinem ingredi non valet. Vnde Dauid. Iniquos *Psal. 118.* odio habui. Et alibi etiam dicit. Nonne qui *Psal. 138.* oderunt te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Secundo considerãtur inimicus quãtum ad naturam suam: & sic ad salutem animæ necessarium est diligere inimicũ. Peccatum itaque odio prosequi debemus: natura verò diligenda. Nunc verò multò aliter fit, quia multi naturam odiunt, & peccatum amãt. Nam si inter aliquos contigit, vt sint inimicitiæ & contentiones, hi ad malum faciendum amicitiam ineunt, similes sunt hi homini illi iniquo, quem dominus reprehendit dicens. Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuã ponebas. Nullum in mundo vnquam grauius fuit peccatũ, quam innocentem Iesum morti tradere, ad quod perpetrandum Pilatus & Herodes conuenerunt, & amici facti sunt. Vitiũ igitur inimici odire debes, naturã verò eius diligere. Nã inimicus habet nobiscum quandam conuenientiam & similitudinem in natura, secundum quã peruenire potest ad beatitudinẽ: qui etiam capax est virtutis & gratiæ, per quam in cęlũ tenditur. Vnde à cõmuni proximorum dilectione nemo excludere potest inimicos, quę dilectio inimicis sufficit, cùm etiã amicis sufficiat. Nam speciali affectu non tenetur homo omnes homines diligere, quia impossibile est, id aliquem adimplere posse, cùm multi sint, quos nõ cognoscamus. Tenemur autem ex charitate generali dilectione omnes diligere, secundum quã quis omnibus vitam æternã desiderat. Oportet autem vt animũ paratum habeas semper vt si necessitas occurrerit specialiter vnũquẽque diligas, vt si in aliquo esset constitutus periculo à quo nisi per te posset liberari, sed non teneris ita familiariter cũ eo agere, & opera superegationis ei conferre, sicut amico, nisi (vt iam diximus) in aliqua extrema necessitate esset positus. Eum autem excludere non debes à communi & generali oratione, etiam si familiariter cũ illo non agas, nec conuerseris, sicut cum amicus erat. Ne autem his verbis fauere videamur multis, qui cùm nouercali odio proximos suos prosequantur, loquelam & familiaritatem illis tollunt, quibus si dixeris, quod inimicis parcant: respondent, se nihil mali eis cupere & eos diligere, sed nolle eos alloqui. Vbi aduertere debes, quod etiã si bona conscientia bene possis cum inimico non loqui, nec cum eo familiariter agere: hoc intelligi debet quando alterum horum non interuenit, scilicet, scandalum. Nam si cum illo non loquendo (vt solebas) scandalum oritur in populo, & aliquid mali de te præsumitur, teneris illum alloqui, & cum illo familiariter agens, signa amoris & benevolentię debes illi ostendere, & non solum illi quem tu contumelia affecisti, sed etiam illi, à quo tu es affectus, etiam si odio teipsum prosequatur. Teneris quippe & lege naturæ & diuina vitare scandalum. Nam licet tu iam illum inimicum diligas cõmuni amore (vt diximus) & sicut lex dilectionis præcipit: nihilominus hoc latet vniuersum populum, nisi signo aliquo exteriori loquens cum illo, ostendas illum non odire. Sicut quis habens concubinã, posteà verò ab illa discedens, castè viuat obseruãs domini mãdata, tenetur illam à domo eijcere non solum propter periculum, sed etiam propter scandalum, qui etiam licet esset in gratia cõfirmatus teneretur illam expellere à domo, vt vitet scãdalum, cùm alij nesciãt an ab ea discesserit. Sic tu quanuis inimicum diligas teneris illum alloqui: non enim satis est, vt diligas, sed est opus, vt hoc sciant alij, quod illis constare nõ potest, nisi te viderint cum illo loquentem. Vnde diuinus Paulus. Si proximus scandalizatur, non manducabo carnes in æternum. Quemadmodum enim si videres aliquem, qui coram sacramento altaris genua non flectit, nec caput nudat, sed terga verteret: vtique tu illum hæreticum & infidelem iudicares, quia non ostendit signa Christiani, quanuis catholicus & fidelis esset. Ita tu si proximum non alloqueris, quanuis eum diligas, homines tamẽ iudicabunt, te eum prosequi odio, quod scandalum vitare teneris. Quod si hoc sacręscripturæ appositissimo exemplo perpendere libet, repete secundum Machabæorum librum. Vbi Eleazarus compellebatur edere carnes porcinas contra legem Mosi, qui non acquiescens imperio Tyranni, voluerũt quidam vt alias carnes, de quibus licebat, comederet, sub fuco, & prætextu porcinæ carnis, qui comedere noluit, non quòd porcina esset caro, sed vt scandalum aliorum vitaret. Nam licet vere suinam carnem non comederet: attamen putarent alij Iudæi eam comedere, & sic ipse causa esset scandali. Sic in præsentiarum, licet proximum diligas, attamen opus est, vt exteriori opere id manifestes, ne contrarium ab alijs iudicetur.

¶ Secundò etiam illum alloqui teneris ratione fraternæ correctionis. Nam vnusquisque in maxima necessitate proximum tenetur corrigere, & quanuis inimico tuo existenti in mortali peccato alij prædicent, & amicitiam persuadeant, non ita verè commouetur, & conuertitur ad Deum, ac si tu illum esses alloquutus, qui offensus es. Nemo enim est qui tam apte inimicum curare possit, quam inimicus suus. Scorpio acerrimus inimicus est muris, & hæc duo animalia maximè inter se contraria sunt: medicamentum autem præsentaneũ morsui scorpionis est mus occisus & apertus, positusq; morsui. Sic nimirũ inimicus inimicum curare potest, si eum blandis & amicis verbis alloquatur, & coram eo humilietur. Quod exemplum Christus sanctissimus, & benignissimus amicus etiam inimicorum suorũ nobis dedit, qui coram sceleratissimo Iuda *Ioan. 13.* genua flectẽs pedes eius lauauit, quem sciebat traditorem & inimicum suum esse. Vti quę si impius vellet medicinam, accipere, benignissimè, & clementissimè oblata illi fuit, attamen cum obstinato esset animo, nihil illi profuit. Sic tu quanuis offensus sis, ex parte tua id facito, quod decet iustum & rectum virum. Nam si videres hæreticum plurimos in ciuitate decipientẽ, dum tamẽ scias quod si eum fueris alloquutus, illũ ab errore suo auertes, teneris ad illum sub pœna peccati mortalis accedere, & illi consulere. Pari igitur ratione, si scis & probabiliter credis, quod inimicus tuus non peior & deterior fiet, sed melior, si illum alloquutus fueris blãdè & amicè, teneris illum alloqui & coram illo humiliari, vt saluam facias animam proximi tui. Ex sua nãque tecum inimicitia multi scandalizantur, & suo malo exẽplo plurimos corrumpit, quòd si tu cũ tua loquela id vitare potes, teneris illũ monere. Non solum illum diligere debes, sed plura signa amoris ei ostendere quàm amico. Nam si aliquando amico benevolẽtiam non captaueris, id incuriæ vel negligentiæ tribuet, quod si id feceris cum inimico multi propter odium id facere putabunt: atque ideo ratione scandali vitandi potiùs inimico, quàm amico amoris pignora debes ostẽdere. Christus redẽptor noster in cruce pẽ- *Lucæ, 23.* dens, priùs pro crucifixoribus suis orauit: cuius exemplo disce curam de inimicis habere. Extra hos duos casus non ad amplius cũ illis teneris, quã ad generalem amorem & charitatem, quam etiam erga omnes proximos

Universidad de Deusto
Biblioteca

ximos habes: nihilominus ex bonò cõsilio id deberes facere, quippe hoc opus est maximi meriti & perfectionis. Scio etiã quod vltra hos casus potest quis inimicis loquelam interdicere, sicut pater filio, & prælatus subdito. Nam cùm prælatus peccatum subditi multis modis possit corrigere, potest etiam hoc modo, scilicet seuerum, & iratũ vultum ei ostendens. Sic fecit Dauid cum filio suo Absalon, qui etiam si venisset in Hierusalem faciem tamẽ regis duorum annorum spacio non vidit. Quomodo vir mã suetissimus hoc fecit? Et, ita mansuetus & benignus, vt de eo Psalmus canat. Memento domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Et ita misericors, vt etiam à Semei maledictus & lapidatus noluit vindictam sumere, cùm posset Abisai eum interficere.

2. Reg. 14.

Psal. 131.

2. Reg. 16.

1. Reg. 24. & 26.

Qui etiam cum à Saule persequeretur, & bis ipse Saulẽ posset occidere, noluit. Qui igitur fieri potest, vt tam mansuetus homo, qui illatas iniurias tam viriliter animo tulit, filium suum non alloquitur? Vtique quia iudex eius erat & rex, & hac pœna filij culpã castigabat. At si rogites, poterit ne subditus cum prælato hoc facere, filius cũ patre, mulier cum marito, aut inferior cum superiori? Minimẽ. Sed quid est quod tu vel socrum, vel fratrem tuũ, vel vicinum nõ alloqueris? Etiam si tu offensus sis, tamen lex Christi suauis hoc vult, vt prius eum alloquaris. Vtrvtrum offenderat, Christus mulierem Samaritanam, an ipsa Christum? Certũ est mulierem illam Christum offendisse, quia idolis deseruiebat, & concubina erat: nihilominus tamen Christus prius alloquitur, & loquelã incipit, & dixit illi. Mulier da mihi bibere. Quod vtiq; fecit, vt eam ad se cõuerteret. Sic tu etiã si offensus sis, prius inimicum debes alloqui, vt eum confundas & cõuertas: vt ipse videns humilitatem tuã & virtutem seipsum etiam humiliet, & sedet. Sed quid ad hæc tu inique dices, qui plures iam sunt trãsacti dies & anni, ex quibus proximum tuum nõ alloqueris? Ne obsecro cum Dauide teipsum excuses, quia tu non iudex es proximi tui, vt ipsi Dauid Absalonis, qui pater suus erat, Dominus, & Rex. Si illum diligis, & bona ei desiderasti: quare illum non alloqueris? Est ne excõmunicatus: quorum conuersatio ab ecclesia nobis interdicitur? Quomodo tam minimum cor quod proximum minimum capere non potest, Deum tam magnum capiet? Qui creaturam non capit, quomodo capiet creatorem? Aspidis veneno viscera tua plena habes, & inimicus es Deo, quãdo fratrem tuum odis, & mendacio tuam nequitiam operire vis, cùm reuera illum odio prosequaris. Si illũ diligis, alloquere eum: & bona opera illi facito, tuncque clarius apparebit quod illum diligis: homines quippe corda non nouimus, & signis exterioribus cognoscemus à te eum diligi. O odium & inimicitiæ detestandæ, quarum inuento res vtinam dominus in profundum abyssi detruderet, vt vel sic tam ingens lues mundi concordiam nõ destrueret. Sed proh dolor: nam plerumq; isti, qui has inimicitias gerunt, nunquam in meliorem mentem redeunt, nec conuertuntur: atque ita tanquã bruta animãtia intellectu carẽtes suis odijs inuoluti in ima Tartara descendunt. Cuius tam deprauati vitij non possum non mirari amatores: nam cum in sacro euangelio inueniamus libidini & luxuriæ deditos, auaritiæ, & latrocinijs, & multis alijs generibus vitiorum ad Christum se conuertisse, pharisæi tamen qui Christum odio persequebantur non sunt conuersi, atque ita animo obstinato in profunda Tartara descenderunt. Maxima quidẽ difficultate odia euelluntur ab anima, & ferè omnes, qui in his contentionibus & iurgijs vitam agunt, tanquam lapides sua duritie & pondere in profundum inferni migrant. Peccatores vero voluptatibꝰ & carni dediti, vel iam in morte cùm caro vires deperdiderit, ad Deũ conuertuntur, & pœnitentiam agunt, eodẽmodo superbi, ambitiosi, & auari. Omnia hæc vitia cessant: minimè vero odium, quousq; in sepulturam ipsum hominẽ comitatur.

Iacob. 4.

¶ Præterea in inferno vbi tot abundant tormentorum genera, non sunt deliciæ carnis, nec delectatio ciborum, non auaritia, nec cupiditas diuitiarum, sed summa paupertas. Sed hoc pestiferum, & execrãdum vitium ibi etiam maximè viget, vbi proximi & Deus intrinseco odio habentur à damnatis. Attẽde obsecro quàm malũ sit proximum odire, quod vitium cùm in vita nunquam eradicatur ab anima, ita etiam in morte & post mortẽ manet, quousque in infernum eũ eo disceditur, vbi ipsi dæmones in Dei odio obstinati sunt. Diligite ergo inimicos vestros. ¶ Et prima ratio huius dilectionis sit propter maximam vtilitatem, & cõmodum, quod nobis afferunt. Etenim ratio naturalis dictitat, vt homo eos diligat, qui bona ei cõferũt: nã in bestijs ipsis & feris animãtibus hoc experimẽto cognouimus, canis enim, musio, & ipse leo ferocissimus suos benefactores diligũt. Igitur si ratio postulat, vt benefactorẽ amore prosequamur, eadem lex postulat, vt inimicũ diligamus: quando multa bona nobis impartitur. Plura bona ab inimico, quã ab amico suscipis. Nam cum amico simul conuiuaris, bacchanalia exerces, aliorum famæ detrahis, & multa vitiorum genera committis: ita vt ipse pallium sit tuorum flagitiorum, & scelerum, cùm vnà cum eo Deum audeas offendere. At inimicus studiosum te efficit, cautum, & prouidũ: nã si corã eo loqueris, quid dicas attendis, ne posteà tibi detrahat: ne ve calumnietur. Et si forsitan concionaturus es, & aliquos inimicos scis ad concionem venturos insomnis totam noctem studendo transigis, ne tuam ignauiam aduertant. Sed amici plerunque stimuli sunt, & calcaria, vt in peccata tẽdas: inimici vero tuorum peccatorũ frænum. Quòd si attentius & cũ prudentia rẽ hanc volueris contẽplari inuenies certe multa maiora bona ab inimicis, quàm ab amicis accipere. Quocirca bene & prudenter dicebat Socrates, hominem maximè indigere vero aliquo amico vel crudeli inimico: nam amici (si veri sunt) verum semper consulere debent: quia verò nos veritatem auscultare nolumus, permittit dominus, vt inimicos habeamus, qui ea dicãt & consulant nobis, quæ amici nolunt, nec audent. ¶ Præterea inimici nostri aptant & præparant nos, vt in cælum abeamus. Quo circa egregius vates dicebat. Benigne fac in bona voluntate tua Sion, vt ædificentur muri Hierusalẽ. Non loquitur hic diuinus propheta de ciuitate illa superba Hierusalem, quam ipse incolebat: nam illa ciuitas fortibus munita erat muris: quos si non haberet, ibi erat Dauid, qui eos posset reædificare: sed de cælesti illa Hierusalem loquitur, quæ patria beatorum est, de qua Apostolus ad Galatas inquit. Illa autem, quæ sursum est Hierusalẽ libera est, quæ est mater nostra. Huius ciuitatis muri subuersi erant angelorum casu, quiquidem reparandi & reædificandi erant sanctis & immaculatis animabus, quæ in eam non ascendissent, ni filius Dei carnem assumeret, & mortem pateretur. Rogat itaque Dauid, vt carnẽ assumat nostram, & homo fiat, vt misericors

Psal. 50.

& benignus sit, vt vel ita muri illius ciuitatis renouentur, & sedes illæ perditæ reficiãtur & restaurentur. Singuli igitur nostrum lapis est, quo muri illius ciuitatis resarciẽdi sunt. Ita nos beatus Petrus appellauit, cùm dixit. Et ipsi tanquã lapides viui. Quemadmodum igitur lapides priusquam in altum ædificium collocentur, multis instrumentis ferreis aptantur, vt quisque suo loco conueniat: ita etiam si nos volumus in altissimum gloriæ ædificium collocari, opus est vt in hac misera lachrymarum valle aptemur, & præparemur multis laboribus, & persequutionibus, vt tandem illi cælesti ædificio gloriæ non lapides inepti simus. Artifices igitur, qui suis instrumentis nos ad hoc ædificiũ aptant, inimici sunt: qui iniurijs illatis & persequutionibus aptos nos in cęleste ędificiũ reddũt. Hãc rem contẽplans, sacrosancta ecclesia, quæ diuino spiritu regitur & gubernatur in illo hymno, qui incipit, Vrbs beata, loquens de cælesti illa gloriæ Hierusalẽ dixit de illis, quiẽa ingressuri sunt, Omnis qui ob Christi nomen hîc in mundo premitur. At si interroges. Quomodo hi lapides aptandi sunt? Tunsionibus, pressuris, expoliti lapides suis coaptantur locis, per manum artificis disponũtur per mansuri sacris ędificijs. Attẽde rogo quod inimici suis persequutionibus aptũ lapidem te reddunt in ædificium gloriæ: si autem inimicos nõ diligis, perfici & aptari nequis. quòd si aptari nequis, perinde nec in gloriam introire. Qui inimicos non vult, lapis viuus nõ vult esse cælestis illius Hierusalem: nam si perfici & aptari recusas, vix fieri potest vt collocari possis in cælo. ¶ Attende obsecro, & vide, quantam vtilitatem tibi afferant, & verbis scripturæ crede id affirmantibus: & non solum nõ debes illos odio prosequi, sed potiùs amare ardenti charitate, & (si opus fuerit) eis genibus flexis deseruire. Quia sine dubio velut instrumentum sunt nobis, quo in æternam beatitudinem ascendamus. Cũ clauum parieti figis, dum maioribus ictibus eum percussieris, tantò magis firmus & tenax est. Ita nimirum dum magis atq; magis ab inimicis persequeris, & dum maioribus ictibus percuteris tantò magis fixus es Deo, & cum illius amore copulatus. Ne te pœniteat persequutionum inimicorũ tuorum: quandoquidem animam tuam multis diuitijs auctam ac locupletatam reddunt. Si aliquis vt tibi malum inferret (etiam si id

1. Pet. 2.

faceret mala intentione)p ilas auri in te con
ijceret, vtique si cautus esses deberes illas
colligere, atque ita iste talis malum tibi cu-
piens, teipsum diuitem efficeret. Conuitia
igitur & iniuriæ, quas in te inimicus tuus ia
cit, pilæ sunt auri, tu autem tacens humilia
teipsum & eas collige, vt thesaurũ locuple-
tissimũ in cœleste regnum tibi reserues. Et
etiam si hic inimicus sit & deprauati animi,
sibi ipsi damnum infert, tibi vero cõmodũ
& vtilitatem. Nam si fustem habes, qua pul
uerem vestimentorum tuorum excutias,
non pateris in ignem mitti, sed potius eam
seruas, quia tibi vtilis est. Inimicus igitur
tuus velut fustis est, qua Dñs animam tuam
mundat ab omni peccatorum sorde, quod
Esai. 10. Dñs per Esaiam affirmauit dicens. Assur
virga furoris mei. Assur qui persequutor
erat, & inimicus populi Israel dilectum
suum populũ Dominus castigabat. Quod
idem Dominus tecum facit per manus inimici tui. Quid igitur est, quod virgam in
ignem vis mittere? Quare ò insane & stupi
de pluris æstimas pallium tuum, quam ani-
mam tuam? Non vis virgam in ignem con-
ijcere quia vestes tuas mundat, imò eam ser
uas maxima cura, inimicum verò tuum,
qui ab anima puluerem peccatorum excu-
tit, destruere & subuertere vis? Si dux ali-
quis arcem fortissimã expugnaret, ex qua
multis tormentis in eum & in suum exercitum damnũ inimico inferret: si post captã
arcem tormẽta omnia & spicula frangeret,
nonne hic talis insanus & amens iudicaretur? Tormentis vtique nulla imputanda est
culpa, sed eis, qui ignem apponunt. Ita inimicus velut tormentum dei, qui sua natura
bonus est, & cõpos diuinæ gloriæ, cui nullam culpam imputare debes, sed ei qui ignem appositum, scilicet iræ, vel odio, vel alicui passioni. Hanc malitiã persequi debes,
ea quippe est, quę tibi damnum infert. Id q
Dñs fecit, non te persequitur, sed malitia,
quam peperit homo, & hæc ad iugulum du
cenda est bonis operibus & verbis. Sic in
Prouer. 15. Prouerbijs dicitur. Responsio mollis frãgit
*Psalm.*100. iram, Sic & Dauid. Mane interficiebã om-
1.*Reg.* 24. nes peccatores terræ. Et quomodo interficie
bas eos? Bonis operibus. Sic interfecit Saulem inimicum suum, ei parcens, cum posset
illum occidere. Vnde Saul humiliter cogno
uit peccatum suum. Postquam verò dux
hic milites interficit, qui ignẽ apposuerũt,
tormenta seruat: quæ optima sunt ad custo
diam arcis. Ita tu inimicũ tuum blande tra
cta, & ne aduersus illum iracaris, nec ali
quod malum ei inferas: quia bonus & vti
lis est in tuam defensionem, & custodiam.
Quocirca illũ dilige re summa charitate de
bes, quia ipse horologium est, quod vitam
tuam dirigit, & in optimum vitæ instituũ
ducit, quodq; teipsum vt à somno expergi
scaris vocitat. Et denique quod ignis in auro
efficit, & ventilabrum in paleis, & aqua in
linteo: idem inimicus in anima efficit: quã
doquidem mundat & puram animã ab om
ni immunditia reddit, & cõscientiam tuam
ab omnibus inquinamentis purgat. Cha
ritate igitur cum illo vtere, quia dignus est
hac retributione, siquidem tantam vtilita-
tem tibi affert. Quia etiã si modo molestiã
aliquam tibi inferat, non ideo pœnitere te
debet, nam (vt Paulus inquit) Charitas pa- 1.
tiens est, benigna est, nõ agit perperam, nõ
æmulatur, &c. Si patiẽs est, debet patientiã
verberanti, si benigna est, maledicentibus
non debet respondere: si quæ sua sunt non
quærit, resistere non debet diripienti, si non
æmulatur, nõ debet inimicũ odio prosequi.
Et tamen præcepta diuinæ pietatis superãt
præcepta Apostolica. Plus enim est condo
nare iniuriam, quàm inimico cedere, plus
est amare inimicos, quàm nõ æmulari, quæ
omnia Dñs & fecit, & dixit. Nam cum ma
lediceretur, non maledicebat, cũ pateretur,
non comminabatur, & pro crucifixoribus
orauit dicens. Pater dimitte illis. Hoc Chri
sti exemplum deberes semper præ oculis
habere. Sed tanta est hominum stultitia &
insania, q cùm aliqui viri religiosi aliquos
homines exorant, vt inimicis veniam con-
donent, si exemplũ Christi Saluatoris no-
stri ob oculos illis afferatur, qui inimicis
suis pepercit, & pro crucifixoribus suis exo
rauit, respondent ipsi, aliquid dixisse putã
tes, Christus Deus est, ego autem homo
sum. Dic mihi obsecro, si rex sumpta sco
pa domum mundaret, & diceretur militi,
accipe scopam, & munda domum, quan-
do rex tuus hoc facit, nonne ab hominibus
irrideretur si responderet, rex hoc facit, quia
rex est: ego autem homo pauper sum. Vti-
que in ipsum verba sua retorquerentur.
Si igitur rex domum purgat: quid est quod
tu vilis vermis hoc facere recusas? Sic in
istos, qui nolunt inimicos diligere, arma &
spicula retorquenda sunt. Si enim Christus
Dominus, cum sit Deus parcit inimicis

suis, & pro illis orat, quid est quod tu ho-
muncio id facere recusas, & friuola oratio-
ne insontẽ conaris te ostẽdere? Exẽplo igi-
tur Christi inimicos tuos debes diligere, pro
pter maximã vtilitatẽ, quã tibi afferũt. Mal
leus quãdo lapides aptat, ipsis lapidibus vti
litatẽ infert: at sibi ipsi dãnum affert, quia
hebes fit. Sic inimici sibi ipsis damnum asci
scunt, & quos persequuntur benefaciunt:
quocirca eos debes diligere. ¶ Si quis tibi
aliquod munus afferret, longum aggrediẽs
iter, & per multa pericula transiens, nõ solũ
non aduersus eũ ira esses commotus, verum
etiam amicè eum susciperes, & gratias illi
referẽs, eũ in domo tua hospitatus esses. Ita
inimicus tuus cũ te persequitur, grande mu
nus, & multis perpessis laboribꝰ tibi affert,
quia beneficium tibi confert maxima suæ
animæ iactura: si igitur tam opulentũ mu-
nus tibi offert, suis proprijs expensis sum-
ma lætitia debes illum suscipere, illius mise
rãs, qui vt tibi prosit propriæ cõscientiæ no
cet. ¶ Secunda autem ratio, quare inimicos
debemus diligere est, ob graue malũ, quod
ipsi sibi inferunt: nã vt in hac vltima colla-
tione ostendimus nobis malum facientes, si
bi ipsis damnum acquirunt. Vnde si is qui
tibi bona fecit opera infirmatur, vel percus
sus est, iustum & æquum videtur, vt illi su-
buenias & cõpatiaris. Quodquidẽ ratio na
turalis dictat: at si aliter feceris: immanis &
barbarus es. Oportet igitur scias: quòd cũ
ab inimico persequeris, maius malũ sibi ip-
si cõparat, quã tibi. Vnde legimus in Gene
si, q Lamec qui interfecit Cain dixit vxori
bus suis Ada, & Selæ. Audite vocem meam
vxores Lamec, auscultate sermonẽ meum.
Quoniam occidi virum in vulnus meum:
& adolescentulum in liuore meo. Prius at-
tentionem petit, & audiri exoptat & nõ im
meritò: quia id quod dicit auditu dignũ est.
Dicit itaque virum interfecisse in vulnus
suum, & adolescentulum in liuore suo: quia
Cain, & seruum qui illum ducebat interfe
cit: & hoc est in vulnus meum, & in liuore
meo. Acsi clariùs diceret. Interfeci Cain, &
me ipsum: quia grauius me ipsum, quã Cain
percussi. Illum nanque in corpore læsi: me
autem in anima. Ipsi corporalẽ vitã ademi:
mihi autem animæ. Inimicus enim non tan
tum malum tibi efficere potest in corpore,
in fama, nec in re: vt sibi ipsi in propria con
scientia. Si igitur tu inimicum tuũ lædis &
percutis: hoc est, percussum percutere, &
mortuum interficere: quodquidem grauis-
simum crimẽ est, & maxima crudelitas. De
quibus hominibus Dauid in psalmo dice-
bat. Quoniã quem percussisti, persequuti *Psalm.* 68.
sunt, & super vulnus dolorẽ addiderũt. Vul
nus vulneri addis, & ictum ictui, cum inimi
cũ odis, vel aliquid mali illi infers. Ita san-
cta ecclesia loquens de instrumentis passio
nis Christi, dulces clauos vocat, dulcem cru
cem in quiens. Dulce lignũ, dulces clauos,
dulcia ferens pondera. Sed ferrũ lanceæ cru
dele appellauit dicens. Quo mucrone diræ
lanceæ. Claui nanq; crudelissimũ fuere tor-
mentum Christo: quia manus & pedes eius
plus iusto in cruce extenderunt. At lancea
nullum illi intulit malũ: nã Ioannes inquit, *Ioan.*19.
quod cùm venissent ad Iesum, & vidissent
eum mortuum, vnus militum lancea eius la
tus aperuit. Quid igitur est quod hoc lan-
ceæ vulnus cùm Christus id non senserit,
crudele id appellet? Vtique quia mortuũ
Christum vulnerauit: quæ immanis crude
litas est. At si crudelitas est mortuũ percu-
tere, immanitas perinde erit inimicũ vulne
rare qui mortuus est. Ruit enim inimicus
tuus furens, & ardenti ira aduersus te percu-
tus, vt teipsum perdat & destruat, iam igne
inferni ardens: quem protinus debes mise
reri & cõpati, cùm eius animam videas per
ditã, sibi graue malum inferens, tibi vero cõ
modũ. Ideo Dauid in psalmo. Inimici mei *Psalm.*117.
circumderũt me sicut apes: exarserunt, sicut
ignis in spinis. Meritò quidem egregius va
tes apes in collationem attulit, quæ grauius
sibi malum inferũt alios pungẽdo: quã eos,
quos persequuntur. Pungit digitum tuum
apes, & ipsa protinus moritur, tu vero luto
apposito digito mederis, & melle gaudes in
alueis ab ipsis recondito. Sic inimicus alios
persequens seipsum occidit sicut apes, tuve
ro melle gloriæ satiaris. Igitur si dulci mel-
le frui vis, & gloria cæli satiari, opus est, vt
persequutionẽ patiaris, & pungaris ab api-
bus. Etenim vrsus ferocissimum animal ni
hili facit apes ipsum pungentes, vt gaudeat
melle aluei: nec tu multi facere debes læsio
nes inimicorũ tuorũ si melle gloriæ satiari
cupis. Nemo sanctorum martyrum sine ini
micis gloriam adeptus est: & omnes perse-
quutionem passi sunt. Præterea ignis in spi
nis strepitũ facit, sed spinas nõ cõburit. Vi- *Exod.*3.
dit Moses in monte rubũ ardentẽ, qui non
cõburebatur. Ita bilis & verba inimicorum
tanquam ignis sunt non comburẽs, sed stre

Universidad de Deusto
Biblioteca

pitum faciens: nisi forte tu lignum aridum & siccum fueris omni virtute destitutũ. Bene igitur inquit Dauid, quod inimici sui circuierunt cũ tanquã apes, & sicut ignis in spinis: quia nullũ dãnum illi intulerũt etiã si vomentes ignem venirent: at venientes tanquam apes non solum non dãnum illi fecerunt, verum etiã maximam vtilitatem portarunt, quia animam suam tanquam fauũ mellis reliquerunt, ipsi verò mortui manserunt. Omnes persequutores sibi ipsis nõ solum animæ verum etiam corpori dãnum

1.Reg.30. afferunt: & omnes iustorum persequutores
2.Reg.21. infœliciter mortui sunt. Saul qui Dauidem
2.Reg 18. mortali odio prosequebatur, se ipsum misse
3.Reg.2. rè interfecit. Posteà verò iussit dñs Dauid,
2.Reg.20. vt omnes posteros suos crucifigeret. Et Ab
4.Reg.9. salonis corpus, qui in arbore suspẽsus mansit, Ioab triplici lanceæ ictu transfodit. Et Semei, qui Dauidi maledicebat ense interẽptus est: & Siba decollatus. Quem obsecro obitum habuit Iezabel illa, quæ Heliã prophetam persequebatur? Veiẽ, à canibus dilacerata fuit, & ab equis cõculcata. Et Athalia,

4.Reg. 11. quæ regalem prosapiã inimico odio per
Hester.7. sequebatur, pugione interẽpta fuit. Et Amã persequitor populi Israëlis & omnis familia eius suspensus in cruce obijt. Eodem modo Nicanor, Antiochus, & omnes iustorum

2.Mac. 15. persequutores infœliciſsimis mortibus tan
1.Mac.9. dem occumbunt. Si igitur inimici tui cũ te persequuntur, nihil aliud sibi moliuntur, quã miseram & infœlicem mortẽ: quid est, quod tu super hoc eos persequeris? Illos igitur desine, nam satis eis est sua misera sors, & calamitas & tantum & tã graue dãnũ, quod sibi ipsis inferunt, cũ te persequuntur: imò potiꝰ eis debes parcere, & quę bona potueris in eos conferre: quãdoquidẽ tibi sunt causa vel occasio vt in cœlesti patria coronã gloriæ insignitus appareas. ¶ Tertiò diligẽdi sunt inimici quia illis damnum non potes inferre, quin tibi prius grauius noceas. Nam siquis, vt vestem suam, qua indutus est, scinderet, quia ei non placet, se ipsum pugione interficeret, nõne insanus & amẽs hic talis esset? Sic tu inimicum tuum nõ potes ferire, quin prius te ipsum percutias, & multò grauius quam illum. Vnde beatus

Aug. ser. 16 de Verbis domini super Matth. Aurelius Augustinus. Non potest fieri, vt qui odit alterum non sibi prius noceat: ille enim lædere conatur extrinsecus, & se vastat intrinsecus: quantò enim animus noster corpore maior est, tantò ipsi prospicere debemus, ne ipse lædatur. Lædit autem animum suum, qui alterum odit. Hactenus Augustinus. Lege cũ dom. Augustinum in psalmum 54. super illud, In laqueum cadat in id ipsum. Quapropter optimè dixit in sua prima canonica beatus Ioannes. Qui odit fratrem suum, homicida est. Quid ais Ioannes? Quomodo possum occidere inimicum absentem, licet odiã eum? Dicit quod qui odit hominem homicida est. Cuius? Vtiq; sui ipsius. Omnis qui odit occidit se ipsum: ergo omnis, qui odit hominem homicida est. Si igitur tu inimicum tuum odire nõ potes, quin prius te ipsum interficias: neq; illum vix lædere, quin grauissimè te ipsum percutiãs: nonne saluberrimum videtur tibi Christi consilium præcipientis, vt inimicum diligas? Si odis illum, te ipsum perdis: sed si illum diligis, tibi ipsi canes: & inimicus tam in odio suo perditus manet. Qui manu accipit prunas, vt alium comburat: iam prius se ipsum lædit, & comburit. Sicut candela, quæ vt alios comburat, se ipsam consumit. Quæ igitur maior insania esse potest, quàm inimicum odio prosequi: quando hoc fieri nõ potest, quin prius in graue malum tibi cedat? Fuit ne vnquam tam amens homo, qui dum cogitat, si linguam dentibus momorderit, dentes euellat? Aut qui lignũ scinderis, si pedẽ suum percusserit, manum abscindat? nonnẽ istos tales, qui hoc facerẽt omni prorsus destitutos mente diceretis? Scitote igitur proximum meum magis mihi propinquũ esse, quàm dentes aut manus. Erit ne cordati hominis, vt si proximus contumelia me ipse sum affecerit, vt vindictam ego sumam, mẽbrum meum qui proximus est, scindam? Si autem alia ratio non esset vt inimicum non prosequaris odio, scilicet, ne damnum tibi inferres, cum natura hoc dederit, vt vnusquisque se ipsum diligat: hæc vtique sufficientissima deberet esse, vt illũ potius amares, & fœlicia semper cuperes. Quòd si illũ diligere nolueris, sed potiùs odio habere, & cũ persequi: esto obsecro verè ei contrarius: nam si ille te odit, tu verò illum: non vtique contrarij estis. Sed si ille malus est, re persequendo vt verè contrarij sitis: tu illum dilige, & bene illi facito: tũcq; ille nequam, tu verò iustꝰ & rectus persistes. Quocirca divinus Paulus admonet dicens. Noli vinci à malo, sed vince in bono malũ. ¶ Quarta ve

ro ratio quare inimicũ debeas diligere, ea est quia omnes illi labores & persequutiones qui-

quibus te opprimit, à Dei manu mittũtur, & eos diuina maiestas in vtilitatẽ & cõmodũ tuum permittit. Vt verum intelligas dictũ Amos Prophetę. Nõ est malũ in ciuitate q nõ fecerit dñs. Quodquidem de malo pœnę intelligendũ venit. Atq; ita Satanas, vt sanctũ Iob affligeret, prius à domino petijt facultatem. Et de Saule dicitur. Spiritus dñi malus exagitabat Saulẽ. Et cũ Semei Dauidi malediceret, ipse Dauid suis dixit, qui interficere volebant Semei, Sinite illũ. Dñs enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Ità etiam cùm legionem dæmonũ dominus expulit à corpore illius hominis: ipsi dæmones licentiam á dño postularũt, vt in porcos intrarent. Quapropter cum inimicus tuus te ipsum persequitur, considera re debes potentiã, quę in illo est, à dño esse: quia omnis potestas à Deo est, nec aliquod malum tibi infligere posset, nisi priùs facta esset illi à domino licentia. Vnde cùm dominus patientissimũ Iob substantia sua orbauit, dixit. Dñs dedit, dominus abstulit. Aduerte igitur, & verba sanctissimi viri cõsidera dicentis substantiam suam ablatam à domino, cùm dæmonium id fecerit: vtique id dicit, quia si dominus non fecisset dæmoni facultatem dæmon eã nõ tolleret. Nã is, qui suspẽditur, latro, nõ de carnifice cõque ritur sed potiùs de prætore, aut iudice, qui sententiã tulit: quia carnifex nihil aliud est quã executor iudicis. Vnde quãdo Pilatus dicebat, superbia inflatus. Nescis quia potestatẽ habeo dimittere te, & potestatẽ habeo crucifigere te? Respondit illi Saluator. Nõ haberes potestatẽ aduersus me vllã: nisi datum esset tibi desuper. Et Dauid etiam dicebat. Obmutui, & attendi quoniã tu fecisti. Ideo non persequor inimicum meum: quia tu dñe facultatem illi fecisti, vt me percuteret & affligeret. Quapropter qui persequuntur fuos odit, nõ multũ distat quin & Deũ odiat. Cũ enim nullum recipiat æternus pater filiũ quem nõ castiget, imò quẽ nõ mortificet. Si odimus eos, à quibus dãna recipimus, facilè fiet vt in odium Dei dilabamur: cũ nos nõ lateat nullũ malũ nobis prouenire, q nõ inferat dñs. Igitur si diuina te deterret maiestas, ne illã odio prosequaris: eadẽ te deterreat, ne in fratres tuos animũ tuum iratum conuertas. Cũq; hæc sint opera Dei semper cũ illis gaudere debes, & gratias illi agere. Vnde beatus Iacobus ait. Omnẽ gaudiũ existimate fratres, cũ in varias tentationes incideritis. Atq; ita tanquam amicorũ beneficio in nos collato gaudere debemus. Quocirca redemptor noster Iudam tradito Matt.26. rẽ amicum appellauit: nã etiã si intentio & animus eius inimici esset, opus tamẽ amici fuit: & ideo qui nos persequuntur, opera amici in nos cõferũt. Gaude igitur cũ omnibus operibus dñi, si Christicola es. Si autẽ ppter has omnes rationes, quas adduximus inimico nõ vis parcere: graue quidẽ malum est, vt omnes persequutiones & labores, quos dñs hominibus tribuit in correctionẽ suorũ peccatorum, te ipsum deteriorẽ efficiãt. Quẽadmodũ enim cultellus nõ bonus esse arguitur, si dũ magis mundatur, rubigine, cooperitur: ità arguitur Christicola paruus & iniquus esse, qui dũ persequutionib⁹ & laboribus purgatur, durior & deterior fit. Euenit aũt, vt inimicis tuis nõ parcas, cũ te persequũtur, quia diuina gratia priuatus es. Cultellus si ei deficiat æs, statim rubigine cooperitur, nec mũdari vult cũ tot⁹ sit ferrũ. Ità homo, qui sensualis est persequutiones renuit, & cũ illis deterior fit: quia æs gratiæ illi deficit. ¶ Relinque igitur ò homo peccator vindictã dño: nã si omnia dicta nõ sufficiũt, vt inimicũ diligas, & vindictã sumere vis, id æquũ esse iudico & cõsentaneũ rationi. Nã si vehemẽter cupis vindictã sumere, illã Deo relinque, nã dñs melius & grauiꝰ in eũ animaduertet, quã tu. Attende obsecro, quomodo persequutores Dauid & eos, quos supra memorauimus puniuit. Mihi vindictã (ait dñs) & ego retribuã. Respondeas rogo si quis te certum faceret, q̃ iste inimicus, qui modo te persequitur, suspẽdẽdus est anno venturo, & quod mẽbra eius in medijs vijs in crucibus & lignis sunt ponẽda, nõne lætus & alacer maneres? Certo igitur certius scire debes, q̃ is, qui modo te persequitur, & forsitã priusquam crastina dies adueniat in cruce inferni suspendetur: q̃ quidẽ de fide certissimũ est, & ita infallibile, nisi priùs veniã à te petat, & vniuersum incõmodum tibi restituat & de sceleribus pœnitentiam agat. Multo grauiorem pœnam dñs illi iniiciet, quam ea fuerit, quæ à te potest inferri. Quapropter ei potiùs cõdolendũ est, & beneficijs afficiẽdo, vt conuertatur: ne in tantum incidat supplicium. Quod si hoc tibi durum videtur, perpende, quod hi, qui oculis infirmantur pannũ viridẽ corã oculis ponũt, vt acies visus magis acuatur. Sic tu coram oculis tuis constitue imaginẽ regis Da

uid,& si illos infirmos habes perfectam cõsequeris sanitatem. Et ne resilias dicendo. Inimicum habeo sceleratissimum, nam si quẽ volueris ostenderis,nõ tamen erit Saule deterior, qui cũ semel & iterũ à Dauide posset interfici, ipse tamẽ ob tãta beneficia accepta in sua malitia perstitit. Lege Chrysostomum. Quid igitur est, quod tu inimicũ tuũ accuses? Quòd terræ partẽ ademit, quod iniuriã cõtulit, ꝙ murmurauit? At nondum eripuit vitã, quod facinus molitus est Saul, ꝙ si vitã eripere conatus est semel inimicus tuus, iterum atq; iterũ, vt sæpe sæpius Saul Dauidi, quòd si vitã sæpiùs auferre curauerit, nõ tot beneficijs ac ipse Saul fuit affectꝰ, nec cũ semel & iterum incidisset in manus tuas, vitę eius pepercisti. Quod si adhuc hoc etiam effeceris prætereà ipse Dauid te benignitate & pietate superat, non enim paria sunt hæc, cũ vita agebatur sub veteri lege, & modo postquã euangelica gratia fruimur. Nõ audierat Dauid parabolam de decẽ milibus talẽtis, nec illud. Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, nec Christũ audierat dicentẽ. Diligite inimicos vestros, nec vidit illum curantem Malchum, nec in cruce pendentem brachijs extensis audiuit dicentem, pater dimitte illis, sicut tu, cui hæc plusquam nota sunt. Quòd si oculos fixeris in sanctissimi regis vitã, nec satis est, vt tuum lapideum, & adamantinũ cor molliatur, vt inimico parcas, conuerte oculos in Christum crucifixum, qui ob tuum amorem à planta pedis vsque ad verticem capitis eius in se ipso nullam conspicit sanitatẽ, & pro inimicis oratione clamat ad patrem. Et considera, quod cùm aliquis tibi dicit, vt inimico indulgeas, ipse Christus inquit. Fili mi propter me ipsum parce modo, siquidem quotiescunque ex toto pectore veniam à me postulas, liberaliter condono etiam si mille flagitijs & sceleribus aduersus me deliqueris. Æquum est & rationi cõsonum, vt aliquid à me rogatus facias, quando pro te tot & tanta feci. ¶ Quod si adhuc pertinax es, & proteruus in tua malitia persistis, nec exẽplo Dauidis adducto, nec Christi Redemptoris nostri commoueris, vt indulgeas, leua leua oculos tuos in altum, & vide quam gloriam Dominus paratam habeat his, qui suos inimicos diligunt, quamq; diues & opulenta sit merces, quæ ob id tibi reddetur. Qui aliquod maris spacium nauigant, ne caput illis turbetur, & ne nauseent, oculos in littus mariscõijciunt, nã si aquam turbidam cõspiciunt statim vomunt. Ita tu si oculos cõijcis in aquã turbidam persequutionis inimici, perturbabitur caput tuũ, & nauseare facies stomachum, quousq; in interitum deuenias & ideo turbidam aquam tribulationis non cõspicias, nec oculos ad persequutionẽ inimici conuertas. Oculos tuos in littus cõijce, nec salsam aquam aspicias. Conijce (inquam) oculos tuos in littus illud cœleste, & saluberrimum portum, in quem iter facis, & aspice patriam illam viuentiũ, in quã quotidie nauigas, cõsiderãs sublimẽ illam gloriã, & præmiũ æternũ, quod Dñs paratum habet his, qui patienter tolerãt persequutiones, & inimicos suos diligunt. Fieri non poterit, quin si breuitatem persequutionis, & magnitudinem præmij fueris contemplatus, inimicis tuis parcas, & eos diligas, plusquam amicos tuos, quandoquidem causa & instrumentum sunt, vt in cœlesti regno laurea gloriæ coroneris. Quod si hæc, quæ diximus sacratissimi illius iamcti martyris Stephani exemplo appositissimo videre cupias, huc adsis attentis auribus. Nam cum ipse inter furorem persequutionis & lapidum & armorum strepitũ constitutus esset, non oculos coniecit in malitiam inimicorũ, sed in littus cæli, vbi cor suum iam habebat collocatum, & in hæc verba prorupit. Ecce video cælos apertos, & Iesum stãtẽ à dextris virtutis Dei. Quod quidẽ si tu in persequutionibus tuis fecisses, non perturbareris, nec molestè illas ferres: sed auxilium & iuuamen diuinũ inuenires, & Christum benignum Dñm, qui tuis dextris adest, manum suã porrigens. Vnde beatus Stephanus non Christum vidit sedentẽ, sed potiùs stantẽ, vt ij esse solent qui adiutorium alijs ferunt. Tuleris igitur obsecro frater mi dilectissime patienter furores persequutionum propter Christum, & ob sanguinem in passione sua pro nobis effusum, quandoquidem hactenus non tantũ sanguinem pro Christo fudisti, quantum ipse pro te. Attende obsecro, quam copiosa sit retributio, & quàm minimus labor, qui breuissimè finiẽtur, illud autem æternum præmiũ in perpetuũ duraturum. Tẽpus enim breue est (inquit beatissimus Paulus) sed merces copiosa. Quicquid in hac vita est, vanitas est, quæ hodie nascitur, & iam hodie finitur. Conuerte oculos in sanctos illos martyres, qui immanibus tormẽtis sanguinem & vitam

Chrys. hom. de Saule & Dauide. deq; tolerantia. tom. 1.

1. Reg. 24. & 26.

Matth. 18.
Matth. 6.
Matth. 5.
Luc. 22.
Luc. 23.

vitem fuderunt: quorum omnium in beata illa patria gaudentes & exultãtes iã obliui scuntur, Quòd si te tanti huius dñi benignitas, vt inimicis tuis parcas, nihil cõmouet: si ingentia illius in te merita ab inimicorum persequutione te auocare non valẽt, si honor, gloria, diuitiæ, triũphus, quæ inimicis suis indulgentibus parata sunt, nec tantillũ te commouẽt: id certè mouere maximè debet, vt infamiam fugias, pudor, quem cõtrahes, cũ ante iudicis tribunal seueriſsimi sis sistendus, immania etiam supplicia, quibus proculdubio afficieris. Elige vtrum volueris, vel inimicum diligere, vel æternis cruciatibus torqueri: quod quidem non loquelæ sunt hominum, sed euangelica & æterna veritas. Respõde, obsecro, ad has voces ò infœliciſsime homo qui in inferno cruciaris. Quare proximũ tuũ non dilexisti? nã si illũ diligeres, vtiq; nõ arderes in inferno. O hominis miserã infœlicitatem, qui potiùs ardere elegit, quàm diligere. O insanã & ridẽdam electionem nam si proximum diligeret, cũ Christo perpetuò gauderet: quia verò amare illum noluit, ignibus æternis cruciatur. O manifestiſsimam fallaciam hominis, qui in hac vita tãtillum doloris nõ vult pati: vult autem in ventura perpetuos sustinere cruciatus. Si Ethnicus aliquis hoc euãgelium legeret, vel audiret, quo Christus præcipit inimicos diligere: post hæc verò iste abiret in plateas, & audientias, vbi tot lites & contẽtiones aguntur inter Christianos, vnum ex duobus diceret: aut quod nõ credimus euangelio, & rem ridiculam id iudicamus: aut quod gaudemus in tormenta gehennæ ire. Velles ne tu in eum locum descendere, in quem infidelis & paganus tendit? Si igitur in potiorem locum post hanc vitam ire cupis, quàm paganus & infidelis, plusquam illi facere teneris. Si igitur tu solum amicũ tuum diligis, quid ampliùs facis quam Turca? Dilige igitur inimicum tuũ, quòd Turca nec Ethnicus facit, & post hanc vitam meliorem locum obtinebis: Amor inimicorum rubrica est, qua infectæ sunt oues Christi. Et idẽ Christus dicit. In hoc cognoscẽt, ꝙ discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis adinuicẽ. Si igitur amicũ diligis, nõne & Ethnici hoc faciũt? Sed quia de his inferius in hoc capite suo loco dicemus, & quomodo per dilectionẽ inimicorũ simus filij, quæ omnia Lucas noster, vt Matthęus tractat, vlteriùs procedamus ad ea ex

Ioan. 14. 15.

Leui. 6.

Prou. 6.

planãda, vbi Lucas agit de operibꝰ bonis, ꝙ proximis nostris exhibẽdis, licet inimici sint. Sequitur ergo. *Benefacite his qui oderũt vos*. In primis aũt hic venit aduertendũ, ꝙ semper vbi dñs de amore loquitur, protinus de eius effectibus sermonẽ ingerit: quę opera sunt. Nam in cœna illa vltima cũ Apostolis dixisset. Hoc est præceptũ meũ, vt diligatis vos inuicẽ: statim de operibus loquutus dixit. Maiorem charitatem nemo habet, quã vt animã suam ponat quis pro amicis suis. Et iterum. Siquis diligit me, sermonẽ meũ seruabit. Attende quomodo statim, vt de amore fuit loquutus: de operibus loquitur. Et in Leuitico præcepit dñs dicẽs. Ignis in altari meo semper ardebit. Et subdidit. Quẽ nutriet sacerdos subijciens ligna. Vult dñs, vt in altari cordis nostri semper sit ignis sui amoris, qui alendus est & sustentandus ipsis operibus. Nam quemadmodum ignis consumitur & perit nisi semper ligna ei addideris: ità etiam amor moritur, nisi eum bonis operibus alueris. Opera vult dominus, & opera petit. Nam, vt fieri nõ potest, vt ignẽ habeas in sinu, quin comburaris ità etiã impossibile est, proximum diligere, & frigidũ in operibus esse. Quocirca statim vt in Matthæo dominus de amore inimicorum egit, sermonem inseruit de operibus, quæ in eos conferre debemus. Vnde sicut hactenus diximus de dilectione: modo acturi sumus de signis dilectionis quę sunt opera: sed ea meminisse oportet, quę diximus superius statim vt incepimus agere de dilectione inimicorum. Nam sicut de dilectione inimicorum, & interiori amore loquuti sumus: eodem modo, & sub eisdem terminis de operibus inimicis exhibẽdis loquendũ est. Nã sicut dilectio inimici interior in generali considerata est absolutè necessaria de necessitate præcepti, in speciali vero considerata non est de necessitate præcepti, sed secũdum præparationẽ animi: ità de signo dilectionis exterius exhibendo dicendũ est: nã quædã sunt signa amicitiæ, quæ in communi exhibentur proximis, aliaverò in speciali. Generalia sunt, vt cùm quis orat pro defunctis, aut pro salute & fœlici statu fidelium, aut pro toto populo: quæquidem generalia opera teneris exhibere inimicis de necessitate præcepti. Nã si in hunc modum preces funderes. Proficiat hæc oratio omniũ fidelium saluti dẽptis inimicis meis, in mortale delictum incideres. De particulari

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus autem beneficijs, aut signis dilectionis, vtpote de cõmunicatione lætitiæ cũ eo, vel de profectu eius in aliquibus, dicendum, q̃ nõ teneris de necessitate exhibere, vel ostẽdere, sed solum secundum animi præparationem, scilicet, quòd animus tuus sit paratus, vt si inimicus tuus fuerit in articulo necessitatis, & non potuerit per alterũ ei prouidere, tu illi subuenies. Quod autem extra articulum necessitatis quis faciat inimico hæc particularia beneficia, ad perfectionem pertinet, per quam non solum vult vitare peccatum, faciẽdo ne ipse malus sit per odiũ proximi, sed etiam vult inimicũ beneficijs superare, vt eum bonũ faciat, quæ quidem superabundans charitas est, & sub cõsilio cadit, quod tu facere deberes, vt salutem animę proximi tui acquireres, pro qua Christus dignatus est mori, vt ipse Apostolus admonet dicens. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit potum da illi, hoc enim faciẽs carbones ignis cõgeres super caput eius. Quod ferè idem consilium in Prouerbijs habetur. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum, si sitit da ei aquam bibere: prunas enim cõgregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. Quantam vim habeant bona opera, vt inimicus iram & furorem deponat, in ipso Iacob apertissimo exẽplo videtur, qui bonis operibus iram fratris Esau mitigauit. Theriaca præsentaneum remedium est, & singularis medicina aduersus venenũ, quæ quidẽ ex ipso veneno, & alijs optimis cõfectionibus cõponitur. Ita tu si theriacam admirabilem, & singularem medicinã volueris conficere vlceribus animæ tuæ, accipe tibi inimici tui malitiam, quæ venenũ est, & alias res bonas simul, scilicet, si esurierit, ministrare illi cibum, si siti laborat, potum dare, si fuerit nudus, vestibus illũ operire, quæ quidem res si admixtæ fuerint cum veneno suæ malitiæ, mirabilem conficies theriacã, quæ infirmitatibus animę medicamentum sit saluberrimum, nam ob hæc parcet tibi Dominus alia multa peccata, quibus coinquinatus es, & simul etiam infirmitati inimici tui medeberis, nam cum ipse inimicus bonitatem & patientiam tuam attenderit, pudore suffundetur, & in melius emendabitur. Nemo quippe ita adeò immanis est & barbarus, qui si videat te multa ei bona facere, in retributionem suæ malitiæ, & quod ipso absente multa bona de illo prædicas, & laudas, non confundatur & in saniorem mentem redeat. Attende obsecro per viscera misericordiæ Dei, quo pretio Christus animam inimici tui redemerit, nam si ipse sanguinem suum pretiosissimum exhibuit, non multum si tu fragmentum panis dederis, & si necessitate laborauerit, illi subuenias, quandoquidem non in hac re multum laboris impendes. Ita sanctus rex Dauid cum Abisai vellet nequam illum Semei interficere, qui per sy luam tendens lapides in Dauid iactabat, & contumelioſis verbis illum afficiebat, nunquam permisit aliquid mali ei fieri, cum facilè posset pœnas sumere. Et Christus Malcho seruo Pontificis, qui simul veniebat cum Pharisæis & scribis, vt eum in carcerem detruderet, auriculam curauit, cùm Petrus illam scidisset. Et hoc idem agens in Matthæo de bonis operibus, quæ in inimicos conferre debemus addidit. Sicut pater vester cœlestis qui solem suum facit oriri super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos, & plus super malos, quàm super bonos. Nam oriente sole terram calefacit, & ita terra vberes fructus producit panem, vinum, flores & fructus. Quis obsecro his copiosius fruitur iustus ne, an peccator? Vtique malus. Nam hic plures habet hæreditates, oliuas, vineas, & deniq̃ plures messes, & maiorem portionem terræ sortiuntur infideles quam Christiani, quandoquidem ipsi possident Africam, Asiam maiorem & minorem, Ægyptum, Achaiam, Bithyniam, Syriam, Macedoniam, cum reliqua orientali terra. Vnde peccatores in libro Sapientiæ adinuicem dixerunt. Venite coronemus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratũ sit, quod non pertranseat luxuria nostra, perfruamur bonis, &c. Et in Psalmo dixit Dauid. Ipsi peccatores, abundantes in sæculo, obtinuerũt diuitias. Ipsi enim sunt, qui plus eis gaudent, quæ sol & terra producunt, quàm reliqui iusti. Iam igitur vides quomodo maiora bona terrena sæpe dominus in hac vita conferat malis, quam bonis, & maiora inimicis quàm amicis. Nonne vides quæ miracula & prodigia inimico Pharaoni miserit & ostenderit? Et dum plures inimicos in mundo habebat tunc dñs eũ visitauit, & humanã carnẽ assũpsit. Sic Paulus Romanis ait. Cõclusit Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur. Tunc Deus mundum inuisit, quando plures habebat inimicos, & quãdo maior vastatio grassabatur.

Rom. 12.

Prouer. 25.

Gen. 33.

batur. Sic tu dum inimicus tuus magis indignus fuerit, vt ei parcas, tuncilli debes indulgere & maiora bona illi facere, vt vel ita bonitas tua inter malitiã suam splendeat velut lumẽ in tenebris. Cuius rei si appositissimũ exemplũ videre cupias, in quarto libro Regum id inuenies. Nam cũ latrones Syriæ capere vellent prophetã Eliseum, duxit illos propheta in mediã Samariã, cũq; rex illos interficere vellet, nõ solum nõ id voluit propheta, sed potiùs splendissimum cõuiuium illis fecit, ex qua re ita cõfusi sunt latrones, vt dicat scriptura, quòd vltra non venerunt latrones Syrię in terram Israel. Attende obsecro quomodo cõfusi sunt bonis impensis operibus à sancto propheta. Potius inimicum tuũ humiliabis, & iram ipsius franges bonis collatis operibus, quàm malis, dumque inimicus deterior fuerit & indignior bonis, tantò melior illi tu debes esse. Verùm quia inimicus te ipsum corde persequitur odiendo, opere, persequendo, & ore, maledicendo, tu è contrario debes illum ex toto corde diligere. Ideoq; Dñs dixit. Diligite inimicos vestros. Secundò si te opere persequitur, tu ei bona impende, ideoq; dixit. Benefacite his, qui oderunt vos. Et tãdem si lingua sua tibi detraxerit, multa tu bona de illo prædica, sicut modo præcipit Dominus. *Benedicite maledicentibus vobis.* Vult Dñs vt toto corde, ore, & opere, inimicum diligamus, ei retribuẽdo bona pro malis. Sic in Marco legimus q̃ discipuli Christi laborabãt remigando, quia erat illis ventus contrarius. Vide obsecro quomodo sancti infœlici & contrario vento remigant. Ita tu si in portum illius cœlestis patriæ peruenire cupis contrarijs & aduersis calamitatibus ab inimicis illatis nauigare debes. Contrariũ maledictionis est benedictio, & quod aduersatur odio, amor est, & malo repugnans, bonũ est. Quo circa si inimicus tuus malus est, tu esto bonus, si te odit eũ ama, & si tibi maledixerit, bona de illo prædica. Quo aduersante vẽto beatissimus Paulus nauigabat dicens. Male dicimur, & benedicimus, persequutionẽ patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Sic sanctissimus Ioseph, quẽ fratres vendiderant, cùm descẽderent in Ægyptum, cum fletu magno occurrit, & osculatus est eos dicens. Nolite timere. Sic Moses, quẽ populus multoties cõtemperat, & lapidare voluerat, his nõ obstantibus pro eis ardenti amore ad dñm orabat, dicẽs. Dimitte peccatum populi huius, aut dele me de libro vitæ. Sic Dauid pro Saule orabat, & bene de illo loquebatur, ciusq; fortitudinẽ laudauit, & mortem illius lamentatus dicebat. Gladius Saul non est reuersus inanis. Filiæ Hierusalem super Saul flete, qui induebat vos coccino, &c. Sic beatissim⁹ Christi martyr Stephanus vento contrario nauigãs pro crucifixoribus orabat dicẽs. Dñe Iesu ne stas tuas illis hoc peccatum. Deniq; ipse Christus in nauicula crucis vento contrario nauigans inter scyllam & Charybdim inimicorum & carnificũ pro eis ad patrem summis precibus exorauit dicẽs. Pater dimitte illis. Sic omnes sancti in portum salutis nauigarunt inimicos diligendo, orando pro eis, & bene illis faciẽdo. *Et orate pro calũniãtibus vos.* Orare debemus pro inimicis nostris exemplo Christi Saluatoris nostri, & sponsæ suæ sacrosanctæ Ecclesiæ, quæ preces pro inimicis Iudæis fundit, hæreticis, & schismaticis in die parasceues. Moses etiam proiecit se super faciem suam orans pro calũniatorib⁹. Sic sanctus propheta Samuel cum eijceretur à principatu dixit. Absit vt cessem orare pro vobis. Sic diuinus Paulus admonet dicens. Benedicite & nolite maledicere. Et Esaias loquutus de Christo dixit. Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus orauit, vt non perirent. Etenim oratio pro inimicis facta plurimũ valet corã Deo. Vnde Dñs per Hieremiã. Si steterint Moses & Samuel coram me, nõ est anima mea ad populum istum. Hos duos nominauit præcæteris patribus, & horum orationẽ sic exaltauit & magnificauit, quia hos duos tantũ pro inimicis orasse in veteri testamento legim⁹. Alter eorum lapidibus cæsus à populo pro lapidatoribus orauit: alter vero cum eijceretur à principatu preces ad Dominum fudit. Quocirca, vt Hieremias nobis commendaret excellentiam orationis factã pro inimicis, vtq; ostenderet dñm meritissimo aduersus populũ illum irasci horũ orationem tanquam maximi ponderis & valoris attulit. ¶ Porrò qui calũniantur, peiores sunt persequutoribus, quanuis vtrũq; apud Matthæũ dixerit. Calumnia quippe non solum falsa fingit, sed etiam ea, quæ piè gesta sunt labefactat, & denigrat. Sanctus Ioseph nõ solũ persequutus fuit à fratribus, sed & calumniã passus est à domina sua, quia inuitatus ad crimen, cũ fugiens in manibus domine palliũ reliquisset falso fuit accusatus de adulterio.

Exod. 32. *2. Reg. 1.* *Actor. 7.* *Luc. 23.* *Exo. 17.* *1. Reg. 12.* *Num. 17.* *1. Reg. 12.* *Rom. 3.* *Esai. 53.* *Hierem. 15.* *Matth. 5.* *Gen. 39.*

rio. Quocirca hæc contemplatus egregius
Psal.118. vates ad Dñm clamans dicebat. Redime me à calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua. Nam cùm ipse totius belli pondus suscepisset, & in funda & lapide Gethæũ Goliath percussisset, cœpit calũniã pati à Saule rege, & ideo dicebat. Redime me à calum
1. Reg. 18. nijs hominum, vt custodiam mãdata tua, nã qui calũnia opprimitur, nõ facilè custodire potest mãdata Dñi. Etenim necesse est plerũq; tristitiæ aut timori cedat, aut vel metu calũniæ & dolore affligatur. Itaq; nõ solũ vos persequentes diligite, sed etiam pro calũniantibus orate. Et *qui te percusserit in vnam maxillã præbe illi & alterã*. Quod quidẽ consilium est, non præceptũ. Ideoq; nõ est opus vt exteriori opere id adimpleas, sed vt animum paratũ habeas, vt si opus fuerit id pro Christo sustineas. Sic benignissimus Dñs ei, qui percussit in vnã maxillã nõ præbuit alterã, sed maxima charitate eum correxit.
Ioan. 18. Sicq; cõsiliũ hoc adimplendũ est, ita vt proximis magis prodesse videamur. ¶ Obserua autẽ, quòd phrenetici dũ medicis magis cõuiciãtur, tãtò magis medici illis cõdolẽt, & maiorẽ cõpasionẽ suæ infirmitatis habent. Si autẽ aliquis medicus irasceretur propter verba quæ phreneticus ei dicit, talis vtiq; insanus iudicaretur. Sic tu cõsiderare debes, qꝑ is, qui te ipsum percutit phreneticus est, & omni prorsus mente destitutus, & passio infirmitatis vitij sui facit eũ delirare. Ideoq; tu irasci non debes sed cõpassionẽ suæ ægritudinis habere, illi medẽdo, impẽdens ei bona opera, paratusque debes esse & præsenti animo, vt pro Christo percutiaris alapis &
2. Cor. 11. fustibus. Sic diuinus Paulus Corinthijs suis dicebat. Libenter suffertis insipientes, cùm sitis ipsi sapientes. Sapiẽtes sustinere debẽt ignaros, & cordati insipientes, & sani infirmos, nam medici prudentes phreneticos curant. Ideo addidit. Sustinetis enim siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciem vos cædit. Et enim per horum cõplemẽtum homo cum Christo cõponitur, diabolus ab homine vincitur, & plena pax inter homines obtinetur. ¶ Obseruandum etiã hîc est fuisse Pharisæorum cõmentum, licere omnibus vim vi repellere, quoniam à Mose dictum legerunt. Oculum pro oculo,
Exo. 21. dentem pro dente. Quod si verum esset, vt quisq; suam iniuriam vindicaret quid opus esset iudicio? Manifestè itaq; patet hoc dictum pertinere ad magistratus, quibus Dñs gladium permisit, & commisit ad puniendum malos, illi autem dictum Dñi deprauantes suis affectionibus id accõmodarunt, quod de magistratibus peculiariter dictum erat. Etenim non cuiusuis est leges ferre, & vindictã sumere. Itaq; in eo, quod hîc Christus dicit de exhibitione alterius maxillæ, & quod subdit statim de tunica, nihil aliud docere voluit, nisi vt Christianus homo aliquo modo læsus nõ quærat vindictã, paratiorq; sit ad grauiora ferenda, quàm ad vindictam sumendam. Et vt breuiter omnia dicta cõplectar, tale cor dñs in suis amicis postulat, quod ab omni impatiẽtia, & vindictę cupiditate, & omni cõtentione sit alienum. Nec tamen negauerim posse cõtingere, vt iuxta Christi verba, etiam altera maxilla sit exhibẽda: nec dubitauerim, quin nõ hoc se mel à pijs hominibus factum sit. Porrò, an Christiano homini liceat aduersus Christianũ iure agere, & coram iudice eum cõuenire modo nõ disputamus. Potest suã iustitiã implorare, & sanctũ & piũ est velle, vt delicta puniantur, nè Deus ab alijs offendatur. Id autem quiuis homo facere debet, ne hoc faciat vt vindictam sumat, vtq; passionem animi sui sequatur. Charitas enim in huiusmodi negotijs consulenda est, nihil autem refert, quòd iudicio assistas, siue nõ, sed quo animo hoc ipsum facias, plurimum refert, quod idem sentiẽdum est de hoc, quod modo sequitur. *Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere.* Non intelligendum est, quod tenemur illa dimittere, quandocunque aliquis à nobis illa auferre voluerit, quia ista nõ esset perfectio charitatis sed potiùs ansa & occasio ad malum proximi, vt quis accipiat res alienas, & efficiatur auarus & violentus. Sed intelligi debet hoc de animi præparatione, scilicet, quod si alicui fuerint ablata aliqua eorũ, quæ possidet, ideo ob hoc nõ cõmoueri debet in fraternum odiũ, sed animũ habere paratũ ad perdendum hæc, & alia multa, antequã proximorum charitas amittatur. Licitum tamen est sine contentione & scãdalo ablata repetere. Vbi intelligere debes, quod hîc Christus dãnat lites, contentiones, scãdala & dãna, nõ iustitiã & iudiciũ. Et si non potueris repetere tẽporalia, ait etiã, qꝑ tunicam desilijs, qui vestimentũ tulit: quia melius est rem tẽporaliũ iacturã facere, quã æternæ vitæ. Iudicia enim tribunalia, & magistratus non dãnat Christus, sed inimicitias, odia, & contentiones,

tentiones, quæ propter res temporales oriri solent, ita vt sæpe sæpius inuicem conuiciãtur, pugnant, & occiduntur homines. Si sine diuina offensione rem tuam recuperare non potes, sic adeo animam tuam æstimare debes, vt rapta non debes repetere, sed quæ remanserunt dare si opus fuerit, ne tantus & tam magnus Dominus offendatur. De quibus contentionibus & iudicijs Corinthios Paulus arguebat dicens. Iam quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriã accipitis? Quare nõ magis iniuriam patimini? *Omni autem petenti te tribue, & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.* Eodem modo venit intelligendum hoc, vt id quod superius statim retulimus, scilicet, vt potius homo paratus sit, damnũ proprium pati, quàm vt scandalum pusillorum suscitet, si id aliter sedare non valeat. Melius enim est, vt quod auferetur nõ repetamus, & quod potius pereat, quàm quòd aliquid fiat charitati contrariũ. Præterea id quod ait, omni petẽti tribue, intelligendum est de illo, qui iuste petit. Omni (inquã) qui iure petit tribuendum est, sic eleemosynã necessitatem habenti erogãda est. Iustè namq; pauper diuiti petit, quia in
diget. *Et pro vt vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.* Quia proximos tenemur ex charitate diligere tanquã nos ipsos, ita nos facere tenemur eis, sicut nobis ab ipsis fieri cupimus. Hoc quippe fraterna dilectio postulat, & lex naturalis dictat, cuius duo sunt cõmunia atq; præcipua præcepta. Vnum negatiuũ, quod habetur in Tobia, scilicet. Quod ab alio oderis tibi fieri, vide ne alicui feceris. Aliud est affirmatiuum quod ponitur hîc à Christo. Quæ quidem præcepta leges sunt naturales à Deo datæ, quibus homo dirigitur, vt actiones proprias operetur, & quia affirmatiuum est maioris perfectionis, decuit Christum in Euãgelica lege illud proponere, quæ lex maioris est perfectionis, & quanto perfectius quis hoc præceptũ adimpleuerit tãto perfectior erit. Adimplendum est tamen loco & tempore opportuno, quia præcepta affirmatiua obligãt semper, & nõ pro semper, nõ enim obligant omni tempore sicut negatiua, sed tantum loco & tempore necessitatis. Nullus ab hac lege excusatur, nullus ignorantia excusabitur. Dauid enim ait. Multi dicunt, quis ostendet nobis bona? respondet tamen ipse
met dicẽs. Signatũ est super nos lumen vultus tui Domine. Hæc lex naturalis fixa est cordibus nostris, & æquè antiqua ac ipse homo, qui verò eam non seruauerit, nullã excusationem coram Dño habebit. Quod tibi vis, alteri facito. Manifesta obsecro, quicquid in hac vita cupis? certè aliorum amicitiam vis, ab alijs amari & honorari, at si videas te ab alijs despici, aut odio haberi, doles, optasq; vt in tuum amorem deueniant, & vt te colant, qui contra faciebant. Hoc autem, quod tu tibi optas, præcipit Deus, vt te cum fiat. Dices, rectè quidem consultum est honori meo, ne scilicet, quis contra me insurgat, & opto etiam, vt ego aduersus aliquem leuarem caput, vt impunitus manerem. Impia & iniqua est hæc tua lex, nam Christus hîc dicit, quod vultis, vt faciant vobis, idem
Matth. 5. vos alijs facite. Nã si Christus in Matthæo præcipit, vt gehenna puniatur qui te despicit, gehẽna par est, vt puniaris si alios despexeris. Si autem non vis, vt aliquid tibi rapiatur, ne tu fureris, &c. Nam vt vnus est omnibus Deus, ita omnibus est vna diuina lex. Mirabile quidem est, quomodo Ethnicus, aut infidelis homo audita hac lege illam nõ accipiat. Vtiq; pecudes & non homines esse credo, qui tam regiam & nobilem legem
Psal. 18. nõ accipiunt. Iustitiæ dñi rectæ (inquit Dauid) lætificantes corda, præceptum Dñi lucidum illuminans oculos. ¶ Obserua non dixisse Christum hîc, vt faciunt vobis homines, sed vt vultis, vt faciant vobis homines. Nam si diceret, vt faciunt vobis homines, sic facite illis, intelligi posset, mala debere fieri malefactoribus, & odio inimicos prosequi, quod certè absurdissimum est homini Christiano, & ab eius religione prorsus alienum. Etiam si modo multorum sit prouerbium, qui bene mecum fecerit, multa bona Deus illi impendat: malum autem mittat in eum, qui malum mihi fecerit. Multò aliter Christus Redemptor noster docet, qui ait, Diligite inimicos vestros, & benefacite his, qui oderunt vos. Meritò ergo ait, quod vt vultis, vt faciant vobis homines, ita facite illis. Et quẽadmodum tu velles, ne falsum aliquod testimonium tibi imputaretur, nec quod res tua tibi raperetur, idẽ ipsum (Christus inquit) vt cũ proximo facias. ¶ Obserua autem hoc non esse intelligendũ de quocũq; actu voluntatis nostræ, sed de volũtate rationali, siue cõsilij. Multi quippe causa sunt scandali, & alios ad peccãdum inducunt. Nec tu velle teneris, quod vt
tu

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu malus es cũ proximo tuo, ille alter tecum sit. Ideoq; vt vultis voluntate bona & rationabili & recta, vt faciant vobis homines, ita facite illis. ¶ Expende etiã, quòd homines dixit, nã à Deo & Angelis multa volumus fieri nobis, quę nõ possumus facere illis, redditur tamen vicissitudo illis solo charitatis affectu. *Et si diligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est gratia?* Hoc est, si tantũ vos amantes diligitis, & non alios, quod meritum inde vobis euenit? Nullum sane. *Nam peccatores diligentes, se diligunt.* Quia hoc naturale est, quãuis nõ semper, quia odiũt corripientes illos, quando puniũtur, vel corriguntur, iuxta illud sapientis. Non amat pestilens eum, qui se corripit. Et Amos ait. Odio habuerũt corripientẽ, & loquentẽ perfectè abominati sunt. Prouer. 15. Amos. 3.

¶ Obseruãdum est, q̃ Christus in hoc loco dicit peccatores diligere peccatores, non intelligitur, ex charitate, quæ amor infusus est, & spiritualis, nam qui tali charitate diligit amicũ, merebitur vitã æternã. Peccator tamẽ in mortali existens peccato, nõ potest mereri vitã æternam. Intelligendum est tamen, peccatores diligentes se, diligunt, scilicet, amore carnis, naturali, & sociali. Nã qui amicum diligit ex charitate, diligit etiã inimicum, quia charitas se ad omnes extendit, quia si inimicum non dilexerit, in peccato mortali est, & tunc nec amicum diligit ex charitate, quia charitate caret. Diligere autẽ amicum quia diligit nos, ex charitate, meritorium est vitæ æternæ, sicut omnis actus ex charitate procedens. Signum autem, quo quis non diligit amicum ex charitate, est, quia inimicum non diligit. Ideò qui aliquem hominem odit, nullum veraciter diligit. Itaque qui ex charitate diligit amicum, etiam inimicum diligit, & si inimicum non diligit, neque amicum diligit ex charitate. Sed qui in charitate est, omnes vere diligit tam amicos quam inimicos.

¶ Deniq; dilectio inimici maioris mihi meriti videtur quàm amici, quia si præmium essentiale respondet feruori dilectionis, feruentior est voluntas in dilectione inimici, nam tendit circa ea ad quæ non inclinatur, & ideo requirit maiorem feruorem circa finem, ideſt, circa Deũ. Quia ad hoc, vt quis diligat amicum decem gradibus feruoris, fortè non oportet, vt diligat Deum duobus gradibus feruoris, ad hoc autem, vt diligat inimicum decem gradibus feruoris, oportet vt diligat Deum quadraginta gradibus feruoris, quia inimicum non diligit *nisi* propter Deum, & ideò dilectio inimicorũ non tantum quia ex maiori conatu procedit volũtatis, sed etiam quia ex feruentiori, & maiori dilectione circa finem oritur, magis meritoria est quàm dilectio amicorum. Nã si hîc duos appositos in mensa habetis cibos, alterum bene conditum, alterum verò male, manifestum est, quòd bene conditũ teipsum inuitabit, vt illo manducẽs, alius verò non. Ita amicus tuus cibus tibi est bene conditus, nam quemadmodum hic cibus ad comedendum inuitat, sic amicus, vt eum ames & quemadmodum amarus cibus, & potio amara vt sumatur & comedatur, maior conatus & vis requiritur, ita cum inimicus sit cib? amarus & insipidus opus est maiori conatu, vt ipsum diligamus, & vbi est maior conatus ibi cæteris paribus est maius meritum. Beatissimus ille Stephanus cum à carnificibus lapidaretur, in dominũ se cõuertit dicens. Ne statuas illis hoc peccatum. Et quando pro se rogauit stans dixit, Dñe Iesu accipe spiritum meum. At quãdo pro inimicis suis exorauit, genua flexit. Positis autem genibus, clamauit, ne statuas illis hoc peccatum. Quo quidem facto cùm genibus oraret flexis, ostenditur agonia & feruentissimus conatus, quo pro inimicis orabat, nam genua flectere nihil aliud est, quàm voluntatẽ inclinare ad orãdum pro illis dãm. Et vlteriùs dicitur, quod clamabat voce magna, vociferãs: manifestum enim est, quòd vt aliquis vociferetur opus est maiorem habere in pectore conatum, quàm vt submissius quis loquatur. Qua quidem re nobis significauit, q̃ propter negotia sua non opus erat voluntatem inclinare, nec magnum conatum adhibere, sed ad orandum pro inimicis suis maiorem conatum addidit. Igitur vbi maiores adhibentur vires, ibi maius est meritum, si igitur maiores & potentiores vires exercentur in dilectione inimicorum, ibi erit maius meritum. Vnde dico maiorẽ perfectionem esse inimicũ diligere, quàm amicum, quia ex maiori charitate procedit. Nam maior ignis est, qui procul distantes comburit, quàm is, qui proximos & vicinos vrit, atque ita maior charitas est, quæ attingit inimicum tuum, qui longe à corde tuo distat, quàm ea, qua amicum qui proximior est, diligis. Et cùm obiectum charitatis sit Deus, vbicunque operatur est propter Deum. Cùm igitur amor inimici mihi aliud

habeat, quàm Deum, magis purus & perfectus est, quia plus humanas vires superat. Perfectionem adamas erit qui vnam ferri libram è terra leuaret, quàm qui acum. Maximum pondus inimicum habet, quem charitas leuat. Quod etiam si appositissima similitudine audire id gaudeas, audi. Nam quando multi cãtores canunt, si inter eos aliquis sit, qui optimam & suauem vocem habeat, cũ simul iste cũ alijs canat, non ita illa excellenti voce gaudes, ac si ipse solus caneret. Vnde debes præcipere, si suauem vocem illius audire cupias, vt omnes alij taceant. Ita quando inimicũ diligis, solus diuinus amor canit, quia solus Deus diligitur, at quando amicum amas, etiam si propter Deum illũ ames tamen aliæ multæ cauſæ sunt, & ideò tunc charitas non tam suauius sonat, atq; ita is amor, quo amicũ diligis nõ tam purus & spiritualis est, vt inimici, vbi solus diuinus amor canit. Quã quidẽ perfectionem amoris (vt cætera præclarè solet) vnus explicare egregiè diuinus Paulus dicit. In hoc apparuit gratia Dei, quod cum inimici essemus reconciliauit nos in Christo Iesu. ¶ At si diceres Christum dixisse. Maiorem charitatem nemo habet, quàm, vt animã suam ponat quis pro amicis suis, respõdeo, quòd quãdo hoc dicebat tantũ conferebat interse operã collata amico, quorum maximũ est vitã pro amico exponere. Nam manifestissimũ est, plus illum pro amico facere, qui vitam pro illo tribuit, quàm qui rem donat, aut aliquid aliud facit. Sed si hoc opus factum pro inimico accipiatis, nullum est dubium quin maioris sit meriti. In hac autem re nolo amplius silum orationis protendere, quia scholastici pro vtraq; parte adducũt sua argumẽta, & id in scholis disputant. Itaq; eandẽ materiam prosequitur Christus, nam sicut dixerat, diligite inimicos vestros addidit, si diligitis eos, qui vos diligunt. Et sicut dixerat. Benefacite his, qui oderunt vos, nunc etiam in consequentiam ait. *Et si beneficeritis his, qui vobis bene faciunt, quæ vobis est gratia? siquidẽ & peccatores hoc faciunt?* Hoc etiam sicut præcedentia verba intelligi debet, quia si benefactoribus bonum facias, nõ ipsum Deum intuens, sed propter amorem mũdanum non est id apud Deũ alicuius meriti. *Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere, quæ vobis est gratia? Nam peccatores peccatoribus fœnerãtur vt recipiant æqualia.* Si mutuũ das non ex dilectione aut charitate, sed propter propriã vtilitatem, vt aliquid vltra sortẽ accipias, quã mercedem accipies? Etenim hoc idem peccatores faciunt, peccatoribus mutuũ dantes, & vltra id, quod dant, nihil accipiũt, sed tantum æquale. Quantò potiùs vos, qui meliores estis, debetis mutuare vt æquale recipiatis, sed etiam mutuare, nullam habentes spẽ repetendi id, quod mutuastis, si videatis proximum necessitatem habere? Si igitur peccatores contenti sunt accipiẽtes id, quod dederunt, nec aliquid vltra petunt, aliquid amplius vos debetis facere, vt eos superetis. *Verũtamẽ diligite inimicos vestros & benefacite eis.* Tanquã doctus & prudens magister Christus Redẽptor noster iterũ inimicorũ amorem cõmendat. Vt magister qui lectionem vtilem & necessariam legit, ne memoria discipulis excidat, iterũ eã relegit. In quo quidem aperte cõspicies quã necessariũ est, inimicum diligere, si in salutis portũ appellere cupis, quãdoquidem dñs, nõ semel sed iterum, atq; iterũ vt inimicos diligas, cõmẽdat, & tanquã vtilissimã doctrinã iterũ eam repetit. Certos igitur vos facio, quod nõ fœnerabitis, nec malũ facietis vobis mala facientibus, si inimicos dilexeritis. Bonũ omnibus impendetis, si omnes amore fueritis prosequuti. Nã si amor in cordibus vestris habitauerit, ipse vos docebit, quid facere debeatis. Ideo dixit. Verumtamẽ ac si diceret. Hoc seruetur exactè, hoc indubitate fiat vt amor sit proximi talis & tãtus, vt etiam ad ipsos inimicos extendatur. De hac dilectione, & de operibus inimicis impẽdentis iam dixim⁹. Ideo nũc ad alia gradũ properemus. Igitur ignis abscõdi nõ potest, & amor si verus sit, ipsis operibus ostendi debet. Atque ita si amore ardes, fieri nequit, vt proximo nõ subuenias, si illũ videris in necessitate cõstitutũ. Si igitur amor præcepit, vt indigẽti proximo, ex substantia tua tribuas, quí fieri poterit, vt suã rapias? Vnde Christus postquã proximorũ dilectionẽ cõmendauit, & charitatẽ quã erga illos exercere debemus, præcipit ne sua rapiamus, sed q̃ illi mutuem⁹, nec aliquid vltra mutuũ repetamus. Et ideo subdidit. *Et mutuũ date, nihil inde sperãtes.* Si proximũ diligis, bonũ illi facito, mutuũ dãdo, & ne malum facias vltra id, quod dedisti accipiendo. In quibus verbis aliquid est consilij, & aliquid præcepti. Cõsiliũ enim est, vt des mutuũ, nam extra casum necessitatis extremæ nõ teneris tua dare proximo. Verũ si iam mutuum dedisti, præceptum Domini est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, vt nihil vltra id, quod dedisti, accipias. Maxima quippe iniquitas est, accipere vsuram propter id, quod mutuasti. ¶ Primò quia vsurarius vendit tempus, quod dominus tam diuitibus, quam pauperibus voluit esse commune, sine vlla personarum acceptione. Nõ enim potest esse nisi vnicũ tempus simul & semel, & quia vsurarius vẽdit pauperi tempus, quod omnibus est commune, meritò temporis indigentia punitur vsu-
Psalm. 54. rarius (vt inquit Dauid.) Viri impij non dimidiabunt dies suos. Et licet iste diu viuat, curis sæculi, in morte occupatus, tẽporis indigentia punitur, non habens locum pœni-
Eccles. 29. tentiæ. De eo nanq; Ecclesiasticus dicit. In tempore redditionis postulabit tempus.

¶ Secundò cũ commodare sit, pecuniam ad eius cõmodum dare, vult impius pauperi pecuniam dare, & cõmodum apud se retinere, quod quidẽ omni rationi prorsus aduersatur. Prætereà vsurarius vult, vt ea pariant, quæ nunquã pepererunt, & vt ea generent, quæ nunquam genera-
Num. 21. runt, nam vult vt nũmi sui singulis mẽsibus alios nũmos pariãt, quod quidem contra naturam est. ¶ Obserua autẽ, quòd vsura idem est quod morsus, nam in Hebraica lingua verbum, nasach à quo, nesech, idest vsura, significat mordere, vt patet in libro Numerorum vbi dicitur. Si nasach, idest, si mordeat serpens virum. Dicitur autem vsura morsus, eò quòd mordeat eum, qui mutuò petit ad vsuram. Vsurarius quippe nõ tantum quod suũ est recuperat, sed etiã mordet in proprijs bonis eum, qui mutuò tradit ad vsuram vltra sortẽ accipiendo. Sicut enim canis aut serpẽs, aut quodcũque animal mordens trahit secum id, quod mordet, seu morsum, ita pecunia tradita ad vsuram trahit secum aliam partem minorẽ velut morsum suum ex aliena substantia.
Exo. 22. Quocirca Dñs hanc iniuriam velut sibi illatam grauissime repetet. Vnde in Exodo dicit. Si mutuaueris pecuniam tuam populo meo pauperi. Nõ dicit tuo, sed meo, vt scias vsuram non à paupere, sed à Deo exigi debere. Quemadmodũ enim ab aspide percussus, dulcedine & suauitate delinitus à somno capitur, & in illa soporis suauitate quiescit, donec animã exhalat, quoniam venenũ latens per omnia mẽbra diffunditur, sic qui ad vsuras accipit, pecunia oblectatur, sed vsuræ venenum, per omnes membrorũ facultates discurrit, totũq; hominem captiuũ ære alieno reddit, & qui anteà liber erat, vt se in libertatem asserat, diu noctuq; laborat. Cõsidera igitur ò homo tu, qui Christianus es, qua munificentia Dominum bona tibi omnia largitum esse. Quid obsecro ipse à te petit pro vsu solis & lunæ? Quid pro stellarum splendore & ministerio? Quid denique pro cunctis bonis, quæ tibi natura donauit? Pudeat ergo te ab eo vsuram expectare, qui tibi cũcta gratis & sine vsura largitur. Eum hominem sanctus Dauid dicit stare in monte Domini & in loco sancto eius: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Et Domini etiam præceptum est. Non fœnerabis fratri tuo pecuniã ad vsuram, neq; fruges, &c. Idem habetur in Leuitico, Et in Ezechiele etiam legimus. Vsuram & superabũdantiã non accipietis. Et in Deuteronomio Dñs ait. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, pecuniam, nec fruges, nec quãlibet aliam rem, sed alieno. Dixit alieno, quia terra promissionis erat Iudæorum, nam Deus dedit illã Abrahæ, quam multi ex Gentilibus subtyrannide possidebant, vt erant Iebusæi, Philistæi & reliqui. Et quia isti Gentiles cõtra fas & ius terram Iudæorum possidebant, ipsi verò Iudæi illam armis expugnare nõ valebant cum innumera Gentilium esset multitudo eaq́ue potentissima. Quocirca Dñs præcepit Iudæis, vt ad vsuras pecunias darent Gentilibus illis, vt vel sic recuperarent, quod iustitia & iure suum erat. Vt modo licitum est aliquem se ipsum in rem alienam intromittere, accipiendo id, quod ipsi debetur, si qui ei debet potens est, & iustitiam aduersus illũ non valet obtinere, si modo sine scandalo fiat. At quod Iudæi faciebãt cũ extra terrã promissionis erant, exteris gẽtibus fœnerãtes id vtiq; peccatum erat. Et quod modo Christiani faciũt fœnerãtes, vtique peccãt. Nã id quod Dñs inquit. Dabis alieno, intelligendum est, de his, qui terrã promissionis incolebant: quia hoc non erat alienum rapere, sed quod suum erat redimere. Quòd si aliàs ad vsuras dabant, grauiter peccabãt. Et sic intelligitur illud, alieno. Et quẽadmodum Iudæi optimo iure Ægyptios expoliauerunt, & eorum supellectilia rapuerunt, cum exierunt ab Ægypto, quia cum illis tanquam mancipia seruiuissent, nullam mercedem acceperunt, hoc etiã modo fœnerare poterant Palæstinis, qui cõtra omne ius terram suam vsurpauerant, quam illi dñs dederat, quæ sua erant ita recuperãtes. Et in hoc casu fœnerare licebat, & non in alio.

¶ Aduerte

¶ Aduerte etiam quod hoc quod Christus hîc dicit, & omnes istæ authoritates veteris testamenti intelligendæ sunt, si res, quæ accipitur ex mutuo sit precio æstimabilis. Nã si das mutuò, vt amicitiam alicuius tibi concilies, non es vsurarius. Eodem etiam modo vsura non est si mutuas, vt bona tua ab alio detenta redimas, & recuperes: & etiam vt à vexatione te liberes, quia hîc nullum ex mutuo lucrum acquiritur, sed sola vitatio proprij damni. Ex ijs etiam, quę pretio æstimantur ratione lucri cessantis, vel damni emergentis poteris aliquid accipere ad arbitrium boni viri, aduertens ad id, quod lucraris posses, quia mercator es, & cùm mutuaueris, aliquid amisisti, id ex lucro auferens, quod propter laborem acquirere deberes. Aliàs dare ad vsuram peccatum est, & lege diuina prohibitum, & natura sua iniustum est, quia id venditur, quod proprium est, quod contrariatur iustitiæ. In qua re id aduertendum est, quòd quædam sunt res, quarum vsus est earum consumptio, & non habent vsum distinctum à consumptione, sicut vinum, triticum & aliæ res similes, quę vsu cõsumuntur, quarum rerum cui concedi tur vsus, conceditur etiã res quantum ad suã substãtiam: propter quod in talibus per mutuũ trãsfertur dñium. Aliæ autem res sunt, quarum vsus nõ est dñium, quia distinguitur vnum ab alio sicut equus, domus, & similia. De his potest quis accipere pretiũ vsus, sicut patet in conductione & locatione domus, non autem de alijs, quia proprius vsus pecuniæ est consumptio eius, ideoque illicitum est pro vsu pecuniæ commodatæ accipere pretium. Vnde maxime obseruãdum est in hac materia rerum mutuatarum apud quem remanet dñium rei, quæ mutuatur. Nam si dñium manet apud eũ, qui mutuat, & non apud eum, qui accipit, si id quod mutuatum fuit amittitur, illi amittitur, qui mutuauit, quia res, quæ perditur, dño perditur. Quæ regula memoria non debet excidere. Exempli gratia. Accipit quis mutuatum ab aliquo equum, & simul centum aureos, vt aliquod iter faciat, at verò in itinere contigit, vt latrones furati fuerint equũ & simul nummos sine huius causa. Hic talis tenetur ei, à quo accepit centum aureos restituere non autem equum, quia iactura facta fuit si ne hominis culpa: & res quæ perditur dño perditur, & dñium equi apud eum mansit, qui equũ mutuauit, & non dñium pecunię.

Etiã si aliquãdo contingit mutuare pecuniã ita vt qui mutuat dñium apud se reseruet, vt in contractibus societatis: in quibus qui pecunia agit, nõ aliud habet, quàm vsum eius. In quo casu si pecunia, quæ substãtia est cõmercij amittitur, dño amittitur, qui eã mutuauit, & hac eadem ratione partem poterit obtinere lucri suę pecuniæ. At qui mutuat, & pecuniam suam in cõmercium apponit, vult, vt pecunia sua incolumis maneat, & q ei soluatur, etiam si amittatur, at si lucrũ inde acquireretur, vsura esset. Sed si lucro, vel iacturæ talis pecunia daretur, licitum esset. Hæc materia nimis prolixa est, de qua multi multos & magnos codices scripserunt, de vsuris, de cãbijs, de depositis, quã modo rẽ si ex professo agere vellemus esset in infinitum abire, & à proposito digredi. Sed vtinã Dño Deo placeat, vt in regum & principũ corda inspiret, vt à regnis suis hoc pestiferũ venenum exterminent, vt sunt tot tantaq́; vsuræ, tot latrocinia & furta. Ob quæ maximè mirari soleo, quomodo Deus vniuersum mundum non subuertat, & fulgura & radios mittat, ne horum hominum tanta prauitas & nequitia pios & sanctos Christianos offendat. *Et erit merces vestra multa.* Bene quidem (inquit) multa, quandoquidem Diuus Paulus inquit, quòd nec oculus *1. Cor. 2.* vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Dñs diligentibus se. Dabit æternos illos & cœlestes thesauros eis, qui in hac vita diuitias congregare noluerunt: quiq́ue mutuarunt, nullum lucrum inde sperantes, & pauperibus elecmosynam porrexerunt. Verum hęc verba non tantũ ad immediate dicta de mutuo referenda sunt, sed ad cætera, quæ de dilectione, & bonis operibus proximorum agunt, nam modo ad eos, qui inimicos diligunt, loquitur dicens. *Et eritis filij altissimi.* Per adoptionis, scilicet, gratiam & dilectionis conformitatem, quia Deus inimicis suis multa largitur, quod quidem non facit propter retributionem, sed ex propria bonitate, & charitate, & deniq́ue propter seipsum, cùm ipse sit omne bonum, & vltimus finis noster. Sicut hîc vt suaderet dilectionem dixit, quod erimus filij Dei. Sic & olim propter eandẽ rationẽ dixit. Filij estote dñi Dei vestri. Non *Deut. 14.* vos occidetis, &c. Ex amore & pace, quæ adinuicem inter nos fuerit, cognoscetur cuius filij simus, an dæmonis, qui seminarium est totius discordiæ, & odij, an Christi, qui pacem

pacem fecit,& ex vtraque vnum. O excellentissimam & occultam dignitatem homi
Ephes. 2. nis, qui inimicum suum diligit. Non dicit nos futuros esse seruos Dei, aut amicos, aut aliud simile, sed futuros esse filios sui filij.
Matth. 5. Sicut in Matthæo etiam dixit. Diligite inimicos vestros, vt sitis filij patris vestri, qui in cælis est. Dicit itaque, quòd erunt filij propter vrbanitatem & nutritionem, qua nutriti sunt in hac vita, qui inimicos suos diligunt. Hæc est differentia inter filium regis, & filium pastoris, nam pastoris filius protinùs vt adultus est, mittitur, vt oues, & sues pascat & sine doctrina & eruditione nutritur, nec magistrum habet, qui illum vrbanitatem doceat. At filius regis pædagogo statim prouidetur, qui illũ doceat, moneat & sanctis moribus instruat, quiq; eum corrigat si in aliquo deliquerit. Quid aliud obsecro inimicum esse existimas, nisi quẽdam pædagogum, qui tui curam habet? Nam quemadmodum pædagogus puerum castigat & corrigit, ita tu si inimicum renuis, neque monitorem vis, qui te instruat, doceat, & dirigat. Vnde nec filius perinde vis esse regis gloriæ, sed pastoris, vt quod libuerit facias, siue ad pascendum porcos, siue ad custodiendas oues. Debes igitur pædagogum tibi eligere, si hunc titulum tibi vis, scilicet, filium esse Dei. Respondeas obsecro ad interrogata. Vis ne in gloriã ascẽdere necne? Vtiq; respõdebis, in illã cõscendere cupio. Si igitur in cælum ire desideras, & beatus
Galat. 4. esse cupis, audi Apostolum dicentẽ. Quòd si filij & hæredes, hæredes quidẽ Dei, cohæredes autem Christi. Si hæres esse vis, & filius debes esse, nam in domo patris filij hæredes sunt, qui autem per gratiam & adoptionem non fuerit filius Dei, non ingredietur in cœleste regnum. Si igitur filius Dei esse vis, opus est, vt pædagogũ habeas, qui te reprehendat, moneat, quique nunquam oculos à te auertat, & vt tuæ vitæ caueat, & eis, quæ dicis. Reges nanque & principes pinguem mercedem pædagogis retribuũt, vt solertem curam suorum filiorum habeãt, tibi verò vicinum tuum pædagogum dominus tribuit, nec illi aliquam mercedem tribuis propter curam, quam de te habet. Qui etiam si nihil illi condones ob beneficium in te collatum, saltim gratus illi esto, & illum ama. Summum honorem homines iudicant, in domo regia esse, vel secretarium, vel cubicularium, aut quoduis aliud officium præcipuum. O quantò maior est rex gloriæ, quàm terrenus rex, & quantò maior dignitas est filium esse, quàm seruũ. Merces quidem magna & copiosa est, vt Dominus suos filios nos efficiat, & perinde hæredes gloriæ. ¶ Prætereà filij solent parentes suos referre, vel in loquela, vel in facie, vel oculis, & plerumq; cõtingere solet, vt inter eos aliqua similitudo sit. Ob hanc igitur rationem Christus dicit, quòd si filij sumus, vt ei assimilemur in benignitate, misericordia, & amore proximorum. Ideo sta tim post hęc de similitudine, quam cum parente nostro habere debemus, agit dicens. *Quia ipse benignus est super ingratos & malos.* Si enim ipse altissimus pater benignus est super ingratos & malos, ita vos esse debetis super inimicos, & peccatores, benefacie do ingratis, & impijs. Deus quippè ingratis & sceleratis hominibus bona naturæ & fortunæ copiosè largitur. Ideo per Matthæum dicit, quòd solem suum facit oriri super bonos, & malos, & quòd pluit super iustos & iniustos. In hoc enim imitari debemus Dei misericordiam, qui ingratis bona multa impartitur. Deus enim nemini est debitor. Sic nanq; Esaias affirmat, & beatus Paulus ad Romanos scribens. Quis cognouit sensum Domini, aut quis cõ siliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Ex propria voluntate & liberalitate sua confert hominibus, quibus nihil debet, multa & innumerabilia beneficia tam naturæ quàm gratiæ. Nam qui mali sunt, non sunt digni gratia, antequam illã Dominus impartiatur eis, cùm nemo dignus sit prima gratia, quia nulli mereri contingit nisi per gratiam. Et etiam post datã gratiam non solum non merentur, sed demerentur, quia per gratiam non operantur & perdunt eam illam contemnendo, quæ maxima ingratitudo est, quæ ex diametro pugnat cum beneficio, reddens ipsum hominem indignum vlteriori beneficio. Iam credo, videris quam liberalis est Dominus cum malis, quamque benignus cum ingratis. Quod quidem tu si patrem tuum referre vis, facere teneris. Aspice obsecro facie illam benignam, plenam gratiarum, quæ peccatoribus semper indulgẽtissima est, & quo amore Magdalenam susceperit, Zachęum, & latronem in cruce, & alios multos, quos libet sub silentio præterire. Debes etiam illum loquela referre, vt filij parentes, & vi de,

de, quòd eloquium suum dulcissimum est, vt fuit illud, quo alloquutus fuit infirmum peccatorem. Fili remittuntur tibi peccata tua. Et quod dulcius esse potuit verbum, quàm illud ad latronem dictum, hodie mecum eris in paradiso? Similis etiam illi esse debes in incessu, & quibus vijs ipse incedat, & attende quomodo obuiam exijt filio prodigo, qui omnem paternam substantiam deglutierat in voluptatibus & libidine. Hunc parẽtem imitari debes, quia eius imitatio filium suum te ipsum efficiet. Ita Daniel dixit vni ex illis senibus, qui Susannam accusabant. Semẽ Canaam & non Iuda, quia etiam si Iudæus esset crudelitatem & sæuitiam Cananæorum exercebat. Et Christus Pharisæis dixit. Vos ex patre diabolo estis. Quia opera diaboli faciebant. Sed patrem cęlestem, qui bonus est, super ingratos & malos imitari debes, & ei similis esse, vt sis filius eius in benignitate, & clemẽtia, misericordia & mãsuetudine, quod etiam his, quæ sequuntur suadet. *Estote misericordes sicut pater vester cælestis misericors est.* Non vult, vt eum potentia referamus, quia ob hanc causam à cęlestibus sedibus cecidit Lucifer: nam dixit in corde suo. Ascendam in cælum, & similis ero altissimo. Nec vult vt similes ei simus in sapiẽtia, vt voluit Eua, cui serpẽs dixit. Eritis sicut Dij, scientes bonum & malũ. Vnde cum deluderetur à dæmone in miseram sortẽ deuenit. Nec vult dominus, vt miraculis eum imitemur, nec in creatione, nec in gubernatione mundi. In quo igitur? Vtique in misericordia. Hac quippe placuerunt ei Abraham, Loth, Dauid, & multi sancti patriarchæ & prophetæ. Hanc Dominus (vt inquit scriptura) potiùs vult quã sacrificium, & hac etiam nunc dicit similes nos ei futuros, sicut filij sunt parentibus. Aliquis nanque alicui similis dicitur esse, non pedibus nec manibus, sed facie, quę certior pars hominis est. Ita quod in Deo magis altum & profundum est erga nos, est sua misericordia, iuxta illud Iacobi. Misericordia eius super omnia opera eius. Et etiã dicit. Misericordia eius, super exaltat iudicium. ¶ Obserua autem, vt hæc sanè intelligas nihil in Deo esse maius, aut minus. Deus enim cùm sit infinitus, & summe simplicissimus, quicquid habet oportet, vt sit infinitũ sicut ipse: nam si aliquid contineret in se, quod infinitum, non esset, illud ideo in Deo non esset, sed longe ab eo diuersum. Etsi aliquid in Deo esset, quod Deus non esset, Deus summe simplex non esset. Cùm igitur summè simplex Deus sit, perinde erit, vt quicquid in eo fuerit Deus etiam sit: & per consequens eadem mensura, qua ipse Deus mensurandus erit, Deus autẽ infinitus est, omne ergo, quod in Deo est infinitum erit. Infinita ergo est illius misericordia, infinita illius iustitia, infinitę denique sunt omnes reliquæ virtutes, quas sacra illi tribuit scriptura. Verùm etsi illius misericordiæ & iustitiæ ad illum relatæ infinitæ dicantur, & sint, ad opera tamen relatæ talem suscipiunt magnitudinis rationẽ, quale opus ipsum à misericordia vel iustitia procedens est. Quando ergo Deus sæpe multa peccata dimittit, dicitur nimis misericors, sed quando parum punit dicitur parua eius iustitia. Ideoque maior dicitur misericordia, quàm iustitia, cùm ambæ infinitæ sint, quia vtitur ad extra ipsis operibus magis misericordia parcendo & condonando, quàm puniendo. Videmus enim, quòd quotidie summa patientia tot sceleratos & flagitiosos peccatores suffert, tot idololatras, tot homicidas, & pauci istorum puniũtur, quando verò punit nõ obliuiscitur suæ infinitæ misericordię. Misericordia dni (in quit Dauid) plena est terra: quia in hoc mũdo multos tolerat peccatores. Et etiam sua diuina misericordia in cælo est: iuxta quod idem egregius psaltes alio in loco ait. Domine in cælo misericordia tua. Quia sicut prædestinationis non est dãda causa, sed ex sua bonitate & misericordia ab initio prædestinauit electos, & gratiam primam sine illorum præcedentibus meritis Deus illis dedit, vt mererentur beatitudinem: ideo cælum etiã plenum est sua misericordia sicut terra. In inferno etiam viget eius misericordia, quia damnatos punit citra cõdignum: & (vt Tobias, & Habacuc dicunt,) cùm irascitur suæ misericordiæ recordatur. Itaque cùm misericordia eius tanquam Dei facies, sit super omnia opera eius, & nobiscũ exerceat illam: quia qui assimilatur alicui in facie, similem dicimus, vult dominus, vt misericordes simus, vt ei assimilemur. Vbi cõtẽplari debes excellentiã misericordię, quę homines similes Deo facit, & illa re similes, quæ glorioſior & diuinior in ipso est. Nam certum quòd maior perfectio, quam reperiri potest in creatura est, similẽ esse Deo, & quanto magis huius similitudinis obtinue-

Psal. 32. *Psal. 35.* *Tobi. 3.* *Habac. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit tantò perfectior erit. Certum est etiam, quòd vnũ ex his, quæ præcipuè conueniũt Deo est sua misericordia, vt ipsa sacrosancta ecclesia significat in oratione illa, quæ incipit. Deus, cuius proprium est misereri semper & parcere. Hoc dicit propriũ esse Deo: nam quẽadmodum conuenit creaturæ egenam esse & pauperẽ, & perinde ipsi cõpetit, accipere & non dare: ita cùm Deus infinitè sit diues & potens ipsi soli per excellentiam conuenit dare, & nunquam recipere. Vnde ipsi soli proprium est misereri & parcere. ¶ Et non solum hoc Deo proprium est, sed modo nostro intelligendi inter perfectiones quæ respectum habent ad creaturas, quod magis diuinum est in ipso, & magis glorioſum, est misericordia: & propter quam ipse desiderat potiùs cognosci & laudari. Et in visione illa magnifica, in qua Moses vidit gloriam Domini transire (vbi creditur vidisse propriam Dei essentiam & pulchritudinem, in qua etiam multas, & admirabiles perfectiones credẽdum est vidisse) hæc misericordia diuina fuit, quam ipse Moses magnis vocibus exclamauit dicens. Dominator domine Deus misericors & patiens, & multæ miserationis. Exo. 34

Hæ fuerunt voces & testimonia, quæ sanctus propheta protulit de Deo post illã diuinam & glorioſam visionem, quæ omnia laudes, & encomia fuerunt suæ diuinæ misericordiæ. Si igitur Deus de hac virtute tantum gloriatur, cumq; tam grandis gloria sit hominem Deo assimilari: excellentissimã iudicare debemus hanc virtutem, quando hominem simillimum Deo efficit. Vt igitur grãdi honore Deus nos afficiat, vtque in hanc tantam dignitatem nos constituat, vult vt benigni & misericordes simus. Et ad hoc faciendum nos magnifico præmio inuitat, vt misericordes simus. ¶ Si igitur tu similis Deo fueris, aliquæ excellẽtiæ tibi subsequentur. Prima esto, quia si omne animal diligit sibi simile, si misericors similis est Deo: manifestũ est q̃ à dño magis diligetur. Nam cum dñs infinitè misericors sit omnes eos diligere debet, quos inuenerit misericordia indutos tanquam legitimos filios, qui ei assimilãtur. Quid obsecro in mũdo esse potest tanta æstimatione dignum? Si tanti æstimantur homines cùm regum & principũ familiares & amici sunt, quo pretio æstimari debet ea virtus, quæ nos Deo coniũgit, & illi similes facit? ¶ Deinde aliã excellentiam nobis comparamus, scilet, vt omnes misericordes ad misericordiam diuinam ius habeãt, quia proximis suis vsi sunt misericordia. Eam nanque sententiã dominus tulit. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiã consequentur. Et sanctus Tobias. Ex substãtia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciẽ tuã ab vllo paupere. Ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies dñi. Et in ecclesiasticoetiãhabetur. Esto misericors pupillis vt pater, & pro viro matri illorum & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quàm mater. Et in Prouerbijs etiam dicitur. Anima quæ benefacit, impinguabitur, & qui inebriat, ipse quoq; inebriabitur. Et enim seruus ille malus (vt in parabola illa euãgelica dicitur) non in Deo inuenit misericordiã, imò aspere & durè punitus fuit, quia iudiciũ fiet sine misericordia ei, qui nõ fecerit misericordiã. E contra verò vir misericors cõsequetur misericordiam. Si igitur vis, vt Deus tui miseratur, misericors esto. Vis ne Dominus rationem tuæ vitæ exigat iustitia, an misericordia? Sanctus ille Dauid cùm adeò integer esset, sceleriscq; purus dominum orabat dicens. Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Tu autem farcina peccatorum oppressus, negotia tua agere vis cum Deo ipsa iustitia? Tunc scias oportet, te velle, vt dominus rigore iustitiæ tecum agat, quando nõ fueris cum proximo misericordia vsus. Præsentaneũ tibi remedium erit ad sacram anchoram misericordię cõfugere, si in portum salutis vis appellere: vt prudenter & sapienter sanctissimus Dauid faciebat, qui diuinam misericordiam implorans dicebat. Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinẽ miserationum tuarum dele iniquitatem meã. At sanctus hic rex misericordiam impetrauit, quia ipse cum proximis vsus fuerat misericordia. Nã cùm posset inimicum suum Saulem interficere, misericordiæ locũ dedit, illi parcens. Vnde & meritò propheta sanctus Esaias de eo canit. Misericordias Dauid fidelis. Sic igitur misericordia eius superexaltat iudicium: & ex vna aula iudicij potest quis in aliã superiorem aulã appellare: ita etiam tu ex diuina iustitia ad diuinam misericordiam appella, & hanc tuorum flagitiorum remedium debes accipere. At si cupis misericordiam in Deo inuenire opus est, vt pauperes, & inopes in te etiam pietatem & benignitatem inueniant: nam si contrafeceris, nec tu in Deo hanc misericordiam reperies. Quòd si mihi non credis, Sapientis dictis acquiesce, qui dicit. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. At cum misericors de promptus est Dominus, vt misericordia sua vtatur: ita adeò vt captiuum se asserat dominus eius, qui misericors est, vt duobus scripturæ sacræ locis optimè cõprobari potest. Alter locus isque egregius in Prouerbijs habetur, vbi dicitur. Fœneratur domino, qui miseretur pauperis. Alter verò ipsius etiam Salomonis est dicentis. Qui accipit mutuum seruus est fœnerantis. Vnde sequitur captiuum Dominum manere eius, qui cum paupere misericordia vtitur, quia iste talis pecunias fœnerauit domino. Quid igitur obsecro maiori pretio erit æstimandum (si ita loqui fas est) quàm Deum captiuum habere, & quasi quibusdam pietatis & misericordiæ compedibus ipsum deuinctum habere? Et quid desiderabilius in hac vita esse potest, quàm claues viscerum pietatis domini in manibus habere, vt nobiscum sua benignitate vtatur? *Nolite iudicare, & non iudicabimini.* Cùm iam misericordiam nobis superius commendauerit: nunc ostendit in quo consistat misericordia, quã erga proximos exercere debemus: nempè si eos non iudicauerimus. Charitas quippè & misericordia vetant: ne quid mali de proximis suspicemur, neuè fratres nostros temerè iudicemus. Imò potiùs semper omnia potiori parti tribuamus, & (si opus fuerit) multitudinem peccatorum operiamus, quod officium charitatis est. ¶ Aduerte autem, quod hîc non agitur de illo iudicio, quod ad iudicem vel prætorem spectat: sed de iudicio nostro agitur, quo aliquid mali de proximis suspicamur ex aliquibus signis, illos temere iudicãtes esse peccatores. Quod munus erat phariſæorum & scribarum, qui sibi grauissima ignoscentes peccata, iudices agebant, erga fratres suos inclementissimos, calumniantes quæ recta erãt, sinistrè interpretantes dubia, & exaggerantes, quæ leuia erant. Denique si quem videbant in aliquod grauius crimen prolapsum potiùs de hoc crimine agebant, vt delinquẽtem perderent, quàm vt sanarent. Vnde iustitiæ obseruatissimos se prædicari faciebant, eò quòd maximo supercilio in lapsus alienos sæuirent: cùm id facerent non amore proximorum, quos extinctos potiùs volebant, quàm correctos, nec odio vitiorũ, cùm ipsi suis vitijs longè grauioribus indulgerent. ¶ Verùm aliqua hic obseruanda veniunt. Primò quòd si signa sunt euidentia bene possum aliquem iudicare: nam si videro aliquem blasphemantẽ iudicare possum, q̃ ille blasphemus sit, quia proximi malum est manifestum. Et etiam ex maximis coniecturis etiam tu poteris iudicium ferre, vt si videris suspectum cum suspecta, & in loco satis apto ad malum. Vnde per hanc suspicionem violentam iudicauit Salomon quando dixit. Date huic infantem vivum, hæc enim est mater eius. Sed ex leuibus signis non poteris in sinistram partẽ iudicare. Causæ nanque, vel signa leuia in triplici differentia possunt esse. Primò quãdo ex leuibus signis inasi, incipit quis dubitare de bonitate proximi, quod quidem veniale peccatum est, & prouenit ex humana infirmitate & imbecillitate: & hæc vocatur suspicio, nam iudicium dicit definitionem, quam ipse iudicans putat se habere. Hęc tamen non est definitio, sed dubitatio, an malus sit ille, qui pri⁹ credebatur bonus. Secundò ex leuibus signis mali firmiter solet quis tenere, quòd proximus malus sit, & hoc mortale est, quãdo iudicauerit aliquod mortale esse, & veniale si iudicauerit aliquid veniale. Quod proprie vocatur iudicium, quia iudiciũ importat certum, & est contra charitatẽ, quia malum credit de proximo, quod nõ patet, nec manifestum est: nam quilibet præsumi debet bonus, nisi cõtrarium clarum sit. Tertiò quando quis ex leuibus causis nõ solum credit proximum esse malum, sed etiam egreditur ad punitionem eius, quod non solum est contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, & grauiùs peccat. Dubia enim semper interpretãda sunt in meliorem partem. In quod plerunque crimen multi homines grauissimè delinquere solent, vt ex leuibus signis opus proximi semper in sinistrã partem retorqueant: & exteriora tantum videtes, penetralia cordis iudicẽt. Ea enim quæ bono, vel iniquo animo fieri possunt, semper animo recto facta putari debent: & charitate excusare potiùs quàm in deteriorem imputare partem. Sed ad id obsecro attendas, quod Paulus aduersus hos peccatores dicit. 3. Reg. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Roma. 2. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? In quo enim alium iudicas, teipsum condemnas. Ea enim hominum tam est deprauata consuetudo, vt omnes faciles sint ad iudicã dum temerariè de proximis. Et pauci quidem sunt ab hoc vitio alieni: sic adeò homi num creuit malitia. Maxima est copia medicorum, & omnes volunt aliorũ infirmita tes curare, & infirmis remedio prouideri.

Leui. 13. Præcipiebat Dñs in Leutico, vt septẽ diebus leprosus clauderetur. Nõ permisit De⁹ sacerdotem facilè de lepra iudicare, sed suspendi voluit iudicium septem dierum spa tio. Igitur si Dominus non permisit ita faci lè de lepra, quæ oculis cernebatur, iudicari, quomodo permittet te de cordis proximi tui malitia statim sententiam ferre? In primo volumine regum dicitur, quòd Bethsamitæ cùm arcam Domini nimis curiosè in- *1. Reg. 6.*
tuerentur, de illis percussit dominus septua ginta viros, & quinquaginta millia de plebe. Quantò obsecro secretius est ipsum homi nis cor, quàm illa arca? Quanto maior te meritas penetralia cordis hominis iudicare, quàm secretiora loca arcæ illius? Maximè igitur tu, qui hunc pessimum morẽ habes, vt semper alienam vitam inquiras, timere debes ne in te dominus mittat similem pu nitionem & maiorem, quàm Bethsamitis dedit ob insanam suam audaciam. Fieri nõ poterit, quin in manus diuinæ iræ incidas, quandoquidem tam audax es, vt officium *2. Reg. 16.*
Dei fureris. Homo quippè videt quæ foris sunt, Deus autem intuetur cor. Si igitur so lus Dominus corda hominum videt, quid est quod officium domini vsurpare vis, qui hominũ intentiones nouit, & iudicat? At Dñs honorem suum recuperabit: & in te grauius, quàm tu cogitas, animaduertet.

¶ Obserua autem, quòd hæc iudicia teme raria ex triplici radice oriri solent: primò quia aliquis malus est, & ideo credit, alios ei esse similes: nam homo nõ potest melius de alio, quàm de seipso sentire: hoc enim omnis affectus habet, vt in quo homo insa nit, cogitet & alios omnes insanire. Vnde in *Eccle. 10.*
Ecclesiaste habetur. In via stultus ambulãs cùm ipse sit insipiens, cæteros putat insa nire. Quodquidem non alio, quàm ipso ex perimento cognouimus. Nam cùm auarus semper assuescat emendo & vendendo pro ximos suos fallere, alios omnes idem facere existimat. Luxurioſi etiam & carnis volu ptatibus dediti, facilè etiam credunt & iudi cant viros religiosos idem facere: cùm ipsi nõ possint seipsos frænare. Sic Vagao cubi cularius Holofernis qui Gentilis erat & car nalis facilè iudicauit Holofernem cum Iu dith dormire: cùm longè aliter esset. Qui iniquus est, semper malitiã cogitat, & vbi peccatum non est, peccatum imaginatur: & vbi pax & tranquillitas conscientiæ est, semper mala multa ibi esse existimat. Vn de sanctissimus Iob dicebat. Cùm pax sit, ille semper suspicatur insidias. Bonis autẽ multò aliter cõtingit iudicare: nam cùm rec ti sint, simpliciter ambulant, & cùm omni bus loquantur veritatem, ita de alijs iudi cant. Iosue & populus Dei, quia boni erãt crediderunt facilè Gabaonitis dicentibus, quòd de longinquo venerant: nec iudica rũt Gabaonitas cum dolo ad eos accessisse. Sancti etiam quia ipsis amica est veritas, ne minem putant mentiri, & fallere quid sit, ig norant. Vnde Salomon in Prouerbijs. In nocens credit omni verbo. Est enim Chri stianæ mansuetudinis & pietatis proxima dicta factaque simul quoquo animo fiant semper in meliorem partem interpretari. Nam syncerus animus semper propensior est ad bonũ opinandum quàm ad suspican dum malum, nisi ipsa res aliter manifestet in dicauerit. Sed scelerati, quia impietate ple ni sunt facilè alios ex quacunque leui causa siniſtrè iudicant: & aliquando etiam ex le uissima, aut prorsus nulla causa credentes tales alios esse quales ipsi sunt. ¶ Secundò etiã hæc temeraria iudicia resiliunt ex odio & mala voluntate: nam solum ob hoc quis alium odit, vel inuidet ei, vel etiam ex leuissimis signis malè de illo iudicabit, quia vnicuique facilè persuadetur id, quod de siderat. Sic Pharisæi, qui Christum inimi co prosequebantur odio facilè credebant il lum non esse prophetam: sicut ille Simon pharisæus interius cogitabat, quia permit tebat se tãgi à muliere illa peccatrice. Et cæcus à natiuitate id testificaretur, non illi acquiescentes parẽtes eius de veritate inter rogauerũt. Isti nanq; qui proximos odio proni sunt ad malè iudicandum de illis. ¶ Tertiò hæc temeraria iudicia resultant ex longa experientia, scilicet, quando quis diu expertus est aliquos homines mala pa rari, illorum malitiam ex facillimis signis comprehendit, Ideo senes plerunque fa cilent esse, qui de alijs suspicantur, quia ex perti sunt aliorum defectus: iuuenes autem

quia pauca viderunt non suspicantur ma lum, sed omnia in bonam partem conij ciunt. ¶ Postremò obseruandum, quod Christus hic dicit, quòd qui malè non iu dicat, non iudicabitur, scilicet à Deo. Hoc intelligi puto, illum non iudicandum esse de hoc peccato iudicij temerarij: nam de alijs sine dubio iudicabitur. Nam quamis aliquis non iudicet alios, nec aliquid mali cõmiserit circa hanc Christi prohibitio nem: si alias sit vsurarius, fornicator, vel aliud flagitium commiserit, iudicium vti que domini experietur, & dãnabitur pro pter huiusmodi scelera. Itaq; illa verba, nõ iudicabimini, de peccato iudicij temera rij intelligenda veniunt: si alios nõ iudica ueritis, sicut nec vir castus iudicabitur de peccato luxuriæ, quod non commisit. *Nolite condemnare, & non condemnabimini.* Quæ verba consequentia sunt ad superiorẽ do ctrinam: nam condemnatio iudicium se quitur. Nam quemadmodum inordinatũ iudicium prohibetur, ita non quæuis alio rum condemnatio, sed iniusta interdici tur. Ideo præceptum hoc sicut superius in telligendum esse puto, scilicet, quòd non condemnabitur propter peccatum condẽ nationis iniustæ sui proximi, quamuis pro alijs damnabitur: etiam si ab hoc immunis sit. Noli igitur aliquem condemnare: nam sæpe humanum fallitur iudicium, cũ inson tem aliquando damnamus: qui quamuis hodie malus sit, crastina die erit bonus. In Ecclesiastico enim dicitur, facile est in oculis domini subitò honestare pauperẽ. Et rursus. A mane vsque ad vesperam im mutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis dñi. Ex quo loco discere opor tet, vt neminem contemnas, quamuis ini quus ille sit: quia finem eius non nosti: nã si hodie prauus est, forsitan cras rectus exi stet. Nam fieri potest, vt quos hodie errare vides, Deus sua præscientia prædestinatos habeat, vt in numero collocentur sanctoꝝ rum. Tempus venturum nosti, nec quid dominus de alijs facturus sit? Quod tu re cte nosti, id est, quàm grauis & iniquus pec cator sis, & dignus, vt ab omnibus despicia ris, & tormẽtis æternis crucieris. Quocirca teipsum dãna, & non alios, quãdoquidem nescis quid faciet de illis dominus. Cũque non Deus sis, qui omnia nouit, semper in meliorẽ partem, quæ videris, iudica, nec aliquem condemnemus. Quòd si aliorum opus nõ potueris excusare, intentionẽ tamen excuses quæ recta esse potuit: vel dic ignorantia eum peccasse. At si denique fra tem tuũ nulla ratione potueris à peccato excusare, credere debes illum grauissimæ dæmone fuisse tentatum: quodque si tu tã graui tentatione fuisses expugnatus, forsi tan deterior & iniquior esses. Gratias igi tur domino agito, qui similem tentationẽ non tibi apposuit, & pro fratre tuo, qui ce cidit, ora. Et A posteà dictũ semper mente *1. Cor. 10.*
neris dicentis. Qui stat, videat ne cadat. Nã si elatus superbia seuerissimus iudex aduer sus fratrem tuum extiteris illum damnando: permittet Deus, vt in illud peccatũ in cidas, de quo alium condemnas, vt vel sic dominus tuam insaniam puniat. Vt beato *Matth. 26.*
Petro contigit, qui cùm plus quàm de cæ teris de se præsumeret dominum negauit. *Dimittite & dimittemini.* Priori fundamẽto de misericordia innititur, quæ etiã cõsistit in remittendo: ideo ait. Dimittite & dimit temini. Hoc est, Dimittite iniurias vobis il latas, & dimittetur vobis peccatum à Deo; quem mille flagitijs semper offendistis. Hinc dominus apud Matthæum dicit, *Matt. 11.*
Cùm stabitis ad orandũ, dimittite, si quid habetis aduersus aliquẽ, vt pater vester, qui in cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. Ideo orare nos docuit. Dimitte nobis debi *Matth. 6.*
ta nostra: sicut nos dimittimus debitori bus nostris. Et Paulus etiã ad Colossenses *Colo. 3.*
scribẽs inquit. Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiæ, benignitatẽ, humili tatem, modestiam, patientiam, supportãtes inuicem & donantes vobis, &c. Sed sunt multi, qui aliam legem sibi velint, aliã verò alijs. Volunt nanque vt aliorum pecca ta grauissimè puniantur, & vt sua pro pria, in quæ quotidie delinquunt domi nus dissimulet. Contra quos Ecclesiasticus *Eccle. 28.*
inquit. Homo homini seruat iram, & à Deo quærit medelam. In hominem sibi si milẽ non habet misericordiam, & pro pec catis suis deprecatur. In quo loco maximè aduertere debes, quomodo Deus in manibus tuis suam posuerit misericordiam. Nã si vis, vt dominus tecũ sua misericordia vta tur, vtaris tu etiam benignitate & pietate cũ proximo tuo: vt Ecclesiasticus consulit *Eccle. 3.*
dicens. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi soluentur peccata tua. Quid est obsecro de quo conquereris? Nonne tu dominũ offendisti? quid miraris

si proximi tui te etiam offenderint? Etenim is qui Deum offensum habet, non ægre debet ferre, quòd ab aliquo noceatur: quando quidem cùm aduersus Deum deliquimus digni sumus, vt vniuersus mundus aduersus nos insurgat pro honore domini clamans. De quo igitur conquereris cùm aduersus Deum peccaueris? Nullam ratione habes querimoniæ, quod homines aduersus te insurgant, quandoquidem tu toties contra dominum caput leuasti. Parce igitur illis, vt dominus veniam tibi condonet. Tertio misericordia consistit in dando. Ideo ait. *Date & dabitur vobis.* Date pauperibus bona temporalia, & dabit vobis dñs pro illis æterna. Nam planè, quibus suffragijs possunt terram adiuuant: nam virtutem præbent gemmandi, & creandi, & illum illuminant, & vberem reddunt. Sic ciuitates, magnates & principes debent communicare inferioribus & pauperibus sua bona, illos alendo, pascendo, & auxilium illis præstando. Dato igitur, vt dominus reddat tibi. Nam in Prouerbijs de illa forti muliere dicitur. Manus eius aperuit inopi, & palmas eius extendit ad pauperem. Cùm pauperi aliquid largiris temporale numisma pro æterno cõmutas: nam melius & pretiosius numisma tibi reddet dominus in cælo, quàm id, quod tu in terra pauperibus tribuis. ¶ Præterea quãdo putatur arbor magis ramos suos extendit, & abundantiores fructus producit: ità etiã tu opus habes, vt superflui rami amputentur, & quòd pauperibus tribuas id, quod nõ necessum est tibi, vt vel ita augearis in meritis & in minis. rio domini. Nunquam necessarium ei deficiet, qui semper recordabitur pauperum: vt contigit illi mulieri quæ hospitata fuit Heliam, cui farina, nec oleum defuit. Pauperem dominus fecit, vt medicina esset diuiti: vnde semper pauper infirmitatibus & vlceribus diuitis medetur. Quocirca quando diues non pauperem diligit, nec ei subuenire vult, inimicus propriæ salutis est: quando suæ ægritudini non vult medicamentum adhiberi. ¶ Insuper etiam obseruabis, quòd id, quod Christus de largitione hîc dicit, non solũ intelligendum est, de generali omnium rerum liberalitate, sed præcipuè de eo opere, quod in pauperes confertur. Plurimos namque homines in mundo reperies qui liberales sunt, vel vt melius loquar suarum rerum incauti cõsumptores, qui semper indigentia laborant, quia substantiã suam in vanitatibus & delicijs consumunt: & cum paratis benignè agunt, mando semper deferunt res. Respõdeas obsecrõ, an ne liberales arbores iudicas, quibus ventus fructus rapit? An ne magnificũ & liberalem eum hominẽ appellabis, cui ventus pileũ capitis leuat, aut pallium surripit? Ita nimirum ij liberales nõ sunt, quibus vanitatis ventus, rem suam rapit, vt alijs tribuant. Qui quidem homines hoc liberalitatis nomine non appellandi veniunt, neque communis aliquid cum liberalitatis virtute habent, neque id, quod hîc Christus iubet adimplent. Quocirca pauperi, & inopi semper tribuendum est. Quod si ab hominib⁹ laudari desideras, meliùs hoc obtinebis, si pauperibus liberalem te ostenderis: quàm si phaleratis equis & petibus studeas. Melius quidem homines qui ora habet & linguas, tua encomia & laudes prædicabũt, quàm ipsi parietes, & equi qui loquela destituti sunt. Quod igitur consumis in cooperiendis parietibus domus tuæ quare obsecrõ non id cõsumis in operiendis Christi pauperibus? Plus laudis tibi conferent hi, quàm parietes. Liberalis esto cum indigentibus & egenis: tũcque gratus Deo existes, & iucundus hominibus. Qui liberalis est, nunquam orbatus est amicis: nam qui omnibus largitur, etiam si multi ingrati sint, nunquam carebit amicis. Contra vero auarus omnibus odio habetur, nã à pauperibus maledicitur, & domestici eius mortem illi deprecantur, & si aliquod aliud vitium habet, statim ab omnibus manifestatur. Omnes liberalem tegũt, nec deest, qui pro honore suo pugnet, & murmuratorem eius reprehendat. Multa beneficia accipit, qui impẽdere scit. Valde nobilis conditio est liberalis: vnde beatus iudicari debet in terra, iuxta illud, quod Paulus in Actis ait. Oportet reminisci verbi Domini Iesu, quia beatius est dare, quam accipere. Tanto melius est dare, quàm accipere, quanto melius diligere, quàm diligi: nam amare in prædicamento actionis est, & amari nec actionem nec meritum dicit: quandoquidẽ amare solemus eos, qui amore non sunt digni. Deus omnibus dat, & à nemine accipit, vnde qui tribuit similior Deo est. Sol inter omnes planetas primatum obtinet, quia omnes stellæ ab ipso splendorem mẽdicant. Esto amicus Dei, quia ita liberalis eris, pius & iustus: nã quanto auarus omnibus

Prouer. 31.

3. Reg. 17.

oculis vilis est & detestabilis, tantò ex diametro liberalis nobilis est & generosus. Diuitiæ ancillæ sunt virorum sapientum, & dominæ insanorum, & insipientium. Etiam si prodigalitas vitium sit, deterius tamen est auaritia: nam auarus nemini bonus est, & prodigus, etiam si sibi malus sit, tamen multis prodest, & honorem sibi cõparat, & dominus est illorum, quibus aliquid donat, iuxta illud sapientis. Victoriam & honorem acquirit, qui dat munera. Verum quanuis lis rationibus & Christi exemplo, multa oportet, vt proximis beneficia impendamus: nihilominus, vt ad charitatis opera prouocemur, mercedem in medium proponit, vt nos alliciat, si tamen tantæ perfectionis non sumus, vt solo Christi amore id agere cnitamur. Ideo ait. *Mensuram bonam & confertam, & coagitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Mensuram quippè bonam: idest iustã retribuet, quia erit secundum exigentiam meritorum, iuxta illud psalmi. Reddes vnicuiq; secundũ opera sua. Confertã, quia supra condignũ erit, sicut Paulus ait. Non sunt condignæ passiones huius sæculi ad futuram. &c. Coagitatam, id est, supra id, quod desiderari potest: secundum illud Apostoli. Ei autem qui potens est omnia facere superabundanter quàm petimus. Superfluẽtem, id est supra id, quod humana cogitatio attingere valet, sicut Esaias comprobat, Oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti diligentibus te. A quo diuinus Paulus & illud accipit. Nec oculus vidit, nec auris audiuit. &c. Hoc autem verborum circunloquio, & his ambagibus dominus vult exprimere, quàm maxima illa retributio erit: quæ quidem humanum intellectum longo interuallo superat. Itaque, vt nobis commendet maximum illud præmium & vberem retributionem, quam dominus reddet eis, qui fuerint in pauperes misericordes illa verborum ambage vtitur. Ideo in Prouerbijs dicitur. De primitijs frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua satietate. ¶ Obserua autem, quòd quanuis hæc mensura tribuatur ab vno Deo, tamen numero plurali Christus vtitur, dabunt, (inquam) pauperes, quibus opera pietatis impendiris: quia ipsis interuenientibus datur hæc merces. Sic Cornelio dictũ est. Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderũt. &c. Præterea in sinũ dicit vestrũ. In sinũ, (inquã) non tunicæ sed animæ. Sinus vtique intellectus noster est, qui replebitur gloria visionis apertæ: & affectus qui implebitur lętitia dilectionis perfectæ. Iusta enim futura est retributio. Nam qui in sinũ pauperis abscõdit eleemosynã: iustũ est quod Deus in sinum suũ eleemosynam suã abscondat: vt Ecclesiasticus ait. Cõclude eleemosynã in sinu pauperis, & ipsa pro te exorabit ab omni malo. Rursus obseruandũ, quòd quadruplex bonum donatur à Deo propter pietatis opera. Bona scilicet fortunæ, quæ sunt diuitiæ, ideo ait mensuram bonã: alia sunt bona naturæ, ad quę refertur mensura cõferta: tertia bona sunt gratiæ, ad quæ mẽsura coagitata refertur: vltima sunt bona gloriæ, ad quę spectat mensura superfluẽs: *Eadem quippe mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis.* Hoc referri potest ad id, quod antea dixerat de malo proximis non impendendo, id est, nolite iudicare, nolite condẽnare. Et referri etiam potest ad id, quod proximè dixerat de largitione, scilicet, date & dabitur vobis. Itaque sensus verborũ est. Si iudicaueritis, iudicabimini, si condemnaueritis condemnabimini: & si dederitis, dabitur vobis. Et eodem modo si parum mali impenderitis, parum vobis impẽdetur: & si multum, vobis etiam multum fiet. Et ita si parum dederitis, parum vobis dabitur: & si multa bona impenderitis, copiosam mercedem accipietis. Quemadmodum cum alijs egeritis, sic vobiscum agetur, & qua mensura mensi fueritis, & vos mensurabimini. Et denique vt vultis vobiscum fieri, ita cum proximis facite. Nã iudicium (Iacobus inquit) fiet sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiã. Si proximo tuo iniuriam intuleris, si eũ iudicaueris, si condemnaueris, si denegaueris ei auxilium & consilium: tua ipsa malitia reuertetur in sinũ tuũ, vt ob eandẽ causam malũ tibi ascisceas, ob quam alteri malũ moliębaris. Sic impius Achab & Iezabel interficiẽtes Naboth iuxta mensuram delicti puniti sunt: nam iuxta verbum Heliæ in eodẽ loco, in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, linxerunt etiã sanguinẽ Achab. Fratres etiã Ioseph magnis tribulationibus fuerunt in Ægypto oppressi, quia fratrem suum Ioseph non audierunt. Vnde dixerunt. Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, & non audiui-

Ecclesi. 29.

Iaco. 2.

3. Reg. 22.

Gen. 44.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus vocem eius, dum deprecaretur nobis.
Exo.1. Eodem etiam modo quia Pharao rex Ægy
pti suffocabat in aquis filios Israel, eadem
pœna, & ipse punitus est, quia suffocatus
Exo.14. fuit, & ipse in mari Rubro cum illis, qui
Iudi.1. ei consenserunt. In libro Iudicum etiam le
gimus dixisse Adonisedech. Septuaginta
reges amputatis manuum ac pedum sum-
mitatibus colligebant sub mensa mea cibo
Iudi.19. rum reliquias. Sicut feci, ita reddidit mihi
dominus. Illi etiam de tribu Beniamin, qui
Iudi.20. abstulerunt vxorem Leuitæ, quia ipsi ra-
puerunt alienam, non habuerunt vxores Is
raeliticas, sed alienas ex raptu, quas sibi iun
xerunt, non tamen cõnubij sacramento. Et
merito quidem id illis contigit, vt qui alie-
num contubernium soluerant, ipsi nuptia-
Ioan.8. rum amitterent solennitatem. Simili etiam
modo, quia Pharisæi peccata manifestabãt
illius mulieris adulteræ: ideo dominus pec
cata illorum in terra scribebat. Quapropter
si tu charitatem cum proximo non habes,
& eius manifestas peccata: eodem modo
tua peccata manifestabit Dominus. Vnde
Deute.25. in Deuteronomio dicitur. Pro mẽsura pec
cati erit & plagarum modus. Et in Apo-
Apoc.18. calypsi etiam habetur. Quantum se glorifi-
cauit in delicijs, tantum date illi de tormen
tis. Itaque quale iudicium fecerimus de pro
ximo, tale iudicium faciet Deus de nobis.
In hoc tamen differunt, quia iudicium no-
strum de proximo cùm malum sit, tamen
Dei iudicium de nobis non malum est, sed
iustum. Et erit tantum secundum quantita
tem, quia quantum malum nos intulimus
proximo iniustè iudicando de eo: tantum
malũ pœnæ nobis inferet iustè. Nam iusti-
tia æqualitatem seruat in retribuẽdo. At si
bonum egeris bonum accipies. Secundum
enim proportionem meriti vestri erit gra-
dus præmij, quia præmiũ merito correspõ
det, potiusq; pensatur secundum magnitu-
Matth.12. dinem interioris affectus, quàm operis ex-
Lucæ.21. terioris, sicut illa vidua, quæ duo minuta mi
sit, plus dedit diuitibus. Vnde meritò Do-
Ioan.14. minus dixit. In domo patris mei mãsiones
multę sunt: id est diuersi gradus prẽmij iux
1.Cor.9. ta diuersitatem meritorũ. Et Paulus suis Co
rinthijs dicit. Qui parcè seminat, parcè &
metet: & qui seminat in benedictionibus,
de benedictionibus & metet. Et per Esaiã
Esa.27. Dominus ait. In mensura contra mensu-
ram iudicabo eam. Sicut enim fecerimus,
siue bonum siue malum, sic fiet nobis: &
secundum dignitatem meritorum nobis re-
tribuetur. Expende autẽ, quòd non iniqua
mensura (vt ait Ambrosius) repẽdet Deus,
sed est, acsi dicat. Ipsa iniquitas iudicandi,
& iniqua mensura tibi nocet, & teipsum pu
nit: & sæpe non illum, quem iudicas. Quo
nimirum illum tremendum iudicium nos
admonet, vt sciamus actiones nostras non
ab homine, sed à Deo examinandas. Docet
etiam digno præmio se compensaturum il
la opera, quæ proximis impenderimus, in
vltimo die iudicij. Docet denique tantum
misericordiæ vnicuique fidelium se Domi
nus retribuere debere, quantũ adhuc viuẽs
ipse fidelis in hac vita proximis fuerit im-
partitus. Vnde optimè huic proposito con
cinit Paulus. Vnusquisque secundum suũ
laborem mercedem accipiet. ¶ Obserua
autem, quòd cùm de præmio siue mensu-
ra loqueretur boni, dixit mensuram fu-
turam esse bonam, confertam, coagita-
tam, & superfluentem: sed cùm de mẽsu-
ra mali loquutus esset, non sic dixit, sed
absolutè loquutus inquit. Eadem mensura
qua mensi fueritis remetietur vobis. Ratio
autem quare maior mensura detur bono,
quàm malo illa est, scilicet, quia dare bono
vltra meritum pertinet ad liberalitatem, da
re autem malo vltra demeritum pertinet
ad misericordiam. Deus enim iuxta theo-
logorum sententiam, punit citra condi-
gnum, & præmiat vltra condignum. *Dice-
bat autem illis & similitudinem. Nunquid potest
cæcus cæcum ducere? nõne ambo in foueam cadent?*
Per metaphoram de spirituali cæcitate lo-
quitur, quæ cæcitas multo deterior est cæci
tate corporis, non tantum quia nobilius
subiectum est anima, sed quia maiori cæci-
tate plectuntur. Nam qui cæcitate corpo-
ris laborat cognoscit se cæcum esse: sed cæ-
ci mente seipsos cæcos esse non agnoscunt.
Vnde saluator pharisæis dixit. Si cæci esse-
tis non haberetis peccatum: nunc vero quia
dicitis, videmus, peccatum vestrum manet.
Hæc est misera & deploranda peccatorum
cæcitas, vt non videntes, videre se putent.
De quibus diuinus Paulus inquit. Dicen-
tes se esse sapientes, stulti facti sunt. Sen-
sus itaque huius loci est, qui seipsum neglẽ-
cit, qui sui curam non habet, qui propriam
animam nõ diligit, quomodo alios diliget?
Qui cæcus est, & in tenebris ignorantiæ am
bulat: quomodo alios illuminabit? Qui ig-
norans est & stultus, quomodo alios doce-
re

re potest? Ambo vtique in errorem, vel vi-
tiorum foueam cadent. Ignarus quippe vel
vitijs deditus, non est idoneus regere, aut
per semitas iustitiæ ducere alios ad beatitu
dinem: sed tam ipse, qui ducit, quàm qui du
cuntur, in vitiorum foueam cadent. de qua
in Prouerbijs. Impius cum in profundum
peccatorum venerit, contemnit. Et Esaias
in hũc modum loquutus inquit. Formido,
& fouea & laqueus super te, qui habitator
es terræ. Deinde ruunt in lacum gehennæ,
de quo in Ezechiele dicitur. Dormierunt
cum his, qui descenderunt in lacum. Et di-
uinus vates. Æstimatus sum cum descendẽ
tibus in lacum. ¶ Docet hîc Christus præla
tos sapientia, scientia & sanctitate debere
pollere: nam aliter seipsos, & alios præcipi
tabunt & perdent: cùm suo consilio alios
errare faciant. Ridiculum enim est, vt qui
speculator est, cæcus sit, doctor insciꝰ, prę-
co mutus, & prælatus insipiẽs. Habet enim
se prælatus in populo sicut oculus in corpo
re. Vnde in Hieremia scriptum est. Quia
stultè egerunt pastores, & Dominum non
exquisierunt: propter ea omnis grex eorũ
dissipata est. Modò autem (vt vera loquar)
miserendum est, cum in ecclesia tot videa-
mus prælatos ignaros, tot cæcos sacerdotes,
qui alios cæcos ducunt: sicut sacerdotes filij
Heli, de quibus in libro primo Regum dici
tur, quòd Ophni & Phinees erant filij Be-
lial, nescientes dominum neque officium
sacerdotum: ideoque infœlici & miseranda
morte perierunt. Et in secundo volumine
Regum dicitur, quòd Iebusæi posuerunt
super muros Hierusalem cæcos in despe-
ctum Dauid. Sic multi super muros eccle-
siæ, vt illam defendant & tueãtur prælatos
cæcos constituunt. Quod lamentatur valde
Esaias dicẽs. Speculatores eius cæci omnes,
nescierũt vniuersi. Vides quomodo Esaias
de cæcitate spirituali, quæ ignorantia est
loquitur, quia dixit. Nescierunt vniuersi.
Dolor quidem est, cùm tot videamus igna
ros sacerdotes, qui nec prima grammatices
rudimenta didicerunt: qui vehementer cu-
piunt confessarij esse, & pro rostris prædi-
care. Et sunt alij, qui cùm theologi nõ sint,
episcopatus ambiãt, & in supremas dignita
tes euehi: cum isti miseri nesciant, quòd pro
prium episcopi munus sit docere & erudi-
re. Sic in consecratione episcoporum con-
secrator tradit consecrando librum missa-
lem ad scapulas, dicens. Vade & prædica
ouibus tibi commissis. Sed dicito mihi.
Quomodo sacram scripturam interpretabi
tur qui Theologiam non didicit, & forsitã
nec bibliam legit? Quomodo iurat in con-
secratione, quod calluit vtrunque testamen
tum in vtroque sensu, qui in vita nil aliud
egit, quàm venationi & voluptatibus stu-
dere? Et qui iuri Cæsareo dedit semper ope
ram, Bartolo, Baldo, Felino, & alijs huius
cateruæ doctoribus: quomodo, cum veri-
tate affirmare potest, quòd nouit vtrunque
testamentum in vtroque sensu? Quod si di
cas Canonistas & Iurisconsultos plus nosse
de negotijs publicis, & quomodo agenda
sint: hoc prorsus ridiculum est, eos homi-
nes in prælatos eligere, qui potiùs apti sint
litibus & negotiationibus, quàm docendo
& prædicando. Apostoli, qui prælati & *Acto.6.*
episcopi ecclesiæ erant dixerunt. Non est
æquum nos relinquere verbum Dei, & mi
nistrare mensis. Propterea dixerunt. Con-
siderate fratres, viros ex vobis boni testi-
monij septem plenos Spiritu sancto & sa-
pientia, quos cõstituamus super hoc opus.
Nos vero orationi, & ministerio verbi Dei
instantes erimus. Et sic elegerunt septem
diaconos, qui se exercerent iuxta ea, quæ
ad corpus, & ad causas populi spectarent:
Apostoli autem prædicationi euangelij, &
orationi vacabant. Ita equidem bonum est
& sanctum, vt episcopi vicarios habeant,
& prouisores iuristas, qui canones eccle-
siæ sciant, vt iudiciarias causas ecclesiæ iudi-
cent. At officium episcopi & pastoris est
docere & prædicare populo: ad hoc autem
munus quam aptior & paratior sit theolo-
gus, quàm iurista tuo id arbitrio relinquo.
Etenim officium boni pastoris est oues à
lupis hæreticis defendere: quomodo rogo
aduersus hæreticos disputabit qui theolo-
gus non est? Solus theologus iudicare, &
discernere potest, quæ propositio hæretica
sit, temeraria, erronea, vel scandalum mi-
nans. Solus theologus scire potest, qui con
cionator veram aut falsam doctrinam præ-
dicat. At si hęc iudicare, examinare, & ęqua
lance pensare munus est episcopi: qui hæc
ignorauerit, quo iure in episcopatum ascen
det? Et Apostolis, quorum successores sunt
episcopi, dixit Christus. Ite, & prædicate
euangelium. Non misit illos ad litigandum
sed vt euangelium prædicent: quod mu-
nus est episcoporum, vt ipsimet Apostoli
fatentur. Et in sacrosanctis Concilijs, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad incolumitatem & stabilitatem ecclesiæ pertinent, vbi iurant adfuturos esse presentes omnes episcopi, quid in cõcilio aget qui theologus non fuerit? Aut quod munus ibi exercebit? Vtique ligni elinguis, vel lapidis muti. Qui fieri poterit, vt aduersus hæreses disputet: aut quomodo de sacramentis aget, qui theologus non est? Quòd si responderis, quòd hi episcopi secum ducunt doctos theologos, qui eos illuminent, dirigant & doceant quid dicturi, quidue respõsuri sint, vt nostris temporibus contigit in sacro Tridentino concilio. In hac quidem re non possum me à risu temperare, vt velint episcopi se dignitatem habere, redditus & honorem episcopalem: & vt laborẽ ferant theologi scientia sua onusti, & fame pereuntes. Meliùs quidem hi episcopi facerent, & salubriùs, si episcopatus renunciarent Theologis: quandoquidem agnoscunt magis aptos & benemeritos ad tale munus esse: quod quidem ipsi negare nõ possunt, quandoquidem necessitatis articulo suam scientiam, & literas implorant, & ad theologos tanquam ad sacram anchoram confugiunt. Sed non tantum esset mali si semper has dignitates ascenderent iuris consulti: sed grauius malum est, vt in his dignitatibus constituti sint homines omni prorsus scientia destituti siue theologia, siue iure Pontificio, siue Cæsareo. Vbi per Christi amorem consideres obsecro: si oues tales pastores & custodes habent, quid facient? aut quem finem habebunt? Etenim ea domini sententia firma & stabilis manet. Si cæcus cæcum ducit, ambo in foueam cadent. Sed de his dicta sufficiant. Iam vero audiamus quid vlteriùs diuina sapientia proferat.

Mar.16.
Acto.6.

Non est discipulus supra magistrum. Quia non æqualis sapientiæ est: quod intelligendum venit, quandiu discipulus fuerit. Nam si aliquando contigit discipulos doctiores fieri magistro, hoc non est quatenus discipuli sunt: sed quia iam ingenio suo altiora petierunt, & studendo emendicarunt. Sensus igitur est huius loci. Si tu cæcus es, aliũ ducere non poteris, quia cæcus etiam erit tuus discipulus: nam si magister cæcitate laborat, cùm discipulus non sit supra magistrum, cæcus & ipse discipulus manebit. Et si tu malus fueris alios non poteris bonos facere: quia tuo iniquo exemplo illos destrues. Quòd si forsitan discipulus tuus teipso melior extiterit, non ex tuo magisterio hoc habet, sed ex alio. ¶ Ex hoc loco discas oportet, in omnibus tribulationibus & laboribus patientiam habere, quia non est discipulus supra magistrum. Magister quippè tuus Dominus Iesus Christus cùm nullo esset malo dignus, siquidem peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, omne malum patienter tolerauit ipso dicente. In me transierunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me, & omnes fluctus tuos induxisti super me. Econtra vero nos discipuli eius omni malo digni, nullum malum pati volumus: cùm alij discipuli cupiant suis magistris similes esse, nos volumus dissimiles fieri. *Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius.* Id est, si ei assimiletur per imitationem, aut si per æqualitatem conformis illi fiat. Non tamen absolutè erit perfectus, sed incerto gradu, statu, aut ordine, vtpotè qui perfectus est quãtum ad id, quòd à suo didicit magistro. Quæ verba Christus protulit, vt ostenderet, quòd cæcus non valet cæcum ducere. Id est, prælatus ignarus regere alios non potest: quia prælatus constitutus est magister subditorum suorum. Ideo si ipse prælatus errauerit, ipsi quoque subditi errabũt, nec perfectiores sunt eo, vt regulariter loquamur, quanuis Deus dilectos suos non deserat. Sed diuina & angelica vnctione instruat. Sed sunt multi prælati, qui cùm desides sint in obsequio Dei, profani & malis moribus imbuti, graues & acres iudices se volunt ostendere in puniendis peccatis minimis subditorum: cumque scandalum ex propria vita semper inijciãt, solis verbis emendare volunt, quod malis moribus & operibus destruunt. Ad hos igitur Dominus loquitur dicens. *Quid autem, vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ in oculo tuo est non consideras?* Oculus intentio cordis est, festuca ira subita. Fieri quippè non potest, vt non irascamur aliquando: cùm natura irascibiles simus. Sed coercenda est ira ne limites rationis excedat (vt ait Psalmista.) Irascimini & nolite peccare. Ira quippe inueterata conuertitur in odiũ, & fit tanquam trabs: inter quod & homicidium nihil interest. Qui odit fratrem suũ (inquit Ioannes) homicida est. Et quanuis leuis ira multoties sit peccatum, est tamen paruum respectu odij, sicut festuca respectu trabis. Tantum enim interest inter festucam & trabẽ, quantum inter irã & odiũ.

Psal.34.
Psal.22.

Odium

Odium namque inueterata ira est: fieri autem potest vt homini irascaris, quem veluti corrigi: non autem si eum oderis. Quia ille, qui proximum odit, nullum bonum ei vult, & tamen correctio bonum quoddam est. ¶ Dicitur autem in oculo fratris tui, nõ quidem quòd trabs possit esse in oculo: sed ad significandum periculum, quod sequitur hominem existentem in peccato. Nam si quis festucam vel trabem in pede vel manu, vel in quauis alia parte corporis habeat, non est maius istum periculum, in oculo autem grauissimum est. Ita dicendum est de peccato, si ad eum conferatur, in quo est quod quidem cõscientiam destruit. Secundò vt ostendat, quam longe ineptior sit anima peccatõ mortali detenta, quàm oculus trabe grauissima. Ideoque rectissimè Dominus trabem dixit in oculo esse, vt intelligas minus conuenire peccatum animæ quàm trabs oculo. ¶ Sed valde mirandum est, quòd qui habet trabem videt: & qui nõ habet trabem non videt. Nam qui non habet trabem, hoc est peccatum, & habet charitatem, hic certè aliorum vitam non videt: & qui habet trabem minima proximorum videt, quod quidem mirari non desino. Charitas non cogitat malum, nec de fratre sinistrè suspicatur. Oculi Adã cùm in innocentia & sanctitate viuebat, nuditatem nõ videbant: sed cum deliquissent, nuditatem conspexerunt. Oculi Adam innocentis solum nouerant bonum: delinquentis verò sciunt bonum & malum, & potius malum. Dauid nõ aursus est mittere manum in Saulem Christum domini, sed Philistæos nihil Saul demoratus est: Doeg Idumæus irruit magno impetu in sacerdotes domini: in quos pij Saulis serui noluerunt manus suas extendere. Itaque viri iniqui trabem habentes, oculos, manus, & gladios in Christi seruos conuertunt. ¶ Vbi obseruabis oculum tenerrimam esse rem, & vel leui etiam re grauissimè lædi, ita vt statim lachrymas diffundat: & si festucam habet nunquam quiescit, donec illam foras eijcit. Multò ergo tenerior res est anima, & exiguo peccato offenditur; & coinquinatur; & sic iusti viri anima leues culpas flet, quasi maximæ sint. Flent igitur sancti & in quieti sunt, & dolent, donec etiam minima deleant peccata. Mirum autem est, vt non sentias trabẽ, quæ est in oculo tuo: & credo id nõ ob aliud esse, nisi quia mortua est anima tua. Nã oculus mortuus facile festucas sustinet & trabes. Nõ sic sanctus ille rex agere consueuit, qui dicebat domino. Peccatũ meum contra me est semper. Sic non quieuit sanctus vir, donec illud deleuit ab anima, quod tu etiam opus est vt facias.

Psal.50.

¶ Rursus obseruandũ, quid, quòd Christus dicit, nos minima videre in fratribus nostris, & maxima in nobis non conspici, natura id vt fingere possit. Quia quod in facie tua est, id ego video directis radijs; quod etiã si minimũ sit, satis est vt potentiam meam immutet, vt in cognitionẽ sui veniam. At quod in oculo meo habeo, videre id nõ possum per lineã rectam, sed per reflexum radium, quod velut vmbra directi plurifentat obiectũ à quo exijt remisse. Vnde fieri poterit vt maiores res sint, & illam nõ videamus: vel si eam videamus non ita distinctè, vt si talis res in aliena esset facie, etiam si minor esset. Ita fit, vt proximorum culpam per radios directos videamus, & vt volumus iudicium de illa ferimus, nostra verò delicta per ambages & circunloquia videmus. Ideo insequentibus inquit Dominus. *Aut quomodo potes dicere fratri tuo. Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo, & ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce primo trabem ab oculo tuo: & tunc perspicies vt educas festucam de oculo fratris tui.* Qui pluribus peccatis irretitus est, quomodo dicere potest fratri, qui leue peccatum commisit, vt se emendet? Talis certè etsi impudens sit, tamen ratione id dicere non potest, frater sine eijciam festucam de oculo tuo: cui meritissimo respõderi potest. Medice cura te ipsum. Et Paulus Romanis. In quo alium iudicas, te ipsum condemnas. Sibi priùs debet esse medicus vnusquisque, quam alteri manus admoueat. Sic Pharisæi non solum discipulos, sed & ipsum Dominum conati sunt impiè condemnare; quòd peccatricem mulierem admittebat, quòd discipuli manus non ablue bant, & confricabant spicas. Quapropter Dominus eis dixit. Duces cæci, excolantes culicem, & camelũ glutientes. Audi hypocrita simulator iustitiæ, qui non tuis bonis sed alienis malis sanctimonię laudem venaris apud homines, si vere iustus esse cupis, primum eijce trabem ab oculo tuo. Nam in Prouerbijs dicitur. Iustus in principio accusator est sui. Charitas enim ordinata esse debet, vt homo priùs curam sui ipsius habeat & deinde proximi. Nam si quis impeditũ

Luc. 4.
Rom. 2.
Luc. 7.
Matth. 15.
Matth. 12.
Matth. 7.
Prouer. 18.

oculum

oculum habet, nihil videre potest: & quanto maior fuerit res oculo apposita, tãto amplius visum impediet: ideo peccatum proximi videre non potest, vt illud arguat qui peccatis est impeditus. Vnde talem hypocritam dominus appellat, quia vult peccata proximorum arguendo, bonus & iustus haberi. Vbicunque Christus vult ostendere aliquod maximum peccatum esse, à consuetudine incipit, Sicut est illud. Serue nequam omne debitũ dimisi tibi. Hic enim peccat peccato præsumptionis: quia officium sumit, quod sibi non competit: & peccato scandali, si peccatum suũ fuerit publicum & in alijs publicè arguat quod ipse cõmisit, quia proximos scãdalizat, qui agnoscũt peccata sua etiam maiora, quàm illa, de quibus proximum arguit. Si autem arguẽtis peccata nota non sunt, debet de secretis pœnitere, & tunc licite arguit proximum, quòd si non pœnitens arguit vitio præsumptionis peccat non tamẽ scandali, quia peccata sua non sunt manifesta. *Matth.18.* *Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos neque arbor mala faciens fructum bonum.* Ex consequitione ad superiora hæc addidit. Acsi diceret. Fias priùs arbor bona, & deinde poteris fructus bonos producere. Hoc est, Amputa quæ in te sunt crimina, disce amare innocentiam, & tũc licebit fratres tuos suis erroribus purgare. Nemo enim potest esse iustus iudex, nisi priùs amauerit iustitiam. Disce ergo ante omnia ex fructibus tuis qualis sis: & ipsi tui fructus docebunt, quid te facere oporteat. Dicit Christus hoc in loco arborẽ bonam non ferre malos fructus, quia manifestare voluit hominem rectũm nunquã proximo suo detrahere. At diuus Iacobus miratur quomodo homo lingua, qua benedicit Deo, hominibus maledicere possit, qui ad imaginẽ Dei sunt facti. Dicit ergo. Non est enim arbor bona, quæ facit fructus malos. Quandiu homo malus est nõ potest bonum fructũ ex se producere & è contra. Sicut mala arbor non potest bonos fructus facere. Ità neq; bona malos. ¶ In hac tamen re magna versatur differentia inter ipsum hominẽ & arborem. Nã arbor sequitur naturam, homo autẽ quia liber est, potest ad vtrũlibet conuerti: ita quòd si bonus est, vitiosus fieri poterit, loquẽdo in sensu diuiso, non autẽ sic erit in formali sensu. Vnde in sensu cõpositio istę propositiones veræ sunt. Superbus nõ potest saluari, & amãs Deum nõ potest perire. Superbus etenim vt talis, saluus fieri nequit, neq; amans Deum, dãnari. Et iuxta hunc sensum multa in epistolis Pauli & in alijs scripturis sunt intelligẽda. Vt illud. Neq; adulteri, neq; fornicarij, neque auari regnũ Dei possidebũt. Sic multi hũc locũ interpretãtur, quod sanè mihi nõ cõprobatur: quia si ille, qui verè malus est potest facere bonũ, siue illud quatenus bonus faciat, siue quatenus malus, id nihil ad nos, quia fallit nos & iudicabimus illũ esse bonum. Dicendum igitur est, quòd homo malus non potest facere bonum, & è contrario: tamen quilibet homo aliquo modo est bonus & malus: ità quod quilibet homo in quolibet tempore potest facere bonum vel malum. Nam ille, qui bonus est, suis virtutibus est munitus, quæ bonũ illã constituũt, & per illas bonum operatur, & fieri non potest, vt per illas malum operetur, quia includit contradictionẽ quod aliqua virtus includat ad malũ. Habet tamen hic homo bonus malum aliquod, scilicet, labilitatẽ liberi arbitrij & fomitẽ, quæ sunt duo mala existentia in omni homine: & per illa possumus malum facere, idest, ad malũ inclinari, quia virtus nõ cogit nos facere bonum. Et de homine malo idem dicendum, quia habet simul malum & bonum: malum quia habet habitus vitiorum per quos operatur malũ, & per illos non potest bonum facere. Habet tamẽ bonum, hoc est libertatẽ arbitrij, per quam potest bonum eligere, & sic malus aliquando bonum operabitur, non per malũ, quod habet, sed per bonũ, quod in eo habitat: & sic quilibet homo potest facere bonum siue malum quodcunque voluerit, quia libertatẽ habet arbitrij. Nec tamen intelligas, quod idẽ homo in esse moris absolute possit esse bonus & malus: quanuis simul possit habere bonum & malum. Quando autẽ in hoc loco dicitur, quòd malus homo nõ potest bonum operari, aut bonus malum: intelligendũ est, quod difficulter potest bonus malum facere, & malus bonum, quia malus prauos habitus habet, & per illos ad malum inclinatur. Quia etiam si fieri possit, vt bonum operetur per arbitrij libertatem, cùm tamen malitia habitus moueat libertatẽ, maxima cum difficultate contra inclinationẽ operabitur bonum. Ideo statim post hæc verba (vt modo videbimus) dixit Christus. Ex abundantia cordis os loquitur. Idest quãdo cor valde proclive est ad loquendum, difficulter se abstinet, quin loquatur. Ita cùm homo sit dispositus per malos mores, difficile est quòd operetur nisi per illos. Nam in scriptura sacra impossibile pro difficili ponitur. Sic & in libro Iosue dicitur. Non poteritis seruire Deo. Idest difficile erit vobis seruire illi. Et per Hieremiam dicitur. Si potest Æthiops mutare pellem suam, & pardus varietates suas: & vos poteritis benefacere, cũ didiceritis malũ. Et tamẽ fieri nõ potest, vt Æthiops pellem suam mutet, nec pardus varietates suas, & sic sequetur perinde, quod malus non potest bonũ facere, quod (vt diximus) operari potest. Christus etiam ait. Propterea non poterant credere, quia Esaias dixit. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Et illud etiam quod alibi dixit. Sicut Camelus non potest per foramen acus transire, &c. Omnes istæ loquutiones, & siquæ aliæ similes sunt, intelligẽdæ veniunt cum difficultate operationis: quam difficultatẽ insinuat dicendo, quod non possunt. Sic in præsentia locum hunc intelligendum esse existimo. ¶ Insuper secundò obseruãdum ad nostram doctrinam, quod Christus his verbis ostendit euangelicam perfectionem non verbis, sed factis consistere. Etenim cęlum & gloria illa beatorum non verbis, sed sanctis actionibus emitur. Arbor enim ad fructum ordinatur: quare non ex folijs pretium eius attenditur, sed ex fructibus. Ex bona quippe voluntate tanquam ex radice, bona opera procedunt. Nam (vt inquit Paulus) fructus spiritus charitas est, gaudium, pax, patientia. E diuerso autem in arbore mala, cuius radix amor proprius & mala voluntas, procedunt hæc, quæ Paulus statim addidit. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, &c. ¶ Tertiò obseruabis, quod non absolutè dixit, fructus, sed fructus bonos. Nã Deus à nobis nõ solum fructus, sed fructus bonos postulat. Nec dicit fructus pulchros, aut magnos, sed bonos: quia hæc omnia etiam malis fructibus cõueniunt. Magnum etenim versatur discrimen inter fructus bonos, pulchros, aut magnos. Lapidem magnum longè proijcere, opus magnum est: non tamen bonum. Egregiè saltare opus est pulchrum, non tamen bonum: bona tamẽ opera sunt: proximum diligere, Deum amare. Hæc enim opera bona sunt, & boni fructus. Ideò Dominus. In hoc cognoscẽt quod discipuli mei estis, si dilexeritis adinuicem. Non dicit si feceritis opera magna, sed si dilectionem habueritis adinuicem. ¶ Quartò etiã obseruabis, quòd arbor quæ plantata est in inferiori loco, securior & tutior est, quàm si in altum montem, vel culmen sit posita. Sic humilis Christi seruus tutior est, & tranquilliorem vitã degit, quàm is, qui in altis & supremis dignitatibus est cõstitutus. Superbus, potens, & diues casui subiectus est, nam si arbor, in sublimi loco constituta est, rami eius amplius à vẽto quatiũtur. Ità, qui magni sunt in republica plures habent curas, ità vel leuis etiam res corcius huc, & illuc impellit, & cogitationes eorum maximo vento agitantur. Per medios montes pertransibunt aquæ. Hoc est, per vallem. Ita Dominus humilibus & paruis corde sua secreta pandit, & humilibus familiariter vtitur, & illis suam gratiam impartitur. ¶ Quintò aduertes, quòd ad hoc, vt arbor fructus vberes producat, oportet, vt in bona terra sit plantata: nam si in sterili sit, malos fructus producet. Ità oportet si sanctis actionibus te exercere vis, vt cum bonis ambules & conuerseris, memor diuini prophetæ, qui inquit. Beatus vir, qui nõ abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit. Quid ergo erit de hoc homine, qui impiorum fugit cõsortia? Erit vtique tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suũ dabit in tempore suo. Quia hæc arbor non fuit plantata inter impios, sed secus decursus aquarum, quod est inter bonos: quia non abijt in consilio impiorum, sed in valle humilitatis, vbi humiles habitant. & vbi sunt decursus aquarum, optimum fructum dabit in tempore suo. Quod igitur remedium habebit arbor, quæ cùm in mala terra sit plantata non bonum fructum producit? Illam euellere, & in aliam bonam terram eam inserere. Sic tu malorum consortia fuge, & bonis adhære. Sic dominus trãstulit vineam suam de Ægypto (vt inquit Dauid) vt populus suus in consortio Ægyptiorum non sterilis esset. ¶ Expende etiã, quòd cùm tenera est arbor transplantari debet: & tu in adolescentia tua rectus fieri debes, & mores tuos & vitam sanctè componere: nam si senectus te in vitijs & peccatis ceperit, difficile erit vt ab inueterati moribus in meliorem mentem respiscas. Quando arbor noua est, eam transferre debes, & ampu-

Iacob.3.

Psal.103.

Psal.1.

Psal.79.

amputare: & nunc qui adolescens es, pœni
tentiam tuorum peccatorum agito, & tui
creatoris reminiscere, iuxta illud sapientis.
Eccle.12. Memento creatoris tui in tempore iuuentu
tis tuæ: antequam obtenebrescat Sol, &c.
¶ Sexto & vltimo obserua, quòd non qua-
lemcunque fructum opus est, vt proferas,
sed fructum bonũ. Solet enim contingere,
vt nux tibi sana appareat, quam si fregeris,
quia putrida est os tuum puluere implebit.
Sic opera carnis fructus sunt putridi: quia
intrinsecus fœtida sunt & obscœna, foris au
tem pulchra & delectabilia videtur. Intrin
secus nihil reperies nisi putredinem, abomi
nationẽ, tormenta, & infernũ. Etenim fru-
ctus isti interiùs vermes habent, etiã si exte
rius purpurati appareant. Hic vermis fru-
Iona.4. ctum abrodit, & hic conscientiam tuam tor
quebit grauissimis cruciatibus. Lætatus est
Ionas super hedera lætitia magna, quæ sta-
tim morsu vermis aruit. Ità sunt omnes res
mundi, quæ etiam si virides & amœnæ ap-
pareant (sub quarum vmbra omnes mũda-
ni sedent) citissimè viriditas & lætitia earũ
transit, qui vermis sub voluptatibus latet:
qui conscientiã mordet, & dolorem capitis
incutit, quo etiam cruciabatur Ionas. O vti
nam mũdus gladio veritatis scinderetur, vt
statim quicquid in eo est vanum & falsum
appareret. Nam quod præterijt, iam fugit:
venturum autem, incertum est: & tandem
quòd præsens est in momento, & articulo
temporis cum momentaneũ & fluxile sit,
stare minimè potest. Fructus, quos Domi-
nus à nobis requirit, sani debent esse: quia
sancta & pia opera bonis fructibus assimi-
lantur. Sed hæc iam dicta sufficiant: nam su
Super illud. Securis ad ra dicem arbo ris, &c. perius in capite tertio de hac re multa dixi-
mus: & quomodo mala arbor excidetur, &
mittetur in ignem. *Vnaquæque enim arbor de
fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colli-
gunt ficus, neque de rubo vindemiant vuam.* Con
Omnis arbor non faciens. &c. trarium per Matthæum dixisse videtur: nã
ibi dicit quòd nunquam colliguntur de spi
nis vuæ, aut de tribulis ficus, sed si rectè ver
ba perpendantur, nullam inuenies contra-
dictionem: nam eadem sententia est licet
diuersis verbis prolata. Nam quando hîc di
citur, nec de rubo vindemiant vuam, dici-
Matth.7. tur in Matthæo nunquam colligunt de spi
nis vuas: nam rubus & spinæ idem sunt. Est
enim rubus arbor spinosa: spina autem est
nomẽ generale omni arbori habẽti spinas.
Et sic Matthæus posuit spinas genus acci-
piens pro vna specie spinarum, scilicet pro
rubo, & sic illum expresit Lucas. Et cum
hic dicitur, nec de spinis colligũt ficus & in
Matthæo nec de tribulis ficus verũ est, quia
etiã tribulus est arbuscula spinosa: & Mat-
thæus posuit nomen speciei, Lucas autem
nomen generis, quia tribulus spina est.
Verum hoc in loco commendat Christus
exercitiũ bonorum operum. Arbor enim
ex fructu cognoscitur: & homo ex operi-
bus. Opera enim illorum sequuntur illos, 45
quasi testes suorũ operum. Multi sunt, qui
maximum fundamentum verborum con-
stituunt, nullum autem in ipsis operibus.
Quod si homines sic adeo laborarent, vt be
ne & sancte viuerent quemadmodum labo
rant in rectiloquentia & verborum elegan
tia: plures sancti essent, quàm nunc sunt, &
religiones magis compositæ persisterent.
At sunt multi prælati, qui existimẽt mona
chos suos, solum habere aures, vt audiãt ser
monẽ elegantem & loquelã, quã ad vniuer
sum couuentum habent: existumantq; etiã
simul cæcos esse, nec eos videre, quàm con-
traria sint prælati opera suis verbis. Quòd si
recordarentur, quòd subditi etiam habent
oculos, vt videre possint, pauciora haberẽt
verba, plura vero opera. Sed tu vel præla-
tus sis, vel subditus, ità viuere debes, & ta-
lis esse, vt si Iudæus, vel Gentilis, vel Tur-
ca tua opera videat, te misericordem iudi-
cet, castum, & humilẽ, ità vt Deum in suis
creaturis laudet, & in talia prorumpat ver-
ba. Hi sunt boni homines, bonum herum
hęc vinea habet, qui bene cultam & fossam
habet. Hoc est quod dominus dicebat. Lu-
ceat lux vestra coram hominibus, vt videãt
opera vestra bona, & glorificent patrem ve
strũ, qui in cælis est. Quæ bona opera Chri
stus nobis suadet in superioribus verbis, &
in eis, quæ sequũtur. Quod si Christus, qui
summa veritas est, & vera sapientia hoc do-
cet, foras abeant impij isti, & sceleratissi-
mi Lutherani qui bona opera tollunt dicen
tes id sufficere, vt solum in Christi passio-
ne fiduciam habeamus, & in vtranuis dor-
miamus aurẽ in delicijs, vt sues vitam agen-
tes, veluti ipsi faciunt. ¶ Sed iam tandem,
vt de hac re finem dicendi faciamus vnum
hîc obseruandum est, quòd Christus de ficis
& vuis hic meminit, potiùs quàm de alijs ar
boribus, aut de alijs fructibus: quia vuæ &
ficus calent, & pingues reddunt comedẽ-
tes. Sic dominus vult, vt suo amore calidas

hoc est vtiles & fructuosas & charitate cõ-
iunctas faciamus nostras operationes. *Bo-
nus homo de bono thesauro cordis sui profert bo-
num: & malus homo de malo thesauro profert ma
lum.* Ita quæ dominus dicere vult, vnusqui
sq; id tribuit, quod habet. Bonus bonum,
& malus malum: atq; ità vnusquisq; opera
tur vel secundum suam bonitatẽ vel mali-
tiam. Vnaquæque arbor secundũ suã natu
rã fructus producit: nam ficus non poma
dat, nec malus ficus. Porrò thesaurus cor
dis intentio est cogitationis, ex qua bona
vel mala proferuntur. Sicut naturã est ope
rationũ naturalium principium: ità virtu-
tes & dona proferunt fructus sanctos & stu
diosos. Operatio etenim formam arguit.
Sic Christus alibi. De corde exeunt cogi-
tationes malæ, homicidia adulteria, &c.
¶ Itaque qui mala verba profert, & mala
opera facit, malum thesaurum habet: &
qui bona operatur, bonum thesaurum si-
bi seruat. Vnde, locus iste admonet ad
salutem non satis esse cor bonum ideſt, bo
nam intentionem habere, nisi simul opera
(cum ratio postulauerit) adhibueris, & si-
mul optima verba. Corde enim creditur
ad iustitiam: oris autem confessio fit ad sa-
lutem. Et multo melius sanctis & bonis
operibus Christum confiteberis. Verum
quia verba maximam ostentationem ha-
bent, quid homo habeat in corde, subdidit
dominus. *Ex abundantia enim cordis os loquitur.*
Quodquidem prima facie videtur stare
non posse: nam interdum loquitur quis,
quod nunquam in mente habuit, & etiam
aliqui mali bona loquuntur, sicut hîc dici-
tur. Non omnis, qui dicit mihi, domine, do
mine, intrabit in regnum cælorum, & ta-
men loquitur bene. Intelligendus ergo est
locus iste non dequolibet bono aut malo:
sed de eo, qui abũdè est bonus vel malus:
nã qui valde iniquus est non potest mali-
tiã occultare: quia abundantia malitiæ co-
git linguam prorumpere in verba mala.
Nihilominus tamẽ malus propter arbitrij
libertatem bona dicere potest: tamẽ plerũ-
q; propter inclinationẽ habitus mali, ma-
lus mala dicit. Et vt vera loquar, qualis vnu
squisq; est talia profert verba: & talia ope-
ra efficit. Ideoque non solum dixit ex cor-
de, sed ex abũdantia cordis. Etenim ima-
go cordis sermo est: quia anima motrix est
corporis, & corpus instrumentũ est animę,
vt agat. Solon ille vnus ex septẽ sapienti-
bus, quos Græcia iactat (vt refert Diogenes
Laertius) dicebat verba esse velut exẽplar
cordis vniuscuiusque: nam affectus animę
ipsis verbis velut in limpidissimo speculo
ostenduntur. Nam sicut ex fructu & foliis
cognoscitur arbor: ità ex verbis & actioni-
bus suis cognoscitur homo. Vnde id, q̃ di-
citur, Potentiæ cognoscuntur per actus &
obiecta, verum habet non solum de cogni
tione potentiarum, quoad esse naturale ea
rum, sed etiam quoad esse formale. Itaque
ex verbis cognoscitur homo. Qui febrĩ la-
borat, in ipsis labijs oris statim cõspicitur:
quia in eis ampullas habet. Attende obse-
cro, quod negare non potes, quin infirmus
sis: quia ipsum os tuum clarum testimoniũ
reddit. Ais te bonum esse, & Dei amicũ:
sed dictis tuis contrarium ostendis, & in-
firmum & malum esse manifestas. Nam
odium quod aduersus fratrem tuum con-
cepisti, & febris iræ, quæ viscera tua com-
burit id manifestissimè ostendit. Verba
tua te notum faciunt, & tuo proprio ore
agnoscеris: sicut illa ancilla, quæ ad ostium
erat, dixit Petro. Tu Galilæus es: nam lo- *Matth. 26.*
quela tua manifestum te facit. Sic in libro *Iudi.12.*
Iudicum habetur, quod Galaaditæ cùm
quendam transitum ad fluuium Iordanẽ
occupatum haberent, Ephratæis, qui fu-
gientes, à bello veniebant, dicebant. Nun-
quid Ephratæus es? cumque ipse respõde
ret non esse: statim dicebant illi, vt pronun
ciaret verbum hoc, Sibboleth, & in prola-
tione verbi cognoscebant, Ephrateus ne
esset, an non. Qualis vnusquisque est, talia
verba profert. Quia (vt inquit Christus)
qui de terra est, de terra loquitur. Et in Pro
uerbijs de stulto ait sapiens. Os stultorum *Ioan.3.*
ebullit stultitiam. E contrario autem de iu *Prou.15.*
stis ait psalmus. Eructauit cor meum ver- *Psalm. 44.*
bum bonum. Verùm vt iam diximus, ali-
quando mali vera loquuntur. Sed quomo
do cognoscitur, quòd malus sit? In aduersi
tate vtiq; cognoscetur. Psittaci enim solẽt
velut homines loqui, & nostra verba pro-
nunciare, & loquelam exprimere: & alijs
deniq; auibus in cantu assimilari: at si illos
fustibus cædas vel aliquid mali eis facias,
ad naturam suam reuertuntur, & querimo
niam, vt psittaci proferunt, non autem vt
homines, vel vt aliæ aues. Ita ficti & falla-
ces, qui cũ mali sint bona loquuntur: si eos
persequaris, vel aliquã tribulationẽ & mo-
lestiã eis intuleris statim suũ venenum per

os

os vomunt, & vindictam appetunt, impatientiam suam ostendentes: tũcque non vt boni loquuntur, sed vt mali, vt tandem eorũ malitia appareat. Vnde verissima Christi sententia manet, ex abundãtia cordis os loquitur: nam temporibus angustiæ & tribulationis, qualis vnusquisq; est, loquitur, quia tunc nihil dissimulare, aut fingere potest. Iam tandem dominus iterum cõmendat bona opera, quæ verum testimonium sunt bonitatis vel malitiæ cordis, dicens.

Quid vocatis me Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Acsi diceret. Vos habetis folia sine fructu, & verba sine operibus: similes salicibus, quæ habent folia similia oliuis, sed fructu carent. De quibus ait Iob. Circundabunt eum salices torrentis quia isti solis verbis innocentes circuunt, & eos fallunt. Sunt etiam similes struthionibus habentes pennas accipitris, sicut in eodem libro Iob scribitur. Penna struthionum similis est pennis Herodij & accipitris. Tales sunt omnes hypocritæ, qui abundant verbis, & operibus vacui sunt: de quibus Dominus dicit. Attendite à falsis prophetis, qui veniũt ad vos in vestimentis, &c. ¶Obserua autem quomodo ponit hic Christus Dominus discrimen inter iudicium Dei & hominum, & inter Christi regnum & mundi. In regno mundi, & in aulis principum, & regum bonum est dicere, Domine, domine, quia adulatores & parasiti, qui dulcia & suauia auribus personant, & de alijs detrahũt murmurãtes, hi sunt plurimę æstimationis apud eos, quique thoraces rapiunt ex raso serico confectos & cathenas aureas, quæ potiùs pauperes Christi accipere deberent. Et inter mundanos, qui blandiri nescit & adulari, & alios fictè laudare, hic equidem nunquam in tota vita caput suum leuat, nec aliquid emolumenti sibi comparat. Qui veritatem agit, & vitia carpit, quique peccata non approbat, nunquam caput suum leuat vt in aliquod officium vel dignitatem constituatur. Quemadmodum ipse Christus de Ioanne Baptista dixit. Qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Ioãnes autem, qui veritatẽ dicebat, & vitia corripiebat in deserto habitabat: nullum in Herodis domo locũ habebat, nisi in carcere. Et quis non videt quanta animaduersione id sit dignum etiam in mundanis, & Ethnicis regibus? Quantò magis dolẽdum est de ecclesiasticis & Christianis principibus qui suos adulatores licet insipientes, & prauæ vitæ homines in supremum locum collocent, bonos vero & doctos penitus obliuiscantur? Multò aliter erit in regno Dei, hoc est, vbi Christo omnia subijciuntur, vbi regnum Deo patri tradet. Tunc enim cor nostrum maioris erit valoris, quam phalerata verba, & bona conscientia plus æstimabitur, quàm crumena nummis onusta. Imò tunc nihil aliud ibi valebit, nisi bona conscientia, quia iudex nõ secundum aspectũ oculorum, aut exteriorem facič iudicabit: nec verba composita admittentur, etiam si dixeris, Domine domine, nisi feceris quod Christus præcipit. ¶Secundò colligitur ex hoc loco, quòd non omnes, qui Christum confitentur saluantur, quanuis etiam prophetent, sed qui voluntatem eius faciunt. Multi enim dicent mihi in illa die, Dñe Dñe (ait Christus) nõne in nomine tuo prophetauimus, dæmonia eiecimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos, discedite à me qui operamini iniquitatem. Quia miracula facere neminem saluum facit, nam alioqui salui essent illi incantatores Pharaonis, & Ægyptij præstigiatores, qui etiam quædam edebant miracula. Vaticinari & prophetare, nec hæc etiam homines saluos faciũt, nam alioquin saluus esset Balaam ariolus, imò etiam asina eius, & eodem modo Saul & Caiphas qui prophetauerunt, de quibus tamẽ scriptura sacra multò aliter sentit. Neque enim nomen & titulus aliquem probum, aut rectum faciunt: nam (vt Paulus inquit) non in sermone, sed in virtute est regnum Dei. Alioquin si nomen Christi, & sola fides saluos faceret, omnes Christiani salui essent, quia omnes nomine Christiano gaudemus. Et vtinam saluemur. At timeo quòd non omnes saluentur, quia licet Christiani sint, & sacro baptismatis fonte abluti, & Christum confiteantur, tamen multi non obtemperant diuinis præceptis. Opera enim bona necessaria sunt ad vitam æternam capessendam. Vnde in quarto volumine regum habemus, quòd cum Iehu rex Israel iret, vt occideret filios Achab, & destrueret Baal & eius sacerdotes, obuiam iuit militi cuidam, cui dixit. Est ne cor tuum rectum cum corde meo? Et ille respõdit. Est. Si est (inquit) da mihi manum tuam. Qui dedit ei manum suã, & leuauit eum. Sic Christus verus rex Israel, qui

Iob. 40.

Iob. 39.

Matth. 7.

Matth. 11.

qui de cælo venit, vt idololatriam destrueret, & mũdum, primò quærit, an rectum sit cor nostrum, idest an diligamus illũ. Quod si illum diligimus, statim subdet. Da mihi manum tuam. Videamus opera dilectionis & amoris, & ascende mecum ad gloriam.

¶Præterea aliqui sunt, qui semel tãtum vocant dominum, illi, videlicet, qui tantum habent illum in ore. De quibus Esaias ait. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorũ longè est à me. Quidam autem bis illum dominum vocant, dicentes, domine, domine, illi videlicet, qui ore cõfitentur & corde credunt, sed operibus contradicunt, de quibus Paulus ad Titum ait. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Et de his qui bis dicunt, domine, domine, loquitur hic Christus, de malis, scilicet, Christianis, non de infidelibus: de his (inquam) qui Christũ cognoscunt, & vocant illum, domine, domine, quia in eum credunt, sed operibus id negant & contradicunt. Dominum vocant illum, cui nunquam obtemperarunt. Qui cũ mundum, carnem, & dæmonem dominos habeant, & in omnibus illis obediant, nunc Dominum Christum vocant. At in Christum credere, & miracula facere nihil prodest nisi adsit charitas, & bona opera. Iudas cum cæteris Apostolis miracula fecit, & nõ sequentes Christum dæmonia eijciebant, sed nihil profuit ad vitam æternam. Vnde Paulus. Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, &c. Virgines illæ fatuę ad ianuam dixerũt. Domine, domine, aperi nobis. Sed dictum fuit illis. Nescio vos. Non dicere, domine, domine, facit seruum Dei, sed si fidem cum charitate habeas, & opera bona exerceas. Nullus efficitur bonus nisi cum gratia Spiritus sancti, potest tamen moueri sine gratia ad aliqua bona, non tamen saluari. Vnde Dominus, Qui facit (inquit) volũtatem patris mei qui in cælis est, intrabit in regnum cælorũ. Opera igitur à nobis exigit Deus, & præceptorum obseruantiam. Quapropter sequitur in contextu. *Omnis qui venit ad me, & audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui similis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altum, & posuit fundamentum supra petram: inundatione autem facta illisus est fluuius domui illi, & nõ potuit eam mouere, fundata enim erat super petram. Qui autem audit & non facit similis est homini ædificanti domum suam super terram sine fundamento, in qua illisus est fluuius & continuo cecidit & facta est ruina domus illius magna.* Insinuat igitur dominus his verbis semper bonis operibus esse insistendum, & quod ne solis verbis, aut soli fidei confidamus, quæ quidem sine charitate mortua est. Nam si tu seruum haberes, qui coram te caput nudaret, genua flecteret, & reuerenter loqueretur, non propterea illum fidelem seruũ appellares, si iussistuis non obtemperaret. Plura nanque ab eo expectas, quàm verba, nempè, vt voluntatem tuã faciat, & tibi obediat, in his, quæ præcipis, & vt honori tuo semper caueat & prospiciat. Sic Deo non sufficit, vt templũ ingrediaris sacram rem auditurus, nihil conducit si psalleris & prædicaueris, nisi fidelis fis & ipsum dilexeris & obedieris, ipsiusq; honoris obseruantissimus fis custos. Quod Christus superius probauit similitudine arboris, & similitudine thesauri, & nũc idem probat similitudine ædificij. Et hic est finis sermonis eius, per quem inuitat nos vt illũ adimpleamus, præmium adimplẽtis, & pœnam contemnentis proponens. Illos nanque, qui audiunt & faciunt verba Christi, assimilat ipse Christus domui supra petrã fundatæ, alios autem ædificantibus supra terram. Nam quod in arbore est radix, in ædificio est fundamentum. Quemadmodũ enim fructus arboris non potest esse boni saporis, nisi radix optimum habeat & dulcẽ succum, ita structura, quanuis exteriùs magnifica sit, & altitudine excellens, firma tamen non erit nisi solido firmoq; fundamento nitatur. Quod fundamentum Christus ipse est. Supra petram ædificat, qui supra Christum ædificat. Petra enim (vt ait Paulus) erat Christus. Quanuis inundatio veniat tentationum non poterit illum mouere. Hic non cadet, quia Christus est firmamentum eius, Vnde Esaias ait. Cum ambulaueris in igne non comburẽris. Et dominus etiam. Cum ipso sum in tribulatione. Atq; ideo beatus Paulus. Quis separabit nos à charitate Christi? An tribulatio? an angustia? an fames? Certus sum enim quod neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus. Nã sicut in mari Rubro Ægyptij mortui fuerunt, & populus Israel liber & incolumis mare Rubrum transiuit, sic tribulatione ventorum, & fluuij inundatione boni, cum fundati sint supra firmam petrã, salui fient, & mali quia supra terram habẽt fundamentum corruent & destruentur.

Iacob. 2.

Esai 43.
Psal. 90.
Rom. 8.

2. Cor. 10.

Exo. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ A it itaque. Omnis, qui audit sermones meos & facit eos, idest opere implet, quod non solũ de opere exteriori, sed etiã de interiori intelligendum est, ad quæ vnusquisq; tenetur cũ ratio postulauerit. Iste similis est homini ædificanti domum; qui fodit in altum, idest, in profundum. In scriptura quippe altum profundũ dicitur, iuxta illud Psalmi. Veni in altitudinem maris. Et in Ioãne dicitur. Puteus altus est. Veniens super hũc tentatio, quæ per flumen intelligitur, non potuit illum mouere, quia in Christo fundatus erat, non solum sermonem eius, auditionem, & fidem habendo, sed veram & perfectam charitatem operare adimplẽdo. Sed qui verba Christi habet, & non facit ea, habet debile fundamentum, & ideò veniente tentatione corruit, quia non potest quis resistere tentationibus nisi per charitatem, & qui tantũ audit verba, ea nõ adimplens, nullam charitatem habet. Tentatio nanq; non in verbis, sed in factis consistit, ideoq; qui sola verba habet non potest resistere tentationi. Quapropter cadit & facta est ruina domus illius magna, quia homo corruet per peccatum victus à tentatione, & rationalis creatura moritur, & ab altitudine gratiæ precipitatur, bona omnia perdit, & fœlicitate priuatur æterna, & calamitate obruitur infernali. Ideoque diuus Iacobus ait. Scienti bonum & nõ facienti peccatum est. O quã magna est ruina peccati. Magnã dicit Christus ruinam esse, & non qualemcunque. Nõ potest esse nisi maxima ruina ad quam reparandam, Deum ruere & mori fuit necesse. Quòd si lapsus ille tremendus est, quo anima è gratia cadit in cũspam, quanto erit maior, quando ex morte hac priori in mortem cadit secundam? Reuera ruina grandis quia mors peccatorũ pessima, qua ossa animæ ita infringuntur, vt ad nullum bonum agendum vires supersint, qua vires animæ ita conciderunt, vt illa vera & viua tormenta nullatenus ferri possint. ¶ Deniq; magna est ruina, quia non manet lapis super lapidem, tum quia in inferno nullus est ordo, tum etiam quia in inferno nihil est firmũ. Quare neque ibi inuenitur lapidis firmitas, quia hic fuit super arena, & nõ super lapide ædificatio facta. ¶ Demum vt capiti huic finem imponamus, ex his Christi verbis Lutheranorum error conuincitur, quia asserere ausi sunt fidem non posse esse sine charitate. Potest nanq; (vt ex hoc contextu Euãgelij patet) audire quis verba Dei, & fidem eis præstare, & non esse in gratia. Quod idem posc*u*nt illa verba Christi ad Apostolos. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Nam ea satis innuunt fieri posse, vt quis sciat mandata Christi, & eis fidem adhibeat, & tamẽ illa nõ faciat. Quòd etiam Christus apertius ostẽdit in parabola filij prodigi, nam fidem ille habebat cùm ad se reuersus dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo? Vnde obsecro nisi à fide tam bona verba prodijssent? & hæc præcessisse ad iustificationem, certũ est, quæ tamen cognitio non satis est ad iustificationem. Ioannes etiam in suo Euangelio fatetur ex principibus Iudæorũ multos credidisse in Christum, sed dilexisse magis gloriam hominũ, quàm gloriã Dei. Et alibi non dicit eos qui crediunt in nomine eius filios Dei esse, sed hãc eis datam potestatem, vt filij Dei fiant, innuẽs videlicet initiũ esse tantũ & via ad acquirendã diuina adoptionem. Sed apertius est, quod Paulus dicit, Si habuero fidem ita vt montes transferam, charitatem autem nõ habuero, nihil sum. Ex quibus verbis manifestè patet posse aliquẽ fidem habere sine charitate, & ita intellexerunt hunc locum sancti patres Cyprianus, Basilius, Augustinus, Hieronymus, & Chrysostomus, Gregorius, Anselmus, & Bernardus, quibus maior fides adhibenda est, quam Luthero, Melanctoni, Zuinglio, Bucero, & Caluino. Sed valeant isti, nos autem, qui edocti à sacrosancta matre nostra Ecclesia Romana scimus, & credimus cum fide charitatem esse necessariam & opera si mul bona, vt æternã salutem cõsequamur, Christum Dñm Iesum humiliter exoremus, vt in hac vita suam gratiã nobis impartiatur, vt tandem mereamur diuinis sedibus assistere inter seraphicos choros collocati.

Psalm. 68. *Ioan.* 4.

Iacob. 4.

Apoc. 20. *Psal.* 33.

Ieb. 20.

CAPVT VII.

SATIS Quidem exactissimo, eam doctrinã, quæ viribus humanis attingi potest, naturali quadam ratione, & philosophicis argumentis comprobari. Verum enim vero ea, quę humanum captũ prorsus exuperat, admodum necessarium puto, vt supernaturali argumento confirmetur. Sic Christus cũ misisset Apostolos suos vt munus prædicationis obirent, & vt omni creaturæ doctrinam illam à cælo allatam prædicarent, inquit Marcus, vbiq; prædicasse Dño cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis. Et cum Helias suscitasset puerum, dixit ei mater. Nunc cognouj, quod verbum Dei in ore tuo verum est. Etenim miracula illa, quæ superna & diuina virtute perficiebantur, manifestissima erant argumenta & indicia diuinæ illius & cœlestis doctrinæ, quãdoquidem in eis cõfirmationem fiebant à Deo optimo maximo, qui prima veritas est, quæ nec fallere, nec falli vnquam assuescit. Oportebat igitur Christum stupenda prodigia & miracula facere in confirmationem tantę tamq; supremæ doctrinæ. Quapropter cum Christus in monte (quod in capite præcedenti satis illimuni est videre) diuinam illam doctrinam protulisset, in eorum, quæ dixerat confirmationem egregia & illustria in medium producit miracula. Quo fit, vt omnes qui Christi prædicationem audiebant, nec illi obtẽperabant, nullam sui delicti apud Deũ excusationem habere poterãt. Idcirco ipse met Dominus ait. Opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Et iterum. Si opera, quæ nullus alius fecit, ego non fecissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Itaque post habitam concionem, cum descendisset Iesus de monte in itinere leprosum sanat, & cum ingrederetur Capharnaum, quemadmodum Sol, qui vapores terræ in altum eleuat & trahit, sic Christus verus iustitiæ Sol Centurionem charitatis calore accendit & inflãmauit, vt famulo suo salutem peteret. Ait igitur sacer Euangelista *Centurionis autẽ cuiusdam seruus male habens erat moriturus.* Qui Centurio Gentilis erat, & de exercitu Romanorum, nam Tiberius Imperator qui ea tempestate orbi præerat, nequis posset rebellionem moliri, milites suos habebat diuersis locis constitutos, & hac de causa multæ erant cohortes militum in Iudæa, & Galilæa, & plures Centuriones. Vnde bene in hoc loco dicitur. Centurionis autẽ cuiusdam. Acsi diceret, non erat ille solus, sed vnus de Centurionibus. Sic etiam Pilatus, qui erat Hierosolymis suos habebat Centuriones. Vnde verum esse intelligens, quendam Centurionẽ morti Christi affuisse, qui dixit. Filius Dei erat iste. Et in alijs locis erant Centuriones, vt in Cæsarea Cornelius Centurio erat cohortis, quæ dicitur Italica. Iste Centurio erat in vrbe Capharnaũ, quæ caput erat prouinciæ Galilææ, vt illam custodiret sub Romanorum obedientia. ¶ Et inquit, male habens erat moriturus, quia incurabili paralysi laborabat, & nulla erat illi viuendi spes. Erat moriturus. Quod quidem intelligendum venit secũdum causas inferiores & naturales & proximas, quia eius infirmitas certissimè mortem denunciabat. Quod idem legimus in quarto Regũ Esaiam dixisse regi Ezechiæ. Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives. Qui tamen secundum illam superiorem, & omnium maximam causam à qua omnes alię in suis motibus dependent, curãdus & sanãdus erat. ¶ Ex hoc itidem loco manifestè constat hunc paralyticum, famulum fuisse, & nõ filium vt nonnulli existimarunt, quia in Matthæo legerunt παις μου, quæ vox significat, & filiũ & seruũ, sed hic clare ostendit Lucas, famulum fuisse, nã δουλος nihil aliud significat quam seruum, vel famulum. *Qui illi erat pretiosus.* Idest charus. Qui loquendi modus metaphoram sapit, nam prętiosus non dicitur de homine libero, sed de alia re. In magno etenim prętio hunc habebat seruum, & ingenti amore illum prosequebatur. Acsi diceret. Nihil aliud magis diligebat quam seruum ita, vt suum amorem eum appellaret, quandoquidem pro eo tantum laboris susciepiebat. Vbi statim animaduertere oportet, hunc seruũ, qui Centurioni carus erat, graui morbo laborare. Solet etenim Dominus homines pios, & illi obsequentes, graui dolore afficere, eius rei discrimine & periculo, quæ illis charior & iucundior est. Adam quippe primus noster parens vulnus accepit in charissimo filio suo Abele, & Abraham in Isaac, eo quod dixit illi Deus. Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, & offer in holocaustum. Et Iacob in Rachele prius illi denegata, & postea sterilitate percussa, & Dauid in amantissimo puero sibi recenter ex Bethsabee nato. Quod Dominus nobiscum consueuit facere, vt nihil prætet ipsum diligamus, & vt ille solus cor nostrũ & animam nostram possideat. Vult Dominus, vt nullas alias facultates, aut opes desideres, quam ipsum Deum. In cuius rei gratiam vides Petrũ Apostolorum principem de sua fide gaudentem, qui tamẽ victus & prostratus fuit infirma ancillæ voce. Videas etiam

Iohã. 7.

Iohã. 15.

Gene. 4. *Gen.* 32. *Gen.* 29. 2. *Reg.* 12

Marc. 14.

4. *Reg.* 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vas illud electionis Paulum de castitate gloriantem, stimulo carnis irritatum, vt ex his discere valeamus Deum solum fiduciam
1. Cor. 11. nostram esse, &c. ¶ Perpende etiam huius Centurionis charitatem, qui Christum quærit, & ad eum mittit, vt seruum suum pristinæ incolumitati restituat. Non spreuit famulum suum, qui ægritudine laborabat. Et ob id mirãdum maximè, quia nondum iste audierat Paulum, qui cum admonuisset seruos, quales deberent esse, erga ministerium dominorum suorum, iubet protinus vt ipsi
Ephes. 6. domini paria rependant. Et vos domini (inquit) eadem facite erga illos remittentes minas, scientes, quòd & vester ipsorum dominus est in cælis, & personarum acceptio nõ est apud Deum. Nec id memoria tibi excidat, quod forsitan seruus coram Deo melioris est conditionis, & præstantior forsitan, quam tu, licet tu ditior sis, qui confidis (vt
1. Tim. 6. inquit Paulus) in incerto diuitiarum, peracta hac scœna exolues pœnas relegatus in ignem sempiternum. Et loquitur quidem Paulus elegantissimè dũ dicit, peracta scœna, nam ea quæ hic geruntur tanquam in comœdia, aut tragœdia transeunt. Nam quis obsecro dum in comœdia aliqua videret hominem quempiam illustrem, & nobilem personam serui, aut rustici agentem, eum sperneret, cum certò cognosceret peracta comœdia, ad pristinam viuendi normam rediturum? Nemo quidem sanæ mentis id faceret. Non enim tam attenderet, quid tunc ageretur, quam quid seriò peracta comœdia esset agendum. Sic modo fieri deberet, nec tam aspiciendus esset is viuendi modus & status, quem fortuna in hac miseram valle lachrymarum vnicuique dedit, quã
Galat. 3. quid in illa æternitate sit agendum. De qua re consule beatissimum Paulum dicentem. Omnes filij Dei estis, eo quod credidistis Christo Iesu, nam quicunq; baptizati estis Christum induistis. An non audis, seruum factum esse filium Dei, & Christũ induisse? Et idcirco adiecit statim. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neque liber, non est masculus, neq; fœmina, omnes vnũ
Phile. 2. estis in Christo Iesu. Ideoq; habendi sunt fratres quemadmodũ ad Philemonem scribit Paulus, dum ei commẽdat Onesimum, eiusdem Philemonis seruum, quem Paulus in Christo genuerat. Hortatur Paulus, vt eum iam non vt seruum recipiat, sed vt fratrem dilectum, cum iam Christum induisset. Sic fecit iste Centurio qui postquam cognouit, seruum suũ paralysi laborare non solũ humanæ industriæ subsidia quæsiuit, sed humano iam auxilio deficiente ad sacrã & diuinam anchoram confugit. Non eum seruum iudicat, sed loco domini habet. Nõ sequitur hic tyrannorum quorundam inhumanitatem, qui cum seruis suis non aliter se habent, quam si bruta animantia essent, in stabulis & sterquilinijs cubilia eis parant, ac veluti propter hos etiam Christus non esset natus, & sanguinem suum non fudisset. Hic vero Centurio in domo sua seruum infirmum habebat, & ideo dixit, iacet in domo mea paralyticus. Non veluti tyranni quidam, qui toto vitæ curriculo operas & industriam seruorum expectant, nullam tamen meorũ edem seruis tribuunt. Posteà vero cum miseri serui iam ad senectutem deuenerunt, postquam oppressi sunt morbis grauibus tanquam inutiles à dominis in hospitia mittuntur, vt ibi necessitate coacti vitam cum morte commutent. Quod quidem à multis quotidie fieri videmus, quod quidem impietatis & inhumanitatis genus à Christianis hominibus maximè est detestandum, ne ipsos homines canibus similes efficiant. Certè qui hęc faciunt, id non didicerunt ab isto Centurione, quin potiùs ab illo impio Amalechita, qui dereliquit seruum suum in medio itinere, & effecit illum ad mortem properare, eo quod captus iam erat ab ægritudine, & nisi Dauid illi succurrisset, proculdubio fame interiret, qua de causa sui peccati pœnam fuit consequutus, nã seruus ille dixit Dauidi vbi esset Amalechitæ, quorum multi gladio percusi sunt à Dauide. Quapropter quemadmodum Amalechita ille pœnam sui peccati exoluit, eodem etiam tu, & corporis, & animi morte, plecteris supplicio, si tuæ crudelitatis causa seruus foras eiectus mortuus, aut aliquod discrimen passus fuerit. Nam Csanguis illius pauperis coram Deo clamabit, veluti sanguis Abel crudelissimi sui fratris vindictam corã domino poscebat. Hoc degustarunt filij Iacob, qui postquam fratrem suum vẽdiderunt, sui peccati causa varijs calamitatibus & angustijs oppressi, dicebant. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. En sanguis eius ex coquiritur. Ne igitur nos ipsos alijs præferamus, aut potioris esse cõditionis iudicemus, nam vbi vera charitas est, ibi nõ attenditur, quæ

quæ extrinsecus accidunt, vt mundi amatores facere solent, qui neminem in pretio habent, nisi is fuerit dives, potens, aut literatus, amicus, aut cõsanguineus. Et semper id fuit ingeniũ mundanorum hominũ, vt pauperes & humiles cõtemptibiles iudicent cũ reuera soleãt aliquãdo plurimi ab ipso dño æstimari. Sæpe nanq; quos nos paruiducimus, Deus ad grandia vocat munera & multa per illorum ministeriũ dñs operatur, vnde superiores efficiuntur, & nobis dñantur. Cuius rei exemplum nobis erit Gepte Galaadites, qui repudiatus & despectus propter generis obscuritatem, posteà tamẽ princeps eorum fuit. Et Saul cum despiceretur à quibusdam dicentibus. Num saluare nos poterit iste? Et tamẽ posteà ille brachio suo percussit Philistim, & Israelem liberauit. Nec oportet obliuisci regiũ illum prophetam Dauidem, qui cum contẽptibilis esset & abiectus in domo paterna, electus fuit à dño, & maximus fuit coram omni populo. Vbi attendas diligenter est opus, nam forsi tan quos tu contemnis, illustriores & multò potiores coram dño sunt, quam tu. Quid namque illi faciunt aliud, qui pauperes, humiles, & infirmos despiciunt, quam externa enim charitas proximum diligit, omnibus fauet, nec proximum diligit eo quod diues, nobilis, doctus, amicus aut consanguineus sit, sed eo nomine tãtum illum amore prosequitur, quia Christianus homo est. Nam si vniuersis hominibus auferantur diuitiæ, potentia, nobilitas, scientia, & his similia vtique omnes æquales sumus, omnes homines sumus, omnes Christiani sumus, vnam fidem habemus, vnum baptisma, vnã vocationem & vnum Deũ. Sed de his satis. ¶ Admonet subinde locus iste, quòd si cupimus subditos obedientes nobis esse, neutiquam eos debemus contemnere. Nam ob id existimo quod Centurio hic obedientes seruos habebat, quia non cõtemnebat eos. Hic dixit Christo. Ego sum homo sub potestate constitutus, & habeo sub me milites, & dico huic, veni, & venit, & alteri vade & vadit, & seruo meo, fac hoc & facit. Perpende qua ratione obediebant Centurioni serui sui, nanque protinus, vt aliquid iubebat, id exequebantur. Vnde obsecro tanta obediẽtia orta est? quia benignè & quadam benemolentia cum illis agebat. Domini qui beneficia conferunt seruis suis, & serui illis diligenter obtemperãt, & prælati, qui vnicuique subditorum debitũ honorem tribuunt, vbiq; subditi illi obtemperant, & eos venerantur. Tu autem qui moribus tuis Neronis erudelitatẽ redoles, quo pacto à seruis tuis diligi speras, aut quod læto animo tibi seruient? Si semper, vel de re leui seruos tuos arguis, quo pacto desideras, vt bene tibi ministrent? ¶ Præterea opus est, vt semper sanctis operib⁹ insistamus, licet in miseria mortalis delicti iaceamus. Nam Gentilis hic, qui aliquando idolorum fuit cultor, tamen quia pius erat & misericors, & proximis suis humanitatis officia impendebat, meruit ad fidem adduci, ita vt eius fides maior fuerit, quam Israelitarum. Pari modo Gen Ios. 3.
tilis illa Raab quia officium pietatis hominibus peregrinis & ignotis exhibuit ad fidem Saluatoris venire meruit. Sic etiam ille Cornelius Centurio, qui eleemosynis, & orationibus instabat verba vitæ à beato Petro audire meruit, & ad Christi fidem ve Acto. 10.
nire. Caue autem nequid tale existimes, scilicet, quòd operã quæcunque bona facta ab existenti in peccato mortali possint primã gratiam mereri, gratia enim (vt inquit Pau- Rom. 11.
lus) si ex meritis nõ ex gratia hæc enim sub nullo merito cadit, tamen Saracenus, Gentilis qui ita legem naturæ atque Centurio, Achior, & Cornelius, multique alij seruauerit, Deus illi gratiã non denegabit, & auxi- Iudi. 5.
lium suum, non quidem propter illorũ merita, sed quia Deus benignitate sua & misericordia motus disponenti se, & libero arbitrio bene vtenti, concedere vult gratiam & lumen fidei, & sui ipsius cognitionem. Qua propter dum in peccato mortali fueris constitutus, ne desinas rebus sacris interesse, eleemosynam portigere & alia pietatis opera efficere, vt hæc dñs prospiciens super te misericordiæ suæ oculos effundat, & peccati tui veniam condonare dignetur. Namq; omni tempore recta debemus operari iuxta illud, quod Paulus consulit Thessalonicen- 1. Thes. 3.
sibus. Vos autem fratres nolite deficere benefacientes, quippe in quocunque statu fiat bonum opus, suum consequetur premium. Quod si in diuina gratia & charitate fiat, vitam consequeris æternam, sin minus quod tuum est, tibi dabitur. Nam argẽtarius, qui opus aliquod conficit, si postquam id fecerit, illi nõ placet, iterum illud efficit, & quãuis priorem laborem amiserit, argentum tamen ibi manfit. Optimũ quidem est bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

semper facere, licet enim opera in peccato mortali facta, digna nõ sint ęterno præmio, nihilominus qui illa operatur manet rectè dispositus, vt in statu gratiæ facilius & prõptius illa efficiat. Qui enim in prauo & iniquo statu bona nõ operatur, posteà cum maxima difficultate ad virtutis indolem adducetur, nam cũ habitus facilem reddat potentiam, si in bonis se exerceat, posteà in statu gratię innumera charitatis & pietatis opera facillimo negotio operabitur, quæ & digna
Matth.3. sint vita ęterna. Qui à beato Ioãne Baptista baptizabantur virtute baptismi gratiã non cõsequebantur, tamen manebant apti & dispositi ad recipiendũ Christi baptismum. Hoc igitur modo dum in peccato mortali nec gratia, aut gloria dignus es, id tamen grã de bonum tibi cõparas, vt postquã ad salutis statum deueneris facilius & iucundius operaris bonum. Vnde diuinus Paulus cõsulit
Galat.6. dicens. Bonũ facientes nõ deficiamus tempore enim suo metemus, non deficientes. Quod si modo cœlestis regni nõ es dignus, vt fias particeps, nunquã à bonis operibus tibi est desistẽdum, quia diuina misericordia fiet, vt ad fœliciorem & pinguiorem statũ deuenias, tũcq; magno afficieris gaudio, eo quod rectis & sanctis operibus incubueris.
Marc. 11. Christus quippe transiens iuxta ficulneam quandam eam maledixit, eo quod fructu carebat, & statim arida facta est, nec tunc tempus aduenerat fructus, quia hyems erat, & nihilominus eam maledixit cum fructum non haberet. Deum enim minimè latet, fieri non posse, in peccato mortali dari posse talia opera, quæ digna sint vita æterna, vult tamen quod omni tempore bona exerceas. Hoc est dominum ficulneam maledi-
Exo.18. cere, quia ficus non habebat. Præceptũ erat domini in lege veteri ne offerrent illi immundum animal, sed potius quod tale venderetur, & pretiũ illius adduceretur in oblationem. Immundum & spurcum animal est qui facit opus mortali culpa affectum. Non recipit dominus tale opus, veruntamẽ illius pretium acceptat, cupiens semper, vt opera bona efficias, nã dum in his teipsum exercueris & diuina mandata adimpleueris laudabilem consuetudinem in fœlicem statum recipit Deus, licet opus illud meritorium nõ sit. Sed iam videre licet quomodo Centurio hic ad fidem venerit. *Cum audisset de Iesu.* Famam, potestatẽ, & miracula, maximam concepit fidem, fides enim non est sine auditu, vt Paulus testatur dicens. Quomodo inuocabũt, in quem non crediderũt? aut quomodo credent, in quem non audierunt? Et tandem concludit dicens. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Cum multa miracula fecisset Christus non longe à ciuitate Capharnaum poterat illa audire à Iudæis. Vbi summe aduertendum est, quantas vires habeat diuinũ verbum, & quam efficax sit, quando hominẽs ita ad se adducit, & eorum corda penitus transmutat. Sed de his in sequenti capite suo opportuno loco dicemus. ¶ Sed certè rapit me in admirationem huius Centurionis fides, quia licet audisset, Christum multa & grandia fecisse miracula, à nullo tamen audierat quod Christus dum esset absens, aliquem curauisset, tamen credidit de Christo, quod dum esset absens, bene poterat, si vellet seruum suum in pristinam incolumitatem restituere. Auditis ergo miraculis, quæ prope Capharnaum fecerat sciens iam adesse. *Misit ad eũ seniores Iudæor.* Mittens seniores Iudæorum aperte ostenditur, quod fuerit Gentilis. Et etiam hic dicitur, quod isti seniores Iudæorum dixerunt Christo. Diligit gẽtem nostram. Et in Matthæo habetur, dixisse Christum. Multi venient ab oriente & occidente & recumbẽt, &c. quibus significat, Centurionẽ non esse ex regno illo, sed ab extera gente venisse. Sciebat enim recte Centurio ille quanta beneficia illi populo Dñs contulisset, & ibi fuisse magnos patriarchas, & prophetas, ideo facilius existimauit se posse consequi animi sui desiderium, si nuncios mitteret & ex genere suo. Mittit igitur ad Christum seniores Iudæorum, vt vel sic ostẽdatur quod seniores & sacerdotes debent esse iudices inter Deũ & populũ, & quod semper pro vniuerso populo ad dominum debent preces fundere. Etenim in Exodo dicitur, quod portauit Aarõ iniquitates eorum, quæ obtulerunt, & sanctificauerunt filij Israel. Sed proh dolor, quia ipsi senes, & presbyteri plus distant à Deo quam reliqui seculares homines. Vt videre licet in libro Danielis, vbi dicitur quod egressa est iniquitas à senioribus Israel, qui videbantur regere populum. Verum quãuis mali sint sacerdotes & senes, tamen quandiu tolerantur ab ecclesia debetur eis honor & reuerentia à subditis. Idcirco quãuis isti mali essent, voluit tamẽ illos Centurio honore afficere, & ita intercessores eos constituit. Sic Dauid honorabat Saul quia vnctus erat, & eius prælatus licet cognosceret illum reprobum esse, & à Domino iectum. Et Amalechitam occidit dicens. Quare ausus es mittere manum tuam in Christum Domini? quia dixerat Saulem ab eo fuisse interemptum. Vnde Paulus cum ignorasset Ananiam esse sacerdotem & propter eius tyrannidẽ illi maledixisset, postquam cognouit illum esse sacerdotẽ dixit. Principi populi tui ne maledicas. Exhibe honorem senioribus & sacerdotibus iuxta præceptũ Dñi in Leuitico. Coram cano capite consurges, & honora personam senis, &c. Præterea diuina prouidentia ad eos mittit seniores Iudæorum, vt eis præsentibus languidus sanetur, vt ita in excusabiles sint si credere noluerint. Sic etiam leprosum misit ad sacerdotes dicens. Vade & ostende te sacerdotibus, & offer munus tuũ in testimonium illis, vt cum viderint te sanum, qui antea infirmus fueras, & cum tu retuleris illis mea virtute effectum fuisse, vt cõsequereris salutem, hoc sit illis euidẽtissimum testimonium incredulitatis eorum. Quo etiam pacto Lazarus pauper in ostio diuitis iacebat laceratus, & penè fame consumptus in testimonium crudelitatis, & impietatis, quia sic negare non poterat, se non vidisse illum, cum iuxta ostium iaceret per quod ingrediebatur & egregiebatur. Nec poterunt etiam Pharisæi & sacerdotes temere iustam aliquam excusationem adducere sui peccati, dicentes, non vidisse, aut audiuisse miracula, quæ Christus faciebat postquam in testimonium huius ad eos mittebat leprosos, quos curabat, vt proprijs oculis illos viderent. Et multo minus tu coram domino excusaberis, qui cum quotidie iuxta ostium tuum pauperes clamantes videas, illis non subuenis. Cum autem scias viduam extremam pati indigentiam, fingis te id nescire. Audis conciones, & mirabilia Dei vides, solem, lunã te illuminantem, nec ista omnia inducere te possũt, vt ad meliorẽ viuendi frugem teipsum conuertas. Mittuntur itaque ad Christum isti seniores diuina prouidentia, vt tanta Centurionis fide à Christo arguantur, cum facilius credidesint Gentiles, quibus Deus tanta beneficia non contulerat. Sic eosdem arguit exemplo Reginæ Sabba, quæ diuturnum & laboriosum iter ambulauit, vt videret sapientiam Salomonis. Et in mediũ profert exemplum Niniuitarum qui Ionæ crediderunt. Sic fides Centurionis confundit Iudæos. Et Christus vt confunderet hos seniores Iudæorũ dixit. Non inueni tãtã fidẽ in Israel. ¶ Rursus tibi erit in hoc loco obseruandum Lucam, & Matthæum videri aliquãtulum inter se dissentire in narratione huius miraculi, nam Lucas dicit hic quod misit Centurio seniores Iudæorum, ac deinde cum appropinquaret Iesus domui, quod misit nuncios dicens, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Matthæus vero dicit, quod ipse abijt ad Christum, & accessit dicens. Puer meus iacet in domo paralyticus. Ac subinde respondens Domino Centurio dixit. Non sum dignus. Sed certè nulla est inter eos contrarietas, aut dissonantia, cum Spiritu sancto inspirati scripserint Euãgelia. Quod vero in miraculorum narratione, quæ Christus gessit, non nihil contrarietatis esse videatur, non eb hoc te moueas, vt existimes aliquem eorum de mendacio, aut suspicione posse argui, nam si vnus omnia scripsisset, vtiq; cæteri superflui essent, nec ijs opus haberemus. Deniq; si sententijs pugnarent, cõciliari minime possent. Nec mouere etiam nos debet quod in his rebus, quas multi scripserunt, non semper eodem loquendi modo, aut eisdem verbis vsi sint. Quin potius hoc tibi maximum indicium veritatis debet esse. Etenim si vbique & in verbis, & in loquendi phrasi eundem tenorem seruarent, possent aduersarij nostri existimare sacros Euangelistas data opera hoc fecisse, & mundo parauisse insidias, & id circo vnum ab alterius verbis non recessisse, verum hanc diligentem suspicionem omnino destruit & aufert, postquam videmus singulos differentem methodum, & verba fuisse sequutos. Res enim ita se habet. Centurio misit ad Iesum seniores Iudæorum, cum quibus cum venerit Iesus antequam domũ appropinquaret, misit Centurio amicos suos ad Iesum dicens. Domine nõ sum dignus, &c. vt noster Lucas narrat, tuncque Christus dixit, non inueni tantam fidem in Israel, & protinus seruum eius pristinæ valetudini restituit. Itaq; ipse Cẽturio non iuit ad Christum, sed serui eius abierunt pro eo, & loquuti sunt ad Dominum. At cum ait Matthæus, Centurionem accessisse, intelligendum est per nuncios. Quia quod quis per alterius ministerium facit, id ipse facere videtur. Sic etiam dicitur hic, quod ædificauit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficauit synagogam Iudæorum, ideſt, per miniſterium artificum, non vero proprijs manibus. Sed ad quid miſit ad Ieſum ſeniores Iudæorum? *Rogans eum vt veniret, & ſanaret ſeruum eius.* Nam cum naturæ eſſet author & dominus, poterat illum ſtatim ab ægritudine liberare. Medicus enim morbum non curat ſed natura, namque vbi natura nihil poteſt ad ſanitatem conducere, morbus redditur incurabilis, quia medicus ſolum eſt adiutor naturæ. Sic etiam in ſpiritualibus ægritudinibus proprijs viribus non valemus medelam conſequi, niſi Deus ipſe nos ſanauerit, licet nos eius ſimus coadiutores. Quod ſi nos ipſe reliquerit, ſtatim morbus noſter prorſus incurabilis fiet. Cuiusrei cauſa in pſalmo dicitur. Miſerere mei Deus quoniam infirmus ſum, ſana animam meam, quia peccaui tibi. Niſi Dominus iuuauerit, & ſanauerit, vtique infirmitas tua ad mortem properabit. Quod ſumma diligentia velim vt peccatores animaduerterent, antequam ſceleribus & flagitijs ſe ipſos contaminarent. Multi quippe dicunt. Libet peccare, veniet enim quadrageſimale tempus, in quo delicta mea plangam, & ad Deum me conuertam. Aduerte, aduerte, ò inſane & amentiſsime peccator, quod cadere poteris, quoties volueris, reſurgere autem minime, niſi Dominus ſuo auxilio præſto adfuerit. Sed forſan inſurget aliquis ex Lutheranis dicens. Igitur peccator ipſe protinus vt peccat, liberum arbitrium penitus amittit, maximè cum & ipſe Chriſtus dicat. Sine me nihil poteſtis facere. Si ergo iam Chriſtum amiſit, & diuinam amicitiam perdidit, & nihil proprijs viribus facere poteſt, certo concluditur, ipſum peccatorem antiqua libertate eſſe ſpoliatum. Ad hæc opus eſt aduertas aliud eſſe poteſtatem, aliud vero libertatem. Ignorauerunt omnino iſti inſcientiſſimi Lutherani quid ſit habere libertatem, & quid habere poteſtatem. Idcirco enim nos liberum hominis arbitrium dicimus eſſe (ait Ricardus) non quia bonum, aut malũ facere poteſt, ſed quia bono, vel malo cõſentire, vel nõ cõſentire poteſt. Aliud enim eſt habere poteſtatem, aliud vero libertatem. Poſſe bonum facere poteſtatis eſt, & poſſe malum facere infirmitatis, neutrũ tamẽ eſt libertatis. Libertatis eſt, quod voluntas noſtra cohiberi non poſsit, poteſtatis autem priuatio, quod ad bonum faciendum ſufficiens non eſt. Poteſtas autem & vires animæ gratia eſt, quam dum homo per peccatum perdit, poteſtatem perdit. Et idcirco Chriſtus dicit. Sine me nihil poteſtis facere. Non tamen inde intelligas peccatorem libertatem amittere, quia peccator poteſt velle & diligere quod magis illi placuerit, nec poteſt cogi eius voluntas, licet quod velit, non poſsit aliquando aſſequi. Et hoc non eſt libertatis priuatio, ſed poteſtatis. In manu quippe hominis eſt, multa velle & diligere, quæ aſſequi non valet. Poterit enim quis in profundum puteum ſe conijcere, non tamen ab eo egredi. Sed iam quæro, nonne qui in puteo eſt, poterit illic velle manere, & etiam velle egredi? Nil certè manifeſtius eſt, poteſt nanq; exitum deſiderare, & ingẽti lætitia affici eo q in medio puteo ſit. Quid ergo deeſt illi? Certe egrediendi poteſtas, quia licet egredi velit, minimè poterit, niſi alius ſuppetias tulerit. Quod ſi alius auxilium præſtiterit, niſi ipſe aliquid viribus ſuis fecerit, & ſeipſum iuuerit, funem apprehendens, egredi minimè poterit. Pari ergo ratione cum peccatum committis, propria voluntate id committis. Repugnat etenim peccatum eſſe, niſi ibi adfuerit voluntatis conſenſus tacitus vel expreſſus. Et idcirco quoties delinquis, propria voluntate te conijcis in culpæ puteum. At dum ſeſe peccatum tibi offert, liberum arbitrium habes, vt id fugere ſimanuis, aut amplecti poſsis. Veruntamen poſt quam iam deliquiſti & miſere cecidiſti, licet à culpæ puteo reſurgere velis, non tamẽ poteris, niſi Deus auxilio ſuo ſpeciali tibi ſubueniat, & à peccato deducat. Et quemadmodum qui in puteo eſt, quamuis manus illi porrigantur, niſi ipſe velit eas apprehendere & ſe ipſum adiuuare, vtique ſemper in puteo manebit, eodem igitur modo, etſi Deus peccatori manum porrigit & ſæpius roget, vt inde exeat, certe nunquam exibit, niſi ſe ipſum adiuuauerit diuinis inſpirationibus conſentiens, & ſuo libero arbitrio rectè vtendo. Et hinc meritiſsimò Paulus vocat nos coadiutores Dei, quia in ſalute, & reſurrectione noſtra coadiutores illi ſumus. Nam cum natura ſit quæ corporis ægritudinẽ curat medicus coadiutor eſt naturæ, ita vt dum abſens fuerit natura, medicus nihil poſsit efficere. Ita Deus præcipuus author eſt ægritudinis animæ curatiuæ, qui niſi præſens fuerit ſuo præſidio, actum

Pſalm. 6.

Ioan. 15.

Ric. vict. li. de ſta. homi. in tex. 11. c. 13.

actum eſt omnino de hominis ſalute, nos verò coadiutores eius ſumus. Aduerte igitur ò peccator, in manu tua conſtitutum eſſe ſemel & bis & millies in die peccare, at à luto peccati reſurgere minimè poteſ proprijs viribus, niſi dominus manum ſuam pietatis & miſericordiæ tibi porrexerit. Cuius rei non immemor deberes eſſe, imò id præ oculis ſemper tibi eſſet ferendum, vt non ita leuiter & velut aliud agens in vitia & peccata labereris, cum facilis ſit deſcenſus Auerni, ſed ſuperius reuocare gradum diuinæ benignitati tribuendum. Indiget enim homo peccator viribus & potentia, vt à peccato reſilire poſsit. Et hoc eſt quod inquit Chriſtus, ſine me nihil poteſtis facere. Videns ergo Cẽturio naturæ remedium prorſus deficere, & quod medici induſtria nullius emolumenti eſſet, decreuit ad Deũ totius naturę authorem tanquam ad ſacram anchoram confugere, rogans pro infirmi ſalute. ¶ Sed id obiter inquirendum eſt, quo pacto dicat noſter Lucas his verbis, quod rogauit Centurio, vt veniret, poſtea vero dicit. Domine non ſum dignus, vt intres ſub tectum meum? Sed aduerte huius dubij perfacilem eſſe ſolutionem. Nam Centurio nunquã habuit animum, vt Chriſtus in domum ſuam veniret, ſed tantum voluit, vt verbo ſignificaret incolumitatẽ ſeruo, ui, at Iudæi, qui à Centurione ad Chriſtum fuerunt miſſi Chriſtum rogauerunt, vt ad domum veniret, quia eum honorem tribuere volebant Centurioni adducentes Chriſtum in domum ſuam. Nam ipſe Centurio dixit ſenioribus Iudęorum. Ite ad Ieſum, & dicite, vt ſanet ſeruum meum. Iudæi autem adulationis amici dixerunt, domine nos id efficiemus cum eo vt ipſe veniat in domum tuam. Et propterea poſtquam receſſerunt Iudæi, & alloquuti ſunt Chriſtũ vt veniret, miſit Centurio amicos ſuos viros Gentiles, qui fideliter mentẽ ſuam & deſiderium pãderent Chriſto, dicentes quod ſolo verbo ſi ne itineris labore ſanitatem ſeruo tribueret, & occurrerunt Chriſto venienti cum Iudæis iam prope domum. Quod autẽ Iudæi ex propria intentione hoc peterent, manifeſto liquet ex verbis blandis, quibus Chriſto ſuadebãt dicentes, dignus eſt, vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram & ſynagogam nobis ædificauit. Itaq; quanuis Euãgeliſta dicat hic rogãs in ſingulari numero, non ideo intelligas. Centurionem tale quid rogaſſe, ſed Iudæos id feciſſe nomine Centurionis, & ſic videbatur ipſe Centurio eius petitionis author, & idcirco ipſe cõtrarium expreſsit per amicos ſuos, quos ad Chriſtum miſit. *At illi cum veniſſent ad Ieſum rogabant eum ſolicite dicentes ei. Quia dignus eſt, vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis.* Ex quibus verbis manifeſtiſsimum eſt colligere ipſum Centurionem ad Iudaiſmum iam eſſe conuerſum, vel ſaltim vnius Dei eſſe cultorem, relicta idololatria, quia ſynagogam ædificauit Iudæis. Veluti ſi modo aliquis nobis ædificaret Eccleſiam. Vt autem probarent iſti ſeniores Iudæorum vera fuiſſe loquutos, cum dixerunt, diligit gentem noſtram, addiderunt ſubinde. Synagogam nobis ædificauit. Bene quidem intentum probant, dicentes, ſynagogam nobis ædificauit, quia probatio dilectionis exhibitio eſt operis. Ex quibus doctrinam ſolidam deberemus elicere, vt ſcilicet, proximum non ſolis verbis diligeremus, ſed multis charitatis collatis operibus. Quocirca id Ioannes nobis in memoriam adducit, dicens. Filioli non diligamus verbo & lingua, ſed opere & veritate. Sed profecto diuites huius temporis miſericordes & pios ſeſe prędicant, at ſuam iſtam miſericordiã non video, quia vel ſpiritualis tantum eſt, vel ea eſt ſine diſpendio aliquo ſuorum bonorum, quippe qui nihil pauperibus Chriſti erogant. Sed de his poſt pauca in ſuſcitatione filij viduæ ſuo loco aptius dicemus. Et aduerte in hoc loco coniunctionẽ, &, idem valere quod, nam. Addunt enim rationem eorum, quæ dixerant, aientes, nam ſynagogam nobis ædificauit. Sic etiam intelligẽdum exiſtimo illud Ioãnis. Qui metit, mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam. Et illud etiam ad Romanos. Et miniſtrauerunt gloriam incorruptibilis Dei. Et iterũ. Et ſicut nõ probauerũt. Et Ioãnes. Et in lege veſtra ſcriptũ eſt quia Deorũ hominũ. Et rurſus. Et verbum caro factum eſt. Et Lucas etiam noſter. Et ipſe præcedet ante illum. ¶ Inſuper & admonet diligenter locus iſte, vt pro benefactoribus ſemper preces noſtras Deo fundamus, nam iſti pro Centurione, qui ſynagogam eis ædificauit, Dominum rogant. Sic tu Chriſtũ orare debes, pro ijs, qui bona temporalia tibi miniſtrant, exemplo illius ſanctiſsimi Heliæ, qui domino dicebat. Domine etiam viduam apud quam vtcunque

1. Ioan. 3.

Ioan. 4.
Rom. 1.
Ioan. 8.
Ioan. 1.
Luc. 1.

3. Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4. *Reg.* 4. sustentor, afflixisti? Sic Eliseus pro Sunnamite. Ecce (inquit) in omnibus sedulò ministrasti nobis, quid vis vt faciam tibi? Nunquid habes negotium & vis, vt loquar regi vel principi, vel militi. &c. Expende etiã quanta benignitas & misericordia sit apud dominum: vt omnes sanare dignetur tam Iudæos, quam Gentiles. Nullus etenim tã infimæ & abiectæ sortis homo erit, qui (si velit) Deo non possit placere, si vera & syncera fide ad eum accedat. Non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente, qui timet Deum, & operatur iustitiã acceptus est illi. Nemo apud Iudæos Ethnicis abiectior erat. Nullus etiã vilior erat apud eos, quam homo miles. Nã propter factas prædas & violentiam infames erant. Idcirco Iudæi ad Christũ mittuntur, vt suis verbis rogarẽt: metuebant enim se nihil impetraturos, aut illum vix exorabilẽ esse, & idcirco tanta verborũ ambage vtebantur, dicẽtes. Dignus est, vt hoc illi præstes: diligit enim gentẽ nostram, & synagogam nobis ædificauit. Quasi velint Christo dicere. Nolis rationẽ habere, nolis attendere, Ethnicus sit, aut miles: sed amicitiam considera, quam ipsis operibus erga nos habere manifestauit. Christus autem, qui nihil horũ attendit precibus acquieuit & seruum sanauit. Nec opus est, quotiescunque ab eo aliquid velis impetrare multa verborũ ambage vti: quin potius cor adducito syncerum & mentẽ ab omni inquinamento liberam & tunc cũ fiducia accede, & consequeris animi tui desideria. Nemo enim hominũ vlla ratione cõtẽnendus est: sunt quippe varia dona, munera, & functiones (vt ait Paulus) & tamẽ est vnus dominus omnium. Variæ sunt vocationes, & tamen non est nisi vnus Christus, qui omnes nos vocat: hunc ad Apostolicũ munus, alium ad opus ministerij. &c. Nanq; in humano corpore multa sunt membra, omnia autẽ nõ eundẽ actũ habent: & tamẽ omnia vnius corporis membra sunt. Sic inter nos multa dona, vocationes, & statuum genera sunt: cui autem præclarẽ corporis & animi dotes fœliciter contigerunt, is neminem alium despiciat: nam omnes æquales sumus, omnes membra sumus vnius corporis, & vnum caput Christum habemus. Vt autem apertissime videas, neminem à Christo contemni cuiuscunque status, aut cõditionis ille sit, sequentibus accommoda aures. *Iesus autem ibat cum illis.* Diximus iã, nunquã cum fuisse Centurioni animũ, vt Christus domum suam ingrederetur, sed solum, vt verbo sanitatem puero restitueret. Sed ad quid iam, rogo, Christus ibat? Vtiq; vt ostẽdat primo se orantiũ voluntati semper annuere, facit & adimplet voluntatem rogãtiũ Iudæorũ. ¶ Secundo vt opere adimpleret, quod verbo prædicabat. In cuius signũ postquam in monte concionem habuit de misericordia erga proximos impendenda, finita iam concione, misericordiã operatur cum seruo languido, eum visitans, & pristinæ incolumitati restituens. ¶ Tertiò vt humilitatem suam ostenderet, qui cum tantã potentiam haberet, id est, cum tãta faceret miracula, in aliam domum tendit vt seruũ curet. Nec dedignatur cum dominus sit cæli & terræ Centurionis seruum visitare vt normam tibi & regulam præberet sanctissimæ humilitatis, cui nihil est contemptibile, nihil quod aspernetur, sed omnia potius sunt illi pretiosissima & amabilia. Noluit ad filium Reguli ire, & tendit ad seruũ Centurionis. Pauperibus auxiliatur Christus, & magnates despicit: cũ peccatoribus & infimis conuersatur, & ibat ad Pharisæos rogatus. Rogabat (inquit euangelista) quidã Pharisæus Iesum. &c. sed proh dolor, multi nanq; sacerdotes his calamitosis temporibus nesciunt consilia sua, prædicationes & cõfessiones, nisi magnatibus tribuere. Pauperes vero relinquunt, & molestè ferunt & ægro animo suas cõfessiones audire. Quod etiam consueuerũt facere corporales medici, qui diuitũ domos maxima solicitudine visitant, at pauperes ægros interire sinunt. Deus misit Heliam nõ ad diuites & magnates, sed ad pauperculam viduam Sareptanã. ¶ Quarto id fecit, vt fidẽ Centurionis omnibus notam faceret, & vt cunctis cognitus esset & celebratissimus. Vbi diligenter aduertes quantam curam habeat dominus honorãdi amicos suos, quãtaque bona illis impertiatur: nec nõ etiam efficit vt ab vniuerso mundo celebrentur & colantur. Concepit etenim Centurio de Christo maximã fidẽ, & credidit eũ posse solo suo verbo ægrũ sanare. Et quãuis id rectè cognouisset Christus, tamen in domum Centurionis tendit, vt vel sic occultam Centurionis fidem notissimam apud omnes efficeret. Nã si Christus antequam ad domũ accederet solo verbo puerum sanaret, ad quid postea subijceret Centurio. Dñe nõ sum dignus vt intres sub

sub tectum meũ? Quo pactò alij cognoscerent fidem Centurionis & eius humilitatẽ? Quomodo laudaret illum Dominus coram populis? Vadit igitur ad Centurionis domum, vt inde ipse Centurio ansam sibi sumat dicendi. Domine non sum dignus, &c. Quo effectum est, vt propalata fuerit omnib⁹ huius hominis fides, & vt à Christo fuerit magnifice laudatus. Quærit semper Christus occasionẽ, vt seruos & amicos suos honore afficiat. Nam cum dixit Christus, ego veniam & sanabo eum, Centurioni ansam præbuit, vt in hæc prorũperet verba. Domine nõ sum dignus, &c. Et quia dixit. Domine non sum dignus, inde Christus magnificam eius laudem prædicauit, dicens. Non inueni tantam fidem in Israel. Solet enim aliquando dñs, qui seruũ habet animo virili, & viribus magnis præditũ, vt experimentũ faciat, an ita res se habeat, intẽpesta nocte seruũ foras mittere, vt nũciũ alicui deferat, at postquam discesserit dñs sibi assumit arma, & factus obuiã famulo, euaginat ensem, & manus conserit cum eo. At famulus qui natiuum animum & robustas vires nunquam deposuit & punctim & cæsim dominum maxima dexteritate percutit, quo fit vt conceptam de illo spem dominus confirmet. Tuncque dominus se illi notum facit, vt pugnæ imponatur finis, dicens. Satis, satis, ego sum Dominus tuus, scio enim ipso experimento quantum viribus & animo valeas. Posthac ego curabo teipsum magnis beneficijs afficere, & debitum honorem tribuere. Quod idem Dominus cum sanctissimo patriarcha Abraham fecit. Nouerat enim recte Dominus quanta fide seruus suus abundaret, nihilominus, vt notam eam faceret cunctis gentibus, & vt mundus eius virtutem intelligeret illum tẽtat veluti armis cum illo agens, præcipiens vt filium suum in montem duceret, vt sacrificium offerret Domino. Sanctissimus igitur patriarcha nullas nectit moras, in montem ascendit, filium secum ducit & virili & fideli animo ensem arripit, & ictum minatur nõ ficto animo, tuncq; Dominus inclamauit. Satis, satis est Abrahã. Nunc cognoui quod timeas Deum, nunc manifestum te faciam mundo, vt & fides & virtus tua maxima cognoscatur. Quod à domino fuit factum, vt Abrahæ fides notissima esset omnibus. His omnib⁹ ambagibus vsus est dñs, vt magnam fidem & obedientiam Abrahę, quæ occulta habebat, omnibus aperiret.

Idem fecit cum Iacob, quando cum illo luctari cœpit, illius vires volens experiri, quas cum expertus esset, dixit. Dimitte me, iam ascendit aurora. Eodem modo experimentum fecit in Cẽturione, præbens illi ansam vt eius virtus & fides manifestaretur. Et hoc tentandi modo vsus est, dicens. Ego veniã & curabo eum. Quem etiã modum cũ muliere Cananæa obseruauit, nihil illi respondens, vt vel sic maxima eius propalaretur fides, & vt digna esset, quæ à Domino maximo encomio celebraretur. Vide rogo quam fidelis amicus sit Deus, qui modos nouit & inuestigat, quibus dilectos suos honoribus afficiat. Meritissimè quidem canit illi regius psalmographus. Nimis honorati sunt amici tui Deus. Ex quibus omnibus id tibi documenti deberes elicere, vt humanas laudes vilipendas, honores & dignitates, sed omnis cura & solicitudo impendenda tibi est, quomodo apud dominũ sis laudabilis. Hoc enim verum encomium, hæc dignissima laus, quæ tibi immortalem gloriam est paritura. Dominus nanque etiam, si tu propriæ laudis tuæ oblitus sis, eius curam habet, ita vt in præsenti & in futuro sæculo magnis honoribus te afficiat. *Et cum iam non longe esset à domo misit ad eum Centurio amicos dicens. Domine noli vexari. Non enim sum dignus vt intres sub tectum meum.* Quæ verba non est dubium quin processerint à vera humilitate. Quemadmodum legimus de Petro cum dixit Domino. Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Ego Domine idolorum fui cultor, ego flagitijs & sceleribus contaminatus, tu autem ipse puritatis & bonitatis fons. Quæ conuentio Christi ad Belial? Quæue participatio lucis ad tenebras? Quis sum ego, vt Dominus veniat ad seruũ suum? Sic etiã humilitate plena mater beatissimi Baptistæ matri Domini dixit. Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Et Abigail cum Dauid vellet illam in vxorem accipere dixit. Ecce famula tua, sit in ancillam, vt lauet pedes seruorum domini mei. Per hanc humilitatem factus est Cẽturio dignior Iudæis, vt Christus ad eum veniret. Etenim humilis officium est, vt semper vitia propria cognoscat, neq; aliena respiciat. Habuit igitur iste Centurio veram humilitatem, habuit etiam fidem, cum crediderit bene posse Dominũ etiam dum esset absens infirmo incolumitatem tribuere.

Gen. 31.
Matth. 15.
Psal. 138.
Luc. 5.
1. Cor. 7.
Luc. 1.
1. Reg. 25.

Habuit

1. *Cor.* 12. *Ephe.* 4. 1. *Cor.* 12.

Act. 10.

Habuit denique ardẽtem charitatem cũ tanto animi affectu pro seruo ad dominum orauit. ¶ In quo loco id non erit silentio prætereũdum, quo pacto vnus & idẽ actus
Matth. 8. diuersam laudem & præmium habeat. Nã cum dixerit Petrus. Exi à me domine quia homo peccator sum: & Genezareni idem
Luc. 19. dicunt: tamen Petrus ob id laude fuit dignus, Genezareni vero reprehenduntur. Zachæus recipit Christum & laudatur: Centurio rogat ne ingrediatur suam domũ & propterea dignus reperitur encomijs. Vt intelligas semper in omnibus intentionem operis attendendam esse, vt inde elicias, opus dignum ne sit laude, vel vituperio. Is nanque qui bene erga omnes afficitur etiam in actionibus, quæ minus rectæ videntur, cõmendatur à domino. In cuius rei exemplũ
Act. 15. in sacra pagina in Actis legimus inter Paulum & Barnabam dissidium interuenisse: dum Barnabas consuleret vt profecturi ad visitandas ecclesias assumerẽt Marcũ: Paulus vero contrariæ erat sentẽtiæ. Neuter tamen in re tam diuersa dignus fuit aliqua reprehensione, cum Barnabas ad lenitatẽ inclinaretur, Paulivero iudicium erat, seueriori censura esse vtendum. Vbi docemur, ne aliorum facta præsertim virorum sanctitate præstantium, iudicemus, quanuis diuersa sequantur placita. Iam vero subdit ipse Cẽturio causam, quare dicat ne intret in domũ suam dicens. *Propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus vt venirem ad te: sed dic verbo & sanabitur puer meus.* Credidit iste, dicere Dei, facere esse: iuxta illud diuini vatis. Ipse dixit & facta sunt. Verbo enim Dei
Psalm. 148 Gen. 1. vniuersus conditus est. Dixit Deus, fiat lux,
1. Reg. 21. & facta est lux. Præterea vocat Centurio
3. Reg. 19. puerum seruum scripturæ more, quæ pueros vocat seruos. Vnde in primo Regum dicitur, fuerũt vasa puerorum sancta. Et illud etiam. Venit Helias in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum. Sequitur. *Nam & ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites, & dico huic, vade & vadit, & alij veni, & venit, & seruo meo fac hoc, & facit.* Quibus ostendit, quod Christus poterat absenti sanitatem restituere. Facta hypothesi quod Christus omniũ rerum sit dominus, cui vniuersæ creaturæ vel ad nutum obediunt, ita vt neminẽ habeat superiorẽ, aut æqualem, qui illi imperare possit: & tũc arguit à fortiori. Non defatigetur dominus meus: nam quemadmodum ego dico huic, vade & vadit: sic tu verbo solo præcipe infirmis, vt à lectulis sani & liberi surgant. De te nanque verissime illud scriptum est. Mittit verbum suum, & sanauit eos. Ego enim sum homo sub potestate cõstitutus, habens super me dominũ, cuius seruus ego sum: habeo etiam alios seruos & milites sub imperio meo. Quod si vni dixero, vade illuc, statim iussis obtemperat: & si dixero alteri, veni huc, dicto citius, id adimplet. Quanto igitur potiori iure tu, qui rex regum es, & dominus dominantium, qui nullum agnoscis super te imperium: cuicunque dixeris veni, veniet? & si dixeris ægritudini, vt recedat, recedet protinus: & si dixeris sanitati, vt non discedat ab aliquo, id rectissime adimplebit? Si cigitur poteris optimæ valetudini præcipere, vt vadat ad puerum meum, & ibit protinus, licet ipse sit absens. Nanque serui mei non solum mihi præsenti obtemperant: sed etiam dum mitto illos, vel etiã ad longinqua loca, ibi diligenter quæ à me iussa sunt exequuntur. Posuit autẽ iste Centurio rationis suæ vim, nec eam compleuit: nouerat enim se loqui cum viro sapientissimo & eruditissimo, in quo sunt reconditi omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei. Veluti si quis volens conficere syllogismũ solã minorem propositionem adijceret: in qua est tota vis argumenti. *Quo audito.* Hic ponitur quædam Christi conclusio, quæ infertur ex fide huius Gentilis, comparando eam cum infidelitate Iudæorum. Nã perinde charitate informatã homo placet Deo, & isti Gentiles, & multi alij erant Christi fidẽ habituri: maxima vero Iudæorũ pars permansura erat in sua infidelitate, quod Deus repelleret Iudæos & acceptaret Gentiles. Vnde dicitur, quo audito: scilicet, audito Centurione per nuncios suos. *Iesus mirratus est.* Videns maximam Centurionis fidem. Vbi diligenter aduertas Christũ non admirari mundi opes & facultates corporis pulchritudinem, aut alia huiusmodi, sed potius ipsam diuinam fidei virtutem. Nam sicut docuit nos Christus timenda esse mala spiritualia, non vero ea, quæ accidunt corpori: sic etiã docuit ea quæ spiritualia sunt & diuina admirari & suspicere: non tamen quæ fluxa sunt, & terrena. Nã aurum, argentũ, lapides pretiosi, & quicquid in diuitijs & facultatibus mundi continetur id omne vanum & ad triduũ periturum est. Nec id mirandum, cum habeant inanem finem & exi-

Psal. 75. exitum. Dixit enim Dauid. Dormierunt somnum suum viri diuitiarum, & nihil inuenerunt in manibus suis. At ideſt mundanorum hominum ingenium, vt hæc totis viribus inquirant, amplectantur, & sequãtur, ita attoniti & eorũ amore capti, vt ad nihil aliud nati videantur, veluti infantes vilem annulũ plumbeũ, aut quid aliud simile mirantes. Diligunt etenim pueri plus equum ex arundine factum, quã eos omnes, qui ad regis ministeriũ sunt parati. Equidẽ omnia hæc terrena similitudinem habent cum arũ dineo equo, si cum illis nunquam interituris, & sempiternis bonis comparentur. Quippe hæc temporalia imago sunt & vmbra futurorum bonorum. Verũ multi sunt, qui hac rerum imagine & vmbra solum detinentur, neq; aliud firmum magis, aut stabile bonum inquirunt, nõ conuertẽtes oculos ad cælum, quæ patria est beatorum, vbi vera bona sunt. Quod autem pueri id cõsueſcant facere, non est mirum cum discursu careant, at cum tu homo sis, qui rationis & iudicij compos es, quid est quod vmbram seqꝫeris & demiraris? Quare ducit te in admirationem imago, & non rei veritas? Idcirco diuina sapientia hæc introspiciens ad homines loquitur dicens. Vsquequo parauli
Prou. 1. diligitis infantiam? Hęc enim terrena apud viros probos nullius sunt põderis & momẽti, & D. Paulus tanquã stercora hæc omnia iudicabat. Nec de his miratur, sed de virtutibus & spiritualibus donis, Christus fidem Centurionis admiratur, & hanc sibi acceptã iudicat. ¶ Verum operæ pretium erit id modo in dubium reuocare, qui fieri possit, vt Christus admiretur, cum admiratio consurgat in homine excõsideratione rei cognitę? Christus in instanti suæ conceptionis plenus fuit scientia, & omnia cognouit in verbo anima Christi beata, quo igitur pacto poterat de aliqua re admirari? Si omnia sunt nuda & aperta oculis eius, quid ignorabat? Quapropter aliqui dixerunt, non fuisse miratum, sed ad modum admirantis se habuisse. Sed profecto videtur mihi rectius posse si dixerimus eum vere fuisse admiratum, in
Luc. 2. eius gratiam sciendum, in Christo duplicem fuisse scientiam, alteram diuinam, quæ æterna est, sub qua nulla potest cadere admiratio, quia nihil de nouo per eam cognoscitur, quia tam scientia, quã sciens, quam scibile sunt & continentur intra suã diuinã substantiam. Et sicut diuinæ essentiæ nihil de nouo acquiritur, ita nec sapiẽtiæ eius. Alia est scientia Christi humana siue creata, & hęc est duplex, altera est scientia visionis in verbo, & ista est scientia animæ Christi, & sicut anima Christi est creata, ita sciẽtia eius creata est, quia non potest aliquid increatũ formam esse rei creatæ. Et videtur scientia visionis cognitio illa, quã anima Christi habet de rebus cognoscendo illas & videndo diuinam essentiam, in quantum in ea relucent omnes res, quam cognitionem habent omnes beati in patria. Et secundum istam, scientiam anima Christi in instanti conceptionis cognouit in verbo omnia, quæ verbum cognoscit scientia visionis, & secundũ hanc non potuit admirari. Alia est scientia in Christo, qua cognoscit res in proprio genere, id est, non secundũ quod repræsentantur in aliquo excellẽti repræsentatiuo quale est diuina essentia, sed vt cognoscũtur in se ipsis, siue in propria natura, & hoc est cognoscere rem in proprio genere quia genus dicit naturam cõmunem. Quæ itidem scientia duplex est altera experimentalis, altera vero habitualis. Habitualis dicitur habitus quidam cognitiuus, quo de re iudicamus cognoscentes proprietates eius secundum suã naturam, & quantũ ad istam scientiam non fuit in Christo aliqua nouitas, aut admiratio, quia ab instanti suæ conceptionis eius anima fuit perfecta habitibus omnium sciẽtiarum, & idcirco quantum ad hoc admirari non potuit. Alia est scientia experimẽtalis, vt quando quis habens habitum scientię per solam doctrinã & speculationẽ, postea vero experitur intuitiue in effectu aliquid quod speculatiue cognoscit. Sicut medicis contingit, & id fit in omni scientia naturali & morali. Quo pacto anima Christi poterat aliquid addiscere per experientiã, quia aliqua de nouo videbat, quæ nunquã viderat. Et sic Apostolus affirmat, Christũ didicisse *Hebræ. 3.* ex his quæ passus est obedientiam. Ita & in præsenti licet anima Christi cognosceret in verbo istam fidem Centurionis qualis erat, & qualis futura esset, tamen eam nõ fuerat expertus in actu. Ideoque quia animę Christi hoc erat incognitum, id est, hoc nũquam experta erat, secundum cognitionem experimentalem admiratus est, quando in re ipsa tantam vidit fidem. Sicut nos cognoscimus aliqua speculatiue, quæ magna sunt & grandia, & nihilominus quando videmus ea in rei veritate accidere valde admiramur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur. Non tamen alicuius rei tanta admiratio poterat illi euenire, quanta nobis: quia quanto est maior ignorantia, tanto est maior admiratio. Christus tamen quando in hac vita erat de qualibet re semper habebat duas claras notitias, alteram diuinam, alteram vero creatam, quæ est scientia visionis animæ eius. Et ideirco licet aliquando rem aliquam admiraretur modica erat admiratio. Veluti si astrologus nouerat tali die & tali hora futuram esse eclipsim, quãdo id cõtingat non valde admirabitur, licet in eo sit aliqua immutatio, quia ipso experimento hoc nõ nouerat: qui vero astrologiam ignorat, nimis mirabitur. *Et conuersus, sequentibus se turbis dixit, Amen dico vobis nec in Israel tantam fidem inueni.* In publico loco & coram omnibus laudauit illum Christus. Primo vt firmius & pressius virtuti hæreat: quia quãdo alicuius probitas omnibus nota est, erubescit maxime si in aliquo crimine comprehenditur: quia à maximo dignitatis & honoris gradu cadit. Si autem occulte bonus sit, postea vero deterior fiat, minus erubescit: cum nullum honoris gradum amittat, aut bonæ æstimationis. Est quippe bona fama quasi stimulus quidam ad bene agendum. Vnde qui illã amittit, si forte desperet de illius acquisitione facilius in malum & impudenter prolabitur. Deinde illũ laudauit, vt cæteri videntes quo pacto à domino prædicabatur & laudabatur, ad virtutem inflammarentur & incenderentur. Laudatur de fidei magnitudine, primo quia credidit, quod etiam absens poterat incolumitatem puero tribuere: atque adeo non adduxit ad Christum paralyticum, quemadmodum illi, qui portauerunt illum ad Christũ. Necrogauit, vt ipse ad infirmum accederet, sicut Iairus Archisynagogus, qui rogabat Christũ vt veniret & imponeret manũ super filiam suam: nec etiam, vt regulus, qui Christi præsentiam desiderabat, vt filium suum sanaret: sed tantam fidem habuit, vt solo verbo crederet, Christum posse puero salutem tribuere. Secundo diuinum imperiũ, maiestatẽ & dominiũ cõfessus est, eũ dixit. Dico huic, vade, & vadit: & seruo fac hoc, & facit. Sed iam singulà verba veniunt à nobis explicanda. ¶ In primis verbum hoc Amen, Hebraicum est, & in omnibus translationibus diuinæ scripturæ varijs linguis factis, immutatũ permansit: quodquidẽ altissimo mysterio non vacat, quia firmi

Matth. 9.

Luc. 8.

Ioan. 4.

tatem securitatemque significat: & id quo alia corroborãtur & confirmantur, mutari non debet. Præterea in veteri lege iuramẽtũ est. Viuo ego dicit dominus: in nouo autẽ (vt Hieronymus annotat) amẽ dico vobis: quia sic iurabant in veteri lege in confessionem Deorum mortuorum, vt erant idola gentium per quæ iurabant idololatræ. At nunc quia idololatria cessauit, non opus est iurare per Deum viuentem: nisi tãtum, vt ipse Deus, quem nos viuentem credimus, asserat affirmatiue se hoc dicere. Ere nim iuramentum secũdum Damasceni sententiam significat immutabilitatem consilij Dei: eo quod apud nos contractus, qui in uicem fiunt ipso iuramento rati sunt & habent firmitatem. Iurat Deus dicens. Amen Amen, propter hominum incredulitatem (vt Basilius & Hieronymus annotant) vt iuramento eos certiores reddat. Sic Abrahæ iurauit dicens. Per memetipsum iuraui, quia fecisti hanc rem. &c. Sic iurauit Dauid, nec non filijs Israel. Vnde obsecro, aut ad quid existimas opus esse iuramento, vt Deo fidem adhibeamus? Certe id prouenit ex malitia nostra. Quemadmodum nos datam fidem frangimus, quam alijs dederamus, ita & illis non credimus, si quæ dicunt iuramento non astruant. Cum enim nobis consuetum sit alios fallere, sita & nos timemus ab alijs falli. Vnde nihil credimus, nisi id prius fuerit iuramento confirmatum. Cum autem Christus depraua tum nostrum animum bene nouerit (licet ipse verissimus sit, imo ipsamet veritas quæ nobis dicit, iuramento libet confirmare, vt imbecillitati nostræ se ipsum accommodet, vt vel saltim hac ratione illi credamus. ¶ Secundo id iuramento affirmat, scilicet, maiorem fidem inuenisse in Centurione, quam in Israel, non quod maiorem habuit Centurio fidem, quam beata virgo, aut Ioannes Baptista, aut Apostoli, & Christi discipuli, sed intelligere id debes per collationem, quia æquum erat, vt maiorem fidem in Iudæis inueniret, quam in Gentibus. Ita vt singulis rectè consideratis maior fuerit fides in Centurione, quam in Iudæis, non simpliciter sed collatiue. Veluti si quis laudans prudentiam hominis rustici, maiorem esse diceret, quam hominis docti, quod sane intelligendum esset in suo genere ita videlicet quod rustici prudentia in genere suo

suo maior apparet, quam alicuius philosophi inter literatos & sapiẽtes homines. Doctus inuenitur rusticus non inter doctos & literatos homines, sed inter rusticos, & magis doctus, quam philosophus inter philosophos. Secundo potest & hoc intelligi quantum ad fidem in operatione miraculi, vt sit sensus, in toto Israel non inueni tantam fidem in aliquo homine, ad cuius petitionem facerem miraculum, quam in isto homine, & tunc verba hæc erunt vniuersalia nullam habentia exceptionem. Nec obstat, si in medium adducas sanctos Apostolos, beatam virginem, aut Diuum Baptistam, quia nulla miracula fecerat adhuc istis petentibus, in quibus horum fides requireretur. Et manifeste patet sic esse intelligendum, quia Christus fecit hoc miraculum dicente Centurione illi, vt solo verbo puerum sanaret, hoc autem nullus horum dixit, ad cuius petitionem Christus aliquod miraculum fecerit. Videtur igitur maiorem fidem inuenisse in Centurione, loquendo tantum de illis, ad quorum preces Christus tantum miracula fecit. Tertio non prætulit Christus fidem Centurionis fidei matris suæ, aut Apostolorum, quia loquebatur de ijs, qui propter generalem suam prædicationem crediderunt non de ijs, qui antea credebant. ¶ Denique pro huius loci maiori explicatione obseruandum est, fidem dupliciter accipi, vno modo pro habitu credendi secundum quam assentimur veritatibus sacræ scripturæ etiam si non constiterit nobis probatio de aliqua illarum veritate. Et hæc est fides, sine qua, inquit Paulus, impossibile esse placere Deo, & hæc est vna ex tribus Theologicis virtutibus, quas Paulus adducit scribens Corinthijs. Et per hanc fidem differt fidelis homo ab infideli. Alia est fides quæ confidentia vocatur, qua petit aliquis à Deo confidenter aliquid, sperans, & credens certissime se consequuturum à Domino id, quod postulat; quæ fides necessaria est oranti, alias enim nihil vnquam impetrabit. De qua beatus Iacobus dicit. Si quis indiget sapientia postulet à Deo, postulet autem in fide, nihil hæsitans. Et sic existimo illud etiam esse intelligendum. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, & dixeritis monti, &c. Et quod Cananææ Christus dixit. O mulier magna est fides tua. Et Ioannes ait. Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis. Id est non fidebat ipsis, neque se confidenter, aut secure illis tradebat. De qua credo in hoc loco incidere sermonem potius, quam de fide Theologica, quæ valde, necessaria est ad efficiendum miracula. *Et reuersi qui missi fuerant domum inuenerunt seruum qui languerat sanum.* Virtute diuina factum est (quæ vbique adest & operatur) vt in ictu oculi ille, qui maxima infirmitate laborabat, & de cuius salute omnes medici iam desperauerant integræ sanitati restitueretur, quod quidem maxima fides Centurionis effecit. ¶ Ex hac igitur historia Centurionis præter ea omnia, quæ diximus ad nostram eruditionem discamus, primo in omnibus necessitatibus, & afflictionibus nostris in medio itinere ire obuiam Christo, vt iuxta nos dignetur accedere. Protinus enim, vt Christus Capharnaum peruenit, & id intellexit Centurio, nuncios ad illum misit, ne forte discederet. Id semper aduertere debes vt si Christus prope tranſierit, & audieris eius famã, vocem, & inspirationes, ne facias moram, sed cito ad eum curre & illum in tuum auxilium & necessitatem voca. Nam in hac vita prope te est, nunc illum præsentem habes, nunc poteris illi occurrere, & vocare illum, antequam seipsum abscondat, antequam mors veniat & discedat. Detine illum, neque sinas illum transire donec vulnera animæ tuæ omnino sanet. Ita fecit anima illa sancta, quæ dicebat. Tenui eum nec dimittam, donec introducam illum in domum genitricis meæ. Sic fecisse legimus Cananæam illam, quę postquã nouit, Christum in regionem suam peruenisse, clamauit ad illum dicẽs, Miserere mei fili Dauid. Non dimisit illum vlterius transire quousq; fuit assequuta omnia, quæ desiderabat. Sic tu priusquam mors appropinquet, postquam illum præsentem habes, clama, nec cesses, & vestigia illius insequere dicens. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Ecce puer meus iacet in domo paralyticus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Igitur secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam. Sed proh dolor, quoties Deus corda nostra perambulat & petransit, & eum alloqui nolumus, imo illum cõtemnimus. Sed quid dico, quod transit? Imo coram nostris oculis adest supernus ille cœlestisque medicus, & rogat nos,

Matth. 15.

Psalm. 50.

nos,vt medicamen salutis velimus accipere,& sedens ad ostiū expectat nos,nos autē tanquam amentes & stupidi magnis ægritudinibus oppressi,& peccati labibus infecti remedium nostrum spernimus. Quomodo rogo,tu illum quæres, vt Centurio iste,Cananæa & Magdalena fecerunt,si cū foribus tuis adest, dicis eum nescire?

¶ Discamus semper nunquam de diuina pietate & benignitate desperare,imo semper petitionibus nostris confidentes accedamus,potens quippe dominus est, ex peccatoribus iustos & sanctos efficere. Potens est dominus dicere peccatis meis, recedite ab homine isto & dicto citius recedent. Potens est dominus,vt dicat sanitati, veni & esto cum homine isto, & gaudebit iussibus domini. Potens est dominus ab incurabili paralysi hominem liberare. Et tandem potentissimus est ab omni miseria, ab omni afflictione & angustia saluum & incolumem te ipsum eripere. Legimus nanque in quarto libro regum Eliseum prophetam dixisse, in tempore hoc cras modius similæ vno statere erit, & duo modij ordei stratere vno in porta Samariæ. Quidā autem Deo diffidens dixit. Si dominus etiam fecerit cataractas in cælo,nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait. Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Sicque factum est vt ille,qui Deo non credidit,à turba in ingressu portę conculcatus moreretur. Itaque has tres insignes,& egregias virtutes exemplo Centurionis induamus scilicet,fiduciam, charitatem,& humilitatem. ¶ Discamus etiā proximorum virtutes laudare, sicut Christus laudauit fidem Centurionis coram omnibus ibi adstantibus. Sic etiam laudauit Christus Nathanaelem. D. Petrum, Magdalenam, Cananæam & Zachæum. Sed nos veluti si in sacro baptismate Christum non fuissemus confessi, nec ipsius vexillum sequuti multo aliter facimus,nam proximorum virtutes & ea, propter quæ digni sunt laude silentio inuoluimus,defectus vero & quæ committunt flagitia propalamus, & laudamus. Quo fit vt regius vates dicat,Laudatur peccator in desiderijs animæ suæ & iniquus benedicitur. Illum laudas,qui de illata iniuria crudelissime vlciscitur, vel qui turpia & scelerata commisit. Cuiusmodi conditionis sunt assentatores & adulatores, & alij multi,qui ita viuunt vt alijs placeant & adulentur. De quibus propheta sanctus Ezechiel scribit, & multa ponit, quæ illis contingent,dicens. Eo quod deceperint populum meum dicentes pax,pax & non erat pax, & ipsi ædificabant parietem illi autē liniebant eum. Peccatores namque parietē vitiorum & grauissimorum scelerum ædificant,illi autem, qui blandiuntur, parietem liniunt,reddendo illum album & lucidum: dicentes nihil esse fœdum, aut turpe in ipsis sceleribus & flagitijs,imo pulchritudinē & honestatem præ se ferre. At exemplo Christi tantum virtus & honestas laudanda est, vt in hoc loco Centurionis commendatur fides, & Pharisæorum vitia carpuntur, sicuti videre est in capite. 23. Euangelij D. Matthæi. Sic tu virtutes semper laudibus prosequere, nec bonos vituperes, aut iniquos laudes. ¶ Discamus etiam, vt semper opera & vita nostra statui & vocationi nostræ sint consona nam secundum ea quę hic à Christo narrantur Centurio miles atque Gentilis Israelitici populi sacerdotes & senes fide superauit: ita vt in maiori honore fuerit habitus, quam illi omnes, qui se præcipuos esse existimabant in obsequio domini, & maiorem perfectionem & sanctitatem fuerant professi. Mundi quippe officium aut vanus honor seculi non comitgit nos ipsi Deo, sed potius humilitas & recta opera, aut si mauis zelus ardens ministerij domini. Et tandem vt de hac re finem dicendi faciam, ne nobis fiducia sit in statu aut dignitate nostra, sed memoria semper repetamus à quanta gloria & honore ceciderint angeli illi supremi in miserum tenebrarum locum. Et quo pacto etiam primus noster parens à paradiso voluptatis fuerit ejectus summa ignominia & dedecore, & quo modo Iudas constitutus Apostolus tandē fuerit misere & infœliciter suspensus cum iniquis angelis habitaturus. Ita vt nec monachalis habitus, nec sacri ordines, aut perfectionis status nos saluos & incolumes minime seruabunt, nisi his optimum viuendi studiū adhibuerimus. *Et factum est deinceps. Hoc est post restitutam sanitatem puero Centurionis quanuis non immediate post illam,sicut euangelistis colligitur.* Ibat Iesus in ciuitatem, quæ vocatur Nain. Inter alia præclara, quæ dilectus discipulus de suo magistro dixit, id fuit, vnum & potissimum, scilicet, quod venit, vt dissolueret opera diaboli. In hoc (inquit) apparet filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Scriptum enim est. Inuidia diaboli intrauit mors orbem terrarum. Deus nanque mortem non fecit, neque lætatur in perditione morientium sed diabolus, qui homicida semper fuit ab initio. Adæ quippe dixit Deus. In quacunque hora comederis morte morieris. Sed peccatum quod transgressio fuit præcepti mortem induxit. Itaque sicut inuidia diaboli mortem, ita charitas Christi attulit vitam, iuxta illud,quod ipse dixit. Ego veni, vt vitam habeant,& abundantius habeant. Et D. Paulus. Sicut in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabūtur. Igitur cū venerit Christus in mundū (vt inquit Paulus) vt eum destrueret qui mortis habebat imperium per mortem suam conueniens fuit, vt priusquam in arenam cum illa descenderet, ostenderet illi, quam potentiam aduersus eādem mortem afferret. Ita quę conuenientissimum fuit, vt antequā omnino mortem destrueret, aliquos ad vitam restitueret, vt imperium ostenderet, quod habebat aduersus ipsam mortem, vt vel sic intelligeret mundus eum & mortis & vitæ esse dominum. Qua de causa modo scribit D. Lucas quo pacto adolescentem quēdam filium viduæ dum iret in ciuitatem Nain à morte suscitauerit.

¶ Vbi maxime consideranda est Christi bonitas, quippe qui non vocatus, aut rogatus venit, vt viduam tristem consolaretur. Et hoc est illius maximum encomiū, quod etiam nobis venit non vocatus. Ab æterno quippe nos elegit, sed non propter preces aut opera nostra bona præcedenta, sed sola sua benignitate & gratia. Nec nos ad illum priùs iuimus, sed ille ad nos. Nō nos elegimus illum sed ille nos. Cū ad huc mortui essemus in peccatis (inquit diuinus Paulus) Deus qui diues est in misericordia conuiuificauit nos Christo. Propterea enim dicit in Esaia. Quæsierūt me, qui antea non interrogabant, inuenerunt qui non quæsierunt me. Solet benignitas domini miseros & afflictos consolari; & quod maius est nec rogatus nec vocatus sed potiùs inopinatus venit, vt hic facile ostendatur. Quo circa Apostolus Paulus. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi pater misericordiarum & Deus totius consolationis, qui cō solatur nos in omni tribulatione nostra. Longe aberat huius mulieris cogitatio ab spe salutis filij sui, veruntamen vadit Christus Nain & filium suum viuum vidit. Beata ciuitas, beata domus, & beatus ille est nuncupandus ad quem dominus accedit: siquidem bona multa ab eo accipiet. Venit Christus in domum Simonis: & socrus eius liberatur à febre. Venit ad Matthæum: & ex publicano, efficitur Apostolus. Venit in domum Zachæi, & salus facta est illi. Venit denique in hanc ciuitatem Nain & mortuum suscitat adolescentem. E diuerso autem is, à quo dominus discedit aut lōgè abest multis miserijs implebitur. Idcirco dixit Martha domino. Domine si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Vnde & Iudaicus populus miser & obcæcatus est, quia Deus discesit ab illo. Vnde maximè tibi cauendum est, ne tibi dicat dominus, sicut olim Iudæis. Vos dereliquistis me, & ego dereliqui vos. ¶ Aduertendum est insuper Nain ciuitatē esse in Galilæa sitam in magno mōte Hermō: ad cuius latus versus orientem est ciuitas Nain, & ad dextrum latus Nain spatio sex vel septem parasangarum positus est mōs Thabor. Nè autem præbeatur ansa errandi scripturam legentibus, sciendum tres montes huius nominis Hermon in illa regione reperiri. Vnus & ille præcipuus, cuius scriptura facit mentionem iuxta montem Sanir reperitur, supra regionem Traconitidem: & est vltra Iordanem. Alius est trans torrentem Cison, qui ad orientale latus manet montis Thabor: tertius verò est hic vbi est Nain quem scriptura vocat modicum, ad differentiam eorum quos nominauimus. *Et ibant cum eo discipuli eius.* Comitabantur Christum, sicut Eliseus, qui magistro suo dixit. Viuit dominus, & viuit anima tua, non derelinquam te. Vnde in persona horū dicebat Iob. Vestigia eius sequutus est pes meus: viā eius custodiui, & non declinaui ab ea. Redditurī erāt Apostoli rationem de omnibus, quæ gessit Christus à baptismo Ioannis, vsque ad eius ascensionem, vt Petrus dixit. Atque ideo indiuidui comites erant quasi testes miraculorum eius. Iucundum etiam erat Apostolis Christo adhærere. Dixit enim Petrus Christo. Quo ibimus? verba vitæ habes. *Et turba copiosa.* Ibat cum illo turba multa, propter signa, quæ faciebat super ijs, qui infirmabantur. Et vtinam miracula quæ Christus singulis diebus tecū operatur, tecum efficerent vt illum sequereris.

4. *Reg.* 7.

Ioan. 1. *Matth.* 16. *Luc.* 7. *Matth.* 15. *Luc.* 19.

Psalm. 9.

Luc. 4. *Matth.* 9. *Luc.* 19.

Psal. 41.

4. *Reg.* 2. *Iob.* 23.

Act. 1.

Ioan. 6.

¶ Obserua autem, quòd priùs eunt Apostoli, & statim post illos turba multa: & non id mysterio vacat: nam quando prælati ecclesiæ priores Christum sequuntur, statim post illos tendunt subditi & inferiores. Nã eodem modo, quo pastor Iacob virgas ponebat, vel cum cortice, vel sine illo coram oculis ouium: eodem modo oues pariebant agnos varios. Ità sanè si bona opera pastores & prælati ecclesiæ coram oculis subditorum proponunt, eadem ipsi subditi sequuntur & pariunt. Potius enim subditi factis, quàm verbis sunt regendi. Vnde mirabile est ad hoc propositum illud Ezechielis, quod rotæ non superabant animalia sancta: omnia nanq; suo ordine & proportione ibant. Et cùm eleuabantur rotæ, pariter & eleuabantur animalia, Et quocũq; ibat spiritus, illuc quoque pariter tendebant rotæ: & pedes eorum recti pedes, æquales pedes, quia opera verbis correspondere debent.

Gene. 30.

Ezec. 1.

Prior, qui in ciuitate Niniue pœnitentiam egit fuit rex, ipse priùs surrexit de solio: quẽ sequuta est vniuersa ciuitas. Prior etiã qui profanauit vasa templi Balthasar fuit: & id protinus fecerũt eius concubinæ. Vbi facile est videre, quantum valeat maiorum exemplum, ad vitium sectãdum, vel ad virtutem amplectendam. Quando Iosue Iordanem fluuium transiuit cum testamẽti arca, priùs transierunt sacerdotes, & aquæ furor cessauit: & ità omnes securi transierũt. At prælati huius temporis nolunt virtutis duces esse, imò subditos suos mittunt, vt Christi vestigia sequantur, ipsi verò manẽt in tranquillitate conuiuijs vacantes & delicijs. Christi discipuli pedibus eunt, & post illos turba copiosa. Refert enim multum, vt prælati, sacerdotes, & ecclesiastici, & & præsertim ij, quibus animarum cura incumbit, priores sint in virtutis sequela. Ità Esaias cum dixit, omne caput languidum, & omne cor mœrẽs, statim subdidit. A plãta pedis vsque ad verticem capitis non est in eo sanitas. Quandò prælati, qui capita sunt, infirmãtur, necesse est corpus, id est, omnes subditos ægros esse: nã quandò princeps & gubernator reipublicæ non rectè in administratione se gerit, tota respublica protinùs periclitatur. Vnde in Ecclesiastico legitur. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea. Nam sicut vmbra columnam sequitur, ità subditi imitantur prælatos. Qua de causa peccata populi ipsis prælatis tribuuntur: quia ipsi sunt causa, vt populus peccet. Idcirco Moses cùm peccauit populus, dixit Aaroni sacerdoti. Quid tibi fecit populus hic, vt induceres super eum peccatum maximum? Peccauerat populus & obiurgatur sacerdos. Si enim horologium falsò horam designet, vtique non tribuenda est culpa horologio, sed potiùs horologium regenti. Ità sanè scelera populi ipsis prælatis sunt imputanda. *Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis ecce defunctus efferebatur filius vnicus matris suæ.* Consuetudo erat Iudæis, vt extra ciuitatem sepelirentur. Sic Christus extra vrbem sepultus est in horto. Præceptum enim erat Domini, vt extra castra sepelirentur. Et huius consuetudinis ratio erat, quia locus, in quo mortuus iacebat, immũdus reputabatur, quemadmodum cadauera ipsa. Appropinquat autem Iesus, nam cùm ipse appropinquat nobis, quemadmodum Sol incrementum tribuit plãtis & herbis, sic Christus sua propinquitate tribuit nobis vitam & salutem. Portæ autem ciuitatis appropinquat, quia porta, per quam egreditur mors, ingreditur vita: nam consensu voluntatis mortuus es in peccatis, & eodem consensu resipiscere debes. Et idcirco sine cõtritione postquam peccasti saluus fieri non potes. Præterea cum defunctum videris ad sepulchra ferri, considerare debes protinus te mortalem esse iuxta illud Ecclesiastici. Memor esto iudicij mei, sic erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. Semper recolenda esse memoria terra, in quam conuertendus es. Facile nanque contemnit omnia, qui se existimat moriturum. Iubebat Dominus plumas auis, quæ illi in sacrificium offerebatur in cineris locum conjci ad partem orientalem. Eleuantur in altum diuitiæ, honores, salus, nobilitas veluti auis plumis suis. Vult Dominus, vt hæc omnia conjcias in cineris locum, qui sepultura est. vbi protinus videas ortum tuũ nihil aliud quã cinerem, & à cinere esse. Equidem si omnes tuas vanitates, & mundanos honores, quibus inflatus incedis in sepulturam diceres, ea omnia facile contemneres, & pro nihilo duceres. Infirmus hic & defunctus qualis sit, ostendit tibi. Indutus fuit Adam pellibus animalium mortuorum: vt mortis sententiam, in quam propter peccatum inciderat recordaretur. Singulare remedium est ad peccata vitãda & fugienda mortis recordatio: & ad appetitus carnis frænãdos: cum rectè intelligamus corpus hoc in vermes & cinerẽ esse cõuertendũ. Injicit enim mors in ignem nostrorum appetituum frigidam aquam, quæ multum mitigentur & extinguãtur. Estq; veluti horologiũ quod dam quod vitam nostram ad rectum viuẽdi modum traducit. Veluti Daniel: qui cinerem spargendo Babylonis sacerdotum defraudatos gressus aperuit. Quo pacto suis cogitationibus vanis cinerem miscuerit, dæmonis fraudes & astutias deteges.

Luc. 7.

Dani. 5.

Iosue. 4.

Esa. 1.

Eccle. 10.

¶ Præterea filius erat viduæ & vnicus iste adolescens, qui mortuus defertur. Blandè & cum indulgentia in delicijs & voluptatibus fuerat nutritus, quia filius viduę erat: quæ mundanæ voluptates ad mortis sepulturam plurimos deferũt. Vnde Esaias inquit. Oua aspidum ruperunt. Oua aspidum sunt extrinsecus alba, oculis grata & pulchra, interius autem veneno plena. Sic mundi deliciæ exteriorem partem pulchrum & suauem ostendunt, quas si aperias fœditate & nigredine plenæ sunt. Et quemadmodum qui oua aspidum frangunt, seipsos occidunt, quia ex ipsis ouis erumpit venenum: sic qui se delicijs tradunt, sibi ipsis mortem moliuntur. Aspis est paruus serpens, veneno occidens, somniculosus appellatus, eo quod somnum lethiferũ percussus emittat. ¶ Obserua autẽ in hoc loco defunctum non fortuitum delatum esse, ità vt Christus obuiam ei esset factus forte fortuna. Etenim nihil apud Christum casu fit: omnia enim prius sunt illi cognita deliberata & ordinata, quamuis nobis secus videatur. Deus nanque omnia nouit prius quam eueniant: & apud eum est decretum quid, & quo tempore vnumquodque fieri debeat. Vidua non videbat Christum, neque aliud minus cogitabat, quàm de eius aductu: Christus autem rectè videbat luctum & planctum viduæ. Quod quidem maximum solatiũ nobis debet esse, quod necessitates nostræ & afflictiones illi cognitæ sunt: imo quod iam sit in via vt eis medeatur. Et idcirco maxima semper fiducia debemus confidere: & si fecerit moram expectemus eum, veniens veniet & non tardabit. *Et hæc vidua erat.* Et ob id nõ minoris habita à dominonã coram oculis domini potiùs æstimationẽ sunt digni qui à mundo destituuntur, quàm qui potentes sũt & qui laudantur à mundanis. Hæc mulier orbãta erat omni humano auxilio, cum nec maritũ haberet, nec filium: post ille qui erat ei vnicus ad sepulchrũ ferebatur: quæ omnia ipsum dñi subsidium & auxilium citius illi attulerũt. Dominus enim custodit aduenas, pupillũ & viduam suscipiet. Nunquid vidistis Ioseph in Ægypto venditum, in carcerem detrusum, omnibus spoliatum? Sed attendite quanto cum honore dominus eum ab his omnibus eripuit. Optimè quidẽ egregius psaltes. Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Et iterum. Iuxta est dominus ijs, qui tribulato sunt corde. Et rursus. Quis sicut dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra? Et Ecclesiasticus dixit. Dominus nõ despiciet preces populi, nec viduam si emittat & effundat loquelã gemitus. Maioribus enim necessitatibus faci lius & citius dominus fauet. Mundus potentibus & diuitibus opem fert, pauperes verò contemnit & obliuiscitur. *Et turba ciuitatis multa cum illa.* Felix gens, quæ vnico dũ taxat operi misericordiæ intenta scilicet, in sepeliendo mortuo tantum miraculum potuit videre. Quot & quanti manserunt in populo, qui ignauos se esse dicebant & infœlices appellabant, ob id quia mortuum non fuerunt comitati vt hoc miraculũ videre possent? Fauet dominus semper & sua mirabilia ostendit his, qui se operibus misericordiæ & pietatis exercent. Dauid misit ad agendum gratias hominibus Iabes Galaad, quia corpus Saul sepelierãt, dicens. Benedicti vos à domino, qui fecistis misericordiam cũ domino vestro Saul & sepelijstis eum. Et nunc retribuet quidem dominus vobis misericordiam, & veritatem. Et sanctus patriarcha Abraham maximè laudatur, quia sepelnit magnificè vxorem suam Saram. Sic Ioseph tulit corpus Iacob ab Ægypto, vsque in terram Cãnaam itinere sanè longo & molesto plusquam quatuordecim dierum spatio. Curam sepulchri fecit Ioseph cum adiurauit fratres suos vt asportarent ossa eius in Canaam. Quod fecit Moses: Tobias etiã, qui huic misericordiæ operi intentus erat, acceptus fuit Deo, & Angelus hoc bonum opus misericordiæ commemorauit & laudauit in eo. Neque minori laude dignus est Iudas Machabæus eo quod interfectos

Psalm. 145.

Gen. 39.

Gen. 41.

Psalm. 9.

Psalm. 33.

Psal. 112.

Eccle. 35.

2. Reg 2.

Gen. 23.

Gen. 50.

Exo. 13.

Tob. 12.

1. Mac. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudæos sepeliri fecit, & pro eis pecuniam
Mar.6. misit Hierosolymis in templum. In nouo
etiam testamento opus hoc cõmemoratum
esse scimus: laudi enim tribuitur discipulis
Ioannis, quia magistrum suum sepelierũt.
Mar.16. Et illæ sanctæ mulieres, quæ primo diluculo ad Christi corpus vngendum surrexerunt, quia in hoc pietatis opere se exercebant, dignæ fuerunt Angelos inuenire, qui eas consolati sunt, qui & dixerunt, quid esset illis agendum, vt Christum inuenirent. Vt ex his intelligas media esse præsentissima adinueniendum Christũ opera hæc pietatis & charitatis, quæ & proximis viuis & defunctis impendimus. Et sic istę mulieres Christum prius videre meruerunt quam Apostoli: quia maiori pietate vsę sunt cum illo, quam Apostoli. Ex quibus omnibus
Vale. libr. 5. de ingratis. elicitur: quantum Deo placeat, mortuos sepelire: quãdoquidem apud Gentiles & Barbaros honestũ & laudabile reputatur. Laudatur quippe Alexander propterea quòd corpus Darij interfecti matri vxoriq; suæ liberaliter tradidit, vt sepeliretur. Et Annibal idẽ fecit cum illis tribus Romanorũ ducibus, quos interfecerat. Hinc laudatur Cimon, cuius patrem in vinculis mortuũ cum nollent Atheniẽses sepelire, ipsemet permisit, in vinculis detineri vt pater debito honore sepeliretur. Quãobrẽ ab Ethnicis imperatoribus in fauorẽ sepulturæ statuũtur
ff. de reli. & sump. fune. ff. de sepul. vio. iura. Ideò Ecclesiasticus. Mortuo ne prohibeas gratiam. Istiigitur qui misericordia cũ
Eccle.7. mortuo vsi sunt, meruerunt Christũ inuenire. & grande miraculũ videre. *Quam cum vidisset dominus.* Nemo in scripturis diuinis absolute solet à sanctis dominus appellari, nisi ipse Deus: cum ipse per Esaiam dicat.
Esa.42. Ego dominus, hoc est nomen meum. Et in
Psal.67. Psalmo. Dñs nomẽ illi. Ideo dum sacer Lucas Iesum absolute dominũ vocat, ostendit illum verũ Deum esse, & dominũ vniuersę creaturæ. Frequentius autẽ Lucas quã cæteri euãgelistæ Christũ dominũ appellat, in ijs præcipuè locis, in quibus humanitatis beneficia recẽset, vt eius diuinã maiestatẽ ostẽdens, simul insinuet bonitatẽ & clementiã, quibus nostris miserijs subuenit. Vtinã & prelati huius tẽporis oculos cõijcerẽt in necessitates pauperũ & viduarũ: at sunt multi qui faciẽ aliò diuertunt, ne pauperũ vlcera & indigẽtiam videãt. A quibus sine dubio dñs auertet oculos suos, iuxta illud Esaiæ.
Esai.1. Auertã oculos meos à vobis. Quapropter sanctus Tobias consuluit dicens. Ex substãtia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo pauperis: ita enim fiet vt neq; à te auertatur facies domini. Et Ecclesiasticus. Ab inope ne auertas oculos tuos. Et
Tob.4. Et iterum. Ne auertas faciem tuam à proximo tuo. Ex quibus manifesto liquet, quantũ aberrauerint in Hispania nostra, qui impedimento fuerunt, ne pauperes ostiatim suis necessitatibus cõsulerẽt: sed quòd duo nobiles illis eleemosynas colligerent. Quæ quidem res penitus subuertit pietatẽ & misericordiam Christianam. Nam multi sunt, qui cum proprijs oculis non intueãtur paperum necessitates, nũquam eleemosynas porrigunt. Cum certissimum illud sit, obiectum presens fortius mouere potentiã, quã absens. Sunt quippe multi qui videtes paperũ summam indigentiã, & vlceribus plenos tribuũt illis eleemosynas quas non tribuissent si proprijs oculis nõ viderẽt. Christus vidit tristitiam viduæ, & motus fuit misericordia. Et quid nõnè fratris tui miseria, quam proprijs oculis intueris ad misericordiam te ipsum adducet? Nõnè citiùs ad pietatem prouocaberis, si pauper ad ostium accedat: quàm si diues & nobilis? Misericordia etenim quædam compassio est alienæ miseriæ in cor tuum translatæ. Quod si pauperem, & miserum non vides, quã imaginẽ
Ruth.2. suæ miserię in corde tuo depingere poteris? Præsentia pauperis mulieris Ruth, quæ spicas colligebat, mouit Booz ad pietatem. Insuper effectum est, vt meritum auferatur hominibus: nam qui pauperem videt quauis illi eleemosynã non largiatur, quia non habet, nihilominus potest corã Deo mereri, si illius misereatur intimo cordis affectu. Eodẽ pacto & ipsi pauperi meritum auferetur, dum impeditur ne ostiatim petat: nam eleemosynã petere & suã indigentiã manifestare, opus humilitatis est, & Deo acceptũ.
¶ Denique obseruandum est, Christũ ociosum hanc tristem viduã vidisse, & etiã charitatis opere illi subuenisse. Multi etiam prælati nostris temporibus subditorum necessitates, lachrymas atq; paupertatem videt, & illorum necessitates proprijs oculis intuentur: sed quid prodest hoc si remediũ & auxiliũ posteriori manticæ mandant? Quod si subditus errauit, statim in carcerẽ illum detrudunt: præcipuè si aliquid de illis fuerit loquutus, id iudicant tanquã peccatum in Spiritum sanctum inexpiabile, ità vt nunquam

illi condonent quousq; illum omnino perdant & destruãt. Virgam iustitiæ habent, vt errores puniant: nõ tamen charitatem aut pietatẽ, vt subditis subueniãt in miseriis & necessitatibus suis. O quam bonus prælatus Christus, qui cum oculis intuetur pauperis necessitatem, statim se operi accingit, vt illi subueniat. Dum esset in deserto leuauit oculos suos, cumque magnam multitudinem vidisset hominũ, qui fame opprimebantur, protinus quæ fuit tantæ multitudini remedium, & quinque panibus, & duobus piscibus illam satiauit. Vidit egrediens à templo cæcum à natiuitate, & illum sanauit. Vidit sedentem Matthæum in Teloneo, & vocauit illum & sanctificauit. Vidit Zachæum in arbore sedẽtem, & ingressus domum suam salutem animæ illi tribuit. Vidit discipulos laborantes in remigando circa quartam vigiliam noctis, & à periculo eos saluos & incolumes seruauit. Vidit denique hanc viduam lachrymantẽ, & consolatus est eam. Sed tu cum paupere videas, & suppetant tibi facultates vt illi subuenire possis, id minimè curas: illum diuitem auarũ sequutus, qui oculis suis quoties domum ingrediebatur videbat Lazarum in ostio iacentem, miserum & afflictum: sed manus suas comprimebat, habẽs & cor durum. *Misericordia motus super illam dixit illi.* Misericordia virtus est, qua quis alterius miseriæ condolet, releuatque eam pro viribus suis. Quantum autem ad primum horum Deo misericordia non competit, cum compassionis affectus in diuinitatem cadere non possit. Secundum verò Deo maximè conuenit, cum semper miseris & egentibus liberali manu subueniat. Expende insuper quo pacto Dominus nõ vocatus, aut à vidua rogatus, sed ex sua præcordiali voluntate, & misericordia motus est: motus inquam vt miseriam viduæ tollat. Nullus orabat, nec petebat adolescentis vitam: sed Christus suapte virtute miraculum filium suscitat, & reddit matri. Nõ consideraut meritã illa fœmina: sed gratis misertus est, & tantum beneficium præstitit. Miseris gratis subueniamus absquẽ vlla seruitij, nec ducri spe. Discant quoque qui magistratum habent, vt defendant viduas, & pauperibus opitulentur: quanuis rogati nõ sint. Multi enim miserabiles personæ ex verecundia non audent suas necessitates propalare. Christus non petenti subuenit, & viduæ merita non cõsiderauit, nec examinauit. Quapropter discamus etiã non esse nobis merita exploranda in his quę nostro subsidio indigent: sed debemus illis succurrere, etiã si peccatores sint, dummodo pauperes sint, aut infirmi: non considerantes merita illorum, sed miseriam tantummodo. Deus solem suum oriri facit su-
Matt.5. per bonos, & malos & pluit super iustos & iniustos. Sic tu esto misericors super bonos & malos, vt fis similis patri tuo. Quauis malus sit pauper, da illi. Nonne malis subuenit Deus? Portus etiam qui naufragio perierunt subuenit, siue mali sint, siue boni. Nam si indignos suscipimus, venient
Gene.18. etiam digni: sicut Abraham qui suscipiebat omnes pauperes peregrinos, & suscepit Angelos. Salomon, & Paulus dicunt,
Prouer.25. *Romã.12.* *Lucæ.6.* Si inimicus esurierit, ciba illum. Si inimicus est, bonus non est: & præcipit hunc cibari: ergo pauperibus quamus boni non sint, danda est eleemosyna. Ideo Dominus omni petenti te tribue. Nullam inter bonum & malum distinctionem fecit imò dixit, omni petenti te tribue. Si Deus bonis tantum subueniret, quid de nobis? Si Deus ità se haberet erga te, sicut tu erga pauperem: quid de te erit? Non erogas pauperi, quia malus: & tu cum talis sis ab ipso Deo assiduè recipis. In deserto omnibus illis qui sequebantur Christum eleemosy-
Ioan.6. nam dedit ex quinque panibus: & credendum est quòd in tanta multitudine fuerunt aliqui mali. Misericordia enim (vt Ambrosius in epistola ait) non iudicat de meritis, sed miserijs subuenit pauperum. Hoc est officium misericordiæ. Sed sunt multi, qui antequam pauperi faueant, eius vitam scrutentur: quod scrutinium diabolicum est.
Sic illud vocat Chrysostomus. Diabolus *Chrys. homi. 11. super epi. ad Hebr. & hab. d. 4. c. Quiesca mus.* enim hoc intendit examen ad suspendendas & operam misericordiæ impediendas: pietas quidem ipsa dilatione interiecta frigescit. Dæmon autem cum Christus famẽ, vt pauper pateretur, suffragij vice exquirere incepit, esset nec ne Dei filius. Idem prorsus tu efficis qui tanquam diabolus ad subueniendam pauperis necessitatem prius inquiris an bonus, vel malus sit: & filiorum
Matth.10. Dei vitam scrutaris. Ideo Christus. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetę accipiet. Non ait quòd sit propheta: quia qui recipitur in nomine prophetæ non est propheta qui recipitur: quia

si esset propheta reciperes prophetam; & non alium in nomine prophetæ. Itaque etsi malus sit si pauper est recipis hominē in nomine Christi. Multi quidē pauperes verecundi sunt, qui potius eligant suam sub silentio paupertatē perpeti: quā examinari. Plus isti auxilio egēt quam prædicatione. Si mos ego tibi fuerit scrutandi hæc, raro id quidē, charitatis opera exercebis: inuenies enim occasiones & miserias à quibus nullus liberatur, quæ tepidum reddent te. Quantō magis quōd sæpe humana iudicia fallunt & falluntur & multoties cōtinget ità excludere bonum perinde ac malum & maiorē illi iniuriam infers iniuriosē infamando, quam beneficiū subueniendo: & talibus cum illo agere potes quod quāuis illi ereges potius illatæ offensæ verborum tuorū compensatio quā eleemosyna videatur. Si Abraham & Loth hoc pauperum scrutiniū fecissent, Angelos fortitā non recepissent. Vigilantius & Vvicleff hæretici, extraneis charitatem negabant, Manichæi vero sectatoribus suis duntaxat conferebant, qui quidem hæretici à sanctis doctoribus Hieronymo Augustino & alijs reprehenduntur.

Genē.18.& 19.

Lucæ.6.

¶ Discamus à Christo saluatore nostro misericordiam. Suo exemplo prouocat ad misferendum: & hortatur etiam verbis dicens, estote misericordes. Prouidētia diuina, quę omnia sapienter ordinat & suauiter disponit in suis creaturis clementiam cum sua potentia, mansuetudine & fortitudine cumulauit: & sic vbi plus de potentia & robore, ibi magis de misericordia & pietate esse voluit. Ideo leo, qui cæteris animantibus fortior est, omniū quidem clementissimus est, siquidem non nocentibus parcit (nisi instimulante fame) ita vt de ipso animali dicatur. Parcere prostratis, scit nobilis ira leonis. Econtrario autem animalia ferocia atque crudelia, potestate Deus priuauit: sicut canes inter quos imbecillior crudelior est, & quòd viribus non potest vocibus efficit. Id quidem in mulieribus apparet, quę quo imbecilliores eo vltriciores existunt. Si vero ipsis viri robur concederetur coram illis apparere nullus fere posset. Cū ergo Christus omnipotens sit & potestas, quæ illi à patre concessa fuit infinita coexistat consonū est quōd tam maximæ potestati misericordia correspōdeat. Quocirca quē adhuc odium omnes potestate & virtute excessit, ita eosdem misericordia & sic veluti leo fortis, subiectis, ignoscit & miseris peccatoribus, & quandoaliòs castigat ex nimio desiderio salutis eorum id efficit. Sicut proprium est soli lucere, & igni comburere: ita Christo proprium est sua vti misericordia: & pauperū & afflictorū misereri: Deus cui propriū est misereri semper & parcere, canit Ecclesia. Et sicut ignis suapte natura velociter sursum ascendit, & coactus violenter descendit: ita Christus ad misericordiam faciendam velocissimus est vt suæ inclinationi naturali respondeat: tardus vero in vindicta sumēda (opus enim est: extra suam voluntatem.) Ideirco innumerabiles misericordias ab ipso factas in euāgelio legimus, supplicium vero vnū ad summum, videlicet quando assumpto flagello eiecit de templo ementes & vendentes. Non quidem inuenitur, ab eo esse *Ioan.* damnatos citra condignū punit & bonos præmiat vltra condignum. Vnde Esaias de hac maxima Christi misericordia, dixit. Qui mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit. Per aquas diuina scriptura intelligere solet, tribulationes, pœnas, & angustias circa illud psalmi, saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Et hic ad literam loquebatur Dauid de tristitia, & pœna: nam aquæ materiales non possunt ingredi animā quæ spiritus est. Has mensus est pugillo: nam qui pugillum claudit, contrahit & astringit manum ipsam: sed qui palmum intendit manum extendit. Sic Deus tribulationes immittit pugillo clauso & stricto, parcus enim in hoc est: cælum vero, & gloriam eius per extensos palmos tribuit, qua in præmiando liberalissimus est. Ideo Dauid in Psalmo. Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc. Pœna parata est impijs & calix amarus, ex quo bibent omnes peccatores terræ, sed misera-tione sua non vsque ad fæcem effundere dignatur. Inclinat ergo calicē, sed nō euacuat. Quod inclinat iustitiæ est: quē autē non euacuat, misericordiæ, iudiciū ergo misericordia sua tēperat dominus Deus noster. Ideo Dauid. Misericordiæ tuæ miluæ domine, secundum iudicium tuum viuifica me. Alibi dixit Dauid, vt non intraret in iudicium cū eo, quia noluit cū Deo agere cū solo eius iudicio: sed nunc iudiciū petit, sed admixtum suis multis misericordijs. Iudiciū enim cum misericordia copulatum est: vt scuerietas iudicij miseratione domini temperetur.

¶ Quare discamus à Christo vt misericordes reddamur, quo pacto copulari debeant omnes causæ, & rationes miseriarum quas fratres & proximi nostri patiuntur vt nos moueamur ad misericordia efficiendam. Accumulauit rationes quæ erant in hac vidua, vt ei compateretur. Primo quia vnicus filius

sarijs nostris reciperet, mortem sibi eligēdo & vitā nobis conferendo. Ideoq; quanuis iniustam feminā iracundia præ tale filium eius auferendo, non omnino irascitur: solatur enim illam confestim tum misericordia motus, tum vero memor factus calamitatis illius & tristitiæ reddendo illi filiū suum vt uum. Misericordia motus plenos habet cælos, misericordia motus impleta est terra: & misericordia hæc, quod amplius est, ad Tartara vsque descendit, siquidē malos ipsos & damnatos citra condignū punit & bonos præmiat vltra condignum. Vnde Esaias de hac maxima Christi misericordia, dixit. Qui mensus est pugillo aquas, & cælos palmo ponderauit. Per aquas diuina scriptura intelligere solet, tribulationes, pœnas, & angustias circa illud psalmi, saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam. Et hic ad literam loquebatur Dauid de tristitia, & pœna: nam aquæ materiales non possunt ingredi animā quæ spiritus est. Has mensus est pugillo: nam qui pugillum claudit, contrahit & astringit manum ipsam: sed qui palmum intendit manum extendit. Sic Deus tribulationes immittit pugillo clauso & stricto, parcus enim in hoc est: cælum vero, & gloriam eius per extensos palmos tribuit, qua in præmiando liberalissimus est. Ideo Dauid in Psalmo. Calix in manu domini vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc. Pœna parata est impijs & calix amarus, ex quo bibent omnes peccatores terræ, sed misera-tione sua non vsque ad fæcem effundere dignatur. Inclinat ergo calicē, sed nō euacuat. Quod inclinat iustitiæ est: quē autē non euacuat, misericordiæ, iudiciū ergo misericordia sua tēperat dominus Deus noster. Ideo Dauid. Misericordiæ tuæ miluæ domine, secundum iudicium tuum viuifica me. Alibi dixit Dauid, vt non intraret in iudicium cū eo, quia noluit cū Deo agere cū solo eius iudicio: sed nunc iudiciū petit, sed admixtum suis multis misericordijs. Iudiciū enim cum misericordia copulatum est: vt scuerietas iudicij miseratione domini temperetur.

¶ Quare discamus à Christo vt misericordes reddamur, quo pacto copulari debeant omnes causæ, & rationes miseriarum quas fratres & proximi nostri patiuntur vt nos moueamur ad misericordia efficiendam. Accumulauit rationes quæ erant in hac vidua, vt ei compateretur. Primo quia vnicus filius erat, nec manebat alijs, cum quo consolaretur. Secundo quia vidua erat nec spem habebat alios habendi. Tertio quia in adolescentia mortuus est filius, in qua ætate magis dolendum est: tum propter animæ periculū, quia vitijs implicatur, tum etiam quoniam cum grandi labore & sollicitudine parentum ad istā ætatem perducti sunt. Cum enim alicui subueniendū est, omnes causas quæ pro uocare possunt misericordiā sunt in memoriam reuocandæ, sicut fecit hic Dominus. Hoc idem fecisse olim narrat liber Exodi. *Exo.3.* nā cum voluit educere filios Israel de Ægypto omnes angustias illorum expressit. Modi, vt magis illis misereretur. Sed hanc suam misericordiā ostendit Dominus filijs Israel educens illos de Ægypto: & illā etiam monstrauit huic viduę verbis & actibus, quapropter consolando eam dixit illi. *Nolli flere.* Ecce officium consolationis ad quod ipse missus erat. Vnde Esaias de Christo vt consoletur omnes lugentes in Sion. Ideo paracletum se vocat Christus dicens. Aliū paracletum dabo vobis. Acsi diceret vsque modo fui paracletus, id est, consolator vester: sed modo alium paracletum dabit vobis pater, scilicet, Spiritum sanctum. Noli (inquit) flere. Sed quomodo dicit vt nō fleat cum sapiens dicat, supra mortuū plora, quoniam defecit lux eius? Et iterum. Fili in mortuū produc lachrymas: & quasi dira passus incipe plorare! Abraham fleuit super Saram vxorem, Ioseph super patrem Iacob, & omnis Ægyptus fleuit septuaginta diebus, Moseń filij Israel, Dauid Saulem, & Ionathan, & Iudam Machabæum planxit omnis Israel: denique; & ipse Christus super Lazarū mortuum fleuit. Sed Christus non lachrymas pias prohibet, sed hunc ait, ne ploret tanquam mortuum, quem citò resurgentem videbit. Sic dixit Magdalenæ. Mulier quid ploras? Noli quasi mortuū plorare, quia iam viuit. Sicut Magdalena frustra viuū plorabat, sic ista frustra plorat iam suscitandū. ¶ Præterea non prohibet Christus pias lachrymas, sed immoderatas. Hoc certe est verbū consolationis, vt non absorbeatur tristitia desperationis: sicut volebat fieri Apostolus circa fornicarium excōmunicatum, dicens. Consolamini ne forte maiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Ità non immoderate lugendum est super mortuis, maxime super his, qui pie decesserunt: si credis aliā vitam habere meliorem: & quod

Ecclē.22 & 28.

Gene.25.
Gene.50.
Deute.34.
2. Reg.1.
1. Mac.9.
Ioan.11.
Ioan.20.

2. Cor.2.

Universidad de Deusto Biblioteca

1.Thes.4 resurgent in nouissimo die. Et Paulus. Nolumus vos fratres ignorare de dormientibus, sicut & cæteri, qui spem non habent. Infideles qui spē non habent de resurrectione, non mirum, quin lugeant immoderate. Secundo non plorandi sunt illi, qui in Christo moriuntur. Dauid infantem filium suū
2.Reg.12. 2.Reg.18. plorabat cum viueret, & cum sciuit mortuū lætatus est, & dixit: propter infantem dum adhuc viueret ieiunaui & fleui, &c. Sed super Absalonē qui in peccatis decessit irremediabilibus lachrymis fleuit, dicēs. Absalon fili mi, fili mi Absalon, &c.

¶ Tertio non plorandi sunt qui moriuntur nec super hoc debēt homines superfluè tristari, nec quid portētosum efficere siquidē Deus repetit quòd est suum, sicut nō debes aggrauari nec tristari si is, qui tibi aliquid mutuauit illud repetat: sic tristari non debes si Deus repetat & tollat quòd suum est & auferat à te filium: fratrem, vxorem, patrem, aut amicum. Vnde beatus Paulus, Ro
Rom.14. manis scribens dicit. Siue viuimus, siue morimur, domini sumus. Quare ergo conqueraris, quia Deus quòd suum est aufert? Si domini sumus, quādo ab eo auferimur nullam nobis infert iniuriam. ¶ Demum ridiculum profectò illud esset siquis ingemisceret, eò q videret amicum iter facientem per viam qua ipsemet nolens volens iturus est. Omnes morimur: ideo pœnitendū non est si videamus amicos, & dilectos nostros viā facientes quā nos nullo modo recusare possumus. Ideo Dominus vt Ezechiel temperaret lachrymas & tristitiam pro calamita-
Ezc.24. tibus populi sui dixit ei. Corona tua circunligata sit tibi. Hoc est contine intus dolorē tuum, & nō illum signis exterioribus ostendas. Solebāt olim qui rem sibi charam amittebant non solum lachrymas fundere, sed etiam capita, pileis & coronis nudare: quod erat doloris apertissimum signum, & hoc prohibebat Deus Ezechieli. Sic Hieremias plorans miserum Iudæorum excidium aie
Threnj.5. bat. Versus est in luctum chorus noster, cecidit corona de capite nostro. Poteris per coronam comam intelligere: nam antiqui in signum doloris capillos tondebant. Vn-
Iob.1. de Iob cum opes & filios amisisset, scidit vestimenta sua, tonso capite corruens in terram adorauit. Hieremias etiam volens
Hiere.48. summum Moabitarum dolorem explicare, dicit. Omne caput caluitium, & omnis
Amos.8. barba rasa erit. Et Amos ex parte Dei nuncians populo suam calamitatem dixit. Inducam super omne caput caluitium. Præcipit igitur Deus Ezechieli, vt temperet fletum: vt huic mulieri, cui ait, noli flere.

¶ Obserua autem, quod per hoc à me dictum non videntur tolli moderatæ lachrymæ atque piæ, quæ pro defunctis fundēdæ sunt: nec sensus ille, & naturalis dolor, quē nostrorum obitus in nobis efficiunt: cum illud prudenter fit vt ab initio dicebamus, sed immoderati sensus & clamores superflui quos multi de hac re faciunt obiurgatione digni sunt. Præsertim mulieres sunt castigandæ, quæ taliter sentiunt de hoc negotio vt se ipsas dilacerent & à victu & somno priuent, desipiunt & in langores incidūt & ad mortem vsque deuenire solent, murmurant, blasphemant & Deum redemptorem arguunt, delicta quam plurima excessus, insanias & id genus multa perpetrant. Talibus Paulus dicit, vt non contristemini sicut cæteri, qui spem non habent. Non quidem dicit Apostolus absolute, non contristemini, quia ipse non vetabat Thessalonicensibus dolores, nec lachrymas pro suis. Sed dixit, sicut cæteri, qui spem non habent, ac si diceret. Lugete vestros, sed cauete ne id faciatis Gentilium more, qui de resurrectione spem nullam habent, nec illi fidem aliquam adhibere volunt. Sed vos qui religionem christianam profitemini & pro rato habetis quod optimam habent repositam gratiam, plorate religiose atque prudenter. Ratio igitur, qua Diuus Paulus hunc immoderatum luctum prohibet, est quoniam certissima futura est mortuorum resurrectio. Si enim credimus quod Iesus mortuus est, & resurrexit, ita & eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Similiter Christus dicit huic mulieri, vt nō fleat, quia resurrectio mortuorum est. Si credis quod resurget filius tuus noli flere: & non solum resurget in nouissimo die, sed etiam statim resurget: & sic non est causa flendi. Deinde vt aperte intelligas non esse lugendum vide quid dicat Euangelista. *Et accessit & tetigit loculum.* Loculus diminutiue vocatur locus vbi mortuus iacet. Mortuo enim paruulus locus sufficit, cui viuenti lata domus, & alta non sufficiebant palatia. Mors fatetur quantula sint hominum corpuscula. Hoc considerent, qui alta palatia, domos deauratas fabricant in hac breui vita quæ commodata est ad illam æternam felicitatem.

licitatem. Peregrinus viator patienter tolerat noctē vna in pauperrimo hospitio dormire. Solatur enim cum sequēte die in proprio lecto domi suæ requiescet. Sic illi sancti & antiqui patres in casulis habitauerūt. Vnde Paulus ad Hebræos, fide Abraham demoratus est in terra promissionis tanquā in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem cuius artifex & conditor est Deus. Si vero sancti illi patres longam vitam habituri casulis, & tugurijs vtebantur, quare tu hoc tempore in quo hominum vitæ breuiores multo sunt magnifica ædificas palatia, & superba? crastino decedes, interdum verò paruo contentari debes, & quidem potes ita cursum istum peragere. Ne autem in hospitio huius mundi moreris in reparandis, & construendis ædificijs & ædibus: siquidem iter facis, & velocissimo equo veheris in propriam patriam cœlestem, attende quam exigua domus tibi sufficiet post hanc vitam cum in angusto sepulchro deponaris, sicut adolescens iste in angusto loculo collocatur: & quam plures curas excusabis. Sed quia de hac vanitate superborum ædificiorum multa scripsimus in prima parte operis de Vanitate sæculi nunc alia consideremus.

¶ Tetigit Christus loculum vbi defunctus efferebatur. Quoties & tu ad inferni sepulchrum properas? Deus autē (cuius maxima misericordia est) sua te tangit manu mitendo tribulationem, vel laborē aliquem quo te retinet. Iob laboribus plenus & tribulationibus circundatus dixit. Manus domini tetigit me. Tunc dicimus Deum aliquem tangere cum laboribus & doloribus opprimit eum. Maximum quidem beneficium Deus illi cōfert, quem aliquibus tribulationib⁹ corripit. Est enim hoc admonitio quędam, & quasi detentio ne ille in æternū condemnetur. Multi peccatores, vt Hieremias ait, impetu currunt ad mortem, sicut equi indomiti: atque ideo Dauid Deo dixit. In chamo & fræno maxillas eorum cōstringe. Si videres aliquem se in mare præcipitantē & apprehenderes illum quanuis eius crura læderentur, nonne maximum beneficium illi conferres? præstat enim illi viuere etsi claudus maneat: quam quòd corpore & anima moriatur, seipsum per suam volūtatem præcipitādo. Quoties tu ab vno crimine in aliud ex tua voluntate laberis ad Tartata decurrens: & Deus misericors te aliquo langore sustinet? Videbis adolescentem, pulchrū sanum & fortem, qui quæ vult efficit: suum in omnibus desiderium implendo, vitiosus enim est & mūdanus. Huic immittit Deus aliquem dolorem corporeum vel febrē, confessorem petit, crimina deplorat, in Deum ergo se conuertit. Alias permittit redēptor noster quòd mulier pulchra, quæ ex eo q̄ talis est impudenter viuit suam amittat pulchritudinem & decorē, & hoc aliquo interueniente langore vel infortunio, posteà verò sancta mulier efficitur. Præstat ergo tibi deformis cum sis quòd salutem æternā assequaris quam decora dāneris. Frangit quidē dominus crura ad Tartara pergenti, ne illa tam periculosa via incedat. Hoc ipsum est quod scriptura diuina dicit Deū aliquē hominē tangere per labores & infirmitates ad
Iob.2. salutē obtinendam. Sic dæmon de Iob loquens dixit domino. Mitte manum tuā & tange os eius. Et de Pharaone dixit Deus. *Exo.11.* Adhuc vna plaga tangam Pharaonem. Sic Pharao istis plagis, & ærumnis à Deo missis tactus respiciebat & dominū cognoscebat & conuersus orabat Mosem & Aaronē, vt pro eo preces effunderent. Manasses Iudæę
2.Para.33. Rex, qui fortuna afflāte prosper & præceps Tartara petebat, multa flagitia perpetrans, à domino percussus est plagis & animi perturbationibus: & ideo Rex ille stetit, & in Deum conuersus est: & deuotissimam orationem composuit & dixit. Domine Deus omnipotēs patrum nostrorum, Abraham, Isaac & Iacob: & semini eorum iusto, &c.
Ion.2. Ionas mare fugiēs, oborta est tempestas, & ipse orationem à ceti ventre in Dominum ordinauit. Præterea, prodigus ille, qui præ-
Lucæ.15. cipitanter ad inferos tendebat, paupertate, fame, & miseria à Deo opprimitur, quo circa in eum conuertitur dicens. Quanti mercenarij in domo patris mei, &c. Emittit ergo Deus super te morbos, afflictiones, & miserias, & te tangit, ne vltra in peccatis remoreris, sed finem illis imponas. Vide autem quid faciant hunc mortuum deferentes cum Christus sua diuina manu feretrum tetigisset. *Hi autem, qui portabant steterunt.* Et ideo tetigit Christus vt ipsi stetissent: eademque ratione nos ipsos tangit atque castigat, vt in peccatis censemus. Mihi crede peccator, & dubitare noli, quòd omne malum tibi euenit ex eo, quod gradum

sistere nequis. Cum ad peccandum pergis, inspiratione aliqua Deus te vocat, & aliquo ictu te tangit. Vide quid facias; mortẽ æternã inquiris: finẽ peccati prospice, & quod perditionem anhelas memento. Tu vero neque his acquiescis, neque aspectare vis: sed contentiose vltra progrederis nec semitas tuas consideras. In ipso tentaminis initio siste finem & exitum peccati considerans: nè fias sicut bestia, quæ opposito pabulo sine alia consideratione præcipitatur & in illud tendit. Ideò optime dixit Dauid in psalmo. homo cum in honore esset non intellexit comparatus est iumentis insipiẽtibus & similis factus est illis. Peccator post admissum peccatum dicit. Mallem profecto omnia mea amisisse quã hoc commisisse. Cum ergo scias hanc pœnitudinem subsequuturam, quare hoc non ante peccatum considerasti? Vnde illud certum est, videlicet quod sapiens in principio, facit idem stultus iam fere: Stultorum enim est dicere non putaram: sapientum vero ipsa præmeditura & tempestiua consideratio. Initio ergo tentationis siste, & viam tuam præpondera: si enim id effeceris & gressus tuos nociuos aduertis, qui ad Tartarorũ sepulchrũ te ducunt, resipiscens: & sistes, sicut fecerunt illi superius nominati: quiquidem inspirationi diuini tactus absque vlla mora obtemperauerunt. Vnde Dauid, in psalmo. Consideraui vias meas, & conuerti pedes meos in testimonia tua, quia ab initio viam suam malam attendit, retroversus est propheta sanctus. Si tu ità detinearis peccati exitum considerans, diuerticulum facies, à via mala recedens. Cogita de fine sine fine: & viues in æternum absq; fine. Vnde Euripides dixit. βραχεῖα τέρψις ἐσθ' ὅταν τις τύχῃ λάβῃ. Idest breuis voluptatis delectatio tristitiã parit sempiternam. Si vrgente siti in sylua cupiens ex inuento fonte potare videres in illius solo serpentes & alia huiusmodi tabifica animalia, potius eligeres sitim tolerare, quam ex illa aqua bibere: idque ne in mortis tibi causam dares. Sic vero si oculos conijcias in solum & metam omnium rerum vitæ huius & in finem & exitum flagitiorum omnia tabifica & pestifera reperies. Nullus quidem homo tam amens esset, qui ea aqua huius lucis bibere auderet si in calce nociuum illud & turpe, quod inclusum est in vitiorum fine prospexisset, cuius finis interitus vt Apostolus ait. Nè autem manum injicias neq; cor apponas his, quæ tibi mundus offert & repræsentat nã illud bonum, quod in faciem ostendit, sequitur veritas deceptionis suæ: nam delectationes illæ mortis quidem & perditionis prænunciæ sunt: qua propter mendacia ista fuge nisi tuam perditionem malueris. Ne ad præsentia respicias, sed futura considera. Esto diligens peccati finem cõsiderãs, de futuro cogitans perinde ac de præsenti: & sic bono animo atque voluntate à caducis sistis abhorrebis. Fluuiorũ aquæ dulces quidẽ sunt, finis tamen earũ in amaras maris aquas influere. Similiter vitia & huius vitæ deliciæ à suo principio dulcia videntur, sed si finem attendas amarissimus est. Omnia ergo sublunaria fœlicèiter incipiũt, perperam ergo finiũtur: & sic omnis peccatorum delectatio in tristitiam & dolorem absque dubio præfinitur. Ingressus ipse delectabilis est, mœstissimus vero regressus. Quamobrem si bene perpendere voluerit quantum excedat atque superet cruciatus pro delicijs expectandus ipsam delectationem, sistes quidem, & non ita præceps peccata committes, neque in culpa inuenieris, neque in tristitia, quæ ipsam conscientiam rodere solet. Breue est quod delectat, & æternum quod cruciat. Vnde dominus ait. Conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit. Statua illa à Nabucho donosor in somno visa ex capite aureo, & pedibus terrenis constabat. In omnibus enim peccatis principia vbera & pulchra sunt, quæ omnia cæci peccatores diligunt: non aduertentes quod pedes illorum fines (inquam) & exitus vilia sunt atque fictilia. Ne ergo præsentia sed ventura prospice: plorabat & jure id quidem Hieremias propheta super Hierusalem dicẽs. Sordes eius in pedibus eius: & non est recordata finis sui. Omne sane incommodum tuum, mihi crede, positum est in obliuione, quæ tibi est peccatum suo principio: siquidem bona illius nec prægustare & pilli cum eius abominationes tædium tibi afferunt. Age dum, peccati pedes vide, ne te illud capiat aureum, neque decorus vultus retineant: finem vide, in principio & in ipso tentaminis initio ipsius finis memento: sisteque tandem sicut illi portatores fecerunt. Attuis quidẽ quatuor passionibus animiæ tuæ pre-

Psalm. 48.

Psalm. 118.

Philip. 3.

cipitanter veheris, quæ ad inferorum sepulchrum te ducunt, & Christus te vocat, & tua tangit manus: retine illas nè vltra progrediaris, neque vltra pecces in hoc enim tua nititur vita. *Et ait, Adolescens tibi dico, surge.* Hoc considerato mihi videtur quod tam sit mors adolescẽtibus quam senibus. Adolescens, ait. Talis iste erat & matris suæ vnicus, & credendum est tum quod ab ipsa diligeretur: tum maxime quod in delicijs haberetur: sed neque ipsa adolescentia, nec matris indulgentia ab ipsa morte eripere potuerunt. Hoc vnum maximè à iuuenibus male cordatis contemplandum est, qui quidem sua prosapia, & iuuẽtute freti se vitijs & delectationibus tradunt putantes se postea pœnitentiam acturos. Videbis in quadam papyro tenui depictas ciuitates, mœnia, flumina, & montes, & totum orbem, sed cadit aquæ gutta, & totũ destruit. Videtur totus mundus, attamen erat tenuis papyrus; quæ rumpitur: & atramentum deletur. Sic videbis iuuenem splẽdidum, pulchrum, diuitem, incolumẽ: sed vna febris, vnus dolor totum hominem destruit, & fœdat; quia debilis, & tenuis est papyrus: sic est omnis iuuentus, decus & pulchritudo mundana. Quocirca nullus suæ valetudini, iuuentuti, neque pulchritudini credat: nam qui hodie valet, sanus, fortis atque pulcher est, fieri potest quod cras sub humo reponatur, & vtinam ne etiam quod omni peius est, in Tartaro sepeliatur.

¶ Admonet locus iste mortẽ nostram semper meditari & præ oculis habere: quando quidem certissima nobis est & tempus nostrum ignotum. Si finem nostræ vitæ expẽderemus & exitum horum corporum, quibus tantum indulgemus non quidem, ità laberemur, nè viueremus sicut viuimus. Viperam sentit exustam in cinerem q; conuersam merito eiusdem bestiæ mortui. Sic si morsus es ab auaritia, superbia, luxuria, &c. cõsiderã cinerem, in quem elabitur & conuertitur iuuentus, potentia, mundi gloria, & hæc omnia in quem finem ventura sunt & cura bis vitia à quibus morsus es. Aman Syrus petijt ab Eliseo onus terræ quam volebat secum asportare: ne vltra adoraret idola, & simulacra gentium. Sic nos asportemus terræ sarcinam in nostram memoriam considerantes mortem & terram, in quam sumus conuertendi: vt sic non adoremus idola vitiorum, quæ modo adoramus. De auaritia dixit Paulus quod est idolorum seruitus, & de epulonibus, quorum Deus venter est: & sic de omnibus alijs portentis vitiorum. Vtinam talis cogitatio nunquam à tua memoria excideret: nam si de morte cogitares, non sicut modo viueres. Nulla quidem vanitatum, quas modo diligis, tibi proderit in illo tremẽdo agone & transitu mortis. Nauta in puppi sedens suam gubernat nauim: idem tibi faciendum est nauigando in mari tempestuoso huius mundi, sedens in vltimo fine illius vbi mortem contemplaturus es: si vis quod vita bene gubernetur. Cinis ignem conseruat: & recordatio cineris, in quem vertendus es gratiam conseruat. Conuerte ergo mortem ipsam in cinerem, & liber eris ab illa. Hominis quidẽ summè insani est mortem obliuisci, cum ipsemet mortalis sit: & summè prudẽtis præ oculis semper habere. Hominibus malis & facinorosis vita semper memoriæ radicitus inhæret: mortis vero nunquã recordantur. Nihil enim ità à peccato reuocat, quam crebra mortis recordatio. Ratio ipsa postulat, vt quod assidue oculis cernis credas. Colum à se aquam mundam expellendo paleas & immunditias retinet. Ne interitus memoriam à te reijcias, prodesse quidem tibi potest, reseruando & mandando memoriæ tuæ iniurias ad vindictam, vel delicias & vanitates, vt Deum offendas. Itaq; etsi iuuenis aut adolescens sis sicut ille filius viduæ time mortem: & semper memoriæ commenda. Cum nesciat homo quo loco mors debeat ei occurrere, & nesciat quo loco magis eam debeat expectare: in omni loco expectanda erit. Seneca iuuenes (inquit) mortem habẽt à tergo: senes ante oculos. Licet illud non videatur quod à tergo est, potest tamen nocere, & magis quam ea quæ sunt ante oculos. Sic iuuenes in maiori periculo viuunt: atque ideo magis timere debent, &c. ¶ Obseruãdum quoque hic est, quòd etsi Deus omnia æquè facilitèr operatur: attamen plures placuit illi efficere ceremonias & maiorem ostendere difficultatem in Lazari resurrectione: quã in resurrectione huius adolescentis: ratio, quia iste tum recenter discesserat: tum vero adolescens erat: in quo insinuare voluit quam difficilè indurati, à peccatis resurgũt: quam qui denuo illis implicantur. Præterea quã to magis in culpa perseueraueris tanto plus mos prauus peccãdi radicabitur in animo, ideoq;

Colo 3.

Phi. 3.

Aug. ser. 44. de verbis domini.

Universidad de Deusto Biblioteca

ideoq; difficilior cõuersio reddetur. Idque in claui fixione patet, nã vnoquoq; ictu ad dito plus figitur atq; radicatur & difficilior fit ad hoc vt iterũ refigatur. Similiter exquolibet actu nostro improbo plus vitium animæ nectitur & taliter inhæret, q̃ vix po
Iob.20. stea euelli queat. Ideo Iob ait, q̃ ossa impij erũt à iuuentute plena vitiorũ: & cũ eo in puluere dormient. Habent enim vitia ossibus inclusa sicut febrẽ phthisici in medullis, à qua nec medela expectatur: imo ipsum ægrotũ ad sepulchrum vsque comitabitur. Ecclesiasticus enim ait. Languor pro
Eccle.10. lixior grauat medicũ: breuẽ languorẽ præ
Lege Aug. libr. 3. doct. Christ. ca. 21 cidit medicus. Sic Deus languorum nostrorum diuinus medicus relinquet te & manũ
prope fi. remouebit & sic medela difficillima erit. O peccatores, quibus lectũ, prandiũ, somnus, prolixus status, vel sessio, infestare solẽt: & peccata cõmittere minime quidem. Omnia profecto vos vrgẽt atq; mouẽt præ
Prou.6. ter Dei offensam: siquidẽ in peccãdo fatigamini nũquam. Quo vsq; piger dormis?
1.Cor.11. multi apud vos imbecilles, & dormiũt multi. Nec mirabile est quod homo peccet & cadat: sed ipsa perseueratio in peccatis, obstinati dæmonij est. De istis ait Oseas. Pró
Osee.9. funde peccauerũt. Profunde peccat qui ex mala peccãdi cõsuetudine iã est induratus. Vt enim qui febre laborat lẽta illa quidem sed hectica & assidua, si forte ob aliquã intẽperantiã incidit in febrẽ quandã acutã & perurgentẽ, facilè eã expellit & quacunq; medicina curatur manente tamen semper hectica febre. Sic act⁹ vitiosus cito curatur, cõsuetudo autẽ peccãdi difficillimè. In malis enim peior est habitus quã actus. Iusti licet cadãt, cito resurgũt. Hic adolescens nouiter mortuus & in eadem die defunctus, statim surrexit: quod induratis peccatoribus & iam ex lõga cõsuetudine peccãdi iacẽtibus raro contingere solet. Sed de his satis. Sequitur. *Et resedit qui erat mortuus.* Vocauit enim hunc adolescentem ille, de quo
1.*Cor.*1. Apostolus ait (quod vocat ea, quę nõ sunt, tanquã ea, quæ sunt. Ille (inquã) qui habet
*Apoc.*1. clauẽ mortis & inferni. Nõ ergo mirãdum est quod statim surrexerit ad dni præceptũ cum vocauerit eũ ille, de quo Anna mater
1.*Reg.*2. Samuelis dixit in suo cãtico. Dñs mortificat & viuificat: deducit ad inferos & reducit. Qui enim verbo cũ nõ essẽt creauit omnia: potest etiã restaurare eadẽ cum fuerint collapsa. Mirabilis quidẽ dni vox est, siqui dem virtute illius mortui resurgunt. De magnitudine & virtute huius vocis Dauid dicebat in psalmo. Vox domini in magnificentia, vox domini in virtute. Deus maiestatis intonuit, vox dñi cõfringẽtis cedros Libani, &c. Tantæ vis & virtutis fuit vox illa, vt illi abysi ipsæ parerent & sicut habet Diuus Ioannes in Apocalypsi mors & infernus dederunt mortuos suos. Nec nouissimus dies excusare illos poterit: dabit enim voci suæ, vocem virtutis. Paruerunt statim abysi voci Dei, & cum diceret Christus adolescens tibi dico, surge, nullo modo neque spatio anima illa remorari potuit: imò iussui obediens corpus introiuit & sic adolescens ille viuus & sanus surrexit. Quid ergo tu dicis ad hoc? O lamẽtabilis res quod mortui Deum audiant, nõ vero viui. Quod tot anni & menses lapsi sunt te manente in peccato mortali & quod Deus vocet te & inspiret tum laboribus tũ alijs multis & variis modis cœlum tibi promittens & quasi propinans vocando te per se ipsum & per suos concionatores: & audire eum recusas? Quid hoc, quod viui surdiores sunt mortuis? quid hoc nõ habẽtes aures audiũt & habentes minime? Mirabile est q̃ mortui audiãt & Christo pareãt, & viui nõ item. Ego autẽ sicut surdus nõ audiebã: & factus sum sicut homo nõ audiens, & nõ habẽs in ore suo redargutiones. Vocat Deus peccatore & vociferatur illi diu, noctuq̃ue, vt surgat à morte peccati, antequã eum Tartarus absorbeat: & ille tacet & sicut surdus quiescit. Deus autẽ tantopere in illa vocatione perfistit, vt dicat per prophetam. Raucæ factæ sunt fauces meæ. Vide ergo & tu q̃ si modo audire nolis, q̃ postea vocabis tu, sed minime audieris: & quod Deus ipse ridebit in dãnatione & exitio illorũ, quos ipse vocauit & audire noluerunt, circa illud, quod dominus ait. Vocaui & renuistis: ego quoq̃ in interitu vestro ridebo. Attende te, quod qui hic non audiunt matrem legitimam, quòd postea nouercam audient. & quòd si hic Christum Iesum non audis dicẽtem, venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, quòd audies succedente tempore dicentem: Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius, audituros es quãuis tẽpore nitear. Vnum tandem de duobus elige vel audire hic vbi dulcis est vocatio, vel audire sententiam illam valde pertimescendã, quã Deus con-

contra peccatores, & malos pronunciabit dicens. Ite, maledicti in ignem æternum. Qui noluerit audire, venite, audiet, ite, vel nolit. Surge ergo tu, qui dormis, surge à mortuis & illuminabit te Christus. Hodie igitur si vocem eius audieritis (obsecro per Dei viscera) nolite obdurare corda vestra: sed audite amãtissimam & benignissimam Christi vocem quæ vos ad ignoscẽdum vocat. ¶ Perpende, quòd non simpliciter dixit, quòd surrexit, sed quòd resedit. Surrexit (inquam) sicut Christus ei præceperat, sed prius resedit: vt ostendatur diuinæ operationis ordinatos progressus, quia iacentẽ paulatim erigit. Iacebat enim mortuus. Inter iacere autem & stare, vel surgere medius situs est residere, & sic de iacẽte primo fit residens: deinde de residente resurgens, vt quanta sit à peccato in surgendo difficultas ostendatur. Cùm prius iaceret, totus terrenis rebus inhærebat: & poterat dicere illud Psalmistæ. Adhæsit pauimento anima mea. Vnde in Threnis, ait Hieremias. Iacuerunt in terra foris puer & senex. Quia qui diu peccato detentus est, & qui iam inueteratus est, in peccato iacet in impietate sua. Resedit qui saltem voluntate à terrenis eleuatur: stat, qui erigitur ad resistendũ tentationi. *Et cæpit loqui.* Quare? vt daret vitæ testimonium: sermo namque est vitæ, vel mortis manifestatiuum: nam qualis vnusquisque est talia dicit, & operatur. Sermo enim nihil aliud est, quàm factorum simulacrum: quoniam omnis animi vis in sermone velut in speculo repræsentatur. Raro inuenies hominẽ vitijs deditum, de virtute loquentem. Ex ore boni viri & virtutis amantis vix audies verbũ vnum turpe & obscœnum. Ex eburnea vagina raro educitur plũbeus gladius: vnusquisque cognoscitur ex sua loquela ex qua natione, aut prouincia sit. Si offendis hominẽ quem non cognoueris, qui Gallice loquatur Gallum illũ dicis, & si Hispanus similiter. Sic ostiaria illa Petrum Apostolũ cognouit quando dixit illi. Tu Galilęus es, nam loquela tua manifestũ te facit. Sic vnusquisq; ex sua loquutione, & linguæ prolatione agnoscitur, an sit cæle
Apoc.19. stis regni & habitantium in gloria, vel habitator inferni. Idioma tandẽ cæleste est Deũ laudare magnificare, & ei benedicere: circa illud psalmistæ. Beati qui habitãt in domo tua domine, quoniã in sæcula sæculorũ laudabunt te. Et beatus Ioãnes in Apocalypsi dicit, quod beati in cælo degentes laudabãt Deum dicentes, alleluia: & viginti quatuor senes, & quatuor animalia adorauerunt sedentem super thronum dicentes, alleluia. Alleluia duæ dictiones sunt: quibus significatur, laudate dominũ. Et Christus saluator
Ioan.2. noster, qui de cælo erat, dixit. Quare loquelam meã non cognoscitis? Econtra verò ver
Ioan.8. naculũ & loquela inferni est blasphemare, murmurare, maledicere, & turpia & obscœna loqui. Iuxta hoc in vernaculo sermone, quo quisq; vtitur agnoscitur cuias sit. Boni & probi perindè ac cælicolæ cælesti loquutione vtũtur, laudant enim Deum, psalmos cantãt, orant, & proximorum virtutes præferunt. Sed mali & improbi peierant, blasphemãt, honorem proximis detrahunt, falsaq; testimonia inferunt, obscœna & turpia loquuntur: & cùm eorũ cor & cogitationes plenæ sint luxurijs & libidinosis actibus sic turpia & inhonesta loquuntur. Non potest
Lucæ.6. mentiri ipsa veritas, quæ ait. Ex abundãtia cordis, os loquitur. Sed hoc iã exposuimus. Quid autem Christus egerit post suscitationem huius adolescentis audiamus. *Et dedit illũ matri suæ.* Sicut Helias & Eliseus suscitãtes, alter filium viduæ alter filium Sunami-
3.*Reg.*17. tis, dederũt eos matribus. Expende Christi
4.*Reg.*4. misericordiã & clementiã. Poterat mãdare resuscitato, vt sequeretur illũ, vel aliud simile, sed nihil horũ egit, sed tantũ misertus matris tradidit eum illi, quæ iam fuerat spe, & solatio orbata. Præterea discamus ex hoc loco cõsolari nõ verbis tantũ, sed operibus pietatis & misericordiæ. Parũ certè prodesset viduę dicere ei, noli flere, nisi adamatum filiũ mortuũ viuum illi redderet. Ideo Ioannes admonet dicens. Nõ diligamus verbo,
1.*Ioan.*3. sed opere & veritate. Quid prodest, vt pauperis miserearis & ei compatiaris, si nõ porrigis eleemosynam? Hæc est vera misericordia, vt ope & auxilio subuenias indigenti. Ioseph & Nicodemus moti sunt miseratione erga Christi corpus in cruce derelictũ: & deinde alter sindonẽ, alter verò libras centũ
*Ioan.*19. myrrhę & aloes mercati sunt. Magi etiã Christũ adorauerũt, sed apertis thesauris suis, obtulerũt munera, vt paupertatem eius subleuarent. Tales seruos vult Deus in domo sua
*Matth.*2. qui operibus religiosis, & pijs seruiãt ei: & quod porrigãt manus suas plenas egẽtibus.
*Esa.*58. Si videris nudũ operi eum, & carnẽ tuã ne despexeris. Christo in corde misericordia fuit, quia misericordia motus in verbis etiã, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia dixit ei, vt non fleret: & in operibus quia suscitauit adolescentē, & dedit illū matri suæ. *Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebē suam.* Vniuersos qui hoc miraculum inspexerūt timor inuasit: timor (inquam) reuerentialis, & admirationis consolationem & grandem iucunditatem habens admixtam. Magnificabant autem Deum, non Christum Deum credebant: licet crederent virum sanctum & prophetam ac Dei ministrum, procuius sanctitate & meritis Deus fecisset tam ingens miraculū. Confessi sunt illum Messiam dicentes, quod esset ille magnus propheta, quem Deus promiserat dicēs Mosi. *Deute. 18.* Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorū similem tui. Hoc literaliter de Christo prædictum est, vt ipsemet docet. Sic *Ioan. 4.* etiam Samaritani dixerunt: Hic est vere saluator mūdi. ¶ Obserua autem, quòd respectu Dei miraculū nō appellamus, sed respectu nostri, nam verū miraculum est arduū quoddam facere super facultatem naturæ, cuius autor est Deus, sed Deo nihil arduum est, nihil supra facultatem, omnia potenti. Nobis autem miraculum est vt mortuus re- *Ioan. 6.* surgat. Miramur nos quod ex quinque panibus satiauit tot millia hominum, & quod *Ioan. 2.* aquam conuertit in vinum, & quod hunc mortuū suscitauerit: & quia hæc non potest natura, miraculū est, & nos miramur. Quæ quidē omnia satis ostendunt in Christo domino diuinitatē, eunq; verè Messiā in lege atq; prophetis promissum, verū hominem verumq; Dei filium. ¶ Præterea discamus opera Dei, & eius mirabilia magnificare & laudare, quēadmodum Angelus Raphaël *Tobi. 11.* dixit. Opera Dei reuelare & cōfiteri, honorificū est. Laudemus dominū, quoniam in sęculū misericordia eius. Porrò talis fuit rumor miraculi huius, vt dicat Euangelista. *Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæā de eo: & in omnem circa regionem.* Rumor huius miraculi exijt in circumiacentes prouincias, scilicet, Tyri, Sidonis, atque Samariæ. *Et annunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his.* Ljuore inuidiæ hoc fecerunt zelantes in ordinatē gloriam & honorem magistri sui Ioannis Baptistæ. Discipulos Ioannis pœnitebat eo quòd Christus miracula faceret & baptizaret, & sic accesserunt ad Ioannem & dixerunt illi. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Quibus respondit Ioannes. In, hoc gaudiū meum impletum est. Similiter Iosue zelatus est pro Mose, scilicet, cum puer Mosi retulisset dicens. Heldad & Medad prophetant in castris, dixit Iosue Mosi, Domine mi Moses, prohibe eos. At ille. Quid æmularis pro me? Quis tribuat, vt omnis populus prophetet, & det eis spiritum suum? Eodem modo Ioannes euangelista saluatori dixit. Vidimus quendam prophetantem qui non sequitur nos. Cui dominus respondit. Sinite illum, qui non est contra vos pro vobis est. Inuidia diaboli introiuit mors in orbem terrarū. Quia enim vidit diabolus hominē instatu fœlici esse, & ad illum posse ascendere vnde ipse corruerat, ab illo principatu & statu innocētiæ eiecit illū. Hæc fera pessima Abel occidit, puteos Isaac obstruxit, Ioseph vendidit Ismaelitis, Dauidem persequitur & Danielem: deniq; & Christū cruci affixit. Sicut enim (vt Paulus ait) diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum: ita inuidis omnia cooperantur in malum. Meritur enim de bono odore, de quo alij viuunt: nam profectum aliorum reputat suum defectum, quia principaliter & directè opponitur charitati, quæ regina virtutum est, manifestè patet pessimū, & abominabile esse vitium, in quo ostendit inuidus quod discipulus diaboli sit: quia Christus discipulis suis dixit. In hoc cognoscēt, quod discipuli mei estis, si charitatē habueritis adinuicē. Sic etiam diabolus elicit suis. In hoc cognoscēt, quòd discipuli mei estis, si inuidiam habueritis ad inuicem. Sed quid inuidis inuidia prodest, qui seipsos miserabiliter occidūt? Papilio extinguere vult lucernam ardētem, & irruit in illam, & ex eo hoc lucratur, videlicet, quod pennæ ipsius comburantur, & ipse prorsus moriatur manente quidem ipsa lucerna incensa. Sic inuidus lumen & splendorem boni, & probi extinguere vult, & denigrare famam, & gloriam illius: & hoc intentans seipsum extinguit & deperdit, bonus autem sospes atque cum suo pristino honore remanet. Igitur discipuli Ioannis inuidentes Christi gloriam & miracula, quæ faciebat (quia Ioannes nullum signum fecit) nunciauerunt hæc Ioanni, qui in vinculis erat, qua veritatem prædicauerat Herodi. O vtinam tales haberet nunc ecclesia Dei conciona-
tores, qui pro veritate tuenda carcerem, & mortem

mortem subirent, & aduersus principum & regum potentiam se opponerēt. Talis esse debet euangelicus concionator, Esaiæ, Hieremiæ, Ezechielis, Ioānis Baptistæ, & Apostolorum imitator: qui pro veritate nunciāda, neque exilium nec carceres, nec mortem ipsam timuerunt. At quāuis Ioannes in carcere esset pro veritate tuenda, liber erat. Herodes vero in vinculis. Vnde Salomon in Prouerbijs. Iniquitates suæ capient impium, & funibus peccatorum suorum constringetur. Et Ezechiel de impio. Ille quidem in iniquitate sua captus est. Et Paulus, vt resipiscāt à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur, ad eius voluntatem. Non autem sic iustus: quia non potest vinci ab homine qui vitia sua nō vicerit. Non enim quis vincitur, nisi cum ei ab aduersario id quod summe amat eripitur. Qui ergo id solum summè amat, quod amanti eripi non potest, ille absque dubio inuictus est & spiritualiter liber. Ioseph in Ægypto vinculis fuit emancipatus, & Hieremias in Iudea, & Ezechiel ductus est captiuus in Chaldæam, & Ioannes nunc in carcere Herodis, sed omnes isti liberi erant. De his in tertio capite satis multa diximus. Itaque beatus Ioannes detentus fuit, quia veritatem fassus est: nos vero incarcerari iure optimo possemus, quia illam inficiamur. Videns ergo beatus Ioannes errorem & deceptionem suorum discipulorum misit illos ad Christum, ideo sequitur in contextu. *Et conuocauit duos de discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum dicens. Tu es qui venturus es, an aliū expectamus?* Cùm Ioannes ad populum conionaretur & veritatem annunciaret & vitia, atque flagitia Herodis Regis carperet: Rex ille detrusit eum in carcerem: tunc Christus illud munus exequens concionari cœpit, & veritatem euangelicam edocere, & res miras, & miracula facere: anteà verò quā beatus Ioānes detruderetur Christus non prædicabat: sed detento Ioanne id quidem facit. Quando in bello interficitur signifer, qui vexillum portabat, occurrit tum temporis diligenter ductor, qui vexillum illud in altum tollit, & si dux defuerit occurrit alter qui hoc facit, & sic nunquam deest qui vexillum sustineat. Sic Ioānes erat signifer Christi, & veritatis vexillum sustinebat: sed detentus cùm sit occurrit Christus verus dux, & fulcit veritatem illam, & tollit illam. Nunquam quidem deerit qui hanc sustineat, illa autem incarcerari nequit. Ideo Paulus. Verbum Dei *2. Timo. 2.* non est alligatum, & ab ipso carcere plures scripsit epistolas. Cum vero Christus concionaretur & miracula maxima faceret, patet hic ex Luca populum de Christo dixisse, propheta magnus surrexit in nobis, & Deus visitauit plebem suam. Tunc vt hic ait Lucas, venerunt discipuli Ioannis, & nunciauerunt ei de omnibus his: ideo ex his verbis, quæ discipuli dixerunt sumpta occasione mittit Ioannes duos ex illis ad Christū, dicens. Tu es qui venturus es, &c. misertus est Ioannes, & commotus ab infirmitate suorum discipulorum misit eos ad Christum (nullum enim melius remedium adinuenit.) Habuit se Ioānes hac in re sicut parentes moribūdi se habēt erga filios suos: gauisi enim & hilares discedunt, manentibus filijs in honore, & statu. Sic gloriosus Baptista cum se in carcerē reclusum, & morti propinquum animaduerteret, vehementer optabat suos relinquere discipulos in statu perfectionis: & sic, vt solatus decederēt vult prius in agnitione veritatis cos remanere. ¶ Obserua etiam, quo pacto boni viri, & probi sui obliuiscantur: vt proximorum recordentur, & de illorum bono curam habeant. Glorioſe Baptista in vinculis es, & in tantis laboribus constitutus: & non es memor tui, sed tuorum discipulorum? Nonne commodius esset mittere eos ad Herodem, vt illi causam iniustam detentionis tuæ obijcerent? Non quidem recordatur Ioannes sui, sed discipulorum: boni enim suorum, atque delectationum propter Dei, atque proximorum honorē obliuiscuntur. Immemor redditur Ioannes sui, & laborum suorum: & meminit Christi honoris, & necessitatis, quæ insidebat discipulis ipsius Ioannis ad agnitionem veritatis, & expulsionem fallitatis, & deceptionis, qua allucinabantur. Sic fecit Christus, qui cum per vias, & plateas cruce depressus, & spinis coronatus ferretur, non tantum suorum tormētorum memor, quantum malorum quæ passuræ erant mulieres illæ, quæ vicem suam dolebant, atque flebant, ad illas conuersus dixit. Filiæ Hie- *Lucæ 23.* rusalem nolite flere super me, &c. Sic præterea in cruce stando totus ipse vlceratus de bono alieno agit, dicens. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Agit etiam de latronis salute, dicens illi. Hodie
mecum

mecum eris in paradiso. Preterea, ex longo itinere defessus, & fame vrgente enectus ad
Ioan. 4. puteum deueniens de bono & salute Samaritanæ, proprij sui laboris, & defatigationis oblitus, tractat. Hoc autem fecit ad exẽplar maiorum, prælatorum atque parentum, vt omnes isti aduertant quanta cura & obligatio imposita est ipsis de illis, quorum curam habere debent: & quando illi tales fuerint afflicti, vel turbati, obliuiscantur se, & labores suos proprios, vt alienis succurrant, sumpto exemplo à Ioanne,
Iob. 2. qui ita fecit vti diximus. Sic beatus Iob in angustijs deprehensus, vxorem suam corrigebat dicens illi. Quasi vna de stultis mulieribus loquuta es. Si bona suscepimus de
2. Cor. 11. manu domini, &c. Paulus periculis circundatus taliter, vt ipse dicat nullibi adfuisse vbi non periclitatus sit, nunc mari, nunc procella, nunc in deserto, nunc in ciuitate, ter virgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium pertuli, &c. & cum ita graues & infesti labores illi essent, plus multo à quodam metu solicitabatur, ne forsan recenter conuersi ad fidem, ab ipsa depellerentur, Deum nostrum iniustum existimantes quandoquidem ita acriter se habebat cum suis, & qui bene illi inseruiebant, & vt informaret eos illam esse Dei cõditionem atq; morem, & quod sic se habebat erga amiciores. In tribulationibus istis nemo moueatur, ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus. Nam cum apud vos essemus prę dicebamus, &c. Beatus Stephanus inter lapides positus, in mortis tribulatione: sui oblitus compatitur proximorum peccatis, & orat, dicens. Domine ne statuas illis hoc
Actor. 7. peccatum. Sic Ioannes quanuis reclusus in carcere non prætermittit Dei honorẽ, & necessitatem proximorum. Si candelam incensam in cõclaui, vel carcere colloces quãuis diligenter, & optime ianua sit clausa & pesulum afflixum, nihilominus candela ipsa illucescet, & totus locus illustrabitur,
Ioan. 3. & lumen ipsum per rimulas, & foramina exiet. Sic Ioannes erat lucerna ardens, & lucens, & quãto magis claudebatur eo plus pellucebat. Iusti quidem sunt veluti filex qui tactus ab excusorio ferramento scintillas à se emittit, & splendorem. Sic iusti tribulationibus & angustijs icti, maiorem & fulgentiorem lucem præferũt. Lampades eius lampades ignis, & flammarum. Ita Ioannes sicut lucerna ardens discipulis præfulgebat dõcendo illos viam salutis. Et sic de illo optime dici potest quod aquæ Cant. 8.
multæ non potuerunt extinguere charitatem. Carcer enim neque Herodis persequutio, non potuerunt extinguere ignem diuini amoris, quem habebat, nec flumina peccatorum obruerunt illum. Sic Paulus, Romæ obtrusus docet: & ab ipsis vinculis ad Philippenses, Philemonem, & ad Ephesios scripsit. Idem fecit ad Colossenses, in Epheso comprehensus. Non ergo prætermittebat Apostolus docere, & illuminare ex carcere, sicut hic fecit Ioannes. ¶ Vide etiã quod ex carcere misit Ioannes ad Christum, sed cur erat vinctus Ioannes? Quia duxerat Herodi, non licet habere vxorem fratris tui. Certe verba ista honesta sunt & modesta, in quo concionatores docet, quod talia sint eorum verba, & proximi honori cõformia. Attamen sic cum Ioanne agitur in quo aperte datur intelligi Dei amicos propriam vitam pro nihilo ducere, vt Dei honorem tueantur. Videt Petrus quod vo- Luc. 22. 39.
lunt capere Christum: & cum hoc tolerare nequiret arrepto gladio amputauit auriculam Malcho: & prorsus interficeret, si Christus permisisset. Sed Petre hoc audes? non ne vides tantam cohortem armatam? non putas vindicaturos iniuriã istam, & te occisuros? Hæc omnia Petrus parui faciebat, dummodo Dei decus defenderet. Nequi ergo Petrus rem tam iniquã tolerare. Eiusdem zelũ honoris Dei habuit Phinees quãdo simul Israelitam, & Madianitam in pec- Num. 25.
cato comprehensos trucidauit: nullus enim dolor est qui ità iustum pungat, & male habeat, quam suum Deum offensum videre. Ideò Dauid. Defectio tenuit me pro Psal. 118.
peccatoribus derelinquẽtibus legem tuam. Vires non habeo, cadit animus, robur ignoro, humi iacco, cum videam Deum offensum, & leges & præcepta eius non obseruari. Sed rogo Dauid, iste ne est animus tuus & robur tuum? Nõne tu es, qui tua fun- 1. Reg. 17.
da & vno lapide gigantem Goliath deiecisti? Nonne in deserto leones & vrsos enecasti? Nõnè quam multa bella Philistæorũ, Ammonitarũ, aliarum q; nationum superasti? Cur modo ità timidus es, vt dicas, defectio tenuit me? Quia perferre nequeo peccata & flagitia in Deum commissa, & quæ passim in vita hac perpetrantur. A desit hera fenestræ quæ maximo amore maritum suum prosequitur, & forte fortuna videt plurimos

plurimos enses nudos imminere marito, quo viso animus illius linquit, & cadit humo semianimis. Sed si incolumis emergat maritus, dicũt vicini vxori, exiguus tibi domina animus est, ecce maritum sanum, & incolumem. Tunc illa respondet. Sufficit intanto periculo eum vidisse, vt animus defecisset. Similiter quanuis Christum Dominum, nec occidant, neque feriant, qui in ipsum peccant, sed sufficit iustis sua præcepta violata videre, & sanctum eius nomẽ blasphematũ, vt iusti ipsi Deũ amantes ex ipso dolore anxiati & tacti quasi lymphati excidãt. Sic vere erat gloriosus Ioãnes, honoris & gloriæ Dei zelator, qui quidẽ cum dissimulare nequiret scelus illud tam grãde Herodis, honorẽ Dei vindicat, & carpit nocentem illum. Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui. Ob hoc incarceratur Ioãnes, patitur, & prorsus interficitur? O miseria humana, iam quidẽ non est qui ita faciat, nec Dei decus & cultũ tutatur, præsertim videdo hæreticos ita superbos, & tot damna atq; mala in vita. Helias sedens sub vmbra iuniperi defessus atq; sitiens, nõ calamitates, nec mala sua deplorabat, nec suæ egentiæ recordabatur, flet autem & deplorat perniciem & exitium templi & altariũ. O duritia grauis & frigiditas cordium nostrorum, siquidem non est qui deploret ecclesiarum stragem templorum & mundi crimina. Ioannes sanctissimus zelãs honorem Dei arguit primo Herodem, propter quod in carcerem conijcitur, & nũc suæ afflictionis & negotiorum propriorũ oblitus (quia charitas nõ quærit quæ sua sunt) agit de salute spirituali discipulorum. Ideoq; mittit illos ad Christum cum illa interrogatione, non quia Ioannem lateret quisnam Christus esset, sed quia proptijs oculis discipuli Christum ipsum cernerent, & in operibus & miraculis agnoscerent eum. ¶ Sed quare D. Ioannes nõ eos monebat quod Iesus erat Christus & Messias, quem sperabant? Quia hoc nihil proficeret, & illud humilitati Ioannis attribuerent, & sic non depellerentur ab errore, quo laborabãt, imò potius in eodẽ cõfirmarẽtur iudicando præceptorem suum Christo ipso maiorem. Et sic quanuis hinc seipsum magis, ac magis exinaniret atque humiliaret, hinc verò Iesum ad astra & superna tolleret atque laudaret, nihil propterea profecisset, ideo misit illos ad Iesum, vt videtes eius doctrinam & miracula, eum cognoscerẽt. Sic legimus in quarto volumine Regum, quod 4. Reg. 2.
prophetarũ filij cupiẽtes de Helia scire, misit eos Eliseus per montes & ardua, & peragrati sunt tribus diebus & noctibus & nõ reperierunt eum. Nõ dubitabat Eliseus Heliã raptum fuisse in cœlum, sed ad tollendũ dubium filiorum prophetarum, misit illos in montes, vt quærerent illum, & dixit eis, mittite. Sic fecit Ioannes cum suis discipulis, vt illum quem Ioannes sciebat Messiam, ipsi oculis cernerent, & crederent illũ esse. Præterea duos mittit, quia in ore duorũ, vel triũ stat omne verbum. Et si vnum mitteret si- Deut. 19.
cut erant æmulatores magistri sui, poterat ille mentiri. Duos itaq; habiliores & doctio- Num. 35.
res misit, vt possent etiã ad alios prædicare. Ite (inquit Ioannes) ad Iesum, & ne rubore suffundamini, ex mea parte quærite ab eo si est ipse qui venturus est, an alium expectamus. Nullam credo in orbe fuisse maiorem quæstionem & maioris ponderis & momẽti, quam ista. Qui interrogant vicem habẽt omnium fidelium, qui interrogatur Deus est, quod vero interrogatur summum negotium est, scilicet, an is esset Deus, qui videbatur homo, finis vero interrogationis est, an per Christum sint eo tempore à rege tyranno eruendi, vt & Messiam fideliter recipiat, ab eoque rursum recipiatur ipsa, an nõ summa res hæc erat? Sanè super qua totius orbis salus velut in cardine nitebatur. ¶ Obserua etiam quod interrogatio fuit. Es ne tu qui venisti, vel qui venit? hæc est phrasis Græca, & sic interpretanda, & vertenda, quod quidẽ probatur ex dictis illorum, nam visis miraculis quæ Christus faciebat dixerunt. Propheta magnus surrexit in nobis & Dñs visitauit plebem suam, in quo affirmabant Messiam iam venisse, siquidem de præterito loquebãtur. Ideo nunc quærit, es tu, quẽ dicunt quod iam venit? qui venturus es, id est, qui venisti? Et quod iste modus loquendi nõ sit nouus in sacris literis manifeste apparet in Ioannis Euangelio in illo miraculo cum Christus satiauit ex quinque panibus tot millia hominum, qui dixerunt. Hic est Ioan. 6.
vere propheta, qui venturus est in mundum. Certum est quod venturus significat, qui iam venit, siquidem demonstrato cum aduerbio hic verosimile non est quod dicerent qui venturus est, sed iste est qui iam venit. Sic nũc dicendũ est. Tu es qui venisti? Est phrasis Græca vti participio de futuro pro præterito. In originali enim Græco

est, σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, hoc est, tu es ille veniens, siue venturus? Est enim Græca vox ad vtrumlibet tẽpus anceps. Poterat dicere interpres, es tu veniens, tamẽ idem significat venturus. ¶ Ad nostram autem eruditionẽ ex hoc cõtextu aliqua eliciamus. Docemur enim primo hoc facto Ioãnis de nostris domesticis solicitam gerere curã, nam vt Paulus ait, si quis suorum non habet curam domesticorum, fidem negauit, & infideli est deterior. Multi profectò sunt, qui ita male educant natos suos, vt ab alijs pro sua nequitia interimantur. Deinde vero acerba senectute parẽtes suos afficiunt, & præterea mortem afferre illis solent. Heli morte infœlici, ac repentina decessit, qui quidẽ & omnis eius prosapia grauiter castigatus fuit, eo p nouerat indigne agere filios, & non corripuerit eos. Vide etiam quantum mali Dauidi regi euenit ex eo quod non ab eo vapulauit filius Ammon, cõmisit enim graue scelus vim inferendo sorori suæ Thamar, & cũ teneretur in filium animaduertere non fecit, & diuina scriptura de illo dicit. Noluit contristare spiritũ Ammon filij sui, quoniã diligebat eum, quia primogenitus erat illi. Ecce quanta mala ex hoc sequantur. Absalon interficit eum, & postea fugit, & quia Dauid non ita facilẽ erga illum se præbebat nec hilarem vultum sicut antea demonstrabat, regnum auferre decreuit & fugauit eũ, & expulsit ab Hierusalem, & bellum gestũ est, in quo satis multi Israelitici interempti sunt. Dauid autem plorans, & nudis pedib⁹ erat, & Semei maledixit illi. Tandem eo quod vnum filium castigare recusauit, duos amisit, quoniã Absalon & ista ictus etiam interemptus est. Omnia ista mala excusarentur profectò si Dauid in filium Ammõ animaduertisset. Ideo in Ecclesiastico habetur. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Curua ceruicẽ eius in iuuentute, &c. Et iterũ. Filij tibi sunt erudi illos, &c. Et nõ solum gerenda cura est filiorum, verũetiam famulorum & cunctæ familiæ, & teneris scire quo pacto viuant, an sint cõcubinarij, vel rixosi; si secundũ præcepta diuinis adsunt, si sua detegunt crimina, & religiosè viuunt, adimplendo quod tenẽtur. Præterea si ægrotauerint illos curare, & de illis in omnibus curam habere. Curam aduerte quam D. Ioannes suorum habuit. Disce itaq; qualem filijs tuis hæreditatem relinquere debeas. Filij huius seculi hoc vnum curant, vt suis hæredibus bona quam plurima relinquãt, in hoc opera & laborem omnium conferunt, sed nõ cogitant interim vt filijs suis, Deum propicium relinquant. Verum scriptura aliter docet. Vos patres (inquit Paulus) educate filios vestros in disciplina & correctione Domini. Omnia verba hæc (inquit Moses) nõ solum animis vestris infigetis, sed filios quoque vestros docebitis, vt discant timere Deum. Relinquetuis clementem Deum, qui illis etiam plus proderit, quã totius opes & diuitiæ. Quot pauperum filios vidimus ac cognouimus, quibus parentes exigua bona reliquerunt, & quia illi studiosi, & literati extiterunt, videmus eos modo Episcopos, Archiepiscopos & in dignitatibus, honoribus atq; diuitijs constitutos? Agnouimus præterea alios diuites & locupletes, qui à suis parentibus multa bona acceperunt, & cum delicijs, lusores, & luxuriæ dediti fuerint omnia illa amiserunt, & modo paupertate & inopia premũtur, & infames habiti sunt. Hoc procurabat Ioãnes hoc sanctissimus Christi præcursor cupiebat, vt discipulis optimam hæreditatem relinqueret. Videbat iam ad extremam suæ vitæ lineam peruenisse, quapropter operam dabat vt filios illos, quos iacte suæ doctrinę nutrierat ad Christum mitteret, & fideles & boni essent. Et quemadmodum bonus pater lætior ex hac vita migrat quando videt suos liberos virtutibus ornatos & artibus, ita quoq; desiderabat Ioãnes perfectam fidẽ in suis discipulis videre, quo securius hinc discedere posset, sic Christus discessurus ad patrẽ protestam ẽto suis discipulis pacẽ reliquit ac virtutem dicens. Pacem meã do vobis, pacẽ relinquo vobis. Non diuitias, non honores, sed virtutes. Sic tu officiosos & bene educatos liberos tuos relinque. Hoc faciebat beatus Iob offerẽs sacrificiũ pro suis liberis dicens. Ne forte peccauerint fili mei, &c. ¶ Docemur secundo vt proximorum salutem curemus, & si bona propria, vitam, honorẽ, & quietem offeramus. Si quidem beatus Ioannes honorem proprium pro salute istorum ponere nõ recusauit. Expẽde Ioãnis charitatem. Tã illi qui nunciũ hunc audierũt, quã qui cũ Christo erant, D. Ioannem hominẽ Ieuem iudicare poterant & in ipso scandalizari, si quidem adhibito iam testimonio ab eo de eodẽ Christo, quæstionem illã & interrogationẽ prætẽdebat, & sic scandalizati sunt videtes eum

1. Tim. 5.

1. Reg. 3.

2. Reg. 13.

1. Reg. 16.

2. Reg. 18. Eccles. 30. Eccles. 7.

eũ iudicio suo variare liber cũ esset; ab his quæ cum in vinculis, & sic eũ existimabãt hominẽ mutabilem & inconstantẽ: ideoque necesse fuit vt postmodum Christus redemptor illi patrocinium præstaret suum pristinũ honorem reddendo, & facta laudãdo. Tanta igitur charitas Ioanni fuit, vt suũ honorẽ pro salute animarũ discipulorũ ponere nõ dubitauit: & cum dispendio sui nominis vtilitatem proximorũ obtinuit. Sic Moses propter bonum proximorũ voluit deleri de libro vitæ. Charitas enim nõ quærit, quæ sua sunt: sed salutem proximorum: non suum cõmodum quærit, imò cõmodũ proprium cõtemnit, vt alios lucri faciat. Sic Paulus Romanis dicit. Optabam ego ipse anathema esse à Christo, pro fratrib⁹ meis. Et Corinthijs etiam ait. Ego autẽ libentissime impendã, & superimpendar pro animabus vestris. O quam pauci Moses hodie sunt, quã pauci etiam Pauli, pro salute proximorum nec pedes decẽ ambulabũt. Imò vero quod pejus est, assidue detestãdum illud proloquium circunferunt. Heus proximus sum egomet mihi. Si autem pro proximo facturus aliquid tu es, sub illa tamen cõditione & modo id facis vt neq; de somno tuo, quiete, nec bonis aliquid amittas, neq; prætermittas. Vis tandem Dei legẽ seruare absque vllo tuo discrimine, labore, nec sumptu. Vis autem vitam beatam sine pensione consequi: cum tamen Christo redẽptori tuo sanguine pretioso & vita steterit vt tibi impetraret. Nõ sic Ioannes qui certe imbecillitatẽ discipulorum in se ipsum trãsfert: ideoque ex parte sua interrogationem fieri vult. Sic de Christo saluatore nostro ait Esaias. Vere languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Fecit sicut nutrix, quæ quidem ad infirmitatẽ nutrientis & lactãtis infirmatur, venas scindit, & purgatur. Vnde ipse per Oseã. Ego quasi nutritius Ephraim, Paulus etiã. Quis, infirmatur, infirmatur: & ego nõ infirmor? Vtinã diuites & nobiles ita infirmitates & miserias pauperum præsentirent, vt cum illis dolerent ac infirmarentur. Sed vbinam modo est charitas hæc? Eliseus quidem cum infante defuncto se metitus est, & illũ suscitauit. Sic erga pauperes, diuites efficere tenentur, illorum miserendo vitam & cibum erogando. ¶ Tertio docemur quod nulla fides nisi Christi fides ad salutem prodest. Mittit ergo discipulos ad Christum, quia nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat qui custodit eam. Si enim domui cæmentũ deficiat, frustraneũ erit parietes extollere: & ampla ædificia condere. Cæmentum sane atque radix salutis nostræ, Christi fides est: de qua Esaias. Ecce ego mitto in fundamentis Sion lapidem angularẽ, probatũ preciosum. &c. Et Paulus. Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id, quod positũ est quod est Christus Iesus, quicquid tandem absque hoc fundamento fit, vanũ est. Sic philosophi in vanum laborauerunt sine fide. Probe id quidem Ioannes noster hos castos, humiles, pios, cæteraſque virtutes edocuit: sed quoniã ista omnia sine Christi fide sufficere nequibant, ad Christũ verum magistrum mittit. ¶ Quarto & vltimo docet hæc historia nihil perniciosius esse quam si hominẽ nimium suspicimus eique plusquam par est tribuimus: quantumuis doctrina & sanctimonia excellẽti sit exceptus. Ioannes vir sanctus erat, multa tamẽ incommoda sequebantur quod discipuli eius nimium ei adscriberent, eumque tanti æstimarent. Primo enim hæc res inuidiam in eis accendit aduersus Christum. Secũdo cupiebant verba & opera Christi irritari & supprimi. Tertio præceptorẽ summi instigabãt contra Christum, quorum studium Ioannes si approbasset eosque sequutus fuisset, quid inde aliud præter simultates, sectas, atque perturbationes sequerẽtur? Eodẽ quoq; modo Corinthij æmulari incipiebãt quisq; pro eo à quo fidẽ doctus erat & baptizatus: Paulus vero vehementer obiurgat eos: & à tali contentio. ¶ propter magistros, eos attrahebat. Vnde omnes hæreses, & sectæ natæ sunt, nisi ex ambitione prædicatorum & importuna, ac immodesta æmulatione insipientis populi pro suis magistris? Hæc ipsa causa est quo minus his tẽporibus atrocissimum in ecclesia bellum, & cõtrouersiæ conciliari queãt. Vnaquæque pars æmulatur pro suis magistris, & alios despicit. Sed iã ad nostrũ Lucam reuertamur. *Cum autem venissent ad eum viri dixerunt. Ioannes baptista misit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Isti fuerunt legati fideles verba mittentis fideliter deferentes, nihil addendo, nec subtrahendo, quos ideo sequi debemus. In Prouerbijs enim legitur. Qui alio repetit sermone, separat fœderatos. Balaam cũ iussus esset vt malediceret Israeli benedicebat, obiurgatusque à Balaac Rege Moabi

Esai. 28. 1. Cor. 13.

1. Cor. 1.

Prou. 17. Num. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tarum eo quod non malediceret, respondit. Num aliud possum loqui, nisi quod iusserit Dominus? Sed si Balaam ariolus & iniquus cum esset, absque vlla variatione quæ Deus afflauerat annunciabat, quare tu euangelicus concionator, & Christicola non ad populum refers quemadmodum à Deo accepisti, & ab eodem iussum est? Balaam quidem mutationem noluit quanuis Balac maximum munus & thesaurum offerebat. Sed proh dolor, quam multi hodie sunt cõcionatores, qui minori multo oblatione proposita diuersa longe ab eo quod intelligant è superiori loco proferunt, cum verò Redemptor noster populi atque hominum vitia, & crimina reprehendi iubeat minimè id faciunt imò verò ne ex hoc aliqua inimicitia, vel odium generetur inter ipsos & optimates viros & principes, eorum flagitia simulant & mutatione verborum vtuntur. Discamus etiam patribus magistris atque præpositis obedire. Isti vero discipuli qui tales extiterunt & magistro paruerunt, ex eo quidem miracula quam plurima quæ Christus coram ipsis & pro eorum amore fecit proprijs oculis videre meruerunt, de-
2. *Reg.* 9. inde etiam in fide illuminari. Sic Saul obtemperans patri præcipienti, vt asinas amissas quæreret, regnum adinuenit, sicut isti saluatoris fidem, &c. *In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis, & cæcis multis donauit visum.* Expende Christi bonitatem ac clementiam. Siquidem tot miracula facere dignatus est propter hos duos discipulos paupe-
res, & quod magis est ¶ eius aduersarios, vt duas illas animas ad se lucraretur & conuerteret. O si tu apertis oculis aduerteres quã magna Redemptori nostro debeas, & quibus modis vtatur ad tuam salutem. Vtinam in referenda gratia tantæ curæ, quæ Christo est salutis & saluationis tuæ: aliquam tu de teipso haberes, quam quidem curam in isto euentu aduertere maxime debes, siquidem ad lucrandos hos duos discipulos tanta miracula effecit. ¶ Perpende autem ex hoc quãtum diuina maiestas animam æstimet. Putasne paruo habere? plus certe illam quã ducit centum millia mundorum. Vtinam nostri temporis prælati ita ducerent & tantum in earum vtilitatem facerent. Sed quid dicam plus multo istis certe cura imposita est caducarum rerum & visibilium, quam spiritualium, & plus Episcopum pœnitet eius mulæ obitus, quam spiritualis subditi. Non quidem sanctissimus ille Iob atque patientissimus vestimenta scidit audito exitio ouium, camelorum ac armentorum, scidit autem præsensitq; maxime liberorum morte audita. Sic tu Episcope, & prælate plus multo spiritualem mortem filij tui subditi, quam amissionem cæterorum temporalium & mutabilium præsentire teneris. Vide tandem quid Christus pro vna anima liberanda fecerit, idem tibi prorsus faciendum est pro salute fratris, vel subditi tui.

¶ Obserua etiam quod in ipsa hora fecit hæc miracula cum primum discipuli Ioannis accesserunt absque vlla mora. Salutem enim nostram differre nescit Deus, nec discipulorum suffragium in alterum diem distulit, imò eadem hora contulit. Ex his tandem disce bonorum operum dilationem in posterum aufugere, forsan enim, vt soles impedimentum occurret, cuius causa cessabunt. Mala autem opera ne statim exequaris, neque perficias, accidet enim interea quod propositum mutes, & à praua cogitatione desistas, vel id fiet aliquo alio impedimento interiecto. Ne vero officiosa operatio in crastinum prolongetur, fieri enim potest, vt hodie à vita discedas, & sic deficiente tempore operari minime valebis. Patriarcha ille sanctissimus Abraham cum primum de circuncisione charissimi filij nuntium accepit scriptura diuina testante, capesit, & statim carnem præputij sui circuncidit. Eliseus similiter audita voce Heliæ vocantis, statim sequutus est eum. Præterea Leuita ille, qui voluit de Bethlehem reuerti in domum suam, quoniam longas moras fecit & iter dilatauit, precibus & blãdimentis soceri sui detẽtus, & domũ suam attingere nequiuit, remansit in Gabaa, vbi grauiter lacessitus est. Tu ergo caue tibique consule, euigila diligenter & cœlestem viam ducito, ne id in posterum transmittas, forte enim fortuna nox vltima, quæ mors auidissima est in tali statu atque tempore capiet te, vt cogaris in Tartaro collocari. Sed de his alias. Postquam igitur diuina maiestas miracula astantibus discipulis ostenderat Euangelista ait. *Et respondens dixit illis. Euntes renunciate Ioanni quod audistis & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt.* Indicio quidem meo videtur hac in re ita se habere Redemptor noster, & Diuus Ioannes quemadmodum Moses & Aaron. Aaron enim lingua erat & Mosis interpres, & qui palam loquebatur. Moses autem mira, atque miracula promebat. Sic Ioannes vox erat idemque ipse loquebatur dicens. Ego vox clamantis in deserto. Ecce Agnus Dei, ipse vero loquitur modo dum dicit. Tu es, qui venturus es, an alium expectamus? sed Christus facit miracula & facit opera, quia cæci vident, claudi ambulant, &c. Ideo ait. Dicite quod audistis, & vidistis, cæci vident, claudi ambulant, &c. Quæ audistis referendum est ad doctrinam, quam audierunt, quæ quidem perfectissima erat. Primo, quia extirpat omnia vitia quod aliæ leges non faciunt quia permittunt peccata, vt lex Mosi libellum repudij, & leges ciuiles meretrices, & occidere adulteram. Sed lex Christi omnia extirpat, vsque ad verbum ociosum. Secundo leges aliæ tollunt exteriora tantum, lex autem Christi interiora, ideo dixit, Non concupisces, & qui viderit mulierem ad cõcupiscẽdum eam iam mœchatus est in corde suo. Tertio circa finem vltimum, nam aliæ leges prætendunt pacẽ inter homines, hic enim est finis legum humanarum, sed lex Christi habet finem regnum cælorum. ¶ Et illud, quæ vidistis, referendum est ad opera & miracula quæ fecit. Veniunt tandẽ discipuli quærere à Deo quisnam sit & respõdit, Videte opera mea. Ex ipsis enim deprehẽditur & cognoscitur diuina maiestas, ista quidem sunt quæ testimonium de quolibet perhibent. Opera autem Christi consonant, & conformia sunt dictis & mirabilibus, quæ de eo Esaias cæterique prophetæ enunciauerunt. Sic nos, vt Christiani videamur oportet demonstrare legem Dei, opere cõplere, & quod noster videndi modus Christi legi correspondeat. Diuina sane lex miracula præclara à Messia venturo facienda prænunciabat, deinde vt
22. Christus Redemptor se Messiã promissum ostenderet talia perficit miracula. Similiter hoc à lege, Christiano præcipitur, Diliges Deũ ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni mente. Dicit etiam quod qui diligit patrem, aut matrem plusquam Christum non est eo dignus. Nunc videamus, an tu Christicola, tum vita, tum vero operibus bonis catholicæ professioni respondeas? Væ mundo, siquidem inter legis Dei professores, tot sunt odia, inimicitiæ, vsuræ, luxuriæ, cæteraque vitia, qualia neque inter gentes. Tua ergo opera & facta pro se ipsis loquentur & te qualis sis indicabunt, quia vero Christianus es more Christiano vinito. Non licet seruo Dei litigare, &c. sed mo- 2. *Tim.* 2.
destum esse, humilem, benignũ, castum & ad omnes facilẽ & mãsuetum. Opera dicẽt quis sis. Arbor quidem per fructum, homo autem ex operibus cognoscitur. Operibus crede, non verbis. Sic fecit Isaac, verbis fidem adhibere noluit, sed manus Iacob tetigit ipse. Similiter Deus faciet, & quanuis *Gen.* 27.
multa verba proferas, beatitudinem non cõferet sed manus, opera inquam tentabit. Sic ipse de aliquibus loquacibus, pauca vero implentibus dicit. Multi dicent mihi in illa *Matt.* 7.
die, Dñe, Dñe, nonne in nomine tuo, &c. Et dicam eis, nescio vos. Nec tu pretereа hominum verbis multum tribuas, sed opera respice, maior enim mortalium pars Pharisæis assimilantur, qui quidem dicunt, sed nõ faciunt, opera tamẽ vt diximus de vnoquoque testimonium reddunt. Atque ideo ait Christus. Opera quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me. Quomodo sciam te esse *Ioan.* 10.
Christianũ? videamus opera. Certe illa non sunt Christianorum imò Saracenorũ. Vbique periuria, adulteria, latrocinia, mẽdacia, fraudes, & ideo infideles conuertere se nolunt, quia nostris moribus, ac operibus contemplatis non à se dissimiles nos iudicant. Si ergo fidelis es, fidemq; profiteris, ostende mihi fidem tuam ex operibus. Christus vero, re, & opere se ostendit. Ideo ipsemet *Iaco.* 2.
ait. Si opera quæ nullus alius facit ego nõ fe- *Ioan.* 14.
cissem, peccatum non haberẽt, nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Sed rogo dñe, quæ opera ista, quæ alius nõ effecerit? Cæci vident, claudi ambulant. Ideo dicite quæ vidistis & ex his cognoscetis, quod ego sum qui erat venturus. Si autẽ ad miracula attendamus sancti patres per multa fecere, iussu enim Iosue stetit sol, ab *Iosu.* 10.
Helia vero, & Eliseo multi elati reuixerũt, 3. *Reg.* 17.
& alia mira processerunt. Disputant dein- 4. *Reg.* 4.
de scholastici, an ipsa Christi opera testimonia ferrent quod esset promissus in lege? & respondent quod sic. Primo ex modo imperatiuo, nam Helias, & Eliseus deprecando mortuos suscitauerũt. Domine Deus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius, dixit vnus ex eis. Petendo, sicuti serui à dño suo miracula fecerunt. Vnde beatus Augustinus ait. Sancti non propria virtute *Aug. lib.* 10
miracula fecerunt, sed Deo in illis operãte. *Ciuit. cap.* 2.

At Christus sicut Deus & dominus imperatiue præcipiens infirmitatibus, fecit miracula. Cæco dixit, respice, & leproso, munda re, & adolescenti mortuo, adolescens tibi dico surge, & Lazaro, Lazare exi foras. Idem autem dico de cæteris omnibus miraculis. Itaque, sicut Protogenes Apellē cognouit ex sola apprehensione vnius lineæ, quā effecit, similiter tu omnipotentiam Christi facile ab vno miraculo deprehendere posses. Nam quemadmodum lineæ subtilitas ingenium Apellis in suo artificio præseferebat, ita Christi diuinitas & suum esse, plane imperium & dominium, quo miracula faciebat, demonstrabat, nisi Iudæi, gens quidem pessima suis affectionibus & malitia obcæcarentur. ¶ Secūdo ex multiplicitate miraculorū. Quia prophetæ nō tot miracula fecerunt, quia si vnus claudū curabat, nō mundabat leprosum, & si faciebat vnum miraculum, nō aliud, Christus vero multa & varia fecit miracula, ita vt Dauid dicat. Dñs soluit compeditos, dominus illuminat cæcos, dñs erigit elisos, &c. Et hoc voluit Christus hic insinuare, cum dixit. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi, &c. Tot miracula & tam varia narrauit, vt ex hoc intelligerent discipuli Ioannis quod ipse erat expectatus à Iudæis, quemadmodū enim reges & principes in suis literis & elogijs sigilla & arma affigunt ne adulterentur, nam licet chirographum validum sit, quia regium est, nihilominus adulterari potest & literæ eius, sigillum nō item. Sic Christus miraculorum sigillo, doctrinam & prædicationem suam sigillabat, appositō enim sigillo cum chirographo nullus remanet scrupulus nec ambiguitas. Sic vero de Christi doctrina tot miraculis atque tantis confirmata quæ pro seipsis loquebantur & Deū ipsum effectorē indicabant, nemo ambigere potuit. Sic vero reuersi discipuli ad Ioannem responso accepto dixerunt illi quę audierant & viderant, quibus Ioannes ait. O stulti & tardi corde ad credendum, quid clarius poterat vobis dicere quod ipse esset Messias in lege promissus, & quod non sit alius expectādus? Esaias enim de Messia dixit. Ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebūt, tunc saliet claudus sicut ceruus, & aperta erit lingua mutorum. Idem etiam Esaias dixit in persona Messię, euangelizare pauperibus misit me. Conferto ergo bene quod vidisti cum ipsa prophetia, & aperte inuenies Iesum istum nostrum Messiam esse & non alium.

Luc. 18. *Matt.* 8. *Luc.* 7. *Ioan.* 11.

Psal. 145.

Luc. 24.

Esai. 35.

¶ Expende autē quod non dicit Christus. Ego facio cæcos videre, claudos ambulare, sed modeste dixit, cæci vident, claudi ambulant, ostendens opera. Discamus non iactanter & inaniter nos ipsos laudare, & egregia opera nostra magnificare, sed cum ratio postulauerit opera nostra ostendamus, & ipsa loquantur, ipsa narrent, & manifestent authorem. Nabuchodonosor seipsum extollens inquit. Nonne hæc est Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloriam decoris mei? Cum vero hic sermo adhuc in ore regio esset, vox de cælo ruit. Tibi dicitur Nabuchodonosor rex. Regnum tuum transibit à te, &c. ¶ Expende etiam quod Christus ad sui atque doctrinæ suæ probationem cæcos illuminat, claudos sanat, leprosos mundat, &c. Et cum Christus Redemptor noster tam sanctissime, & sine querela vixisset, ita vt inimici ab eo negati, an esset in illo aliquod peccatum, nullum prorsus inuenerunt, attamen vt illi fidem adhibeant tot atque tāta miracula fecit. Dicito mihi quæso, & narra Martini Lutheri vitam, adhæc etiam miracula, quæ fecerit, vt illi Germania, tota Anglia, & tam magna Francorum pars, tantam fidem attribuerint? Sunt ne illius miracula monialem ducere & tres procreare filios, die autem veneris gallina vesci, vinum puterea vsque ad crapulam potare? Cum istis tam præclaris miraculis tot bestiales homines crediderunt hæreses, errores, & mendacia, quæ pessimus ille homo seminauit. Viuat autem viuat, atque in æternum & vltra stet prorsus atq; maneat fides nostra, atque religio catholica, siquidem à tali authore & fonte totius sanctitatis, veritatis, atq; religionis promanauit, fuitque promulgata à sanctissimis viris, sanctitate atque perfectione præditis, approbata autē & cōfirmata miraculis celeberrimis, vt dictum est, &c.

¶ Obserua tertio quod diabolus in sua malitia induratus, & quoniā dixit, similis ero altissimo, semper intēdit se Deo adæquare & lōge diuersa. Christus enim verus Deus & homo cæcis lumen præbet, & eos videre facit, dæmon vero è diuerso videntes excæcat oculosque claudit, ne sua crimina & peccata prospiciant. Sic quidam ambulauerunt vt cæci, quia domino peccauerūt. Quæ maior rogo cæcitas esse potest, quam cum homo vxorem habeat tum pulchram, tum verō prudētem, homo ipse rem habeat cum alia muliere deformi, turpi atque immunda &c. Christus tandem Redemptor noster rectos dirigit claudorum pedes, diabolus autem claudicare facit homines rectos per viam cœlestem, ita vt graues atque tardi erga Deum efficiantur, tu quidem coram dilecta tua genu flectis, coram Deo autem optimo & maximo, nec in templo id facis. Sic quidem dæmon facit & cætera Christi miracula peruertere, & ordine præpostero. Vnde egregius psaltes. Oculos habent & non videbunt, manus habent, & non palpabunt, pedes habent & non, &c.

¶ Perpende quarto Dei iudicia profunda, & attende ad hos D. Ioannis discipulos, qui cum antea Christum offensum habuissent, iam modo illum prædicant, & quæ audierant ab eo dicunt, eiusque miracula referūt. Media agitur, quibus homines vtuntur ad Dei iudicia impedienda, ipsa quidē assumit Deus, ad illorum confusionem. Sic filij Iacob vendentes fratrem Ioseph in Ægypto, hac via assumpta Dei iudicia arcere putabant, vt ab adoratione fratris sui excusarentur, parum vero illis profuit, imo vero eadē via qua recusabant, eadem prorsus factū est vt illum adorarent. Sic Saul, vt honorē Dauidis regis aufugeret cuius mortē plus multo optabat centum Philistinorum prepucia ab eo petiuit: Dominus autem victoriam illi contulit. Itaque modus assumptus à Saule in ignominiam ac interitum Dauidis, eūdem Deus assumpsit in amplitudinem vitæ & honoris illius. Ionas Tharsis versus nauigationem dirigit, Deus autem iter illud in Niniuen torquet, à qua propheta fugiebat. Ideo Iob. Qui comprehendit sapientes in sapientia sua. Volūtas enim Dei semper adimpletur. Et quanuis aliquis posset fugere ordinem causæ particularis, non tamē ordinem causæ vniuersalis: quæ quidem diuina voluntas est. Ideoq; Paulo dixit. Durū est tibi contra stimulū calcitrare. Ideo Christus istis, ite & dicite Ioanni quod audistis & vidistis, hoc est, estote vos prædicatores mei & facite inuiti, quod noluistis spōte facere. Omnia hæc Christi miracula isti discipuli referunt magistro suo Ioāni. Denique sicut isti discipuli Ioannis possumus etiam & nos referre non miracula, quæ audiuimus, & vidimus, sed stupenda quæ dā, quæ audiuimus & vidimus. Miraculum est, cæci vident, sed horrendum est, quod videtes homines, non videant. Apertos siquidē & perspicuos habentes oculos non seipsos vident & agnoscunt, nec ipsum Deum: Deum, quia nō verentur prauis operibus irritare, seipsos quia cū cæteros omni die deferri videant ad sepulchra, ipsi se immortales cogitant. Cæteros quoq; nō considerāt, nam si pauperes sunt, nec videre, nec iuuare volunt. Miraculū reuera est quod surdi audiant, sed illud magis miraculū quod audiēs non audit, à Deo tot beneficijs, infirmitatibus, tribulationibus, prædicationibus, & inspirationibus vocatus. Vnde egregius psaltes. Audiā quid loquatur in me Dñs Deus. Inipius audiens, nec Deum, nec ecclesiam audit. Claudos ambulare miraculū est, miraculosius tamen quod pedes habentes nunquam ad bonum gradiantur quanquam velociter ad malum currant, nec ad bonum vnquam moueantur. Sed de his satis. *Pauperes euangelizantur.* Euāgelium prædicare nō pertinet ad diuites, & honoratos, sed ad pauperes. Hoc propter Ioannis discipulos dixit, ne Christum despicerent, vilibus vestitum, Græcorum autem more locutus est interpres, qui dicunt benefacio te, benedico te, proinde & passiuis horū, ἀνακλώμεθα, vtūtur, bene patitur abs te, benedicitur abs te; nam vtroq; modo loquuntur. Vide autem differentiā inter mundanum & cœleste regnum. In mundano enim regno cum noua aliqua accidunt, prius regibus deinde potentibus mox patricijs & nobilibus nūciantur, cum tandem ad plebeorum & pauperum aures deferuntur, iam principibus vetera sunt & cōmunia. Sed cœlestia bona prius denunciantur pauperibus: ex quibus bona nuncia diuitibus aperiuntur. Temporales diuitiæ ex diuitibus trahuntur ad pauperes, sed spiritualia dona ex pauperibus detegūntur diuitibus & istis euangelizātur, hoc est, datur bonum nuncium regni cœlestis. Hoc enim Euangelium sonat & euāgelizare, vt ipsi bona hæc nuncia diuitibus aperiāt. At prædicatores nostri potius diuitibus quam pauperibus Euangelium prædicare volunt, Christus vero pauperes elegit, venit enim mundi vanitatem euersurus. Regnū enim mūdi incipit à diuitibus, magnatibus, & potentibus, sed Christi regnum à pauperibus. Reges & mūdi principes respiciunt diuites,

Psalm. 84.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus vero intuetur pauperes. De illo enim habetur in Psalmo. Oculi eius in pau-
Psalm.10. perē respiciūt. Imò rege Herode miraculū
Matth.27. videre cupiente noluit facere, at apud pau-
peres multa miracula fecit. Vt enim prudēs mercator otiosis, & valde curiosis merces suas ostēdere nō vult, sed ijs quos intelligit illas empturos, sic Christus apud eos cōcionabat & signa faciebat quos videbat ex ijs, vtilitatē accepturos, & sic bona nūcia prius detegit pauperibus, vnde delata sunt diuitibus. Ionas propheta Niniuē missus prius cœpit concionari pauperibus, vnde nuncia regi sunt allata. Ideò dicitur. Peruenit verbū
Ionæ.3. ad regem. Ionæ enim prædicatio de vno ad
4.Reg.7. alium circunferebatur, donec ad regis aures peruenit. Leprosi etiam quatuor nunciauerunt in aula regis in Samaria, quod castra Assyriorum essent vacua & plena cibis, & diuitijs: dixerunt enim ad inuicē. Hæc dies boni nuncij est, nūciemus in aula regis, &c. In natiuitate etiam Saluatoris primo Angelus bona nūcia pauperibus pastoribus reuelauit gregem pascētibus, quibus dixit. Euā-
Luc.2. gelizo vobis gaudium magnum, &c. Euangelium etiam prius à Christo Domino fuit piscatoribus Apostolis intimatum, ex quibus postea ad varia loca peruenit. Ideo Pau-
1.Cor.1. lus. Nō multi potentes, non multi nobiles,
Serm.27.de verbis Dñi, & libr.22. ciuit.c.5. sed contemptibilia elegit Deus, vt fortia quæque confundat. Amplius enim referebat (ait Diuus Augustinus) pauperes esse & egenos qui hanc fidem mundo recipere cōegerunt, quam diuites & potentes. Si enim ab infideli & Mauro quæras cur in ea secta vitam degat, proculdubio respondebit, quia pater eius in ea vixit & mortuus est. Si verò hoc à fideli & Christicola sciscitaris, dicet, quia duodecim homines egeni & rudes sine aliquo pecuniarum, vel munerum genere, sine aliqua cognatione, sine aliquo denique huius mūdi auxilio & fauore bona hæc nuncia mundo prædicauerunt, & huius seculi reges & sapientes Christianæ veritati subiacuerunt, ex quo perspicuum est quod Deus esset illis auxilium, & dicta per illos vera censerentur. Christus enim (ait Augustinus) non conuertit peccatorem per oratorem, sed oratorem per peccatorem. Si enim per duces & potentes viros mundum conuertisset, ferretur vi & virtute armorum effectum fuisse, ideoque veram fidem per pauperes introduxit ac si verum esset quod ea quæ concionabantur manifesta essent, erant quippe subtilia & perplexa Trinitatis & fidei mysteria. In primo regum habetur quod seruus quidam Ægyptius, debilis, ægrotus, ac famelicus, attulit nuncia Amalechitarum. Sic Deus vt verus Dauid pauperes Apostolos & discipulos pro ductibus accepit eosque suæ doctrinæ concionatores instituit. Inuenit mūdum otiosum, vt Dauid Amalechitas, mūdus enim diuitijs, delicijs, vanitatib⁹, & peccatis deditus erat, quæ omnia ipse submersit ad jugum fidei mundum trahens. Quemadmodum Gedeō cum comitibus inermis & paucis militibus ijsque sine armatura subegit potētem & magnum exercitum Madian, sic etiam Christus paucis inermibusque discipulis vniuersum orbem euicit. Lege Gregorium & Ambrosium. Ideoq, pauperes euangelizant regnum Dei, quod quidem apparens argumentum est aduentus Saluatoris, siquidem vt Deus virtute sua diuina hæc sumens debilia instrumenta impugnatum & euersurus erat vniuersum orbem. Sequitur vlt⁹ in cō textū. *Et beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me.* Hoc etiam propter Ioannis discipulos dixit, quia scandalizabantur in Christum, non enim credebant in eum, sed potius inuidebant ei. Scandalizari enim in Christum est non credere in eum. Sic ipse discipulos suos alloquitur dicens. Omnes vos scandalū patiemini in me in hac nocte. Hoc est dubitabitis de fide circa me, ob id dispersi fidem perdiderūt cum Christus fuit captus & ductus ad mortem. Sensus itaq; est, Beatus qui non fuerit scādalizatus in me. Idest, qui scandalū non patitur, & nō amittit fidē ex operibus humanitatis, quæ pro infirmitate carnis, & ad probandum humanitatis veritatem volens tolero. ¶ Obseruandum etiā quod præter infideles multi etiā Christi fideles scandalizantur in Christū, & offenduntur in eum. Offenditur enim super bus in Christi humilitate, dives auarus, in eius paupertate, & libidini deditus in eius puritate. Audi rem notatu dignam. Qui propriam voluntatem abijcit, Dei voluntatem non offendit, qui vero propriam seruat voluntatē, diuinā offendere necesse est. Non enim nostra volūtas diuinę cōformatur, sensus enim & cogitatio hominis ad malū prōna sunt, sed malū necesse est vt scādalum accipiat à bono. Vide etiam quod non minus in hoc Christus ostenditur quā in miraculis quę faciebat, de eo enim prophetauit Esaias dicens.

dicens. Erit lapis offensionis, & petra scandali. Sanctus etiam Simeon. Positus est in ruinam, & in resurrectionē multorū. Optime ergo dicit ostendens quis sit, beatū fore qui in eo nō fuerit scādalizatus, nā qui videbat Christum spinis coronatū, crucifixū, & mortuum & non fuerit scandalizatus in eo sed crediderit, hic beatus est. In templo erāt duo altaria, alterū erat æneū in ipso statim vestibulo, in quo sanguinolēte offerebātur victimæ & iugulabātur arietes multaq; alia animalia sacrificanda, & locus ille plenus erat cruore, sed intus erat altare aureum, vbi solummodo offerebantur thymiamata & incensum. Erat enim locus hic odore plenus. Igitur cum Christus sit altare nostrum, vt ait Paulus, qui viderit eum despectū, sanguine & vlceribus plenū existimabit, quòd sit purus homo & altare æneum, sed si ad interiora transierit non scandalizabitur, quia inueniet altare aureum, odoriferum, nō passibile, & sanguine plenum, sed diuinum & plenum thymiamate & incenso. Cōsidera Christi diuinitatē, & q̄ non sit tantū homo, sed Deus & homo, & sic beatus eris, & non scādalizaberis. Præterea scādalizātur etiam multi in Christū, dicentes. Quid ergo est q̄ Deus bonus & iustus, tot mala patitur, impius autē iustorū persecutor triūphat, & vivit? Quomodo verum est quod Deus nō reliquit suos in necessitatibus, cū ego propter ipsum multis me opposuerim periculis, & non sum liberatus? Quomodo qui dat eleemosynam nō deficiet, cū ego qui tot pauperibus erogaui egeo modo? Multi imbecilles & infirmi hæc leuia imaginātur, quos Christus alloquitur. Beatus qui nō fuerit scandalizatus in me. Non scandalizeris, quia Christus quanuis statim nō præstet remedium, non tamen deficiet, interim patientiam habe. Filijs Israel in Ægypto promisit libertatem per mānum Mosi, & tunc magis afflixit eos Pharao, & duplicauit laborem. Sic Dauidem vnxit in regem Israel, sed prius quam regno potiretur plures annos grauia incōmoda perpessus est. Ita Deus antequā suos honoribus afficiat & promissa adimpleat multa mala pati permittit, vt eorum patientiam probet, sed credere debes quod veniens veniet & non tardabit, interim patientiam habe. ¶ Perpende etiam Christi Saluatoris modestiam. Poterat incredulitatem discipulorum Ioannis arguere, sed noluit eos confundere, nisi tantum eorum conscientiam tangere loquens quasi de alijs dicens, beatus qui non fuerit in me scandalizatus, sicut etiā in cœna fecisse cum Iuda Euangelistæ commemorant, cum dixit, væ homini illi per quem filius hominis tradetur nolens Iudę peccatum palam facere, sed tacitè illum reprehendere, sicut nunc cum illis fecit. Discamus ex hoc lōco mala secreta proximorum occultè arguere, docet enim hic Christus Dominus vt maxima sit nobis cura honoris & famæ proximorum, ne eorum defectus à nobis in publicum educātur. Sed longe aliter nunc cōtingit, cum minima habeatur ratio honoris & nominis fratris. Peccata enim nominis & famæ cum ita vsu cōmunia sint, non vt grauia habentur, & ideo in confessione fere semper oblivioni tradūtur, homicidia verò, furta & alia quæcunq; mala opere patrata ita grauia existimantur, vt non solum cōfiteantur, sed etiam veram pœnitentiam de his agant, & sic per hæc gestorum malorum opera homines fere nunquam ad Tartara trahuntur. Illa enim sunt velut morbus, de quo nulla est medici cogitatio, hæc autem facilius lauantur. Quomodo enim situ de aliquo praue loqueris, & ille cui talia intimasti dicit alij, & alius alij, breui temporis momento per vniuersam ciuitatem circunferuntur, quomodo huic infamiæ remedium applicabis? Sic homines in malum sumus proclines & ita prauorum dictis aduersus proximos nostros fidem adhibemus, vt si postea illos summis videam⁹ efferri laudibus, à praua cogitatione auerti nequeamus, & sic si contingat infamiam diuulgari, impossibile erit nostri proximi honori exacte satis fieri posse. Nā quanuis per contradictionem detractor in foro interiori satisfacere videatur, aduertat adhuc quod fere nunquam perditus honor perfecte acquiritur, quia infamatoris infamia nimis diuulgata manet, & sic manet obnoxius grauissimæ pœnitentiæ, ob magnam difficultatem restituendi honorem, quem proximo detraxit praue de illo loquendo. Et sic Salomon in Prouerbijs. Quæ viderunt oculi tui ne *Prouer.25.* proferas, nè postea emendare non possis, cū dehonestaueris amicum tuum. Quærebat Dauid in Psalmo & dicebat. Quis est ho- *Psalm.33.* mo, qui vult vitam, & diligit dies videre bonos? Dices tu. Ego volo vitā, & diligo dies videre bonos. Audi ergo, prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquātur dolū. Sed iam ad cōtextum. *Et cum discessissent nū-*

Ioan. 1. *cis Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas.* Scandalizatæ fuerunt turbæ de Ioanne, putantes quod mutatus esset qui arguebat de Christo quis esset, cum ipse testimonium antea perhibuisset: multi enim sic mutari solent. Petrus qui in prosperitate dicebat, quod moreretur pro Christo: in tribulatione iurauit quod non cognouisset eum. Sic etiam multi homines mutantur: alio tempore te agnoscent,

Matth. 26.

Mar. 14.

Rom. 1. alio vero ignotus eris: de quibus Paulus ait. Quod commutauerunt veritatem Dei in mendacium. Sic turbæ opinabantur de Ioane, quod in vno tempore cognosceret Christum & non in alio, quia misit interrogare, quis esset: ideo Christus ne honor Ioannis destruatur pro illo respondet: hoc autem facit non in conspectu discipulorum Ioannis, sed vbi discesserunt. Discipuli enim magistrum suum pluris faciebat, quam decebat, opinantes meliorem esse, & maiorem Christo: populus vero non sic: minoris habebat Ioannem debito existimans, quod leuis esset & mutabilis. Vtraque horum extrema erant: non enim tanti habendus erat quanti discipuli cogitabant: nec ita parui pendendus vt populus existimabat. Vtrisque hisce duobus Christus redemptor noster sapientissime satisfecit: ideo coram discipulis Ioannis, Christus illũ nõ laudibus cõmendauit, nec opus erat: imò esset in detrimentũ illorũ, quia magis in errore roborarẽtur. Christus autẽ se ipsum exaltauit miracula faciẽs, quæ magister suus Ioãnes nõ faciebat: vt discipuli Ioannis cõsiderarent, quod Christus & maior & melior esset Ioanne. Vbi autem discipuli abierunt, Christus pro honore Ioãnis respondet, & eius magnas virtutes corã turba, & omni populo commẽdat: illud precipuè laudat, q̃ de leuitate argueretur, dicẽs, q̃ nõ erat Ioãnes arũdo vẽto agitata: sed erat vir firmus, & in suis assertionibus constans. ¶ Expende etiã, quod quanuis iste turbæ, mala de Ioanne cogitarent, noluit Christus eas redarguere: sicut arguebat Phariseos

Matth. 9. Luc. 7. mala cogitantes, dicens quid cogitatis mala in cordibus vestris? Et Simonem Phariseũ cogitantem mala de Christo, & de Magdalena, etiam redarguit: quia turbæ aliqua occasione fuerũt motæ, & ex ignorantia peccabant: Pharisei autem ex malitia & malo proposito inuidiæ. Caue tibi, si forte cadis, sit velut casu & impetu: pius enim est Deus cũ ijs, qui oblata occasione, & non data opera peccauerunt. Illi autem, qui ex malo proposito, & ex corrupta intentione cadit, terribile iudicium, & magna vindicta manet. Nec est mirum si oblata materia labaris: detestabile vero est: & dictu horrendum corã Deo, si ipsemet tempus, & opportunitatem quæras & depraua cogitatione & data opera proximum insecteris, vel odio, vel malitia intra pectus decocta. Sic Iudæ filium Onam, quia praue, turpiter & exmolitia peccauit, ne fratri suo Her, filij nasceretur, Deus interfecit. De Iuda vero patre eius, quanuis cum Thamar nuru sua peccauerit Deum vindictam sumpsisse, legisse non memini: peccatum enim Iudæ, non ex prompta malitia, sed ex euentu, processit: nam cum gregem adiret, in media via fœminam offendit illam, ignarus an sua esset nurus, & occasione oblata, cum ea coiuit. Sic Deus hic mitius se cum hac turba gessit: cum Phariseis vero inuidis aspere.

¶ Verum in eo quod ait, quod Christus cœpit dicere de Ioanne, aduerte qualis & quantus sit Ioannes, de quo cum tantas proferret laudes, hic dicitur, quod cœpit dicere: hoc est, etiam si nimis late que de Ioanne dixerit, non tamen multis alijs, quibus Ioannes erat præditus, dicendi finem imposuit: tot enim tantæque erant Ioannis commendationes. & laudes, vt ab eis initium ad dicendum finem vero attingere, non posset. ¶ Præterea aduertendum, quod sicut illi duo seraphini templi, qui erant iuxta arcam, mutuo se aspiciebant: & illi duo seraphini, quos vidit Esaias, clamabant alter ad alterum: sic Christus, & Ioannes, mutuo se laudant. Ioannes, ait, Ecce agnus Dei Ecce, &c. Sed Christus respondet, inter natos mulierum non surrexit maior, Ioanne Baptista. ¶ Admonet locus iste quod iactura, quæ fit pro Christo, est quæstus. Ioannes posuit in periculum honorem suum, mittens discipulos quærens à Christo, an esset ille Messias: sed nihil amisit, imò quæstum fecit, meruit siquidem, ita sublimiter à Christo laudari. Sic etiam quanuis sæpenumero amicorum Dei fides periclitari videatur, ipse tamen habet non paruam curam eorum. Fac quod in te est: nam etiam si per aliquod breue tẽpus ærumnas patiaris Deus pro quo ist hæc pateris prouidebit tibi, & tuo honori: ipse de his periculis te eduCet, & longe aliter quã opinaris. Sic in Ioseph

erat effecit, infamata fuit, Deus tamen omnipotens, magna quadam superabundantia ipsam & honorem suum in pristinum statũ redegit. Vides ne qualiter cum Deo, nulla fit facienda iactura? vides (inquam) curam, qua Deus suis fauet? Si quam pro eo iacturam facis, maximum quæstum & lucrum reportabis. ¶ Docet etiam proximos nostros, maximè bene meritos laudare, & honorare, nec Christus ita se gerit vt multi, qui honorem, & gloriam omnem sibi ipsis solis acquirunt. Christus commendat Ioannem, & debitum illi reddit honorem. Multi sunt mortales, qui honorem omnem sibi vendicant, voluntque nequis sit medius, nec honorem quis habeat. Aaron & Maria videntes, quod Deus Mosem, magis quam illos honoribus afficeret, eum detractione sectabantur, nonne etiam Dominus loquutus est nobis? nec conscius erat Aaron, quòd si quem honorem habebat, per Mosem fuerat fortitus, nec etiam bene cogitabat Maria, si quem propheticum adepta fuerat spiritum, medio Mosi effectum fuisse, & omnium horum obliti Mosem detractionibus prosequebantur, quòd primas obtineret. Sic etiam in mundo, siquis apud regem locum habet, statim inuidia oritur, & fallacijs conqueritur de illo apud ipsum regem, detestabile enim inuidiæ vitium, querelis replet omnia. Fratres Ioseph, non æquo animo tolerauerunt, quod Ioseph pluris haberetur, nec Core & sui quod per Mosem imperaretur. Non sunt viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dominus. Vos enim cum aliquẽ in summo gradu constitutum videtis, totis viribus, toto affectu, conamini vt humilietur, & paruipendatur, sed aliter Christus, qui Ioannem laudibus extollit. Supra modum quippe Deus debitum honorem, & pro meritis vnicuique reddit. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum.

¶ Tertio docet, vt cum viderimus alicuius famam periclitari, non erubescamus coram detractoribus narrare eius virtutes, sic enim expostulat charitas, quæ diligit proximũ, sicut se ipsum. Sic laudauit Dominus Mosem & memor fuit honoris eius, reprehendens Aaron & Mariam, similiter & sanctum Iob, & reprehendit amicos eius. Sed inuenies multos non aliter se habentes, ac rudes & rustici pastores, qui vident canes, humilem viatorem mordentes, & dilaniã-

tes, & ipsi hoc cernunt & tacent, cum possent canes auocare & semouere, ne ille detrimentum patiatur. Sic multos reperies, qui vident suorum proximorum famam, & nomen periclitari, quique mordacibus suis dentibus dilaniant vitam, honorem, & famam, & quanuis ipsi famam nõ detrahant, alios vident, quos vno solo verbo impedire poterant dicentes, ne verbum amplius addant. ¶ Quarto fidem, & fidelitatem, & amicitiam, cum familiaribus seruare, etiam si eos carceribus detentos & iam pene lapsos viderimus. Plurimos hac tempestate reperies, coram te ridentes & te collaudantes, qui si te, vel cathenis vinctum, vel humilem viderent, te detractione prosequerẽtur, & te etiam vilipenderent. Et si forte fortuna, de te quid maledictum auribus percipiant, non solum resistent, verum etiam de tractoribus, erunt in auxilium. Sic cum Aman, apud regem Assuerum plurimum valebat, ab omnibus adorabatur, vbi autem eum despectum, & regi odiosum aliqui viderunt, non defuit, qui suæ neci esset adiutor & regi dixisset. En lignum, quod paraverat Mardochæo qui loquutus est pro rege, stat in domo Aman. Sic fieri posset, quòd multi viderent Ioannem carceribus detentum, & nullam de eo haberent rationem, sed (videas obsecro) qualem amicum habeat Christũ qui pro Ioãne vincto, & proiecto, proq; eius honore & fide respondere, non erubuit. Christus enim non assistit coadiutor in detrahendo Ioanni, imò sicut fidelissimus amicus honori eius prouidet, nec vsquam Christus Dñs, ita Ioannem laudauit quam hoc tempore, dum illum, in vinculis & humilem vidit. Cum proximos nostros, in vinculis, & despectos viderim⁹, tũc in eorum honoribus & laudibus, qua poteri mus industria iuuare tenemur, & maiori studio, quã cum diuites, & sublimes esse autumamus. Contrarium tamen huius, hac nostra ætate mundus efficit, nec enim diuitias alij offert, quã diuiti, nec alium honorat, quã potentẽ, nec aliũ deniq; insequitur, quã illũ qui iam est infestatus & parum potens est. ¶ Discamus quinto de proximis nostris, in eorũ absentia bene loqui, siquidẽ nullus, siue hæreticus, siue infidelis sit, viuit in mundo, qui si aliquando obũbretur delicto, non aliquã virtutẽ admixtã retineat, nullã enim naturam, etiam si serpentes venenatos fecit Deus, & creauit cui non virtutis aliquid sit admixtũ.

Hester. 3.

Hester. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

admixtũ. Vipera venenosum est animal, ita vt morsu occidat: & tamen multa bona habet: medicamentum enim præstat colli infirmitatibus, & theriaca quæ omni veneno prodest, ex vipera fit, vt perfectior, & efficacior sit medicina, & prodest neruis, & infirmitatibus oculorum, & elephantiæ. Nullus itaque homo tam malus est, quin aliquod bonum habeat: de quo illum possis laudare. Vidit enim Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Nullus itaque Christianus est, de quo, etsi iniquus sit, aliquod bonũ non possit effari. Omnia quippe valde bona sunt, sed malus amor, hęc valde bona corrumpit. Aurum bonũ est, sed quomodo diuitem auarum eijcit in Tartara? Non aurum, sed auaritia, & auri improbus amor perdit illum. Auro descendit in ima diues, quisquis est auarus. Qui dispergit, & dat pauperibus, cuius iustitia manet in sæculũ sæculi, auro ascẽdit in cœlum. Regno perdi
2. Cor. 9. tur Saul, regno saluatur Dauid. Pastor bo-
1. Reg. 9. nus, qui dat animã suã saluatur: sed iniquus,
1. Reg. 16. lac suarum ouium comedit, operitur lana, nec oues curat, & damnatur. Vtrobiq; Apostolus Petrus, & Iudas: sed Petrus super omnes sublimatur, & Iudas in infernum descẽdit. Malus amor bona reddit mala, nã quæ sunt valde bona, male amantibus, reddũtur mala. Bona est lux, bonus solidus cibus: oculis tamen ægris nihil luce molestius, & stomacho debili nihil noxius solido cibo. Sed amor iste damnatus, habet suum fontẽ in nobis, si enim nos ipsos, male amamus, omnia huius amoris flumina, huiusq; amoris amor pessimus erit. Si enim nos rectè amamus, in Deum, & in vitam æternam, ex hoc amore fluent flumina dulcia, & salubria. Ideo si te ipsum bene ames proximũ etiam amabis: & si proximum illibato amore esses prosequutus de illo absente, bona prædicares. Sicut enim odium & inimicitiæ, tuos obcæcãt sensus ne aliud à malo in tueáris: ita amor interiores aperiret oculos, ad inuenienda plurima, de quibus proximum absentem, & maximè commendare & pro honore respõdere possis vt hic Christus fecit pro Ioanne Baptista. ¶ Sextò docet amicorum res in eorum absentia curare.
Gen. 14. Sic in Genesi dicitur quod recordatus est dominus Abraham & liberauit Loth à Sodoma. Non rogauit pro illo dum loqueretur pro Sodoma sed curam quam Abraham habuit non de nepote, habuit dominus de illo, vt videas, quanto maiori cura, suorũ res Deus curet. quã ipsimet, à quibus possidentur. Sic arguit Laban, ne faceret malum Iacob. Sic etiam dũ Ismael ploraret in deserto, audiuit dominus vocem pueri: & nõ obaliud, nisi quia semen erat Abrahæ amici sui, in cuius absentiã curã eius habuit Deus. Vides qualẽ se Deus gerat amicum: siquidem tali conatu, res suorum in absentia curat: & nõ solum in vita, sed etiam post mortem: quia peccata Salomonis, non puniuit in eius vita, propter Dauid seruũ eius, qui custodiuit vias domini. ¶ Septimo, laudare sanctos, & viros iustos: quia Deus, in illis laudatur, qui fecit illos sanctos. Ideo Dauid, vbi dixit, laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes Angeli, &c. his nõ contentus, dixit: laudate dominum in sanctis eius. Cũ imaginẽ bene, exacteque depictam laudamus, ipsum artificẽ cõmendare videmur. Ideo Deus vult, vt nõ solum diuinã suã maiestatem sed etiã sanctos eius collaudemus. Ægyptius rex Pharao non solum voluit honorare Iosephi, donans illum regio annulo, & imponens digito illius: verum etiam vt hoc ipso honore ab vniuerso populo afficeretur: & sic iussit, vt omnes coram eo genu flecterent: & præpositũ esse scirent vniuersæ terræ Ægypti. Sic Deus vult vt honoremus, quos ipse honorauit. Nabuchodonosor etiã, cũ Daniel statuæ somniũ exposuisset, cognouit Deũ, & adorauit, dicens vere Deus vester, Deus deorum est: & dominus regũ. Cũque Deus nõ bene sibi satisfactum esse videret, ex eo quod à Nabuchodonosor cognosceretur & adoraretur: voluit suos quoq; seruos honorare. Ideo fecit quod Nabuchodonosor videret illos tres pueros ambulantes per fornacem ignis, ab eo quod nec ipsi Deum collaudantes, nec vestimenta, & capilli cõburerẽtur: & ita accessit propius ad illos dicẽs, Sidrach, Misach & Abdenago, serui Dei excelsi, egredimini & videte. Et his non contentus illos in sublimi statu collocauit: promouit enim Sidrach, Misach, & Abdenago, in prouincia Babylonis. A thoc ità Deus præsens miraculum fecit: vt sicut per prius miraculum Nabuchodonosor Deum coluerat, & per hoc posterius seruos: ita tam subiti-
miter Ioannem Christus laudat, docens vt sanctos & viros iustos honoribus prosequamur. Ex commendatione enim virtutis alicuius probi viri, duo videntur oriri commoda'. Alterum, quod laudata virtus crescit, alterum vero quod commendationem audientes, vltro coguntur, ad virtutem similem sequendam, & probi virtus augetur, quia virtus laudata crescit. Si enim virtus vera est, non dubium est, quin crescat. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum, sic probatur homo ore laudantis. Cum aurum in fornace proijcitur, quicquid aurũ non est in fumum conuertitur, quod autem verum aurum est, liquidum & perfectum manet. Hæc est laus in homine, quæ si vera sit virtus, magis aucta, magisq; perfecta manet vocẽ laudantis. Sin autem, cõmentitia & ficta sit virtus, tota ipsa in fumum, & humanam conuertitur vanitatẽ, & quia in bonis auge
tur virtus, conueniens est vt laudetur. Secundo prodest laus bonorum, quia vbi alijs auditur, hi inuitantur ad proponendam virtutem sibi imitãdam, nam dum bonos commendamus cor nostrum cogitur ad simile faciendum. Paulus vt Hebræos ad suorum maiorum virtutem incendat, eorum gesta in memoriã refert, dicens. Memẽtote præpositorũ vestrorũ qui vobis loquuti sunt verbum Dei, quorũ intuentes, &c. Hac prędicatione vsus est Esaias, dum dixit. Attendite ad Abraham patrem vestrũ. Mathatias quoq; vt filiorum animos accẽdat, ad potius subeundã necem quam patiantur legẽ, & eius custodiam violari, in hæc prorũpit verba. Mementote operũ patrum, quæ fecerũt in generationibus suis, & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum. Mementote Abrahã, & Iacob, & Phinees, &c. Hoc etiã fecisse Iudith, sacra commemorat historia. Quapropter non potuit vnquam placere illud, quod quidam doctor, exponens illud, neminem laudaueris in vita sua, dixit vt dũ viuit ne laudemus hominẽ, sed tantum post vitam, post consummationem. Lauda nauigantis fœlicitatem (inquit ille) sed cum per uenerit ad portum, lauda ducis virtutem, sed cum perductus est ad triumphum. Contrarium hic videmus quod facit Dominus Iesus Christus, cuius omnis actio est nostra instructio, laudauit enim Ioannem & multa de eo dixit populo, adhuc Ioanne viuente. Sic etiam laudauit Abraham, & Mosen laudauit nimis fratribus suis Aaron, & Mariæ, quia de eo murmurauerant. Sic laudauit sanctum Iob, dicens virum iustum, & rectum. Et si dicas, quòd Mosen, Iob, &

Ioannem non laudauit in facie, & coram ipsis, sed absentes, nec hoc habet locum, cum laudauerit Christus in facie Nathanaelem, Petrum, Magdalenam, Cananæam, & Centurionem. Quapropter illud quod scriptura ait, ne laudaueris hominem in vita sua, intelligitur iuxta mentem beati Bernardi, ne laudemus hominem in vitijs & peccatis. Hoc est vita sua, id est, fragilitas, concupiscentia, mendacium, &c. hoc est suum, iuxta id quod Dominus ait. Perditio tua ex te Israel tantummodo in me auxilium tuum. Quicquid boni habet homo à Deo est, quia vt Iacobus ait, omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à patre luminum. Ideo dicit, in vita sua hoc est, in his, quæ sua sunt. In his non est laudandus vt multi faciunt, laudantes vitia & peccata diuitum, & potentum, quemadmodum Psalmista ait. Quoniam laudatur peccator, in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Ideo in alio loco quendam arguit egregius psaltes dicens. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? hoc est. Quæ est hæc malitia tua, vt glorieris de bono aliquo qui nullius rei plane potens es, nisi vt opereris iniquitatem? Si malitia ex te est, quid gloriaris in ea? Igitur ne laudaueris hominem in vita sua carnali, fallaci, mutabili, ad malum prona, & cõcupiscentijs plena, virtutes autem, sancta desideria, & bonas cogitationes, quæ à Deo sunt, lauda in eo, sicut Christus laudat hic Ioannem, vt eius honorem tueatur, & alios prouocet ad sequendum & imitandum eius virtutes. Virtus itaque laudibus honoranda est, honor enim absque meritis est, velut gemma in annulo ferreo. Cato ille maior, cum statuas aliquorum, absq; meritis videret in foro, malo (inquit) homines de me quærere. Cur statua non est posita Catoni, quam cur posita sit? Viris itaque probis debetur laus, etiam dum viuunt, & sic Christus Ioannẽ laudauit, & honorauit. ¶ Demum docemur, quam indifferens sit præmium, quod dant bonis, tam Deus, quã mundus. A mundo accepit Ioannes contemptum, & ab Herode carcerem, & mortem, à Christo verò laudibus extollitur. Sic Moses à populo suo persequitur lapidibus & contemnitur, & à Deo laudatur. Similiter Samuel despicitur à populo, dejicitur à principatu, & commẽdatur à Deo. Sic Iob ab amicis improbatur, sed laudatur à Deo.

Ioan. 1. Matth. 16. Luc. 7. Matt. 15. Matth. 8. Bern. ser. 5. omniũ sanct. & epistola. Osee. 13. Iacob. 1. Psalm. 9. Psalm. 51.

Exod. 17. 1. Reg. 12. Iob. 42.

à Deo. Sed iam ea quæ de Ioanne ait, audiamus. *Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?* Commendat illum in quatuor virtutibus, scilicet, à constantia animi, ab asperitate vitæ, à veritate doctrinæ, & à puritate vitæ. Primo populus obijcere poterat, quod Ioannes esset mutabilis, siquidem vbi Christum digito prompserat, quærit postea quis sit, cui dubitationi, respondet Christus, quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Non est Ioannes mutabilis, vt arũdo vento agitata, & qui nunc ait, & modo negat, quia Ioannes homo constans est, firmus, solidus suis dictis, quippe ob rem nullam moueretur, imò omni tempore idem affirmabit. *Ioan. 1.*

¶ Secundo posset opponere populus, quod Ioannes erat adulator, eo quod Christi beneuolentiam captare vellet, cum dixit, ecce Agnus Dei, nunc vero quia nullum sibi cõmodum reportari videt, quis sit rogat. Huic etiam satisfacit Christus. *Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? ecce qui in veste preciosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt.* Adulatores & parasiti, qui fericis & de auratis vestibus ornantur, regũ domos incolunt. Ioannes verò, quia camelorum pilis contexta induitur veste, non in regijs domibus obtinet locum, sed in carceribus. Quod verò non sit adulator, nec alicuius fauorem quærat, ex loco, quem habitat, ex vestibus quibus vestitur, facile deprehenditur.

¶ Possent tertio arguere contra eius propheticum spiritum defectum opponentes, eo quod cum Ioannes protulit, ecce Agnus Dei, non cognouit Christum, nec sibi constitit, siquidem quæsitum misit quis Christus esset, ideo pro Ioanne Christus respondet hoc modo. *Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam prophetam.* Nec Ioannes (ait Dominus) ignarus est homo, sed sublimi præditus ingenio, quique de me non paruum habet intellectum. Et qui nõ solum est verus propheta, imò plusquam propheta, ex ignorantia quærere nõ potest, nam si in prophetico actu prophetæ deuiare nequibãt, quomodo deuiabit Ioannes, qui maior est illis? ¶ Quarto dicere poterãt, quod carnali, & mũdano amore sæpe numero homines coguntur ea, quæ rationi debita sunt exequi, & quod sic Ioannes modo aiebat, modo negabat. Ad quod Christus respondet dicens. *Hic est, de quo scriptum est. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Nec ita popularis est Ioannes, vt alij: nam licet, ex carne & ex ossibus sit compactus, moribus tamen & vita ita purus est & cœlestis, vt nihil nisi de cœlestibus agat. Vt enim Angeli, cum sint in gratia confirmati, quicquam præter debitum operari nequeũt, ita Ioannes, à maternis visceribus, in gratia cõfirmatus, quique potius Angelicam, quam humanam vitam transegit, nulla promissione cõmotus à veritate vnquam declinabit.

¶ Sed iam singula hęc quatuor discutiamus. ¶ Primo commendat Christus Ioannem à constantia, & firmitate propositi dicens, quòd non est mutabilis, sicut arundo, quæ vento mouetur. Ioannes non erat arundo, sed arbor fixa, quam nulla ventorum tempestas, non humana laus, non adulatio, non mètus, aut minæ, non promissa, non fœlicitas non aduersa fortuna, à proposito, & vera confessione, amouere possint. Vnde quædam sapiens mulier regi Dauid dicebat. Sic est Dominus meus rex, sicut Angelus Dñi, qui nec maledictione, nec benedictione mutatur. Ioannes non mutatur à priori dicto, sicut Angelus, cui quod semel placuit amplius displicere non potest. Nec in maximo honore sibi delato, nec in oblata dignitate Messiæ, nec in vinculis, mutationem fuit passus. Vt aurum in aquam cõiectum non amittit colorem, nec pretium, in ignem vero immissum, purius redditur & splendidius: sic vir iustus, & sapiens, in aqua prosperitatis, non amittit virtutem, nec splendorem, in igne vero calamitatis, redditur illustrior & præstantior, habet enim cum auro similitudinem. Impius autem similis est luto, qui in aqua dissoluitur, & in igne induratur, nam rebus secundis, & secundum voluntatem fluentibus, ducitur voluptatibus & illecebris, & cum se videt in ærumnis induratur, & in scleribus obstinatur. Ioannes verò stabilis, & constans est, qui in prosperitate, & aduersitate idem est. Chamæleon ad speciem rerum, quibus admouetur mutat colorem, & nos quacunque occasione obiecta mutamus propositũ, & derelinquimus virtutẽ. Et sicut Chamæleon colorem album non recipit, cum cæteros recipiat, sic nos ad omnia mutamur, præter ad animi candorem. Sed Ioannes sicut figura quadrata, quæ in

in quamcunque partem voluatur sui similis est, sic in omni virtute se iustum ostendit. Gentiles qui aiebant Mercurium Deũ esse veritatis super lapidem quadratum illũ pingebant. Sic Ioannes, vt in sua animi constantia cõseruaretur, fugit in eremum, nam si in mundo cum mũdanis consuetudinem habens maneret amicitias & conuersationes cum hominibus iniret, & fortasis postea amicorum & consanguineorum vitia carpendi, animo careret. Sic sæpenumero accidit, quòd dæmon sapientes, & spirituales viros in faciem aggredi non audeat: ideo populum incitat, vt illos consulat, & eorum amicitiam contrahat, quippe qui, vt accepti maneant cum amicis, fortasse mala consulant, cum id dæmon maximè desideret. Et sic Adam protoplastum, non à fronte tentare fuit ausus, sed vxorem instrumentis quibusdam decepit. Adam autem ne illam contristaret, contra Dei iussum operatus est. Ioannes vero altius, & inexpugnabilius consilium petendi deserta sumpsit, ne eum populus ab alto proposito, aliquo modo deterrere posset. Discamus ab eo animi constantiam, & perseuerantiam in bono. Christus nanque Apostolis dicit. Vos estis quia permansistis mecum in tentationibus meis. Non dicit, quia dereliquistis patrem, & matrem, sed quia permansistis in tentationibus meis, dispono vobis regnum, vt edatis & bibatis, &c. Iudas quoque parentes dereliquit, & bene exorsus est, & Saul in suis primordijs vir fuit rectus, & tamen hi duo condemnati sunt. Et Salomon rex, bene cœpit initio, & postea improbus euasit. Sed Christus hic cœleste regnum pollicetur: quia (inquit) permansistis in tentationibus meis. Familiares Iob bene sunt orsi, & septem diebus cum illo sunt lamentati, quia tamen fixi non manserunt, supplicium sunt nacti. Et ideo Saluator. Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Esto quæso, constans, & fixus in bene operando, vt fuit beatus Ioannes baptista. Arbor enim sæpe mutata, radices non emittet, quod si radices non emittens, passim muteris in bono incepto, virtutum fructus, nusquam produces. Ecclesiasticus sic de sapiente dicit, quòd manet si cut sol, & quod stultus mutatur, vt luna. Non paruum huius rei exemplar, de patriarcha Abraham inuenies, qui cum Deo rem diuinam faceret, quanuis veniebant aues ad illum, ipse abigebat eas & non propter earum importunationem, dereliquit bonum inceptum. Nam qui in bono sunt mutabiles hi arundini agitatæ comparantur. Nam quos procellis mundi huius obnoxios, vita mobilis inquietat iure arũdini cõparantur, in quibus solidæ iustitiæ nullus est fructus, & omni vento mouẽtur. Quidã enim adeo sunt inconstantes, vt constantia eorum hæc esse dicatur, scilicet, esse inconstantes. Hanc inconstantiam deplorat Iob dicens. Contra folium quod vento rapitur ostendis potentiam tuam. Talis homo est, qui paruo vento tentationis euellitur. Reuera arundines sumus, quia quacunque aura tenuissima mouemur & agitamur. Siue enim humana laus, siue cuiuscunque potentis adsit benignitas, elatione concutimur, & despicimus cæteros, & si desunt humana solatia, tristamur, hodie proponimus emenda re vitam & crastina die ad vitia reuertimur. Sed, vnde hæc mobilitas? ex animi interioris mobilitate, & leuitate procedit. Nam si consideres fixã columnam, & ex aduerso arundinem cõstitutam, quemadmodum & colũna, quantũcunq; spirent venti colũna in se cõsistit immobilis, & arundo à quacunque leuissima aura flectitur & incuruatur, cuius quidem rei si causam velis, illa omnino est, quoniam intus arundo vacua est, columna vero grauis, & solida, & hinc plane colligimus ab intrinseco prouenire, quod arundo facile quatiatur, columna vero fixa, & immobilis maneat. Peccatũ igitur quod intus manet in anima, huius mutabilitatis causa est, quòd si mihi credere nolueris, audi Hieremiam dicentem, peccatum peccauit Hierusalem, ideo instabilis facta est. Intus quidem habuit peccati humiditatem, quare febris tremores, & propositorum mutabilitatem fuit passa. At Ioãnes quia peccato carebat, manebat immobilis. Ad expellẽdas has mutabilitates opus est peccatum è medio tollere, & Deo adhærere. Si vero arũdinem, columnæ illi marmoreæ ex aduerso positæ alligaueris, arundo sic alligata à vẽto non agitabitur. Ita quoq; si Deo per amorem firmiter te alligaueris, & charitatis vinculo illi adhæseris, atque omnem tuam voluntatem in illo direxeris, nihilque velis, præterquam quod illi placitum sit, reuera firmior, & solidior permanebis, sicut scriptum est, de adhærentibus Deo. Et firmabitur in illo, & non flectetur. Quia quan- *Iob. 13.* *Thren. 1.* *Eccles. 15.*

quanuis nos concepti in peccato, & natura corrupti, mutabiles simus, sicut arundo vacua: tamen gratia Dei adiuti, & Christo adhærentes, & illi affixi, quanuis simus ex natura arundines erimus tamen ex gratia immobiles. Sic Paulus quia Deo adhærebat, ausus est confidenter dicere. Quis separabit nos à charitate Christi? an fames? an tribulatio? an angustia? &c. Scio quod nec mors, nec vita. Sic affixus erat Ioannes, & ideo non mutabatur: sic & Apostoli: quia quanuis cæsi ne in nomine Iesu prædicarent, tamen immobiles manserunt. Sic martyres Christi: sic deniq; omnes amici Dei, & electi. Complectere Deum, obnixeque illi adhære: & qualem vim mũdus habeat, & omnes eius tentationes, ad te mouendũ sine dubio cognosces. Esto ergo immobilis, & constans in Dei amicitia. Vnde etiam ad hanc stabilitatem admonet nos scriptura dicens. Non te ventiles in omnem ventum, & esto firmus in via domini. & in veritate sensus tui. Paulus quoque stabiles esto te, & immobiles: abundantes, in omni opere domini semper. Et iterum. Non cito moueamini à sensu vestro. Et rursus. Optimũ est gratia stabilire cor. Sicut enim virtus & sapiẽtia stabiliũt mẽtẽ: iuxta illud Salomonis. Vir sapiens fortis est: & vir doctus robustus, & validus. Sic enim ex peccato gignitur inconstantia: vt iam diximus. Peccatũ igitur amoue, & Christo adhære, si vis esse constans & in bono perseuerare, sed satis est de his: nunc secundum, de quo Ioannes laudatur, videamus. ℂ Secundo laudatur quod mollibus vestimentis non induitur, dicendo. *Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum?* Ioannes non induebatur mollibus vestimentis, sed veste durissima, de pilis camelorum contexta: & zona pellicea erat præcinctus, iuxta renes. Vide asperitatem vitæ, & vestem Ioannis. Vt enim auiculæ nidificantes exterius spinas & vepres, interius vero pennulas, & molles leuesque res alias astruunt: sic iusti, rectiq; viri exterius dura vestimenta asperitatem, & carnis macerationem, interius vero suauitatem spiritus induuntur. Contrarium vero operantur mali, qui exterius molles, & delicatas vestes, interius vero conscientias, & corda plena habent spinis, stimulis, & deconfectionibus conscientiæ. Aduertant autẽ, qui mollibus vestiuntur, & timeãt iudiciũ: nam si blanditiæ, & vestium superflua abũdantia ex se mala non foret, non laudaret Christus præcursorem sanctum ab asperitate vestium: nec minus sanctus euangelista Lucas describens vitia illius diuitis auari, qui ad Tartara tetendit, diceret, quod preciosis & purpureis induebatur vestibus: & siquidem sacræ scripturæ author Spiritus sanctus, illius diuitis damnati pretiola vestimenta damnat, & vestium duritiem Ioannis commendat: efficax est argumẽtum ad probandum: quantum sint vani, & dementes, qui huiusmodi pretiosis vestibus vtuntur: quantumque sit stultum in similibus rebus tempus cõsumẽre. Fatuitas maxima hæc est, quia ornantes se mendicant pulchitudinem suam, à creaturis vilioribus, quam ipsi sunt. Nobilis homo erubesceret, à vilibus hominibus mendicare: & potius indigentiam sustineret quam mendicare ab ipsis. Sic debet homo erubescere à vermibus, & muribus, suum mendicare decorem. Sericæ enim byssi, & auri contextiones: & alia id genus, vermiũ sunt stercora: & sic prauum est abiectio, te pretiosis vestibus ornare. Nõne (quæso) subsannares, & irrideres aliquẽ depingentem domum veterem & minantem ruinam? talis est corpus hominis: qui vix staret per quinque dies, nisi cibis, & potibus fulciretur: Domus postibus sustinetur, quæ postibus comedendi dormiendi, & bibendi, sustinetur. Vnde nimis irridendi sunt, qui varijs ornatibus istud depingunt: sicut ridiculum est, videre aliquos depingentes parietes, & vetusta ædificia: & super ea, cæruleum colorem, & deauratum imponentes. Nam licet nimia elegantia in duaris, & perpolite componaris: non ita cõspiciendus euades vt flos campi. Salomon integra sua gloria, non sic indutus exiit, vt vnus ex his floribus. De sanctis veteris testamenti testatur Apostolus, quod circuierunt in melotis, hoc est, in vestibus camelorum pillis contextis, & in pellibus caprinis. Homines quidem erant vt nos: sed agnouerunt, quod nudi egressi sunt ab vtero matrum suarum, & nudi erant illuc reuertendi, incesserunt in hoc sæculo vt egeni peregrini: nam cum essent curiales cælestis regni, & ad cælestem curiam creati, harum vanitatum parum curabant. Quam vero deperditam, & deuastatam nostram Hispaniam vestium magni pretij, & gestaminũ solutus vsus, paucis abhinc annis inductus, reddiderit, quis enarrare poterit? Siquidem sartoris opera pluris stat, quam ipsæ sericæ vestes, & opus excedit materiam. Vestium hæc noua genera, quæ ex peregrinis regionibus, per patricios & potentes viros inuecta, pene euersam habent Hispaniam. Audiant hi quod per prophetam Sophoniam Deus ait. Visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina, & visitabo super omnẽ qui arroganter ingreditur super limen. Amos quoque. Væ vobis (inquit) qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates, capita populorum, ingredientes pompatice domum Israel. Quid, si propheta hic proprijs oculis, qua pompa hæ domine ingrediuntur templum intueretur? Quid si residua vestium trium cubitorum & amplius? Quid si ornamenta, vehicula, picturas & vanitates, quibus incedunt, cerneret? Quid loqueretur? Filiæ eius (ait Dauid) ornatæ ad similitudinem templi. Medium diei tempus, in ornatu, vestitu, ablutione, & facie componenda consumunt. Egrediũtur tandem vt papiliones depictæ, quod si assentirant, quòd pro beneplacito virorum id efficiant, mentiuntur maxime, quoniam intra priuatas domos, vbi à viris cõspiciuntur, qua libet veste incedunt, seque honeste valde & communiter gerunt, vbi vero foras egrediũtur, non aliter quam reginæ ornantur, ex quo manifeste patet, quod non pro placito virorum, sed exterarum gẽtium id faciant. Quod si his quoq; placere nolint pro offendendo Deo, id faciunt, quod licet pro bono aspectu exteriori nõ fiat, leuitatem tamen, & amentiam arguit. Itaque cum sic leuiter, & superabunde ornentur, alterum duorum cauere nequeunt, vel quod peccatrices sint, vel dementes. Sed vt huic rei finem imponamus, vtque peccatrices hæ mulieres, existimus, vltimum videant quo huiusmodi leuitates, & dementiæ tendunt. Esaiam prophetam ex parte Dei loquentem audiant, quo dicto tremant, & metuant. Audite infœlices, & infortunatæ, non quẽlibet, nisi Deũ, Deum (inquam) audite. Hæc dicit Dominus Deus. Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebant, decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & dominus crimen earum nudabit. In die illa auferet dominus ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & peripscelides & murenulas, & olfactoriola, & inaures, & annulos, & gemmas in frõte pẽdentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine caluitium, & pro fascia pectorali, cilicium, &c. Sed quia sancti memores esse, aulæ regis cœlestis, & non terrenalis sciebant quocunq; vestitu erant contenti, malebant enim sancti domus regiæ cœlestis, quam terrenæ habitatores, & incolæ nuncupari. Ideo subditur. *Ecce qui in veste pretiosa sunt, & in deliciis in domibus regum sunt.* In domibus terrestrium regum inquit, non æterni regis. Et si delicatis & mollibus vestibus vtentes, regum palatia incolunt, non oportet monachum vilibus vestimentis indutum, & mortuum mundo, circuire aulas magnatum, & regum palatia frequentare, quòd proh dolor, iam nunc in multis videmus, quibus tam clausstrum, monasterium, & cella fætent, & quærunt negotia in aulis principum, ad extra vagantes, multis negõtijs sæcularibus detenti, distracti, cursitant tota die sicut Centauri & Satyri, de quibus poetæ dicunt, esse monstra quædam, media hominum, & media brutorum animalium. Sic isti sub habitu perfectionis, & religionis sæcularibus implicantur, vt in vno subiecto, duas qualitates contrarias inuenias. Vel te indue, vt ambulas, vel ita ambula, vt indueris. Quæstus vero quem hi faciunt, non est alius, quam in monasterio acquisita in mundo amittere. Sæculares enim, cum quibus est illis familiaritas, deuotionem, & spiritum omnem illis detrahunt. Beatus Anselmus in libro de similitudinibus, optimam ad hoc propositum affert similitudinem. Nam sicut bubo lætatur in cauerna, dum est cum pullis suis, & suo modo bene sibi est, dum vero est inter cornos, & corniculas, & alias aues, incursatur, ac dilaniatur, & omnino sibi male est, vtpote quia hic rostro percutit, ille alis in eum irruit, alter vero vnguibus discindit, ita monacho in clausstro bene est, foris autẽ negotijs, curis, & solicitudinibus laceratur, & dilaniatur & distrahitur: ad tantamque perueniunt sæpe numero relaxationem vt nihil de monacho participent, cum omnis eorum consuetudo loquela, & negotiatio, non sit diuersa ab ea, quæ est sæcularium, &

Anselli de similitudinibus c. 187

Rom. 8.
Act. 4.
Eccles. 5.
1. Cor. 12.
1. Thes. 2.
Hebr. 13.
Prou. 24.

mundanorum. Quia sicut illi loquuntur, & tractant, sæcularem normam, & formam assumunt. Psittaci, vel quæuis alia auis in cãpo liberæ & solutæ nõ aliter, ac aliæ aues cãtant, immissæ tamen in caueam humana loquela vtuntur, & illa quam illi inter quos versantur, loquuntur. Palatia habent se sicut cauea. Monachus curiæ regalis, & palatiorum liber & solutus & constitutus in monasterio sanctus est, in caueâ tamen palatij inclusus, adulator est, vt cæteri, loquiturq; vt cæteri, & sit palatiorum sectator. At Ioannes monachorum princeps, & Patriarcha, non in aulis regum, sed in deserto erat vbi nulla erat consolatio humana, sed deerant ibi omnia, quæ advitam hũmanam fouendam conferunt. Hoc designauit Christus ex parte loci, quia Ioannes non erat in domibus regum, nam illi vestibus preciosis vtuntur, quia gloriam sæculi huius appetunt, quæ à multis putatur esse in fulgore vestium, &c. ¶ Tertio commendauit Dominus Ioannem à claritate notitiæ, scilicet, quia fuit propheta, & plusquam propheta. Ideo ait. *Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis & plusquam prophetam.* Ioannes est, & plusquã propheta, quia habet excellentiã quandã circa rẽ prophetatã, super omnes alios: quia quem cæteri prænunciabant, iste prophetauit, & ostendit. Digito enim ostendit, quem alij prophetauerunt, & dixit. Ecce Agnus Dei. Nam perfectius aliquid cognoscitur, cum sensu percipitur, quam cum solo intellectu apprehenditur, vnde ista visio ad aliquam perfectionem pertinebat sicut Christus. Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Doctrina etiam eius erat maioris authoritatis, quã omnium prophetarum, tanta enim est authoritas doctrinæ, & vitæ eius, quanta habent testimonia attestantia illi. Homines enim qui ratione naturali docent, non habent maiorem authoritatem, quam sit firmitas in lumine intellectus humani, qui vero à Deo illustrantur sicut prophetæ, habẽt immutabilem authoritatem, quia veritas infallibilis, scilicet, diuina, quæ illustrat eos, attestatur eis, & in hoc gradu conueniebat Ioannes cum cæteris prophetis. Habuit autem vlteriorem gradum, quia non solum viuens à Deo directus est, intelligendo, & operando. Sed etiam antequam nascereture, prædixit Deus de eo per prophetas, quòd venturus esset, & quid esset acturus.

Ioan. 1.

Luc. 12.

Et in hoc fuit maior cæteris prophetis, quia de alijs non fuit prænuntiatum, antequam essent, ex quo patet quod doctrina Ioannis non solum erat infallibilis autoritatis, sicut doctrina aliorum propheratum, quia omnes Spiritu sancto dictante loquebãtur, sed etiam fuit magni honoris, quia de Ioanne fuit prænunciatio, & non de alijs, ideo Christus laudans hoc in illo ait. *Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto Angelum meum, ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Ostenditur hic dignitas & officium Ioannis, qui præcursor fuit Christi, qui viã domini præparauit, iuxta hoc Malachiæ vaticinium, quemadmodum & Dauid dixit in Psalmo. Iustitia ante eum ambulabit, & ponet in via gressus suos. Vt Ioannis eximiam sanctimoniam extolleret, vocauit eum iustum, cum esset magnus iustus, & ob excellentissimæ vitæ puritatem, & virginalem munditiam, Angelum appellauit, quia Angelicæ fuit puritatis, & vitæ. Qui etsi secundum naturam non fuit Angelus, tamen secundum merita & gratiam fuit, quod maius habetur, quam secundum naturam. Si per agrum aliquem transeas, & lignum aridum videas, nullam ibi spem habes, & lignum aridum videas, nullam ibi spem habes, & lignum aridum videas, nullam ibi spem habes

runt: antequã resurgerent, & ambularẽt: nã
Rom.3. resurrectio præsupponit casum. Omnes in
Adam peccauerunt, omnes peccato origina
li concepti sunt, omnes (inquam) ceciderũt,
quanuis surrexerunt ad statũ gratiæ, post ca
sum peccati. Sed nullus ex istis qui ceciderunt, surrexit maior Ioanne, ex quo arguitur sic. Ioannes est maior omnibus, qui ceciderunt, & surrexerunt, sed nõ est maior Virgine, ergo virgo nõ cecidit. Præterea iuxta
Orig. li. 1. pe riher. c. 1. Origenis regulã, quod veritati magis est proximum, vel quod secundũ pietatis regulam opinandum est, sequamur. Quod autẽ Maria non fuerit in peccato originali concepta,
Matth.26. iuxta pietatẽ verius videtur. Sed his omissis, videamus quod sequitur. *Qui autẽ minor est in regno Dei, maior est illo.* Nec intelligas Christum Dñm, hic loqui de maioritate bonitatis, & meritorum, quoniã Ioannes, non solũ minoris Hierarchiæ angelos, sed etiam plurimos supremos, & altissimos, sanctitate & meritis antecellebat, nec solus Ioannes, sed multi etiã iusti erunt, qui plurimos ex supremis angelos, superent. Quare hoc dupliciter potest intelligi. Primo ex natura angelorum, quia de angelis loquebatur, nam cũ Christus hoc dicebat, nullus homo erat in regno cælorum. Itaq; quilibet angelus, maior erat Ioãne, nõ in meritis, sed in natura, quia Ioãnes homo erat, & angelica natura maior est, quam natura humana. ¶ Secundo exponitur. Qui minor est in regno cælorum, maior est illo, & maior est etiam omnibus viuẽtibus in hoc mundo, quia ille beatus est, iste non, nam beatus securus est de beatitudine, quæ summũ bonum est, qui autem viuunt de sua beatitudine non sunt securi, & in hoc est quædam maioritas. Maior est (inquam) quo ad præmij securitatẽ, non quantum ad meriti dignitatem, præmij enim securitas, est potissima pars beatitudinis. Magis enim est, coronam secure possidere, quam dimicare. Bene possunt viuentes esse sanctiores, & magis Deo accepti, quibusdam iam existentib⁹ in vita æterna, & Deus magis exaudiet illos, quam eos qui in patria cœlesti sunt, & tamen semper sunt minores, quia minus bonum participant. Nam beati participant essentiam bonitatis, per immediatam visionem, scilicet, videndo per essentiam, ideo sine dubio, quilibet beatus est maior, quolibet viatore, & omnib⁹ simul, sed nõ melior, aut sanctior, ideo non dixit, melior est illo, sed maior est illo. Quanuis etiã & melior dicere poterat, stãdo in prima expositione de natura angelorũ, quæ quidẽ non solum maior, sed melior est homine. Sed quid ex hoc Christi sermone, sequutum sit videamus. *Et omnis populus audiens & publicani iustificauerũt Deũ baptizati baptismo Ioãnis.* Iustificauerunt (inquã) Deum, nõ effectiuè, sed ostensiue, hoc est, iustum illum esse dixerunt. Deum enim iustificamus, dum confitemur, quod ipse iniustitiã, omnẽq; culpam odit. Iuxta illud. Odio sunt Deo, impius, & impietas eius. Et cum ascribimus ei, quod bonitatem & iustitiã diligit, iuxta illud psalmi. Iustus Dñs & iustitias dilexit, & æquitatem vidit vultus eius. Gaudebat populus iste, audiens Christũ laudantẽ Ioannem, quia baptismũ ejus susceperat, & diligebat eum, & sicut in illum fuerant scandalizati, illos quoq; maxime pœnituerat, quod iustus & sanctus homo Ioãnes de cognitione Christi dubitatione teneretur, & misisset quæsitũ, quis esset, cum de Christo testimonium perhibuisset, sic modo magno sunt affecti gaudio, & Deũ laudauerunt, videntes, quam bene de Ioanne Christus fuerat loquutus, & eius honorẽ curauerat. Sed non sic scribæ, & Pharisæi, qui inuidi, & superbi erant, de quibus sequitur. *Pharisæi autẽ, & legisperiti, consiliũ Dei spreuerunt in semetipsos, nõ baptizati ab eo.* Pharisæi qui cæteris religiosiores, se esse putabant & videri volebant, & legisperiti, qui scientia erant inflati, spreuerunt Christi salutarẽ instructionem. Ait in semetipsos, quia aspernati sunt in seipsos, & cõtra salutẽ animarũ suarum, & ad suam perditionem, & non baptizati à Ioanne, eius baptismum, doctrinã, & iustificationẽ, de Christo spreuerũt. De hac peruersitate, dixit Dominus olim per Esaiam. Quis surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? & quis cæcus, nisi seruus meus? Hos impios, & superbos scribas, & Pharisæos arguit Dominus, vt eorũ impietatem opprimat. Ideo sequitur. *Ait autem Dominus. Cui ergo similes dicam homines generationis huius? & cui similes sunt?* Ex eo quod populus credidit Christo laudanti Ioannẽ, & Pharisæi, & legisperiti, credere noluerunt, nec baptizati fuerunt ab eo, Christus redarguit eos, quia noluerunt credere sibi, nec Ioãni. Porro homines generationis huius (ait) vbi generatio sumitur pro hominibus generatis, quibus adaptari potest illud, qp in Deut. inscribitur. Generatio peruersa, & infidelis filij, hoccine reddis Domino populo stulto, & insipiens? Nonne ipse est pater tuus, qui possedit te? &c. Rursus quæstionem ingeminat, vt audientes reddat magis attentos. Ait ergo. *Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus ad inuicem, & dicentibus. Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis, lamentauimus, & non deplorastis. Venit autem Ioannes Baptista, non manducans panem, nec bibens vinum, & dicitis, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans, & bibens & dicitis. Ecce homo deuorator, & bibens vinum, amicus publicanorum, & peccatorum.* Pueri conueniebant puerliter in foro, ad gaudendum, & quidam eorum qui erant magis ad iocos apti, incipiebant cantare, vt alij canerẽt, & saltarent cum eis, sed nolebant cantare, nec respõdere cantico lætitiæ. Tunc ipsimet pueri qui cantauerunt canticum lætitiæ, cantabant canticum lugubre, vt saltem responderent eis, quia qui nõ est dispositus ad lętitiã, potest forsitan esse dispositus ad tristitiam. Et quia nec sic illis respondebant alij pueri cõquerebantur, scilicet, illi, qui cantauerant vtrumque canticum. Prius vobis cecinimus & non saltastis, & postea lamentauimus, & non planxistis, quare hoc fecistis? Quia saltim in aliquo eorum nobis respondere debuissetis. Iste sensus cõsonat Christi proposito, applicando ad se & ad Ioannem, vterque enim Iudæis prædicauit. Ioannes quidem, qui erat vitæ austeræ, cecinit carmen lugubre, & illis prædicauit pœnitẽtiam, sed ipsum noluerunt audire, nec isti scribæ, & pharisæi, quibus Christus hæc dicebat, eius baptismũ susciperе voluerũt. Deinde Christus cãtauit canticum lætitiæ, nam benignitate, & dulci conuersatione, inuitabat homines, ad fidem, & operationẽ, & manducabat cũ publicanis & peccatoribus vt sic eos alliceret, & tamen nec Christo credere voluerunt. Erant ergo arguẽdi, sicut pueri, qui nolebant respondere socijs, quando cantabãt, nec quando lugebant, nam si Iudæi nolebãt assentiri Ioãni, quia durus, & austerus erat, sequerentur Christũ, quia blãdus erat. Vel si volentes maiorem austeritatem, nolebãt Christum, sequerentur Ioannem, sed neutrum faciebant, ideo reprehensibiles erant. De Ioanne dicebant, quod dæmonium habebat, & de Christo, quod erat potator vini & amicus publicanorum, merito ergo increpat eos Christus sic. De Ioanne dicebant, qp dæmon, qui eum possidebat faciebat tantã austeritatem tolerare, quia arreptitij multa

possunt agere & pati, quæ alij homines facere nequeunt. De actione patet, quia dæmon mouet organa ipsorum & sic faciunt maiora, quã alij homines, eo quod nõ agunt *Matt.8.* ipsi sed dæmones, vt de duobus illis arreptitijs legitur, qui erant ita fœui, quod propter eos, nemo audebat transire per viam. Et in *Act.9.* Actibus Apostolorũ legitur, quod vnus arreptitius, pugnauit cõtra quos, & preualuit, ita vt nudos & vulneratos, cogeret eos fugere. De passione etiam patet, quia dæmones possunt reddere membra arreptitiorũ, quasi stupida, & insensibilia, & ita non affligun tur patiendo dura sicut patet de illo, qui se lapidibus concidebat. Et ita intellexerunt *Mar.5.* isti de Ioanne, scilicet, quod dæmon possidens illũ, reddebat ipsum insensibilẽ, vt nõ sentiret ista, quæ patiebatur. De Christo vero saluatore nostro dicebant, quod erat homo deuorator, & bibens vinũ, in quo appareret, quod ex inuidia, & iniquitate loquebãtur, quia si vituperabant Ioannem, tanquã austerum, debebant Christum laudare, tanquam modicũ in comedendo, & bibendo. Vel si Christũ tãquam voracem accusabãt, Ioannem tanquam abstinentem laudare debuerant. Non ergo displicebat eis opus, sed persona, fœdũ enim amanti, illud pulchrũ, pulchrum vero abhorrenti, illud fœdum videtur. Multi etiam & nunc sunt similes istis, qui omnia bona aliorum in peius interpretantur, & cum ipsi mali sint, factis aliorũ detrahunt. Alij autẽ ita inuidi sunt, quod omnia bona proximi, in malam partem interpretantur. Si quem modestũ & studiosum vident, strictum, si grauem, superbum appellant, si patiens, & tolerans sit, timidum, si iustitia vtatur, fœuum, si misericors, & parcens, remissum dicunt: si vero loquatur, quod loquax, si taceat, quod stultus, si deuotus, quod hypocrita. &c. Sic isti, si non comedat, quod dæmonium habet, si comedat, quod deuorator est, dicunt. Nec enim possibile est obtrectantis hominis os obstruere, qui superbia & malitia ductus peccat: quia nunquam illi deerit, quid loquatur quicquid auersus coneris. Ideo Dauid in *Psal.61.* Psalmo, Mendaces filij hominum in stateris. Sed qualiter in stateris? multi sunt homines, qui libra non vtuntur, nec omnes se in mercaturis exercent: nec omnes circa negotia emptionis & vẽditionis versantur. Quo pacto ergo esse poterit, mendaces esse omnes homines in stateris? Itaque rationem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

per quam possumus recte de qualibet re iudicare, stateram hic appellauit & meritò: quoniam per hanc, omnium virtutes, & merita trutinamus. Nihil enim est præter rationem & ius, & æquitatem. Stateram habet veram qui bona dicit bona, & mala dicit mala: & optima dicit optima. Econtra vero stateram habent mendacem illi, de quibus dicitur. Væ qui dicitis malum bonum *Isai. 5.* & bonum malum, ponentes tenebras lucẽ, & lucem tenebras. Duas ergo res inter se contrarias posuit Deus ante te, in statera tui iudicij, & arbitrij examinandas: vitium videlicet, & virtutem: vitam & mortem, vt deproximo iudices recte, & bona illius ne dicas mala. Sed iam mendaces sunt filij Adam in stateris: quia dolosè iudicant de proximo, quod abominabile est coram do *Pro. 11.* mino. Vnde in Prouerbijs Salomon ait: Statera dolosa, abominatio est apud Deum. Acsi diceret. Hominum affectus ac iudicia, stateræ dolosæ sunt. Hoc in istis patet qui Ioannem dæmoniacum appellabant: Christum vero potatorem, & deuoratorem. Obserua, quod pueros vocat hic Christus hos pharisæos, & illis assimilat: quia sicut infirmi & debiles intellectu se habebant. Nõ enim sicut homines ratione vtentes Christum, nec Ioannem susceperant: nec sicut filij Abrahæ qui pater fuit fidei fidem ha- *2. Reg. 18.* buerunt credentes in Christo: ideo merito pueris insipiẽtibus assimilantur. Sic Dauid Absalonem filium fratricidam & patris persecutorem, non filium sed puerum vocauit, cum dixit. Est ne pax puero Absalon, sed sciens mortem eius non quærum sed filium nominauit dicens, Absalon fili mi, fili mi Absalon. Cur in vtroq; non dixit puerum aut filium? Si viueret puer erat: quia parricidio petebat patrem, non ergo pietatis nomẽ accipere debebat sed infirmitatis: ideoq; vir iustus quod pietatis & religionis erat tacuit: & quod infirmitatis erat dixit. Sed vbi eum mortuum sciuit, memor pietatis naturæ & immemor offensæ: apud pium patrem personæ crimen defecit & naturæ nomen re- *Pro. 1.* mansit. Discе non puerilia sapere, quandoquidem vir es tu & non puer. Vnde Sapiens de quibusdam ait. Vsquequo paruuli diligitis infantiam? ¶ Denique vt concludam discamus ex hoc loco humilitatem à Christo qui cum sit filius Dei excelsi, se vocat filium hominis: in quo summam eius humilitatem ostendit. Discamus patientiam in aduersis quandoquidem de Ioãne viro sanctissimo tam impia dixerant homines, & de Christo saluatore, sic blasphemauerant, vocantes illum voracem, qui venerat *Ioan. 1.* tollere peccata mundi. Quæ vita erit tam pura, vt sit libera à morsibus impiorum? Quæ nam sanctitas hominibus placere potuit? Verũ nos peccatores, si de aliquo quocunque leui peccato infamamur, impatientissimi sumus. Discamus ergo patientiam, in falsis testimonijs: permittente enim Deo, fiunt contra te infamationes: propter tres causas. Primo ad exercendum patientiam: sicut Ioseph vir iustus & castus, fuit infamatus de adulterio, & Iob sanctus de tyrannide & crudelitate: sicut illi dixit improperans Eliphaz, quod fuit percussus à Deo, quia violentus prædo & defraudator fratrum, & immisericors egenis, & crudelis tyrannus, atque impius in Deum extitisset: quorum omnium nihil erat verum. His falsis testimonijs exercebantur viri sancti patientia. Secundo veniunt falsæ diffamationes ad puniendum occultam culpam. Eum enim qui se non continet ab occulta culpa, cuius non patitur infamiam, iuste permittit Deus falsis rumoribus flagellari, in quibus non est reus: & plerunque sic puniuntur illi qui bona de fama inordinate gloriantur per notam infamiæ coercentur. Sic & tu cum de crimine, quod non habes, aliqui murmurãt, patienter sustine: cogitans tecum quod alia habes peccata occulta, quæ si homines scirent multo peiora & grauiora de te loquerentur. Tertio eueniunt diffamationes falsæ ad futurorum cautelam. Si enim falso aliquis notatur de crimine, caueat sibi verũ crimen admittere: quoniã si innocens talia patitur, credat quod multo grauiorem reus patietur infamiã: & quod æmuli, qui murmurant de falso quod multo melius murmurabunt de vero crimine & delicto. Sed hęc sufficerent. Iam videamus quid vltra dominus dicat. Et *iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.* Hoc est, Christus qui Dei sapientia & virtus est ab Apostolis & credentibus laudatus est. Vel potius, quod sapientia, vt est prouidentia siue rectum iudicium de moralibus iustificata est à filijs suis. Id est pueri, qui canebant in foro, qui erant filij Iudæorum iustificauerunt sapientiam: id est recte iudicauerunt, increpantes socios suos, qui nec eis cantãtibus voluerunt saltare, nec eis lamentãtibus voluerũt lugere. Et per hoc patres

patres suos arguunt, qui Christum, cantantem, id est, dulciter conuersantem non susceperunt: & Ioannem lamentantem, id est aliere viuentem non sunt sequuti: sed accusauerunt, & sic Deum ostenderunt iustum, & quod recte arguit, & dãnat peccatores. Hoc est enim iustificare Deum: hoc est ostendere illum iustum, in punitione peccatorum. ¶ Obserua autem hic, & diligenter aduerte pro acceptione huius nominis iustificatio. Tot enim modis opus est iustificationẽ accipi, quot modis accipiuntur iustificare & iustificari. Tres autẽ præcipuas & magis frequẽtes huius verbi, iustificare, acceptiones apud scripturas & sanctos doctores legi. Primo iustificare accipitur in scriptura, & apud sacros authores pro eodem, quod est vere & re ipsa facere iustum: sicut purificare & mundificare, pro eodem quod facere purum aut mundum. Et sic in scriptura dicitur Deum iustificare peccatores: quia illos iustos faciat & peccatores dicuntur iustificari cum iusti fiunt. Et in hac significatione, vtuntur verbo iustificandi doctores, cum agunt de iustificatione. Et sic Paulus manifeste vtitur hoc verbo cum de Deo dicit. Quos prædestinauit, hos & vocauit & quos vocauit hos & iustificauit. Et paulo post. Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Et cum dicit Corinthijs, eos esse iustificatos in nomine domini nostri Iesu Christi. Et hæc est acceptio magis cognata, & affinis etymologię huius nominis iam expressæ. ¶ Secundo inuenio in scripturis verbum iustificari pro eodem, quod proficere & crescere in iustitia. Et sic beatus Ioannes accepit cũ dixit in Apocal. Qui iustus est iustificetur adhuc. Qui sordidus est, sordescat adhuc, nisi vt crescat in iustitia: Et alibi scriptum est. Ne verearis vsque ad mortem iustificari. Hoc est. Ne verearis vsque ad mortem pijs & honestis operibus studere: vt vadas de virtute in virtutem. Sic etiam intelligendum esse censeo illud Iacobi. Nonne Abraham pater noster ex operibus legis iustificatus est? Certũ est quod ibi non accipitur iustificatio pro prima iustificatione: tũ quia prima bona opera peccatoris iustificatione indigna sunt: atque eam minimè merentur: sed opera bona iustorum iustificatione secunda dignissima sunt & eam ex condigno merentur. Atque ideo ex eis hominem iustificari, Iacobus cõstanter asseruit. Tum etiam quia intulit hęc verba Iacobus ex eo, quod mox dixerat Abraham ex operibus iustificatum esse cũ obtulit filium suũ Isaac. Constat autem ante illud tempus iustum fuisse Abraham, nec incepisse iustificari per oblationem filij sui: credimus enim tunc fuisse omnium hominũ suę ętatis iustissimũ & religiosissimũ: nullum enim audiuimus aut scimus, tot & tantis prærogatiuis à Deo insignitũ. Sæpe enim *Ge. 12. &* cum eo familiarissime loquutus est dominus: & iussu eius dereliquit patriam, & peregrinatus est & auxilio Dei quatuor debellauerat reges & promiserat ei Deus multiplicationem sui generis, circunciusque erat & Melchisedech benedictum à Deo excelso dixerat: & scriptura de eo adiecerat, credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iustitiam. Itaque ex omnibus his constat de secunda iustificatione illa verba Iacobi intelligi, Abraham pater noster. &c. Verum beatus Paulus multis in locis suarum Epistolarum, & præcipue ad Romanos & ad Galatas videtur contradicere D. Iacobo: quia sæpe asserit & persuadet cunctis neq; Iudæos propter opera legis neque Gentiles propter bona opera iustificatos esse: sed per fidem & gratiam Christi. Conciliantur autem Paulus & Iacobus: quia Paulus de prima iustificatione loquitur quæ non cadit sub merito: Iacobus autem de hac secunda, vt modo diximus. Duo quidem necessariũ fuit fideles scire. Primum est iustificationem primam nemini contingere ex merito suorum operum & ad eam posse homines nonnunquã venire per fidem vel solam, vel certe absq; operibus: & hæc nobis explicuit dominus clare per Paulum. Alterum est ad iustificationem secundam necessaria esse bona opera etiam exteriora, si vita aliquando longior sit & eam posse nobis ex merito & debito bonorum operum contingere: & hæc per Iacobũ sumus à Deo edocti. Vt infideles ad fidem allicerentur neque desperarent de sua salute, quantũcunq; grauibus essent obruti peccatis iustificationem posse per fidem absque operibus contingere, annunciat Deus per Paulum. Ne vero qui receperant fidẽ, & iustificati iã erant, audientes per Paulũ, per fidem iustificatos esse absque operibus torpescerent & segnes fierent ad exercitia virtutũ putarentque ad perseuerandum, & proficiẽdum in iustitia satis sibi esse fidem, quæ vel per se solã, vel saltem absq; bonis operibus exterioribus, ad assequendum iustitiam eis suffecerant, per Iacobum ex-

posuit nobis idem Deus necessitatē bonorū operum. Paulus etiam alibi, cum dicit, credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam: de hac secūda iustificationis acceptione loquutus est. Itaque in hac secunda acceptione, idem erit iustificare quod augere alicuius iustitiam, & efficere iustiorem: vt merito ratione illius non solum possit dici fieri iustior: sed proprie iustificari. ¶ Tertio præter has duas acceptiones, solet etiam accipi iustificari, pro pronunciari aliquem, & ostendi iustum & innoxium. Et in hac significatione frequenter vsurpatur à iurisconsultis & pro vocabulo habetur forensi: idemque est aliquem in foro iustificari, quod absolui à criminibus, de quibus accusatur, innocentemque & iustum à suo iudice diffiniri, & pronunciari. Et sic vsus est saluator noster hoc vocabulo, cum dixit. Ex verbis tuis iustificaberis & ex verbis tuis condemnaberis. Nam cum statim dixisset reddituros homines rationem in die iudicij de omni verbo otioso, istis verbis, quæ mox subiecit, hoc voluit profecto significare vnūquēque iuxta verba sua pronunciādum vel reū, vel iustū, & ex consequenti absoluendū vel dānandum in die iudicij. Et in hunc sensum Pharisæis auaris improperauit, quod se iustificarent corā hominibus, hoc est, iustos ostēderēt, pronunciarēt, iactarēt. Et de quodam iurisperito dicit infra noster Lucas, quod volens iustificare seipsum interrogauit Iesum, quis esset proximus suus: id est, volens ostendere se iustū. Et Paulus dicit eum, qui mortuus est peccato, per baptismum iustificatū esse à peccato. Hoc nimirum nos docuit liberatum esse, & absolutum prorsus à peccato, quicunque in Christo Iesu baptizatus est. Et apertissime Dauid accepit in hac significatione cū dixit. Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iustificate. Vtque in eo sensu hoc vocabulo se vsum apertius faceret, subiunxit. Eripite pauperē, & egenū de manu peccatoris liberate. Notauit enim his verbis iudices, qui cum diuites facillime absoluerint à criminibus eis intentatis: tamen pauperes, à quibus nullum quæstum expectabant, diu patiebantur in carceribus esse, nec eos iustos & innocentes pronunciabant. Et in eundem sensum scripsit Salomon. Qui iustificat impium & qui condemnat iustum, abominabilis est vterq; apud dominum. Et Esaias. Væ pronunciat illis, qui iustificant impium pro muneribus

Mat. 12.

Matt. 23. Luc. 10.

Psal. 81.

Prou. 17.

Esai. 5.

& iustitiam iusti auferunt ab eo: quia impium, ob munera accepta iustum, & innocētem pronunciabant, & iustum ab eis calumnioſe accusatum, velut reum, & nocentem condemnabant. In hoc etiam sensu dixit Iob. Si iustificare me voluero, os meum cōdemnabit me. Id est, si me voluero pronunciare & asserere iustum. Vnde statim addidit. Si innocentem ostendero, prauum me comprobabit. Et quod alibi, idem Iob dicit. Nunquid iustificari potest homo compositus Deo? Solus nanq; Deus iustificabitur: & nullus poterit vere pronunciari iustus, si cō feratur ipsius iustitia ad diuinā. Et in hūcsensum accipiendū est, quod paulo ante dixerat, noster Lucas, q̄ publicani, & peccatores iustificarunt Deū, baptizati baptismo Ioannis: quia dum ad prædicationem Ioannis conuersi sunt, & illius baptismo, baptizati sunt, Deum multipliciter ostenderunt iustum. Primo quia in hoc declarant Deū nō ad indignos: sed vel ad innocentes, vel ad iustos sua munera transferre. Secūdo in hoc aperuerunt Deum esse iustum, tum in suis præceptis, tum in pœnis, quas peccatoribus obstinatis infligit: & merito agendam esse pœnitentiam, de eorum trāsgressione. Tertio recipientes prædicationem Ioannis hoc ipso probabant, illum esse iustum & veracem: qui iuxta pollicitationes suas talem, actam sanctum virum ante se miserat. In hunc etiam sensum intelligitur, quod modo explanamus: iustificata est enim sapientia à filijs suis. quia absoluta est, & iusta pronuncia ta, & ostensa iudicio omnium filiorum suorum. Id est omniū electorum: omnes quippe se ei sponte subdentes recipit, & omnes perfidos abijcit: & Deus iustificatur, nihil omittens facere ad omnium salutem necessarium, cum prædicauerit per Ioannem canticum lugubre, & ipse prædicauerit canticū lætitiæ. Sed de his satis. ¶ Videamus iā pulcherrimam perpulchram historiam & exemplum admirabilis pœnitentiæ, cuiusdam mulieris peccatricis, cuius conuersionem, & Christi clementissimi redemptoris infinitam misericordiā, satis egregie (vt solet) sanctus Euangelista Lucas scribit dicens. *Rogabat autem eum illum quidam de pharisæis, vt māducaret cum illo.* Vulgare quidem illud est, radicem & originem ipsam, ex qua mors est orta, fuisse peccatum hominis protoplasti. Hoc expresse Paulus Romanis ait dicens. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit & per peccatum mors. Quod si sola esset corporalis mors, tolerabile hoc videretur: sed peccans Adam prius animam & cōfestim corpus occidit. Porrexit manum, vt ex prohibito comederet fructū, sed iubente animæ: & sic transgressor præcepti, per consensum culpæ, prius animam occidit: vnde corporalis mors, quæ fuit peccati pœna cō sequuta est. Cum itaque anima esset consentiens peccato, & corpus culpæ exequutor, Deus vtrunque pœna mortis punit, animam captiuitati dæmonis tradens, corpus vero vermibus, & carnis corruptioni. Dupli ci huic miserabili morti subiectus erat homo, antequam mundi redemptor, à summo cœlo, & ad inferiorē terram descenderet, ad liberandum nos, ab his turpibus captiuitatibus. Illo enim moriente, ab animæ morte, postea vero resurgente à corporis morte erepti sumus: qui in cruce pendens à dæmonis potestate nos eduxit: & sanguinem effundens animas nostras redemit: quiq; cum gloriosus de sepulchro exiret, vita quoque triū phās à corporali morte exiuit. Quia vt Paulus fatetur, Christi resurrectio, fuit causa resurrectionis nostrę corporalis. Sed priusquā saluator mundi, his duobus hostibus, bellū intuliſſet, prius etiam quam in campo cum illis congrederetur, & eos bello vinceret, & expugnaret, in vita prælium suscipere, & vires & potestatem, quam super eos habebat, ostendere voluit. Intendit igitur noster euangelista Lucas, potestatem, quam Christus, è cælo adducit ad vtranque mortem superandam ostendere: ideo duplicem mortem à Christo superatam, duplicemque resurrectionem hac in parte describit. Superius in hoc capite, qualiter Christus in vrbe Naim suscitauerit filium cuiusdam viduæ in corpore mortuum, qui ad sepulchrum deferebatur, ostendit: nunc vero explicat de muliere quadam peccatrice, in peccatis, anima mortua, quam Christus ex morte peccati, & ex faucibus inferni eduxit, cum esset iam in vltimo, vt deuoraretur. ¶ Maximas vires, maximamque potestatem, quæ Christo insunt, in his duabus historijs & in his duabus resurrectionibus, in his denique duobus miraculis, quę saluator noster fecit, egregius Euangelista Lucas ostendit: vt intelligamus & interioribus oculis inspiciamus, quam potestatem Christus afferat, è cælo in terram, quamque habeat ad liberādum nos à morte corporis & animæ. De resurrectione mortis corporalis iam diximus supra, in historia adolescentis filij viduæ, sed nunc in hac historia, de spirituali animæ resurrectione agendum est. Res ergo sic se habet. Pharisæus quidam rogabat Christum vt comederet cum illo, quod conuiuium Christus acceptauit, ex eo quod sciebat eum non parum commodum ex illo reportaturum. Non esset nocinum, imò conducibile maxime, Iesum Christum in nostris mensis semper habere, nec manducare, nec buccellam assumere nisi illum præsentem & præoculis haberemus. Sic Tobias dixit filio suo. Vade, & voca aliquos de tribu nostra, timētes Deum, vt epulentur nobiscum. Et Eccle siasticus, viri iusti sunt tibi conuiuæ. Et Christus. Cum facis conuiuium voca pauperes. &c. Isti hospites sunt inuitandi, non mimi, parasiti, ioculatores, sed Christus, aut membra sua qui sunt pauperes, & viri probi. Hoc tamen hac nostra ætate, inter diuites & potentes, non ita contingit: non manducant si quidem vt Deo seruiant, sed vt gutturi, & inordinato appetitui satisfaciāt: nec Christū, vt pharisæus hic, vocant, nec pauperem & mendicum qui Christum repræsentat, inuitant: sed parasitos, & adulatores mensas lustrantes, & circūeuntes. Ideo dominus conqueritur per Esaiam dicens. Væ vobis, qui consurgitis ad ebrietatem sectandā, & negligis opera domini. Vide etiam quod Christus non rogatus, nec inuitatus ingrediebatur domos peccatorū & publicanorū: quod non faciebat cum pharisæis, nisi rogatus. Sic Zachæum vidit: & non rogatus ab eo, domum eius est ingressus. Ratio hōrū est: quia publicani seipsos agnoscebāt, & erant humiles, atque ideo in domum humilium, non rogatus descendit: pharisæos vero superbissimos, volebat humiliare; & ideo volūit vt rogarent, vt sic rogando humiliarentur. Et *ingressus in domum pharisæi discubuit.* Expende, quod non dicit, rogauit & discumbebat: sed rogabat, & discubuit. Poterat euangelista dicere quod ingressus domum pharisæi discūbebat, & quod pharisæus rogauit: sed non dicit, nisi quod pharisæus rogabat, & quod Christus discubuit. Ostendit quantum Christus desiderat salutem nostram: adeo vt tenui clamore rogatus, statim se nobis tradat, & inuocātibus statim dicit adsum. Rogabat, præteritum est imperfectum: & discubuit præteritum perfectum. Nondum enim rogare desierat, nondum (inquam)

Luc. 7.

Joan. 25.

Tob. 2.

Eccl. 9.

Luc. 14.

Esai. 5.

Luc. 19.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rogandi finem fecerat, cum iam Christus perfecte in cum beneficium contulerat. Promptissimus quidem est Deus vt nobis benefaciat. Vbi primum incipimus petere, licet non perfecte petierimus: iam ipse beneficium nobis petitum contulit. Considera (quæso) peccator, te peccatis obrutũ & submersum, & quã paratus & prõptus sit Deus ad te iuuãdũ aduerte: adeo vt nõdũ ebullire, & te leuare incipias cum iam Deus manum suam porrexit, & erectum te reddidit. Vix enim surgendi initium sumis, cum Deus te suscitauit. Mirabilis quidem est præstantia, quam Deus habet, in subueniendo peccatori. Ad hunc finem dicebat maximus ille pœnitẽs Dauid in Psalmo. Dixi confitebor aduersum me iniustitiã meã domino. *Psalm. 31.* Et non dicit, tu mihi ignosces: tu mihi eris adiutor: sed quid? & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Nondum dixeram confitebor, vbi ipse iam mihi peperceras. Alibi quoque dixit. Imperfectũ meum viderunt oculi tui. *Psal. 138.* Est sicut aquila, oculos habens apertos super cadauer. Vix nãque peccator in gratia Dei proficere exorditur, cũ Deus prope adest, vt eum à peccato liberet: ante quam libero arbitrio perfecte vtatur. Sic etiã Esaias ait. Ad vocem clamoris tui, statim, vt audierit, respondebit tibi. *Esai. 30.* Non ait ad verbum clamoris, quo in modo loquendi, iam est prolata sententia eius, quod innuere vis: sed inquit ad vocem clamoris, quoniã patet, quod vox est vehiculum verbi. Mirum quoque est, quod Christus rogatus veniat: & ipse summe bonus licet iniuriatus, roget vt per nos vocetur. Qui ad ianuam clausam rogat, vt aperiatur, nonne ianua patefacta intrabit? Aduerte igitur anima mea, quantum Deus sit auidus tuæ salutis: qui licet Pharisæi murmurent, ex eo quod homines peccatores recipiat, licet etiã æmuli & inuidi insidias illi parent, & illũ calumnientur, confestim tamen, & in ipso instanti, antequã pharisæus rogandi finem faciat, iam ipse sedet, & de quo rogabatur exequitur, nec ob aliud, quam vt animã tuam lucretur, & mulierem peccatricem conuertat, & dimittat. *Luc. 15.* Deus enim summe est diligens in his, quæ ad animæ tuæ salutẽ spectãt: nec tam opportunum tempus prætermitti patitur. Vix siquidẽ pharisęus ad rogandum os aperuerat, cum iam Christus sedet. Tantum amat peccatoris conuersionẽ, vt etiam cum inimicis sedeat, & insidias patiatur, vt animam peccatricis lucretur: vel ne moram faciat in conuersione illius. Hic enim pharisæus (vt infra patebit) nõ bene sentiebat de Christo, quia murmurauit, & non credidit illum esse prophetam: nihilominus tamen, inuitatus cum eo discubuit. Docet quod nos benigne, & simpliciter exhibeamus, cum his, qui nobiscum dolose agunt. ¶ Obserua, & vide, qualiter Deus à nobis inuitatus, conuiuium nõ recusет: nos vero, etsi frequenter ab eo inuitemur. & rogemur conuiuio non assentimur. Quod ipse inuitet nos, satis patet in Apocalypsi: cum ait. Ego sto ad ostium & pulso. Si quis apperuerit veniam, & cœnabo cum illo. Sed tu surdus es: & à Deo inuitatus conuiuia recusas, cum ad tuam vtilitatem inuiteris. Obserua etiam, quod conuiuium hoc, nõ profanũ, & à religione semotum, sed honestum, & religiosum erat, siqui dẽ saluator noster, in illo interfuit. Vtinam talia essent nostra conuiuia, & sic corporalẽ necessitatem acciperemus, vt spiritui sancto ostium patefactũ esset. Sed confessationes nostræ, non aliæ, quam illæ, quas faciebat Babyloniæ rex Balthasar, qui non contentus ventrẽ expleuisse, vasa tẽpli Dei surripere voluit: nec aliter quã pro meritis interijt. Sic nos creaturas Dei profanamus, vtẽtes epulis, quas Deus creauit, in ministeriũ vitiorum carnalium, sordium, & abominationum, & postea solutis linguis proximos infamamus. Præterea Christus nullam habuit curam, de insidijs inimicorum, nec de murmurationibus, nec de sua propria persequutione: sed solum vt exequeretur munus ad quod missus est, hoc est ad saluandũ peccatores. Aduerte autem, quod saluator noster Christus, quicquid ad eum spectat, postponit tuæ saluti: & licet omnes nostros labores portet, pro salute tamen animæ tuæ, omnia dissimulat. At nos volumus ei seruire: & nihil laboris tolerare: & pro illo nihil pati. Volumus ieiunare, & fame astringimur: vigilare, & orare, omni labore seclusо: eleemosynã erogare, & semper esse diuites: rem sacram audire, sed quod templum prope sit: verbum Dei audire, sed concionatis breuitatem exoptamus. Cum denique Christus nobis seruiat, multa tolerãdo, nos illi absq; aliquo labore seruire cupimus. &c. Obserua etiam, & vide immensam Dei misericordiam. Vide quam mutata, & trãsuersa sint tempora. Ille Deus vltionũ, ille peccatorũ magnus punitor, ille denique, qui ambulat

bulat ad auram post meridiem, vt vindictã sumat & iustitiam exequatur in vno peccatore: ille (ait Euangelista) iacet, vt peccatis ignoscat. Non ambulat, non discedit, nonde nique peccatores fugit: sed potius sedet, illos expectans, vt ad misericordiã, & veniam consequendam accedãt. Hoc, prisco tempore; ab eo scisitabatur anima, optãs peccatorum veniam adipisci. Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie. Et siquidem tam benignus, tamque mansuetus sit, vt sedeat, ad nos in confessione audiendum. Nemo maneat, sed omnes ad eum cursitemus, festinemus, ad abluẽdum animas nostras in fonte misericordiæ in fonte aquæ viuæ, peccatricem hanc mulierem imitantes: de qua facer Euangelista sic ait. *Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix.* Aduerbium, ecce, emphasim habet, & magnam æstimationem. Sic scriptura de illo Vagao cubiculario Holophernis, vt magnum & memorabile facinus, quod mulier patrauit virili pectore & animo, narret dixit. Ecce Holophernes iacet in terra, & caput eius nõ est in illo. Ecce, ait Euangelista, aduertite, cõsiderate, attẽdite, & memorabile, horrendum & inauditũ narrabo facinus & mirabile: facinus (inquã) quale ab hominum memoria & cogitatione recedere non deberet: sed prę oculis semper apponi. Ad alta, & sublimia nos attẽtos habere, conatur noster euãgelista. Nota te spectaculũ. Pharisęus inuitat Christũ: sed ecce mulier venit ad pascendũ & epulandũ. Ecce mulier, quæ antea fuit in causa, vt vniuersus mundus periret, nunc iterum est causa, suo exemplo, vt per pœnitentiã ad Deũ reuertamur. Pudeat iam puberes viros, siquidem ita obnixe in peccatis iacent, vt debilis mulieris, & in peccatis submersæ pœnitentiam imitari erubescant. Ecce mulier, ex se debilis sed ex Deo præpotens: de qua non ab re habetur. Mulierem fortem quis inueniet? Mulier alio tempore peccatrix, obstaculis plena, nunc diuino auxilio cuncta hęc semouit. Hanc igitur inspicite, cum hac sitientibus cordibus accedite cum illo qui clamans ait. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus. Mulier in sexu, sed vir in operibus publicam agit pœnitentiam: non ignara quod de peccatis publicis publice pœnitere oportet: vt confundantur qui in arca na confessione peccata rebellare & illorum salutiferã pœnitentiam accipere non audẽt.

Psal. 67. *Matth. 9.*

Iob. 15.

iniqui-

iniquitatem: quia alij peccata comedunt, alij vero bibunt. Comedentes aliquid prius mandunt, & in ore volutant illud antequã deglutiant: bibentes autem minime. Ita sunt multi, qui peccatum mandunt & in illo sunt dubij antequam in assensu deglutiant: alij vero sunt qui nondum accedit prava cogitatio cum in cõsensu recipiunt. Hęc non aliunde oriuntur, quam ex infamia, & mala consuetudine peccandi: cum iam tandem peccator, peccandi metum amisit, peccatis gaudet: nec curam habet aliquã, quod mala eius, per vniuersæ ciuitatis ora circũferantur, quoniam & honorem & famam amisit, vt hæc mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, quia iam infamata erat in ciuitate, & ab omnibus peccatrix habebatur.

¶ Vide etiam quod dicit, quod in ciuitate erat peccatrix. Quod si in vico vitam degeret, vbi raræ sunt conciones, vbi non cum magna solennitate diuina officia exercentur, & homines viuunt sicut bruta, tolerabile videretur: sed in ciuitate, vbi tot habẽtur conciones, tot sunt templa, tot sacerdotes, & religiosi, tot denique auxiliatores ad animarum salutem, detestabile est. In ciuitate tam eximiæ doctrinæ, cur tot peccatores? cur tot Dei offensores? sed nũc peius in ciuitatibus, quam in vicis contingit. Debuerat enim optimo iure ibi maior vigere sanctimonia: vbi plures sunt iniquitates & peccata. Vnde Sophonias. Desolatæ sunt ciuitates. ¶ Præterea, nõne in ciuitate illa alij erãt peccatores? maxime, sed huius mulieris peccatum ex eo magis apparebat, quod genere illustris, & nobilis erat: quę quidem peccata magis notantur, magisque scandalizant. Hoc aduertere debent prælati, iudices, patritij & religiosi, qui sunt velut spectacula cæterorum, & multis sunt scandalum. &c. Sed quia de his in initio capitis secundi multa diximus: nunc aliã consideremus.

¶ Aduerte quod quatuor sunt, quæ huius mulieris peccatricis culpã magis aggrauãt. Primum, quod sordida nimis erat iudicanda, eo quod peccata erant carnalia, quæ quidem licet non maiorem culpam, infamiam tamen maiorem expectant. Secundum est, quod fuit culpa publica: quia in ciuitate fuit peccatrix, & ex consequenti scandalum genuit. Tertium, quod istius peccata fuerunt plurima (vt hic ait Iesus) dimissa sunt ei peccata multa. Vltimum, quia peccatorum diuersis generibus erat subiecta, ait enim D. Marcus quod ex illa Christus septem dæmonia eiecit, quo in numero omnium peccatorũ diuersitas significatur. Sed maior Dei misericordia est, quã huius mulieris ac etiã vniuersi orbis peccatorum grauitas: & sic venit ad se abluendũ in fonte misericordiæ, & abluta, pura & mundata mansit. Verũ pro maiori huius literæ expositione a quatuor hic dubia oriri videntur quæ scitu digníssima sunt. Primo quæ mulier est hæc. Secundo cur illã nõ nominauit Euangelista, nomine proprio. Tertio qualis peccatrix fuit. Quarto quæ ciuitas est hæc: quia dicit, mulier, quæ erat in ciuitate. ¶ De primo Origenes, Theophylactus & Euthymius, tres asserunt fuisse Magdalenas: sed Ioanes Episcopus Rophẽsis, & martyr, hãc opinionẽ à Iacobo Episcopo Vienensi defensam, tribus voluminibus oppugnauit. Nuper etiã Ioannes Faber Stapulensis, libellũ scripsit, de triplici Magdalena: qui quidem impertinentem, & inutilem assumpsit operã: cuius fundamenta ipse facile possem soluere, & impugnare. Sed superfluũ videretur in hac re moras contrahere. Sunt alij, qui duas ponũt Magdalenas vnam meretricem, de qua hic Lucas: aliam vero sororem Lazari. Ex horũ numero est Chrysostomus super Matthęum, & Bernardus in sermone Magdalenæ: diuersimode tamen. Sed Augustinus, Gregorius, & Beda, & fere tota ecclesia, vnicam aiunt Magdalenam. Ambrosius vero libro sexto in Lucam, ait dici posse vnam fuisse & plures. Vnicam autem fuisse, quædam concilia concluserunt, ipsaque in vniuersum credit ecclesia: contrarium vero asserere contra vsum, & obseruantiam ecclesiæ catholicæ fatuum est: quæ in festo Mariæ Magdalenæ, de vnica tantum agit Maria, & hoc euãgelium canit. Hæc est soror Lazari & Marthæ, quæ postea effudit alabastrũ vnguenti super caput Iesu recumbentis: & quæ audiebat verbũ eius, de qua Martha cõquesta est: cui primæ omnium post beatam Virginẽ, apparuit dominus: postquam resurrexit a mortuis: & Marsiliam venit cum fratribus post Christi Ascensionem. Vnã est itaque beata Maria Magdalena, quę peccatrix fuit: de qua Marcus ait, quod septem dæmonia eiecit Christus: & postea vt statim post hæc initio capitis sequentis ait Lucas, Christum sequuta est à Galilæa: vbi ea, quæ hic narrata, contigerunt. ¶ Secundo cur illã non nominauit? Nempe quia notissima peccatrix erat, & ita cognita, & famosa peccatrix, quod nomẽ amiserat, ex operibus enim & ex malo, vel bono viuendi modo vnicuiq; nomen imponitur, qualem vitam eligis, tale coram Deo, & mundo nomen consequêris, quoniam ex operatis nomẽ recipies. Sic Dñs per Esaiam. Perdam nomen Babylonis. Per nomina enim cognoscimur. Nomẽ igitur à Babylone tollere, nihil aliud est, quã eam ignotam habere. Improborum nanq; hominum cura, non est alia, quam in mũdo nomina, magnos titulos, & illustria cognomina obtinere, & in terris famam, & nomẽ parere, iuxta illud quod scriptum est. Vocauerunt nomina sua in terris. Sed quid omnia hæc prosunt, siquidem coram Deo nullum fortiuntur nomen, nec per approbationis scientiã cognoscuntur? Vnde egregius psaltes in persona Domini. Nec memor ero nominum eorum, per labia mea.

¶ Præterea, quia Euangelista mulierem hanc, peccatricem vocauit nomen eius proprium subticuit, licet postea expresserit, cũ dixit quod sequebatur Christum, vt doceat quod cum alicuius defectus narramus, eius nomen supprimere debemus, at cum bona opera exponimus, nomen tacere minime debemus. Hac de causa etiam Lucas, diuitem Epulonem, non nominauit proprio nomine, nominauit vero Lazarum iustum & pium. Deinde hanc non nominauit, quoniã Euãgelista non personam, sed culpam odio habet. Deniq; non est multũ curiosus Euangelista, in facienda inquisitione de hac muliere, de eius nomine, domo & genere, nec de aliis mentionẽ facit, vt doceat, quod non debemus esse nimis anxij, in inquirẽdis proximorum peccatis, potíssime in peccato carnis. Iudas filius Iacob, cũ ad Thamar misit hœdum, cum qua rem habuerat, vbi adolescens rediit dicens quod talem mulierem nõ inuenerat, quis vero esset, aut quod nomen fortiretur non fuit solicitus inquirere, sed potius dixit, habeat sibi, certe mendacij nos arguere non poterit. Non debemus ergo prolixam inquisitionem facere, vbi honor & fama periclitantur & maxime circa carnalia vitia imò vero multa temporalia amittenda sunt potius quam proximus noster in aliquod veniat opprobrium, quod multi prælati parum curant, qui dum exacte quærere volunt, quædam semi occulta pluribus faciunt manifesta. Pharisæus iste Simõ sciebat quæ & qualis erat mulier

ista, sed Euangelista hoc scire non cupit, sicut Pharisęus, de carnali muliere, vt processus, & inquisitio sic innotescant, vt propriũ nomen detegatur, quia plane, & simpliciter hanc peccatricem appellat, nec aliud quærere intentes. Si tu forte vides fœminã, quæ in habitu, & modo viuendi parum honesta videatur, statim quis, qualis, & qui vocetur inquiris, vt magis inhonestes & infames. ¶ Tertio qualis fuit hæc peccatrix? Multi opinati sunt quod fuit virgo corpore, & quod solum mente peccauit, licet vana fuerit & nimis ornata, & composita vixerit, ideoq; quod peccatrix fuerit appellata. Hoc ego nõ credo verum, nam Ecclesia vtitur nominibus secundum cõmunem modũ loquendi, non tamen dicitur aliqua mulier peccatrix, nisi corpore sit prostituta. Secundo quia si corpore non fuisset corrupta, sed solum mente & corpore virgo, tunc deberet Ecclesia inter virgines eam referre, sicut retulit eius sororem Martham, præsertim cum post corruptionẽ solum mẽtalem, recuperetur virginitas per contritionem. Tertio Ecclesia non iudicat de occultis peccatis, sed de manifestis & opere perpetratis, cum ergo Euangelista nominet illam peccatricem & in ciuitate notam, videtur quod de eius manifestis peccatis scripserit. Alij vero aliter sentiunt asserentes quod corpus suũ omnibus tradiderit veniale, hoc tamen veritati & rationi dissonũ videtur, quod fœmina alias nobilíssima & à talibus parentibus orta & diuitijs abundans in horrẽdo & infami prostibulo habitaret. Tales etiã mulieres vt in plurimũ pauperes & miserę esse solent, sed beata Magdalena ministrabat Christo, & eius discipulis de facultatibus suis, & sociabatur nobilibus & honestis matronis. Quapropter media via incedẽdum est, ideoq; crediderim quod hæc peccatrix nõ fuerit virgo, sed per aliquod tẽpus ocio & voluptatibus turpiter se tradiderit, quapropter infamata est, & peccatrix habita in illa ciuitate. ¶ Sed quæ ciuitas fuit hæc. Crediderim quod Naim, quam non nominat Euangelista, ne idẽ bis repetat. Dixerat enim supra, q̃ ibat Iesus in ciuitatem Naim vbi filium viduæ suscitauit, vbi Ioannes discipulos misit ad Christũ, & tunc prosequitur Lucas historiã dicens, quod mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. In ciuitate (inquã) Naim, quam iam nominauerat. Christus enim in Galilæa in mõte qui per duas leucas *Matth. 8.*

cas distat à Capharnao sermonem habuit, de quo descendens antequam ingrederetur Capharnaũ in itinere leprosum mundauit, & ingressus ciuitátem Centurionis seruum sanauit, ac deinde veniens in Naim filiũ viduæ suscitauit, & Ioannes in hac prouincia Galileæ quæ sub ditione Herodis erat in castello Macherunta in carcere tenebatur, & ad Christũ de carcere illo discipulos misit. Maria autem Magdalena ex hac prouincia Galilææ erat ex Magdaleel, de quo oppido fit mentio in libro Iosue in partitione terræ sanctę, quod cecidit in sortem tribui Neptalim, quod castellũ est apud mare Galilææ, vel Genesareth in vno latere maris, & postea vocatũ est Magdalũ, quod nomen cum alijs mutantur, cum in latinã linguã vertuntur, ita vt pro Magdaleel sicut legitur in Iosue Magdalũ appellemus, à quo mulier hęc vocata est Magdalena. Hæc omnia quę beatus Lucas in hoc capite septimo literis mandauit in prouincia Galilææ contigerunt.

Iosue. 19.

Et vt initio capitis sequentis statim post hanc historiam narrat sacer Euãgelista hæc Maria Magdalena à Galilæa sequebatur Christum cum alijs matronis eiusdem prouinciæ, ex quo patet quod in hac prouincia morabatur & hic conuersa est ad Christum, quæ vana mundi contemnens in habitu honesto Apostolica mulier pedestris Christũ sequebatur audiens verbum eius & seruiẽs ei, ac ministrãs de facultatibus suis. Igitur cũ in hac prouincia Galilææ esset in ciuitate Naim & Christi famã audiret, nouo miraculo resurrectionis filij viduæ commota, & à Deo tacta ad Christum deuenit, cuius doctrina & concionibus auditis cõuersa, & magno lachrymarum numero madefacta, & gemitibus in cælum irruentibus diuino ardens amore in Deum transformata, se intra priuatam domum claudens vociferabatur, & non aliter quam cerua sagittis diuini amoris icta misericordiam à Deo petebat, & sordes & peccata in quibus vitam egerat lachrymabatur, & quasi intra se dicens. Ille qui vitam adolescenti mortuo restituit poterit etiam mihi vitam præstare, iam in peccatis defunctæ. Ille etiam qui solo manus tactu efficit, vt feretrum portantes sisterent, ducentibus me ad sepulchrum gehennæ terminum imponet. Per quatuor enim portatores nimis propere in gehennam ducor, per pulchritudinem, videlicet, per diuitias, per libertatem, & iuuenilem ætatem. Sed iterum atque iterum pedes eius attingam & fortassis me sua manu tangere non dedignabitur, & sic quatuor hi me ad sepulchrum inferni ducẽtes sistent, & pedes mei ad malum currentes vltra non incedent. Ille vidua clamante ob filij mortem, ad misericordiam fuit motus, ego autem carens matre meam vicem dolente meipsam deflebo, & lachrymis meis pedes eius rigabo, vt misericordiam consequar. Nec enim in me sola pœnitẽtiam despectam habebit, si quidem omnes ad pœnitentiam vocat, & solo eius verbo reuiuiscam, sicut filius viduæ reuixit. Vadam & reuertar ad eum quem contempsi. Propheta magnus surrexit in nobis, siquidem solo iussu mortuos suscitat. Per hunc visitauit Dominus plebem suam. Me igitur peccatricem oportet ad Deum conuerti, per hunc filium suum, qui nos visitat, &c. Cum igitur excellentissima hæc pœnitens omnia istthæc inter se ageret, re medium animæ suæ nõ distulit, sed statim, nulla interposita mora, quæ fuit fontem vitæ & misericordiæ, quo ire volebat, vt suarum maculatum & noxarum ablutionem susciperet. Ideo sequitur in contextu. *Vt cognouit quod Iesus accubuit in domo Pharisæi.* Videns beata Maria Magdalena Christi benignitatem, & quod tam familiariter conuersabatur cum superbis Pharisæis, quod in domo eorum accumberet cum essent inimici eius, & hostes ex hoc mota fuit ad quærendum illum confidens quod bene cum ipsa faceret, sicut cum illo Pharisæo faciebat. Non (inquit) repellet me iste, quanuis peccatrix sim, quandoquidem cum suis inimicis & cum peccatoribus conuersatur. Nõ paruos mihi eius misericordia adiecit stimulos, sed ingentes (vt dicitur) addit alas, vt ad eum accedam. Benignitas, qua cum Pharisæis eius inimicis, & cum superbis vitur me audacem reddit. Non ero ab eo despecta, licet hucusque innumeris peccãtis eum offenderim. Non paruam habeo spem, quod me peccatricem, & pœnitentem non despiciet, si quidem cum peccatoribus superbis, & in malitia obstinatis, manducat. Scio enim, quod misericors est, ipse enim peccatores recipit, & manducat cum illis, &c. ¶ Obserua quòd hactenus Euangelista, hujus mulieris peccata narrauit, nunc verò eius virtutes, & conuersionem eximiam nobis exponere exordiꝰ. Quemadmodum

admodum enim pictores, cũ imaginem aliquam depingere volunt priùs talis imaginis modum carbone deformant, & tunc deformis, & indigesta apparet imago, sed vbi varios colores imponunt, & viride super cæruleũ & aurum applicant, perpulchra, apparet imago, sic hucusq; noster Lucas beatã Magdalenã velut carbone descripsit vocãs illam peccatricem, & deformis tunc videbatur. Nunc autem auspicatur, in hac imagine viuos, & perfectos colores applicare, ideo deinceps cõsiderabis, quã pulchram, & perfectam eam describat. At in ipso narrationis primordio, veram Dei cognitionem, & sui ipsius depingit. Quare in primis verbis veræ cõuersionis hominis in Deum, discursum notabis. Quia omnis nostra conuersio est, per diuinæ virtutis influxum in intellectu, & diuinæ charitatis igniculum in affectu, & diuini brachij robur in conatu, ideo tria hæc congruo ordine disponuntur. Virtutis splendor, quia cognouit, & charitatis inflammatio, quia attulit alabastrum vnguẽti, fortitudo, quia venit, & stetit. Primo cognouit, in quo docemur, quã fuerit anxia, in quærendo Christo, & vt primum fuit conscia, quàm propere aduentauerit, adducens pretiosa aromata. Omnis nostra occupatio, & districtio, omnis deniq; nostra cura, consumi deberet in quærendo Iesu, quare cognita, nulla huius mundi mora detineri debemus. Quod primo narrat Euangelista in conuersione huius peccatricis, fuit vera cognitio, quã de Deo & de se ipsa adepta est. Quod primo Deus fecit in creatione mũdi, fuit lux, & quod prius exequitur in reformatione parui mundi hoc est hominis, fuit lux hoc est vera cognitio. Sic Dauid grauiter in Deum peccanti, quod primum Nathan propheta illi reprehenso in memoriam retulit, fuit cognitio propriæ culpæ per parabolam illi oppositam. Sic Dauid interioribus oculis apertis, per parabolam illã, enormitatem peccati cognouit, & cũ misericordiã à Deo deprecatus esset, & delicti veniam petijsset, in hæc prorupit verba. Amplius laua me, dñe, ab iniquitate mea, & à delicto meo mũda me. Quare? Quoniam iniquitatem meã ego cognosco. Primus itaq; gradus est, vt cognoscas iniquitatem tuam, & Deum quem offendisti & posteà ad illum qui mederi potest, & veniam præstare & curare infirmitates tuas, opus est vt vadas. Ideo sequitur. *Attulit alabastrum vnguenti.* Venit (inquam) in domum pharisæi, ad Christum, qui ibi accumbebat & non venit vacua, sed secũ portans alabastrũ vnguenti, quod quidem vnguentum, nõ erat quid rude, & crassum, sed veluti liquida & tenuis & suauissima aqua, quæ ex Arabia afferri solebat, erat (inquã) velut aqua Angelorum, & multo præstantius, quia maximo pretio & æstimatione habebatur. Alabastrũ vero, genus est marmoris pellucidi, & coloris distincti, ex quo fiebant vasa vnguentaria, sed cur hæc vnguenta odorifera ferebat? sciebat, quod peccata coram Deo sunt fœtida valde, ideo priùs ad ducit coram odores. In Exodo habetur, *Exod. 30.* quod iubebat Deus, quod construeretur altare, in quo incensum & multa alia odorifera offerrentur, habetur etiam quod posteà deprecabatur Aaron super cornua altaris, semel per annum in sanguine qui oblatus est, pro peccato. Ante deprecationem, igitur pro peccatis, præibant odores optimi. Sic peccatrix hæc mulier suauissimis odoribus venit ad filium Dei, ne peccatorum fœtore Christum offendat. Secundo conatur illum mitigare muneribus, quẽ admodum Iacob fecit, qui à Mesopotamia ingentia dona misit Esau fratri suo dicens. Placabo cum muneribus. Et quia in veteri lege Deus iubebat, vt nemo coram eo appareret, absque munere aliquo, ideo mulier hæc pretiosissimum hoc vnguentum attulit, ne appareret vacua coram Domino. *Gen. 32.* *Exod. 32.* *&. 34.*

¶ Obserua hic primo, magnam solicitudinem, qua mulier hæc est vsa in sua conuersione, & in aduentu ad Christum. Nullum interposuit tempus, sed statim venit. Si viperam, vel colubrã aliquem, in sinu fortassis haberes, nonne sine mora abs te proijceres? Nonne confestim, & sine consilio abs te mitteres, & decuteres? Sed cur (quæso) peccata, quæ omni genere viperarum, detestabiliora sunt, in sinu retines, & abs te non proijcis in vno instanti, sed cum illis dormis? Infœlix ille Pharao, cum *Exod. 8.* domũ, mensam, & lectum ranis plena haberet, & moneretur per Mosem, cõstitue mihi quãdo deprecer pro te, & pro seruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ abs te, respondit, Cras, dicturus fuisset quod statim siquidẽ tali plaga affligebatur, sed nullũ responsum isto præstantius reddi posset ab eo, qui paruo temporis momẽto submergẽdus erat in mari, & eius anima in inferno comburẽda. Innumeri hoc tẽpore sunt Pharaoni *Exod. 14.*

raoni similes, qui tam pestiferas habentes plagas in sinu, vt sunt peccata nō statim ex se mittūt sed dicunt, eras. Et de die in diē, sicut Pharao descendunt in profundum inferni. Felix Magdalena quam diligens, & solicita fueris in quærendo salutem animæ tuæ, verbis exprimere non possum. Vt primum nanque fuit conscia, quod Christus erat in domo pharisæi, absque mora aliqua, propria domo deserta, & officina peccatorū tetendit ad domum, vbi erat vera salus. Sic *Matth.26.* Petrus, vt Pœnitentiam ageret, locum, & societatem peccati deseruit, hoc est, palatium pontificis, vt per hoc nobis innuat, quod nulla est vera pœnitentia vbi peccandi occasio non tollitur. Ingreditur per medios conuiuas. Ignominiosum quidē est, qualiter hāc mulierem mundus aggrediatur: sed vt habetur Græcorum veteri proverbio, viro egeno inutilis pudor. Insania quidem est magna, ob verecundiam, ea, quæ ad virtutē spectāt, deserere, velut confessionem, cum est opus, ieiunium, & obsecrationes & cætera pietatis opera. Horrendum dictu est, non pudere aliquem vulnerum, pudere autem vitarū. Nullam habuit rationem sapientissima mulier Magdalena cum strepitu mundano: qui quidem sæpe numero est in causa, vt in bonis operibus præclarisque actionibus retrocedamus, & inceptam virtutem turpiter deficientes deseramus. Nec pœnitentiam distulit, quia peccatū est ignis sine aliqua mora è pectore proijciendus, & ideo in initio horarum canonicarū semper dicitur. Deus in adiutorium meum intende, quod in fine non dicitur quia non lento gradu sed nimia cum festinatione, debet as confugere ad diuinum auxilium, ad imitationem huius mulieris. Pœnitentiam nullo modo differas, nec procrastines, in dies enim minus aptus eris, ad surgendum à culpa. Multis nō secus euenire solet, ac viatori offendenti riuū, qui ex vno saltu transiri potuerat, sed tendit inferius æstimans, quod facilius transibit, at vbi inferius tendit, latiorem inuenit riuum. Sic peccator in initio posset ex vno saltu peccatum dimittere, at vbi procrastinat, difficultates augentur, & quanto magis tēpus differt, tāto minus est aptus ad pœnitendū, Confestim itaque & absque aliqua dilatione teneris peccator confugere ad medelā pœnitentiæ, vt mulier hæc. Non enim præstolata est, quousque Christus prandendi finem faceret, & se cum discipulis reciperet, ne per mediam turbam ingrediens, quo Iesus manducabat, infamiæ notam pateretur pœnitentiam nō distulit: nec ad vesperum, nec ad mane præstolata est; sed nulla interposita mora, sine aliqua mansione, non respiciens dicta vulgi, recto tramite in domū pharisæi peruenit. Nullam cum dictis hominum rationem, nullam publicæ ignominiæ, quæ inde sequi poterat curam, sed solū salutis suæ animę solicitudinem habuit, mū dum sub pedibus cōstituit, nec alterius, sed Dei solius cura anxiabatur. Solum Deum quem offenderat præ oculis constituit cæterorum extra Deum immemor. Compuncta cum plena cogitationibus, atque suspirijs esset totus mūdus ei fiebat angustus, nec poterat quiescere donec ad dominum rediret, quem iam credebat Deum, & Saluatorem suum. Non verebatur, confundi, despici, & irrideri, sed omnia ista optauit, vt Deum, quem maxime inhonorauerat per peccatum, sic faciendo aliquam recompensationem, se ipsam propter Deum voluit despici & inhonorari & se ipsam præbuit confundendam. Contemplor hanc mulierem igne Spiritus sancti succensam & inflammatam, cuius officium est expergefacere eos, quos habitat, vt veniant ad Iesum Christum, quemadmodum lingua ad verbum, sic Spiritus sanctus ducit ad Christum. Cōtemplor igitur beatissimam hanc in visceribus inflammatam, & ex prius peccatrice, ob firmum propositum columbam in foraminibus petræ. dicentem. Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Crediderim quod meridiana hora, erat opportuna valdè, ad quærendū solem iustitiæ Christum, quia in mane conuocionabatur populo. Vtinam scirem (dicebat) ad quid dominum ad conuiuium, quod paraueram, duxi, vt præberem epulum, quo libenter vescitur, velut alter Haac vt ab eo Cbenedictionem recipiam. Certo equidem scio, quod sit pœnitentiæ amicus, & eius officium est signo, Tau, signare frontes virorū gementium. Heu me miseram & infœlicē, vagans semper incessi post greges sodaliū, sequendo proprios sensus, & alia quæ sunt mundi. Nunc vero quia diuino munere pœnitendi tempus conceditur, vagari amplius nolim, nec sensuum affectus sectari. Sed cur Christum, in domo tua non quæris, mulier? cur non ducis illum in domum tuam sicut

Matthæus, & Zachæus peccatores duxerunt? nescis quod peccatores recipit, & mādu- 38.
cat cum illis? Scio, ait, sed ita sum peccatrix, quod non mereor, vt intret sub tectū meum, nec tali beneficio sum digna. Quæ cōmunicatio lucis ad tenebras? nulli enim 35.
sufficit, si tanquam canicula cōcedatur esse ad pedes eius sub mensa, & quod micas immensæ eius bonitatis & misericordiæ colligere detur. Quia igitur beata hæc mulier in hoc fuit modesta, quod dedignata est Christum introire domū suam, ideo postea meruit, quod sæpenumero in illa hospitare- 9.
tur. Præterea, non corporis sanitatem, sicut Hæmorrhoissa illa, tanta cum solicitudine, & diligentia, quærebat: sed pro infirmitate animæ accessit ad Iesum, quanuis hodie plus curatur de medicina corporis quā animæ, & curiosius curant cibos corporis in conuiuijs, quam cibos animæ, quod est verbum Dei. ¶ Obserua autem quod videns 38.
vulnera animę suæ, non diuinos, aut pytho- 37.
nissam consuluit, vt Saul, nō ad pharisæos, aut ad homines iuit, sicut Iudas, sed Deum quæsiuit, & ad Christum abijt, nō ad mundum. Docet in tribulationibus, & angustijs nostris, Deum quærere, & non in mundo sperare. Sic Centurio ille fecit, vt in superioribus in eius historia diximus, sic & Cananæa, & omnes sapientes, qua propter cōsequi meruerunt, quod optabant. Et præterea, quæ in Centurionis historia diximus ad 28.
uerte: quod illi custodes, & milites, qui scie- Cbant Christi resurrectionem, venerunt ad principes sacerdotum, & corrupti sunt pecunia, vt veritatem celarent. Si ad Apostolos, vel ad alios probos viros ireint, tantum peccatum euaderēt, hoc suo exemplo, egregius psaltes docet, dicēs domine. Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi. Videmus qualiter Dauid in persecutione ab hostibus Deum protectorem accipiebat. Sic in scriptura sacra Mosem, & Aaron, fecisse legimus, qui sæuitiam populi fugientes, ad domini tabernaculum cōuenerunt. Hoc & Christus nobis ait. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā vos. Infœlix ille Ochozias consuluit Beelzebub Deum Acharon. Innumeros habet similes Ochozias, qui potius huius mundi plausum, & auram, & hominum quærunt auxilium, quàm diuinum adiutorium, ideo pro punitione infidelitatis permittēte Deo in laboribus suis, consolationem non inue-

niūt, quod Deus permittit, ex eo quod mūdum carnem, sanguinem consulunt, de Deo autem nulla cura. Deus & mundus, in duo cōtrapponuntur extrema. Mūdus enim, & mundani, nunquam fauent, nisi diuitibus, & claris honoribus, nec ad se alios admittunt mū illos, quos in sui defensione potentes videt, quod si quenquam declinem vident, dicūt pereat, & sic proiectum insequuntur. Mundus itaque victorem in mūdo sequitur, sed Deus contra, nunquam nisi egeno subuenit, nunquam nisi proiecto, & humili prospicit semper denique se habet ex parte debilis. Quem vidimus vnquam, magis ignominia, & nota affectum, quam sanctam fœminam Susannam? vidimus illam infamatam, inhonoratam, & ad necem dānatam. Nunquam in humano fauore confidit, nec ab illo voluit iuuari: sed de illa scriptura ait, quod erat cor eius fiduciam habēs in domi- *Dani.13.*
no: & obsecrans Deum, dicebat. Deus æterne, qui absconditorum es cognitor qui nosti omnia antequam fiant, &c. Huic inuocationi, accessit Deus, & famulam Susannā, ab omni angustia, & periculo eripuit: nec his contentus delatores interficifecit. Diuinum hoc auxilium est nobis implorādum, in nostris laboribus, sicut Susanna, & beata Magdalena fecerunt. Maledictus homo (ait Hieremias) qui confidit in homine: & ponit carnem brachij sui, &c. Sedechiam illū *Hiere.17.*
regē Iuda quærite, qualiter se habuit, cum à Deo se auertit, & totam suam spem, & fiduciam in conuicino rege Ægypti constituit: tunc etiam Hieremiæ non adhibuit fi- *Hiere.29*
dem, ex Deo monenti, quod exiret portas Hierusalem, ad capiendum Nabuchodo- 4.*Reg.25.*
nosor, & eius duces: quia igitur prophetæ Dei non credidit, fuit incarceratus erutis oculis, & vidit proprios liberos interfectos. Non alio merito donat mundus, in illo confidentes. Sed longè aliter Deus ad se confugientes recōpensat: siquidem cum illa tempestate, Hieremias in Deo cōfidens, in vinculis iaceret, Nabuchodonosor iussit Nabuzardan generali duci, qui de Hieremia dixit. Tolle eum, & pone super eum oculos tuos, & nihil mali facias: sed vt voluerit sic facies ei. Mirandum quidem est, quod idololatra princeps, habeat rationem honoradi Hieremiam, ex eo duntaxat, quod in afflictionibus, Deum adiutorē assumpserit. Documentum hoc, & instructionem accipiamus, à muliere hac cauta, & sapienti: si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

siquidem se deperditam vidēs, Deum pro medela assumpsit, & sic commodata māsit. Clamemus ad Deum in angustijs, & afflictionibus, non erit immemor nostri. Quis vnquam ad Deum clamauit, qui non exaudiretur? Quis Deū intimo corde quæsiuit. *Psal. 102* qui non inueniret? Quis denique peccator sub vmbra alarum, & protectione confugit, qui non protegeretur? Sicut enim pater miseretur filiorum, misertus est Dominus timentibus se: recordatus est, quoniam puluis sumus, &c. Sic etiam sapientissima hæc mulier, videns quod solum Deum haberet, pro vera medela, & quod eius anima periclitabatur, Christum pro remedio accepit, ouis pastorem, icta chirurgum, ægrota medicum quærit: illa denique, quæ se vidit peccatorum deformitate pollutam, pergit vt abluatur in fonte misericordiæ. Cum reges & principes mundi sunt in sua aula, intra priuatum cubiculum recepti, nec alloquuntur, nec ad eos accedunt nisi patritij, nobiles, & potentes, & perpulchri, & decorati, quique in regia domo primas obtinent. Si vero per arua diuagantur, vel iter faciunt, vel in venatione distringuntur, quibus homo abiectus, etiam pauperrimus pastor rudis, ad eos accedunt, & eos alloquuntur. Non dissimili modo, cum æternæ gloriæ Christus, erat in aula cælesti, in cubiculo suæ potentiæ, & maiestatis, nulli ad agendum cum eo accedebant, præter eos, qui præclaro sanguine erant orti, quique pretiosis vestibus ornabantur, vestibus (inquam) charitatis, & gratiæ, atque innocentiæ quales erant Angeli, archangeli, Seraphini: factus vero homo, & humana carne subsistēs, & viator, & humana natura indutus, publicanos, peccatores latrones, meretrices, ad se accedere permittit, ad omnes loquelam dirigit, quibus exaudiri patitur. In patria vero nulli ad eum accedunt, præter iustos, & sanctos, nec ad illum ingredietur, nisi iustus, & mundus corde, in hoc vero mundo, omnibus, vt inueniatur, & communicetur se præbet. Cum igitur sapiens hæc mulier, videret Christum in hoc mūdo venatoris munus exercere, & quod homines venabatur: ad eum accedere, vt ab eo venaretur statuit, & mundo interfectam se ostēdere, per conuersionem ad Christum.

¶ Deniq; hic aduertendum est, quod ille qui eam suscipiebat, erat qui eam trahebat: sicut optime adnotat Gregorius, in homilia, vocans Christum trahentem, & Cap. 37. suscipientem. Flumina continuo fluxu ingrediuntur mare, nec die ac nocte fluendi finem habent. Ob quod mare non redundat. Huius rei ratio est, quia flumina ingredientia mare, ex illo fuerunt egressa: iux- Eccl. 1. ta illud sapientis. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterū fluant. Per poros enim in profunditate maris, & per cataractas, & secretas venas, occulte maria aquas ex se emittunt: quæ quidem aquæ in montibus, & collibus apparere videntur, vnde flumina ortum habet. Maria itaque secrete fluminum aquas imittunt: quas postea in reuersione publice recipiunt. Non aliter Christus mulierem hāc publice recipit, secrete autem vocat, charitatem vero, deuotionem, & lachrymas, & pœnitentiam, quæ præ se ferebat, ipsemet Saluator occulte infundebat: occulte inspirationibus, vocatione illam ad se adducebat: licet publice omnia isthæc munera ab illa reciperet. Dona & munera quæ inuisibili modo ex Deo procedebant, & huic communicabantur: postea visibili reuersione ab ipso datore, grata habebantur. Horum numerum receptor est, qui eam vocat, quique receptum antea præbuerat: sicut mare, quod flumina ex se egredientia, publice recipit. Nec enim illa aduentare posset: nisi per Christum vocata fuisset. Ezechiel enim ait. Venit spiritus, & Ezech. 37. statuit me supra pedes meos: prius est ingressus spiritus, alias enim surgere non poterat, sicut nec peccator potest à peccato surgere, nisi prius spiritus Dei suscitauerit eum. Cogita quod peccator factus est Deo echo. Primo, quia sicut echo non respondet, nisi prius infundatur spiritus: ita vt peccator respondeat, oportet quod Dei vox sonet, à quo vocari, & inspirari necesse est, & quod postea peccator voci Dei vocantis respondeat. Secundo, vox multum importat, echo vero parū operatur: nam licet vox octo syllabis constet, echo vnicam inducit, quæ vltima dicitur. Sic nos frequenter à Deo vocamur, raro respondemus. Considera igitur peccator, & diligēter perpēde, te à Deo esse conditum, & quod Dei vocationi respondere teneris: vt mulier hęc Deo respondit, & respondens, ad vocationem accessit: non mūdi (inquam) sed Dei. Quondam Deus Samuelem vocauit, ille vero

vero ad Heli ibat. Samuel in iuuenili erat ætate, quæ non mirum videri debet alicui, quòd aberraret, & fallereturitu autem cum matura sis ætate audito verbo Dei, vide respondeas, vt mulier isthæc respondit: & ad illum tendas oportet, vt hæc fecit. Nullas facias moras, vt hæc: quæ quidem nulla interposita mora, dimissis omnibus, ad Deum tetendit: & siquidem Deo nihil præstantius inuenies. Omnia deserere, & Deū quærere teneris: nec ob aliquam rem Deo inferiorem, detinēdus es, quominus tendas ad Deum. Igitur cum cauta, & sapiens mulier veniat, nō accedit vacua: quia non vult apparere coram Deo: sed portat alabastrū vnguenti. Sed quid nunc operetur videamus. *Stans retro.* Sicut publicanus, qui præ verecundia non audebat oculos ad cælum leuare, quia solius Christi pudore impediebatur, & non reliquorum: & sic coram omnibus est ingressa, sed solum post Christi terga aufugit. Sic Dauid. Tibi soli peccaui. Quanuis contra Vriam peccaui, tui solius me pudet: nos autem non Dei, sed hominum pudore capimur. Solius Dei hæc mulier pudorē habebat. Pudor iste, timor, & modestia, & sui receptio, istam ducunt pœnitentem. Non velut nostræ ætatis fœminæ quæ licet in reliquo anni discursu, communiter, & honeste incedant, cum autem ad sacramentum pœnitentiæ recipiendum veniūt, tempore quadragesimę, quam possunt ornatissimè induūtur, & ingrediuntur ostium templi, vanitate quadam & pōpa elatæ, tanquam si nuptias adeant, & ludos frequentent, cum tamen ad confessarij pedes veniāt ad deploranda peccata: vt hæc fecit cum ad pedes Christi accessit. A duerte, quomodo beata Magdalena accessit, irrisa & pudore, & ignominia affecta, ac meticulosa, se in terram prostrauit gestaminibus, & vestibus pretiosis omnino contemptis. Non audet Christum in faciem aspicere: sed retro præ verecundia stetit oculis dimissis. Non vt tu qui confessarium facie ad faciem intueris, & rides, & non curuata incedis. Regina illa Esther, cum Deum obsecrare voluit, deposuit vestes regias, flebus & luctui apta indumenta suscepit: & pro vnguentis varijs cinere & stercore impleuit caput, & corpus suum humiliauit iejunijs, omniaque loca, in quibus antea lætari consueuerat, crinium laceratione compleuit: & deprecabatur dominum Deum Israel. Omnia isthęc beata Magdalena fuit operata: sed tu cum ad deprecandū Deum veniis, & ad agendum cum illo perpolite, & nimis ornate te induis. Iudith quoque *Iudith. 9.* induta est cilicio, ad agendum cum Deo: & posuit cinerem super caput suum, & se humi prosternens, ad Dominum clamabat. Sic Deus est inuocandus, & sic beata Magdalena inuocauit, quod debet esse documēto, pœnitentibus. Si veniam quæris, indue te cilicio, & faciem tuam asperge cinere. In Exodo habetur, quod cum Deus Israelitico populo esset iratus, quia vitulum adorauerant, iussit Mosi, vt ex parte sua, popu- *Exod. 33.* lo nunciaret. Populus duræ ceruicis es, Semel ascēdam in medio tui & delebo te: iam nunc depone ornatū tuum, vt sciam, quid faciam tibi. Deposuerunt ornatum, & tetendit Moses tabernaculum, & vocauit illud tabernaculum fœderis, hoc est, pacis reconciliationis, & amicitiæ inter Deum, & populum. Hanc igitur historiam bene perpende, & disce, qualiter Deus iratus esset, eo quod cum essent peccatores, festiuitatis, & gloriæ vestibus vterentur, quibus depositis inita est pax: & præcepit Deus quod quoniam peccatores erant talem se gerendi habitum deponerent: quoquidem habitu Deus ad iram mouebatur. Vos etiam, peccatis onusti, venitis ad petendā veniam peccatorum. Venitis (inquam) recto gressu, magna pompa, garrulantes, & ridentes & perpolite induti. In festo expiationis cum pec- *Leui. 16.* cata purgabantur præcipiebat Deus, quod sacerdos vestiretur non serico, aut pretiosa veste, sed stola linea. Oportet igitur, vt tu tam in veste, quā in incessu, humilieris coram domino Deo tuo, vt tui miseatur: sicut Daniel dicebat Domino. In spiritu *Danie. 9.* humilitatis, & in animo contrito suscipiamur à te domine. Dauid etiam. Cor con- *Psal. 50.* tritum, & humiliatum Deus non despicies. Ideo Dominus præcepit loquens de festo expiationis peccatorum. Affligetis animas vestras in eo. Omnis anima quæ afflicta nō fuerit die hac, peribit de populo suo, &c.

¶ Retro itaque stetit: illic enim assistere voluit, vbi peccata eam constituerant, nam *Leuit. 23.* quemadmodum mundos corde Deus præ oculis habet: sic peccatores post terga habet: & hæc mulier locum, ad quem per peccata fuerat ducta elegit. Præterea retro stetit, quia legerat in psalmo. Supra dorsum *Psal. 128.* meum fabricauerūt peccatores. Et sic supra

dorsum. Christi peccata cõstituere voluit.

Esai.53. Vere Christus Iesus lãguores nostros tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Peccata omnia nostra super suos humeros Christus posuit, & nostrorum peccatorum pondus voluit ipse sustinere: vt nos leuatos cerneret. Accepit igitur hæc mulier suorum peccatorum pondus, & in dorso Saluatoris collocauit: & illa subleuata Christus vero onustus mansit, vt pro illa & satisfaceret, & solueret. Si prę oculis Deus tua errata habeat, erit vt de te vindictam sumat: teque in gehennam mittat. Sed tunc post terga colloçat peccata, cum illorum obliuiscitur: sicut tu ea, quorum obliuisceris, in posteriorem manticam reijcis. Eo modo tuæ vitæ caue, quod tuorum peccatorum vindictam Deus non recordetur. Denique stabat retro: quia non iustificabitur in conspe-

Psal.142. ctu eius omnis viuens. Vultus enim Dei est super facientes mala, vt perdat de terra me-

Psal.33. moriã eorum. A tergo vero vt scapulis suis

Psal.90. obumbret nos. A tergo (inquam) vt post tergum suum proijciat omnia peccata nostra, si enim peccator eius faciem videret

Esa.38. non erit salua anima eius. Non ergo sine

Exo.33. magna ratione Dauid dicit. Protector noster aspice Deus & respice in faciem Chri-

Psal.83. sti tui. Non me aspicias, sed vnigenitum tuum prius intuere. Si enim contra peccata nostra irati sunt oculi tui, & me ictu primo respiciant, moriar, perij: sed si oculi tui videant filiũ, & per filiũ me ab eius tergo existentem respexerint, saluus ero. Radij enim oculorum tuorum per filiũ tuum transeuntes in eo mansuescent, & mansueti ad me peruenient. Colloca ergo Deus meus inter me, & te tuum vnigenitum filium, crucem eius, sanguinem, & passionem, & merita: ita vt cum tua iustitia per sanguinem, & merita tui filij pertranseat, cum tandem ad me perueniat, iam mansueta, & misericordia plena sit. Ideoque hæc sapiens mulier stetit post terga Christi, constituens eum tanquam medium inter se, & Deum: vt pie, & mansuete à Deo iudicetur. Excusatur cum Christo, se cũ eo protegẽdo: ne pro debito rigore iustitiæ puniatur. Aspice Deus (inquit Dauid) sed respice in faciem Christi tui. Delector maxime (inquit) domine, quòd me aspicias, & mei sis memor: sed ea sola lege quòd prius respicias in faciẽ Christi tui: quoniam si ego post eius terga sim, & ipse eius faciem intuearis, manifestum est, quod ipsum priùs quàm me intueberis. Si verò à tergo Christi venias, me priùs videbis: ideoque non dorsum, sed faciem respicias dico, vt me post terga existente, ipsum priùs, quam me videas, & me retro constituere volo, vt ante faciem filij tui veniens, ipsum priùs me respicias. Igitur mulierem hanc à tergo Christi constituta timidam, & pudore affectam, atque dolore contemplare: & quid faciat perpende.

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Non dixit rigauit, sed cœpit rigare, quia stans in tantum prorupit fletum, vt antequam se inclinaret, inceperit rigare lachrymis pedes eius. Expende qualem, & quantum dolorem mulier hęc fuit perpessa, siquidẽ stans, eum procero, & magno esset corpore tanta fuit lachrymarum copia, quod cum ab oculis per totum corpus defluxissent, fuerunt in sufficienti abundantia ad abluendos pedes Saluatoris. Quod si verum sit, quod humi est prostrata pedes deosculando, & vngendo, prius tamen quam hoc faceret eos lauit, & rigauit (ita enim in magno numero lachrymas effundebat) quod itaque stans incepit, humi prostrata perfecit. Stans cœpit rigare, & postea rigauit perfectę. Genuerat enim mulier hæc gelu quoddam intra pectus, peccatorum frigore confectum, sed accedente ad diuinum ignem, liquefactum est gelu de corde suo, & magno impetu defluxit vnda in superabundanti copia. Ideoque ei dici potest illud, quod olim dixerat Hieremias loquens de captiua filia Sion. Magna enim est sicut mare contritio tua. Et tuarum lachrymarum copiam cui comparem non inuenio, nisi copiæ aquarum maris, amaritudo etiam qua lachrymaris similis est amaritudini maris. Nouum & nunquam visum miraculum est hoc. Sæpe numero vidi cælum irrigans terram: terram autem madefacientem cælum nunquam vidi, sicut modo: quoniam mulier hæc terrestris, cælestes pedes Saluatoris suis lachrymis irrigabat, & ita abunde, & copiosè vt vidimus. Ex quo sequitur, quod licet lachrymæ lauent sordes peccatorum, non tamen quælescunque lachrymę sunt satis cuilibet graui peccato, nam grauia peccata grauissimis indigent lamentis. Ideo Dauid agnoscens peccati sui fœditatem, & nesciens an satis lachrymarum ad illam abluendam effudęrit, precatur Dominum, dicens. Amplius

laua me ab iniquitate mea, & à delicto meo munda me. Aest diceret. Scio quidem me lachrymis esse ablutum, nescio tamen, an plene mundus euaserim, quia nescio an satis lachrymarum effuderim, quæ tot, ac tantas peccatorũ maculas mundare valuissent. Ideo peto, vt gratiam flendi, quam semper impartitus es, non subtrahas: quin potiùs oculis meis tribuas fontem lachrymarum, vt incessanter pro peccatis meis plorem, lachrymasque vbertim fundam, quibus me lauare possis. Ideoque hæc mirabilis pœnitens maxime flebat, multiplicabat suspiria, & lachrymis suis incessanter Christi pedes lauabat. Habebat peccata sua coram oculis mentis, & ipsi oculi corporales vndique affluenter flebant. Sic etiam Dauid. Peccatum meũ contra me est semper, idest, coram me habeo. Vidit nanque Nabuchodonosor Rex statuam coram oculis eius quæ habebat caput aureũ, & pedes terreos & futiles. Sic hæc peccatrix corã se habebat pristinum suę innocentiæ statum, in quo quasi in capite aureo contemplabatur nobilem statum suæ innocentię: demũ, & ad quem statum peccata sua adduxerãt, nempe vt esset vt iumentum, & sterquilinium apud Deum. Deciderat à vita priori deaurata ad terrenum, & miserabilem statum, & hanc statuam coram se habens erat territa sicut Nabuchodonosor, & tremens cecidit ad Christi pedes. ¶ Disce sicut Magdalena, & sicut alter Dauid coram te habere peccata tua, vt continuo defleas. Sicut enim in horto, vel in vinea malæ sunt vrticæ, & spinæ, sed reiectis ex interiori pomunt ea in septo, & circulo, quæ ibidem proficiunt, quia defendunt, & custodiunt vineam illę spinę, ne quis ingrediatur, sic tu tolle ab anima peccata, quæ sicut spinæ lacerant, & pungunt conscientiam, sed pone ea extra in circuitu habens ea in memoria, vt continuò plores, & desleas. Ideoque sicut translatio septuaginta habet, posuit Deus Adam post peccatum è regione paradisi vnde eiectus fuerit: vt videns illum recordaretur peccati, & fleret, memoriam illius habens, & videret locum ex quo eiectus fuerat. Habens ante oculos hæc nobilis peccatrix Deum, quem perdiderat, & illum paradisum à quo eiecta fuerat per peccatũ, non poterat non flere. Sic in libro Iudicum habetur, quòd ille Michas, plorans sequebatur milites quosdam, qui furati fuerant idola ex domo Michæ, dicentibus autem alijs quid fleret, respõdit. Deos meos quos ego feci mihi tulistis, & quæritis, quid ploras? Igitur si ille miser pro Deo suo vano, quem ipsemet fecerat sibi, tantum plorabat, quia Deum suum perdiderat, quanto magis debet quis de peccatis dolere, & plorare, cum videat quod perdiderit Deum suum verum, & creatorem cæli & terræ?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac *Psal.41.* nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus? Tristis nimis debet esse anima, & maxime flere, cum se à Deo absentem videt. Iure optimo deflere tenemur peccatores omnes nos ipsos in hac lachrymarum valle cernentes, miserijs, ac peccatis onustos culpis plenos, à Deo separatos, & à morte obsessos. Si enim filia Iepte duobus *Iudi.11.* mẽsibus plorabat virginitatem suam cum sodalibus suis, quia mors appropinquabat, quantò magis nos, qui nescimus an hodie reddituri sumus rationem vitæ plorare debemus? Ceruus à canibus obsessus deplorat, & hoc irrationale animal facit. Quanto maiori iure tu hoc facere debes, cum tot dæmonibus, tot infirmitatibus, tot periculis, tot denique laqueis sis obsessus? Esau deplorans Isaac patrẽ mouit ad consequen- *Gene.37.* dum optatum. Et sicut pluuiosum tempus est nimis aduersum oppugnãtibus tormentis aliquam vrbem, similiter & eodem modo lachrymæ aduersantur inimicis omnibus nostris quoniam lachrymarum pluuia tentationum carnalium puluerem extinguit. Lamentabatur glorioſa Magdalena *1.Reg.15.* super animam suam. Deplorabat Samuel *2.Reg.18.* propheta interitum animæ Saul, & vna integra nocte nihil quicquam operatus est. Dauid quoque videns filium suum in peccato fuisse interemptum amarè lamentabatur, dicens. Absalon fili mi, fili mi Absalon, quanto magis tu ipse propria peccata deplorare debes, siquidem duo illi sancti sic deplorarunt aliena? Et Christus nihil *Luce.16.* aliud super Hierusalẽ deplorabat, nisi peccata aliena. Hoc medicamento animæ nostræ sordes mundantur. Vt enim Ægyptij *Exo.14.* submersi fuerunt sub vndis maris: sic peccata delentur, & mortificantur in aquis lachrymarum. Ideo Diabolus, sicut Holophernes qui obturauit fontem, vt Bethuliã *Iudith.7.* caperet, & obtineret, sic ipse lachrymarum fontem obturare vult in nobis, vt nos capiat, & obtineat. Hæc autem beatissima

Magdalena fontem lachrymarum aperuit, & principem tenebrarum, & omnes Ægyptios peccatorum suorum, aquis lachrymarum suffocauit. Plorauit Petrus, sed egressus foras fleuit: hæc autem inter epulas flere non erubuit. Mirum quidem est quod in conuiuio, & inter epulas in festo lætitię, tot lachrymas fuderit. In libro Numerorum legimus quod in maxima solennitate præcipiebat Dominus offerre hircum pro peccato. Cur Dominus in tanta solennitate iubet offerri sacrificium pro peccato? Nullum gaudium nulla solennitas est, ô homo, in qua non sit grata Deo memoria peccatorum. Ne putes te Domino rem ingratam facere si inter epulas lachrymas fuderis, si inter epulas, & antequam comedas suspires pro peccatis, si lugeas ea in præcipuis festiuitatibus. Sic enim Christus in summo honore, qui ei in hac vita mortali exhibitus est, cùm vniuersa Hierusalem, triũphantium more illum excepit virentibus, atque lætis canticis desleuit in illo apparatu, & pompa solenni, aliena flagitia, & scelera. Nouerat optimè hæc prudens mulier Dominum non ploraturum propter aliquas molestias in illa solennitate, sed maximæ lætitiæ causa, & dulciores illi futuras lachrymas contritas & humiles cum dolore profusas, quàm omnia vina pretiosa, atque epulas, quas illi Pharisæus posset præbere. Nil loquebatur, vt intelligas apud Deum plus valere opera quam verba. Non legimus quæ dixit, sed legimus quæ fecit; quoniam cælum non paratur verbis, sed bonis operibus, & virtutum exercitatione, quales erant virtutes, quas hæc sancta mulier operabatur. Vide quanto amicior est Deus illorum, qui fide viua occupantur, & exercent se in operibus pietatis, & misericordiæ, quam eorum, qui omnem suam fœlicitatem, & studium defigunt in phalerato sermone, & mundanæ sapientiæ verbis. Ad quem (inquit ipse) aspiciam, nisi ad contritum, & humiliatum, & trementem sermones meos? Cor contritũ respicit Deus & affectui pio respondet. Ne verbum quidem proferebat Moses, & Dominus tamen dixit ei, Quid clamas ad me? tot erant lachrymæ, & gemitus mulieris huius, vt singultus pene ei obstruerent guttur, & quasi præfocarent, nec loqui poterat, ita contritione plena erat, & lachrymarum riuo madefacta. Veruntamen intus in corde, quod magis aspicit Deus, & acceptius habet, mirificè persuadebat, & magnis vocibus clamabat, ardenterque orabat diuinæ misericordiæ opem implorans. Verbis nihil dicebat, tamen loquebatur in corde gemitibus, & clamoribus depromptis ex intimo pectore, & profundo corde, & in anima sua dicebat. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue, grauatæ sunt super me. Quapropter Deus cælorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem. O Domine peccaui super numerum arenæ maris, non sum digna videre altitudinem cæli præ multitudine iniquitatis meæ, quoniam irritaui iram tuam, & malũ coram te feci. Si tu es Domine qui peccatores recipis, me quoque peccatricem recipe, sub alas infinitæ misericordiæ tuæ. Non enim me reijcere idcirco debes, quod sum peccatrix, quando quidem ad id venisti ex cælo in terras, non vt vocares iustos, sed peccatores, & oues, quę perierunt ex Israel. Scis Domine quod literæ in libris exaratæ, si in ignem proijciantur dum in cineres non voluuntur, legi possunt, si autem cultro radantur, legi nequeunt. Propterea, Domine, obsecro te ne expectes abolere meas malas literas in gehenna, quoniam deleri nunquam poterunt, quin potius perpetuò legentur, nec in cineres vnquam conuertentur, nec deficient condemnatorum animæ. Ideo nunc, quando tempus est acceptabile, dele iniquitatem meam. Tu Domine per Esaiam dixisti. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Et iterum ais per eundẽ prophetam. Deleui, vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulã peccata tua. Si igitur ex alto cælo in terram descendisti vt peccatores redimeres, incipe nunc, domine mi, & Deus mi, officiũ, & munus redemptoris implere, nec omittas tã præclarã opportunitatẽ, quam nunc habes, quoniã adstat tibi ingens quædam peccatrix, in quam possis munus ad quod venisti exercere, si cum peccatoribus manducas, en hîc peccatricem quãdam cum qua libenter manducare potes. Sum etenim ego sicut stultus ille qui in corde suo dixit. Non est Deus. Nam taliter vixi ac si crederem non esse Deum. Nunquam, ob amorem tuum laboraui, nec propter iustitiam timui, nec propter legem tuam declinaui à malo, aut propter promissa inclinauit cor meum ad bona opera. Nunquam propter collata in me beneficia gratias egi, nec peccatis finem imposui, etsi scirem te omni in loco præsentem esse. Oculis quic quid appetierunt concessi, non cohibui cor meum, ne voluptates appeteret. Ad te confugio pondere peccatorum depressa, vt me exoneres: & in tot ac tantis miserijs & tentationibus positæ, non dedigneris promissa gaudia & leuamina concedere. Ecce vernio sicut imbecillis & infirma ad medicum, vt me sanet: vt peccatrix ad iustum, & ad fontem iustitiæ, vt me iustificet. Nõ terrea tis Domine flagitijs meis: nam quo granior est infirmitas, tanto magni facit artem medici, qui illam medetur: & quo maior peccatrix ego sum, tanto tu magis glorificaberis, &c. Hæc & similia intra se dicebat hæc gloriosa pœnitens, viscera sua aperiens: & corde contrito, cælum gemitibus & singultibus rumpebat. Hæc in corde versans fusi sunt oculi eius velut defluxus aquarum, & acriter absque intermissione super animam suam lugebat, in tantum quod pedes Christi rigabat, & perfundebat: quibus per fusis, & rigatis. *Capillis capitis sui tergebat.* Quãuis indignam se putabat tangere Christi pedes: tamen amore victa se cohibere nõ potuit. Amor enim verus nescit modum: regulis non tenetur, tactu Spiritus sancti ducta ad pedes inuoluitur: lachrymis rigabat, & capillis tergebat. Nunquid non erat aliud quo tergeret illos? Nunquid vel eximium linteolum, aut prolixior subuculæ manica (vt fœminis moris est) ad siccandũ deerat? nõ equidem existimo. Sed taliamoris sanctissima fœmina compede detinebatur, ea diuinę conuersationis mulcebatur voluptate, vt nec vellet, nec posset vel tantillum à pedibus Domini discedere. Qua de causã mirum non est, si maluit capillis, quos præ manibus tunc temporis habebat, pedes Domini abstergere, quam quærendis alijs tempus insumere, & suauitatis suæ iacturam facere. Hos igitur pedes fœmina prudentissima capillis siccabat, ore fouebat quos antea vndanti lachrymarum riuulo abluerat: necnõ sciens carnem Domini purissimam omnis pudicitiæ & castitatis sedẽ atque originem esse, accessit supplex: vt diuino contactu pudicitiæ suę sarciret ruinas, & concupiscentiæ deinceps lupatum indederet. Nam si tactus fimbriæ fluxum sanguinis in hæmorrhoissa siccauit: quomodo nõ magis tactus pedum Saluatoris, præsertim tam ardente deuotione iteratus, restinguet in hac carnalis concupiscentiæ fluxum? Auidior enim semper surgebat ab osculis. Et quemadmodum in fabula habetur de Anthæi cum Hercule congressu, qui quò sæpius ad terrã prosterneretur, inde resumptis viribus, fortior ad pugnam surgebat: ita de hac non fabulosè, sed verè dicere possumus. Nam quo sæpius deuotione superata in terram procidebat Maria, pedes Domini osculatura, animosior contra omnes dæmonum, & concupiscentiæ vires resurgebat. Erat enim illorum pedum Christi filia, & quasi baptismo lachrymarum suarum renata. ¶ Hinc facilè colliges quanti interfit, quo animo quis ad Dominum accedat. Iudas enim, qui ad Christum accessit, dignissimamque Domini partem, quip po os, tetigit; tamen quia animo impio accessit, non modo veniam non inuenit, quin etiam exitium sibi parauit. Verum hęc pio & syncero affectu ad Domini pedes prouoluta & remissionem peccatorum, & vitam inuenit æternam. Magnam præterea familiaritatem habuit cum Christo Domino: & postquam conuersa est nunquam voluit in faciem alicuius hominis aspicere, nisi in faciem Iesu: ipsum sequebatur, Mariæ virginis sanctissimæ effecta familiaris. ¶ Sexies autem leginus Magdalenã ad pedes Domini procidisse. Primo hic, in signũ contritionis. Secundo cum sedens secus pedes domini verbũ illius audiebat. Tertiò quãdo pro fratre Lazaro nõ orabat: vt nos doceret aliorum miserijs & infortunijs cõmoueri. Quartò in cœna Bethanię: cum vnxit pedes & caput Domini: quæ fuit vnctio deuotionis. Quintò in die resurrectionis Christi cum cadens ad pedes noluit Christus, vt tangeret eum. Sextò in eodem die resurrectionis Domini cum cæteris mulieribus, quãdo tenuerũt pedes eius & adorauerũt eum. Verum vt omnia officia in Christi pedes exerceret, audi quòd sequitur. *Et osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat.* Sicut vere pœnitens Deum timere debet, & iudicia Dei ante oculos habere: ita etiam è diuerso ne desperet, tristitiaque nimia obruatur, seipsum consolari debet, considerans Dei misericordiam: quia patiens & misericors est, & præstabilis supra malitiam. Ideo osculabatur

Matth. 9. Luc. 8. Matth. 26. Luc. 10. Ioan. 11. Ioan. 12. Ioan. 20. Matth. 28. Ioel. 2.

pedes eius, quod est amoris indiciū: quia dilectos osculari solemus. Osculabatur enim pedes eius, & vnguento iam diximus, lassatos Christi pedes vngebat, tergebatque capillis. ¶Quærere autem nunc libet, si sola fides peccata delet (vt pessimè asserunt impijssimi Lutherani) quorsum in tantis bonis operibus occupabatur hæc mulier, & si male agit, cur à Christo laudatur, qui Pharisæo dixit; osculum mihi non dedisti, hæc autem, &c. narrans Christus & laudans omnia hæc opera bona? Cur etiam, vt superius vidimus in hoc capite, laudat Christus in Ioanne asperitatem vestium, constantiam animi, & ieiunium dicens, venit non manducans, neque bibens? Valeant ergo iam, valeant isti nebulones cum filio perditionis Luthero suo, qui tot animas his mendacijs fraude diabolica decepit.

¶Obserua autem hîc mulieris huius prudentiam eximiam, quæ eo vsa est consilio, vt ea, quæ mortis erant instrumenta in vitæ medicamentum traduxerit. Et quemadmodum theriaca, quæ de veneno venenosa ipsa conficitur, arte tamen præsentissimum contra venena medicamē redditur: sic mulier hæc ornatum, mundumq; suum, quibus aliæ se vitiare solent, in cultum Dei conferens, medicinam de veneno confecit. Capillos enim, quos antea componebat in Dei opprobriū, in pedes domini siccandos impendit. Oculos fuligine infectos fucatosque, quibus inaniter inspecturis & inspicie dis satis operæ nauauerat nūc lachrymis assiduis vrget, vt lauandis Domini pedibus aquam sufficiāt. Os quondā lasciuis, impudicisq; assuetū sermonibus, nunc deosculādis domini pedibus imprimitur. Preciosa vnguenta, aquarumque rores odoriferi, quibus antea per singula membra perstillabat, modo ad pedes Christi sparguntur: non sine circunstantium admiratione. Vestes deniq; laboratissimæ, quibus olim ornata fulgebat, inter cōuiuarum subsellia, vt Domino ministrent sternuntur. Itaque omnibus quibus antea dæmoni obsequuta miserrime fuerat, modo Christo inseruit, eisdemque instrumentis, vitam quærit æternam, quibus mortem quæsierat, memorabili pœnitentiæ, & lachrymarum litura antiquum chirographum delens. Ideo Diuus Gregorius in Homilia, ait. Quot in se habuit oblectamenta, tot de se inuenit holocausta: vt totum seruiret Deo in pœnitētia, quicquid ex se Deum cōtempserat in culpa. ¶Sic & nos huius exemplo discamus vitam mutare, & Christo Domino seruire, iisdem membris, & instrumentis, quibus mundo & carni seruiuimus. Vnde Paulus ait. Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem: ita exhibete illa seruire iustitiæ in sanctificationem. Quasi apertius dixisset, si lingua proximi tui famam lassisti: eadem incommodo illato mederē, vel proximum laudando, vel tejunando. Si pedibus ambulasti in via impiorum: dirige gressus tuos in semitas iustitiæ: vt sic bono malum extinguas, &c. Huius autem doctrinæ pulcherrima sunt in scriptura sacra exēpla. Cum enim populus Israel egressus de Ægypto, circuiret terram Edomitidis deserto labore consectus tædeq; cœpisset ineruis ac laboris, & murmurauit contra Dominum, & contra Mosem. Quare inimisisti à Domino serpentibus, qui perficum, vlciscerentur populum, postea tandem placato Deo nulla alia ratione tantæ calamitati subueniri potuit, nisi æneo serpente eleuato, in quem quicunque aspiciebat à morsu illico sanabatur. Ecce quomodo eodem malo, quo erant vulnerari sanabantur. Serpens momordit, serpens curauit. Apud gentes etiam huius exempla nō desunt. Nam cum Philistæi arcam Domini cepissent, propterea q̃ à Domino essent percussi in secretiori parte natium, & mures vastarent terram, edocti à Satrapis suis fecerunt anos & mures aureos, quibus pro peccato suo Dominum oblatis placauerāt. Sciebant quippe mala, quæ patie ātur, eiusdem fore sanāda malis. Sic etiam Christus eisdem instrumentis & medijs, quibus mortem intulit diabolus, nobis vitam dedit. Ideo crucem elegit, vt qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur. In Exodo etiam habetur, filios Israel inaures aureas, quas obtulerunt, vt fabricarent vitulum, quem adorarent posteà obtulisse Domino, vt facerent tabernaculum Domino Israel. Quod dederant ad idolum fabricandum; posteà compuncti, dant ad opus Domini: & quibus antea diabolo inseruierant eisdem Deo inseruiunt. Eadem ergo, & nos facere debemus Deo offerentes omnia, quibus illum ante hac offendimus, carnem macerantes, sensus colligentes corpusque, quod ante diaboli fuerat mancipium, domātes, laboribus, & vigilijs assuefaciamus, vt relicto dæmone, Deum sequatur. ¶At ne forte putes bona opera tua fore laboris sui fraudanda præmio, oculos quæso, tuos ad hanc mulierem conuerte. Quia retro stetit, conspectum resurgentis prima omnium meruit: quia Christi pedes humiliter tenuit, ipsius discipula esse meruit, & vt ab eo doceretur: quia lachrymarum, emisit flumina, flammam in se voluptatis extinxit: quia Christi lauit pedes, affectiones peccati à se mundauit: quia crine suo terfit Domini pedes: ideo maculas suorum criminum à Dei memoria detersit: quia pedes Christi osculata est, reconciliationis pacem acquisiuit: quia vnxit vnguēto, seuerum & iratum iudicem placauit. Multa enim officia fecit hæc mulier Christo, sed plura accepit beneficia. Vnguentum enim solum cum lachrymis, & osculis attulit: pro quibus veniam peccatorum, & innumera gratiarum reportauit priuilegia. Omnibus nanque cæteris mulieribus præter virginem matrem charior, & familiarior Christo Saluatori fuit Magdalena: ita vt vbi abundauit delictum superabundaret, & gratia. Et quemadmodum Salomō Rex fecit, qui Sabbæ reginæ multo plura quam ad eum attulerat, aut ab eo petierat, dedit: sic Christus Magdalenam suminis liberalitate prosequutus est. Ergo omnes vos peccatores huius peccatricis exemplo ad medicum salutis venite, ad fontem pietatis, ad venam vitæ, ad thesaurum gratiarum. Non enim alta sapit, qui se humiliat: non se subtrahit à nobis, quia verbum caro factum est: non est extraneus, quia cum hominibus conuersatus est: non est durus, sed facilem habet animum: non est rigidus, sed flexibilis: non seuerus, sed pius. Discite itaque peccator Deum hic quærere, & veniam postulare, huius peccatricis exēplo: antequam obtenebrescat sol, & sensus obscurentur, antequam præoccupatus die mortis locum quæras pœnitentiæ, quando inuenire non possis. Pudeat te vitam in ritu, & iocis transire, qui maiora forsitan peccata, quam mulier hæc peccatrix commisisti. Molliat cor tuum vberrimum lachrymarum profluuium, quo hæc mulier pectus suum perfudit: pudefaciat viros, qui natura robustiores sunt, eximia peccatrices huius fortisque constantia. Denique, ô vos omnes, qui illius adhuc in peccando similes extitistis, emitimini, vt deinceps eam in pœnitentia imitari possitis, nec cōmittatis, vt quam ad peccandum sequuti estis, eandem ad pœnitendum ducem præ termittatis: ne melioris videatur conditionis esse peccatum, quam virtus in vobis. Capite igitur, ne cunctemini tantam in actiones vestras ducem perpetuam: vt qui peccando eam imitati errarunt, pœnitendo etiam eadem duce sapiant. Quem non afficiet mulier hæc pudore? Sed hæc sufficiant: alia videamus. ¶Expēde itaque, quomodo peccatrix ista & pœnitens statim patiatur culpæ præcedētis conuitium: statim sustinet temerariūm indicium, & continuo exponitur linguis obloquētium. Ista enim sunt prima pœnitentiū certamina: nam in ipso introitu emendandæ vitæ illico occurrunt tentamenta linguarum. Cum enim aliquis post secularem conuersationem conuertitur, statim probatur linguis hominū. Non enim mentitus ille est, qui dixit. Accede ad seruitutem Dei, sta in iustitia & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Sic & hæc mulier simulac accessit ad seruitutem Dei, statim cœpit à mūdo conflictari. Ideo sequitur in contextu. *Videns autem Pharisæus, qui vocauerat eum, ait intra se.* Laban, Iacob discedentem sequutus est, vt quaqua posset ratione eum reduceret, quē continere non poterat. Moses etiam dixit Domino. Ex quo loquutus sum Pharaoni, affligit populum tuum. Antequam sermo Dei audiatur, non est tentatio, aut murmuratio, sed vbi audieris Deum & ei adhæseris, surgit statim tentatio. Dæmon enim eos persequitur, quos suspicatur, si se deserant, Deo adhæsuros. Atqui mirum nemini videri debet, cur illico à conuersione, fidelibus insurgant diabolicæ tentationes: non enim nequicquam Christi militibus data sunt virtutū, & sacramentorum arma. Ideo ne rubigine vitiorum sordescāt circunfusa, iugiter contra dæmonē, eiusq; coadiutores dimicandum est. Qui hostium more, bellum non mouet contra illos, quos sibi amicos nouit, sed eos duntaxat expugnare contendit à quibus se deserendum timet: sicut contra hanc mulierem fecit. Sed singula verba discutiamus. ¶Videns, inquit. Intuebatur mulierem hanc quam peccatricem esse sciebat, cum ipse multo esset nequior. Sed quoniam, quemadmodum oculus omnia circumcirca respicit se ipsum tamen non intuetur, quia radios visibiles nunquam in

Greg. homil. 33. in euang.

Ecclesi. 12.

Gene. 31.

Exo. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

se conuertit, eodem modo illis euenit, quos nimia tenet solicitudo aliorum vitas & facta sciscitandi, suis supersedentes criminibus. Quare cauendum est, ne ita bona & mala aliorum perscrutemur, vt omnino nostrorum obliuiscamur. Erat quippe pharisęus iste caligantibus imbecillisq; oculis præditus, quod ò vtinam vitium corporei tantummodo esset aspectus, neque etiã ad animæ irrepsisset oculos, quibus superbia inuidiaque obcæcatis, aliorum parua errata, suis magnis criminibus prætermissis, acutissime intuebatur. Verum, sicut qui debili sunt aspectu, sæpius libentiusq; specillis vtuntur quam speculo: quoniam speculum inspicienti ipsius formam & lineamẽta multo explicatiora & viuidiora reddit, specilla vero nõ inspicientẽ referũt, sed omnia alia clarius videri faciunt: ita propemodum euenit illis, qui charitatis luce caret, ea enim solicitudine aliena rimantur vitia, vt alios nouis oculis intueri videantur, se autem nullis. Hac autem culpa vtinam solus pharisæus hic notandus fuisset, neu etiam ad multos Christiani nominis serperet, qui proprio obcæcati amore speculum non amant, se nunquam animaduertunt. Quapropter sapientissime antiqui philosolophi dixerunt, quenuis hominem duas humeris gestare manticas, in quarum posteriore sua, in anteriore vero aliena portaret vitia. Quod optime quidam poeta expres-

Persi. sat. 1. sit his verbis dicens. Vt nemo in se se tentat descendere, nemo: Sed præcedenti spectatur mantica tergo. Quo innuit humani ingenij peruersitatem, cuius ea est in alienis notandis criminibus cõsuetudo, ea demũ in suis expendendis obliuio, vt rite & apte homini mãticato conferatur, qui aliena ad pectus, sua vero ad dorsum appendit, sicut faciebat hic pharisæus, quem tantus angebat alienæ conscientiæ stimulus, vt illam sem-

Psal. 68. per ob oculos habere videretur. Ideo precabatur Deum Dauid dicens. Obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Id est, cæcutiant, ne videãt aliorum vitia, & cernuo incedant corpore, vt pedes suos, vmbram & imaginem gressus, corporisq; sui considerent. At nos contra facimus, qui aliorũ vitia in crystallino intuemur speculo, cuius est natura omnia maiora, quam sint facere: nostra vero in vitreo, quod magnorum paruam repræsentat imaginem. Præterea sicut qui procul intuentes oppidum maximum paruum re putant: quoniam interstitij longitudine, formæ visibiles attenuatæ in multo minore ad oculos perueniunt quantitate: sic qui in vitia sua oculos dirigunt, qui pauci sunt, interuallo amoris proprij interposito minima iudicant, quæ si comminus intuerentur immania iudicarent. Quare dicebat Christus in euangelio vt vidimus in capite immediate præcedenti, vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quæ est in oculo tuo nõ consideras? Hunc autem defectũ perspicue natura ipsa nobis videtur voluisse ostẽdere: siquidẽ ea oculos fabricauit arte, vt cum omnia videãt, seipsos nullo modo videre possint, nisi forte speculo obiecto. Quod tamen in corporeis non in spiritualibus oculis verũ habet. Anima namq; nostra non modo ea, quæ foris sunt nouit, verum etiam se ipsam intuentem intuetur, considerantem considerat, & videntem videt. Præcipiebat in lege veteri Deus, vt sacerdos immolaturus, corã speculo, quod in sanctuario erat appẽsum, ornaretur, ne forte quid indecorum aut ineptum in ornatu esset. Ita & tu, si vis exacte cultum spectaculi tui, indue tertiam personam esse & tu moribus instructam: tunc demum quasi in speculo, poteris exactissime te componere, atque ornare, placiturus Deo animæ tuæ sponso. Nam sic quæ in alijs reprehensione digna duceres, tibi ipsi etiam imputabilis, laudabilique deceptus fraude censuram facies tibi eorum, quæ tibi aliena ex artificio videntur. Moses virgam manu tenens quã diu tenebat, virgam vtique esse iudicabat, simulac autem dimittebat, in anguem conuersam videbat. In istum sane modũ se habent erga authorem suum vitia. Nam quãdiu ea penes nos morari sinimus placida, mitiaque videntur, si vero à nobis proijcimus in propria apparent figura sæua, acre, nenosa. Et quẽadmodũ peritissimi sartores facere solent, qui vestes prius leuiter cõsutas famulo induũt, vt applicatis singulis vestimenti, ad singulas corporis partes, faciliusinternoscãt si quid tumeat aut trahatur, quo facto nihil ad perfectionem suam vestimento deerit: sic tu facere debes induẽs vitam tuam proximo, ne morum tuorum inexperientia decipiaris. Ita fecisse sapientissimum illum prophetam Nathan legimus, qui iussus à Deo, vt Dauidem de peccato suo reprehenderet, parabolicam in-

induxit narrationem de homine paupere, qui vnica, quam habebat, ouicula à magni gregis domino fuerat spoliatus. Quod sigillatim audiens Dauid exclamauit dicens, viuit Dominus, quoniã filius mortis est vir, qui fecit hoc. Non potuit enim magnitudo criminis in tertia persona positi occultari. Tunc Nathan breuiter ad personam Dauidis sermonẽ conuertẽs ait. Tu es ille vir, qui fecisti hoc, rapuisti enim Bethsabee vxorem Vriæ, &c. Quæ verba si nude & plane in principio edidisset, nõ modo Dauidem ad pœnitentiam non cogeret, verum etiam (qui mos regum est delicta excusandi sua) vel grauiter pulsatus, vel acriter obiurgatus aut saltem re infecta à regis conspectu discederet. Sed nunc iam ad rem veniamus.

Cum igitur peccata aliorum cæcus iste considéraret, videns, & non videns: videns (inquam) alios & seipsum non videns, ait intra se, occulte in hospitem suum murmurando, contra illud, quod admonet Petrus Apostolus. Hospitales inuicem sine murmuratione. Dixit autem intra se verbo mentali quod est mentis cõceptus, ex quo verbum vocale procedit. *Hic si esset propheta sciret vtique quæ, & qualis est mulier, quæ tangit eum.* Ex indignatione non nominat Christum Dominum, sed ait hic, sicut non nominamus eos, quos odimus. Eodem etiam modo Iudæi tempore passionis Domini, cum valde erant indignati, dixerunt. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram. Et tursum. Non hunc, sed Barabbam. Arguit præterea Christum quod hanc non cognosceret. Quod ideo demens iste putauit, quoniã Dominus peccatricem illam supplici ad pedes suos prouolutam nisu, non illico repulerat: sed benigniter susceperat. Vnde factum hoc iuxta pharisaicæ arrogantiæ morem perpendes, non temere se iudicasse putabat in Christo nihil esse diuinitatis: quandoquidem eam mulierem admittebat, cuius si propheta esset & mores cognosceret, & consuetudinem accessumq; longissime à se dimoueret. In quo satis aperte stultitiã suã ostendit. Primo quia bene poterat Christus esse propheta & illam non cognoscere. Deus enim solus est, qui omnia cognoscit: homines autem licet prophetæ sint, multa ignorant. Quapropter male arguit dicens, quod si esset propheta cognosceret illam. Bene Christus, qui Deus erat, hanc mulierẽ & omnia cognoscebat: attamen consequentia istius Simonis non est alicuius momenti. Nonne propheta erat Samuel, & ignorabat quis filiorum Isai esset electus in Regem? Nonne propheta erat Nathan, qui tamen consulens Dauid vt ędificaret errauit: quoniam voluntas Dei erat, vt Salomon ædificaret illud? Propheta, & sanctus erat Eliseus, & dixit Giezi puero suo loquens de illa muliere. Dimitte illam, anima enim illius in amaritudine est: & dominus celauit à me verbum hoc. Sciebat Eliseus tristem illam esse, quia lachrymantem videbat: causam tamen tristitiæ, & planctus fatetur se ignorare. Et Paulus ait. Misi ad vos, vt cognoscerẽ de fide vestra. Et ex parte cognoscit Paulus, & ex parte prophetat, & nunc per speculum videt, & in ænigmate, sed cum venerit quod perfectum est, quod ex parte est destruetur. Nullus enim homo excepto eo, qui propter nostram salutem carnem est dignatus induere, plenam habuit scientiam, aut certã veritatem. Sancti enim viri tantum ea sciebant, quæ illis à Domino reuelabantur: cætera ignorabant. Sic ad singulas visiones Zacharias, & Daniel supplíciter angelum deprecantur, vt exponat sibi, quæ sunt illa, quæ viderant. Ratio autem huius rei in prõptu cogitanti erit, quoniam diuisiones sunt donorum, & gratiarum. Quare nec vates semper prophetabãt, sed quando dũtaxat spiritus diuinus illos arripiebat. Nam si spiritus prophetãdi semper adesset prophetis requisitus cur diceret Amos. Non sum propheta, nec filius prophetæ: sed armentarius puer ego sum, vellicans sycomoros. Hoc dixit (vt Gregorius adnotat) quia ea hora, in qua requisitus est deesse spiritum propheticum sensit: ideo ait. Non sum propheta. Inepte ergo locutus est pharisæus iste dicens, si esset propheta sciret quæ mulier esset illa. Quinetiã si sciret illam esse peccatricem, non propterea contaminaretur: nam quæ sancta sunt contaminari non possunt, nisi vitiorum contagionem sponte participent. Habitauit in Sodomis Loth, & Iob in terra Hus, & plerique alij viri sancti in medio prauæ nationis splendide se habuerunt. Nihil ergo Christo, qui ipsa sanctitas erat, immunditiæ ex colloquio, aut consortio peccatricis mulieris accidere potuit. Nemo inquinare valebat eum, cuius tanta extitit puritas, vt in mundum, hanc tantum ob causam venerit, vt inquinatos, & immundos,

1. *Reg.* 16.
2. *Reg.* 7.
4. *Reg.* 4
1 *Thes.* 3.
Amos. 7.
Grego. ho. 1. *in Ezc. & 2. dialo. c.* 21.

peccati

peccati labe homines, sanguinis sui aspersione ablueret. Sed videamus quã adducat pharisæus iste rationem, quare mulier ista admitti non debeat. Ait. *Quia peccatrix est.* Quam rationem parum prudens homo nõ aduertit contra seipsum pugnare: quoniam infirmi mollius, quàm sani tractandi sunt. Quis enim esset tam demens tamque nullius iudicij, qui duas habens manus alteram debilẽ, alteram vero valentem in omni opere, quod faceret infirmã prius periculo & labori exponeret, valida diligenter asseruata? Inter prudentes homines membra infirma fouentur, molliusque & suauius exercentur, vt conualescant, & milites saucij, aut ægri diligenter curantur & custodiũtur, vt postea pristinum nacti robur, imperatori suo gratiam rependant, sapientissime fecisse dominum nostrum, cogeris ò impie pharisæe, peccatricem Magdalenam ad se benigno accipientem vultu quam olim fortissimam contra dæmonem sciebat viraginem futuram, confiteri. Obserua etiam quod vera iustitia dedignationem non habet, sed compassionem, falsa vero dedignationem, & peccatores contemnit. Boni nãque est, peccatoris misereri, mali autem indignari. Nemo enim tam seuerus est pusillorũ criminum alienorum iudex, quam ille, qui maxime sceleros est: nemo tã perspicax est in alienis moribus discutiendis, quam ille, qui sui oblitus viuit: nemo tanta atrocitate insequitur aliena vitia, quam ille, qui sua vsquequaq; nititur excusare. Deniq; nemo tam acriter accusat proximorũ errata, quam qui multis obrutus sceleribus, quasi torpens, conscientiæ suæ ictus non sentit, aut curat. Vnde & quis clericus aut religiosus humanæ communisque imbecillitate naturæ aliquãdo labitur in peccatum, à nullo tam acriter incusatur quam ab illis sæcularibus, qui concubinarij, vel adulteri sunt. A lij enim, qui sanctius vitam instituunt proximorum honori parcunt, & secum reputant, se quoque simili tentatione aliquando peccare posse. Quin videamus vter iustior erat Christus an pharisæus? facilis responsio est. Christus dominus Dei filius non solum bonus, sed ipsa bonitas summa cũ benignitate peccatores suscipit, illorumque miseretur: at pharisæi superbe & arroganter illos insectantur & projiciũt. Sic etiam Dauid fecit Semei, quem pœnitentem veniamque implorãtem sæuus Abisai morte puniendum iudicabat: verùm pius Dauid supplicem vita donauit, eumque in amicitiam recepit suam immeritum. Verissima igitur est hæc. D. Gregorij sententia, veram iustitiam compassionem habere, falsam vero dedignationem. ¶ Pono hypocrita hic, qui pius videbatur, & Christo opera pietatis administrabat, intus plenus erat omni malitia, & fraude, ideo indignabatur. Quapropter Christus dicebat illis: Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui comeditis substantiã viduæ, orationes longas orantes. Væ vobis, qui similes estis sepulchris dealbatis. &c. Hi sunt Gabbaonitæ, qui habentes sotulares veteres, vtres scissos, calceamenta perantiqua, & panes duros portantes fefellerũt Israelitas. Sic hypocritæ simulant sanctitatem aspere induti exterius incedentes, fraudulẽter interius sicut Gabbaonitæ. Ita hic pharisæus exterius pius apparebat, & liberaliter Christũ inuitabat: verum interius venenum premebat, quo indignabatur contra illam peccatricem mulierem, quod non faceret, si, vt videbatur, reuera bonus esset, ac iustus. Denique non modo in dominum peccauit, illum negans esse prophetam obiurganstq;, quod peccatricem suscepisset mulierem: sed etiam, in illam mulierem: quam cum verè iam esset pœnitens immerito peccatricem appellauit. Verum ille male de illa iudicabat, quia erat deprauatus affectu. Vt enim solis radius per vitrum varijs depictũ coloribus, ingrediens, vitri colores, non autem suum repræsentat, vt cum sol sit vnus atque idem, diuersus tamen pro colorũ varietate appareat: sic homo affectu corruptus non veros ac natiuos colores factis tribuit, sed qualis est eius affectio, tali colore rẽ ipsam depingit. Ingrediẽs enim iudicium per affectum, ipsius affectus colorẽ ostẽdit. Vnde videbis eadẽ, quæ in vno laudantur, in alio vituperare. Prudẽter equidẽ Agesilaus, vt est apud Plutarchum, quoties audiebat aliquos de aliorum laude, aut vituperio testimonium dicere, existimabat non minus esse inquirẽdos & discẽdos eorũ mores, qui loquebãtur, quam eorũ, de quibus verbã faciebant. Sic iste affectu deprauato talia de Magdalena loquebatur & talia de domino sentiebat, qualis ipsius animus erat. Quia Christo inuidebat, iudicauit non esse prophetã: & quia Magdalenã dedignabatur, dixit peccatricẽ esse, Euãgelista autẽ nõ dixit

2. Reg. 19.

peccatrix est, sed peccatrix erat. Olim enim peccatrix fuit, sed quãdo erat in domo pharisæi, iam non erat peccatrix illa, quæ per veram pœnitentiam iustificata est. Hic autem pharisæus dixit, peccatrix est de præsenti: si dixisset peccatrix fuit, vel erat bene vtiq; dixisset, sed cum ait peccatrix est, mentitus fuit. Non videbat hic pharisæus in Magdalena opera peccatricis, sed sanctę. Quia fugere peccata, pœnitentiã agere, pedes dñi lassatos vnguento vngere, & humiliter in terra sedere, hæc opera nõ erant peccatricis, sed sanctæ mulieris. Quare immeritò illam peccatricem vocauit quam tam bonis intẽtam operibus videbat. Similes sunt quam plurimi hodierna die homines huius pharisæi principes præsertim ac reges, quos si eliens qui spiã aliquando læsit raro, apud eos bonã generare de se potest opinionem, quantũcunq; correctior deinceps appareat, semper enim ab illo timent, & suspicantur malũ. Hoc autem eo fit, quia nunquã præsentẽ, sed semper præteritã vitam respiciũt: vnde eum qui semel deliquit, sępius delictum autumant. Qua in re quantũ errent nemo non videt. Nam dic mihi, qui hodie errauit, cras non poterit iustificari? Si qui delinquit etiã nunc in delicto manet, merito peccator censebitur, sed si pœnitet, cur non in piorũ numero habebitur? Iniq́ue igitur fecerit pharisæus hic, qui mulierẽ iam ad meliorem vitæ frugẽ conuersam, peccatricẽ ausus est vocare. ¶ Docemur, hinc vt neminem, quantũcunq; peccatorẽ contẽnamus, fieri enim potest, vt qui hodie peccator est, cras sanctissimus euadat. Quis quondã Paulum vidit tantũ Ecclesiæ catholicę aduersarium qui iudicaret tantũ Apostolũ futurum, vt vas sanctitatis, & electionis posset nũcupari? Quis latronũ tantus vnquã patronus extitit, qui eum, cuius vita omnis rapinis & fe rissimis latrocinijs consumpta fuit, ad eam aliquando viuendi conditionẽ peruenturũ putaret, vt summã fœlicitatẽ assequeretur? Difficile quippe creditu est, nisi ipsum dominum, testantibus Euangelistis, dicentem audiremus. Hodie mecum eris in paradiso. Rursum quis putaret, mulierem peccatricẽ famosamque in omni populo, ad tantum scansuram sanctitatis culmẽ, vt mereretur, in Ecclesia Dei & esse, & vocari exemplar sanctitatis, speculũ pœnitentiæ, dux errantium, & prædicatorum gubernatrix, cuius nuncio Apostoli certiores facti sunt de Dominica Resurrectione, quibus dotibus vsque adeo sponso suo Christo placuit, vt præter vnam virginem matrem, omnium fœminarum fortunatissima dici possit. Nemo igitur quantumuis desperatis videatur moribus contemnendus est, potest enim conuerti, & bene viuere. Quare temere iudicauit pharisæus iste, siquidem eam bene agẽtem peccatricem esse reputauit, quam etiã peccantem contẽnere non debuisset. Cùm ergò Deus potens sit de summe sceleros is hominibus, sanctissimos creare, & glorios os, potius cõmisereri quã contẽnere peccantes debes: nescis enim cuiusq; finem, ante quẽ nemo, aut bonus aut malus dici potest. Imo quia (vt ait Apostolus) omnes alter alterius membra sumus iuxta legẽ naturæ, tenemur ægrotãti membro quouis modo possimus subuenire. Sed iam ad cõtextũ reuertamur. *Et respondens Iesus dixit ad illum.* O immẽsam & ineffabilem misericordiam, bonitatẽque diuinam. Accusantibus scribis & pharisæis coram Pilato nihil respondit saluator: adeo vt ipse præses eius patientiam, mirareturq; silentiũ. Nunc vero ille, qui famã & honorem suum tueri nõ curauit contra importunissimos calũniatores, peccatricis mulieris iniuriam non sustinet, eiusque suscepto patrocinio conuiciatoris argumẽta diluit. Generosa quippe liberalitas & tanto patrono digna, qui non contentus fuit peccatores benigniter recipere, quin etiam eorum propulsat iniurias, quas molestiori animo fert, quàm si sibi ipsi inferrentur. Quod, vt iam diximus, vel ex eo patet: quoniam qui pro se non responderet, respondẽs pro hac muliere, arguit pharisæum. Sic etiam Saulo Ecclesiæ persequutori dixit. Saule, Saule, cur me persequeris? Ehò Domine, cum eras crucis affixus, flagellatus consputus, vulneribus innumeris saucius siluisti, neque tortoribus verbũ vllum, aut querelam, aut minas fecisti: nunc vero vsque adeo expostulas in cælo regnans ob contumelias tuis illatas? Quid est in causa? Enimuero tanto arsit Dominus in nos amoris igne, vt pro nostra salute leuissima iudicaret omnia, quæ in sacratissimo corpore patiebatur tormẽta: nũc autem exiguã non fert suis factã iniuriam, quorũ causa ille multas tulit cõtumelias innumeros q; cruciatus. Incredibilis est horũ fauorũ magnitudo, siquidẽ adeo clemẽs est Dñs, vt taceat in iniurijs suis, & in alienis indigneturr. Quis igitur erit tã duro & obsti

1. Ioan. 15.

Act. 9.

nato

nato corde, qui vidēs tantā benignitatē nō cōuertatur? Quis se non tradet spōte sua in pijssimas eius manus, qui prætermissis contumelijs suis, alienas propugnat iniurias? Hæc sanè cōsideratio debuisset sufficere vt ad Deum conuerteremur, illiusq; ad pedes prouoluti omnem curā sæcularē obliuisceremur, qui tutissimum asylū & confugium nostrū est. In hoc igitur potētissimo confidamus propugnaculo, insurgētis in nosmū di minas contēnentes, nā, (vt Paulus ait), si Deus pro nobis quis contra nos? Sanctus quoq; Iob inquit, Pone me dñe iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me. Dauid etiā ait, Dñs protector vitæ meæ, à quo trepidabo? ¶ Præterea non solum pro honore Magdalenæ respondit, sed etiam pharisæū male retractat, & illum confundit. Non enim tam gratum hominibus est, vt eos diligas & eis benefacias, quàm si etiam illorū inimicos arguas & confundas. Quod quia Deus nouerat, cum olim referret Iudæis collata beneficia, dixit, Vos vidistis quid fecerim Ægyptijs. Et per Malachiam etiā dixit illis. Dilexi vos. Quærunt in quo hoc est, quæ signa dilectionis ostendis nobis? Esau (inquit) odio habui, & posui montes in solitudine. &c. Et in primo Regū scriptū est Saulē equitibus suis dixisse. Nō est qui doleat vicē meam ex vobis, nec qui annunciet mihi, eo quod fuscitauerit filius meus seruū meū aduersum me insidiantem mihi vsque hodie? Quanquam Saul sæpe sæpius expertus fuerat famulorum suorum fidelitatem, tamen ea contentus non erat nisi etiam Dauidē, quem ipse persequebatur, eodem modo persequerentur & odio habe rēt. Eodē ergo pacto se habet hic dominus vt ostendat se in omnibus Magdalenæ amicissimū non modo eā excusat à crimine falso obiecto, verum etiā iniquū calumniatorem pharisæū accusat, verā in eū retorquendo crimina. Qua in re rite perspicies Dei bonitatem, qui tanta cura & solicitudine suos ab omni calūnia tuetur. ¶ Duo autē ex hoc loco documenta colligimus. Primò discamus oportet in tribulationibus, persecutionibus & murmurationibus malorum quæ nobis objiciūtur ab inimicis & æmulis, tacere, patientiāque habere, Deo vindictam relinquentes iuxta illud, quod ipse ait. Mihi vindictam & ego retribuam. Quod si tu teipsum vlciscens vindictā anteuerteris tacebit vtique dominus: verū si tacere malueris, Deus pro te pugnabit. Sic fecit & sapiēter quidē hæc modestissima fœmina, quæ taciturnitate sua, Christum patronū consti tuit sibi. Vter est ad vindictā sumendā potētior: Deus an tu? Certe Deus. Vter maior honor, per seipsum vindictam sumere, an Deum habere vltorem? Certe hic. Si igitur Dei potētia ad vindicandū maior & vindicta honorabilior sapienter facies, si iniurias tuas Deo vindicandas reseruāris. & huius mulieris exēplo tacere malueris, quā cum ignominia, aut certe cum minori laude vindicari. Tacuit Iacob, sed locutus Deus pro illo Labā minatus est. Tacuit Susanna, nec præsto fuit Deus qui illā patrocinatus defendit. Nihil respōdebat Moses fratribus suis Aaron & Mariæ murmurantibus: sed nō defuit illi in tali casu Dei patrocinium. Tacebat Iob exprobrantibus amicis: verū Deus causam illius agēs grauiter eos obiurgauit laudans serui sui sanctissimi Iob mirabilē patiētiā, inquiēs Iob pro illis orauerit. Tacebat demū Magdalena Christo pro illa respōdēti. Quod si dixeris, pharisæus intra se loquebatur, ideo non colligit væ ex hoc loco Magdalenam patienter tacuisse, siquidem pharisæum murmurantem non audiuerat. Ad hoc respondetur: etiam si ex verbis ipsius pharisæi non collegit Magdalena explicatissime contumeliam sibi illatā, tamē quia ex verbis inter Christum & pharisæum vltro citroq; habitis coniectari potuit, & nihil inde mota in pio perstitit officio, nihilò minore digna laude est. ¶ Discimus secūdò ex hoc loco eā esse naturam, & conditionē murmurationis, vt plus emolumenti, quā damni illis, in quos intenditur afferat. Quare verè dicere possumus Magdalenā multo fuisse maiori obstrictam debito pharisæo illi murmurāti, quā si ipsam laudasset, eius enim murmuratio, Deū fecit esse patronū. Quo quid fœlicius? Nam procul dubio si pharisæi animo infedisset Mariā laudare: nō esset cur Christus loqueretur: sed quoniā murmurauit, Christū sibi opposuit defensorem: quo facto mulier illa tāto dignata fuit patrono. Pl° igitur cōmodi illi attulit murmuratio, quā laus affere potuisset. Vt optimè expēdit Origenes in Numeris, nullo tēpore accepimus Moysen vsque adeo à Deo fuisse laudatū, quā tēpore Aarō & Maria fratribus murmurātibus cū honor periclitabatur. Quod quodecimum

Rom.8.
Iob.17.
Psal.26.
Exo.19.
Mala.1.
1.Reg.22.
Deut.32.
Zacha.9.
Rom.11.

Numerorum caput legenti facilè patebit quantis contra fratres suos Moses à Domino fuerit laudibus ornatus. Maria seipsam lepra infecit, Mosem fratrē suum laude decorauit, sibi ignominiā & opprobriū, fratri gloriam & honorē peperit. Eodē ergo modo, quo olim Dñs pro Mose stetit, tuetur, & nunc honorē famulæ suæ Magdalenę: & quēadmodum tunc Aaron & Maria lauda to fratre Mose confusi sunt, ita modo pharisæus celebratis Magdalenæ egregie laudibus pudibundus discessit. Quin quēadmodum, qui candelam digitis emūgit seipsum digitosq; inficit fumo, fungoque cōpresso, at ipsam multo reddit clariorem, sic pharisæus iste Magdalenæ mores perstringens nitidiores fecit, & semetipsum retortis à domino eisdem argumentis inquinauit. Hoc idem tibi cōtinget quoties de proximo tuo murmuraueris, illi enim proderis, tibi autē nocebis. Nam omnes, qui in alios maledicunt, illos multo clariores, & nitidiores reddūt. Sed quid dominus dicat huic pharisæo, audiamus. *Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille dixit, Magister dic.* Vide hic & considera Christi benignitatē maximā, Hominē superbū & inuidum, qui Christum dominū, ac si nō esset propheta, contēnebat, leniter, & mansuete alloquitur, & volens illum corrigere, nō conuitijs, aut iniurijs, sed blando illum compellat sermone. Ideoq; eum proprio nomine nominat, in quo suam lenitatē ostendit, tum illū nominādo, tum etiā quasi postulādo ab eo loquendi facultatē. Scriptum est enim: Corripiet me iustus in misericordia & increpabit me: oleum autē peccatoris nō impinguet caput meum. Docet etiā hic Christus saluator noster, vt quo ad possimus, cōiuiorum murmurationes abscindamus. Nam D. Augustinus corā mēsa suā hos duos versiculos fecit inscribi. Quisquis amat dictis absentum rodere vitam, Hanc mensam indignam nouerit esse sibi. Eodē ergo modo qui vere sanctorum esse vult imitator omnino debet maledicētium consuetudinem, & sermones effugere. Sed procedamus. Ait ergo dominus huic pharisæo. *Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis, vnde redderent donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit?* Fœnerator ille Dominus est, qui veniens ad mortem vniuscuiusque pecuniam exiget cum vsura gratiarum. Debitores autem isti sunt Simon & Maria. Potest etiam dici, quod nos sumus Dei debitores, quia omnes illum offendimus. Nam si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Dicuntur autem peccata, debita, non quod ea debeamus, vel Deus hæc à nobis exigat: sed ideo peccata debita vocātur: quia nō fecimus, quod debuimus facere: & ob hoc iudicij pœnam debemus. Et sicut pecuniam, quam quis debet creditori, si non soluit statuto tempore dupliciter incurrit debitum, supra pecuniam, quam debet: nempe debitum culpæ, eo quod non soluit, per quod fecit contra charitatem & fidem, & offendit creditorem: & debitum pœnæ, quam debet iudici, eo quod contra iustitiam exigit. Sic, eo quod non fecimus debitū nostrum Deo, cui obligati sumus, contrahimus duo mala, videlicet, peccatum siue culpam, & reatum siue pœnam. Et hæc duo nomine debiti intelliguntur. Ideo rectius in oratione Dominica dicimus, Dimitte nobis debita nostra, quia debitū plus est quam peccatum. Nam per debitum petimus dimissionem culpæ & pœnæ, at per peccatum dimissionem tantum culpæ. Nam peccatum multoties dimittitur quo ad culpam manente pœna, vt patet in Exodo, cum dimittebatur populo culpa cōflati vituli, Mose orante pro eis. Et post remissionem culpæ dixit dominus Mosi. Ego autem in die vltionis visitabo hoc peccatum eorum. Percussit autem Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron. Sic etiam Dauidi peccatum dimisit dominus quoad culpam, non quoad pœnam. Ideo dixit illi Nathan. Dominus quoque transtulit peccatum tuum: non morieris. Veruntamen, quia blasphemare fecisti nomen Domini, &c. Non habebant autem vnde redderent, quia nemo ex suis viribus secluſa Dei benignitate soluere Deo potest: nemo potest ex se satisfacere pro peccatis, nisi illi gratia Dei suppeditet vires, & præsidium. Non enim sumus sufficientes ex nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quid enim habes, quod non accepisti? Iam si accepimus, donum Dei est: si donum Dei est non ex nobis, perinde atque ex nobis proficiscitur, sed ex præueniēte, & cooperante gratia, cui potissimum ferri acceptam oportuit, & conuersationem nostram, & satisfactoria opera. Agit hic multis

Gregdi.16. mora.cap.2.
1.Ioan.1.
Exo.32.
2.Reg.12.
2.Cor.3.

Tit.3. multis argumentis Paulus quando dicit, Nō ex operibus iustitię, quę fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Et ad Ephesios. Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Quibus liquido constat & Christum & Paulum loqui de eo statu quo peccatores sumus alienique à Deo, non autem de eo, quo amici Dei sumus. In eo siquidem statu, quo gratiam consequuti, bene operamur, multis modis satisfacimus, reddimusque quod debemus. Reddimus enim Deo quod Dei est animam scilicet, & corpus, preces, vota, & id genus alia ex charitate erumpentia opera. Redde inquit Dauid, altissimo vota tua. Et iterum. Quid retribuā domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam: vota mea domino reddam. Oseas etiam: Reddemus vitulos labiorum nostrorum. Sapiens etiam. Si quid voueris Deo, ne moreris reddere. Quo etenim colligimus longo interuallo eos aberrare à vero, qui nihil posse à nobis Deo reddi autumāt. Reddimus enim ei ieiunia, eleemosynas, &c. & quicquid boni cum eius auxilio operamur. ¶ Ait itaque non habentibus vnde redderent: quia animum peperam ærī obstrinxisti alieno, quia vendundatus es sub peccato. Iam quoniam sub peccato venundatus es nihil Deo dignum repensare potes, nisi liberes saluatoris beneficio. Et hoc est, quod ait. Donauit vtrisque: intelligē per Christum, qui est sanctificatio nostra. Nam vt Paulus ait, proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis tradidit, &c. Et hoc ex sua maxima misericordia: quia apud dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius. Potest homo per se peccare, non tamen Deo reddere nec ei satisfacere sine eius auxilio: sicut nec resurgere à peccato. Interrogat igitur Christus Simonem. Quis istorum duorum debitorum plus diligit, ille cui dimisit quingentos, aut ille, cui dimisit quinquaginta? *Respondens Simon dixit, Æstimo quòd is, cui plus donauit.* Nam iuxta naturalem legem ille, qui plus accepit plus debet diligere. Magis enim teneor illum obseruare & colere à quo pluribus sum affectus beneficijs: quam illum à quo pauciora in me cōstant munera, & per consequens illum pluris facere multoque magis amare debeo. Quare bene respondisse pharisęū patet: vnde & à Christo eius responsio approbata fuit. *At ille dixit ei, Recte iudicasti.* Hinc discamus veritatē à quocunq; dicatur, magnifacere & amplecti. Veritas enim (quæ eius dignitas est) nec odio aut vilipensione authoris est metenda, nec vlla de causa repudianda. Quanquam multi sunt hodierni die contrafacientes, qui siquem odio habent omnia eius opera & artes insania & vitiosa iudicant (tantum potest animi affectio prava) nec vlla ratione inducipossunt vt credant quæ bene aut laudabiter inimici faciunt nomine aut laude vlla esse digna. Itaque suauissime canentem, recte dicunt: doctissime concionantem, vt vel Pauli æmulus videatur fridula perstrepere, inania quę verba effutire insimulant, ingeniose docentem nihil (inquiunt) eruditum, nihil nouum, sed omnia mendicato accepta profiteri murmurāt. Quod indignē ferendum q; nefas est. Fieri enim potest, immaiori ex parte ita accidit, vt qui inuidus, reprobilis est, in alio sit laude dignus. Est exemplo nobis est pharisæus iste, qui cum aliquis inuidus, superbusque esset: tamen, quia hic sapienter loquutus est, à Christo dominō laudem & honorem sententiæ fuæ reportauit. ¶ Ex hoc etiam quod Christus approbat sententiam Simonis hominis arrogantissimi sequitur non omnia infidelium opera esse peccata putanda, imò esse multa in eis opera à peccato immunia, vt potequæ à recta ratione vel elicita sunt, vel executioni mandata. Neque enim interijt omnibus mortalibus recti & honesti iudicium: id quod cernere licet in philosophis plerisque & alijs pluribus reipubblicæ moderatoribus. ¶ Sequitur secūdo hominem extra gratiam positum multa agere & dicere, quæ de genere morum bona sunt iusta, ac naturali legi cōsona. Si vos (inquit Christus) cum sitis mali nostis bona facere, &c. Sed iam ex hac Simonis responsione concludit Christus suum argumentum. *Et conuersus ad mulierem dixit Simoni.* Conuertit faciem suam ad mulierem secus pedes eius stantem: quoniam etsi cum pharisæo loquebatur, in illam tamen sermo tendebat. Spiritualiter etiam se conuertit ad eam per contemplationem mentis suæ pijssimam & maiorē gratiæ infusionem. *Vides hanc mulierem?* Attende ad fœminam istam valde notabilem: cuius gesta cōsideratione dignissima sunt: in qua sicut prius abundauit culpa, nunc abundat & gratia. *Intrauí domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti.* Ego intraui in domū tuam, ista tamen quæ fuit me in domo aliena. Et tu aqua, quæ in promptu est pedes meos lauare non fecisti: cum tamen hoc ex consuetudine hospitalitatis existat. Mos enim erat antiquis, vt cum aliquis inuitabatur ad prandium, pedes illi lauarentur, antequam discumberet, & postea cibus apponebatur. Sic Abraham cum angelis fecit. Afferam, inquit, pusillum aquæ, vt lauētur pedes vestri, ponam buccellam panis. Loth etiam idem fecit. Laban quoque legitur dedisse aquam ad laudandos pedes virorum & camelorum, qui cum seruo Abrahę venerant. Sic etiam, vt in libro Iudicum habetur ille senex, qui leuitā, & vxorem eius suscepit hospitio, prius lauit pedes eorum, & postea dedit conuiuium. Paulus quoque laudat viduam, si hospitio accepit, si sanctorum pedes lauit. Ex hac consuetudine credo Christum lauisse pedes discipulorū suorum, & non post cœnam. Et cum ait Ioannes. Et cœna facta, ideſt, parata: surgit à cœna, ideſt, antequam cibum caperet lauit pedes discipulorum. Itaque cum hæc essent in consuetudine apud antiquos, præcipue debuit fieri Christo qui incedens nudis pedibus, habuit eos lassos puluerosos & afflictos. Sed hoc, quod Simon non fecerat, fecit hæc mulier: ideo ait. *Hæc autem lachrymis rigauit pedes meos.* Quod tu aqua, quæ in prō ptu est, non fecisti, hæc lachrymis fecit suis: cum tamen lachrymæ ab interiori affectu procedētes multo difficilius summoq; cum labore extorqueri soleant, in ea præsertim copia, vt lauandis pedibus sufficiant. Ex quo patet quanto interuallo, in me honorando mulier ista te superauerit: siquidem tu nec aquam pedibus meis defatigatissimis dedisti, illa autem lachrymarum profluuiū exhibuit. *Et capillis suis tersit.* Quo claret quantum nunc crinium suorum prisli-

des illis abstergere nō dubitat: non obstante communi omnium fœminarum consuetudine in capillorum cultu & ornatu in primis gloriantium. *Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos: oleo caput meum non vnxisti, hæc autem vnguento pedes meos vnxit.* Pluris mulier hæc fecit pedes meos, quam caput suum. maioremque habuit rationem pedum meorum, quam tu habuisti capitis mei. Nam tu caput meum vngere non curasti, hæc vero summa cum solicitudine pedes vnxit, cum tamen caput longe sit pedibus dignius.

¶ Expende autem quam gratus sit Dominus, qui non solum cultum sibi exhibitum laudat, verū etiam minimas circunstantias: vt magis exaggeret, quod eius causa facimus magisque in nobis laudandis immoretur. Eo etiam modo non contentus Dominus, quod sumimatim Magdalenæ prædicasset officia, sigillatim vniuscuiusq; valorem & circunstantias, nulla excepta, explicare prosequitur. Ita fecit olim idem Dominus laudans Abraham sacrificium facientem: nihil enim prætermisit, de quo illum laudare posset. Non solum enim dixit, quia sacrificare Isaac voluisti, sed ait, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnico propter me. Nec contentus, filio, dicere, sed vnico, dixit & tuo, quo maior Abrahæ laus euaderet. ¶ Obserua etiam Dominum ita accipere, tantaque benevolentia admittere obsequia pœnitentum, ac si gratis ei fierent, & nō ex debito, cum tamen nihil Deo præstare possimus, quod non iam multo antea debeamus. Quemadmodum namque illum hominem præ omnibus hominibus gratissimum iudicaremus, qui pro ijs, quæ sibi alias essent debita, non minus gratias ageret, quam si gratis acciperet: ita & potiori ratione Deum erga omnes benevolentissimum dicere possumus, cuius eximius in nos amor neminē indonatum esse sinit, cum nihil illi præstari possit, quod suum non sit. Hæc vero in hac muliere plane videre possumus. Obsequia enim, quæ præstare tenebatur nōminorem apud Deum gratiam inierūt, quam si spontanea essent, non debita. Quod vel ex laudibus, quibus à Domino cōmendatur, quiuis dijudicare poterit. Præterea tanto odio prosequitur Deus inuidos, vt sæpenumero iustos extollat causa inuidos plectendi. Quare, vt qui inueteratā dæmonis inuidiam nouerat, Iob coram illo iustitiam commendauit Deus. Sic etiam laudauit Mosem coram Aarō & Maria eius germanis: quia Mosis glorię inuidebant. In hunc ergo modum laudat hāc mulierē in præsentia istius pharisæi, quem inuidissimū esse Dominus proculdubio nouerat multo ante. O inuidissime, meadeo captum esse conuiuio, quod mihi præstitisti, vt tibi præter omnes obnoxius sim: falleris profecto. Hæc enim mulier me longe lautius inuitauit. Tu nanq; ea mihi inuitato

Gene.22.

Iob.1.

Nume.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

apposuisti, quæ terrena cõmunia sunt etiã infimis hominibus: illa vero non protrita, non vulgaria mihi ministrauit obsonia, sed quæ Angelis ipsis in vsu sunt. Primũ mensam mappis pœnitentiæ strauit, quibus panem cordis humiliati, & contriti sectum doloris cultello imposuit: lachrymas deinde eluxit, quibus pocula mihi suauissima miscuit: addidit præterea singultuum suspiria numque harmoniam non vulgarem. Quare non est, cur in me inuitando, conuiuium tuum cum huius mulieris conuiuio contendere possit. *Propter quod dico tibi, remittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multum.* Concludit cum hoc argumentum. Verum difficultas hîc non exigua consurgit ex verbis Domini. Et videtur Dominus non apte argumenti sui periodum concluſisse, imò contrarium probandi demonstrasse. Dixerat enim superius, cui plus dimittitur, plus diligit, & cui minus dimittitur, minus diligit, quibus verbis sane visus est ostendere, dilectionem esse effectum, beneficij accepti, beneficium autem causam dilectionis. In cuius exemplum debitores adduxit qui multum dilexerunt: quia remissa fuerunt illis debita multa. Nunc vero contra videtur in huius mulieris laude se habere: non enim dicit, dilexit multum, quoniam dimissa sunt ei debita multa: imò oppositũ asserere videtur: nempe, quoniam dilexit multum, dimissa sunt ei peccata multa. Ad hanc difficultatem multi multis modis satisfacere conantes non satis videntur dubitationem tollere. Quare si quid ego (quæ ingenij mei imbecillitas est) dignum re tanta efferre possum, dixerim coniunctionem illam, quoniam, hoc in loco nõ causam, sed effectũ dicere. Vnde verba illa Dñi, dimittuntur illi peccata multa, quoniam dilexit multum eandem vim habẽt, ac si dixisset, Dimittuntur illi peccata multa, ideoque dilexit multum. Sic etiam sumitur in Psalmo sexto decimo, vbi Regius psaltes Deũ alloquitur dicens. Ego clamaui, quoniam exaudisti me. Nunquid ea de causa clamauit, quia exaudiuit illum Dominus? minime, sed potius è diuerso, ideo fuit exauditus, quia clamauit, priùs enim clamauit, & postea exauditus est, quo in loco, quoniam, sumitur pro, ideoque, & sensus est. Ego clamaui, ideoque exaudisti me. Similiter hîc, quando dixit Dominus, dimissa sunt ei peccata multa, quoniã dilexit multum, idem est, ac si dixisset. Dimissa sunt ei peccata multa, ideoque dilexit multum. In Græco etiam originali habetur (ὅτι,) quæ dictio significat quamobrem qua propter, vel ideoque. Sensus igitur est. Dimissa sunt ei peccata multa, quamobrem dilexit multum. Et iuxta hũc sensum (quẽ verum esse censeo) nulla manet difficultas, nec est aliqua ratio dubitandi, nam si le cui plus dimittitur plus diligit, quia huic mulieri dimissa sunt multa peccata, ideo dilexit multum. Itaque priùs fuit dimissio peccatorum, & posteà secuta fuit dilectio, sicut in illorum debitorum exemplo patet, qui eã de causã dilexerunt, quia à debitis suis absoluti sunt. ¶ Igitur, quia dimissa sunt ei peccata multa, sic Christum amore prosequuta est, vt vna virgine matre excepta inter omnes mulieres summũ dilectionis gradum meruerit. Huius autem amoris argumenta non raro, imo sæpenumero ostendit Magdalena, quæ omnia longum esset recẽsere. ¶ Primum namq; ignei amoris sui indicium tulit, quando primò resurrectionis dominicæ manè accedentes ad sepulchrũ Petrus, & Ioannes abierunt post modum, illa vero nusquam discesſit, donec dominum resurgentem à mortuis vidit, in quo illis fortunatior fuit, quoniam etiam in amore longe vehementior. In quo non minima dignũ consideratione puto huius beatissimæ mulieris amorem, non modo ausa est cum primarijs Christi Apostolis in amando domino concertare, verum etiam ipsos superare potuit. Ideoque in eius persona canit ecclesia. Recedentibus discipulis ego non recedebam, & amore illius fuecensa æstuabam desiderio. ¶ Secundò patet eius dilectio ex diligentia, quam impendebat in vnguentis ad Christum vngendũ præparandis. Nam quãquam Nicodemus Domini tumulator diligẽtissimus centum myrrhæ & aloes libras attulit, quibus tamen superque vnguenti fuit, amor tamen Magdalenæ non eo contentus est, quin plus afferret. ¶ Tertiò illum, quem hortulanum putabat, vocabat Dominum dicens, Domine, si tu sustulisti eum dicito mihi. Quis hortulanum Dominum vocaret? Habebat quidem animum tanto alienatum amoris incendio, vt nec sciret cum quo loqueretur. Quare mirum non est si hominem tenuis fortunæ, & conditionis, vt videbatur, tam honorifico compellet sermone, nihil enim ingens amor recusat; dummodo id quod cupit consequi possit. ¶ Quartò quantum Dominum amaret patefecit tum demum, quando dixit se corpus dominicum portaturam, quod cum impossibile fere esset, mulieri præsertim infirmę, patet omnia hęc esse, quasi quasdam feruentissimas scintillas, quæ ab igneo cordis amore circunquaque spirabantur. Nõ timuit pharisæorum, aut principum sacerdotum indignationem qui re audita illam statim capitali plecterent supplicio, quia vero amori sicut nihil impossibile, nihil etiam formidandum videtur. Dixit ergo, si tu sustulisti eum: quæ sane verba cum essent obscura, facillima putauit intellectu, non enim animaduertebat, quid alij putarent: adeo in sua tota cogitatione immersa rapiebatur. Sed de his iam sit satis, sequentia videamus. *Cui autem minus dimittitur, minus diligit.* Non parua hîc statim se se offert difficultas. Dicet aliquis. Ergo, si cui minus dimittitur, minus diligit, è diuerso, cui plura dimissa sunt, magis diliget, & sic peccator, cui multa peccata dimisit Deus magis diligit, quam innocens, qui nunquam peccauit, vel quam ille, qui pauciora commisit, & per consequens latro, qui pependit in cruce plus diligit Deum, quam Ioannes Baptista, & Magdalena, quam virgo Maria mater Dei. Ad hanc tamẽ difficultatẽ breuiter respondeti potest, amorẽ, quo in aliquẽ afficimur multis modis posse cõsiderari, varijsq; causis & respectibus procedere. Quod vel hoc exẽplo perspicuum erit. Chirurgus quidam. (Hæc enim pars medica præsentia tantum damna reparat, ingruẽtia verò, non propulsat. Verbi gratia, Chirurgus sua arte aliorũ casus non impedit, fractiones ossium, nervorum dissolutiones, vel luxationes membrorum, hoc enim officium est & obsequiũ patris, vel curatoris, vel amici, aut etiam domini famulum plurimum diligentis.) Sit ergo Chirurgus quidam qui hominem læthali faucium vulnere mira sanauit arte, curauit etiam filium leuiter percussum in digito negotio facili, posteà vtroq; vulnerato contendẽtibus, vter Chirurgum plus diligeret exurgit quæstio, ait extraneus. Ego magis Chirurgum meum amo, quàm tu, quia à maiori multo, quam tu, sum per illum infirmitate liberatus. Cõtendit altera ex parte filius. Et si tu ea de causa patrẽ meum diligas, ego tamẽ alias habeo multo plures, qui

bus, illum amem, & quoniã genuit & educauit me, & etiã quia curauit. Hoc pacto Chirurgus hic in quantũ Chirurgus plus amatur ab extraneo quã à filio, at verò in quantum pater plus amatur à filio, quã ab extraneo: verũ quoniã in non paternis maior semper conferi debet amore medicatiuo (ajo) longe amantior nõ esse filium Chirurgi, quã extraneum. In hunc ergo modum Deum amare possumus peccatores, vt Chirurgũ innocẽtes, vt patrẽ, & sic nihil sanctissimæ virgini, aut Ioãni derogatur. Illa enim dilexit eum plusquã omnes vt dominũ, & patrẽ, non vt Chirurgũ aut iustificatorẽ, nihil enim peccauit innocẽtissima, pro quo curãdo Chirurgi indigeret. Baptista etiã Dominũ dilexit in quantũ patrem & dominũ, & sic plusquã Magdalena, & latro, quoniã labis expers fuit peccati. Hæc autẽ de illis dici nõ possunt. Nam Magdalena ab innumeris lethalibus q; saucia peccatorũ vulneribꝰ medicinam à dño & salutẽ impetrauit, latro item in cruce pendẽs in extremo vitæ suæ curriculo veniã omnium peccatorũ suorum obtinuit. Quare multum quidẽ diligunt dominũ vt Chirurgũ suum, verũ non adeò vt conferri in dilectione cũ virgine matre, aut Ioãne possint, qui cũ præstatiores diligẽdi habeant causas, plus diligãt est necesse. Maria enim virgo multis à Deo, ab vtero matris suæ dotibus ornata ad summũ omnium mortaliũ amoris fastigiũ obligata mãsit, ad quod tandẽ diuina cooperãte gratia peruenit. Ioannes item in ventre matris sanctificatus cæteris omnibus hominibus in dilectione antefertur, præter illam virginem intemeratam. Ex dictis satis superque omnem dubitationi difficultatem sublatam esse intelligo, nec obstant verba illa, cui minus dimittitur minus diligit. Nam ea ratione verum habent, non tamen impediunt, quin aliquis alia de causa, quẽuis aniet multo ardentius, quàm debitor creditorem suũ, vt in exemplo superius posito, & in virgine matre, ac Ioãne modo probauimus, qui Deum, in quantum patrem & Dominum amantes longe latronem & Magdalenã superarũt, qui dominũ, vt Chirurgũ amabãt, minoribus causis, minorẽ effectũ imponentes. Sed iam ad contextum. *Dixit autẽ ad illã. Remittuntur tibi peccata tua.* Vide Christi modestiã, qui cum ipse peccata dimittat nõ inquit. Ego dimitto tibi peccata, sed dimittũtur tibi peccata tua. Omnia (inquã) peccata

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam vt D. Augustinus ait, in libro de pœnitentia, impium est à Deo expectare dimidiã veniam. Post multas lachrymas hoc audire meruit indulgentiæ verbum, at sereNata est mens eius. Quemadmodum vbi vehemens imber prorpuit fit serenitas, sic lachrymis effusis apparet tranquillitas animi & periit caligo reatuum. Videautem iudicis clementiam in peccatores respiscentes. Nihil enim moratur pharisæorum temeritatem, nõ authoritatem extimescit eorũ, qui omnibus erant admirationi, sed constanter pro peccatrice pronuntiat. Dimittuntur tibi peccata tua. O miram Christi benignitatem, & humanitatem. Discant principes, & prælati Christiani, non ab arrogante phariseo superbiam, sed ab humillimo Iesu modestiam & mansuetudinẽ, nec velint nimia acerbitate subditos perdere, sicut pharisæi miserum Iudã. Vt enim qui vasa vitrea maculis contaminata mundare, & ad perfectũ nitorem perducere volunt, non debent dure manus applicare, ne forte dum abstergunt rigida manus impressione fragile conterant fictile, sic præsules, quibus subditos suos coinquinatos corrigere incumbit, summa openiti debent, vt ea se se in corrigendo moderatione gerant, ne illis perniciem inferant, dum eos ad puritatem animique pulchritudinẽ perducere conantur. Et quẽadmodum inter illos, qui Chirurgicã exercent artem, ille peritior, & expertior censetur, qui mollius manus vulneribus admouet, minimumque ægrotum mouet, ille vero habetur rudior atq; agrestior, quo medicante, ægrotus exclamat dolore percitus, sic ille prælatus prudentior æstimãdus est, qui potius lenitate, piaque moderatione infirmis subditorum animis medicamina salutaris exempli, atque doctrinæ impertitur. Rursum (vt in eodẽ simili adhuc immorer) sicut Chirurgus membrum corruptum, & desperatum sectucus non incãdescit, vti hostem inuasurus, sed potiùs securo placidoque vultu, infirmam ani seriæ ægrotantis mẽtem pacat, timoremque illius & suum prudenti quadã dissimulatione premit, ne perturbatio artem impediat, maioremque dolorem pariat, sic prælatus in amputãdis subditorum suorum vitijs se se gerat oportet, summa vtens moderatione, & maturitate, ne, dum vitiosam partem carpit, sanam conuellat piorũ, scilicet, scandalo afficiens mansuetudinem, & pietatem. Nihil enim est præstantius, nihil dignius præsulis dignitate, quàm placabilitas & clementia, omnis enim castigatio contumelia vacare debet. Hæc docet Christus, in huius peccatricis susceptione, & in istis verbis dulcissimis quibus eam alloquitur. ¶ Discant etiam no solum prælati, sed & omnes nos Dei iudicium vereri, & peccatorum nostrorum agere pœnitentiam discamus. Nam, si hæc mulier sanctissima Magdalena ipsius Dei verbis qui fallere non poterat, certior de salute facta sua, cùm esset omnibus suis peccatis dimissis, & in gratiæ cõstituta gradu, nihilominus tantũ peccatorũ suorũ magnitudinẽ timuit, vt victu habituq; durissimo, quadraginta circiter annos, aquæ potu, & herbarum pastu se se in deserto continuit, acerrima pœnitentiæ perseuerantia, quid nos miseri mortales peccatores facere expediret, quorum salus in ambiguo posita, millo modo nos securos, & otiosos esse sinit? Illa Christo familiaris, Spiritusancto illustrata, pœnitentia purificata, nõ quieuit, nõ destitit à præclara virtutis actione, nos per peccata à Deo alieni, criminũ labe infecti & ingo miquitatis detriti, otiabimur? ò ingentẽ confidentiã, ò audacẽ hominũ stultitiã? Ne quæso, miseri mortales, ne tanto rapiamini mentis furore, vt quod fragilis, eneruisq; mulier ad perfectionem facere non dubitauit, vos ad salutẽ, & remediũ animæque ipsius pretiosissimæ redemptionẽ, facere cũctemini nẽ peioris conditionis simus, qui in hoc extremo mundi sęculo nati sumus, quã fuerunt illi, qui ad vineam colendã vespere cõducti tantundem mercedis acceperunt, ac illi qui summo mane surrexerant. Sed de his alias.

Et cœperunt qui simul accumbebant dicere intra se. Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Numquid est Deus, cui soli proprium est dimittere peccata? ipse enim ait per Esaiam. Ego sum qui deleo omnes iniquitates tuas. In libro quoque Iob habemus quis est, qui potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Sed illis respõdeamus ex Daniele, qui de Christo loquens ait. Ipse est sanctus sanctorũ, per quem consummabitur præuaricatio, & finem accipiet peccatum, & delebitur iniquitas. Veniat & alius testis, qui testimonium de Christo ferat, & audiamus Machæam. Ipse est Deus, cui non est similis qui aufert iniquitatem, & transfert peccatum electorum suorum, & deponet omnes iniquitates nostras, & proijciet in profundum omnia peccata nostra. Est etiam ille agnus Dei, qui tollit peccata mundi, qui nec peccatum fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Christus igitur in quantũ Deus remittebat peccata authoritatiuè secũdum vero naturam assumptam dimittebat peccata instrumentaliter, & etiam, vt causa meritoria. ¶ Cæterum Christus non respondit istis sicut illis, qui similia murmurauerunt, vt in capite quinto vidimus, quia sciebat illos deteriores futuros, si respondueret, & confunderet eos. Qua propter dimittens illos, vertit sermonem suum ad mulierem, & sequitur in textu. *Dixit autem ad mulierem. Fides tua te saluam fecit.* Mirabile est, quod Christus iustificationem huius peccatricis fidei attribuat: præsertim cum antea dixerit, dimissa fuisse illi peccata ex dilectione. Veruntamen vt hoc intelligamus penitius est nobis hoc tractandum. Et quidem beatitudo huius vitæ, quæ iustificatio dicitur, respondet & assimilatur beatitudini cælesti. Anima enim in cælo fit beata, primum cùm Deus ei vnitur per modũ speciei: vnitur enim intime eleuando animam ad quoddam esse supernaturale & diuinum. Secundò infundit Deus animæ lumẽ gloriæ, quo illustratus intellectus, Deũ beata visione videt. Iam tertiò anima Deũ videns, eum summè amat. Quartò verò videns & amans in perfecta delectatione consistit. Ita enim in iustificatione impij cõtingit: primo vnitur Deus animę per gratiam, secundò infundit ei lumen fidei: tertiò nascitur amor: & quartò de peccatis dolor. Et sicut beatitudo tribuitur visioni, ita & principium iustitiæ fidei, sic tamen vt fides esse absque iustificatione possit. Sic intelliges, illud, quod Habacuc dicit iustus ex fide vivit, & Paulum dicentem. Iustificati ex fide, & quod modo & in alijs locis Christus ait. Fides saluat peccatores & iustificat impios, vt principiũ id facere intellige. Quia enim fides est radix & fundamentũ iustificationis impij, ideò dicitur saluare peccatores, & iustificare impios: & eodẽ modo peccatricem Magdalenã saluam fecisse dicitur. Ipsa tamen sola nõ iustificat: nam ad iustificationem, si in genere loquamur, certũ est necessariam esse iustificationem peccatoris, quæ per mandatorũ obseruantiam fiet. Ideo crediderim Dauidem toties mandata iustificationes vocare. In particulari tamẽ cum fide est necessaria dilectio Dei super omnia, & pœnitentia etiam formalis, aut virtualis, sicut est in martyre, aut in eo qui diligit Deũ modo, quo iam diximus. Hæc omnia satis patet fuisse in beatissima Maria Magdalena. Laudauit autem Christus illam potius à fide, quia est radix & fundamentum vitæ spiritualis. Sed ad contextum. *Vade in pace.* Sentiebat intus mulier fructũ magnum ex præsentia Christi & propterea percepta venia peccatorum, & commendata eius fide non recedebat, nisi Dominus suaui præcepto discessum imperasset. Sed vę nobis qui adeò abhorremus à diuina conuersatione, vt vel nemine imperante, aut mouente statim discedamus, & à bonis operibus procul recedimus. In ipso enim orationis principio non secùs defatigamur ad negotia redeuntes sæcularia, acsi vel diem vnum iugi precatione sustinuissemus. Quam igitur esse putabimus causam, quare tanto rerum diuinarum, & Dei consuetudinis tœdio afficiamur, vt vel nondum plenè finitis precibus, cõcione, aut statim discedamus, nec benedictionem, aut missionem vel facultatẽ abeundi expectemus? Equidem nihil aliud in causa esse puto nisi summa in ijs, quæ ad salutẽ pertinent agendis, frigiditas. Si namque ea niterentur conatus nostri animi propensissimi deuotione & amore, qua Magdalena, non pigritaremur vtiq; ad diuina, neque defatigaremur leuibus, vel etiam grauibus pro salute laboribus. Vt enim populo Israel fructibus terrenis abundanti, interdictum fuit manna, cæleste nutrimentum: ita ijs, qui rebus sæcularibus supra modũ præpediti tenentur, negantur & meritò diuinæ consolationes & gaudia. ¶ Obserua etiam, quòd in pace dixit vt vadat, & hoc consequenter postquã dixit remittuntur tibi peccata tua. Nam vbi est remissio peccatorũ & Dei gratia, ibi pax est, sed vbi peccatũ manet, ibi nõ pax sed rixæ, & quæstiones multæ sunt & lites, iuxta illud Esaiæ. Non est pax impijs dicit dominus. Vnde si rectè animaduertimus, comperiemus proculdubio peccatũ esse originẽ & principium omniũ bellorum & malorũ. Ex eo enim, q̃ homines pro libidine sua viuere volunt, oriũtur lites, contẽtiones, rapinæ alijs inuadẽtibus aliena, alijs vero sua pro viribus tutantibus. Quin, si aliquãdo, vel timor vel humana imbecillitas effrenes cõpescit animos, quominus agere possint, & affectus suos re præsta-

Esai. 48.

Iosue. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

re, nihilominus tamẽ venenosam libidinẽ sub pectore seruant in tẽpus, si quod nacti
Esai. 57. fuerint idoneũ, reponũt iuxta illud, Corim pij quasi mare feruens. Non est igitur pax
Ioan. 16. neque inueniri potest, nisi vbi Christus est
Psal. 118. ipso testante. Hæc locutus sum vobis vt in me pacẽ habeatis. Vnde psalmista, Pax inquit multa diligentibus legem tuam. Et filius eius Salomõ ait. Donum & pax est ele
Prouer. 3. ctis Dei. Quapropter videẽs dominus, quantas calamitates & lites miseri mortales patiũtur: omnes ad se summã quietem & bonitatem vocat. Inuenietis (inquit) requiem ani
Matth. 11. mabus vestris. Ideoq; post remissionẽ peccatorũ, & non anteà, dixit Dns huic mulieri. Vade in pace. Hoc est vsq; adhuc laborasti mille conscientię tuę inquietationibus & cruciatibus: at modo iam placido esse potes animo: ideo vade in pace. Iacob interim dũ
Gene. 30. Laban socero suo seruiuit, innumeris laboribus & ærumnis subiacuit: à quibus nulla vnquã ratione id temporis se explicare potuit. At verò relicto Laban, postquã se in libertatem vindicauit, exercitus Angelorum obuios habuit, aliaq; bona quàm plurima nactus est. Sic igitur tu quãdiu sæculariũ seruitio teneberis, plurimis afficieris incõmodis à quo simul atque te euolueris & ad Dei tui cultum eduxeris, visionibus Angelicis cælestibusque consortijs perfrueris, &c.

¶ Expende etiam quod quanuis Christus permiserit libere abire, quo vellet, ne propterea in errorem incidas credens nullam à nobis satisfactionẽ requiri. Ad quid confessores imponunt pœnitentibus ieiunia, orationes, afflictiones, & cætera opera pœnalia? Impia hæc vox est. Respõdeo breuiter. Satisfactio duplex est. Altera redẽptionis, & satisfactionis, & hæc solius est Christi, qui redemit nos, & lauit nos in sanguine
1. Pet. 1. suo. Alia est satisfactio vindicationis, &
Gala. 5. emendationis, & illa est nostra. Quia homo per pœnitentiã, crucifigens veterem hominem destruit corpus peccati, nèvltra seruiat peccato: vt sicut membris suis corporeis, & animæ suę viribus abusus est, ad peccatum, & Dei offensam, sic vtatur eis ad Dei gloriam. Et hoc modo tota vita nostra pœnitẽtia esse debet, & satisfactio vindicationis, & emendationis. Prætereà, Magdalena à culpa, & à pœna, virtute contritionis, quæ in illa fuit maxima, libera erat: ideoque nõ aliam illi Christus imposuit pœnitentiam, Sed sacerdotes, qui virtute clauium absoluunt vult pœnitentes à culpa, quia adhuc manet pœna temporalis exigenda hîc, vel in purgatorio: pœnitentias, ideſt, hæc opera pœnalia iniungunt, vt satisfaciant Deo hîc in hac vita, ne exoluant pœnas in alia. Deus optimus & maximus, præstabilis super omnem malitiam concedat nobis, ita in hac vita veram & condignam facere nostrorum peccatorum pœnitentiam, vt absoluti à corpore mortis huius, statim inter sanctos videre mereamur in æterna illa beatitudine Dominum Iesum Christum Saluatorem sæculorum, ipsum regem Angelorũ: qui cum patre & Spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

CAPVT VIII.

INTER ALIA multa, quæ in veteri lege locutus est Dominus
Mosi. Mosi hoc vnum fuit, vt omnia faceret secũdum exemplar, quod illi fuerat mõstratum in mõte. In lege etiam gratiæ exẽplar, quod Dominus nobis dedit, ad quod respicientes nullo modo errare possumus, fuit ille, qui errare nullatenus potest. Ipse enim Dns noster Iesus Christus positus fuit in signũ, cui qui cõtradixerit, peribit: qui autem secutus fuerit & acceperit Christũ pro regula, errare non poterit, siquidẽ omnis Christi actio nostra est instructio. Hac de causa omnia eius gesta & verba oportet inspicere, & memoriæ cõmendare & sequi operibus & vita. Nullũ equidẽ opus fecit, in quo aliquid nõ astrueret, nihil enim superfluũ, nihilq; quod mysterio careat euãgelistæ scripserũt. Igitur postquã supra posuerat instructionẽ communẽ discipulorũ, nunc docet, ne pigri sint ad docẽdum, sed opere & exẽplo inlinuat circuire loca, castella & ciuitates euãgelizãs verbũ Dei, exẽplo suo assiduã docens prædicationẽ. Ideo ait euãgelista noster Lucas. *Et factũ est deinceps & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans, & euangelizãs verbum Dei.* Circuibat Iesus ciuitates & oppidula, quę nos (aldeas) vocamus, quoniam maioribus & minoribus sine alicuius personæ acceptione prædicabat, iuxta illud sapientis. *Sapi.* Quoniã pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter illi cura est de omnibus. Docet prælatos & prædicatores discurrere, non solum per loca magna, sed etiã parua villagia euangelizantes. Sed nunc iam non quærũt ex ipsis loca paruula, & despecta pauperũ agricolarum mãsiones, sed amplissimas vrbes colũt, vbi affatim vino lautissimisq; abũdent dapibus, & delitiose (ne dicã luxuriose) viuant. Quin & nõ pauci aulas principũ frequentant, nõ ea gratia vt obscœnos auli eorum mores corrigant, sed vt fauorẽ principum, & gratiam vententur, qua vel ad episcopatum vel aliam maximã perueniant dignitatem, quã tam vitiosis medijs quæsierũt, & pauperes aratores intereà inopia euã gelicæ doctrinæ pereunt: non habentes hominẽ, à quo possint ad aquã Spiritus sancti gratię perduci: nõ aliter quã si Christus pro illis, sicut pro alijs sanguinẽ suum pretiosissimum nõ fudisset. Hæc autẽ omnia ex hoc oriuntur malo, quia huiusmodi cõcionatores non animarũ salutem, aut ecclesiæ christianæ emolumentũ quærunt, sed suæ prę ter omnia vtilitati & gloriæ indulgẽt. Ideo non est mirum si aulas principum tantummodo frequentent. At Christus Dominus non solũ magnos principes, sed etiam parvulos rete predicationis suæ capere cupiẽs, non solum Hierosolymitas, & potentes ciuitatum homines, quin etiam per rura discurrens infirmos quosque pauperrimosq; aratores prædicatione sua ad salutem vocabat. ¶ Sed quid prædicabat? Regnum Dei. Non enim fabellis poetarũ enarrandis operam dabat, sed ea tantummodo quæ salutis sunt prædicabat, Vnde princeps Apostolorum Petrus inquit, Non indoctas fabulas secuti notam facimus vobis Domini nostri Iesu Christi, &c. Et sanctissimus Iob, Numquid Deus indiget vestro mendacio vt pro illo loquamini dolos? Verum tempus iam venit, quod, diuus Paulus prædixerat dicẽs. Erit tempus cùm sanam doctrina non sustinebunt, sed ad desideria sua coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur. Quod vsque adeò no stra hac tempestate miserrima increbrescit, vt non modo populus, sed etiam ipsi docto res, inutilia magis quàm ea, quæ ad salutem conducunt, ament: in quo audientium libidini assentantes, suæ etiam voluptati non refragantur, diuini sermonis iacturam parvipendentes. *Et duodecim cum illo.* Suo exemplo ad prędicandum prouocat, iuxta illud, quod in Deuteronomio habetur. Sicut aquila prouocans pullos suos ad volandum & super illos volitans. Hi duodecim continuo Christo Domino assistebant, alij autem modo aderant, modo aberant. Non solum autem Apostoli, quin & deuotis sexus fœmineus Dominum sequebatur: qua propter sequitur in contextu. *Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus.* Sexus fœmineus religiosior est multò quàm virilis: quoniam fœminę molliores, docilioresque ingenij sunt. Hoc autem harum mulierum exemplo perspicuũ nobis est: quæ cùm essent non tenui, imò amplissima fortuna, & conditione viuendi præditæ, non dubitarunt, religionis vi impulsæ, omnia Christi causa relinquere, non secus sui suorumq; oblitæ, quàm si paupertate summa premerentur. Quod autem diuites fuerint patet, quia ministrabant de facultãtibus suis, & peregrinationẽ susceperunt. Qua in re sapientissimè se habuerunt. Nam quemadmodum ille infirmus sapit, qui curatus morboque profligato, medicũ tamen suum eo vsque tenet, quousque omnem morbi suspicionẽ euaserit: ita & multò potiùs sapiẽs ille censebitur, qui dum in morboso huius vitę hospitio diuersatur, nõ permittit Dominum lõgiùs abire, qui non solum infirmitatis medicus, verum etiã sanitatis conseruator est. Propter quod & meritò dicebat Martha. Domine, si fuisses hîc, *Ioan. 11.* frater meus non fuisset mortuus, tu enim es conseruator salutis & vitæ. Dicũtur autem curatę ab infirmitatibus, & ab spiritibus malignis, vt & corporalis & spiritualis sanitas illis præstita fuisse indicetur. ¶ Pijssimam harum mulierum gratitudinẽ miremur, cuius ne memores simus, pro tantis à Deo beneficijs acceptis, nullum incõmodum, nullum impedimentum sæculare impedire debet. Non ignorauit in hoc diuinam voluntatẽ ille generis humani reparator Noe qui *Gene. 8.* coercita aquarum alluuione, egressus de arca sua è vestigio struxit altare, Deoque virgratissimus obtulit sacrificium. Idem quoque fecit patriarcha Abraham cadens pro- *Gene. 17.* nus in faciem coram Deo, & gratias agens illi: eo quòd Dominum pollicentem audiuerat, semen eius fore multo arena maris numerosius. Quod si in re tam graui humiliũ similitudine vti nõ dedignamur, equidem non solũ munera, quæ inter homines vltro, citroq; mittuntur, sed etiam beneficia, quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

à Domino in nos conferuntur pilæ lusoriæ similima inuenio. Nam sicut ille, qui in pilæ ludo iactanti è regione respondet, strenue rem suam agit, si eà agilitate & modo corpus libret, vt omnem iactum excipiat, pilamque anteaquam terram tangat, retorqueat in tortorẽ suum, ita & multò pulchrius cœlestis lusor, qui à Deo celerrima excipit beneficia, diuinæ palæstræ gloria dignus censebitur, si totius corporis vi & animi gratiam rependat diuinis beneficijs, priusquam obliuionis puluere fœdentur.

Lucæ.17. Hoc fecit ille leprosus, quem infra noster
Lucæ.4. Lucas ait venisse ad Christũ & gratias egisse. Idem socrus Petri, quæ à febri liberata, & in pristinam incolumitatẽ restituta, surgẽs ministrabat Christo saluatori suo. Hãc vero beneficiorum memoriam & gratitudinem commendauit Dominus Israelitis cùm dixit. Mementote diei huius, quo eduxi vos de terra Ægypti. Quod si altius sacra

Exo.12. omnia in hanc rem rimari velimus, nullam aliam ob causam æque primariam inuenie mus festiuitates fuisse stabilitas, nisi vt in huiusmodi diebus, memoria, aut eximiæ alicuius hominis sanctitatis, aut præclari à

Esa.16. Deo præstiti beneficij recoleretur. Hac etiã de causa manna in posteritate seruabatur, vt nouissent minores, maiorum suorum panem, quo aliti sunt à Deo in deserto, & grati essent Domino. Sed eo vecordiæ processit hoc tempore hominum peruersitas, vt nemo sit beneficij accepti non immemor, præsertim si benefactorem immutata fortuna præsum vident, tunc enim, nec de facie (vt aiunt) agnoscunt. Quam obrem sum mopere commendandi sunt, qui hisce nihilo magis præpediti, nostris temporibus benefici sunt erga proximos suos. Cũ enim ab hominibus raro, aut nunquam gratiam spernerent, restat omnia, quæ faciunt, diuina motos pietate facere, qua in re vni Deo gratificari contendunt. Vnde virtutis studiosos omni contentione hortari non desistam, vt ab iniquitate hominum ansam sibi commodandi sumant. Nam quotiescunque gratiam nobis ab hominibus repẽsum iri credimus, quæ nostra fragilitas est, hominum causa, & non Dei, multa facimus, at cessante mortali gratia, quis nisi mentis inops, immortalem non quærat, quæ vel illa stante fuisset præferenda? Quid quod, & vtranque seruare erga homines, & erga Deum gratiam, simul & facilius & melius est? Verum paucos Dauidi similes inue-3.Reg.2. nies, qui Salomoni filio suo imperauit, vt 2.Reg.9. mensæ suæ admitteret filios Berzellai, à quo Absalonẽ fugiens in deserto benignè fuscep tus fuerat. Eodem etiam modo Miphiboseth filium Ionathæ conuiuam fecit suum, memor amicitiæ, quam cum patre inierat. Sic etiam Laban gratus fuit seruo Abrahæ. Nam videns iocalia, inaures, videlicet, & armillas, quæ seruus Abrahã dederat Rebeccæ sorori suæ venit ad illũ, & dixit ei. Ingredere benedicte Domini, & Gen.24. eum hospitio multa accepit humanitate. In hunc item modum Ietro sacerdos Ma- Exo.2. dian gratus fuit Mosi, quoniam filias suas defendisset. Vnde fecit eum vocari vt comederet, & dedit illi filiam suam in vxorem. Nec minus Iosue solicitus fuit, ne Raab meretrix, quæ nuntios suos abscon- Ios.2. derat, ruente ciuitate periret. Quin & Saul 1.Reg.11. destruens Amalech, Cinæo cuidam peper cit, eo quod bene se habuerat cum filijs Israel. Dauid quoque misit ad viros Iabes 2.Reg.2. Galaad, & gratias egit eis, eo quod sepelierant corpus Saulis & filiorum eius. De- 1.Reg.31. níque Helias gratum se præstitit viduæ, à 3.Reg.17. qua alebatur & filium eius mortuum suscitauit, & eodem modo Eliseus. Sed procedamus. Nominat Euangelista aliquas mulieres ex ijs quæ Christum sequebantur, di cens. *Maria, quæ vocatur Magdalena, de qua septem dæmonia exierãt.* Marcus etiam ait, Christum prius Mariæ Magdalenæ apparuisse de qua septem dæmonia ejecerat. An vero iuxta literam hoc sit verum, non inuenitur, sed exponitur à diuo Gregorio, & ab Greg. 33. alijs, de peccatis, quia Maria Magdalena plena vitiorum fuit. Hæc enim postquam Christus ei remisit omnia peccata contemnẽs fastus, & vana mundi, quibus antea feruebat, Christum sequuta est, & facta eius fidelissima discipula, & comes, semper à bono in melius profecit, neque ad pristinam mundi conuersationem reuersa est.

¶Discamus huius mulieris exemplo non tantum peccata relinquere, sed etiam opera bona exequi, & in his bonis actibus perseuerare. Non enim satis est, vt vitam pristinam peccatorũ plenam relinquas, sed oportet vt post lamenta, Christi vestigia sequaris. Fuge igitur huius exemplo non tantum peccata, sed occasiones etiam peccandi, relinquens domum propriam, cognatos, patriam, te ipsum denique, vt Christum sequaris.

quaris. Hæc sancta mulier non solum præteritam vitam planxit, sed Christum etiam secuta est, vereque compuncta, omnia sua deseruit, neque amplius ad vomitum peccati reuersa est. Ita & nos facere debemus huius constantissimæ mulieris exemplo, vt postquam semel nos à peccatorum laqueis explicauerimus, eum deinceps vitæ modum instituamus, vt non peccata solummodo, verum & peccandi offendicula vitemus. Nihil enim minoris æstimat dæmõ, quàm illius peccatoris conuersionem, qui peccatum odit, peccandi vero occasiones non fugit. Quoniam nec peccatum vitari, neque virtus retineri, non sublata peccandi ansa, vllo modo possunt. Sic Pharao rex Ægypti populo Dei dicebat. Ite, & sacrificate Deo vestro in terra hac. Ita & dæmõ nobis interdum ad virtutem est author eo tamen modo, vt vel superbiores in criminibus, vel securiores in pœnitendo efficiamur. Hac ratione quoties fateris retenta concubina, quoties aleam detestaris, arma tamen ludendi seruas, quotiesq; quodlibet bonum opus exequeris, peccandi non sublata ruina, non modo dæmonem non molestia, quin etiam summa afficis voluptate. Nouit nanque, quemadmodum in morbis accidit, reincidentem infirmum periculosius multò laborare, sic in peccatis relabentẽ longe grauiori periclitari spiritualis salutis iactura. Hac igitur de causa Pharao populum Israel lõgius sacrificandi cauſa abire non sinebat, vt posset quoties vellet, illum in solitam redigere seruitutem, & dæmon etiam alumnos suos eò vsque in virtute procedere patitur, vnde illos reuocare cum voluerit, facilè possit. Discamus ergo ab hac muliere, ita radicitus vitia extirpare, inimicicij; ditionẽ ita infringere, vt peccata & omnia peccatorũ semina extingam?

¶Obseruandũ hic etiã est neminem Christiũ perfectè, aut sequi aut amare posse, quin prius à se dæmonem ejecerit. Hac de causa euãgelista noster prius dixit fuisse septem dæmonia ejecta ab anima huius mulieris, quo facto addidit, Christũ deinceps fuit secutã. In quo docemur ad Christi imitationẽ oportere prius omnib⁹ sæcularibus oblectamentis, affectu saltem renunciare. Vnde mira fuisse Samaritanorũ stultitia cõincitat Deũ colebant, idolis suis seruiẽtes. Contra quos stat sententia. Nemo potest duobus dominis seruire. Quapropter manifestũ est qui Deum colere intẽdit, priùs omnibus vitijs renuntiare oportere, vt sic demum libero possit animo cœlestibus inuigilare negotijs. Videamus etiã, quæ erãt aliæ, quę Christum simul cum Magdalenâ sequebantur. Ait enim euangelista. *Et Ioanna uxor Cuſæ procuratoris Herodis, & Suſanna, & aliæ multæ.* Multæ (inquit) sequebantur, cum his tribus, quas tantum nominauit, vt primarias. Sæpe enim in scriptura in re minus insigni, insignior intelligi solet. In Genesi nanque dicitur. Recordatus est Dominus Noe, & omnium animantium. In Noe intelligit vxorẽ eius, & filios cum vxoribus suis. In eodem prætereà libro Simeonẽ & Leui Sichimitas interfecisse habetur, cum aliã multam familiarium, & fratrum turbam adduxerint. Et in Ezechiele legimus. Hæc dicit Dominus montibus & collibus, rupibus & vallibus. Et subdit. Disperdam excelsa vestra; omittens colles. In Ruth libro quoq; duodecim tribus à Rachel & Lia descendere dicuntur, prætermissis ancillis à quibus etiam originẽ ducebant. Sic in præsenti nomine istarum triũ aliæ etiã, quæ Christum sequebãtur, intelliguntur. Qua etiam ratione insignio-

Gene.8.

Gene.34.

Ezec.6.

Ruth.4.

res nominans Euangelista Mariæ Magdalenæ priùs mentionẽ fecit, à qua septem dæmonia dominus ejecerat. Quoniam quãuis priùs peccatrix fuerat, celebrior tamẽ, principalior & sanctior fuit, quare primò nominari meruit. De alijs duabus non dixit dæmonia ejecta fuisse, nisi tantum de Magdalena. In quo quantum possit gratia & bonitas diuina, res est profectò cogitatu dignissima. Nam tantum operæ & studij impẽdit hæc mulier in Dei cultũ, vt quæ anteà cum vilissimis peccatoribus numerabantur postea castissimis & sanctissimis matronis præferretur. Commendat locus hic Dei bonitatem & clementiam, qui peccatores vere pœnitentes vsque adeò extollit. Quare bono animo simus, quicunque peccatorum pondere premimur, diuina freti misericordia ad quam si contrito & humiliato corde cõfugiamus, impetrabimus proculdubio, vt sicut modo cum extremis peccatoribus caligamus, aliquando cũ primarijs electis Dei splendeamus. Quia nõ est manus Domini abbreuiata. Quod vnum summè te cõmouere deberet cogitantem qua soleat dominus humanitate susciperre illos, qui verè conuertuntur. ¶Expende etiam non sine magno

Esai.59.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mysterio Euãgelistam descripsisse Ioannẽ coniugatam fœminam, domini esse sequacem, vtiq; nõ in hoc inuitum fuisse cõiugis animum innuit, sed potiùs communem in Christo cultum, & fœminæ, & viri consensum indicat. Ad hoc enim venit dominus, nõ vt coniugia dirimerẽtur, sed vt qui carneo tantummodo vinculo coniuncti videbantur, spirituali nõ modo matrimonij lege, verum & virtutis nexu, constringerentur. Porrò hę sanctissimę fœminæ sequebantur Christum non tantũ verbo, sed opere, & debito obsequio. Quare sequitur in contextu. *Quæ ministrabant ei de facultatibus suis.* Quia dominus & eius discipuli doctrinæ euangelicæ inuigilantes parum de temporalibus curabãt, ideò hę mulieres illis tẽporalia ministrabant, suę paupertatis rationem habentes. Propter hoc ad Corinthios
1.Cor.9. Apostolus ait. Ordinauit dominus his, qui euangeliũ annuntiant, de euãgelio viuere.
Ibidem. Et iterum. Si nos vobis spiritualia seminamus, magnum est si vestra carnalia metamus? Ideo dominus discipulis suis dixit,
Luc.10. mittens illos ad prædicandum. Edentes, & bibentes quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. Sed iam nunc reges & principes malunt facultates suas in scurras, homines q; ridiculos & vitiosos insumere, quàm in sacros euangelij prædicatores. Mundus plus mendacium, quàm veritatem diligit. Quod malum tolerabilius aliquantò mihi videretur, si apud sęculares homines tantum fieret. Sed eo peruasit iam luxuria & proteruitas mortalium, vt quod in aulis regum vix ferendum reputabatur, passim apud episcopos & prælatos reperiamus. Qui perfricata fronte, non minus securi discumbentes cùm cognatis & sęculares hominibus audiunt non modo ludicra verum etiam impudica, & inhonesta, quàm si sacri alicuius libri lectionem audirent. Vnde fit, vt perperã consumptis amplissimis redditibus, nõ habeant, quo religiosis & literatis sacerdotibus possint subuenire. Qui cùm moribus & eruditione dignissimi sint, episcoporum suorum negligentia, vix vnquam etiam tenue sacerdotium consequuntur. Sed de ijs satis. Ad rem ergo deueniendo, ingens non solum mulierum, sed & virorum Christum sequebatur multitudo, nouam domini doctrinam & miracula demirans. Ideo sequitur in litera, *Cùm autẽ turba plurima cõueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem.* In eo, quod multa turba conueniebat, impletum esse cernimus illud Esaiæ, Et fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent, Venite ascendamus in montem domini & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus, &c. Turba autem sequebatur Christum, non principes, aut magnates. Ii enim alia amant, & in alijs occupantur: nempe in rebus terrenis, honoribus & delicijs. Insipida est istis Christi doctrina. Quapropter rarò sacris intersunt concionibus, meridiano & eo breuiter recitato sacrificio contenti: quoniam mollitia sua ad omnia diuina torpent. Ideò Paulus ait. Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, &c. Et in Ioanne etiã
Ioã.7. quidam dixerunt. Nunquid aliquis ex principibus credit in ipsum, sed turba hęc maledicta, quæ ignorat legem? Expende autem & vide quomodo boni ad bonũ conueniunt. Nam omnes ij, quanquam à diuersis oppidis & locis venerant, concordi tamen sententia ad sequendum Christũ vsi sunt: quod in malis secùs cernimus. Illi enim siquid facere præsumunt mutuo se impedire solent: quales fuerunt illi, qui turrim Babel ædificabant. Sic etiam quorumcunque vel de honore aut dignitate aliqua contendunt, qua superbia, qua ve inuidia pugnant inter se, quis non videt? At multò aliter ij fecerunt, qui cùm se nunquam nouissent, protinus socij facti sunt, & in vnum consensum adunati, vt verbum diuinum audirent. Vnde hoc prophetans Esaias dixit. Habitabit lupus cum agno & pardus cũ hœdo accubabit: vitulus & leo & ouis simul morabuntur. Et subdit. Quia repleta est terra scientia domini. Ad Christi prædicationem & doctrinam de diuersis ciuitatibus conueniunt, & replentur scientia domini. Sic etiam in arca Noe erant animalia diuersi generis. Præterea, vbi est concordia fratrum & charitas & pax: ibi facit fructum verbum Dei. Vos autem ad lites & contentiones properabitis: vt Esaias inquit, &c. Porrò in parabolis & similitudinibus
Psal.77. loquebatur Christus, iuxta illud psalmi. Aperiã os meũ in parabolis, loquar propositiones ab initio. Est autẽ parabola rerũ ad rerum similium genere sub aliqua similitudine facta cõparatio. Nõ enim est sensus parabolę ille,

quem verba primo significant, sed qui per res significatas nobis insinuatur. Sicut in libro Iudicum dicitur, quòd ierunt ligna vt vngerẽt super se regẽ. Clarum est, quòd illud non de lignis, sed de hominibus per ligna significatis intelligitur. His similitudinibus vtebatur Christus in concionãdo propter duo. Primò vt memoriæ hominum doctrinam suam infigeret. Nam sicut stomacho virtute, quam retentiuam vocant, maxime opus est, vt susceptum conseruet; & foueat nutrimentum, donec per totum cor pus effundatur: sic animæ incumbit non esse diuinorum oblitam documentorũ, vt in virtute progrediatur. Aliter enim quid prodest multa audiuisse, si non firmiorem in memoria mansionem faciunt, ac si nunquam audita fuissent? Gemmæ solent, ne amittantur, filo mãdari: sic diuina verba terrenis rebus & similitudinibus quasi annectuntur, ne à memoria dilabantur. Igitur Christus similitudinibus vtebatur, vt peritius in auditorũ mentibus documenta sua locaret. Dominus enim, qui optime nouerat omnino ad salutem consequendam necessariam esse diuinorum documentorũ recordationem, parabolis vtebatur: quoniam illæ humano ingenio in primis quadrare solent, vnde voluptate audiendi adiuuante so
Hominem videbis ætate confectũ, memorantem, se abhinc quadraginta annis concione quadam pulcherrimam notasse similitudinem hanc vel illam, cùm verisimile sit multa sublimius fuisse ex sacra theologia denarrata: sed quia parabolæ in primis hærent hominum mentibus, omnibus alijs elapsis, illius rei (dum taxat) meminit, quæ vehementiùs voluptatem mouit. Qua de causa Dominus noster prudentissimus, & sapientissimus rerum omnium cognitor, parabolis doctrinam suam annexuit, vt tenacius hærerent. ¶ Secundò vtebatur similitudinibus, vt ea, quæ dicebat clariora aut ditoribus forent. Quoniam illa, quæ altiora sunt, & ab vsu quotidiano remotiora, similitudinibus, præsertim à rebus terrenis desumptis, maximè explicantur: quia proceditur à notioribus ad minus nota. Quo etiam modo explicandi quotquot docent, vti solent, si enim in locum obscuriorem incidunt, adducta comparatione illum solent exponere. Quamobrem Christus Dominus, qui summe ab omnibus doctrinam suam intelligi exoptabat, vt faciliùs perciperetur, ne forte offensi rerum inuolucris, & obscuritate auditores ab audiendo deterrerentur, frequentissimè in omni euangelio parabolis vtitur. Sed dicet aliquis. Contra hanc assertionem proculdubio fecit illud, quod redemptor noster Apostolis suis inferiùs dixit: vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis: vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Si igitur in parabolis sermo cæteris obscurior reddebatur, nequicquam cõtendimus parabolas ad rei explicationem contendere. Breuiter tamẽ, & facilè potest responderi. Omnis sermo obscurus similitudine redditur facilior, quoniam ignotum per notius datur: veruntamen quotiescunque, vel ex rei natura, vel ex auditorum incuria, atque imperitia parabola obscura est, tum demum non modo dictorum sensus aperitur, sed potius magis obstruitur. Similitudines igitur à Christo Domino adductæ non ex rei natura erant obscuræ, aliter enim, nulla esset maior ratio, quare melius ab Apostolis, quam à cæteris perciperentur: cæterum quia plerique omnes magis animo cauillandi, & incusandi quæcunque dixisset, aderãt, quàm vt sibi imitanda proponerẽt: ideo nõ intelligebãt, quia nõ intelligere parui intererat. Non ita Apostolis euenit: erant enim non modo audiendo attentissimi, quin etiam ad agẽdum paratissimi. Manet igitur hinc ea sententia constans, Christum maioris claritatis gratia comparationibus vsum fuisse, quod si ab aliquibus minus intelligebantur, illud fuit, quia non animo aderant audiendi. ¶ Ex hoc carpuntur illi, qui præclare se munere suo fungi putant, si in prędicatione, & doctrina sua sublimes se gerunt, ea dicentes, quæ à nemine, nisi à doctissimis quibusque intelligãtur quasi prędicatio nõ ad exponendam doctrinã euangelicã apud simplices & rudes, sed ad ostentandum ingeniũ coram doctis, instituta fuerit, dicente Paulo, se tam sapientibus, quàm
Roma.1. insipientibus esse debitorem. Hi autem autumant indecorũ esse authoritati suæ, si eo sermone verba faciant quo quilibet de plebe loqueretur: nec animaduertunt non puduisse diuinum verbũ, verbis humilibus in hominum vtilitatem cõcionari. Quid dicã de diuo Paulo, cuius in omnib⁹ sanctissimis scriptis

Universidad de Deusto
Biblioteca

scriptis humilitas sermonis cũ pietate certa
1.Cor.1. re videtur? Nec dubitat dicere se nihil scire nisi Christum dominum crucifixum. Ideo ergo Christus doctrinam suam, tam planis & perspicuis similitudinibus proposuit: ne quis sermonis difficultatem suæ inertiæ prætexere posset. Sic loqui voluit, vt eum non modo docti, verum & simplices & plebei intelligerent: & vt non solum in templo ex libris, sed etiam in ipsis quotidianis actionibus & laboribus nostris pietatem & religionem disceremus. Atque hoc Christus tam euidenter in hac parabola proposuit, vt vel manu contrectari possit. Proponit ergo hanc similitudinẽ. *Exijt qui seminat seminare semen suum.* Quemadmodum in bello tuba animosos excitat, timidos consternat: ita doctrina euãgelica alijs ad ædificationem alijs vero ad ruinam inculcatur. Quãquam enim multi eodem gestu & modo sacris intersint concionibus: tamen diuersa ingenia variæ comitantur opiniones & voluptates. Quã de causa multos missione facta videmus sicut prius frigere, alios iocari, nonnullos maledicere & murmurare: paucos (quod dolendum est) iustificatos discere. In hunc propè modum prædicante Christo domino turba frequẽs aderat, pars causa leuitatis cuiusdam & nouitatis, pars calumniæ & odij, nonnulli, vt audirent & custodirent verbum domini. Quod cùm vidisset dominus, vt aptum pro auditorum qualitate & differentia exordium sumeret, parabolam proposuit, quã egregiè explicauit, nihil omnino proficere animo non bene subacto & præparato millia multa præceptorum inculcare: quippe quæ nondum percepta statim elabentur. Similitudo autem non solum sapientissimum arguit sensu suo authorem, verum etiam aptitudine & vsu ipso rerum omniũ humanarum peritissimũ. Sed quid potuisset latere illũ, à quo omnia illustrata sunt? Parabola ergo est hæc. Exijt seminator seminare semen suum, &c. Agricola verbi diuini doctor est, semen doctrina euãgelica: quæ varijs ab auditoribus animis excipitur. Multi enim audiunt: sed alij tentationum itineribus peruij transeunte diabolo, semen doctrinæ amittunt: alij libidinibus dediti, ea, quæ Dei sunt in animo suo, amore terrenorum opprimunt: alij superbia & sæuitia duri monita cælestia germinare nõ sinunt aut radices agere. Pauci sunt suauioris & prudentioris ingenij, in quibus diuinum semen inualescens radicatur & fructũ fert centuplum. Sed de his sigillatim suo loco dicemus: hæc tantum ad summariam parabolæ expositionem dicta sufficiant. *Et aliud cecidit secus viam, & conculcatum est.* Solet enim viatores, tempore præsertim hyberno, ne cœnosa via impediatur ingressus, marginibus agrorum scandere, vt tenacibus suffulti cespitibus & puluerea adhuc terra firmius incedant, quo granare cens proiecta reteguntur. *Et volucres cæli comederunt illud.* Quid mirum, quæ etiam latẽtia vnguibus rostroque expiscari solent, si in propatulo prostituta collegerint grana. Hæ autem volucres (vt nos inferius suo loco dicemus: nunc enim ad alia festinat oratio) domino explicãte, dæmones sunt: qui assiduo cogitationum nostrarum secretiora rimantur. Nunc sequitur. *Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem.* Aruisse mirum non est, quia sine humore virere non potuit. Sed qua ratione in petra dura & ficca natum est? Non eadem ratio est. Nam semen proiectum sub dio quocunque corpore participet, calore & humore proportionabiliter se habẽtibus facile germinat primam vitæ suæ gemmã quam statim demittit nisi aliunde fortiori nutrimento adiuuetur. Ideo dixit natum aruit, quia non habebat humorem. *Et aliud cecidit inter spinas & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud.* Quoniam experti sumus, grania viliora, si viberem nãciscantur fundum multò validiùs sese tollere quàm ea quæ homines multo labore conserunt. Sed diuinum est: si bonum in agendo potentius est, quàm malum, semen potius debuisset suffocare spinas, quàm è contrario. Attamen non est eadem ratio. Quoniam in anima illa suffocatio non causatur ex impotentia boni agentis contra malum, sed ex malitia voluntatis, quæ bonum semen diuini verbi reijcit atque spinis se subijcit. Verum iuxta illud, quod litera sonat, dimittendo significationem parabolæ videamus literam. Postquam terra propter præuaricationem Adæ maledicta fuit à Deo, naturã sua, & sponte spinas, & carduos profert nemine seminante. Aliter tamen & triticum & vinum cæteraque hominum alimenta, quæ nisi multum, diuque subigantur, & fodiantur, in cassum sulcis mandabuntur. Quod non ita, vt diximus, in illis plane euenit, quæ inutiliores hominum sunt vsui quia exécrata à crimine primi hominis, tellus effecta est vera, & vterina parẽs erga mala germina, nouerca autẽ & difficilis ad miliora & meliora suscipienda semina. Quare mirũ non est, si illa spõte suã producat, hæc non nisi mille modis solicitata ferat. *Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum.* Formidanda sane & non parui pendenda res est, quã nobis præsens præsefert à Dño proposita similitudo. Nam si ex illis omnibus, qui Christũ concionantem audiebãt, quarta pars tantũmodo fructum fecit & seruata est, quã paucos putabimus fore saluandos? Quod o vtinam nobis non eueniat, vt in illo magno perditorũ grege numeremur. Sed profectò non minus numerandum, quàm dolendum est, de tot sacrarum concionum frequentatoribus, tam exiguum electorum numerum superesse: quasi non omnibus ex equo fuerit diuina exhibita doctrina. *Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi audiat.* Clamor & vociferatio quãdmodum in illis, qui animo parum valent, dementiæ signũ est: ita in sapientibus magnum aliquid portendit. Ergo Christo sapientium sapientissimo clamante, sumnum est, quod agitur mysterium. Plurima erant in Hebræo populo scelera, non tamẽ ideo Deus clamare dignatus est: sed prophetam Esaiam misit, inquiens. Clama, ne cessaueris & quasi tuba exalta vocem tuam. Multò etiam deteriores erant regnantibus Iosiæ filijs. Tunc autem misit Deus Hieremiam dicens. Clama in auribus Hierusalem. Malorigitur nunc vrget necessitas, quæ filium Dei vociferari cogit. Ter legimus in euangelio Christum inclamasse. Primum hic, cùm dixit. Qui habet aures audiendi audiat. Secundo cùm dixit. Qui sitit veniat ad me, & bibat. Tertiò cum clamans voce magna expirauit. Cùm spiritum emittens clamauit, dæmonem terruit, atque fugauit: cùm dixit. Qui sitit veniat ad me, &c. loquebatur de spiritu, quem accepturi erant credentes. Nunc verò clamans commendat auditionem verbi diuini dicens. Qui habet aures audiendi audiat. Ioãnes Baptista prædicans pœnitentiam clamabat. Ego vox clamantis in deserto. At nunc Christus ipse homo clamat. Negotium proculdubio saluti hominum maximè necessarium agitur hic, pro quo Deus clamare non dubitat. Excita igitur consopitum animum, ô Christiane homo, vt Deum ipsum pro salute tua clamantem consideres. Qui enim in sapientissimus non ignorauit quãti retulerit hoc vti ad salutem nostram, clamare. Neppè vt eo modo certiores facti de rei magnitudine non dubitaremus vllum subire laborem, aut periculum, pro verbo Dei audiendo, in quo consistit non exigua redemptionis nostri pars. Vnde etiam quoties dominus alicui maximum aliquod supplicium vult infligere, statim minatur se verbum suum illi negaturũ. Ita ipse ait per prophetã Amos rebellem & perfidum Iudæorum populum plexurus. Mittam famẽ in terram: non panis, sed audiendi verbi Dei. Postquam dixerat multa mala, quæ illis erat inflicturus, adiecit hoc vltimum, scilicet, vt tolleret verbum Dei tanquam præcipuũ malum inter omnia alia mala. Tantum enim malum est verbi diuini interdictio, vt neq; excõmunicatio, quæ sacramentorũ vsum excõmunicatis negat, euãgelicæ doctrinæ salutare remediũ soleat interdicere. Itaq; illi, qui nec missæ sacrificio, neq; diuinorum celebrationi, dum excõmunicatione tenentur, interesse possunt, sacram concionẽ audiunt: & nõ solum ij, quin etiã & hæretici, infideles, & ethnici verbũ Dei audire possunt: quippe quod animæ passus est. Quem qui prohiberet, non secus ageret, quàm si infantulo alimentum eriperet. Scit enim hoc pabulo Deus animam maximè indigere. Negatur autem excõmunicato Eucharistia, non verbum Dei: quia (vt ait Augustinus in quodam sermone) magis nobis prodest verbum Dei, quàm Eucharistia, & sicut cauemus, ne Eucharistia cadat in terram, sic cauere debemus, ne sermo Dei nobis excidat. Nam quamuis Eucharistia dignior sit & præstantior: tamen verbum Dei efficacius est ad conuersionem peccatoris. Nam peccator obstinatus in suo peccato non resurget sumendo Eucharistiam, imo deterior fiet: at per verbum Dei multoties peccatores indurati mollescunt, & conuertuntur: quomodo Petrus verbo suo, multa audientium millia conuertit. Vt de sicut ignis, qui auro vilior est, appositam ceram liquefacit, quod aurum pretiosius igne non faceret: sic quanuis excellentior sit Eucharistia, quam prædicatio verbi Dei, tamen ad hoc, vt cor peccatoris emolliat, & conuertat, minorem vim habet Eucharistia. Similiter etiam pannum immundum lauat

Amos.8.

Habetur.1.q 1.c.interro.

Actu.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lauat aqua: cum tamen maioris valoris sit argentum, quàm aqua. Qua decausa vsque adeò pater æternus in vnigeniti sui transfiguratione, auditionem Euangelij commendauit inquiens: Ipsum audite. Audite illum, quia verba eius spiritus & vita sunt. Vitã vocauit verbũ Dei: quia est causa vitæ & suscitat mortuas animas. Quod ferculũ, aut quod tanta suauitate nectar vnquam fuit, vt mortuum ad vitam reuocaret? Cibus, animal dum viuit, sustinet: vita tamen functo nihil prodest. Verum diuinũ verbum nutrit & sustinet animam in gratia viuentem ipsamque in peccato mortuã exuscitat. Hoc significarunt illa Ezechielis arida & detrita ossa, quæ ipsemet propheta virtute diuini verbi de morte ad vitã reuocauit. Nullus enim peccator est, qui quãtumuis peccatis indurauerit & iam diu mortuus iaceat, non possit per hoc verbum reparari. Ossa arida audite verbum Domini. Ideo Petrus dixit Iesu. Verba vitæ habes. Ab effectu verba prædicationis verba vitæ vocantur: quia conferunt vitam animabus mortuis. Quæ sententia est diui Augustini: & fundatur in illis domini verbis. Qui ex Deo est verba Dei audit. E diuerso qui à verbo diuino abhorret, perditionis suæ formidandum præfert argumentum. Nam quanuis certa scientia nemo potest scire sit ne præscitus an prædestinatus, nisi fortè diuina reuelatione (quod maximis quibusdam sanctis concessum legimus) id assequatur: tamen, quoniam mores & vitã vniuscuiusq; sequitur eius damnatio aut salus, ideo nõ vilipẽdendũ signũ est perditionis, odiũ sermonis diuini, sicut nec cõtẽnendum est indicium salutis, esse diuinę doctrinæ studiosum. Quẽadmodũ enim narrante aliquo de rebus Indicis quæcunq; aut viderit, aut legerit, illi (duntaxat) attentis audiunt animis, qui illas regiones aliquando cogitant inuisere, cæteris oscitantibus vel dormitãtibus: ita propemodũ in sacra, euãgelicaq; denarranda accidit historia: ab illis nanq; studiosè auditur, quibus cælestia regna videre animus est. Hi sunt qui breuioribus offenduntur, longioribus oblectãtur cõcionibus. Hi sunt, qui templorum & cœnobiorum sanctuaria frequentant: hi sunt, quos non defatigat vehemens concionatorum clamor, iugisque attentio. Illi vero, quibus ad cælestia aspirare in votis non est, si fortè aliquando vel pudore vel necessitate coacti concioni interfunt, quid dicã qua indignatione, quo tædio & molestia audiunt? Quod si concionator plus horæ fortè dixerit, discedunt ægro animo, quin etiã sæpe ægroto corpore. Fateor esse non paucos, qui non fera impietate, sed peccatorum suorum conscij: & rusticitate quadam pudibundi quasi non audent, aut nequeũt verbi diuini grauitatem sustinere. Qui tamen ideo nihilominus delirant. Vnicum enim, quod habent salutis remedium, dæmonis inducti monitis, sibi eripiunt. Alter ille primus hominum parens Adam. Qui grauissimo admisso scelere, Deum tamen vocantem audiunt & fassus est inquiens, domine audiui vocem tuam. O sex Adam, qui etsi peccasti, verbi diuini auditionem non prætermisisti: qua propter amissam gratiam & salutem recuperasti: nam in Sapiente habetur Dominum illum à delicto suo eduxisse. ¶ Præterea sicut sæculares magistratus fures primò flagellis cædunt: secundo aũt aures præscindũt (quæ obedientiæ signum sunt) tertiò verò si quę sine auribus inueniunt, quasi rebellem & inobedientem, vltimo afficiunt supplicio: sic tu nisi plagis laboribusque in hoc fecerlo à domino inflictis admonitus pedem à peccando reuocaueris, vltimo & æterno ignis supplicio vita functus punieris. Ergo siquidem Adamum in peccato imitando ipsus es, ne illum, ad salutem ducem aspneris: quod facilè præstiteris si concionatorum verba non spreueris, imò illorum præcepta sequutus fueris. Aliter agens interitum, ò miser, tibi ipsi parabis. In quarto enim regum volumine habetur, quendam militem, sub cuius humero rex incubebat, verba Helisei prophetę, contemptisse, quo niam famem vltra non futurã prædixisset. Quamobrem, quia verbum Dei neglexit & noluit credere predicatori, occisus est, & conculcatus à turba. Sic punĩtur & contemnunt illud. Vnde dominus infra prædicatoribus inquit, Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. ¶ Deniq; adeò necessarium hominum saluti est verbum diuinum, vt Paulus Timotheo dixerit: Argue, prædica, opportunè, importunè. Omnia suo tẽpore bona sunt, aliàs nec vtilia nec laudãda. Musica enim & lætitia fluctus tẽpore exerceantur importuna iudicentur & spiritualis auditus duplici cõstat aspiquoniã tempus flendi, & tempus ridendi, tempus

Matth. 17. *Rom. 8.*

Ezech. 37.

Ioan. 6.

Augu. tra. 42. super Ioan. 6.

tempus loquendi, & tempus tacendi, &c. Veruntamen verbum Dei, testante Paulo, vbi supra, nunquam nõ opportune & prædicatur & auditur. Nusquam enim nec vllo tempore is interueniet casus, quo non sit verbi diuini explicatio opportunissima. Nam siue ex parte cõcionatoris queramus, semper bonaest, siue ex parte auditoris, quo magis pigritat, salutarius verbum diuinum est licut in furno, qui medicamentum fastidit. Nec sunt prudentes cõcionatores malo Chirurgo similes, qui imperita pietate, & misericordia ægrotantis corrupto pedi aut manui parcunt: vnde totius corporis postmodum succrescẽs tabes infirmum enecat. Nam quò dignior est animæ, quàm corporis salus, eò acriùs instandum est corruptis hominum moribus, ne pretiosam corrumpant animam. Nec nos moueat malitia impiorum contra prædicatores seueriùs agentes, seu potius seriùs, obmurationem, & plusquam pharisaicum scandalum dum modo id prudenter fiat, non enim prædicatorũ licentia, sed peccatorum inclamat contumacia. Nec minorẽ patitur hæc ætas morum iactura, quàm illa, qua Ioãnes Baptista Iudæos acriter reprehẽdens dicebat. Genimina viperarum, &c. Et Christus similiter pharisæos durè increpabat inquiẽs. Væ vobis scribæ & pharisæi, &c. Veritas enim etiã inuito mundo, & impiorũ cœtu dicẽda est. Igitur saluator noster Iesus clamãs dicit. Qui habet aures audiendi audiat, vt audito res attentiores redderet, & vt illis verbũ diuinum, suamque cõmendaret prædicationem. Ait igitur. *Qui habet aures audiẽdi, audiat.* Quia hæc parabola obscurior erat, quã pro auditorũ captu ideo addidit Dominus hæc verba. Qui habet aures audiendi audiat, id est, intelligite si potestis. Quomodo sapè in Apocaly psi dicitur, quoties aliqua obscura incidunt, nempè. Qui habet aures audiendi audiat. Quapropter auditus iste, de quo hic loquitur Christus non est ille, qui auribus percipitur, sed quędam interna animi perceptio, & attentio quod Hebraice, haazenu, Græcè, ἐνωτίσασθε, Latinè, auribus percipite, sonat, & proprienõ aure, sed corde percipitur. ¶ Obserua autem, quia si cut corporeus auditus fit ex duplici aere, sicut licet, naturali intus & naturali extra (quo modo etiã visus duplici lumine illustratur) ita & spiritualis auditus duplici cõstat aspiratione, fide videlicet infusa quæ est intus æqualiter inclinãs, & acquisita, quæ extrinsecus aduenit, dum eis, quæ fidei sunt, insistimus. Qui ergo habet aures animæ fide informatas audiat verbum Dei: quia scriptum est, non esse effundendum, aut perdendum verbum Dei, vbi non est auditus. Sed quæret aliquis. Cur dixit. Qui habet aures audiendi? Nunquid aures alio fungũtur præterquã audiendi munere? Nunquid datæ sunt aures ad palpandũ, gustandũ, aut videndum? Non vtiq;. Quid igitur sibi voluit in illis verbis Dominus? Superfluè nãque locutus videtur. At qui si penitius scrutari volumus, non vulgarem, aut triuialem horum verborũ rationẽ & causam inuenimus. Primũ dixit. Qui habet aures audiẽdi, &c. quia nõ pauci sunt in hoc sæculo homines, qui mẽbrorum, & sensuũ suorum abutẽtes officio, visum ad aures, auditũ verò ad oculos trãsferunt. Nam si forte proximũ de proximo murmurantẽ, & detrahentẽ vidẽt non secus fidẽ habent impio sermoni, acsi propriis idẽ oculis conspexissent, nec dubitant quoties apud alios in eundem incidũt sermonẽ, audita voce asserere, & iureiurãdo cõfirmare. Rursum nõ minus oculis abutũtur, illorũq; fidem spernũt. Intuentes nãq; vicinũ & popularẽ suum, vnũ atq; alterũ eferi, essaq; mortuorũ cõtrectãtes quos ipse dum viueret, non solũ mouerunt, sed etiã forsitan amarunt, nihilo magis mouentur, quã si ea ex Æsopi fabellis audiuissent, aut in Homericis carminibus legissent. Horũ igitur hominũ importunitatem, inuersamque naturam atq; ingeniũ his verbis ostendit Dominus, illos latentẽ arguens, quòd clarissima, & vtilissima caligantibus oculis percurrunt, quasi nõ viderent, ea verò quę inutilia & infirmioris fidei sunt, multò acutiùs cernũt. In hos dicit dñs. Qui habet, &c. vt eos dũm eo modo se habuerint, nihil ex sacris concionibus cõmodi reportaturos refellat: nõ enim admittit ingeniorũ ineptã peruersitatẽ. ¶ Secundò inquit Dominus. Qui habet aures audiendi, significans eos qui auribus ad iudicandum vtuntur clientium litigantium auscultantes querelis, vt sunt iudices, prętores, auditores Rotæ, regiiq; senatores, & cæteri iuriscõsultorũ magistratus, nõ debere dũ concioni interfunt, simili proximorum vitã censendi vti magisterio. Nã qui verbũ Dei auditurus venit, non vt accuset, aut dãnet, sed poti⁹ vt accusatus corrigatur venit. Vnde cõuincitur illorũ temeritas, qui

Eccle. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui in concione, inueterata quadam vafricie prædicatoris dicentis verba subnotant, rident, laudant vituperant: quasi non sui, sed prædicatoris emendandi gratia, adsint. Præstandæ sunt aures non ad iudicandum concionatorem: sed ad audiendum verbũ eius. Ideo Christus aures ad audiendum petit: & ò vtinam impetret. Quis sine lachrymis multis videre queat improbam in rebus corporeis perquirendis hominum solicitudinem: cum erga spiritualia tam gelidè affecti sint? Quis vsq; adeò desperata ægrotaret valetudine, qui sanitatem non modo pollicentem, aut exhibentem, verum etiã memorantem non animo audiret attentissimo? Si ergo corporalis tanti æstimatur valetudo: quid demens non inuigilas æternæ illi superstitiq; saluti? Si homines liberos suos magnifaciunt, charisimosque habẽt, quoniam in illos bona sunt sua translaturi, qua (inquam) de causa animam, quæ nõ solum tua, sed tu ipse es, non festinas ditare, vt post mortem tuam non filius tuus, sed tu ipse viuas? Nemo ergo sit, qui sermonẽ hunc, quo etiam vltra mortem vitam prorogamus, non audiat. Non ignorabat hoc propheta Ezechiel, dum dixit. Venite audiamus, quis sit sermo egrediẽs à domino, & veniens ad te. &c. ¶ Tertiò quanuis multi habeant aures ad audiendum, non tamen habent aures ad audiendum verbum Dei: similes magnis canibus, qui habent aures demissas à parte superiori, ne cælestia percipiant, à parte tamen inferiori apertas, cũ etiam minimos rugitus animaduertũt. Vacant enim fabulis & vaniloquijs & libenter audiunt amatoria, turpiaq; cantica: sed verbum Dei resq; diuinas audire nolunt. Hos etiam vocat & inuitat Christus ad audiendum, quia quanuis habent aures, non tamẽ ad audiendum, ea scilicet, quæ recta sunt & cælestia. De his loquebatur Paulus ad Timotheum. Veniet tempus, cùm sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertẽtur. Si paulisper immoratur prædicator, discedunt stomachantes indignam illius redundantiam, nec fabulis legendis, aut audiendis diẽ integrum defatigantur. Similes istis erant Israelitæ, qui affectantes allia & cæpas Ægyptias manna fastidiebant, nutrimentum cæleste, dicentes, Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimo. His & similibus hominibus turpia & inania sapiunt huius sæculi oblectamenta, cælestia vero & immortalia gaudia insipida sunt. Sed procedamus. *Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola.* Præter alias causas, quas supra adduximus, quare Christus in parabolis & similitudinibus loqueretur, modo occurrit nõ inelegans quædam ratio. Nã quèadmodum, si inter multos homines aperta facie incedentes vnus personatus, vel obuelatus incedat: ilicò omissis alijs in illum præcipuè intueri, mirari, quis est, rogare: ita ea similitudo larua sit orationis, qua hominem plerumque magis quàm re ipsa mouentur. non immerito dñs noster sapientissimus magister, hanc excogitauit artem, vt homines in suam pelliceret doctrinam. Quamobrem, & ipsi Apostoli huius nouitatis paritim sciendę gratia dixerunt. Edissere nobis hanc parabolam. Non autem interrogauerunt hoc Apostoli statim, vt prædicauit hanc similitudinem, sed posteà in secreto: non (inquam) in publico coram turba, sed posteà soli. Vnde in Marci Euangelio habetur. Et cum esset singularis interrogauerunt eum ij, qui cum eo erant duodecim, parabolam. ¶ Docemur hinc, si diuinorũ eloquiorum intelligentiam volumus, sepotis curis mũdi, & negotijs sæcularibus, soli Deo, sacreque scripturæ intenti, meditando, orando, legendo, assiduis vigilijs, in solitudine & quieta vita addiscere. Vnde per Sapientem dicitur. Sapientiam scribendi: scilicet, vt in secundo formam addiscendi: scilicet, vt cum aliquid audis, quod non intelligis, non erubescas interrogare. Ipse enim Christus vt nos doceret hoc, cum esset patris sapientia, vbi sunt omnes thesauri sapiẽtiæ & scientiæ Dei, sedens in medio doctorum interrogabat eos. Sed multi malunt ignoranter viuere, quam suam ignorantiam fateri, doctiores interrogando. Interrogabant verò quæ esset hæc parabola, id est quid periclitabatur, vellet intelligi. Sed Deus, qui paratus est omnibus subuenire, & docere illo, qui fecere cupiunt, sine mora illam exponens, fecisum suum patefecit. ¶ At cur illam proposuit, si non intelligebant illam audientes? Ad

Adhæc ipse saluator respondit discipulis suis, vt statim videbimus. ¶ Obseruandum hic est quantum Deus bona sua nobis impartiri cupiat. Verum vt auidius & iucundius nobis tanta eueniant beneficia, nostras anteà preces expectat, vt & nos illa, quæ quasi nostro labore & Marte parauimus, diligentius custodiamus, maioriq; faciamus. Quoniam sicut illa, quæ armis vel ingenio cuiusq; proprio, autori suo multo esse solent suauiora & gratiora, apud homines autem pluris fiunt, quam si gratis ab aliquo essent principe concessa: ita ea de causa Dominus saluatorque noster Christus doctrinam condidit suam, nec minus prophetæ reliquiq; sancti patres, vt non nisi cum labore & studio sensum, expiscaremur diuinorum scriptorum, ideo nobis multò suauiorem futurum. Non aliter etiam in rebus omnibus naturalibus fecisse illum videmus sapientissimum opificem: nam & nuces duro cortice operiuntur, & citrea mala, rosarumque genus spinis acutissimis circunuallantur, vt ne mini sine aliquo labore, aut arte locus carpẽdi pateat. Quare sicut paruulo infanti nucẽ infractam, insanientis esset nutricis, porrige re, quippequi vires non habet ad comminuendam nucem, sed eam integram mittit in os, vnde facili negotio suffocari posset. Sic è diuerso prudentissimè Ecclesiæ catholicæ statuerunt moderatores, nè sacra scriptura vulgo imperito & incauto exhibere tur: idest, ne vernaculo transcripta idiomate sui omnibus copiam faceret integram sine magistrorum explicatione, nè forte imprudentes homines hæresẽon pungerentur aculeis. Ad hoc legata est à Deo sacrosancta Theologorum schola, vt priùs latinitatis rudimentis fundamenta iacientes posteà gradatim philosophiæ & sacrarum literarum gradus ad culmen beatissimæ facultatis peruenientes, possent, quæcunque incidissent dubitationes, vel fide, vel ratione enodare, & populo salutarem doctrinam exhibere, qui tanquam infantulus est, præmansoque indiget cibo. Vnde Paulus ad Corinthios ait. Tanquam paruulis in Christo lac dedi vobis: & non escam. Hoc ipsum agit nunc Christus exponens Apostolis suis, etsi rudibus, prædictam similitudinem. Quem exponendi morem illi à præceptore suo excipientes vniuersis ecclesiæ catholicæ primatibus & prædicatoribus tradiderunt. Ideoq; qui indiget sapientia postulet à Deo & ipse respondebit & declarabit, inuestiget, laboret & quærat, & obtinebit scientiam. Iamque explicationi parabolæ accingitur Dominus. Sed antequam incipiat premittit, in quiens. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant & audientes non intelligant.* Sed dices. Frustra ergo Christus loquebatur, siquidẽ non intelligebatur à turba: nam (vt Paulus ait.) Si quis loquitur, & nõ intelligatur, mẽs eius sine fructu est. Dicendum nihilominus non esse similem rationem, de qua Paulus ait. Nam Christus, ea de causa (vt iam diximus) in parabolis loquebatur, vt rogatus tenacius doctrinam suam animis audientium imprimeret. Quod si à pharisæis cæterisque improbitatis sectatoribus non intelligebatur, erat, quoniã animo maleuolo audientes, non salutaria sibi, sed incommoda Christo quærebant. Quare non est mirũ si nihil intellexerint de Dñi doctrina, cuius explicationẽ nec petere nec audire volebãt. Ideo audiebãt Christi doctrinã, eiusq; opera mirifica videbant: attamen ob suam cæcitatẽ non intelligebant. Non autem excæcauit illos Deus auferendo ab illis oculos, aut iudiciũ sed gratiã non dando suã, hanc autem nõ dedit, quia ab illis, fuit repudiata. Ideo dicebat Christus. Quoties volui congregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alis, & noluisti? Et vt hemo potest medico litẽ intendere, qui ęgrorũ curari nolentẽ desperit, sic nemo in Deũ culpã retorquere, quod Iudæos sponte sua obcæcatos inuoluntariũ ruentes interitum non prohibuerit. Ipsi audientes non intelligebant, nec videtes videbant, quoniã Deus illis gratiam non dabat. Ideo nõ dabat quia illi nolebant. Quod vel illis verbis dominicis superiùs citatis appareret. Quoties volui congregare. &c. Superbia igitur & malitia illorũ, erroris causa fuit, nõ obscuritas sermonis diuini, quem à domino audiebant explicaturo si voluissent. Deus enim non immittit cæcitatẽ, aut duritiẽ, sed propter hominum iniquitatem, non suppeditat gratiã: qua destitutus homo in grauissima incidit peccata: & in suo vitio obcæcatur. Nã quemadmodum lux cæcitatis causa dicitur, quando videlicet se à conspectu nostro subtrahit, quoties aut oculos claudimus aut faciẽ auertimus: ita Deus obcæcare dicitur hominẽ, quando ab eo gratiã suam subtrahit, quoniam homo illã nõ admittit. Sic isti obcæcati non videbant. Quapropter hęcõ

Ezec. 33.
2. Tim. 4.
Num. 12.
Exod. 4. 10.
Luc. 8.
Iacob. 1.
1. Cor. 14.
Matt. 23.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iũctio, vt, hîc causam nõ dicit, sed cõsecutionem effectus. Sic Paulus Romanis ait. Lex subintrauit, vt abũdaret delictum. Nunquid Deus dedit legẽ, vt homines faceret maiores peccatores? Absit. Lex enim non est causa peccati, sed peruersa hominũ voluntas, quę contra legẽ facit. Ideo sensus est. Deus legẽ condidit iustissimam: verum ea est hominũ improbitas, vt medicinam in venenum cõuertentes ex ipsa lege occasionem maiora indies perpetrandi flagitia sumant. Sic etiã intelligẽdũ puto illud regij prophetæ Dauidis Deũ in Psalmo deprecãtis, Tibi soli peccaui, & malum corã te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris. Non peccauit Dauid vt iustificetur Deus: sed ex opere Dauidis peccantis contigit Deum iustificari. Quare coniũctio, vt, ibi causam nõ dicit, sed effectus consecutionem. Ita etiam illud Pauli intelligo. Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt. &c. vt sint in excusabiles. Et illud quod in Ioanne legimus Dominũ dixisse de cæco nato, Neque hic peccauit nec parentes eius: sed vt manifestẽtur opera Dei in illo. Similiter & Esaias ait, Butyrũ & mel comedet, vt sciat reprobare malũ & eligere bonum. Vbi particula, vt, nõ finalẽ causam sed euentum & consecutionem notat. Non enim comedet eo fine vt sciat reprobare malum & eligere bonũ. Eodem modo intelligendus est Ezechiel dũ ait. Ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarũ, vt capiatur domus Israel in corde suo. Et alibi idem propheta inquit. Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tempus eius. Itaq; vt eo, vnde defluxit oratio nostra redeat, nõ est sensus, ideo in parabolis Dominũ fuisse locutũ, vt audientes nõ intelligerẽt, sed est sensus, vt ex eo quod loqueretur in parabolis & non intelligerent eum, non conuerterentur, quod tamen non conuerterentur non intendebat Dominus: propter demerita enim sua non egit Christus cum eis, vt intelligerent. Et sic adimpletũ est in illis illud Esaiæ. Audito audietis & non intelligetis, & videntes videbitis, & nõ videbitis. Et causam subdit. Incrassatum est enim cor populi huius. &c. Ideo de istis dixit Dñs. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Ideſt se putantes, & videtes foris miracula, non vident intus virtutẽ operantem. His itaq; verbis docet Christus quãobrem non palã omnibus loquatur. Tantũ

Rom. 5.

Psal. 50:

Rom. 1.

Ioan. 9.

Esa. 7.

Ezech. 14.
Ezech. 22.

Esa. 6.

Ioan. 9.

enim est ac si diceret. Quales ad meam prædicationem animos & affectus afferunt, talẽ reportabũt fructũ. Nolunt intelligere, q̃ luce meridiana est clarius, ideo ego per obscuras parabolas illis loquor. Oculos habẽt, vt palam mea cõspiciant miracula: adeo tamẽ maligna obcęcati sunt inuidia, vt ea pro Dei operibus nolint agnoscere. Sic aures habent, vt irrefutabilem à me audiant veritatem: nec tamẽ vt credant adduci possunt. Ex his palam fit nostra culpa fieri, si quando nobis Dei gratia subtrahitur. Vtinã & nobis cum Deus non faciat similia, vt exigentibus flagitijs nostris, à nobis gratiã & beneficiã auferat sua, vt à maximè criminosis quibusdam & perditissimis hominibus quibus per Ezechielem ait. Auferetur zelus meus à te. Mol taq; supplicia anteà posuit Israëlis populo ob eius ingratitudinem, ventura. A postolis vero aliter euenit: nã quia recta intentione audiebant, intelligere meruerunt. Et quem admodũ opulẽtissimi mercatores solent, qui in vestibulo tabernæ venalia exponunt nõ pretiosa, sed communia quędã, quibus tamẽ emptores alliciunt, vt ea, quæ intus seruantur cõparent, quæ cum multo sint præstantiora, non cuiuis, sed ditissimis & certissimis emptoribus ostẽdũtur, sic Dominus noster & saluator Christus omnibus quidẽ doctrinæ suæ argumenta similitudinaria ostendebat, ipsius tamen valorem illis (dũtaxat) exhibebat, qui seriò non fictè ad eius accedebant prædicationem, vt A postolis, qui salutem quærebant suam. Cæteri vt inobedientes à Deo excæcantur: sicut Sedechiam Nabuchodonosor, quia non ei obedierat.

¶ Obserua autem illud verbũ, datum, magnam emphasim habet. Nisi enim datũ fuisset, nec ipsi A postoli intellexissent: non enim ex meritis, sed ex Deo vocante datum est illis. Vnde Paulus. Non est volentis, neque currẽtis, sed Dei miserentis. Hos elegit, quos inuenit, vocauit, & istis datur regnũ Dei: hoc est, Euãgelica prædicatio. Quare? Quia sic placitum fuit ante te. O fœlices viri. &c. Nec nobis etiam dona negaret sua si voluissemus libertate arbitrij vti, & nobis ex eius donis commodũ parare: sicut viduę Heliseę non negauit, oleũ in eius omnibus vasis augens, donec ad excipiẽdũ defuerunt ficti illi. In hunc propè modũ si & nos vasa cordium nostrorũ vacua à sæcularibus delicijs Deo offerremus plenitudinẽ gratię, & misericordiæ diuinæ in animis nostris reportaremus. Sed

Ioan. 9.

Psal. 17.

Sed de his aliàs. *Est autẽ hæc parabola.* Dominus exponit seipsum. Itaq; aliter exponere, quam ipse exposuit temerariũ esset. Ita dominus dixit. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo. Et in Prouerbijs. Ne addas quicquã verbis illius, & arguaris, inueniarisq; mendax. Et in Ecclesiastico. Non est minuere neque adijcere, neque est inuenire magnalia Dei. Et Ioannes in sua Apocalypsi ait. Si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Ideo nullus expositorum ausus est manum apponere, vt aliquid addaret dominicæ expositioni: quia ipse Dominus eã exposuit. Illum itaq; audiamus. *Semẽ est verbum Dei.* Quoniam, testante Euangelistarum fide verissima, Christus verbum diuinum semini cõparauit, superuacua, imò impia esset hæsitatio, sit ne vere à domino adducta hæc cõparatio cũ cęteris spinarum, petrarũ & viæ cõparationibus in præsenti deratore proposita parabola. Quare illud modo supereſt inuestigare, cur saluator noster verbũ diuinum semini contulerit, cum quo nihil videtur habere commercij. Re tamen diligenter pensitata, duo potissima inuenio mutuę similitudinis fundamenta. Primum. quia (vt philosophus ait) fructus virtualiter sunt in semine. Habet enim semẽ virtualiter calorem & virtutem quandam generatiuam, ex qua fructus prodeunt. Semẽ enim in primis radices agit, deinde surgit in caulẽ, postea in arborẽ frondibus, ramis, floribus & fructibus ornatam. Sic verbum diuinum in animo humano hęrens radicibus primũ, deinde virtutibus omnibus roboratũ, ramis floribusq; nitescit, donec perfectum in gloria sempiterna cultori suo fructum parit, quo ille ab omnibus laboribus suis emeritus, fructu, qui à fruendo dicitur, fruitur. Vere igitur dicere possumus, sicut in semine fructus virtualiter continetur, ita in verbo diuino & audiendo & percipiendo beatitudinem cõsistere. Nam primo verbum Dei audimus, ex quo statim fides consequitur iuxta illud Pauli. Fides ex auditu, auditus autem per verbũ Christi. Ad fidẽ autem sequitur opus, ad opus meritũ, cuius præmiũ certissimum vita sempiterna est. Si enim quępiã roges, cur eleemosynã facimus, ieiunia sustinemus, labores nõ recursamus religiosos & pios? responderet vtique, nisi omnis esset expers iudicij, nempe vt vitã adipiscamur æternam, quę nõ paruo, sed summo

Ioan. 12.

Apoc. 22.

Eccle. 24.

est cõparãda pretio. Rursum si instes. Quod nam tibi ist hæc persuasit oraculũ? respondebit. Fides. Sed vnde hæc fides? Ex verbo Dei. Hoc est quod Christus dixit. Regnum Dei intra vos est. Hæc verba de hoc semine intellexit: quia verbũ Dei producit & virtualiter continet in se regnum Dei: ex verbo enim Dei oritur fides, & ex fide spes, charitas, cæteraę virtutes & opera bona, quibus regnum cælorum debetur. Felix ergo verbũ diuinum. Fœlix verbi diuini auditor, fœliciſsimus custoditor. Igitur propter similitudinem, quam habet hoc verbũ cum semine, quia est principium & origo beatitudinis. & virtualiter continet illã, sicut semen fructũ, dixit semen verbum Dei esse. ¶ Secundò, rectè confertur verbum Dei semini, quia sicut semen ad hoc, vt fructũ ferat terra obruitur & extinguitur (nam vt Paulus ait) Non viuificatur nisi prius moriatur. Sic verbum Dei, vt fructificet, oportet ita corde seruetur, nec integrum omnino sit, sed radicibus firmitatis in pectore manentibus ipsum totum in bonorũ operum flores effundatur, vt nihil intus maneat virtutis, quod in opus non prodierit. Quod multo aliter faciunt illi, qui conciones audientes aure tenus tãtũ modo percipiunt. Quare quicquid audiunt cũ congerronibus suis garrientes effutiunt, nec re præstant, quod ex ẽplo Christi docti sunt: verũ ita obliuiscuntur quasi non audiſsent vnquã. Non ita pio sapientiq; Christiani nominis cultori agendũ est. Quin potius ea, vsq; debet se se gerere solicitudine, vt omnia, quæ audierit, rebus multo faciat, quam verbis cõsummatiora. Ideo egregius psaltes Domino dicebat. In corde meo abscõdi eloquia tua. In corde dicit, nõ in linguã tãtum. Et de beatiſsima virgine noster Lucas in superioribus dixit. Maria conseruabat omnia verba hęc conferens in corde suo. Multi qui verba audiunt diuina. Sed quia ea, vt oportet, non conseruant: ideo nunquam fructum faciunt deficientibus firmitatis & constantiæ radicibus. Quapropter sapiens orat dominũ dicens. In Iacob inhabita, & in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. Has autem radices verbum Dei in hominum animis agere non poterit, nisi constanti & firmo illũd hospitio pectoris susceperit. ¶ Verum si semen est verbum Dei, quis est, qui seminet, nisi ipse Deus? Expende etiam: cum dixisset. Quid esset semẽ & terra & spinæ, & cætera omnia, non dixit quis

Psal. 118.
Luc. 2.

1. Cor. 15.

esset seminator, quoniam ex hoc clare patet esse Deum. Nam si semen est verbum Dei, & seminator seminat semen suum, consequens est, seminatorem Deum esse. ¶Docemur etiam Deum seminatorem attendere, qualiscunque prædicator sit, etiam si sit maximus omnium peccatorum. Non ne dixit dominus prædicatoribus Eccle się. Matt. 10. Vos non estis, qui loquimini, sed spiritus Hier. 1. patris vestri, qui loquitur in vobis? Et Hieremiæ dixit. Ecce dedi verba mea in ore tuo, & constitui te super gentes & regna. &c. Quæ autem sint hęc verba Ezechiel Ezech. 2. explanat dicens. Quod comederit librum, vbi scriptæ erant lamentationes, carmen, & vę. Hoc est exemplar fidissimum ad cuius normam dirigendi sunt omnes prædicatorum conatus & vires, extorquere, scilicet, auditoribus lachrymas, mouere affectus, animosque à vanis mundi abducere oblectamentis. Hic seminator dicitur exijsse seminare semen suum. Exijt (inquam), Deus non motu locali, sed exijt quando ostendit se creaturis creando illas, suamque in illarum creatione mirabili potentiam ostendens: non enim Deus mouetur localiter, vt illum exisse animalium more dicamus. Quoniam omnia, quæ mouentur ab alio mouentur, & qui mouet, maiorem virtutem habet, quam qui mouetur, quia in illud agit. Si ergo Deus moueretur, esset aliquid Deo perfectius, ideoque impossibile est Deum moueri. Dicitur tamen exire, ostendens se creaturis suis, quando, scilicet, se illis conspiciendum præbet, quod sine vlla sui mutatione fit. Nam quemadmodum crinale reticulum, muliebre ornamentum, si concolori panno, aut parietи applicetur, artificium celat oculos intuentium, quoniam color, qui visus est obiectum, eodem modo se habet vbique, vnusque & idem est, vnde quantitas, quæ per accidens visui objicitur, & mediatè vix percipitur: quod tamen si super nigrum corpus extendatur, non modo perspicuum, sed etiam elegans efficitur intuentibus, nulla sui mutatione, sed modo apparendi tantum variato. Sic Deus cum sese ostendit hominibus nec mouetur, nec mutatur, sed eo modo se exhibet videndum, vt visus mortalis qui anteà imbecillitate sua caligabat, omnibus sublatis impedimentis ex parte sua creatorem videat suum, quasi exeũtem. ¶Exijt secundò in incarnatione, vt ipsemet seminaret & prædicaret verbum Dei: quod anteà per prophetas suos prædicauerat, & seminauerat. Quomodo ex aratoribus, qui opulentiores sunt, labores arandi & seminandi per famulos operantur suos: ipsi domi se continẽtes rarò in agrum prodeunt, si tamẽ syluam euertere ad agrum conserendum, vel vepretum exurere, aut aliquod magnũ opus moliantur non se continent, quin habitu, armisque aratorijs arreptis ipsi etiam se in opus maximum, primarios inferant operarios. Ita propemodum Deus multa per prophetas facinora exegit suos: ad redemptionis tamen opus, opus magnum, quo & syluа dęmonum eruenda, & peccatorum vepres comburendi erant, ipsemet de ventre prodijt virgineo formam serui accipiens. Exijt quasi colonus non ad otium, sed ad labores. Vnde Hieremias, Quasi colonus futurus est in terra. Coloni enim non est otiari: sic laborauit Christus salutem operando in medio terræ. In euangelio enim habetur quod fatigatus sedebat super fontem, lassatus, esuriens & sitiens. ¶Sed antequà vltra progrediamur non leuis mihi occurrit dubitatio. Ecquid enim Christus se stulto & insano agricolæ cõparat, qui in locis petrosis & senticosis seminauit, vnde nihil fructus colligi poterat? Certè non rectè comparationẽ induxisse videtur. Cæterũ non obstat. Quę admodum enim aratores, si per vires humanas fieri posset, vt non moreretur semẽ quod cunque etiam loco iactum, quin potius fructum ferret, non dubitarent super petras & vepres semẽ spargere: ita Deus qui de durissimis & incultissimis animos mitissimos sæpe verbo reddit suo, non dubitat in omnes illud effundere: & hoc est quod comparatio innuit. Quod si aliqui sint, qui semen acceptum duritie & squaliditate sua cõficiant, illud culpa sua, non aratoris factum est. Qui cum sit prudentissimus eo modo animos hominum fecit, vt quotiescũque duritiem aut suauitatem induere vellent, possent. Egregiè hoc in Saulo præstitum est, qui diuinitus à Domino vocatus veterem exuit hominem, nouumque induens & de sterili asperrimoque deserto, serpentum latibulo, & habitatione, in pinguissimum & frugiferum agrum mutatus, pristinã duritiẽ deposuit. Idem de latrone in cruce pendenti, dici potest: quorum conuersio etsi multo habuit minus admirationis, non minus tamen habuit argumenti, quantum possit diuini verbi seminatio, quanta aque sit arbitrij nostri libertas, quibus adiuti mortales ex durissimis & nequissimis, mollissimi & sanctissimi fieri possunt. Quid magis peruium itineribus omnium malarum cogitationum Maria Magdalenа? illain tamen Deus terram fructificantem fecit. Quid Matthæo in theloneo sedente spinosius & incultius? nihilominus tamen verbum Dei in illo consitum spinis non est obrutum auaritiæ luxuriæ, & diuitiarum, quin potius Dominum suum omnibus renunciare coẽgit & Christum in summa sequi paupertate: & sic de cæteris. ¶Præterea aliqua hic sunt obseruanda. Primum, cùm loquutus est Dominus de suo aduentu in carne, locutus est per verbum præteriti temporis dicens. Exijt, quia iam semel incarnatus est, venit & passus est: sed dum ait de prædicatione, dicit, qui seminat, loquens per verbum præsentis, quia semper seminat quotidie: & omni tempore nunquam cessat seminare prædicando, inspirando, vocando, & multis, magnisque beneficijs alliciendo. Secundò videtur esse inculcatio sermonis, cùm exijt, qui seminat seminare, sed modus loquendi est Hebraicus, in quo sic verba repetuntur: vt illud, Expectans expectaui Dominum. Et illud, præcipiẽdo præcepimus vobis. ¶Tertiò, quod semen suum dixit, non alienum: quia doctrina sua erat. Prophetæ prædicauerunt non suam, sed Dei doctrinam: atque ideò dicebant. Hæc dicit Dominus. Christus tamen non dicebat, Hæc dicit Dominus, sed, Ego autem dico vobis, vt videri potest in sermone Domini in monte. ¶Quarto obseruandum est nihil sacro cõcionatore indignius, aut indecentius esse, quàm si facetijs & ludicris verbis vtens, risum audientium captare affectet. Quæ omnia cum scurrarum, nebulonumque hominum sint propria, consequens est, nequaquam tantæ grauitati posse conuenire. Verum enim & germanum prædicatoris officium est lachrymas, non risum populo incutere: hoc est euangelicum dogma, & Christi saluatoris doctrinæ maximè consentaneum. Quod si quis secus faciat, is non ad audientium ædificationem, sed potiùs ad suam & aliorum oblectationem verba facere putabitur. ¶Quintò aduertere debet prudens & pius concionator, ne, sicut loquaces auiculæ facere solent, quæ caueis abditæ humanas discunt voces imitari, sic ille verba non sua, sed ementita proferat: ideſt ne ea prædicet populo, quæ ipse priùs non egerit. Hoc est, quod ait euangelium, seminare semen suum. Itaque castus, humilis, abstinens, patiens, religiosusque concionator rectè harum virtutum præco existet, quia semen suum seminat. Sic egregius ille prædicator dicit, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte, cùm ipse alijs prædicauerim, reprobus efficiar. Seminator etiam manu seminat, itaque tu manu, & opere optimè prædicabis. Nam sicut regia chirographa nullius authoritatis sunt, nisi appensum habeant sigillum regium: sic qui prædicat, nisi sigillum bonæ & benè moratæ vitæ habeat, nihil agit. Hoc enim sigillum eximiam verbis prædicatorum authoritatem præstat. Quamobrem Christus priùs dixit apostolis, Vos estis sal terræ, & postea, vos estis lux mundi: quia virtus, quæ per salem ostenditur, lucem doctrinæ præcedat est necesse. Lux in lampade in oleo sustinetur: sic doctrina in vita misericordiæ & bonitatis plena. Ita Deus in vestimento summi sacerdotis non anteposuit superhumerale, quàm tunicam hyacinthinam, quia non anteire sapientia opera debet sed prius opera exerceri, & postèa sapientia est habenda, quasi quidàm habitus, à multis bonis operibus procedens. Tũ etiam non anteà doctrina, quàm rationale: quia non prius alios docere, quam nos instruere & iustificare debemus. Super hæc autem additur veritas, quia veritas est summa sapientia. O seas etiam hunc eundem ordinem seruat, cum dicit, Seminate vobis ad iustitiam, & metite fructum vitæ, & illuminate vobis fructum scientiæ. In Leuitico etiam præcipitur offerri animal, quod ruminat & diuidit vngulam: quia non satis est, vt rumines meditando & discendo in scholis, sed oportet diuidas vngulam, opere adimplendo quæ doces. Si mediteris legem diuinam, & ea quæ legis ad subtilem & spiritualem intelligentiam reuoces, vita autem tua & actus tui non sint tales, vt distinctionem facias inter præsentem huius sæculi vitam, & vitam futuram alterius, camelus tortuosus censendus es: qui cum intellectum acceperis ex meditatione legis diuinæ, non diuidis neque segregas præsentia & futura, nec angustã viam à via spatiosa secernis. Sunt enim qui assu-

Matt. 10. Hier. 1.
Ezech. 2.
1. Cor. 9.
Math. 5.
Osee. 10.
Leui. 11.

Psal. 49. munt testamentum Dei per os suum, & cùm legem Dei in ore habent, vita, & actus sui longe à verbis eorum, & sermonibus
Matt. 23. discrepant. Dicunt enim & non faciunt.
Psal. 49. Peccatori enim dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas? &c. Ruminat hic, sed non diuidit vngulam quare immundus est. ¶ Disce igitur prædicator verbi Dei qualis esse debeas. Si alios mundare vis: tu esto mundus. Si alios in Dei amore feruidos & ardentes facere cupis, opus est, vt in te ignem cælestem excites, quo auditores feruere facias. Nam qui fieri potest vt frigidus & tepidus alios calentes reddat? Quare quemadmodum si ad extinctos carbones alios similes adiungas, nihil agis, accendentur autem faciè si ignem approximes: sic qui peccator tanquam extinctus carbo, ad malè moratum accedit prædicatorem nunquam conuertetur. Propter quod de Christo domino nostro omnium prædica-
Psal. 17. torum decore & ornamento dicitur. Ignis à facie eius exarsit, & carbones succensi sunt ab eo. Peccatores enim aqua malæ cupiditatis extincti, prædicatione Euangelica succensi sunt. Carbonibus enim facies
Thren. 4. peccatorum comparauit Hieremias dicens, Denigrata est super carbones facies eorum. Sic opus est, vt tu prædicator ignita habens eloquia, à pectore pleno charitatis igne flammantia, vt corda auditorum
Act. 2. calefacias. Sic Petrus, qui aliquando frigidus fuerat, igne spiritus sancti succensus in die Pentecostes ferè tria millia carbonum extincta accendit. Esaias etiam, qui labia
Esa. 6. habebat immunda, habuit opus purificatione antequam ad prædicandum mitteretur: propter quod veniens vnus seraphinorum tulit carbonem ignis de altari, & tetigit labia ipsius & linguam, & purgauit: eaque purgata statim mittitur ad loquendū. Quandiu habuit labia immunda non iniunctum fuit illi prædicationis onus. Mundātur labia ipsius & posteà dignus habitus est, cui prædicatio mandari debeat. Ex quibus colligimus eum, qui peccatorum sordibus inquinatus est, indignum esse ad prædicationis officium subeundum. Nam eius vitiosa vita & mores suspicionem non paruam auditoribus injiciunt, non esse vera quæ ab illo fuerint edocti. Ad quod hoc argumento mouebantur, quod videlicet non est verisimile aliquem ita desipuisse, vt alijs benè consulat, sibi autem malè. Si bona sunt, quæ docet, cur ea non facit? Si bona sunt quæ facit, cur ea non docet? Itaq; quocunque se vertat, improbitatis conuincitur, aut malè viuens, aut malè docens.
Victi fuerunt bis filij Israël pugnantes contra Beniamin in bello iusto, quia ipsi eadem crimine erant contaminati. Hoc autem non intelligo de prædicatore, cuius mala vita latet, is enim sicut nullo præmio prædicans dignus est, ita nec pœna. Quoniam peccatum suum cùm lateat, nihil prohibet, quominus eius doctrina vera esse credatur. Mittens Deus Esaiam ad prædicandum eius labia accēso visit cārbone, innuens verba prædicatorum debere esse ignita & diuino amore ardentia, vt corda auditorum deurant. Cum Deus legem populo suo in Sina mōte dare vellet, totus mons visus est conflagrare, deinde vox tubæ paulatim ingruentis. Similis sit huic monti Euangelicæ tubæ inflator, vt videlicet prius totus amore diuino exardescat, deinde verò tubam prædicationis insonet. Bis legimus Christum paucis numero panibus millia hominum millia satiasse, quos tamen antequam partiretur, manibus sumpsit suis: sua & tu doctrinam tuam docturus populum opus est, vt illam prius manibus tuis operaris, tunc demum cælesti pane animas omnium satiabis. Moses virgam manu tenens virgam esse videbat, quam tamen simul ac in terram proijciebat, in anguem cōuersam mirabatur. Sic prædicator dum doctrinam suam manibus præstat suis, rectam esse videt, postquam verò illam ab se proiecit verbis tantummodo contentus, serpentem esse cogit, quo ipse lacesitur, auditores scandalizantur. Ideo seminator, qui prædicator est, tria facit antequam seminet. Primò semen doctrinæ euulgandum manu capit, vt scilicet priùs operetur, quam doceat, vt iam diximus. Secundò semen mundat diligenter, ne forte mala grāmina seminaturus, ne forte malā grāmina seminet: sic prædicator priùs singula apud se debet verba expēdere, ne quid effundat, quod bonis noceat, aut fructum bonæ doctrinæ impediat. Vnde Esaias: Dominus dedit mihi linguam eruditam: vt sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo. Dominus Deus aperuit mihi aurem. Ego autem non contradico. &c. Tertiò seminator terram diligenter considerat, vt quæ tritici, seras est, tritico seminetur: quæ verò hordei, hordeo. Sic prædicator iuxta auditorum

9. tium captum doctrinam suam spargere debet. Ideo Paulus, Non veni (inquit) ad vos in sublimitate sermonis: sed tanquam parvulis in Christo lac dedi vobis, non escam. &c. Sed satis hæc sint de prædicatore. ¶ Hactenus egimus de semine & de seminatore, hoc est de prædicatore & verbo diuino, nūc paucis verbis de terra, in quam semen cadit, agendum est. Hæc autem terra, vt ex litera patet, proculdubio corda audientium prædicationem sunt. Quatuor autem differentias huius terræ Christus posuit. Nam quidam audientes verbum non fructificāt: quia illud non credunt. Alij autem licet credant impediuntur fructificare. Primi fructum ferre nullo modo possunt: nam verbum non creditum, animum ad agendum nullo pacto mouere posse verosimile est. Et isti comparantur semini cadenti secus viam: quia licet terra sit bona, impossibile est ibi fructum gigni, cùm transeuntium pedibus conculcetur. Hoc semen tollit diabolus, sicut aues granum de terra: ne credentes salui fiant. Quia verbum, quod non creditur mox ab animo nostro elabitur: quia animus non curat de eo, quod verum esse non putat. Cæteri autem qui credunt, licet non operentur, verbum in animo retinent, cum credunt illud esse verum. Et sic de sola prima parte seminis dicitur, quod volucres comederunt illud, & etiam à diabolo raptum fuisse. In spinis autem, & supra petram semē manet, licet fructum non gignat: quia isti sunt qui credunt & non operātur. Quia tamen verbum creditum mouet animum, necesse est, vt credens operetur, nisi impediatur. Est autem duplex impedimentum, alterum propter timorem, alterum propter amorem: quia ex istis passionibus oriuntur cæteræ. Propter timorem impeditur qui cessat ab operatione tentatione insurgente: & hoc est semen, quod cecidit supra petrā. Propter amorem autem impediuntur illi, qui propter aliqua bona huius vitæ, videlicet diuitias, honores & carnis oblectamenta cessant ab opere: & hoc est semen cadens inter spinas. Et quia non sunt plures modi, generaliter loquēdo, quibus homo audiēs verbum Dei non fructificet, posuit Christus tres tantummodo partes seminis non fructificantis, & vnam fructificantis. Sed singulas has quatuor differentias terræ expēdamus, & audiamus Dñm dicētē. *Qui autem secus viā, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus & tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant.* Audiunt quidem multi verbum Dei & delectantur in prædicatione, sed non proficiunt. Quemadmodum nonnulli oblectantur musica, & musicos aliquorum fortitudinem & res gestas, & facta præclara canentes libenter audiunt, sed virtutes, quas illi laudibus efferunt & cantibus celebrant, imitari non curant. Sic oblectationis & recreationis tantum causa multi audiunt concionatores: sed non imitantur virtutes, quas laudāt. Audiunt concionatores, vt eorum mulceantur artificio, eloquentia & doctrina: non autem, vt iuxta eam viuant. Vt apes multa decurrentes solum floribus delectantur, illosque decerpunt, alia verò relinquunt: sic ij auditores totam concionem audientes nihil præterquam pulchrè dicta eligunt. Hæc tantum curant & solidam doctrinam contemnunt. Id præuidens Paulus Timotheo
2. Tim. 4. dixit, Veniet tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed. &c. In Actis
Act. 17. Apostolorum legimus Athenienses ad nihil aliud vacasse, quàm vt aliquid noui dicerent, aut audirent. Solent etiam isti flores prædicatorum aliquando prodesse, & inter hæc aliquem bonum motum concipere. Et audientes conciones solent multi vitæ suæ emendationem proponere: sed nihil proficiunt, licet benè cogitent, quia tentati à diabolo succumbunt. Venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, qui ex curiositate, aut recta intentione audiunt, ne credentes salui fiant. Multi quidē bene audiūt, sed non perficiunt: ¶ a diabolus tollit verbum Dei de cordibus eorum. Venit diabolus, qui latine dicitur calumniator, Græce diabolos, Hebraice zabulus, hoc est deorsum fluens, eo quod à cælestibus in terram sedibus corruerit. Assimilatur autem hic volucribus cęli propter similitudinem: quia volucres comedūt semen, ita, vt terra fructum ferre non possit: sic & dæmones tollunt verbum bonum de corde hominum, vt fructu boni operis priuentur. Morantur etiam in aēre sicut aues, & natura leuiores sunt cæteris creaturis, sicut aues reliquis animalibus agilitate antestant. Hic tollit verbum de cor
de audientium illud, sicut Madianitę, quiva *Iudi.* 6. stabant segetes Israël. ¶ Obserua autem pro huius loci expositione, diabolum nihil penitus ab intellectu aut voluntate nostra eripere posse: quia operatio dæmonis non potest pertingere directè vsq; ad substantiā animę

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostræ: nec etiam angelus id efficeret. Quoniam solus Deus, qui animæ nostræ illabitur, & in illa vere est, potest in ea operari. Et ideo etiam si Deus permitteret diabolo facere quod posset, nō posset tollere aliquid de intellectu nostro, aut de voluntate, nec scit quid habeamus in intellectu, aut voluntate nostra. Potest tamen dæmon operari circa phantasmata, quia phantasma dicit organum corporale: & totum intelligere nostrum à phantasmate pendet, eo quod intellectus noster non habet formas, per quas intelligat, sed per sensum accipit à rebus. Vnde dæmon perturbare phantasiam potest, destruendo eam, vel illam ineptam faciendo ad vsum intelligendi. Et ita poterit auferre omnem intellectionem nostram: sicut apparet in omnibus ægritudinibus, in quibus turbatur cerebrum. Sed Deus illis hoc non permittit, nec etiam corporaliter nocere hominibus quantum volunt: suggerunt tamē figmēta cogitationi, vt fidem euertant. Quomodocunque autem suadente diabolo homo non credit eis, quæ prædicantur, dicitur diabolus tollere verbum de corde eius. Et sicut potest tollere de corde isto modo, quod diximus, potest etiam mittere, sicut Ioannes ait, misisse diabolum in cor Iudæ, vt dominum traderet, transmutando phantasias omnes, & imaginationes, & denique ipsas potentias organis infixas, sensus deludendo, quantum Deus permittit. Et quia intellectus vtitur illis potētijs, ideo ipsis turbatis communiter turbat rationem. Intellectus autem ratione turbat necessario vitiatur & vitiosus voluntatē ad se trahit, qua decepta, peccatum committitur. Hoc autem modo diabolus indirectè & mediatè mittens has falsas, & impias cogitationes omnia perturbat vsque quo voluntas volens & liberè consentiat peccatis: & tunc tollit diabolus gratiam & charitatem, & merita, & aliquando fidem, ita, vt non credat verbo Dei, nec Ecclesiæ prædicanti. Audi quid fecerit Iacob, vt oues, & capræ conciperent fœtus maculosos, posuit ante oculos gregis, quoties aquatum iret, virgas populeas & amygdalinas, cortice partim erepto, partim retento. Quo pacto virgæ discolores effectæ, & in perspicua sublucentes aqua, veneris tempore, matrum per defixos sensus fœtus in vtero maculabant. Ita & dæmon sensibus nostris varia deliramenta obijcit, siqua possit animam labe peccati maculare. Cum enim optime noue-

Ioan. 13.

Gen. 30.

rit tempora, quibus nos, quasi quadam venere libidinum furore rapimur, quando maiorem in modum ardescimus, in aqua postræ voluptatis talia obijcit phantasiæ vafra menta, tantis distincta pietatis coloribus & simulationibus, vt nemo nisi castissimus ab omni culpa conscientiam non maculatam possit seruare. Vnde, sicut in grege Iacob accidit, vt eo colore agni tingerentur, quē matres eorum concipientes oculis hauserant, sic euenit miseris mortalibus, qui incautiùs varia cogitantes, pauci maculam peccati euadunt. Nam in ea miserrimè labuntur vitia, quibus frequentius à dæmone solicitati non restiterunt. Hostis nanque generis humani, qui optimè vniuscuiusque ingenium & mores nouit, ea se gerit arte, vt iracūdis iræ, libidinosis veneris, superbis arrogantiæ semper cogitationes obijciat: quibus mille fucatis pietatis coloribus intellectum, & voluntatē seducit. ¶ Aduerte autem non posuisse Iacob quascunque virgas, sed tantū populeas & amygdalinas, vt hinc etiam discas labilitatem & inopiam huius vitæ. Nam sicut populus sterilis est, nulliusq; fructus ferax, frondes tantūmodo virentes ostentat, amygdalus autem, præcoci vernans flore breuissimè & florem & frondes amittit: sic vicia nobis ante oculos à dæmone obiecta, quasi populeæ & amygdalinæ virgæ fugacia, sterilia & breuissimę iucunditatis sunt. Flosculi sunt incostantissimi carnis oblectamenta, quæ quauis fortunæ vel naturæ vice collabuntur. Reliqua autem vitia frondibus infirmissimis sunt similia, quæ quocunque aduersitatis flatu decidunt: authoremque suum nudum relinquunt. Omnia vanitas & sterteum sunt. Vnde impij in inferno positi dicentes. Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis. Transierunt omnia illa tanquam vmbra. In hunc propemodum se habent omnia sæcularia non modo vitiosa, sed etiam inculpanda supellectilia, quoniam tanquam flores euanescunt, & tanquam vas figuli confringuntur. Nec enim vacat mysterio, quòd aliàs cum cortice, aliàs sine illo, virgas posuerit Iacob. Sic enim dæmone prima obijciuntur hominibus vitia, alia quidem perspicua quæ facilè negotio, & videri & caueri possunt, omni vel mine sublato, alia vero ita obducta vt difficillimè possint vitari & prouideri. Sæpenanque numero Satanas se in angelum lucis transfigurat, & illos miserrimè decipit

qui minus cautè agentes, in vitiorum laqueos faciliùs illabuntur. Eo modo vxor Ieroboam capite obuelato & facie, incessit, putans se decepturam prophetam Ahiā ignarum. Posuit igitur virgas Iacob corticeobtectas. Sed quia de hoc genere tentationum iam diximus in præfatione beati Lucæ, nunc procedamus, & videamus sequentia. *Nam qui supra petram, hi sunt, qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.* Cadit semen super lapidem, cum cadit super cor durum & obstinatum. Homines enim huiusmodi quoniam ex peccandi consuetudine longinqua obriguerunt instar marmorei montis, quanquam non inuiti doctrinam audiunt Euangelicam, difficilè tamen, ita emolliūtur, vt vel à peccando se abstineant, aut ad virtutem se conferant. Tantum potest in omnibus rebus etiam nocentissimis vsus tempore confirmatus. Quare sicut cadente pluuia lapides foris madescunt, intus vero suam siccitatem cum duritia seruant: ita isti fallaces homines extrinsecus miti placidoque apparent vultu, ora, dum sacris intersunt concionibus, nonnunquam lachrymis rigant, at mens immota manet in obstinatione sua. Hanc miserrimam vitæ conditionem efficit peccandi consuetudo. Eo enim miseriæ deuenit anima peccando, vt adeò in peccatis indurescat nè vnquam sese ab illis eruere, aut rarò possit, nisi specialiter diuino subleuetur præsidio. Vnde Iob de obstinato peccatore ait, Cor eius indurabitur quasi lapis. Quare nè in tantum rigorem forte peruenias, multò ante præcauere debes. Inquit enim scriptura, Cor durū malè habebit in nouissimo. Sicut etenim illa, quæ dura natura sunt, grauia etiam sint est necesse, vt in lapide videmus, qui de turre missus, nisi impediretur, ad centrum vsque perueniret: sic ille qui cor durum & lapideū habet simulac à morte emissus fuerit, procul dubio ima inferni petet loca. De Pharaone ait Deus. Indurabo cor Pharaonis. Quāobrem impius rex obduratus vocem Mosis tam egregij concionatoris non audiuit, tantis editis miraculis: nihil tamen illi profuit, vt verbum Dei susciperet. Et ideo de illo eiusque obstinatis militibus dixit Maria sor Mosi in cantico, Descenderunt in infernum quasi lapis. Si verum est illud, quod inter philosophos est celebratissimum, scilicet, omne graue deorsum tendere, quo tandem ibit anima, Pharaonicæ similis, nisi in infernum? Cuius tanta fuit duritia, vt durissima etiam saxa illius comparatione mollia videantur. Quo etiam tu te descensurum putas, quem assiduæ concionatorum voces plusquam lapideum cor gerentem, mouere non possunt? Timendum tibi quidem est. Siquidem ea negligentia & incuria vitam agis tuam, vt indies peior fias, nec tantis propositis documentis quicquam ad virtutem moueris. Hæc cordis duritia in causa est, quare istitam cito ad peccata reuertantur à quibus vix dum semel exierant. Non concedunt isti locum spiritui sancto in star duri corporis, quod digito tangenti non cedit. Sic cor durum spiritui sancto, qui digitus Dei dicitur nequaquam cedit. Hoc modo quibusdam Iudæis obstinatis dixit Stephanus, O duraceruice & incircūcisis cordibus, vos semper spiritui sancto restitistis. Nihilominus tamen ea est diuina clementia, vt hæc etiam obstinatissima corda mille modis nitatur mollire. Quemadmodum nanque qui aliquid mollefacere vult, prius impressum manibus huc illuc versat, si adhuc resistit adhibet vnctionem, post vnctionem verò in aquam conijcit, postea in ignē, deinde ad incudē ducit, quod si nec hoc modo mollire potest, tanquam omnino inutile abijcit. Sic Deus erga humana se gerit corda. Primum enim illa quasi manibus suis cōtrectans benigna passionis suæ, grandiumque beneficiorū memoria mulcet. Secūdò illa inungit diuinis auxilijs & inspirationibus, quibus faciliùs peccati rigorem deponant. Tertiò bonorum tēporaliū aquis inundat, vt gratias author agendo in memoriam veniant delicti sui. Quartò ignibus tribulationum, & infirmitatū vexat. Denique ictibus mortis tēporalis cōmittit, vt vel saltem tunc resipiscant, & conuertantur. At verò si nihil istorum potest deperditam reuocare voluntatem, nulla mora est, quin huiusmodi miserrimi peccatores, quorū corda mare morea vllis non potuerunt mollescere viribus in infernū conijciantur. His igitur quid proderunt conciones, aut prædicatorum verba, quos non mouerunt nec deliciæ, nec flagella diuina? Vt enim illi, qui ad ea loca Nili, cataduposappellata, inhabitantes, prorsus nihil audiunt: quoniam nimio fluuij fragore ab altissimis montibus labentis surditatē natiuā contrahūt, obstupescēte audiē

Act. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

di sensu nimia obiecti efficacia & abundantia: sic qui huius sæculi tumultibus & torrentibus semper adsistunt, diuersis corda sua oblectamentis ingurgitantes, ea vsque adeò stupida & insensibilia reddunt, vt Dei vocationes non percipiant, sed inutilia & vitiosa murmura. Aut si in initio aliquādiu sacris concionibus tanguntur, paulatim negligunt, more illorum, qui viciniam alicuius ferrarij fabri adepti, primò malleorum graui ictibus offenduntur, quibus tamen indies perseuerantibus, inducta consuetudine, non modo non mouentur, quin etiā suauius dormiunt. Quare non est mirum, quia ita incautè viuunt, in eam deuenere salutis suæ desperationem, vt nec concionibus, nec inspirationibus aut clamoribus diuinis possint excitari, aut emolliri. Quemadmodum vulnera tabe confecta & corrupta, sensus stupore chirurgi ferrum nequaquam sentiunt: sic isti peccandi consuetudine obdurati medicabile Dei ferrum non sentiunt, hoc est diuinas vocationes non exaudiunt, imò potius more immedicabilis vlceris indies medicina ipsa corruptiores fiunt. Non sic sese habebat Dauid. Dicebat enim, factum est cor meum sicut cera liquescens in medio vētris mei. Ideo dominus, vt audiri ab hominibus posset, per Ezechielem ait, Auferam à vobis cor lapideū, & dabo vobis cor carneū. ¶ Sed videamus quæ sit huius tātæ duritiei causa. Et quanquam alicui fortasis Deus ipse huius obstinationis causa esse videatur, iuxta illud, Ego indurabo cor Pharaonis. Tamen nec fides nec ratio patitur, vt Deū optimum maximum authorem nostrorum criminū faciamꝰ. Quārē sapiētiùs dicemus Deū non esse causam effectiuè, sed permissiuè huius duritiæ. Sicut nāq; medicus quātumuis infirmorū sanitati studeat, ægrotos tamen, infirmos & medicamina renuentes, vt incurabiles relinquit tandem, post varias preces, & minas, quibus nihil promouit: sic Deus peccatorē multū diuq; vocatum, post quā volentē ducere nō potest, ne inuitū trahat, deserit. Hęc nanq; inter Deum & medicum interuenit differentia: quia medicus nè frustra conetur, infirmū deserit: Deus verò ne libero arbitrio vim videatur inferre, q̄ liberrimum esse voluit, vt homines mererentur aut gloriam, aut supplicū, peccatorē relinquit. Hac de causa poterat quidē Deus impiū Pharaonē maxima aliqua plaga & insuperabili aliquo portēto mouere, & conuertere: sed quia iā satis superq; monuerat multis varijsque signis, quę omnia præpetimi tyranni duritie nihil profuerunt, ideo illum vt immedicabilem deseruit. Itaque cùm Deus omnia futura in conspectu habeat, hoc innuere voluit dum dixit, Ego indurabo cor Pharaonis, id est, non adijciam vltra benefacere illi, vt conuertatur. Quare sic induratus in mari Rubro interijt. Cùm auxilia supererogationis Deus tollit, tunc dicetur permittere aliquid: licet nō tollat necessaria ad conualescendum auxilia. Quia cū possit peccatorē eruere de sua potentia, nō vult, ex maximis peccatoris demeritis. Vnde Paulus ait, Quem vult miseretur, & quē vult indurat. Quæ verba iuxta supradictā explicationem accipienda sunt. ¶ Sed vt explicatiùs omnibus pateant aduertendū est in quolibet peccato duo cōsiderari, recessum à Deo & accessum ad creaturā, vt ex peccati diffinitione colligitur. Quoties igitur homo accedit ad creaturā non recedens à creatore non peccat: si tamē ita accedit ad illā, vt Deū deserat, tunc crimen admittit. Quare, sicut noctu sol à nostro hemisphērio recedens quodāmodo obscuritatis causa dicitur, quia interposita terræ mole superiorem illius superficiem illustrare nō potest, sic Deus obdurationis peccatorum causa dicitur, quoties interposita criminum congerie supremam animarum nostrarum faciem non illuminat. Attamē sicut propriè loquēdo sol nullo modo noctis est causa, sed terræ oppositio: ita impium esse asserere Deum animos hominum deprauare, quod humanę malitiæ propriū est. Vnde illud, Perditio tua ex te Israel. Peccator igitur, vt efferēnis equus, peccandi pessima cōsuetudine calcaria adijciēte, in præceps spōte sua ruit. Sic Deus de quibusdā ait, Ipsi regnauerūt, sed nō ex me: principes extiterunt. &c. Ideo inquiens per Oseā Deus, Perditio tua ex te Israel, statim subdit. Auxilium tuū ex me. Tanta enim est liberi arbitrij immunitas vt nihil quicquā aut addere, aut detrahere hominis voluntati ipso inuito possit, nisi solus Deus: quod illerarò facit, partim, vt mereamur sponte bene operādo: partim vt puniamur pessimè perseuerando. Quod ó vtinā indignationis fulmē dominus à populo suo, in ethnicos & infideles conuertat. Vnde in quarto Regū libro habetur. Cœpit tœdere super filios Israēl: iratusque est vehementer, & abstulit illos Deus à conspectu suo, & proiecit dominus omne semen Israel à facie sua. Itaque populus electus inter omnes gentes, cui vsque adeò Deus indulserat repulsus fuit culpa sua à facie domini. Labora uit sustinens: & ideo tradidit illos Deus in reprobum sensum, & ibunt in desideria cordis eorum. Sic loquens dominus in Apocalypsi cum quodam peccatore inquit, Qui fordidus est, fordescat adhuc. Isti, vt hic ait Christus, cum gaudio suscipiunt verbum Dei, quia delectantur audiendo predicationem, & cupiunt iustificari: sed in tempore tentationis recedunt à bono, quod proposuerant: sicut Balaam, qui videns tētoria Israēl, fleuit, & conuersus est dicens, Moriatur anima mea morte iustorum: & fiant nouissima mea horum similia. Sed post pauca mutatus conuersus est ad auaritiam & ad peccata pristina: deditque impium cōsilium, quo Israēl periret. Sic multi vitia detestantur, at post plāctum ad eadem reuertentur, duritie cordis, quæ ex inueterata consuetudine processit, attracti. Causam autem dedit Deus. Quia radices non habent isti. Non enim inter lapides semen radices agere potest, nec verbum diuinum in animo lapideo & duro vllo pacto hærere. Sic arbores, quæ sæpe trāsplantantur ab vno loco in aliud nunquam radicantur, sic etiam, qui inconstantes in virtute sunt nequaquam vigere, aut fructificare poterunt. Mutantur nanque tanquam arborum frondes & quasi ostium in cardine huc illuc mouentur, nec tamen à peccatorum excidunt vertebra. Quos vt inconstantes & insstabiles Esaias pilæ rotundę assimilat. Quasi pilam (inquit) mittet te in terram. Vt enim lusores pilam nusquam consistere patiuntur: sic permittente diuina iustitia peccata nullibi sontes sinunt in virtute immorari, sed à minori ad maiorem in peccando iactum agitant. Id intelligens Dauid dicebat, Deus meus pone illos, vt rotam, id est instabiles & agitatos, sicut agitatur rota. Et Ecclesiasticus. Præcordia fatui, quasi rota carri. Hoc autem ex peccato prouenit iuxta illud. Peccatum peccauit Hierusalem: ideo instabilis facta est. Ideo Caim egressus à facie Dñi habitauit profugus. Pro profugo est in Hebreo, Nod: quod propriè instabilem & incōstantem significat. Tales sunt, qui fedā Domino separant sicut Caim, verū multò inconstantiores in virtute (si aliquando ad virtutem accedant) erunt illi, qui longa peccandi consuetudine non semel, sed sępenumero à Domino recesserunt. Attendunt enim verbum Dei, sed sicut canis, reuertuntur ad vomitum. Hos assimilat Iacobus hominibus se in speculo intuentibus, dum ait: Auditor verbi & nō factor, hic cōparabitur viro considerāti vultū nativitatis sue in speculo. Num quēadmodum, qui in speculum nihil nisi sui imaginē videt: sic qui audit & non operatur, similitudine tātum bonus est, non opere. Non aliter in tabulis conspiciuntur a fabrē depicta simulacra, quorum alia incedere videntur, & non incedunt, alia ridere & nō rident, alia corpus librare: & tamen immobilia sunt. Nulla alia ratio reddi potest germanior, curtā sæpè videamus mortales quamplurimos sanctis præsertim dominicæ passionis diebus, qui sese ieiunijs, precibus, flagellis, &c. conficiunt: statim verò quasi illud perfunctorie fecissent, famelici multò vehemētius ad libidines, voracitates, vitia q̄ rēdeunt sua. Enimvero, quid prosint corporei tonatus, nisi ex animo uero, & sponta neo, nō ficto aut fallaci fiant, nō video. Quā de causa ijs similisq; farinæ hominibus egregie imaginum aptatur similitudo, quoniam omnia facere videtur, & nihil facit. Ideo Dauid inquit. In imagine pertransit homo. Qui enim & audit cōciones, & precatur, & ieiunat, cæterāq; opera bona externa facit nō tamen interno affectu operatur, sicut simulacrū in pariete est. Hoc autem non indignum etiam cōsideratione est, ex verbis Iacobi superiùs citatis. Non enim dixit, Auditor verbi, & nō factor similis est mulieri cōsiderāti vultū suum: qui speculo, sed comparabitur viro. Multò enim aliter & vir & fœmina in speculo se cōsiderant. Vir nāq; licet in speculo videat se aliqua inquinatū macula, aut fœditate, parū curat, nec ornatus, aut mūdandæ faciei studiosus eo magis efficitur, At fœmina, cui præcipua contentio est faciem vndecūq; ornare & componere, vel minimā notā non patitur, quin statim vel aqua, linteoue abstergat. Qui cōcionem audiens sua peccata castigata non reddit, hic similis est viro qui faciei suæ deformitates non emēdat, at qui ea corrigit, & delet, simi lādus est mulieri, quæ considerans se in speculo, maculas vultus sui abstergit. In hoc igitur fœmineum genus imitetur, vt quod ipsæ in excolenda corporea facie curāt, & diligentiæ nauant, nos in ornanda spiritua li impendamus. Itaque qui concioni interest, non debet sola auditione diuini verbi esse

Psalm. 21.

Exe. 16.

Exo. 7.

2. Pet. 2.

Iaco. 1.

Psal. 8.

esse cõtentus, sed attento animo ad singula prædicatoris verba sit, notetq; in vnoquoq; salutis fuę remediũ, quasi in speculo inquiẽs, Illud vitiũ meum est, hac ratione propulsabo, peccandi autem consuetudini sic medebor. Et ita de reliquis. Denique eo pacto cõcionem audire debes, vt sicut opposito speculo oris fœditates, ita illa audienda conscientiæ labes omnes instar mulieris emũdes, & abstergas. Quare auditor verbi & nõ factor cõparatur viro intuẽti se in speculo, nõ mulieri, quia vir cũ se sæpenumero vitiorũ notari à prædicatore videat, nihil facit. ¶ Obserua autem hîc, licet hæc inconstantia ab intrinseco pleruncq; prouenìat, solet etiã nõ raro ab extrinseco accidere, à malis consilijs videlicet & ab iniqua hominũ familiaritate & consuetudine. Nã Deus qui ex lapidibus potest suscitare filios Abrahæ, & auferre cor lapideũ & carneum cõcedere potest, & ex obstinato peccatore mollissimũ reddere, & pijssimũ, ita, vt audito verbo Dei fructũ vberrimos producat, nisi humana obstaret nequitia. Verũ sæpenumero Deo interiùs animum mouẽte & ad bona opera incitãte: perfidi familiares dæmonis auxilio adiuti adsunt recensq; conuersum à mi cum, nunc ridendo, nunc eius institutũ deludendo ab incepta deterrent virtutis via. Hæc est fortissima quædam inferni vis, qua homines non pauci à virtute labuntur. Multi enim amicis plusquam satis est tribuentes eorũ decipiuntur monitis. Qui tamen non ab amicis, sed potiùs ab impijs decipiuntur, sicut propheta ille senex, qui viro Dei auertit abstinere, & suo malo consilio præuaricari fecit illũ à via domini, vt comederet & biberet, atque ideo à leone suffocatus est. Sic qui malis consilijs acquiescentes in bono non perseuerant incepto, punientur à Deo, sicut ille propheta, qui ab incepto destitit non comedens, nec bibens cum Ieroboam, eo quod adhibuisset impio seni fidem, &c. Sed iam ad contextum veniamus. *Quod autem in spinas ceciderit, hi sunt, qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur & non referunt fructum.* Optimè cõparat Christus diuitias spinis. Primò, quia quemadmodum difficilis est & periculosus ad spinas accessus: ita cum diuitibus miserrima est consuetudo, qui humilioris conditionis homines superbè & crudeliter tractare solẽt. Quod si post quam tenuior cum ditiore contraxerit, aut amicitiam iunxerit, non

Matt. 3. Exc. 16.

3. Reg. 13.

secus ab illo, si fortè discessum moliatur, laceratus discedit, quàm si densissimum subijsset spinetum. Hinc sunt illæ quotidie miserorum aratorum lachrymæ, quibus se passim à potentioribus spoliatos testantur. Alius agrum, alius pecus, alius domũ sibi ablatam deplorant, nec est in terris iudex, qui opem ferat aut consolator qui dolorem leuet. Quid dicam præter rei familiaris iacturas, quæ patiuntur iniurjarum, & ignominiæ malæ? Sed hæc in hoc propositum satis sit dixisse, nunc vlteriùs progrediamur. ¶ Secundò assimilantur diuitiæ spinis, quia sicut qui spinas laxa tenet manu, spinarum non pungitur aculeis, sin vero manum contrahat, quo magis contrahit, eo magis saucia tur: sic diuitiæ, si manibus extẽsis absit, deest, liberalibus geras, noxiæ non sunt, at vero si arctius & auidius vtaris & comprimas, mirum est quam non modo animam, sed etiam corpus ipsum eneruent atque dedecorent. Vnde illud, Beatus diues, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum. &c. Non obfuerunt diuitiæ quondam mulieri illi, de qua scriptura inquit. Palmas eius extendit ad pauperem. Non sensit quidem hæc spinosa rũ opũ aculeos, quia extensa & libera manu gerebat. Quod multo aliter accidit ijs, qui ita res suas fouẽt, vt difficile sit iudicare vtrũ ambitiosiùs quærant, an tenacius seruent, quoniam sicut de phœnice memoriæ traditum est, qui suprema senectute frondes, arboreaque congregat putamina, vt sibi cõsta graturo incẽdiũ paret, ita isti nequissimi homines cõgregandis rerũ tẽporaliũ quisquilijs omnem impendunt operã, vt morte obsta æternam sibi in inferno pyrã construant. Sis igitur rerũ tuarũ benignus dispensator, vt temporalia bona æternis nõ anteponas. ¶ Tertiò assimilãtur spinæ diuitijs, quoniã sicut spineta suaptè natura latibulũ omniũ reptilium, veneno sorumque animaliũ confugium sunt, ita diuitiæ vitiorum sunt receptaculum & sedes. Eo enim quo quis diues est, statim superbus, iners, mollis, impudicus, vorator, bibosus & tyrannus efficitur. Quę omnia incõmoda diuitiarũ luxũ cõsequuntur. Vnde in ecclesiastico habetur. Diues iniustè egit & fremet. Quod si recte agamus, & nostra tẽpestate diuites videbimus horum vitiorũ vinculis implicatos, quam olim prophetæ Michæa tẽpore, cũ ipse dixit. Diuites ei⁹ repleti sunt iniquitate. Hoc autem eo accidit, quia natura comparatum est, vt egestas virtutum omnium sit custos, luxus verò certissimus vitiorum fomes. Argumentum est enim in diuitijs non esse virtutem, & apud Græcos & Latinos optimos quosque viros paupertatem amauisse legimus. Vnde Græcum est apud Plutarchũ prouerbiũ. οὐδέποτε λιμὸς ἔγκυος μοιχίδος Id est nunquam fames adulteria genuit. Nam sine Cerere & Libero friget Venus. Cum autem cibaria, omniaque corporis voluptuaria pecunia veneãt, inde fit, vt diuites multò sint pauperibus vitiotiores. Aptissimè igitur vel hac solum ratione conferuntur diuitiæ spinis, quoniam & vitiorum latebræ sunt & quia possidentes mille solicitudinibus solẽt angere. Qua propter Dominus hîc cum diuitijs angustias copulauit inquiens, semen inter spinas cecidisse, quo intelliguntur illi, qui à curis & solicitudinibus huius sæculi suffocantur. Vnde sicut olitores hortos circumsepire spinis solent ne furibus aut pecori facilis pateat locus ita Deus diuitijs solicitudinum & anxietatum clausira obdidit, ne homines qui belluino more in sæcularia ruunt impunè transeant, iuxta illud, quod per Oseam inquit. Sepiam viam tuam spinis. Quasi dixisset. Si quidem auiditas tua nullis coërceri potest vinculis, quin, hortos & pomaria expiles, aliud excogitabo remedium, circundabo videlicet vitam hanc delicioſam multorum laborum vepribus, vt quod pudor non potuit, prohibeat periculum. Sic quemadmodum puerapaces frutetis abstinent, magis sepium difficultate, quam iustitiæ & probitatis causa, ita sæpe sæpius vitiosi homines peccare timent discriminis, aut supplicij causa. Hoc modo plurimi honoris ambitiosissimi, aut voluptatis cupidissimi, vel diuitiarum amantissimi, ne ambiendo, aut periclitando, vel laborando defatigentur non raro à vitiorum sequela absistunt. Veruntamen sunt non pauci pueris furacissimis similes, qui per medias spinarum & laborum syluas non dubitant, cruentatis etiam manibus & pedibus ad voluptatum, bonorum que temporalium hortum pergere. O quot mortalium in orbe terrarum sunt, quibus omne studium & solicitudo in hoc tantum modo versatur, corpus animamque ipsam supplicio exponentibus æterno, vt brevicula animum expleant fugacique voluptate. De pueris mirum quidem non est, si

in ipso ætatis feruore constituti ardentius quid aut expetant, aut sequantur, at virili ętati summũ est dedecus, ita libidini manus victas dare, vt nullum in tota mentis arce rationi locum relinquãt. Opposuit rerum cõditor parandis diuitijs, æneum laborum & discriminum sepimentum, vt vel inuitos contineret mortales. At ea est illorum proteruitas, vt nullo obstante discrimine aut labore, per medias fluctuum, aut armorum tẽpestates in opes ruant, & spretis æstus & frigoris morsibus voluptati indulgentes stipẽdium sub Satana egregia mereant militia. Quorum nimiam solicitudinem egregiè poëta ille expressit, qui dixit. Quanto diuites animi capitisque dolore, Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare pauperiem fugiens per saxa per ignes. O ciues, ciues prius pecunia quęrenda est, virtus post nũmos. Quoties igitur verbũ Dei, quod dignissimum est semen, in eorum hominum animos cadit, qui varijs sæculi distenduntur solicitudinibus, fructum ferre nequaquam potest, quoniam mundi amor germinantem, suffocat virtutem. Vidit Moses rubum ardentem, qui tamen non comburebatur. Sic corda hominum rubeto spinarum obsita ardent, & non exuruntur. Verbũ Dei est quasi ignis iuxta illud Psalmistæ. Ignitum eloquium tuum vehementer. Et Dominus per Hieremiam prophetam ait. Nunquid verba mea non sunt quasi ignis, dicit Dominus? Hunc ignem senserunt illi duo Domini discipuli, qui dixerunt. Nonne cor nostrum ardens erat dum loqueretur nobis in via? In cor aua ri descendit quidem verbum Dei & ardet, atque calefacit, veruntamen nec diuitiarum spinæ, nec ipsum cor exuritur, sed integrum & immobile persistit in rerum terrenarum amore, sicut rubus Mosi ardens non consumebatur. Quare multos videbis homines huiusmodi, qui dum eunt & intersunt concionibus ardere, & moueri verbo Dei non parum videntur, adeò, vt eos iam melioris vitę cõditionem elegisse existimes: sin tamen, aut mutuandum, aut dandum amicis, iuxta illorum indigentiam sit, quanquam omnibus prouolutus precibus contendas, non impetrabis. Itaque in templo & in via pietatem tantum, non domi, vbi maximè opus est, non in bonis operibus ostendunt, ea est hominum summa auaritia, importunaque

Hor. epi. 1.

Exo. 3.

Psal. 118.

Iere. 23.

Luc. 24.

Universidad de Deusto
Biblioteca

naque religio. Hoc autem eo fit, quoniam sicut ille, qui affectu verbum Dei percipit, terrenam amittit cupiditatem, sic corda cupiditate plena, idem verbum affectu cordis percipere non valent, De quibus bene per Psalmistam dicitur. Sicut aspidis obturantis aures suas, ne audiat vocem incantantis, & venefici incantantis sapienter. Quoniam, vt beatus Augustinus exponens hūc locum psalmi ait, serpens hic nè se in lucem à latebris caui sui exerat, audita venefici incantatione, alteram aurē terra, alteram verò caudæ extremitate obdit, quo facto immota permanet in habitatione sua, sic auarus vt in vitiorum suorum demersus fouea delitescat, ne vocem Dei quotidie vocantis audiat, animi auditum terra, ideſt terrenis cogitationibus & voluptatibus oppilat partim, partim vero cauda ideſt, fine proposito, in quem omnes conatus suos dirigens, aut ditissimum, aut potentissimū se sperat futurum. Quare surditate summa oppressus mirum non est, si neque concionatorum clamoribus, neque diuinis inspirationibus, neque proximorū misericordia moueatur impius auarus. Et non ineptè quidē verbū Dei incantatoris voci confertur: quid enim magis mirabile, magisque inusitatum (quæ hominum est tenacitas) quā vniuersa derelinquere seculi bona, & mendicatè viuendo Christum sequi dominum aut quod efficacius carmen verbo Dei, quod hæc operatur? in paucis tamen. In illis scilicet, qui tā quam serpentes, nō obturant aures suas, qui bona terra sunt, & non obsiti diuitiarū spinis horrent. In reliquis enim, qui terrenis rebus & solicitudinibus diuitiarū detinentur, nihil promouet verbum, nihil prædicatores proficiūt: quia amor seculi germinantē virtutem suffocat, neque fructum facere sinit. Sicut nanque in vase aliquo aceto pleno si guttulam mellis instillaueris nihil de acore acetum deponet, quia tantilla dulcedo in tā ta contrarij saporis multitudine facile euanescit: sic in humanis pectoribus verbi diuini suauitas perire solet. Peccatores nanque supra modū terrenis dediti cor acetosum & multis amaritudinibus repletum habent: labore, videlicet, in acquirendo diuitias: timore, in custodiendo: & dolore in amittendo. Quoniam quæ nimis amantur nimio dolore relinquuntur. Si ergo mel hoc verbi cælestis, vel diuinarū inspirationū in huiusmodi corda mittatur, dubio procul mel perdetur

Psal. 57.

& eorū amaror nō mutabitur. Vnde prædicatori, qui in huiusmodi homines doctrinā spargit, illud poeticum optime aptari potest. Quid facis Oenone? quid arenę semina mandas? Nō profecturis littora bobus aras? Ideo Christus hos fructū non relaturos asserit. Non enim de quouis fructu intelligit, sed de fructu perfecto & maturo, τέλος φορσιν, fructum absolutum significat. Igitur nō solū propter hæc mala contēnēdæ sunt diuitiæ, sed quia separant à Deo, & obnubilant intellectum. Luna nō patitur eclipsin, nisi cum plena est: sic homo tunc maxime obscuratur cum plenus est diuitijs. Rursum sicut luna in plenilunio magis distat à sole, à quo lumen accipit: ità homo, tum demum longissime ab illuminatore suo & creatore Deo separatissimus est, quando scilicet diuitiarum luxu & superabundantia tumet. Quare tunc non est mirum, si, sicut lunę terra interiecta caliginē offundit, ita eadē terra interposita inter Deum, & miserū peccatorē ipsum fœditate sua obscuret atq; obruat. De ijs ait Esaias. Oriētur in diebus eius spinæ & vrticæ. Sed de his iam satis. ¶ Obseruandum quoque hīc est, dominum tam hoc in loco, quā alibi hoc verbo, cecidere, vlum fuisse. Non enim ait, seminatorem, semen proiecisse, aut aliud simile, sed inquit. Aliud cecidit secus viam, aliud cecidit supra petram, aliud cecidit inter spinas: aliud cecidit in terram bonam. Hoc autem eo fecit, quia prædicator non intendit prædicare ineptis: facit enim prædicando, quod in se est, sed nullius voluntatem cogit quo vel bene, vel male, & vt voluerit verbū Dei accipiat. Quod si quis vel malitia vel infirmitate diuinum verbi semen imprudentius tractet, quoniam hoc casu & non ex prædicatoris intento, euenit: ideo sapientissimè dixit dominus. Aliud cecidit in via, aliud cecidit supra petram, &c. Prætereà, quamuis ex professo & de industria sciens & volens prædicator seminaret secus viam, vel inter spinas, vel supra petram, accipiendo hanc seminationem, vt Christus hic accipit & in sensu quo prætendit, non esset inconueniens: nō enim eadem per omnia ratio est inter terrā seminandam frumento, & animum seminandum diuino verbo. Nam etiam si stultissimus esse ille agricola censeretur, qui semen serens supra petras, & vias, senticosaque loca prodigeret: at non sic de diuini seminis seminatoribus dicendum. Quoniam agri-

agricolæ seminando terrā mitiorem, aut seminis capaciorem non faciunt: imo potius leges ipsa agrum exhaurit, & effœtum reddit. At prædicatores iuuantibus diuinis inspirationibus, quasi quadā pluuia aereaque clementia sępenumero monendo & subigēdo, animorum tesqua in mitissimum & cultissimum fundum restituunt non solum diuini seminis capacem, verum etiam, fructus feracissimum, & qui etiam possit semen in alios conferendos agros suppeditare: ideſt, qui de flagitiosissimo cōuersus, alios ad diuinam frugem conuertat. Ideoque non est incommodum, imo vtilissimum & in primis necessarium peccatoribus quantumcunque desperatis prædicare: licet enim oratores virium naturæ agrorum conditionem mutare non possint serendo, potest tamen Deus, qui omnia potest, animorum duritiam & acerbitatem mollire, vastationem occludere & spinositatem exurere. Ipse enim ait. Nunquid verba mea non sunt quasi ignis ardens: & quasi malleus conterens petram? Est quidem verbum Dei quasi ignis calefaciens & illuminans mentes, iuxta illud Psalmi. Lucerna pedibus meis verbum tuū, & lumen semitis meis. Si ergo verbum, sicut ignis spinas comburit, & sicut malleus petras frangit, animi obstinationem commi nuit, nemini quantumuis peccatori desperandum est, si modo cum affectu & profiendi animo verbum Dei audit. Si habet cor lapideum dominus habet malleum ferreum quo percutiat. Sicut enim ex frequenti percussione in silice elicitur ignis: ita dominus ex corde duro & lapideo elicere potest scintillas deuotionis. Et sicut ex frequenti percussione lapis durus politur, & in pulchram imaginem reformatur: sic in pectore per frequentem auditionem verbi Dei reformatur imago Dei deturpata per vitia. Itaque licet aliquando eueniat vt in pluribus verbi diuini prædicatio sit infructuosa, in quibus commonefaciendis idem accidit, quod in arena, cui semen mandatur: semen fieri potest, vt conuertantur, quantū cunq; indurati & obstinati sint. Atque ideo non cessandum est à prædicatione & mittēdum est semen secus vias, supra petras & inter spinas: quoniam potest Deus spinas cōburere, petras mollire, & aues tentationum & malarum cogitationum abigere. Sed de quarta parte seminis audiamus. *Quod autem in terram bonam, ij sunt, qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientia.* Isti sunt qui audiunt verbum Dei & retinent & afferunt fructum centuplum. Nam, sicut non prodest cibus, si eum euomis & non retines, sic verbum Dei in corde non proficiet quicquam nisi retinueris, & conseruaueris illud. Rursum sicut stomachus deficiente calore cibum non concoquit: sic animam, nisi charitatem habeat, verbum auditum nutrire & vegetare nequit: quod cibus spiritualis est. Expende autem Christi Saluatoris nostri dignationem & charitatem, qui nomen suum cordi nostro communicat. Hoc enim optimum solius Dei est nomen: quia solus Deus est optimus, & solus ipse est maximus, & ipse optimus & maximus est. Cor autem hominis, teste Hieremia, præ omnibus prauum est. Sed vide rerum commutationem, & quanta sit Christi bonitas: cor prauum & pessimum hominis nomen optimum accipit. ¶ Obseruandum præterea est quid agricolæ facere soleant, vt ager fructificet. Non enim contemptim semen spargunt: sed antequam serant terram, subigunt & mouent: deinde frumenta mandant. Sic Deus vt verba sua fructum faciant in cordibus hominum, tribulationibus & laboribus antea nos premit, vt fructui ferendo paratiores reddamur. Vnde Paulus, Libenter suffertis insipientes cum sitis ipsi sapientes: sustinetis enim, si quis deuorat, si quis accipit, &c. Gaudeo, inquit Paulus, quod placidè & sponte vos à Deo perarari sinitis, & libenter tentationes & persecutiones perfertis. Sed ne existimetis, cauete, ne vestri laboris expertem esse. Ter nanque virgis cæsus sum, semel lapidatus: ter naufragium feci, &c. Lætemur igitur quoties tribulationibus conflictamur: paratur namque terra, in qua seminatum verbum Dei fructum reddat centuplum. Vnde diuus Iacobus. Omne gaudiū (ait) existimate fratres, cum in graues tētationes incideritis. Dixit vero hic Christus, fructum in patientia, quia oportet multa aduersa pati, vt fructum afferamus, & nō pati solum, sed patienter tolerare. Vt enim segetem in agro pluuias, niues glacies, pruinas, grandines & tempestates ferre necessarium est, antequam matureſcat & fructū ferat: ita hominem fidelem intus & extrinsecus multa pati mala oportet, quibus exhaustis tempore suo fructificet. At quod patientia

2. Cor. 11.

1. col.

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.1. tientia opus est. Propterea verbū Dei à diuo Paulo verbū crucis appellatur, nō solū quia annuntiat nobis salutem & felicitatem per crucem Christi: verum etiam quoniam crucem ipsam nobis secum affert. Nam omnes
2.Tim.3. qui pie in Christo viuere volunt persecutionem patiantur necesse est. Sic igitur bonum semen ex bono corde, bonos fructus producit in patientia. Quod autem te in primis cō firmare debet ne in via tātorum incommodorum plena deficias illud est infallibile domini promissum: nempe centuplum accipies & vitam æternam possidebis. Nam si arator, vt terrenum fructum colligat nocte dieq; colēdis agris inuigilat nec somno aut corpori parcit: quid tu, vt cælesti fruaris
Iaco.5. fructu, qui Deus ipse est, facere debes? Vnde Iacobus. Ecce agricola patienter expectat fructus terræ. Sic etiam Paulus de Abra
Hebr.6. hamo ait, quod longanimiter ferēs adeptus est repromisionem. Quis mercator ad Indos nauigaret, si ante oculos constitueret suos tempestates periculaq; maris? Sed quia posthabito omni incommodo itineris, finē
Hebr.10. præmium videlicet considerat, omnia putat facillima. Ideo Paulus. Patientia vobis, ait, necessaria est, vt reportetis repromisionem. Cum ergo hæc vita aduersitatibus sit vndiq; refertissima, adeo, vt quāto quis via virtutis rectius nititur incedere, eò vehemētius à Dæmone interpelletur: constat sine patientia, neminem sanè proficere posse: quam qui seruauerit tempore venturo vernoq; vitæ æternæ fructum colliget. Sic de
Psal.125. sanctis Apostolis ait egregius psaltes. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Sed quid consequuti sunt? Venientes autē venient cum exultatione portantes manipulos suos. De spinis nascuntur rosæ: sic ex laboribus & ærumnis dulcem colligemus fructū: vt qui seminat in lachrymis, in exultatione metat. ¶ Ad nostram autem eruditionem, vt iam receptui canamus, ex hac similitudine discere possumus, omnem nostram salutem, principium ex Deo habere: qui seminat quidem bonum semen, non tamen sine nostra cooperatione fructum producit. Item gratuito & libentissimè Christus semen suum spargit. Docet præterea hæc parabola omnem prædicationem nequicquam fieri, nisi à terra: id est, ab animis nostris diuini verbi semen recipiatur, seruetur & ad fructum prouehatur. Præcipit etiā, vt verbum Dei magni faciamus tanquam omnium pretiosissimum thesaurum nobis à Deo traditum ad animarum nostrarum sustentationem. Suadet etiam, vt verbum Dei in viscera traijciamus, recondamusque, alioqui vsui nobis non erit quemadmodum nec semen fructum fert nisi penitus terræ commatatur. Monet etiam, vt non solum verbum istud recondamus pectoribus nostris, sed etiam omnem adhibeamus diligentiam & curam, ne ipsum rursus amittamus. Exponit igitur Christus quam bonum sit audire verbum Dei: verbo enim Dei instruimur quid amare & quid vitare debeamus. Dat bonum semper fructificare. Nā, vt Paulus ait, terra, quæ postquam seminata est fert fructum opportunum benedicta à Deo est. Verum si è contrario bene subacta & cōsita, tempestatum temperie fœta, pro frumento tamen carduos & spinas tribulosq; cultori suo refert, reproba est & maledicto proxima. Quis non dolenti animo videre queat hominum segetem, quæ sanguine Christi pretiosissimo rigata fuit in carduos & spinas conuerti? ¶ Sed obserua in ijs verbis Pauli, quibus asserit bonam & fructificantem terram, benedictionem statim à Deo consequi: illam autem, quæ fructū non fert, non ait, esse maledictam, sed maledicto proximam, vt hinc discas quanto sit dominus Deus noster ad præmia, quam ad supplicia parator, & procliuior. ¶ Denique docet, vt iuxta Pauli consilium, bonum semper operantes, non deficiamus: tempore enim suo metemus. Nam, si arator putans semel vnico semine iacto, annuatim se messem collecturum, nocte dieque cibi somnique immemor summa celeritate seminaret, quid nos facere oportet vt æternum fructum colligamus, tam paruo præsertim labore parabilē? Non ergo hic laborantes deficiamus: quia labor brevis est, merces autem copiosa. Qui seminat in carne de carne metet corruptionem. Qui autem seminat in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. Semina igitur bonas cogitationes & opera bona: si vis vitæ & gloriam sempiternam colligere. Sed hæc sufficerint de hac seminatoris parabola. Iā nunc procedamus: & dominum audiamus. Ait nanque. *Nemo autem lucernam accendens operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed super candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen.* Superius narrauit euangelista qualiter animauerit Christus discipulos suos ad prædicandum ostendens eis fructum & vtilitatem verbi

verbi sub parabola seminis: hoc idem modo ostendit sub parabola luminis. Sub parabola lucernæ tāgit conditionē causæ quadruplicis prædicationem Christi cōmendātis, causæ efficientis nomine lucernæ accensæ. Vnde de illo egregio prædicatore ait. Erat lucerna ardens & lucens. Conditionem causæ formalis tangit, nomine positionis: quia non absconditur, sed supra candelabrū ponitur, iuxta illud. Stetit Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum. Et ideo in psalmo. Iustitiam tuā non abscondi. Significat autem Christus. Nemo habens scientiam, & gratiam prædicans, operit eam sub vase, id est, timore, vel cupiditate, & negotio sæculari, aut subtus lectū, id est desidia vel carnali voluptate, quin summa sit reprehensione dignissimus præsertim si prælatus aut doctor est, qui ex officio tenetur verum omnibus notum facere. Doctrina enim salutaris super candelabrū, hoc est, in loco publico & patenti poni debet. Et quid ex hoc consequetur? Ostendit causam finalem dicens, vt intrantes videant lumen. Ad hoc enim tibi Deus eruditionē & ingenium ad prædicandum concessit, sci licet non vt tibi soli cōmodares, verum vt omni populo suo vtilis fores. Itaque finis est illuminare iuxta illud psalmi. Declaratio sermonum tuorum te illuminat, & intellectum dat paruulis. Conditionē causæ materialis tangit in lumine. Ideo inquit Psalmista. Lucerna pedibus meis verbum tuū: & lumen semitis meis. Lucerna igitur efficiens prædicationem debet esse clara scientia, vt sit lucerna super cādelabrum posita. Finis prædicādi debet esse intelligētia veritatis, vt intelligētia sit lux ab intrantibus vista. Materia prædicata debet esse veritas ipsa vt sit lumen, non tenebræ. Debet enim prædicator docere hac intētione vt intrantes in domum ecclesiæ militantis videant lumen, id est, intelligentiam veritatis. Lucerna itaque est verbum Dei, prædicatores autem sunt veluti pueri, qui facibus incensis præcedentes euntibus noctu lucem præbent. Ideo Zacharias de prædicatione, filijque sui Ioanni Baptistæ officio loquens ait. Illumināre ijs, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigēdos pedes nostros in viam pacis. Maximum ergo cōmodum ex verbo Dei nobis cedit, siquidem nos ignaros viarum vitæ illuminat, & ad vitam æternam recto tramite perducit. Expende autem verbum Dei, sicut lucernam, incensum esse debere. Quoniam sicut quælibet lucerna si extincta sit, aliam accendere nequit, sic prælatus aut doctor, in quibus tanquam in lucerna verbum Dei lucet, nisi ardeant amore diuino, alios inflāmare eodem non poterunt amore. Potest quidem Deus, si velit, per nequam prælatum aut prædicatorem comiere peccatores (quia, vt bonus Dominus per iniquum famulum bonum aliquando operatur, sit dominus dominorum, cuiuslibet etiam sceleratissimi ministerio, vti potest ad sua mirabilia) nihilominus tamē ex rei natura, subditi prælatorum suorum, magis vitā, quàm verba sequuntur. Quare summo studio nauare debet doctor, vt omni prorsus vitio careat: & tūc demum doceat, & vitia vituperet. Non ponatur itaq; lucernā sub vase, aut subtus lectum. Debet enim illam, vt Christus hūc admonet, supra candelabrum cōstituere, & alios docere. Vt enim hominū execrationibus incessitur, qui frumentum condit, ne viliori prētio publicæ egestati subueniat, ille vero laudibus effertur, qui vel cum proprio dispendio inedia laborātes amplius fatigari non sinit: sic & multo iustius obiurgādus est doctor, qui scientiam suam rudibus hominibus nō minus, imò magis corporeo nutrimēto, necessariam denegat. Vnde sapiēs in Prouerbijs ait. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium. Ideo inquit Esaias. Væ mihi, quia tacui. Lumine igitur doctrinæ lucere, & lucem præbere debes, vt intrantes videāt lumen. Sed multi subditi sunt, & ex populo non pauci, qui tanquam noctuæ, lumine offenduntur, verbum Dei & concionatorū documēta respuentes. At quemadmodum canoræ, fœliceſque aues mane auroram aduentantem garritu strepituq; excipiunt, noctuæ vero & vespertiliones fugiunt, seseque in penitissimas cauorū suorum partes abdunt: sic pessimi inutileſque homines lucem verbi diuini fugiunt, boni autem laudant & seruant. Quod ego non semel in nostra Hispania in vulgaribus, cōmunibusq; locis, sed in ipsa regia notaui, operæ pretiū esset cōmemorare, nisi potius deplorandū, quam narrādum mihi videretur. Homines alioqui non inelegantes, & in rebus humanis experti ſsimi, cum festis diebus ex præcepto sacro interesse teneantur, nō possunt omnino subterfugere quin templū adeant,

Prouer.11.
Esai.6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ibi igitur breui, externaque peracta prece, non decantatum, aut solenne sacrum ferūt, sed recitato oscitanter audito, reliquū tempus fando terūt. At vero prædicatorem primum pulpiti gradum ascendētem simulac vident, non secus templo euadunt, quàm si aut ruinā tecti, aut lapidis decidentis ictum effugerent. Sic accidere solet illis qui noctu incedunt, qui si rectè agunt & aliquē facem ferentē inueniunt, sequūtur, vt luce præuia non errent: sin vero furta, vel stupra moliūtur, non modo lucem non amant, quin etiā maximo prosequuntur odio. Quare? quia qui male agit, odit lucē. O detestabile ingenium, miseram conditionē, & multo infœliciorem, quàm aut noctuæ aut vespertilionis. Hæc igitur lucerna est doctrina illa cœlestis quam stulti despiciunt, ne manifestētur opera illorum. Hac doctrina Christus Apostolorum corda inflāmauit, & illustrauit, ea conditione, ne illam occultarent; sed potius vniuerso humano generi patefacerent: vt in Matthæo est. Quod in aure auditis, prædicate super tecta. Hoc est ponere lucernam super candelabrum, vt intrantes lumen videant. ¶Sed poterāt discipuli obijcere. Imò debemus occultare verbū Dei, & non ponere illud super candelabrum in publico: quoniā viles & abiecti reputamur, & non audemus in conspectu nobilium apparere. Ad hanc obiectionē, quam Apostoli poterant opponere, respondet Christus consequenter dicens. *Non est enim occultum, quod non manifestetur, nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palam veniat.* Quasi dixisset. Non debetis abscondere, neque operire lucernam verbi diuini propter abiectionem, timorem ve pœnæ aut infamiæ: neque ob negligentiam, aut inhonestā aliquam opinionem, quam de vobis increduli homines concipiant. Quia etsi modo viles & abiecti reputamini, aliquando claritas vestra splendebit: quoniam nihil est occultum, quod non manifestetur. Tunc autem vos coronabimini gloriæ corona, aduersarij autem vestri punientur. Veniet nāque tempus, quādo (vt inquit Ioannes) libri aperientur, & tunc manifestabuntur absconditæ tenebrarum, & reuelabuntur obscura cordium, & erit laus vnicuique à Deo. ¶Docemur ex hoc loco in omnibus operibus nostris Deū semper habere ante oculos, & præsentem cernere. O si miseri peccatores, quoties in cubiculum vnusquisq; suum se recipit, animo Deum offendendi, horum verborū memoriā haberent. Nihil absconditum quod non cognoscatur & palam fiat. Vtique crediderim nō Deum suum tam sæpe peccando lacesserent. Quod si reputauerint secum quecunque flagitia perpetrant, non aliquādo fore manifestanda, sed iam in eodem instanti Deū & Angelos suos in culpæ testes adhibuisse: quis nisi insanus peccare auderet? Putabat enim Dauid se crimen suū omnes celasse mortales, quando propheta Nathan Dei imperio illi flagitiūm obijciens dixit. Tu fecisti absconditē: ego vero faciā verbum istud palam in conspectu omnis Israel. Hoc autem sæpissime Deus etiam in alios, sicut in Dauidem operatur ea in primis de causa, vt cuulgato crimine, eius autor vel pudore, vel ignominia, aut pœnitentia motus resipiscat & salutem precetur merendicum illum sempiternum. Quod si Deus peccatum dissimulat, sicut illud salutis, sic hoc supplicij indiciū est. Obstinatū enim & immedicabilē peccatorē obliuiscitur in diem vsq; iudicij, quo eius peccatis summatim explicatis authorē suum supplicijs cōmittet æternis. Tunc manifestabūtur simulationes hypocritarū & libidines impudicorū iuxta illud Esaiæ. Reuelabitur ignominia tua. Tunc etiam manifestabuntur malitiæ & fraudes iniquorū, sicut in Prouerbijs habetur. Qui operit odiū fraudulentis reuelabitur malitia eius. Scrutabitur enim tunc Hierusalē in lucernis, &c. ¶Obserua autē per occulta intelligi posse id, quod expropria hominis natura latet, vt sunt cogitationes & affectiones cordis, per absconditū verò id, quod per humanam latet astutiam, vt sunt exteriora opera callidorū, speciē boni habētia cū sint mala. Sed procedamus, *videte ergo quid audiatis.* Hoc est solerter perpēdite qua ratione ex intētione vocis ista dependentiē: & diligenter hæc auscultate, atq; cerentis eadē sicut vobis cōmisero, prædicate. Vult, vt attento animo audiāt, & fideliter memoriæ mandent hęc, quæ dicturus est. Quia in superioribus proposuerat exemplum prædicatoribus: nunc ostendit periculū, & præmium prædicantium, dicens. *Qui enim habet dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo.* Habenti desiderium intelligēdi sacram scripturam & laboranti ad hoc, dabitur fructus intellectus: negligenti autē laborare nihil dabitur, sed auferetur potius si aliquid habebat, naturali ingenio. Potest etiā dici illum vocari habētem, qui per dona sibi data fructum facit: nō habentem vero, qui per dona sibi collata nullum fructum reddit. Et tunc habenti datur, id est facienti fructū dantur plura dona, in quibus posset fructificare: & nō facienti fructum auferetur donū, quòd habet. Sic infra habetur, & etiā in Matthæo, de illo, qui habuit quinque talēta & lucratus est alia quinque, quòd datum est illi, vt esset super quinque ciuitates. Ei verò qui vnū habebat, & nihil lucratus est, iussit dominus auferri talentum, & dari ei, qui decem habebat, & ibi concludit Christus. Habenti dabitur: ei autem, qui nō habet, & quod videtur habere, auferetur. Quia Iudæis data fuerat lux, in qua nullū fructum fecerūt, ideo debuit illis auferri. Quod patet in parabola illa vineæ locatæ agricolis, qui fructū non fecerunt, & Dñs illam alijs agricolis locauit, qui darent fructum tēpore suo. Et ibi subditur. Auferetur à vobis regnū Dei & dabitur genti faciēti fructum eius. Absulit enim Deus ab eis intellectū legis: non quod Deus vere illis auferat aliquem habitū intelligendi, sed quia non cōcurrit cum eis ad intelligendū, & tamen sine eo nihil intelligere possumus. Iusta pœna est vt illi, qui cum recte possint, intelligere nolūt, sed veram Christi doctrinam peruertunt, & miracula eius male sunt interpretati, posteà bonum sibi necessariū intelligere nequeant, Deo non concurrente cum eis. Et hoc est auferre illis intellectū scripturæ, scilicet, quia Deus anteà concurrebat cum illis, & postea non concurrit, & sic aufert, eis non quod ipsi habebant, sed quod ille ipsis dare solebat. Auferri enim videtur quod dandum erat, nisi detur. De gentibus ait Apostolus ad Romanos. Habentes cognitionem de Deo, illum colere noluerūt. Ideo tradidit illos Deus in reprobum sensum: idest permisit eos errare, vt bonum operari nescirent, qui prius cum scirent, noluerunt. Itaque istud auferri, nihil aliud est, quam subtrahi reuelationem mysteriorum. Sed iam ad contextum. *Venerunt autem mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba.* Isti, qui hic vocantur fratres, cognati Christi erant ex parte matris, scilicet sororū filij, & potissimè illius Mariæ, quæ vocatur Iacobi, quia Iacobi erat mater, siue Marię Cleophæ, quæ erat vxor Cleophæ, quæ tamen prius fuerat vxor Alphæi, cuius fuerunt filij isti, qui vocantur

fratres Domini. Isti autem fratres erant Iacobus, Ioseph, Simon, Iudas. ¶Obserua autem in scriptura sacra fratres quatuor modis dici. Videlicet natura, vt Esau, & Iacob, gente, vt omnes Iudæi dicuntur fratres. Nam in Deuteronomio habetur. Non poteris super te constituere regem qui non sit frater tuus. Cognatione, vt qui sunt de eadē familia. Et sic Abrahā dixit ad Loth. Non sit rixa inter me, & inter te, quoniam fratres sumus. Isto etiam modo dixit Abraham Sarā esse sororem suam. Affectu etiā, quomodo omnes Christiani fratres dicuntur. Sic Dominus dixit. Omnes vos fratres estis. Hi autem dicebantur fratres Christi tertio modo, cognatione, scilicet, quia erāt de eadem familia, quoniam filij sororis matris Christi. *Et nunciatum est illi. Mater tua & fratres tui stant foris volentes te videre.* Secundum Chrysostomum diaboli inuentio fuit hæc. Videns nanque diabolus vtilitatem, quæ ex Christi prædicatione sequebatur, hancque volens impedire, nihil accommodatius putauit, quàm si matrē, carnalesque cognatos & amicos adesse nunciaret: in quo duo sunt aduertenda. Primum malitia diaboli, qui ab initio semper omnibus bonis nostris insidiatur. Ecce enim in paradiso primos parentes humani generis aggreditur. Nec tātam satis duxit illis calamitatem intulisse, qua de illo amœnissimo voluptatis horto ciecti sunt, arma in filios conuertit, effecitque, vt Caim inuidia percitus Abelem fratrē occideret. Eodem modo Iacob aggrediēs domum, eam seuit inter eius filios discordiam & inimicitiam, vt fratres fratrem suum Ioseph vēdere in Ægyptum non dubitarint. Nam vt imperator, qui graniter molesteq; fert cuiuspiā oppidi, quod defendēdum susceperat, expugnationem, illud rursus recuperare certat: quod si assequi nequit, hostes tamen graui obsidione, cædibusque quātum potest premit: ita diabolus amissam cæli supremam arcem, quia recuperare nequit, omnia incommoda excogitat in homines, ad sedem, quam ipse superbia sua amisit, à Deo optimo maximo creatos. Dicit inimicus, persequar, comprehendam, & diuidam spolia, satiabitur anima mea. Quoniam videbat summam vtilitatem, quæ ex Christi prædicatione sequebatur, illam impedire statuit. Hoc idem in initio nascentis ecclesiæ fecit, cum summus orbis doctor in vincula esset cōiectus: in cu

Matth.10.

Ioan.3.

Apoc.30.
1.Cor.4.

Deut. 15 & 17.

Gene. 13.

Gene..12.
Matth.23.

Chrys.homi. 30. in opere imperf. Mat.

Gene.3.

Gene.4.

Gene.37.

Exo.15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ius pernicie omnia quærens media, Fœlicẽ & Festum iudices Gentiles solicitabat, vt Paulũ de medio tollerent. Quod malũ non cum tẽpore simul cõsenuit, sed potius inualuit. Multi enim modo sapientissimi & optimi concionatores, qui nõ audent quid sentiant iam proferre, præsertim in aulis regũ & principũ, in quibus siquis liberius vitia reprehendere tentet, illico, vel in carcerem detruditur, aut saltem relegatur nomine turbatoris & cõtumelios. Hoc autem malum cacodæmonis inuentum & astutia est, qui quoniam auditores omnino absterrere nõ potest à diuini verbi auditione, arma in cõcionatores conuertit, eosque apud nobiliores minus gratiosos, imo odiosos reddit, vt sic à sanctissimo officio desistãt populis euãgelizandi. ¶ Secundo hoc fecit hic, cognatos & fratres quasi instrumentũ sumens. Nihil enim est quod magis cõcionatoribus impedimẽto esse soleat, quã consanguinitatis mundanæ; amicitiæ vinculũ. Sic propheta Ezechiel viuẽte vxore nec prophetauit, neque prædicauit Israelitico populo apud Babylonios captiuo: quoniam carnali affectione, ita deuinctus & præpeditus tenebatur, veluti pedica quadã, ne opportuna libertate, quæ sentiret, exponeret. At interẽpta vxore, mandatum à Deo accepit, quo edoctus, populo prædicauit, & Amonis filijs. Nec minori exẽplo nobis hanc sententiam confirmat Ioannes Baptista, qui à pueritia vsq; relictis parẽtibus, & consanguineis in voluntariũ eremi se contulit exiliũ, ne tanto futuro concionatori carnalis affectio obsisteret, & ille, qui exẽplar futurus erat omnium doctorũ, quid imperfectum relinqueret, ex illis, quæ ad prædicatorũ consummationẽ pertinent. Ideo Christus quia discipulos suos perfectissimos doctores creare contẽdebat, illis præcipit, vt parentes & cognatos relinquant & omnia deniq; bona tẽporalia, quæ prædicationẽ summe solẽt impedire. Quod cum bene intellexisset cacodæmon, nullũ aliud aptius excogitare potuit mediũ, quo dominũ prædicantem interpellaret, quã si nunciaret matrem & fratres eius foris adesse. Nec solũ prædicatores, hac fallacia & cõmento solet diabolus à prædicando deterrere, quin etiã plurimos alios summæ religionis viros, qui sub pietatis prętextu, subuertũt, videlicet, matri aut cognatis, in sæculo duntaxat culè viuẽtibus, cœnobia relinquũt, habituq; monastico, & nõ raro sæcularj negotijs se immiscẽt temporalibus, vnde scãdala, religionũ opprobria, & teterrima flagitia nõnunquam oriũtur. Propositã nãque simulata cõsanguineorũ pauperta tis misericordia nõ modo religionis vincula deserere, sed etiã multa inhonestissima negotia gerere persuadet esse iustissimum. At hinc inculpãquãbreuis sit intercapedo, quis nõ videat? Hic idẽ carnalis amor quãplurimos episcopos & prælatos pessundedit, qui vt consanguineos diuitijs affluentes & opibus, in summisque dignitatibus constituãt, ipsi miserrimam & pauperrimam vitam ducunt, & posteà in æterna descendunt supplicia, quoniã verisimile est qui sic dum viuerent, se habuerunt, non potuisse non fraudare sæpenumero pauperes summè indigẽtes præsidio opportuno. Hic etiã amor & affectio carnalis perfectis hominibus non parũ obest. Hic Adamũ primũ generis humani, parentem perdidit. Quin & Heli, quia summo amore filios prosequebatur suos, miserrime interijt, & Regius propheta Dauid nõ mediocria incõmoda pertulit. Hunc denique eundem amorem & affectionem consanguineorũ proponit modo diabolus Christo Domino nostro prædicanti, si posset illum ea ratione à prædicando abducere, quo audientiũ prouentus impediretur, sicut autem tunc per præsentiã parentum carnaliũ voluit diabolus occultare Christi diuinitatem & impedire eius prædicationẽ: sic etiã nunc multorũ prælatorum dignitatẽ & sanctitatẽ obscurat parentum amore obiecto. Sunt enim plurimi religiosi homines, qui dũ cœnobij claustris detinẽtur nullos prorsus parentes aut cognatos habent: sin ad aliquã dignitatẽ promoti sint, ecce quasi exoriuntur vndiq; consanguinei, qui cognatũ, quẽ antea penitus ignorabant, comitentur. Vnde miratur Esaias dicẽs. Nunquid pariet terra in die vna, aut parietur gens simul? Et paulo post. Et adducẽt omnes fratres vestros de cũctis gẽtibus donum dño in equis & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montẽ sanctũ meum, hoc est, ad domũ episcopi. Sed quid dicit episcopus super hoc? illud φ idem Esaias. Quis genuit mihi istos? Ergo sterilis & nõ pariẽs: & istos quis enutriuit? At bonus prælatus facere debet sicut Christus hic fecit, qui cognationẽ spiritualẽ carnali antetulit. Quod idẽ, præsertim in beneficiorum collatione, summẽ prælati obseruare debẽt: iuxta illud psalmi-

Non

Non cõgregabo conuẽticula eorum de sanguinibus. Quapropter non sine causa dicũtur hic Christi parentes esse foris; vt significetur cõsanguineos & fratres procul esse debere à religiosis, saltẽ carnali affectu. Nihil enim maiori est impedimẽto ijs, qui monasticam vitã instituunt, quã sæcularium & maximè cognatorum memoria. Hodie tamen multo secius fit, quam Christi documẽtum præcipit. Cognatos nãque in primis religiosi amant & prælati in suas admittũt domos, vt bona pauperum comedant, & immeriti sacerdotia obtineant. Vt autem hoc venenũ tolleret dominus à nascenti ecclesia sua, noluit illam commendare Ioãni, quia filius erat sororis virginis Mariæ, sed Petro illam tradidit, qui consanguineus non erat. Quos docuit regimẽ animarum nõ cognatis, sed meritissimis quibusque esse cõmittendum. Et quia in rebus spiritualibus nõ sunt agnoscẽdi cõsanguinei, nec parentes respondit huic, qui hæc nunciabat, quasi nõ agnoscens eos, & sequitur in contextu. *Qui respondens dixit ad eos. Mater mea & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt.* Vt in Matthæo habetur vnus tantum fuit, qui nunciauit Christo matrem eius & fratres foris adesse: hic vero in plurali dicitur. Respondit ad eos, quoniam ad id, quod nũciatum coram omnibus fuerat, quasi cũ omnibus loquens respondit Christus. Vnde nulla est contrarietas. ¶ Obseruandũ hic tamen est, Christum nõ spreuisse, matrẽ suam sanctissimã, neque reliquos consanguineos, qui illos in prosperis & aduersis semper maximi fecit. In prosperis, inquã, honorauit matrem suã quando inuẽtus in medio doctorum, illi vocanti non refragatus, doctores reliquit, & eam sequutus est. In aduersis etiam non est oblitus parentis charissimæ: pendens enim in cruce extremũq; iam iã emissurus spiritum, illam Ioanni cõmendauit. Nunc vero respondit acsi illam non agnosceret, vt nos doceret, cognationem spiritualem carnali esse anteferendam, neque verbum Dei esse relinquendum propter bonum quodcunq; temporale. Hoc etiã dixit matri & Ioseph. Nesciebatis quod in ijs, quę patris mei sunt oportet me esse? Quod autem quis audiens verbum Dei efficiatur mater & frater Christi, hoc spiritualiter intelligatur est necesse, quia fratribus competit esse cohæredes eiusdem hæreditatis. Illi tamẽ, qui faciunt Dei voluntatem (vt inquit Paulus) cohæredes Christi sunt. Ita eos vocat Christus fratres cum ait. Ite & dicite fratribus meis. Mater vero dicitur qui verbum Dei audit, quia sicut mater formatum fœtum in vtero habet: ita qui audiunt & seruant verbum Dei firmatum Christum in corde gestant suo per fidem. Vnde Paulus Galatis ait. Donec formetur Christus in vobis. Dicitur ergo quis esse Christi mater, quia sicut virgo Maria audiendo verbo concepit sic homo in conscientiæ vtero credens Deo per fidem, Christum concipit, eius voluntatem facere proponẽs: parit autem conceptum, quãdo opere præstat, quod intenderat. Vnde Esaias. A facie tua domine ait, concepimus, & quasi parturiuimus & peperimus spiritum salutis. A facie, inquit tua, id est in prædicatione in qua Deus cognoscitur, sicut homo in facie, de qua Dauid. Faciem tuam domine requiram. In hac verbi cognitione concepimus spiritum salutis. ¶ Sed quærerem nunc abs te ô Domine Iesu, nec ineptè, vt opinor, cur cognati pessimè omnium ministrare dominis suis soleãt, nam & arrogantes sunt & cognationis causa æquãlem se putãt obtinere gradum, ingratique, quippe quod nihil sibi existimant indebitum cõferri beneficiũ, qua ergo de causa ministros tuos, matrem & fratres vocasti? An tibi gratiora sunt superborum & ingratorum hominum officia? Absit. Quid igitur hæc sibi volunt? Vtique non impios aut sceleratos homines, superbos & ingratos dominus cognatos suos vocat. Iam enim supra dixerat. Qui verbũ Dei audiunt mater mea, & fratres mei sunt, sed eos, qui piè & religiose viuunt. Quod cum ita sit si ad pietatem vniuscuiusque ingenitam qui alioqui optimus est, accesserit etiam consanguinitatis vinculum, hic non poterit non esse Domini sui obseruantissimus: quoniam amor multũ, si virtutis amori accumuletur iuuare solet. Hac igitur de causa Christus Dominus auditores suos fratres vocauit, vt indicaret nõ solum illorum iustitiam, sed etiam amorẽ erga Deum summum, quo illum tanquam filium, aut fratrẽ essent culturi. Non seruiamus Deo ex solo timore, aut spe retributionis vt mercenarij serui faciunt, sed seruiamus ex dilectione, sicut mater seruit filio, & frater fratri. Ideo enim posuit nobis Christus nomina matris & fratris, vt intelligamus Deum amore filiali esse amandum, & sic fratres Christi effecti cohæredes regni cælorum efficiamur.

Act. 24.

Exo. 24. Lucæ. 1.

Roma. 8. Luca. 24.

Gala. 4.

Esai. 26.

Psal. 26.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Etenim si parentes qui nos genuerunt, amamus, quanto magis diligere debemus creatorem parentum, authoremque nostrum? ¶ Discamus præterea ex hac historia, & Christi facto, primo spiritualia temporalibus anteferre: vt propter carnales parentes non relinquamus verbum Dei, nec spiritualia. Ex quo patet quanta digni sint reprehensione, Clerici, & Religiosi, qui leuissima quaque de causa orantes ad alia se diuertunt, relictis precibus semirecitatis, & interruptum diuinum officium dimittentes ludicra vel inania attendunt. Quorum ea est impudentia, vt iam nobis odiosum non sit si pari honore Deum prosequerentur, ac alium mediocris conditionis hominem prosequuntur, quem si semel alloqui cœpissent non tam irreuerenter faciem auertissent sermone interrupto, donec loquendo finem imponerent. Equidem inurbani, & ineptissimi esset hominis, qui cum rege colloquens de rebus maxime grauissimis, se subito ab illius cõspectu subtraheret, vocatus vel à coquo, vel à stabulario, nec prius plenissimè sermonẽ consummasset. Quid ergo dicendum de illo, qui à Deo, cum quo loquitur, imò quem pro salute sua precatur, se auertit & ad inania se conuertit? Ne igitur inurbanus, & ineptus
1. Reg. 2. sis, audi quid dicat Dominus. Quicunque glorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Post quam Christus docuerat in sententijs, & parabolis docet nũc facto, & exemplo non relinquere diuina pro temporalibus.

¶ Docemur secundo in bonis inceptis perseuerare, neque ea pro quocunque temporali commodo imperfecta relinquere. Ne quicquam enim, aut orare, aut ieiunare incipis, si postmodum à carnis libidine interpellatus in ipso principio deficis. In pri-
1. Reg. 6. mo libro Regum legimus volentibus Philistæis arcam Domini restituere, illam curru imposuisse, duasque illi iunxisse boues fœtas, vitulis bouili abditis, quæ quanquã filiorum mugitus audiebant, nihilominus tamen maioribus actæ stimulis Bethsamis contendebant. Ita & tu facere debes, qui iam à primordio vitæ tuæ iter in cœlestem patriam instituisti, ne videlicet vllis detentus sæculi clamoribus, vllisque reuocatus carnis voluptatibus, ab incepto itinere abfistas. Quinpotius summam adhibe diligentiam, vt iugum Domini suaue, onusque eius leue ad mortem vsque perferas: ne forte vicini tui mundus, diabolus, & caro te retrocedentem irrideant dicentes. Hic intulit manum aratro, & respexit retro: hic cœpit ædificare, & non potuit consummare. Rursum vide, & considera diligenter, ne alicuius rei temporalis causa cultum Dei prætermittas, Christum imitans, qui à prædicatione non destitit, quanquam à matre, & fratribus vocabatur.

¶ Docemur tertio non confidere in nobilitate carnis, sed in nobilitate virtutis. Nam si Christo esse consanguineum, est summa nobilitas, nemo autem illi consanguinitate propinquior esse potest, quam mater & fratres eius sunt, sequitur eos qui audiunt, & faciunt verbum Dei omnium esse nobilissimos: quippe qui mater & fratres Christi sunt, ipso testante: atque ideo hæc nobilitas valde desideranda est. Multi dicunt. O quis erit tam fœlix, qui frater aut mater Christi dici possit? Beati fuerunt illi qui sic fuerunt ei propinqui: beatus etiam vester, qui illum portauit. Ostendit hic Christus omnes, si optant, ad hanc posse peruenire fœlicitatẽ, si fecerint voluntatem Dei. Quid tu faceres si facto tuo esse posses regis frater? Quanto igitur maius est fieri fratrem supremi illius numinis hæredemque cœlorum? quod vt consequaris in manu tua est. ¶ Discamus quarto, semper bene operari, vt non satis sit audire tantum verbum Dei, aut credere in Deum, sed vt eo, quæ audiuimus, faciamus. Ille enim mater & frater Christi est, qui facit verbum Dei. Et in Matthæo dixit, vt voluntatem Dei faciamus, vt hanc dignitatem consequamur. Vides ergo quomodo sola fides non sufficit? De operibus loquebatur Dominus cùm Caino dixit. Si bene egeris, recipies, si autẽ malè, statim peccatũ tuũ adorit. Ecce tibi bono operi promittitur hic præmium, malo autem pœna. Et sapiens ait bonorum operum gloriosus est fructus. Et iterum. Reddet Deus iustis mercedem laborum suorum. Et Propheta cum petijsset à Domino, quis in illius tabernaculo esset habitaturus, respondit statim dicens. Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam. Operatur, dixit, & cum aliqua bona opera enumerasset, subdit claudens psalmum. Qui facit hęc non mouebitur in æternum. Non dixit. Qui credit hæc, sed qui facit hæc ostendens operum virtutem, & necessi-

necessitatẽ. Præterea Dominus per Esaiam prophetam bona opera nobis commendat dicens. Quiescite agere peruerse, & discite benefacere, quærite iudiciũ, subuenite oppresso: iudicate pupillo, defendite viduam. Denique & Christus ait. Multi dicẽt mihi in illa die. Domine, Dñe nonnè in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimꝰ, & virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos: discedite à me omnes qui operamini iniquitate. Et quid clarius, quàm, quod hic dicit. Qui fecerit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Et noster Lucas non contentus est dicẽs. Qui audiunt verbum Dei, sed subiunxit dicens. Et faciunt, &c. ¶ Quinto & vltimo docemur, licet bona opera sint necessaria ad vitam æternã consequendã, vt ex hoc textu satis patet, tamẽ quæ sint ista bona opera & qualia, significatur dicens, vt sint iuxta Dei voluntatem, voluntas enim Dei, est regula, qua opera nostra dirigere, & nos metipsos dirigere oportet, vt recte & ad amussim quæcunque fecerimus euadant. Dei enim voluntas est operationum nostrarum regula. Quæ est autẽ hæc Dei voluntas? Interroga Paulum, & audies illum dicentem Thessalonicensibus. Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra. Volũtas enim Dei vtilitas est tua, & quod Deus vult, in tuum emolumentum tendit. Summopere igitur attende ne vel latum vnguem à Dei voluntate discrepes, vt sic tibi, salutique tuæ consulas. Vult enim Deus omnes homines saluos fieri, & dat illis omnia media necessaria ad consequendam vitam æternam. Hanc voluntatem paratus etat facere Paulus cùm dixit, Domine quid me vis facere? Et sanctus rex Dauid. Doce me facere voluntatem tuam, sed procedamus. *Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait illos. Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt.* Sic Mathathias dixit filijs suis. Memẽtote qualiter salui facti sunt patres nostri cum persequeretur eos Pharao, &c. Sic Iosue cum filij Israel transierunt Iordanem posuit duodecim lapides extra aquam in memoriam, eo quòd salui facti sunt patres eorum. A desit nunc exemplum patrum nostrorũ in hac euangelica historia quomodo salui facti sunt patres nostri, scilicet, Apostoli. Narrat Lucas labores, & pericula, quæ sustinuerunt: bonum consilium, quod acceperunt fugientes ad Christum, & miraculum, quod fecit Christus liberans eos à periculo. Ait igitur Euangelista, Christum ascẽdisse in nauiculam. Quid est hoc, quod nauim ascendit? Nonne ipse est, qui *Exo. 14.* fugatis fluctibus matis rubri profunda nudauit, vt Israeliticus populus inter stupentes vndas siccis vestigijs transire potuerit? Nonnè ipse pedibus super mare ambulauit, & Petrũ ad se venire fecit super aquas? Cur ergo breuissimi lacus transitum sub *Matth. 14.* mercede in nauicula transfretare vult? Venit etenim Christus suscipere infirmitates nostras, & sua nobis conferre medicamenta sanitatis: quia medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit, & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo nõ potest conferre sanitatem. Christus si in suis mansisset virtutibus, commune cum hominibus nihil haberet, & nisi implesset carnis ordinem, carnis in illo esset otiosa susceptio. Sustinuit ergo has infirmitates, vt homo verus humanis necessitatibus probaretur. In hac igitur transfretatione fecit Christus opera, quæ ipsum verum hominem, & verum Deum probant. Ascendit in nauiculam, & dormit, vt per ascensionem nauiculæ necessitatem humanæ naturæ ostendat, & per dormitionem eius, veritas appareat euidentius, & per sedationem tempestatis, imperantis ventis, & mari potentia deitatis innotescat. Præterea non ascendit negotiatoriam aliquam nauem, aut sumptuosam, sed piscatoriam ascendit. Quo docet ne mundi contemptibilia paupertatem, & humilitatem amare, & viliora, & infirmiora amplecti, spretis superbis atque pomposis, ille (inquam) po- *Psal. 94.* tens & magnus, de quo Dauid in Psalmo. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & aridam fundauerunt manus eius.

¶ Dixit autem discipulis, vt secum ascenderent, vt virtutem illorum in illa tempestate tentaret, & illorum fidem probaret. Tentauit Deus Abraham in morte filij sui, *Gene. 22.* vt probaret, an esset fidei præclarus firmitate. Qui promissionem Dei tenens, mortis periculo filium exposuit credens Deum posse suscitare, & dare filios, plus enim confidebat in eo quod sperabat, quàm in eo, quod videbat. Videbat enim mortem insperatam, & sperabat vitam promissam. Apostolos etiam huius filios promissionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in ecclesiæ principio etiam voluit Deus tentare fortius, quia non morte alterius, sed propria eos tentans, exponit maximo periculo vitam illorum in nauicula fluctibus marinis operta. Vt ergo tentaret eos de fide, ascendit in nauiculam: & secuti sunt eum discipuli eius. O vere præclaram amicitiam, non solum in laboribus, sed etiam in periculis dominum & magistrum suum sequi non recusant. Ideo Dominus dixit illis. Vos estis, qui permansistis mecum in tentationibus meis. Discamus ergo in tentationibus & periculis sequi Christum. In tribulis enim, idest, in tribulationibus, citiùs inuenitur Christus, qui est velut lilium inter spinas, & in pratis viridibus, & amœnis. Sic Moses inuenit illum inter vepres in medio rubi ardentis. Verum multi sunt, inerti venatoris cani similes, qui feram ad vepretum confugientem, ne ab aculeis spinarum pungatur non insequitur, cum ibi facilius possit comprehendi. Sequuntur namque Christum in tempore læto & facili, non turbido, & laborioso. Multi in terra, pauci in mari, sicut Apostoli: multi (inquam) in prosperitate, pauci vero in aduersitate. Dum à Deo molliter tractantur, Deum colunt & amant, & quocũque insurgente labore deserunt. Vnde Dauid in Psalmo Dominum alloquitur, dicens. Confitebuntur tibi, dum bene feceris eis. Sic passim mulierem reperies religioni vsque adeò deditam, vt iugi orationi, frequentibus confessionibus, cæterisque pijs operibus plurimam temporis partem impẽdat quæ tamen si grauiusculè morte mariti, aut filij, vel aliqua alia solicitudine saucia fuerit, mirum est, quàm non modo pristinæ obliuiscatur vitæ, sed etiam blasphemam in Deum linguam conuertat, vt parum ab ethnica distare videatur. Hoc quotidie videmus non modo in mulieribus, verum & in viris qui nunc duntaxat Deum colunt, quando sibi morem gerit. Istos autem ego simillimos illis hominibus iudico, qui mercatoribus pecunias mutuãt in fœnus, ea cõditione, vt lucri, non iacturæ participatione fruantur. Sic isti Christi delicias insequẽtes ab eius laboribus abhorrent. Aliter sancti Apostoli, qui in terra & in mari, in prosperitate & aduersitate Christũ sequuntur. ¶ Discamus præterea ab Apostolis amicitiã cum hominibus seruare, & fidẽ in omni tempore custodire. Sequuntur nanq; Christum in mari sicut in terra: quia vt scriptura ait, omni tempore diligit, qui verus amicus est, sed multi (maxime nunc) sequuntur homines non in aduersis, sed in prosperis iuxta illud Ecclesiastici. Est amicus secundum tempus: non permanebit tempore tribulationis. Canis os succo plenum rodit, aridã relinquit: sic multi te diuitem, honoratum & florentẽ, facilè vident, salutant, & colunt: quòd si fortuna tibi aduersa reflauerit, & ad inopiam redactus fueris à familiarissimis etiam deserêris. Sed de his satis in superioribus diximus, in capite sexto. Sic etiam hãc infidelitatẽ, quam in proximos habemus, eandẽ in Christũ gerimus. Sequimur eum in cœna, & in fractione panis non tamen in periculis maris. Illum laudamus cùm dat nobis diuitias, sanitatẽ, honores: at si ab illo flagellamur, persecutionẽ patimur, aut infirmamur, vel aliquod patimur incommodũ, relinquimus orationes & meditationes consuetas, & impatienter irascimur. Filij Israel videntes se à Deo vltos & Ægyptios in mari rubro submersos, incolumitati suæ gratulantes, quòd suffocatis hostibus, ficto fretum transissent pede, laudauerunt dominũ & cantãtes glorificauerunt, dicẽtes, Cantemus domino gloriose enim magnificatus est: equũ & ascensorem deiecit in mare, &c. Sed post paululum deficiente victu murauerunt contra dominũ, volentes Ægyptum repetere. Sic nos cantamus cùm dat nobis bona: at si tribulatione aliqua affligimur, murmuramus, & blasphemamus. Plures enim habet Christus socios resurrectionis suæ qui gaudere volũt, quàm passionis, quia nolunt grauia & aduersa pati cum illo. At sancti Apostoli non solum in terra, sed etiam in periculo maris, & inter fluctus, & tempestates associabant illum. Nos ergo eadem faciamus, & Paulum audiamus dicentem, Si fuerimus socij passionum, eritis & consolationum. ¶ Obserua autem prius fecisse Christum in nauiculam, & post ea ascendisse discipulos eius. Nã in laboribus & periculis magister, & dominus præire debet, vt discipuli & famuli sequantur. Aliter tamen, quã plurimi prælati faciunt, qui subditis inquiunt, Ascendite vos ad labores & pericula: ipsi autem in otio & desidia torpentes manent. Abimelech ille filius Ierobaal vt milites suo prouocaret exẽplo, ipse primus volens incẽdere Sichen, succidit ramum & dixit ad socios. Quod me videtis facere, citò facite. Et illi certatim ramos præscindẽtes sequebãtur ducẽ. Crede mihi, subditi facient, quod te viderint facere, sicut milites Abimelech; & te ducem sequentem. Quod si illis in malum dux extiteris, eodẽ modo illos, & teipsum in perditionem adduces. Quare si sapis, ne tibi ipsi noceas, præito in laboribus virtutisque actionibus, vt te omnes imitentur. ¶ Expende etiam hic Christum dominũ priùs voluisse discipulos suos in omni genere laborũ & periculorum esse exercitos, vt sic malo assueti, post eà quæuis pericula faciliùs tolerarent, & honores, quibus nõ ratò erant afficiendi, contẽnere possent: vt de Paulo & Barnaba legimus, quos in numerũ deorum referre homines voluerunt, cũ aliàs grauissimis eos afficerẽt cruciatib⁹. Instituit igitur Christus modo discipulos suos, eos honorãdo societate & doctrinę suæ cõmunicatione illis dæmonia eijciendi potestatẽ concedendo, & illos salem terræ, & lucem mundi vocando, Demũ eos tentauit in hoc maris discrimine, vt firmiores ad reliqua & peritiores redderentur. Porro stagnum hoc in quo Christus nauigabat, est stagnum Genesareth, vel mare Tiberiadis, vel mare Galilææ, de quo iam diximus in initio capitis quinti huius. Iam historiã prosequamur. *Et nauigãtibus illis obdormiuit.* Proh Deum immortalem. Quæ, quantaq; est in omni fortuna iusti securitas. Videt hominũ solicitudines, & labores, fortunæ fluctus & procellas intuetur, ipse autẽ nihil mouetur magis quã si somno esset oppressus. Vnde sapiens ait, Nõ contristabit iustũ quicquid ei acciderit. Sic etiam Ionas dormiebat periclitantibus nautis: & tu si probabili potieris conscientia, securus esses ab omnibus incõmodis quibus mundus versari & concuti solet. Sed nunquid dormit ille, de quo Dauid ait. Non dormitabit, neque dormiet qui custodit Israel? Quid ergo nunc dormit? Hoc autem, eò dictũ puta, quia si ea quæ in mundo impunè gerũtur, animaduertimus, Deũ dormire suspicabimur. Nam sicut qui dormit, eodem vultu semper est quocũque homine vel conuitio afficiatur, ita Deus, cùm in hoc sæculo sæpenumero optimè meritos, iustosque viros beneficio vllo non prosequatur, impios autem & criminosos plærunque impunitos abire sinat, imò potiùs eos plurimis aliquando ditet bonis, bonos autem magnis torqueat calamitatibus, videtur profectò in rebus humanis tanquam in-

Luc. 22.

Capri. 2.
Exod. 3.

Psal. 48.

ter quosdam bonorum & malorum fluctus obdormire. Qua de causa Dauid huius incõmodi satagens in Psalmo Deum precatur vt vigilet, inquiens. Exurge, quare obdormis Domine? exurge, &c. Quasi diceret, Vah Domine somnum importunum, exurge quæso, & videas mortalium superbiam. Exurge, vt honori tuo consulas. Omnes enim pietatis cultores in summis versantur calamitatibus ob ingentem impiorum iniquitatẽ: quos si ampliùs sæuire siueris, actũ est de republica tua. Durent tamen in laboribus pij, impij autem timeant, qui nanque dormit expergiscetur, nec sinet malorũ tonatus ad finem vsque peruenire iniquitatis suæ. Nunquid qui dormit nõ adijciet vt resurgat? resurget quidem Dominus & vnũquenque merito afficiet præmio. Dormiebat Noe, & nequissimus Cham illius pudẽda proteruo cernens ore, patrem irridebat suum: at Iaphet pietate motus, fratrisque infensus impudentię, paternum veste texit corpus. Quare excitatus Noe, impio maledixit Cham, & pio Iaphet benedixit. Sic Deus qui modo obdormire videtur in finali tandem iudicio exurget & benedicet bonis, eos præmio æternæ vitæ afficiens, malos autem in æternum conijciet ignem, &c. de his alias. ¶ Præterea dormiebat Christus secundum sensitiuam animæ portionem, idque non coacte & inuite, sed sponte, & de liberata ratione. Rationis enim iudicio, & imperio voluntatis, corporalis natura, sensitiuaq; pars per omnia obediebat in Christo. Licet causa, ex qua naturaliter oritur somnus, scilicet, vaporum ascensio in caput, corporalisq; naturæ corporalis fatigatio fuerint vere in Christo. Assumpsit enim naturam nostram cum hac passione, quanuis potuisset illam assumere sine somno, quia non se consequuntur necessitate inuitabili. Tamen quia hanc passionem assumpsit naturaliter poterat dormire, quia sæpe dormiuit. Nunc autem voluntarie dormiuit, quia Christus erat Dominus naturæ suæ. Hoc autem in nobis non est, quoniam multi somnum desiderant, & dormire nequeunt, & aliquis vult vigilare, & non potest. Ideo poterat Christus manere longo tempore sine somno, si voluisset. Sic interdum erat per totam noctem vigilans in oratione: & nõ ob hoc grauabatur corpus eius. Poterat Christus dormire quando vellet, & vigilare quantum vellet, etiam nulla cau

Psal. 43.

Psal. 40.

Gene. 9.

Luca. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa naturali existente. Dormiuit autem nūc vt daret locum sequenti miraculo de turbatione & sedatione maris.

¶ Præterea dormit Christus & facta est magna commotio in mari: in quo docet, quodam ænigmate, quātum immineat periculi in rebus humanis, quoties dormiunt prælati deliniti commodis huius mundi, cum Christi vices gerant. Dormiebat Saul & furto rapuerunt ei scyphum & hastam. Sic quia prælati dormiunt in delicijs perit iustitia, quam facere debuerant in discolos, eos puniendo, & munus, quod oportebat ipsos habere, vt pauperes & miseros fouerent. Vnde putas tantam tempestatem ortam esse in Germania, nisi quia prælati Ecclesiæ dormiebant? à Dormiente igitur Christo, mare fluctuare nihil aliud significat, nisi subditos esse in summo discrimine quoties prælati dormiunt. ¶ Denique Marcus ait, quod dormiebat in puppi super ceruicali: in quo docet deliciας & vanā mundi pompam contemnendam esse, sed tantum post laborem necessaria ex illis sumenda, & illis vti. Vnde dominus per prophetam Amos ait, Væ vobis, qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris. Quapropter hoc, quod dormiebat super ceruicali, non vacat à mysterio. Primo quod modicis contentus fuit: nō enim ambulauit in magnis, neque in mirabilibus super se. Commendat enim Christus pauperem & asperam vitam, quam ab ipsa origine vitæ, vsque in finem commendare nō cessauit. Natus in præsepio, dormiens super alieno ceruicali, & moriens in cruce: quid aliud contendit, quam vitam exiguā & parcam amplecti? Secundo insinuat, dormiens in ceruicali, se esse paratissimum, velut in procinctu ad fauendum nobis. Nam si in lecto iacuisset, quis crederet eum à lectulo surrecturum, vt laborantibus opem ferret? At nunc qui iacet super ceruicali paratus est à quiete consurgere, vt miseriæ nostræ præsto sit. Facile enim surgit, qui super ceruicali quieuit. &c. *Et descendit procella ventiin stagnum: & complebantur & periclitabantur.* Credendum ne est ea fuisse ventos audacia, & mare, vt nauim in qua suus vehebatur dominus vsque adeo vrgerent, nulla prius facti obtenta copia? nequaquā. Quoniam voluntate Christi factum est hoc, Deo sic ordināte ad ostendēdū Christi potentiam. Sicut illa tempestas quæ facta est temporibus Ionæ, quando misit Deus ventum magnum in mare & facta est tempestas magna, & nauis periclitabatur conteri. Sic nunc ingressus in mari fecit turbari mare, commouit ventos & concitauit fluctus. Itaque Dei voluntate facta est tempestas. ¶ Obserua autem & vide, vbicunque Deus est, plurima noua & insolita statim emergere. Ingressus est Hierosolymam & commota est, vt ait Ioannes, vniuersa ciuitas. Sic Philistæi dixerunt, Quæ exultatio est hæc? Veniebat enim ibi arca domini: ideo non fuit tanta exultatio heri & nudiustertius. Ex nouitate mirati sunt Philistæi. Sic multæ plagæ & mutationes factæ sunt in Ægypto. Et illi dixerunt, digitus Dei est hic. Ideo in Sapiente habetur. Timebunt reges horrendi. &c. Quod de Pharaone dictum est. Vnde sponsa in Cantieis loquitur dicens. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. Sequitur. Anima mea liquefacta est. Sic Deus corda dura, in quæ semel intrauit, comminuit atque emollit. Ingressa est arca domini in Dagonis templū & corruit idolum. Ita vbicunque Deus ingreditur corruit idolū animi interni: de quo Paulus. Auaritia, quæ est idolorū seruitus. Corruit idolum gulæ: de quo idem Paulus. Quorum Deus venter est. Denique omnia alia idola vitiorum animæ concidunt. In primo etiam Regum habetur, Insiluit in Saul spiritus domini, & mutatus est in virum alterum. Mutatio hæc est mutatio dextræ Dei excelsi. Sed in quo perspicies Deū venisse in cor tuum? Si fane aleator iam non ludis, mœchator non mœcharis. &c. Sic Niniuitæ mutati sunt ad ingressum prædicatoris Dei. A facie enim domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupē in fontes aquarum. Sic ingresso Christo in mare, mutatur mare, mutantur aquæ & in omnibus fit mutatio & nouitas. Ita etiam operatus est egregiam mutationē in Magdalena, Saulo, multisque alijs. &c. ¶ Secundo expende etiam & considera nullum in hoc vitę miserrimo curriculo esse locum satis pacatum aut securum. Sunt discipuli iuxta Christum & nihilominus fluctuant & periclitantur. Quo docemur semper dū sumus in via, quantūcunq; in gratia cū Deo esse autumemus, nequaquā omnē prorsus timorē deponere. Quia nemo nouit quo tandem sit peruenturus. Paulus enim licet sanctissimus summisque à Deo

à Deo pignoribus confirmatus, nihilominus tamen ait, Nihil mihi conscius sum. Quoniam in hoc sæculo degens, nullibi satis securus sibi videbatur. Angelus de cælo cecidit; à loco altissimo & tutissimo; factū est prelium magnum, vt ait Ioannes in sua Apocalypsi. Adam in paradiso cecidit, David in sanctitate sua, Iudas in suo Apostolatu. Nemo igitur confidat, nemo præsumat. Omnia enim sunt procellis & tēpestatibus plena, siquidem ipsi etiam Apostoli Christo præsente periclitantur. ¶ Præterea depingitur hic quasi in quodam ænigmate quantum immineat periculum in rebus humanis quoties ij dormiunt huiusmodi commodis deliniti, qui vices Christi susceperunt. Cū enim episcopi, & prelati dormiūt, & negligentes sunt, diuitijs & voluptatibus seculi inhærentes, qui vices Christi in terris gerunt, subditi patiuntur tempestates & incommoda, & sunt in periculo. In Ezechiele execratur illos Dominus, qui consuunt puluillos sub omni cubito, & ceruicalia sub omni capite. Hinc cum dormirēt homines venit inimicus, & superseminauit zizania in medio tritici. Sed de his satis. ¶ Apostoli itaque nunc tribulantur, in quo discre tribulationes, dolores & persequutiones patienter sustinere, quia Dei voluntate dantur & mittuntur. Sunt enim tribulationes quasi quidam nuntij à Deo in nostram missi vtilitatem. Vnde quemadmodum qui nuntiū regis aliqua afficit iniuria, regi ipsi iniurius est, sic qui tribulationes à Deo missas beneuolo vultu, atque animo non excipit, Deo supremo regi iniuriā irrogare videtur. Misit Dauid legatos consolaturos. Amonem, ipse autem eos contempsit, illosque barbis vestibusque præcisis ad Dauidem remisit. Quod non multo secius illi faciunt, qui tribulationes à Deo missas impatiēti & superbo accipiunt animo. Quare sicut Dauid legatorum suorum iniuriam vltus est, Amonem suffditus extortens: ita Deus te, nisi benigniter, & patienter labores tuos tuleris euertet & disperdet. Maledicēte & iaciente lapides in Dauid Semei, respondit sanctissimus rex Abisai, qui eum interficere volebat. Dimitte eum, vt maledicat, Dominus enim præcepit ei, vt malediceret Dauid. Intelligebat optime Dauid illud esse à Deo flagellum infligtum: nec eum latebat peccatū vnius esse nonnunquam alterius suppliciū. Quoties igitur ab aliqua conflictamur ex creaturis, ad Deum nos conferamus. Quotiescunque ab aliqua creatura afficimur, ad Deum confugiamus. In illo enim suæ ægritudinis, perfectam inueniet homo medicinam. Sic Dauid in Psalmo aiebat. Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio. Et in alio Psalmo. Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam. Quorsum autem ò Dauid indueris cilicio? hic est ille ensis, quo accingeris? hic ille nitidissimus thorax, quem ad propulsandos hostes induis? Sed vince teipsum, & sic inimicos tuos superabis. Ego autem orabam. Sed quid orabas? Deus laudem meam ne tacueris, &c. Domine commenda me, siquidem pro te tot iniurias sustinere non dubito. Sed quid? nunquid remedium est vllius momenti persequentibus, & incessentibus hostibus, ad templum cōfugere ibique preces fundere? optimum equidem esse existimo. Non hoc Dauidi ignauiæ vertendum est, vrsos, & leones facillimo interficiebat negotio. Sed considerans hæc omnia incōmoda à Deo opti. maxi. hominibus sæpenumero infligi, quo à criminibus suis resipiscant & in virtute exercitati eo magis euadant, confugiebat ad Dominum, nihil ab illo oblatum recusaturus. Nam quemadmodum gladius ferruginosus, quoties ad arma veniunt homines, Dominum suum sæpe adeo moratur, vt prius ab aduersario vulneretur, quam educi è vagina possit, sic patientia non exercitata adeo tarda est, vt sæpenumero locum diabolo concedat miseram vulnerandi animā, quàm possit subuenire. Quare vt exeramur, permittit Deus non raro in nobis pericula & calamitates sęuire. Eodem etiam modo hęc tempestas de manu Dei venit, vt exerceat discipulos suos eosque deinceps efficiat firmiores.

¶ Denique etiam misit in illos hanc tribulationem, vt in seipsis experirentur misericordiam virtutemq; eximiam Christi. Viderant enim iam sæpissime magistrum suū claudos, cæcos, & id genus infirmos sanantem: sed quia nemo tāta perfunditur in aliorum sanitatibus iucūditate ac in seipso, ideo Dominus, hoc in ipsorū persona miraculū voluit operari, vt etiā nullus deinceps dubitationi locus pateret. Ita quoties de alicuius summi medici laudib⁹ agitur, si quis adest, qui aliquando cum esset ægrotus ab illo fuerit curatus, statim consurgit, medicique sui tāquam testis oculatus, honores euehit, cuius

Psal. 42.
1. Reg. 26.
Psal. 90.
Psal. 118.
Mar. 4.
Amos. 6.
Psal. 130.
Psal. 34.
Psal. 108.
1. Reg. 17.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius testimoniũ apud omnes alios nõ modo maioris beneuolentiæ esse solet, sed etiã maioris fidei. Præterea quia discipuli prædicaturi erant mundo Christi eximiam virtutem & miracula inenarrabilia, oportuit vt prius in omnibus creaturis & denique in seipsis vim Christi domini sui intuerentur, vt sic summa laude summa etiam fiducia & voluptate possent vbique terrarum facta Dei celebrare. Eo enim modo, dubiũ visum non fuit, quin libentissimi omnes mortales oculatos testes, & expertos miraculorum domini, & summo applausu audirent & Euangelium securissimo consensu susciperent. ¶ Aduerte etiam Deum solere sanctis suis pericula ostẽdere, à quibus eos liberauit, vt videntes mala à quibus eruti sunt gratissimi indies magis efficiãtur. Sic fecit Iacob cum reuerteretur de Mesopotamia in terram suam. Eleuans enim oculos vidit venientem Esau, cum eoque quadringentos viros. Timuit enim Esau valde & orauit ad dominum præ timore, vt illum liberaret. Eruit itaque eum dominus: sed nihilominus voluit periculũ eius oculis obijcere, vt sic agnosceret à quo malo liberasset eũ dominus. Sic etiam fecisse cõmemorat scriptura cum filijs Israel: qui cũ essent prope mare Rubrum leuantes oculos viderunt Ægyptios super se & timuerunt valde & clamarunt ad dominum & ad Mosem. Quibus dixit Moses, Nolite timere, & videte magnalia domini, quæ facturus est hodie. Ægyptios enim, quos hic videtis nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternũ. Et sic transierunt mare diuisum, & viderũt Ægyptios mortuos, & manum magnam quam exercuerat super eos. A quo periculo licet nihilominus Deus filios Israel liberare statuerat poterat alijs multis modis populum suum seruare, tamen oculis eorũ periculum subiectat, vt sic omnibus diebus vitæ suæ præterita recolẽtes, nequaquã possent tanti beneficij obliuisci. Ita & eodem modo se habuit Christus dominus hic cũ discipulis suis, qui fluctuante naui, & pene submersa, non adiuuabantur, vt dilato auxilio, salus, quæ iam ferme vita excessuris contigerat, eos deinceps multo saceret gratissimos. Sic tu memoriter habe à quibus te Deus periculis liberarit. Nam sępenumero te in mortali peccato agentem ab innumeris maris & terræ periculis eripuit & ab omnibus illis, quæ Paulus suis Corinthijs scribens commemorat. Quare Deum cole illique gratias cum propheta age, Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Eripuit animam meã à morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. ¶ Obseruandũ præterea est quod dominus videtur suos derelinquere in medijs fluctibus, adeò, vt videatur illorum oblitus. Tamen non obliuiscitur: sed hoc facit, vt posteà gloriosius de medijs malis eripiat. Sic Ioseph reliquit in squalore carceris, quem postea sublimius extulit. Videbatur iã derelictus à Deo, & extraneus erat, & derelictus à fratribus venditus in terra alienia: sed Dominus eripuit illum à malis & gloriosum fecit. Sic Dauidem, sic Danielem, sic & Susannam à falso crimine liberauit. Dauidẽ autẽ de manu Saulis, Danielẽ vero à lacu leonum. Sic etiam populũ assiũ ctũ Israel obsessum ab exercitu Holopher nis, & iam se illi commissurũ, de manu hostili, mirabiliter per fœminam eripuit. Sic etiam eundem populum iam morti expositum sub impio & sæuissimo hoste Amã, cum iam periculũ immineret mortis, gloriosè liberauit eũ. Noluit Deus statim suos liberare, sed expectat & dormire videtur ne men non derelinquet eos vsque in finem, sicut peccatores. Hæc enim est maxima inter bonos & malos differentia, quod mali in æternum à Domino derelinquentur: boni vero ad tempus duntaxat deseruntur, vt fortiores surgentes ad virtutem efficiantur. Hoc ipsum petebat Dauid in psalmo à Dño. Ne derelinquas me dñe vsquequaq. A c si diceret, vt diuus Ambrosius interpretatur. Relinque me dñe paulisper, non tamen diu. Antea quasi adhuc imperfectus & in multis tribulationibus positus sedere linqui timebat: nunc autem iam fortior nõ timet derelinqui, vt tentetur, sed rogat, ne penitus derelinquatur. Plærunq; derelinquit Deus, quos vult probare sicut hic apostolos: penitus autem derelinquit & totaliter peccatores, quos in ęternum deserit. Derelinquit penitus Iudam, nõ autem sanctum Iob. Nũquid nõ ideo derelictus est Iob, vt probaretur, atq, ideo coronaretur? Derelinquit Iudam in sæculũ, non autem Petrum, cui clamanti in mari porrexit dñs dexteram & leuauit eum. Quemadmodum inter natatores accidere solet, qui ruriores adhuc & imperitos natãdi paulisper submergi sinũt, ęq si grauius periclitari animaduerterint, nihilo segnius accurrũt, quàm si nunquam reliquissent, quo facto impauidiores deinceps ad natandum redduntur, sic nunc discipulos dereliquit, sed non in perpetuũ: quia eripuit eos. ¶ Ad nostram autem eruditionem discamus hic non turbari, si quãdo nos à Deo in aliquibus tentationibus desti tutos viderimus, quoniam, vt hic litera docet, non raro solet Deus sic cum dilectissimis agere. Quin & ipsum vnigenitum suũ dereliquere non dubitauit quando ipse dixit, Deus meus, Deus meus, quare dereliquisti me? Tradidit corpus eius passioni: & (vt Paulus ait) proprio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum: sed non penitus dereliquit, sed ad tempus. Ideo ait. Nõ derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctũ tuum videre corruptionẽ. Timenda igitur est, non quæuis, & ad tempus destitutio, quæ proficua est, tantum abest, vt noceat, sed ęterna & totalis. A b illa enim Deus te eripiet, vt hos sanctissimos discipulos. Ideo Dauid ait. Eripuit animã meam à morte, oculos meos à lacry mis, pedes meos à lapsu. Parum est labi, aut leuiter ad lapidem offendere, sed caue ne cadens caput cõminuas, aut crura frangas. Interea tamen Deus clamat, dicente Dauide, Ne derelinquas me Domine vsquequaque. Sic clamarunt ad Christum hi sanctissimi Apostoli, vt statim videbimus. ¶ Secundo discamus semper Christum nobiscum habere. Nam si cum Christo tempestas & periculũ est, quid erit sine Christo? Etenim Apostoli in naui periclitantes præsto habuerũt Dominum, cuius seruarentur auxilio, tibi vero longissimè à Deo agenti quid poterit opitulari? Rapieris profecto, quoniã, vt Ionas Domini conspectum fugis, & in mare proijcieris, sicut Ionas proiectus est. Da igitur operam, vt nunquam longius à Deo discedas, imò, vt illum prope & quasi ad manũ semper habeas, si in laboribus tuis patientiam habere desideras. Sane apostolorum tribulationes breues sunt, & breui à Domino remedium consequuntur (iusti nanque secum habẽt Christum omnium malorum antidotum:) mala autem impiorum in inferno ideo sunt irremediabilia, quia longè Deus, qui solus opem & salutem ferre poterat, situs est. Ita propheta quidam in peccatoris persona loquitur, Longe factus est à me auxiliator. ¶ Docemur tertio, ne vnquam in hac vita securos nos existimemus, neve fallaci mundi securitati fidamus. Nihil securum nihil semper prosperum est in hoc sæculo. Securi nauigabant discipuli cũ Iesu, sed subitò & inopinatò facta est tempestas magna. Putant mundi sectatores se tutos fore: creduntque se pactum, aut fœdus cum morte & inferno pepigisse, nec vident sibi tentationis periculum appropinquare, nec futurum quẽquam, qui illos ereprurus sit. Quid enim omnis mundi securitas aliud est, quam ingens illa imago à Nabuchodonosore in somnis visa? Magnificã quidem speciem præseferebat: tota aurea, argentea, ænea, ac ferrea erat, sed testaceis pedibus innitebatur, quare lapide tacta vniuersa moles corruit. Talis mundi securitas est, testaceis pedibus insistens, quos vel leuis tentatio frangit. Gloriantur quam pluri mi de maiorũ suorum splẽdore, quasi quod dam sibi aureum caput affingentes, iactant diuitias & fortunas suas, aliaque caduca & fluxa sæculi bona summe aggregantes, aurei sanè, argentei, & ferrei sibi videntur. Quæ tamẽ gloria quouis fortunæ iactu, mirum est, quam cito aboleatur. Qua de causa quo securiores nobis videmur, cautius agere oportet, ne tentationibus succumbamus à quibus grauissima nobis imminent pericula, nisi semper simus parati & in timore, iuxta illud sapientis. Beatus homo, qui semper est pauidus. ¶ Admonemur item timere pericula mortis & inferni, atq; mala, quæ nobis imminent. Nam si externa & temporalis tentatio etiam sanctissimos apostolos adeo pusillanimes fecit etiã cum Christus esset cum eis, & secum haberent Deum, ac bonam conscientiã, quid spirituales tentationes faciẽt quando hominem sceleratum mala conscięntia, dolores mortis, terror diuini iudicij, & tartari periculum torquent, & discruciant? Deniq; docemur, vt tempore fortunæ prosperę timeamus: tempore verò tristi fidamus speremusq;. Diuersum facit mundus. Quando omnia ex animi sententia succedunt, omnia vacant metu, nullius monita audit, sed mox fortuna mutata desperare volunt, nullius cõsolationem admittunt. Ecce cum sancti apostoli securissimi essent & minimè de intortunio cogitarent, repẽte, & inopinato magno, & periculoso turbine oppressi sunt, è contrario vero cum iam de interitu cogitarent, momento citius seruantur. Talis est mundi conditio. Quando enim securi in vtrãuis dormimus aurem

Gen. 33.

Exod. 14.

2. Cor. 11.

Esa. 28.

Danie. 2.

Proverb. 28.

aurem,periculum in proximo est: & quando prorsus omnem salutis spem abijcimus tunc à Deo iuuamur. Sed historiã prosequamur & videamus quid sancti apostoli in hac tribulatione fecerint. *Accedentes autẽ suscitauerunt eum dicẽtes. Præceptor perimus.* Si volumus, vt Christus expergiscatur, necesse est, vt nos prius expergiscamur. Imo ob hanc causam Christus infestari permittit, & immittit tribulationes, vt experge facti oculorũ grauedine discussa cogitemus vbi locorum simus & quæ rerum nostrarum facies sit: ac postea Deum nostris precibus excitemus. Sic cum apostolis fecit. Nam ille, qui producit ventos de thesauris suis, & qui conturbat profundum maris, & sonum fluctuum eius, ipse fecit hanc tempestatẽ, & incussit metum discipulis, vt metus eos ad orandum induceret: oratio autem eum moneret ad exhibendum miraculum, quo tandem ipsi alijque homines in fide confirmarentur. Expende quod apostoli Christum vocauerunt iam in vltimis constituti: quod etiam multi faciunt, qui Deum auxiliatorem quærunt, sed non nisi cum iam sunt in extremis periculis positi. Vnde in prouerbijs habetur. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia, tunc inuocabunt me & non exaudiam. Repentinũ est illud quod casu venit, quando quis incautus est, quod impijs morientibus euenit, non autem bonis, qui semper parati omnia obseruant vitæ suæ momenta. ¶ Præterea admonet locus iste in periculis, tribulationibus, omnibusque necessitatibus ad Deum cõfugere, & ab illo auxilium petere. Sic Iosaphath rex, cum ignoremus, (inquit,) quid agere debeamus, hoc solum habemus residuum, vt oculos nostros ad te dirigamus. Sic & Petrus admonet dicens. Omnem solicitudinem vestram proijcite in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Hoc etiam sanctus rex Dauid fecit cum dixit confugiens ad Dominum. Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinẽ miserationũ tuarũ respice in me. Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meę, & libera eam: propter inimicos meos eripe me. Ideò Deus multis periculis nos exponit vt confugiamus ad orationem. Per aduersitates enim nos inducit Dominus in timorem, & anxietatem, per timorem in agnitionẽ desperationemque infirmitatis nostræ: per desperationem nostri consilij reuocat nos ad considerationẽ diuinæ bonitatis. Et ex hac consideratione rursus erigit nos ad spem & fiduciam ergase: & inde oritur ad ipsum oratio. Si pulsat voluptas, si insurgit ira, si luxuria æstuat, insurgitque aduersum te omne genus nequitiæ, tam humanæ quã diabolicæ, ora Dominum. Atque ideo Dauid clamabat dicens, Exurge, quare obdormis Dñe? Exurge, obliuiscaris tribulationẽ nostrã? Igitur ante quã demergaris in profundũ, antequam descendas in sepulchrum, clama ad Dominũ. In clamore & in apertione oris tui, tua salus est. Si peris, tua culpa peris: quia nõ aperuisti os tuum, & ideo non implebit te salute Christus. Sed de his iam diximus in capite præcedenti in Magdalenæ conuersione. Nunc ad contextum. *At ille surgens increpauit ventum, & tempestatem aquæ: & cessauit & facta est tranquillitas magna.* Satis in hoc suam deitatem ostendit Christus, qui non vtcunque, sed imperatiuo modo iussit ventis & mari: cui cum omnes creaturæ sint in potentia obedientiali, statim consequuta est magna tranquillitas, tam materialis in mari, quam spiritualis in mentibus discipulorum de salute sua gaudentium. Paruerunt venti & mare Deo, & ideo facta est tranquillitas. ¶ Aduerte autem, quod præsente Domino nauicula fluctuat quidem & iactatur vndis, non tamen submergitur, sed fit tranquillitas. Hæc est arca Noe, quæ fluctibus illiditur, non tamen alliditur: Rebecca vterus qui ex paruulorum lucta collidi-tur, at aborsum non patitur: domus supra petram fundata, in quã venerunt flumina, & flauerunt venti, sed non destruitur: Israeliticus populus, qui à Pharaone & suis premitur sed non destituitur, mulier, quam in apocalypsi draco persequitur, sed non opprimit. Docet locus hic, vt in omni tribulatione & angustia patientiam habeamus, in Deo spẽ nostrã collocantes, vt in eo stabiles simus. Deo enim sanctus Tobias dixit, Nõ delectaris in perditionib⁹ nostris, quia post tẽpestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis. Quanuis totus sæuiat mundus, & quasi mare insurgant & bulliant procellę vertigineſque dæmonũ: & si omnis principatus, & potestas seculi fluctus concitent & iracundiæ rabie spumẽt, & furiant super sanctos, & si adhuc ad cælos sese extollant, vt tempestas maioris malignãtes, noli conturbari, noli contremiscere, aut deficere. Quanuis enim tibi videatur Christus dormire, non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel. Noli igitur desperare, sed in Domino cõfide: ipse enim saluos faciet sperantes in se. Cum iam omnia videtur desperata, succurrit diuina bonitas. Sic Israeli laborãti in Ægypto affuit Dei misericordia: sic Tobiæ, sic Ionæ, sic eidẽ populo tẽporibus Iudith, & Hester, &c. Quare nũquã de Deo desperandũ est. Quis putasset Ioseph in carcere in Ægypto cõiectum, à fratribus vẽditũ, à domina accusatũ, ab omnibus derelictũ & ignotũ in terra aliena, venturum ad tantũ honoris fastigiũ? Ideo quãuis tibi impossibile videatur exire à laboribus, quibus nunc premeris, Deo tamen facillimum est eripere te ab omnibus istis malis. Interim tamen, quãuis venti tentationum insurgãt & spumæ maris, hoc est, iracũdiæ ad cælos vsque se extollant, tace, quiesce, & immobilis persta. Nam quemadmodum, quoties mare vehementius intumescẽs, ad littus magno impetu rapitur, saxa & quæcunque se cursorãin posita nisi terræ penitus infixa hęreant facillimo negotio trahit & vorat: cautes vero firmioribus nixas radicibus nequaquam promouere potest, quinimo summo illisum fragore, & spumis rabieque victum cedit, duritie victum & cõstantia molis oppositæ: sic tu in fide fundatus firmissima, si bonorum morum & virtutum radices egeris, constansque in omni pietatis & religionis opere fueris, noli timere tentationum, nec totius infernę legionis fluctus & minas, quantumcunque irrefragabiles videantur: vinces enim, & non succumbes. Premeris quidem sæpenumero magnis laboribus, sicut cautes fluctibus premitur & inuoluitur: verum, vt illa refluẽte mari multo nitidior, & speciosior apparet omni deposita immũditia, quia perstitit: ita tu si perstiteris, tranfactis laboribus, emerges à sordibus vitiorum purgatus, & nitidus. Consiste igitur, neu impatiens, & inconstans sis, alias proculdubio superaberis. Quod si feceris & cõstantiam seruaueris Deus tibi solita non negabit auxilia, quibus & honorem tuum tueri, & vitam consequi æternam possis, interea tamen opus est dare operam, & clamare cum propheta. Exurge Domine, quare

obdormis? exurge, & ne repellas in finem. Exurge Domine, adiuua nos, & libera nos propter nomen tuum. Ipse surget, & imperabit ventis & mari, & sedabit procellas tribulationum & persecutionum. Iterum ergo moneo, vt sis cõstans: ne quasi lapis mobilis in profundum rapiaris. Sed procedamus. *Dixit autem illis vbi est fides vestra?* Putabant Christum vigilantem eos liberare posse, non tamen dormientem, qui nihilominus & dormiens & vigilans æqualiter hoc facere poterat: potestas enim Christi non erat ab humanitate, sed à diuinitate, quæ nunquam dormit. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel. Et in Canticis. Ego, inquit, dormio, & cor meum vigilat. Credere autem ipsum purum esse hominem, & sic dormientem nihil agere posse, vel esse quidem Deum, sed tamen nihilominus dormire in eo diuinitatem, error erat, vtrouis modo de Christo mala esset opinio: & non solum error, sed etiam hæresis, & peccatum mortale: quia in fide verbatur. Ideo discipuli, qui in hoc peccabant mortaliter, digni fuerunt huiusmodi reprehensione, quia ex miraculis præcedentibus, quæ Christũ facere viderant, potuissent colligere ipsum esse verum Deum, qui tam dormiens, quam vigilans posset eos liberare. Credebant Christum vigilante posse miracula facere non autem dormientem: quoniam omnia miracula antea vigilans fecerat: quare excitauerunt eum putantes aliter liberari non posse. Christus autem voluit hoc periculum inducere, vt esset locus auferendi eis hanc incredulitatem. Non certe habebant illi tantam fidem sicut ille, qui dixit Deo, Si habitauero in extremis maris ecce illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. ¶ Vide eximiam Dei bonitatem, qui semper quærit vt possit beneficia in nos conferre. Non existimabant discipuli Christum dormientem miracula edere posse: qua de causa, vt illos ab errore eriperet dormiuit, vt inde facto miraculo ansam haberet illos arguẽdi incredulitatis suę quo ad fidem traherentur. Hoc autem non semel fecit Deus occasiones conuersionis nostræ quæritans. Nam Manasses rex Iudæ idololatra & flagitiosissimus, cum captiuus apud Babylonios esset, conuersus est ad Dominum, & orauit. Sic etiam permisit Deus, vt Iudæi in deserto aquæ penuria laborarent, vt postmodum, percussa à Mose

Psal. 134.

Prouer. 1.

1. *Para.* 20.

1. *Pet.* 5.
Psal. 68.

Psal. 43.
Luce. 4.
Luce. 8.
Dan. 13.
Psal. 120
Cantic. 5.
Psal. 138.
Psalm. 20.
2. *Para.* 33.
Numer. 20.

Mose petra, indeque vberius aqua effluente populus incredulus ad Deum suum conuerteretur. Permisit itē filium reguli morti
Ioan.4. appropinquare, vt pater cū vniuersa familia crederet. Quod in omnibus Christi miraculis fas est dicere. Vnde ipsemet Dominus de cæco nato dixit, Neq; hic peccauit
Ioan.9. neque pater eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo. Sic permisit Susannam accusari à mendacibus & periuris senibus: vt virtus eius manifesta fieret. Nec minus hoc te
Dan.13. cum quotidie facit, si animaduertis, permittens te in infamiam aliquam, aut peccatū, labi, vt te ab occultis emundet, aut etiā, vt flagitia maiora perpetres, quo à minoribus libereris: quæ, pœnitentiam agens non vis abluere. Nam sicut in vestibus accidere solet, quibus si parua olei guttula incidēs exiguam notam facit, non abluuntur, nec vlla ad delendum vitium propter eius exiguitatem adhibentur medicamenta, si vero grauior, amplior vē inuratur macula nulla mora est quin summa cura, & diligentia abstergātur: sic in nobis accidit, quos Deus sæpe numero permittit in grauiora incidere, vt à magnis & à paruis emundemur peccati labibus adhibita pœnitentia. Eodem etiam modo hanc tribulationē in discipulos suos immisit, vt eos ab incredulitate abduceret. ¶ Secundo discamus quanta sit Dei bonitas, qui non solum ex bonis nostris bona, sed etiam ex malis elicit. Ex hac namq; tempestate & afflictione discipulorum hoc eximium eduxit bonum, nempe, vt in ipsum crederent, & cognoscerent non solum in terra verum & in mari potentiam. Hac itē de causa solet nobis mittere labores & infirmitates, vt hinc humilitatem & notitiam Dei inueniamus, & nostræ admoneamur fragilitatis. Vnde vulgo dicitur, Mala sæpe numero, bonorum sunt causa. Dauid vsq; adeo sibi confidebat, vt dixerit, Ego dixi,
Psalm.29. non mouebor in æternum. Putabat se nunquam casurum: veruntamen à Deo destitutus in propria fragilitate, in maxima lapsus est crimina. Quare posteà imbecillitatis suæ recordatus, dicebat. Auertisti faciē tuam à me, & factus sum conturbatus. Humilior quidem fuit posteaquam lapsus cōuersus est. Idem in diuo Petro videmus, qui
Matt.26. gloriabatur, & se iactabat sociorum fortissimum: sed permissus peccare, miserrimē lapsus est, à quo tamen lapsu resurgens didicit humilitatem & neminem contemnere.

Vnde interroganti posteà domino. Petre amas me, cautius & modestius respondit neminem suorum sociorum posthabens. Tu scis Domine, quia amo te. Ideo Moses in cantico suo laudās magnitudinem, & potentiam Dei, educit mel de petra, oleumq; de saxo durissimo. Expertus educit, & exemplis nostris bona. Sed de his inferius opportunius dicemus: nūc Lucam audiamus. *Qui timentes mirati sunt ad inuicem dicentes, Quis putas hic est, quia & uenti & mare imperat & obediunt ei?* Qualis, quam fortis, potens & magnus est hic, cui obediunt venti, & mare? Maior est Mose, & potentior Helia. E quibus alter ligno mari percusso cum labore mare diuisit, alter pallio Iordanē pertransijt: hic verbo imperat ei, qui non habent verba, & obediunt ei. ¶ Discamus ex hoc loco obedire ei, cui creaturæ insensibiles obediunt. Dauid enim de hac obedientia loquens ait, Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum eius. Mirum valde est omnes creaturas Deo tanta constantia obedire præter hominem: qui, cum non ignoret omnia alia propter se fuisse facta, nihilominus tamen ingrato animo perfidoque obtemperare Deo negligit. Ideo Esaias, vt hoc minum hanc inobedientiam notaret, ceteris & terram inuocat, eos in testes humanæ superbiæ adducens. Audite, inquit, cæli & auribus percipe terra: quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui & exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, &c. Vos omnes, ò creaturæ mihi obtemperatis: homo verò mihi inobediens est, vos eritis eius inobedientiæ testes. Imperaui mari & apertæ sunt aquæ eius, vtrinque in muri speciem insurgentes, vt transirent filij Israel: imperauit terræ, & dehiscēs rebelles Dathan & Abiron vorauit: volui & exijt ignis de tabernaculo, & filios Aaron cōbusit: Cælum etiam stetit imperio meo pugnante Iosue contra Amalech: populus autē meus contempsit me, & mihi obedire noluit. Vnde quærens aliquis propheta à mari, quid esset, quod in exitu Israel de Ægypto fugisset, & à Iordane cum fuisset retrorsum cōuersus, inducit has creaturas in hūc modum respondentes. A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacobi. Qui conuertit petram, &c. Aesi diceremus. Quid mirum si nos Deo pareamus, cūtera multò nobis tardior, eiq; tam prædura & mirabiliter obtēperauerint? nec solū terra sed

sed etiam durissimę rupes fuerint eius iussu in fontes aquarum conuersę. Figura est prosopopœia cum mutis rebus sermonem damus: est enim prosopopœia personę fictio. Vt apud Esaiā dixit Sion, Reliquit me Dominus. Et in libro Iudicum, Iuerunt ligna vt vngerent super se regem. Et in alio Psalmo significare volēs regius vates terræ obedientiam Deo, commota est (inquit) & contremuit terra: fundamenta montium conturbata sunt, & cōmota sunt, quoniam iratus est eis. Et in alio. Terra tremuit, & quieuit: cum exurgeret in iudiciū Deus. Quid quæris? Christo in cruce expirante Sol obscuratus est, & petræ scissæ sunt, at corda Iudæorū lapidibus duriora non sunt mollita. In Psalmo Propheta res etiam inanimatas ad diuinas laudes concinendas & prædicandas hortatur, innuens eas diuinæ voluntati patere, cum ait. Præceptum posuit, & non præteribit. Insensibilia, & inanimata præceptū sibi à Deo positum custodiunt, solus homo est, qui illud renuit custodire. Cui vēti & mare obediunt, homo non vult obedire. Discamus ergo Dei præceptis obtemperare, & eius mandata custodire: siquidem, & vēti, & mare & creaturæ irrationales ei obediunt. Discamus etiam opera Dei mirari, sicut hi mirati sunt, videntes mirabile à Domino editum, & illum laudauerunt. Miremur etiam, quando bonitatem & misericordiam suam in nos ostendit, quando nos de periculis seruare dignatur: quando à tribulationibus nos liberat, & quando ab inimicis persequentibus nos eruit. Miremur itē, & gratias ei agamus, qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumē suum. Sic in infantia saluatoris mirati sunt illi de ijs, quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos: & Ioseph etiam & Maria erant mirantes, de ijs, quæ dicebantur de puero Iesu. Sed quia satis in his duobus locis, de hac admiratione diximus, nunc sequentia videamus. *Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam.* Gerasa ciuitas est Arabiæ iuxta mōtem Galaad in tribu Manasses: nō longe ab isto mari Tiberiadis, & est ex opposita parte Galilææ. *Et cum de naui egressus esset ad terram, occurrit illi Vir quidam, qui habebat dæmonium iam temporibus multis.* Intra corpus habebat illud maxime cum loqueretur per os eius, quia locutio sit per motum organorum interiorum, & perspicuum est dæmonem non posse illam mouere, nisi ibi sit. Ideo dæmon non solum est in corpore, sed in ventre, quia principale inter organa vocis est pulmo, quia mouetur & aerem concipit ad refrigerandum cor, vbi subtiliatur aēr ipse vt sit sufficiens ad vocem formandam articulatam. Nam aēr exterior crassus est, & conueniens ad sonos faciendos, non tamen ad voces formandas. Propter hoc enim sola animalia habentia sanguinē, & respirantia, voces emittunt. Organa autem musica non habent voces, sed sonos, quia vita & pulmone carēt. Cum ergo principium vocis in animalibus sit in pulmone, necesse est quando dæmones per arreptitios loquuntur, sint in pulmone, & sic in ventre & intestinis. Omnis ergo dæmō loquens per arreptitium est in ventre. Sic in
1.Reg.28. primo Regum volumine dicitur Saul abstuliſſe magos & ariolos de terra: & interfecit eos, qui habebant pythones in ventre, pythones autem sunt dæmones illi, qui per
Acto.16. homines loquuntur, vt in libro Actorum habetur de puella illa, quæ habebat spiritum pythonem. Vsque adeō vexabat dæmon hunc miserum hominē, vt dicat Euangelista. *Et vestimento non induebatur.* Sicut furiosus dilacerabat vestimenta & nudus am-
Gene.3. bulabat. Diabolus enim sicut Adami tulit vestimentū innocentiæ, & tunc vidit quòd esset nudus: sic nunc gaudet in victoria sua, & lætatur in imaginibus suorum triumphorum. In signum enim imperij amissi homo vt iumentum factus est nudus: cupit itaque diabolus videre hominem semper nudum, & lætatur in nuditate. *Nec in domo manebat.* Non sinebat dæmoniacum in sua habitare domo. Nam quia ipse è cælo eiectus fuit, ne minem vellet in sua manere domo, nec gaudere. Præterea ne miser dæmoniacus in domo sua à suis aliquod remedium inueniret, extra domum illum trahebat. Sæuissimus ille tentator, vt licentius posset afficere, & torquere, illū in desertū adduxit. Ita Caim
Gene.4. Abelem in agrum adduxit, ne ab aliquo interpellaretur, quò minus in illum pro sua libidine sæuiret. *Sed in monumentis.* Quia diabolus inuenit mortem, & monumenta: ideo gaudet in illis: mundus enim nesciebat monumenta, sicut nesciebat mortem. Deus nā
Sapi.1. quę mortem non fecit, nec lætatur in perditione morientium. Si ergo mortem non fecit, sequitur neque sepulturam fecisse, quæ domus est mortuorum. Deus creauit homi
Sapi.2. nem inexterminabilem, sed inuidia diaboli

intrauit mors in orbẽ terrarum. Igitur per eandem inuidiam introiuit diabolus monumentum. Itaque ad principem Deum spectat vita, & terra viuorũ, ideſt cælum, & ad principem diabolum ſpectat mors & infernus, & ſepulturæ mortuorum. Gaudet igitur in rebus ſuis. Ideo princeps vitæ Chriſtus contra mortẽ inquit. O mors, ero mors tua. Deus enim non eſt Deus mortuorum, ſed viuorum. Ideo verè mortui non ſunt Dei, ſed diaboli, ſicut iuſti decedentes non ſunt mortui, ſed viuũt Deo, & dormientes vocantur in ſcripura. Igitur ſicut diabolus eſt Dominus mortuorum, ita eſt Dominus ſepulchrorum, in quibus hi verè habitant mortui, qui in peccatis & in diaboli ſeruitute decedunt. Vnde Dauid in Pſalmo, Sepulchrum eorum domus eorum in perpetuũ. Ita ego quantũ æſtimare poſſum credo monumenta, in quibus iſte dæmoniacus habitabat hominum eſſe impiorum, vt ſicut animas in inferno, ita & corpora in ſepulchris dæmones poſſiderent. Nam ſicut omnia, quæ habent pij iure hereditario ſpectant ad Deum: ita quæ habent impij, diaboli ſunt. Sequitur in litera. *Is vt vidit Ieſum procidit ante illum: & exclamans voce magna dixit.* Procidit diabolus ante Ieſum nõ humilitate, ſed neceſsitate compulſus: non, inquam, amore boni, ſed timore grauioris ſupplicij. Sed vide quid clamans dicat. *Quid mihi, & tibi Ieſu fili Dei altiſſimi? Obſecro te ne me torqueas.* Chriſti præſentia illi fuit pœnalis, ſicut reo præſentia iudicis, & ſeruo fugitiuo præſentia Domini ſui. Nam ſicut lux odioſa eſt ægris, ſic malis præſentia iuſtorum: quare perſequuntur, & odio illos habent. Quia vita bonorum eſt quædam tacita obiurgatio peccatorum. Timuit autem dæmon hic detrudi in infernum à Chriſto: atque ideò procidens orabat, ne illum torqueret. Vide quam verè dixerit Paulus. In nomine Ieſu, omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum. ¶ Aduere autem Iudæos dicere de Chriſto, In Beelzebub principe dæmoniorum eijcit dæmonia. At diabolus hic fatetur nihil ſibi, & illi commune, nam dicit. Quid mihi & tibi eſt? ac ſi diceret. Nulla eſt concordia mihi tecum. Et Paulus etiam. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Ideo Iudæi peiores ſunt diabolo. Quia cum diabolus dicat, Nihil ſibi cum Chriſto eſſe commune: impij Phariſæi dicunt, viribus diaboli Chriſtum adiuuari. ¶ Obſerua etiam quomodò diabolus audet adiurare Chriſtum per Deum viuũ, & ſic illũ vocat. Nihil enim eſt tam ſanctũ, quin dæmon eo vtatur ad malum. Vt enim transfigurat ſe in angelum lucis: ita aſſumit ſibi verba Dei. Quod etiam homines impij, vt Caiphas, Balaam & alij aſſumũt. Cauſa autem cur rogabat, ne illum torqueret ſubdit Euangeliſta, dicens. *Præcipiebat enim ſpiritui immundo, vt exiret ab homine.* Sed cur diabolus non ſtatim exiuit, cum Chriſtus hoc illi præciperet? Quia Chriſtus non præcepit diabolo, vt ſtatim exiret: qui eodem momento exijt, quo à Chriſto egredi iuſſus eſt. Expende autem neminem rogauiſſe Chriſtum pro hoc obſeſſo: ſed ipſemet Dominus pietate motus illum liberare voluit: quia nimis crudeliter à dæmonibus vexabatur. Atque ideò ait Euangeliſta. *Multis enim temporibus arripiebat illum: & vinciebatur cathenis, & compedibus cuſtoditus, & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deſerto.* Attende quantum nocebant huic homini. Sunt enim valde inuidi, & ſummè cupiunt hominibus incommodare. Videntes autem hominem per humilitatem aſcendere ad beatitudinem, quam ipſi per ſuperbiam amiſerunt, inuidia commoti nituntur illum in peccata pellicere, ne tanti boni fiant compotes mortales, quod ſi in ſpiritualibus lædere nequeunt in corporalibus lædunt. ¶ Rumpebat cathenas, & nolebat eſſe ligatus: primo, quia ſuperbũs eſt, & liber eſſe cupit. Sic ſuperbi & impij nolunt ſe ſubijcere & obedientiam auerſantur, decantantes illud Pſalmi, Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipſorum. Et illud quod Dominus exprobrat per Hieremiam, A ſæculo confregiſti iugum. Pij verò omni creaturæ ſubijciuntur propter Deum, ſcientes, quia qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Secundò cum diabolo ſit paratus carcer perpetuus, & vincula, & cathenas horret & fugit, quia ſunt hæc ſuorum tormentorum ſimilitudo. *Interrogauit autem illum Ieſus, dicens. Quod tibi nomen eſt? At ille dixit, Legio, quia intrauerat dæmonia multa cum eo.* Non ex ignorantia interrogauit, ſed vt ex dæmonis expulſione excellentia virtutis Chriſti clarius micaret. Vnum autẽ interrogauit, quia vnus pro alijs omnibus loquebatur. Porro legio ſex mille ſexcenta, & ſexaginta ſex ſunt, quoniam tot dæmones in illum hominem intrauerant. ¶ Diſcamus ex hoc loco cum timore & tremore noſtram operari ſalutem, quandoquidem impugnamur ab innumerabili aduerſariorũ multitudine. Nã ſi homo alicuius ciuitatis incola audiẽs per omnes vicos, & plateas vrbis frequentiſsimam leonum turbam graſſari ingenti timore domum egredi auderet, quin pœnitens, ſilens, incedens nec vnum verbum mutiret. Quid ô tu facere debes in periculoſiſsima ciuitate huius mundi vagans, in qua nõ leones, ſed dæmon inſidias tendit, de quo ait Petrus, Inimicus veſter diabolus circuit quærens quem deuoret? Nec vnus, aut alter, aut pauci ſunt huiuſmodi hoſtes teterrimi, aër nanque tanta dæmonum caterua ſcatet, vt ſi cerni poſſent, ſolis conſpectum denſitate eriperent. Quamobrem nõ parum admiratione afficior, cur comedens, bibens, & ludens, tam ſegniter ſaluti tuæ conſulas: cum te vndique ſæuiſſimis videas feris circunſeptum, quæ te deuorare ſatagunt. Ex ingenti autem dæmonum turba, quibus hic vexabatur, poteris colligere, quot hoſtes habeas: quos vt euadas diligentiſsimum te eſſe oportet. *Et rogauerunt eum ne imperaret illis, vt in abyſſum irent.* Hi ſpiritus obſecrant & maieſtatem Chriſti venerantur, in quo multo ſunt multis hominibus meliores, qui cum Chriſtum confitean tur, & prædicent, multo impudentius contra illum ſe habent, quam dæmones. Illi enim impijſsimis Chriſtum blaſphemijs inceſſunt, nulla adiecta vel timoris, vel reuerẽtiæ ſignificatione: dæmones verò ſe Chriſto ſubmittunt, quo ſe hominibus meliores quodãmodo oſtendunt. Dæmones item credunt & contremiſcunt: iſti autem credere ſe dicunt, cum nullo eius iudiciorum metu cõmoueantur. Porrò cum rogant Chriſtum dæmones, vt eos in abyſſum mittat, orant vt mittat eos in inferni profunda. Nã abyſſus Græca vox eſt, & ponitur pro voragine quadam, vbi fundus non poteſt conſingi. Appellant ergo infernũ abyſſum ob immenſam eius capacitatem, cuius meminit Eſaias cũ ait. Præparata eſt ab heri Tropheth: à rege præparata profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis, & ligna multa: flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam. Cum ergo ſcirent hi dæmones ignem illum præparatum ſibi, timebant, ne illuc à Domino Ieſu mitterentur. Heu ingentem miſeriam noſtram: & omnem prorſus amiſſum ſenſum. Dæmones, qui (vt Petrus ait) virtute, & robore ſunt maiores ad perferendum illa ignis æterni tormenta, ad eius nomen exhorreſcunt, & homines, qui apis morſum ſine lachrymis ferre non poſſunt, ſecuri in vtramuis aurem (vt dicitur) dormiunt. Quanto eſſet vtilius frequentiſsimè nunc cogitatione verſare, & aſsiduo ante oculos ponere ſempiterna illa incendia: quod remedium eſſet ad ea vitanda optimum, quàm negligentes in malum deſcendere æternum? Sed de his alias.

¶ Expende autem quod iſti dæmones non ſtatim exierunt, quia quãuis Chriſtus præcipiebat, vt exirent, ipſi rogabant, vt mitteret illos in porcos. Diſcamus diu in peccato non perſeuerare, nec malis moribus aſſueſcere. De hoc dæmoniaco ait Lucas, quod iam diu à dæmonibus vexabatur, quare iam ægrè antiquam relinquebant habitationem. Arbor enim multo tempore radicata primo impulſu non eradicatur, nec turris bene conſtructa quouis tormẽto dejicitur. Væ igitur ſi longo tempore dæmon in nobis inhabitat: nõ aufugiet primo Chriſti verbo iuſſus. Iubebat autẽ Chriſtus, quãuis non efficaciter, eos exire: & illi reſpondebant rogãtes ne in abyſſum irẽt. Caue ergo, & tu à conſuetudine peccati. *Erat autem ibi grex porcorum multorum paſcentium in monte, & rogabant eum, vt permitteret eis in illos ingredi.* Expende dæmonum malitiam & eorum impiam conſidera voluntatem. Quia homini nocere nõ permittebantur, volunt in porcos ingredi: ſic quando nos lædere non poſſunt, noſtra lædunt, vt quoquo modo nobis noceant. Hoc autem faciunt, non quia quærunt noſtra, ſed nos. Cum enim diabolus aufert tẽporalia, vel in illis nocet non hoc facit, quia tẽporalia appetit, ſed vt adducat nos in peccatum per iram, aut blaſphemiã, aut impatientiam, & ſic poſsideat animam noſtrã. Hac ratione percuſsit ſubſtantiam ſancti Iob, vt faceret impatientiæ reum, & vt innocentiam amitteret. Animã namq; Iob diabolus quærebat, nõ eius ſubſtantiam, oues, aut camelos. Sic multi ſimiles diabolo, cum proximos lædere non poſſunt, proximorum nocent bonis. Sic fecit impius Abſalon, qui cum non poſſet malum inferre Ioab principi militiæ regis David, quia potens erat: ſuccendit ſegetes eius. Sic in preſenti dæmõ expulſus ab homine, in porcos ingreſſum petit, vt dominis por-

Oſee. 13. Matth. 22. Ioan. 11. Luc. 9.

Pſal. 48.

Philip. 2.

Luc. 11.

2. Cor. 6.

2. Pet. 3.

Iob. 1.

1. Reg. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corum incõmodet. ¶Ex his facile colliges quantum, quãque atrox sit odium dæmonis aduersus nos, siquidem omnibus ratio nibus, & vijs, quà possunt, nobis incõmodum parant. Quo mirabilior est quorundã hominum insania, qui nõ secus cum dæmone agunt tanta familiaritate, ac si essent amicissimi: nec verentur perditissimi homines Tyrãno teterrimo obtemperare, eius nomẽ immanissimum, quasi esset amicissimum inuocantes. ¶Obserua autem, quòd vt in porcos intrarent petierunt prius facultatẽ, & rogauerunt Christum, vt ingressum permitteret: nam alias ingredi nequirent. Vnde si porcis nocere non potuerunt sine permissione, multo minus homini nocere poterunt, nisi à Deo illis permissum sit. Alligata namque est dæmonis potestas, nec alicui officere potest, nisi in quantũ Deus illi facultatem dederit: quam ille aliquãdo dat, vt nos exercitati mereamur præmiũ, & coronam, diabolum vincẽtes, quem facile vincere possumus, si volumus. Primo quia nõ omnia, quæ vult, permittit illi Deus, vt faciat: non enim facultatem habet tentandi aliquem supra eius vires. Fidelis Deus, qui
1. Cor. 10. non patietur vos tentari (ait Paulus) supra id quòd potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouẽtum, vt possitis sustinere. Quare si quæuis tentatio vires tuas non excedit: rectè illam, si vis, superare potes. Vnde quoties in tentationibus superaris in te culpa est coniicienda, siquidem cum vincere posses vinci maluisti. ¶Secundo quoniã hostis noster diabolus neminem, vi cogit, ita, vt neutiquam esse possit, nisi eum, qui vinci mauult, sed de his iam satis in
Cap. 4. superioribus diximus. ¶Igitur vt rite intelligas quàm nihil diabolus contra nos possit præter illud tantũ, quod est à Deo permissum: vide non potuisse, neque in porcos animalia abiectissima, nisi de Domini facultate sæuire. Multò autem minus poterũt hominibus nocere nõ permittẽte Deo.
Iob. 1. Petiuit Satanas veniam à Deo, vt Iob tentaret, & ill primo libro Regũ habetur, Spi
1. Reg. 16. ritus Domini malus exagitabat Saulem. Spiritus malus vocatur, quia per peccatum malus est. Domini autem, quia seruus eius est: & ex Domini præcepto, non propria authoritate vexabat illũ. ¶Obseruandum præterea est, diabolum in porcos intrare: nam vbi mores, & vita porcina est, ibi non Christus, sed diabolus habitat. In illos enim qui more porcorum viuunt, habet diabolus potestatem. Vnde angelus Raphael Tobiæ iuniori dixit. Qui conugium ita suscipiunt, vt Deum à se & à mente sua excludant, & suæ libidini vacent, sicut equus & mulus quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos, &c. Rursus non nisi præmissa petitione permittit Dominus in porcos ingredi dæmones, quo significetur neminem damnari, nisi ipse prius meruerit, & Dominum ad suam damnationem, prouocauerit. ¶Denique obtinendum est multos dicere etiam nũc, quod diabolus dixit Domino, Si tu eijcis nos à dæmoniaco, ibimus in porcos, hoc est, si auferes à nobis fornicationes, erimus adulteri: quasi necesse sit omnino illos esse malos: & inter duo mala non esse medium. De his ait Esaias. Qui fugerit à facie formidinis cadet in foueam, sic Cain dixit Deo. Ecce eijcis me à facie tua: ero profugus, & vagus in terra: & omnis qui inuenerit me, occidet me. Quasi nõ esset, nisi desperare. Quãuis enim proijceretur à facie Domini poterat per pœnitentiam reuerti. Sed nõ inuenit aliud medium impius Cain: & ideo dixit illi Dominus. Nequaquã ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Poterant dæmones, neque in homine, neque in porcis esse: sed quia hominum odio & inuidia flagrant, quæ est eorum malitia, si eos lædere nequeunt, in eorum bona sæuiunt. Sed quid Dominus ad illorum petitionem? *Et permisit illis.* Concessit statim, vt Marcus ait, vt irent in porcos. Primo quia porcos pascere erat Iudæis prohibitum, vt ex Leuitici libro patet: & Dominus facile nocet in illis, quæ sunt noxia animæ: nam tunc nocere, mederi est. Itaq; Deus puniuit Heli in filijs suis, quos ille contra legem Dei seuerat: puniuit Dauidem in filio, quem ex adulterio susceperat: puniuit etiam hos Gerasenos in porcis, quos contra legem Dei pascebant. Sic te punit in vxore, in liberis & opibus, quia his rebus abuteris. Iudicia Dei abyssus multa. Vides tu effectus iustitiæ Dei, sed causam ignoras, cur ablata sint tibi ea, quæ amabas, & conflictatus, & humiliatus sis. Sanè misericors, & clementissimus Deus (credo) ea tibi non auferret, nisi illis abuteris. In qua re similis mihi videris paruo puero, qui ablatum sibi gladium plorat: quo sibi fortasis vulnus erat inflicturus. Et ideo isti rogauerũt Christum, vt exiret

exiret à finibus eorum. Quo etiam tu modo te habes, qui temporalia cœlestibus præferens, Deum ab anima tua eijcis, eo quod temporalia tollit sicut isti fecerunt: de quo nos statim dicemus. Ferendum quidem tibi est, si nonnunquam te temporalibus spoliarum videris. Hoc enim Deus non hominibus, eorundẽ vtilitatis gratia facit.
¶Secundo hanc facultatem tribuit dæmonibus, vt intrarent in porcos, quo hominis dignitatem ostenderet. Nam ob vnum hominem, vel vt Matthæus ait, propter duos, duo millia porcorũ perire permisit. Mauult enim Deus vt vniuersa animalia bruta intereant, quam in vna anima rationali iactura fiat. Quod, prop dolor! quam è diuerso hac nostra tẽpestate auari homines faciunt, qui pauperes fame, si rigore, & siti confici cõtemnunt, qui creaturæ rationales sunt, ad Deique imaginem facti, ne parum tritici, aut veterem tunicam erogent, aut quiduis aliud de bonorũ suorum superfluis tribuãt reliquis. Atqui vtinam hoc malum apud priuatos homines tantũmodo grassaretur, non etiam in domibus Episcoporũ & Præsulum, quibus ex officio liberalitas incumbit, extaret: quorum nihilominus multi sunt, qui iumenta sua, plusquam animas suorum subditorum amãt: pluriſque faciũt bruta animalia, quàm homines, diuitiasque suas ouium saluti anteponunt.
¶Tu tamen disce ex hoc loco, vniuersa bona temporalia pro proximi tui salute contemnere: siquidem Christus, vt nobis exemplo foret, docuit quæ hominis dignitatem, cuius causa omnia sunt contemnenda, voluit tantum porcorum gregem perire ob vnius hominis salutem. Tertio hanc licentiam cõcessit Dominus dæmonibus ad perdendos porcos, vt porcorum perditio fieret dominis, & alijs salutis occasio, & animas multorum lucraretur. Pastores enim nũtiauerunt hoc hominibus ciuitatis, quo miraculo audito multi crediderunt. Sæpe enim misericors Deus aufert temporalia, vt spiritualia consequamur. Sic Dominus ablatu-
Luc. 6. rus diuitias regi Manassæ, qui conuersus ad Dominum orauit in carcere deuotissimè: cum antea Deum non cognouisset. Sic etiã filius prodigus, postquam bona temporalia perdiderat, ad Dominum est reuersus: ita illi Geraseni, quia porcos perdiderant: Dominum cognouerunt. ¶Discamus ex hoc loco, alicui dan num, aut incommodum non facere: quia vbi putas proximo incommodare, tibi ipsi noces, & in laqueo eodem capieris. Sic Aman crucem parauit Mardochæo, vbi ipse fuit suspẽsus. Sic diaHester. 7 bolus modo voluit dãnum facere dominis porcorum, sed certe multum illis profuit: nam occasionem peccãdi abstulit, & ex hoc facto ad Christum venerunt multi, & diabolus seipsum præcipitauit. Media, rationesque quãplurimas excogitant impij, quibus proximis suis malefaciant, sed eadem Deus in authores suos retorquet: & ita scelerosi bonis incommodum parantes, sibi se pulturam fodiunt, qua sepeliantur. Ita propemodum acciderunt filijs Iacob, qui fratrem
Gene. 37. suum Ioseph vendentes, incõmodo suo illum in amplissimum euexerunt dignitatis gradum: ie ipsos autẽ ignominiæ & opprobrijs addixerũt, &c. Sequitur in contextu. *Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerũt in porcos.* Sicut nullus gratiam amittit, quin alius eam recipiat: ita dæmon si ab vno eijcitur, in alium mittitur. Dominus enim ait,
Apoc. 3. Tene quod habes, ne alius accipiat coronã tuam. Igitur quod vnus perdidit, alius accipit: ita si ex vno dæmone eijcitur insilire permittitur. Quæris, in quem? In porcos. Paratus dæmoni est, qui indulget nimium cibo, potui & veneri. Porci quia bruta erant animalia non habebant dæmones: sed immundi erant, & ideo dæmonum ingressioni parati. Sic tu, qui cibo, potui, veneriquè plus nimio indulges, licet eo modo te habeas, quo tibi mortaliter peccare non videaris, verum non animaduertis quãtum hoc viuendi more infrigidata charitate paratum te reddas ad omnem peccati occasionem, & dæmonis domicilium. Nam qui sic viuunt, & nimis somno & corpori tribuunt sicut porci, paratissimi sunt, vt dæmones in animas suas ingrediantur. Ita vitam agentes porcinã, habitationem dæmoni fabricant. Non enim habẽt isti virtutem, aut fortitudinẽ, vt tentationi resistant: quare statim succumbunt: & ianuas habẽt apertas, qui in delicijs viuunt, vt diabolus illic ingrediatur: nam à nemine impeditur. Ingressi igitur sunt: & vide malum, quod euenit animæ tuæ. *Et impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est.* Sic qui in delicijs, & libidinibus viuunt, dæmoni hospitium parant, qui ingressus eos in infernum præcipitat. Væ ergo vobis, qui nunc saturati
Luc. 6. estis: væ vobis, qui ridetis in bonis dies

Universidad de Deusto
Biblioteca

vestros: væ, inquam, vobis, qui epulamini
Iob 21. quotidie splendidè, & induimini purpura
& byſſo. Cauete ne tam ſeuũ hoſpitem ex-
Lucæ.16. cipiatis: qui vos in præcipitiũ ducat. Quid
enim aliud eſt tantos facere ſumptus, niſi in
præcipitium ruere? Vt enim pij magna cõ-
ſtantia & feruore ſe à carnalibus abſtrahunt
deſiderijs & vitam agentes auſteram occa-
ſiones cadendi vitant: ita vos impij magno
impetu in interitum veſtrum properatis.
¶ Expende etiam quantum debet humanũ
genus diuinæ prouidentiæ: qui non per-
mittit homines, qui à dæmonibus vexan-
tur, ab illis occidi. Dæmones enim facile
potuiſſent hominem occidere, quando tam
facile duo millia porcorũ ſubmergere po-
tuerũt. Tribuamus ergo gratię diuinæ quic
quid à dæmone non patimur. Hoc voluit
Pſal.93. Chriſtus hoc facto docere. Vnde Dauid
ait, Niſi dominus adiuuiſſet me: paulomi-
nus habitaſſet anima mea in inferno infe-
riori. *Quod vt viderunt factum qui paſcebant fu-
gerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem, & in villas.*
Oportebat his paſtoribus accedere ad Chri
ſtum, & credere, & adorare illum: qui tan-
ta operabatur miracula. Verum in hoc ru-
ſticitatem, & imperitiam ſuam planè mani
feſtant, ſiquidem ab illo fugiunt, quem to-
tis viribus quærere debuerant. A tò vtinam
tu iſtis non aſſimileris qui cũ quotidie Deũ
mirabilia in te operantem videas, ab illo pa
ſtorali quadam & bruta imperitia non ſe-
cus fugis, quam ſi eſſet quæ in te confert be
neficia, erepturus. Nam quòd ſumma quo-
tidie in te mirabilia operetur, quis non vi-
deat? Quid enim mirabilius, quã beneficijs
allicere, cõſeruare, protegere, defendere ac
ſubſtentare te peccatorẽ, qui nunquam deſi
nens peccare illius hoſtẽ te profiteris? Pha-
raone rex Ægypti indurabatur, tot tantaq́ue
Exo.7. miracula videſ: ſic etiam nunc ſeparantur à
Deo & coaceruãtes peccata peccatis faciem
eius vitant. Qui audacia funeſtiſsima correp-
ti, non verentur Deum in dies magis of-
fendere: & Dei miſericordia abutentes, ſe-
ipſos decipiunt. Vide etiam, quanta ſit Dei
bonitas, qui quãcunque rem etiam viliſsi-
mam ad noſtrã ſalutem transfert. Vide qui
bus miracula ſua prędicandi negotium det.
Inter paſtores, qui viliſsimæ ſunt conditio
nis homines, abiectiſsimi ſunt ſubulci, hos
autem homines viliſsimos ſumit Chriſtus,
vt ſuæ doctrinæ inſtrumenta, & hi miracu-
la Domini prædicant. Vnde colliges opti-
me dixiſſe Paulum, Abiecta & contempti
bilia elegit Deus. Sed hiſtoriam proſequa-
mur. *Exierunt autem videre quod factum eſt &
venerunt ad Iesum & inuenerunt hominem ſedentem, à quo dæmonia exierant, veſtitum, ac ſana
mente ad pedes eius, & timuerunt.* Innatum
enim eſt hominibus noua, & inaudita li-
benter videre: nec ſatis ducunt ea audire.
Homo nanque eſt animal admiratiuum na
turaliter ſcire deſiderans. Ille autem, à quo
dæmonia exierant, ad pedes Ieſu erat gra-
tias ei agens, & ei adhærere cupiens. Ti-
muerunt quidem videntes hoc, ſicut qui vi
derant ventis & mari illum imperãtem. Ti
mebant namque timore reuerẽtiæ & ſtupo
ris ſicut timuit Petrus viſo miraculo capto
nis piſcium. Vel etiã timuerunt, quia cõpa
ratione & conſideratione ſanctitatis, maie-
ſtatiſq; Chriſti propriã imperfectionẽ, fra-
gilitatẽ, & culpam profundius attendebãt:
ſicq́ue diuinum formidabant iudicium, &
animarum ſuarũ ſpirituale periculum. Vel
certè timuerunt Chriſtum appropinquare
arbitrantes ſe eius præſentia eſſe indignos:
ſicut & Petrus locutus eſt, Exi à me Domi
ne, quia homo peccator ſum. Diſcamus ex
Chriſti miraculis & mirabilibus Dei, illum
timere & honorare. Sic enim legitur, quod
filij Iſrael videntes Ægyptios mortuos in
mari rubro, & Dei mirabilia, quæ fecerat, ui
muerunt, & crediderunt Domino & Moſi
ſeruo eius. Ea autem eſt tua durities & con-
tumacia, vt nec mirabilibus, nec miſericor-
dia Dei, quam erga te ſæpe oſtendit, mouea
ris, neq; cõuertaris, &c. *Nuntiauerunt autem illis
qui viderant quomodo ſanus factus eſſet à legione.*
Illi qui cum Chriſto preſentes erant quãdo
obſeſſum à dæmonum legione curauit, nar
rauerunt Geraſenis, & alijs, qui venerant à
villis, vt viderẽt quomodo Chriſtus dæmo
niacum liberaſſet: quia paſtorũ nuntio ſo-
litan contenti non erant. *Et rogauerunt illum
omnis multitudo regionis Geraſenorum, vt diſceda
ret ab ipſis: quia magno timore tenebantur.* Ti-
mebant nanque ne ſicut in porcis nocuerat
illis, etiam in alijs rebus damnum inferret.
Mirabilis eſt iſtorum hominum ſtultitia,
& fatuitas, qui propter porcos Chriſtum à
regione ſua eijciunt. Sed proh dolor, quot
ſunt, qui eundem Dominum ab animabus
ſuis expellunt ob alia multo viliora? Quot
ſunt, qui, vt vel vnum lucrentur obolũ, &
merces ſuas ritè vendant, mentiuntur, iurant
atq; periurant? Alij etiã non melioris notæ
homines

homines hoctu, interdiuq́ue ludentes, con-
claue, & chartas pictas ſtatuunt illis, qui lu-
dum exercere voluerint ipſis iam ludendo
languentibus. Quibus in locis Dei nomen
turpiſsime blaſphematur, & offenditur.
Alij, vt pro animi ſui libidine merces ſuas
vendant, Chriſtum abs ſe proijcere non du
bitant. Quorum domus ſpeluncæ latronũ,
& vitiorũ gymnaſia dici poſſunt. Sic omnis
peccator Deum propter nihil offendit, ò ſi
perpenderent, peccatores, quam nullius cõ
modi cauſa Deum relinquant, quo alia mul
to maiora bona amittunt, cautius & prudẽ
tius res agerent ſuas. Vſurarij, & omnes, qui
aliena retinent eijciunt Chriſtum: ne in ali-
quo bono temporali damnificẽtur. De qui
bus loquitur ſcriptura. Qui dixerunt Deo,
recede à nobis, ſcientiam viarũ tuarum nõ
lumus. ¶ Obſerua etiã non eſſe paucos, ſed
plurimos, qui Chriſtũ eijciunt, ne bona per
dant tẽporalia. Non pauci, inquam, ſunt, &
cum dolore dico, qui rogauerunt Chriſtũ,
vt ab illis diſcederet. Omnis multitudo Ge
raſenorum. Multi Chriſtum eijciunt: tota
enim ciuitas & regio Geraſenorũ rogat, vt
diſcedat: pauci ſunt qui Chriſtum ſuſcipiãt
vt Martha & Zachæus: ſed multi, vel fere
omnes illum eijciunt. Ciuitas vniuerſa cla-
mabat, vt Chriſtus crucifigeretur: at pauci
in ſepulchro condiderunt eum. Multi enim
ſunt vocati, pauci vero electi. Vbique pel-
litur Chriſtus: iam non habet vbi manere
poſsit. Pellitur ab aulis principum: quoniã
ibi veritas, & religio odio habetur. Pellitur
etiam à priuatis nobilium, mercatorum, &
plebeiorũ domibus: nam in huiuſmodi ho
minum animis præter lucrum, nihil conſi-
ſtere poteſt. Quod ſi ad prælatos & eccleſia
ſticas perſonas confugiat: heu me miſerum!
omnia ambitionibus, auaritia & libidini-
bus ita referta offendit, vt nequaquam ibi
velit habitare. Vnde profecto videtur nul-
lum eſſe in toto orbe locum, nullam viuen-
di conditionem, in qua poſsit Chriſtus re-
quieſcere: vſque adeo vnuſquiſque deli-
cijs, honoribus, & blandimentis huius ſecu
li captus, immemor ſuæ ſalutis viuit. *Ipſe au
tem aſcendens nauim, reuerſus eſt.* Deus nemi-
nem cogit: imo nolentes facile deſerit. Sed
ò infeliciſsimam animam, quæ à Deo de-
ſeritur. Namque diuina præſentia omni bo
no potitur, Dei abſentia omni bono orba-
tur: efficiturque miſerrima, ſummiſque re-
pleta calamitatibus. Præterea quãuis Chri
ſti doctrina maximè indigebant, acquieuit
illis: quia ſi remanſiſſet, non acquieuiſſent
ei, & peiores efficerentur. Docet prædica-
tores, vt, quando viderint ſe parum in vno
loco proficere, in alium proficiſcantur. Sic
enim illis dixit: Si vos non receperint in
vnam ciuitatem, excutite puluerem, &c.
*Et rogauit illum dir; à quo dæmonia exierant, vt
cum eo eſſet.* Hoc quantã ali qui illum fetiſſe,
ne elongatus à Chriſto rurſus à dæmoni-
bus comprehenderetur. Voluit etiam Chri
ſti potiri familiaritate, vt plenius ab illo do
ceretur. Tã enim addictus & deuotus Chri-
ſto iam dudum erat, vt voluerit ei de cæte-
ro inſeparabiliter adhærere, ſcorporaliter-
que adeſſe, neue pro tanto accepto benefi
cio non gratus iudicaretur. Noluit autem
huic petitioſi acquieſcere, vt hoc miracu-
lum plurimis narrans eos lucrifaceret. Qua
propter ſubditur. *Dimiſit autem eum Ieſus di-
cens: Redi in domum tuam, & narra quanta fe-
cit tibi Deus.* Noluit autem Dominus illum
ſecum deducere. Primo vt iactantiam vita-
ri doceret: quoniam ſi eos, quos ſanabat ſe-
cum duceret videretur humanũ captare fa-
uorem. Secundo, quia plus poterat profice-
re, Chriſtum prædicãdo, & illum illuſtre
geſta alijs narrando, quam ſiquidẽ. Quod
multo ſecius faciunt hac noſtra tempeſtate
multi, qui malunt ſeruos ſuos in rebus ſuis
ſtudioſos videre, quam in diuorum cultu &
religione. Quare non paucos inuenies, qui
miniſtros dieb⁹ feſtis negotijs diſtringunt,
adeo, vt neque ſacro, neque cõcioni poſsint
intereſſe. Et ita omnẽ famulorum ſeruitutẽ
ſibi arrogant, quia quæ ſua ſunt quærunt,
non quæ Ieſu Chriſti. Chriſtus vero quæ- Phili.2.
rens non ſuum cõmodum, ſed populi ſalu-
tem & profectũ, non ſecũ duxit hunc homi
nẽ, ſed præcepit, vt narraret mirabilia Dei.
¶ Obſerua etiam quod præcepit huic Chri
ſtus miracula ſua narrare, alijs verò tacere:
quia ſæpe ex humilitate hæc celanda ſunt:
ſæpe autem ex charitate proximi pandenda. Ideò iuſsit huic, quoniam regio illa fuit
Dei cultu & cognitione priuata. Atq; ideo
Chriſtus recedens ab eis quaſi vicarium &
prædicatorem eum reliquit. Præterea ad-
uertendum hic eſt, non dixiſſe Dominum,
Vade, & narra quanta ego tibi fecerim, ſed,
vade & narra quanta fecerit tibi Deus: qui-
bus certè nos docet, vt omnes actiones no-
ſtras in Deum referamus, quæ aliquid bo-
nitatis habuerint. Hac etiam de cauſa, quan

Universidad de Deusto
Biblioteca

do ad patrem miraculũ refert, dicit, Narra: quando vero de seipso loquitur, hortatur tacere. ¶ Discamus hinc duo. Primum est, sæpè dominum infirmitates propter gloriã & honorem nominis sui immittere. Vnde
Ioan.9. ipse de cæco nato ait, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur
Ioan.11. opera Dei in illo. Et de infirmitate Lazari dixit, Infirmitas hæc non est ad mortẽ, sed
Exo.14. vt manifestetur, &c. Et in Exodo dixit Mosi. Glorificabor in Pharaone. Sic infirmitas & obsessio hominis istius fuit ad hoc, vt ipse magnalia Dei narraret. Discamus secundo, exemplo istius opera Dei narrare & magnificare mirabilia eius, illaque prædicare. Sic
Exo.18. Moses narrauit Ietro omnia, quæ fecerat
Tobi.12. Deus Israeli. Et angelus Raphael Thobiæ dixit, Vos autem benedicite Deum: & narrate omnia mirabilia eius. Vnde Dauid in
Psal.65. Psalmo. Venite, & narrabo quanta fecit Deus animæ meæ. Sic iste fecit, sicut præceperat illi Dominus, atque ideo sequitur in contextu: *Et abijt per vniuersam ciuitatem prædicans quanta illi fecisset Iesus.* Expende autem hunc hominem non fuisse iustum, vt prædicaret quanta illi fecisset Christus, sed quãta illi Deus fecisset: ipse tamen prædicauit quãta illi Iesus fecisset, quia iam ex illuminatione superna credebat ipsum esse Deum. Nõ solum enim in corpore, sed etiã in anima sanatus & illuminatus est: vt Iesum cognosceret esse Deum. Atque ideo prædicans, quæ illi Christus fecisset, præceptũ eius impleuit. Hinc aduerte, vt quãdo à Deo salutem corporis nactus fueris, animam non obliuiscaris, sed in vtraque pariter proficias, huius hominis exemplo. Nam, vt quidam poeta
Iuue. Sat.10. ait, Optãdum est, vt sit mens sana in corpore sano, &c. Atiam Euangelista aliud narrare aggreditur miraculũ, quod Dominus fecit suscitans filiam Iairi Archisynagogi: obiter autem etiam mulierẽ Hæmorrhoissam sanauit. Ait itaque. *Factum est autem cum redijsset Iesus, excepit illum turba: erant autem omnes expectantes eum.* Cum redijsset, inquam, à terra Gerasenorum ad Galilæam. Vide quot quantosque hauriat Dominus labores, vt infirmitatibus nostris medeatur, & nobis commodum pariat. Nihil aliud agit, aut studet, præter salutem hominum: vbique enim se offert, occasionemque quærit, vt possit rogari, & vocari ad curandum. Nõ enim est, sicut illi, qui ne pauperi petenti faciant eleemosynam se abscondunt, & per famulos se domi esse negant. Verum Christus sciens in illa regione filiam Archisynagogi grauiter ægrotare nõ se more istorum celat: imo eo tendit, vbi ab infirmis possit inueniri, & rogari, & exorari. Quare cũ ita palã se loqueretur, vt omnibus benefaceret, vide quid dicat Euãgelista. *Et ecce venit vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat, & cecidit ad pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius.* Ideo hic ad Christum exiuit, quia Christus ad eum venerat. Præsentia ergo Christi illũ traxit. Vnde egregiũs psalles. A facie domini mota est terra, à facie Dei Iacob. Præsentia domini mouentur hominũ corda, & præsentia saluatoris egreditur Iairus salutem quæsiturus. Quemadmodũ sol præsentia sua terram calefacit, lætificat & fœcundat, absentia vero illam deturpat, infrigidat, & effœtam reddit: sic Christus Gentes relinquens in tenebris infidelitatis gelidos, & steriles, Galilæam fœcundam & splendidã doctrinæ & miraculorũ suorum lumine illustremque effecit. Calefecit igitur Dominus, verus iustitiæ sol, præsentia sua principis synagogæ animũ, eumque mirabili deuotione, humilitate, reuerentia, & modestia deuinctũ ad se traxit, ad suosque pedes fecit procumbere orantẽ, vt an illius domũ se cõferre vellet. Verum hic aliqua sunt obseruanda. ¶ Primum horum est quamvis Christus vnicus sit saluator noster, neminẽ tamen, non accedẽte eius voluntate & cooperatione, auxiliatur, sed media quædam, & gradus sunt, per quæ ad salutem peruenitur. Et in primo, si petimus opem & salutem à Christo, inuocare nos eum oportet, sicut Ioel dixit. Omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. Nemo autem Christũ inuocabit, nisi credat in eum. Tunc ex fide cum charitate coniuncta, Deum, vt decet, inuocabimus. Non defuit huic fides, quia credit Christum sanare filiam: & charitate habuit, quia vitam filiæ petebat.

¶ Obserua secundo, hanc orationẽ Iairi (cuius nomen Lucas ponit propter certitudinem facti) tria habere bonæ orationis requisita. Primũ enim habebat humilitatẽ: quod insinuatur in eo, Cecidit ad pedes Iesu: & Matthæus ait, Adorauit illũ. Qua adoratione solicitudinẽ & necessitatem suam ostẽdit, cui præter Christũ mederi nemo poterat. Ora*tio* enim humiliantis se cælos penetrat. Secundo habuit affectũ in petẽdo. Satis enim affectuosè & instanter petijt. Vnde colligitur quam vehemens sit parẽtum in filios amor. Mulier illa Sunamitis videns filium suũ mortuum, non lentè, sed festinanter asinum suum strauit, & venit ad Elisæum: & postea noluit recedere, nisi prius secũ iret. Viuit Dominꝰ, ait, & viuit anima tua quod non dimittã te. Sic etiam Regulus ille abijt, quærens Christum, & obnixè orabat prosilij sui columitate. Quãtis autem clamoribus, lachrymis & affectibus mulier illa Chananæa filiæ salutem quæsierit, satis egregie Matthæi euangelium commemorat. Quod ni fallor, filij nunquam fecissent si in huiusmodi calamitatibus patres vidissent. Multos enim passim videmus pauperes patres, quorum filij diuites sunt, non tamen è diuerso. Quamobrem non præcepit Deus, vt patres filios diligerẽt, quippe qui satis suapte natura in eos affecti sunt: præcepit tamen filijs vt parentibus suis obedirent, eos colerent, & obseruarẽt. Et in Exodo etiam iussit, vt qui malediceret patri, vel matri, morte moreretur. ¶ Tertio confidenter petijt & fidem habuit. Hac enim fide indiget oratio, iuxta illud Iacobi apostoli. Postulet in fide, nihil hæsitans. ¶ Aduerte etiam: nam videtur etiam in Iairo fidem defuisse, sicut & in Regulo. Sicut enim Regulus, ita hic Christi præsentiã corporalem petebat, rogãs, vt intraret domũ suam. Verum nihilominus maior fuit fides huius Archisynagogi, quã Reguli. Primò, quia Regulus petebat Christi aduentũ, antequam filius moreretur, putans mortuum non posse à Christo suscitari. Vnde Matthæus illius verba referens ait, Filia mea modo defuncta est, sed veni, & impone manũ tuam super eam, & viuet. Secundo Iairus hic plus humilitatis habuit, maioremque exhibuit Christo reuerentiam, quam regulus, cecidit namque ad pedes Iesu, quod Regulus non fecerat. At quãquam fidem, idest, fiduciam habuit in oratione, creditque quemadmodũ Heliæus mortuum tactu ossium eius suscitauit: sic etiam Christum tactu manus suæ filiam eius suscitare posse: nihilominus tamẽ reprehensione dignus fuit, quia corporalem Christi præsentiam exigebat, sicut Regulus. Sed cur propter hunc fidei defectum Christus non reprehendit illum, sicut Regulum? Nempe quia hic sacerdos erat, & princeps synagogæ. Hinc ad nostram erudi*tionem* discamus Pontifices, Prælatos, Sacerdotes, ac viros ecclesiasticos honorare, &

eorum peccata saltem coram populo nõ arguere. Nullius enim fructus sunt publice factæ in ecclesiæ viros reprehensiones. Quoniam qui eo modo arguuntur scandalizantur, nõ corrigũtur: & vulgo deinceps, quod huiusmodi semper gaudet cauillis, ludibrio & contemptui sunt. Vnde Ecclesiæ authoritas non parum defraudatur. In Leuitico *Leui. 14.* habetur iussisse Dominum, vt domus, quã sacerdos erat ingressurus, prius expurgaretur: vt scias quanta reuerentia, & honore sacerdotes sint tractandi. Quando peccauit Aaron secreto reprehensus est à Deo. Vnde discere potes, prælatos & huiusmodi summos viros, quia Christi sunt Domini, licet, suis non vacent defectibus, tamen propter suum dignitatis gradũ esse honorãdos. Sicut enim, si ægrotans, medicũ nactus præstantissimum nõ ideo paruipenderes, quia alias esset vitiosus, imo aliorum defectum oblitus, ab ipso summis precibus, salutem & peteres & sperares: sicut etiam, si vestem haberes cum alio communem, eam solummodo partem spectares, quæ te contingeret, alia relicta: sic in prælatis & superioribus authoritatẽ muneris, & cõmodum tuũ ab eorum doctrina considera, alijs omnibus prætermissis. Ira honorabat Dauid Saulẽ *1. Reg. 24.* regem, & prælatum populi & suum, quan- *& 26.* uis impium. Quinetiam si sua habent vitia, quæ vides, ferenda sunt, quoniam plures habere possunt virtutes, quas tu non vides. Archisynagogus hic habuit humilitatem, quia reuerenter petijt: habuit affectum, quia ardenter orauit: habuit fiduciã, quia ad Christum venire non dubitauit: & sic his tribus rebus nixus optimo iure petiuit. Quare etsi imperfectam habuit fidem, existimans Christum absentẽ eius filiam suscitare non posse: credidit tamen præsentem valiturũ. Vnde Dominus hunc fidei defectum arguere noluit, tũ quia Archisynagogus, & quasi episcopus & princeps synagogæ erat: quia humilitatem, & fidem habebat non mediocrem, credens Christum mortuam filiã posse ad vitam reuocare. ¶ Discamus secundo non facile domos principum & magnatum ingredi: quandoquidem Christus non nisi rogatus, & ob ingens bonum spirituale, populique ædificationem domum Archisynagogi intrauit. Quo documentum saluberrimum omnibus suis sequacibus, & viris Ecclesiasticis in primis reliquit, ne regum, & magnatum aulas frequentent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut ad secularia conuiuia, aut negotia accedant, nisi religionis ędificationem sperent, populique prouentum. ¶ Postremò expende hominum morem & consuetudinẽ: qui licet magna petant, vt facilius, quæ postulant impetrent, solent ea quæ precãtur deprimere & eleuare. Sic Loth angelis dixit, Est hic ciuitas parua, saluabor in ea. Sic Bersabee cũ postularet Abisac in coniugẽ, & simul cum illa regnum, dicebat. Petitionem vnam paruulam, ego deprecor à te. Sic mater filiorum Zebedæi accessit ad Christũ petens aliquid, quasi parũ peteret: petebat vt filij essent in regno Christi assessores. Ita etiam Iairus nihil aliud videtur petere, nisi Christi in domum suam aduentum: nihilominus tamen cupit, vt filia suscitetur: & hac de causa Christi præsentiam optat. Vnde Euangelista subdidit causam cur Christum rogabat, vt iret in domum dicens. *Quia vnica filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur.* O inertiam, tarditatemque hominum ingentem: quorum nemo est, qui Deum optimum & maximũ propter eius bonitatem duntaxat colere velit: sed omnes spe commodi Deo inseruiũt. In quo peioris conditionis cultum Dei faciunt, quam hominum: si quidem multi homines, alios amant nullo vtilitatis fine proposito, sed voluptatis tantũmodo causa illis inseruiunt. At Dei seruitus & cultus nisi cũ vtilitate nulli grata sunt. Seruiebat Abraham Deo: at statim commodum quærens ait, Domine Deus, quid dabis mihi? Et David, Inclinaui cor meum ad faciendas, &c. Et Petrus, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quid erit nobis? Ita Iairus hic venit ad Christum, quia vnica filia erat ei, & moriebatur. Multo secius se habet Deus nobiscum: qui non solum beneficus est in illos, quos nouit fore gratissimos & optimos, sed etiã in illos, qui ingratissimi sunt futuri: quoniam solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Amicitiam Deus inibat cum Saule, Salomone, & Iuda, eorum perfidiam futuram non ignorans: homines autem illum, non nisi proposito commodo quærunt. Huius autẽ imperfectionis causa est, imperfecta nostra de Deo notitia. Vnde qui ea corpore exuti æterna beatitudine fruuntur, quia Deum perfectè cognoscunt, illum non ambitiosè, sed verè amant: quo etiam modo se habent in sæculo ij, qui Dei veram nanciscuntur cognitionem. Vnde Paulus ait, Ego autem non solum libenter gari in Hierusalem. &c. Hic Iairus propter commodum ad Dominum accedit. Sed quomodocunque accedãt homines, eos suscipit Dei benignitas: dũmodo humiles, & necessitatis suæ memores sicut princeps hic, veniant. Quare Antiochus infeliciter discessit, quia sic ad Deũ non accessit. Vocat itaque Iairus Christũ, quia mortua est puella eius filia. Christus autem sine pretio eũ sequitur. ¶ Vide quo tendãt vniuersa mundi bona. Hęc puella erat illius principis hæres & spes vnica, in quã patris omnis honor, nomen, & fiducia nitebatur: quę tamẽ morte prævẽta omnia hæc fuerat frustrata. Omnia in filia iacta fundamenta inania sunt: & quæ vel exigua febri, adeò sublata sunt, vt nullum sui relinquant monimentum, aut vestigium. Hoc sæpe accidit illis, qui spes suas collocant in rebus fluxis & mutabilibus. Ideo Esaias ait, Væ vobis qui confiditis in baculo arundineo, & confracto. Hæc puella omne bonũ, omne nomen, omne fundamentũ erat domus parentũm suorum, en moritur, & morte sua vniuersa hęc bona trahit. Hac de causa sanctissimi viri nunquam spem suam, aut fiduciã in filijs, hæredibus, aut maioratibus, rebusue fluxis & caducis sęculi, quæ diu cõsistere nequeũt: sed in solo Deo ponunt. Vnde quia memoriam non quæsierunt, ęternam sui memoriam reliquerunt: cum contra acciderit quãplurimis sæculi regibus & principibus, qui omnem vitam suam honoribus inhiantes transegerunt: nũc tamen nõ secus obliuioni traditi sunt, ac si nunquam fuerint. Nulla in re terrenorum confidamus: si quidem in puncto in ictu oculi mutantur, ne putãtes nos aliquid habere, post modum nihil inueniamus. Quis persuaderet Iairo filiam eius, quã florentissimam vidébat, diu non victuram? Quam tamen minimè seruimus pater cum minimè putabat, mortuam vidit. Statuamus ergo omnem fiduciã nostram in solo Deo, qui cum semper viuat, nunquam desinat, expectationes nostras nunquam frustrabitur. ¶ Aduerteamus Matthæum aliter verba Iairi efferre, quam noster Lucas, ait enim, Filia mea nodo defuncta est. Sed nulla est contrarietas. Egrediente namque Iairo domum, filia erat penè in extremis: cui postmodum interfaciẽti iam obijsse nũtiatũ est, vt infra Lucas commemorat. Vnde quando Iairus cum Christo loquebatur, quia iam filiam mortuam credebat, de illa quasi mortua mẽtionem faciebat. ¶ Discant prælati exemplo huius archisynagogi, qualem subditorum suorum debeant habere curam. Vt si quando eos in peccato mortuos viderint, accurrant & amore paterno Deum precentur, vt illos manu misericordiæ suæ tãgat & à peccati tenebris excitet. Sic fecit optimus ille populi Israelitici præsul Moses, qui pro reo populo tanta orauit efficacia, vt ausus sit Deo dicere, vel parce populo huic, vel dele me de libro vitæ. Item etiam Aaron fecit, cum se ponens inter viuos & mortuos thure, & oratione Deum exorauit sua. Verum paucissimi sunt hodierna die ecclesiastici pastores, qui vitã suam pro ouibus suis periculis obiectent, sicut Dauid, qui Leones & Vrsos in gregẽ ingruentes, expugnabat. Quare miserrimæ Christi oues passim periclitantur, pastoribus vitijs & delicijs affluentibus. Sequitur. *Et contigit dum iret à turbis comprimebatur.* Surgens, ait Matthęus, Sequebatur eũ. Surrexit enim, vt iret, quia sedebat. Hoc enim opus & labor boni prælati est, vt scilicet, propter subditorum bonum, surgat: sedemque suam & quietem relinquat. Sic bonus pastor Iacob, Die noctuq; gelu vrgebat: somnus fugiebat ab oculis meis. Non sic modo faciunt prælati otio & inertiæ vacantes: nec tantillum voluptatis, propter subditi vtilitatem relinquẽtes. Itaque abijt cum Iairo misertus adolescentulæ. Expende autem hic Christi miram dispositionẽ: qui enim cum Regulo ire noluit, cum Iairo vadit, quoniam secundũ variatempora & causas diuersimode se habebat in operibus suis. Vnde alijs temporibus iubebat miracula sua occultari, alijs euulgari, vt vidimus superius in hoc capite in dæmoniaco, qui legionem habebat. Et in hac historia duo contraria fecit diuersis de causis. Nam mulierem sanatam à fluxu sanguinis coegit, vt sanationem suam coram omnibus publicaret: & suscitationem filiæ archisynagogi præcepit ne cui dicerent. Ita hic & in Regulo. Nam ibi Christus, voluit ostendere virtutem fidei, vt homines digna de illo crederent, scilicet, quid posset absens sanare. Ideo dixit, Filius tuus viuit, & credidit. Quod autem ad ostensionem virtutis fidei fieret apparet. Nam increpauit Regulum, dicens. Nisi signa & prodigia videritis nõ creditis. Noluit igitur Christus cum Regulo descendere, sed absens curauit, vt daret ei occasionem credendi. Hic autem Christus non attendit ad ostensionẽ virtutis sui dei, sed vult ostendere mansuetudinem suam, quia omnibus comis erat, & non dedignabatur ire quocunque vocaretur. Rursus cum Iairo ire voluit propter magnitudinem miraculi nunc faciendi. Nam suscitaturus erat puellam, qui antea nullum mortuum suscitauerat. Iudæi autem credebant hoc maius esse omnibus alijs miraculis: ideo nimium oportebat esse compertum, miraculum hoc Christi virtute fuisse factum. Nullam autem potuit maiorẽ Christus certificationem dare, quam veniendo ad puellam & manum eius tenendo dicere. Puella surge: & illa surgeret. Quod si absens feciſſet, quamuis ipsa reuiuiſceret, putaretur fortasis hoc non feciſſe illum, qui antea nihil tale fecerat. Quare hæc fuit causa præcipua, cur ire maluerit ad adolescentulam suscitandã. ¶ Expende autem, quomodo Christus dimittens prædicationem (nam, vt Matthæus ait, ad populum loquebatur) secutus est Iairum. Quo facto docemur aliquando dimittendam esse orationem, prædicationem, & vitam contemplatiuam, vt proximis periclitantibus, aut afflictis subueniamus. Sic etiam Christum feciſſe alibi legimus, cum ter in horto orationem reliquit, vt discipulos dormientes excitaret, visitaret, & moneret. Non sunt contrariæ Martha, & Magdalena, imo sorores sunt, sic vita actiua, & contemplatiua inuicem sunt amicissimæ, & germanissimæ, seque mutuo adiuuant, tantum abest, vt aduersentur. Sub illis sanctorum animalium alis vidit Ezechiel propheta manum humanam: vt hinc intelligas, vitam actiuam contemplatiuam non impedire, imo potius summè adiuuare. Ita Moses diuinam contemplationem, qua in mõte fruebatur reliquit, & descendit, vt populi necessitati, quia peccauerat, opẽ ferret. Duo cherubim, quos Moses ex Dei præcepto fecerat, extensas alas ad volandum & contemplandum habebant, sed respiciebant se versis vultibus: ita tu quamuis alas mentis extẽsas ad volandum habeãs, ideſt, licet sis totus contemplationi traditus, non ideo vultum à proximo tuo auertas, sed potius illi, vtcunque potueris subueni. Hac de causa duo illi Cherubini memorantur esse: quia charitas

Gen. 19. *3. Reg. 2.* *Matth. 20.* *Gen. 15.* *Psal. 118.* *Matth. 19.* *Matth. 5.* *Matth. 26* *Luc. 10.* *Ezc. 10.* *Exo. 32.* *Exo. 25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

charitas non nisi inter duos esse potest, alterum, qui faciat, alterum, qui accipiat. Discę etiam secundo à Christo saluatore humilitatem, & benignitatem maximā, qui Iairi petitioni non refragatus, illum secutus est, vt opus charitatis impenderet. Vide quomodo omnia relinquit ob proximi salutem, quantaque diligentia vadat: non insequentem lucem differens, sed statim succurrit proximi infirmitati. Quod secus facis, qui solicitatus & penè coactus dutaxat bene operaris. Non sic faciebat sanctus ille Iob, qui dixit. *Iob.31.* Si negaui quod volebant, pauperibus, & oculos viduæ expectare feci. Nō est differēdum pauperi remedium, nec beneficia sunt procrastināda. Vnde in *Prou.3.* prouerbijs Salomō ait, Ne dicas amico tuo: Vade, & reuertere, cum statim possis dare. Ne sis igitur piger ad iuuandum pauperē: sed diligens, & velox. In quo documentū sume à Christo hoc in loco, & ab eius matre *Luc.1.* sanctissima, quam Lucas superius cōmemorauit visentem Elisabeth cognatam suam, non lentè, sed cum festinatione magna: vt nos doceret, proximis non pigritanter, sed diligenter subueniendum esse. ¶ Expende etiam, vt hic ait euangelista, Iesus à turbis cōprimebatur, omnem tamen hanc molestiam & tœdium charitate motus ferebat. Nō sic se habēt nobiles, & potentes sæculi qui nullo in loco se ab alio tāgi patiuntur. Quin etiam ad templa euntes, quoties turba frequentior est, famulos afferunt, qui impulsu fustibusq; præcedentes plebem submouent, omniaq; ita parant, vt exercitum ingruere credas: postquā vero sedent, omnes circūstantes tam longe disturbant, vt maximo interuallo à propinquiori distēt. Nolunt simplices & pauperes ad se accedere, sed tantummodo aspicere & sequi: quod elationis & superbiæ signū est. Sed dum sic iret cōpressus à turbis, audi insigne quoddā, quod fecit in itinere, miraculum. Ait ergo Euangelista Lucas. *Et mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim.* Quæ hæc mulier fuerit dubium est. Ambrosius putauit fuisse Martham Christi hospitam & *Ambr. lib. de Salo. ca.5* Magdalenæ sororē: quod non credo, quia Lucas ait hanc mulierem omnem substantiam suā in medicos erogasse. Quod si Martha omnem rem suam consumpsit, quomodo Christum & discipulos abundanter in domo sua post hæc aluit, vsque ad Christi passionem? Sed quæcunq; illa fuerit, parū refert: hoc tamen scire refert, quid Dās in hoc itinere fecerit. Suscitaturus enim filiā archisynagogi, obiter hæmorrhoissam sanat, vt fidem faciat Iairo de filia suscitanda. Voluit Dominus in itinere animum Iairi confirmare hoc miraculo & exemplo. Præterea antequam illum consoletur, & gaudio repleat excitata filia, hoc præmisit miraculum, ad illum sustinēdum in fide. Hoc modo solet Deus lætificare iustos in hac vita, quæ via dubia est, & amara atque laboriosa, consolationibus, & refectionibus spiritualibus ne deficiant in via: antequā pleno gaudio illos afficiat in patria cælesti, & vita æterna. Non enim qui Christū comitatur carent spe, & gaudio in hac lacrymarū valle. O si miseri mortales intelligerēt qui bus & qualibus iusti in hac vita consolationibus recreantur, desisterēt profectò à peccatis suis, quibus immersi tenentur. Exul Iacob à parentibus suis charissimis in alienam regionem, tristis, & pauper, & ab Esau fratre suo male tutus ibat, quo tamen in laboriosissimo itinere Deus illum solatus est, & ostensa scala cælesti, & sanctorum angelorum visione. Defatigatus sane, & solicitus populus Israel ad promissam terram contendebat, à Deo tamen in itinere tā cruminoso frumāna cœlesti, paneq; angelorū recreatur. Sic illi, qui cum Christo in hac vita incedunt, anteaquam ad illam optatissimā, supremāq; fœlicitatem perueniant, multis modis à Domino confirmantur, & sustinentur: ne deficiant. In hunc etiam modū, animum mœrentem Iairi lętificare voluit hoc miraculo anteaquam omnino illum filiæ suscitatæ gaudio perfunderet. ¶ Perpende quanta lætitia repleantur qui Christum sequūtur. Discamus etiā hæc terrena contemnere & Dnm sequi, quando quidem merce dem habebimus in futuro sæculo, hic autē consolatione non carebimus. Quanquam enim aquæ Marath amaræ sint, id est, quamuis Christiana vita sit laboriosa: comestio ligno crucis Christi in illam, dulcis & suauis redditur. Si tecum Christum portaueris: omnia, quæ nunc tibi amara videntur, dulcia, & delectabilia videbuntur. Discamus etiam hoc Christi exēplo nō defatigari operibus bonis. Ibat Dominus vnum opus bonum operaturus, & in itinere alterū facit: quia illi esse non potest vt u bonū opus alterius impedimentum. Tibi vero vnum opus bonum, alterū impedit. Si enim eleemosynam huic pauperi facis, il li non facis, inquiens tē iam priori dedisse. Discamus quam pretiosum nobis debeat esse tempus gratiæ, ne vel hora vna sine fructu illius abeat. Huc pertinet, quod Paulus ait Romanis, vt tempori nos accōmodemus. Et iterum, Redimite tempus, quoniā dies mali sunt. Rationē namq; dabimus tēporis otio & inertia perperam consumpti. Christus in via nunquā stat otiosus, sed sanat, prædicat, & alia virtutis opera egregia operatur. Vide igitur, ne sis otiosus, neu tēpus gratiæ sine fructu nobis pereat. Si diu vixisti, cogita, & reputa tecū quid tot annis, tot mēsibus, tot diebꝰ boni, vel mali feceris. Quod si vocaris ad pœnitentiā, ne negligas: tēpus enim breue est. Tu vero adolescēs stude tēpus vitę tuę ita collocare, ne in senectute ei⁹ te pudeat aut pœniteat. ¶ Præterea dū his duabus mulieribus opitulatus est, alteri in itinere, alteri verò domi, docuit ac manifeste demonstrare voluit, quid nos hic in via ab illo habere possimus, & quid illic in fine ab illo sperare debeamus. Etenim in via sanitatem mulier adipiscebatur, domi vero filia defuncta vitā. Hæc enim duo nobis promittitur, nimirū sanitas, dum in via adhuc sumus, & vita, seu resurrectio, cum ad finē venimus. Quid autē sanitate iucundius in hac vita? Quid lætius erit vita in altero sęculo? Hæc vtraq; per Christū possumus cōsequi. De his duobus Dauid ante multa sæcula decinit dicens. Misericordiā & veritatē diliget Deus, gratiā & gloriam dabit Dns.

¶ Obserua autē, vt Christi potentia ex magnitudine miraculi ostenderetur, dupliciter demonstrat Euangelista infirmitatis huius mulieris grauitatem. Primo diuturnitate, quia duodecim anni erant, quod tam lōga infirmitate premebatur, adeo vt iam incurabilis videretur: quia morbus inueteratus incurabilior censetur. Secundo ostendit magnitudinem infirmitatis, eo quod nō ab vno medico, sed à multis medicis curata ne quicquam fuerit, infirmitatis sanitatem nō assecuta. Et hoc secundum ostendit Euangelista, dicens. *Quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam.* Marcus plus dicit. Ait enim quod non solum nō potuit sanari, sed deterius habebat. Itaque corpore non sana ta est, imo in re familiari multo reddita est infirmior: vnde cum antea vnam haberet, postea duas habuit infirmitates. Sanauit igitur Christus alteram harum infirmitatum non vtramq;. Restituit namque illi valetudinem, nō substantiam. Sed quid illi substantiam daret qui discipulos suos vniuersam substantiam suam deponere iussit? *Matth. 4.* Hinc expende quā plurimos homines esse peruerso iudicio, qui existimantes se scopū attingere, omnia bona in medicos consumūt, si forte quouis valetudinis vitio se grauatos senserint: nec prius resipiscunt, quam substantia consumpta, & valetudine non recuperata deceptos se viderint. Hi autem similes sunt illis, qui eiectis ciuibus vrbē alienigenis tradūt habitandam. Prætereà in medicos dicit pluraliter: quia multitudo medicorum noxia est, infirmi sanitatem impediēs, quoniam ipsi sibi mutuo contradicūt. Corporis tui vni fideli medico curā trade, ne in plurium errorem incidas. ¶ Derelicta à medicis sęculi, ad medicum cælestem confugit. Ita eos, qui mundū relinquunt, Deus suscipit. Amissa prorsus terrena fiducia, cōuertitur ad Deum, & illi soli fidit, perfectāque consequitur salutem. Non est salus in *Psal.65.* medicis, neque in filijs hominum quod satis ostendit hæc historia. Quia in illos consumpsit hæc mulier substantiā suam, & deterior facta est infirmitas eius: conuersa autem ad Deū, qui fons est, & origo totius sanitatis, inuenit salutē. Igitur in Deo pone spem tuā. Nimirum confidebat Amā in opibus suis, & gratia, qua valebat apud Assuerum regem: à quo tandem inhonestissima morte affectus, palam docuit nihil esse inanius, quā confidere in principibus, aut sæculi bonis, quæ vsquequaq; fidem seruare nesciunt. Propter quod Ecclesiasticus audi. *Eccle.2.* Respicite filij nationes hominū: & scitote, quia nullus sperauit in domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Igitur in omnibus infirmitatibus tam corporis, quam animæ ad Deū currere discamus: & Christi pedes amplecti. Dic animę meæ, salus tua ego sum: ipse *Psal. 145.* enim est, qui illuminat cæcos & soluit cōpeditos. Dominus illuminat cæcos: dns erigit, &c. Ex hac historia vides quomodo homines nihil possunt sine Deo, & quantum ipse possit. Ideo Esaias obiurgans quosdam Israelitas ait. Væ qui confiditis in vm *Esai.30.* bra Ægypti. Hominum fauores, opes, & quicquid mūdus potest, re vera vmbra sunt Ægypti. Omnes enim res humanæ solidita

te, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

te & fundamento carent. Cur ergo habetis fiduciam in vmbra Ægypti? Cur confiditis in eis? Si quis siti æstuans relinqueret fontem amœnissimum, fistulis aureis aquam emittentem, & vmbram fontis sequeretur, vt sitim extingueret, nonne amens videretur? Quanto amentior est, qui relicto Deo vero, viuo, perennique fonte, vmbram rerum humanarum, & fauores hominum captat? Honores enim, diuitiæ, & quotquot sunt in terra bona, vmbra quædam cælestium bonorum sunt. Fauor quidem hominum est quasi vmbra, quoniam nihil nos iuuare, aut prodesse potest. Accurramus ergo ad Christũ, qui viuus fons est, & verus. Quid profuerunt medici, & diuitiæ huic mulieri? certè nihil: atque ideo ad Christũ veniens perfectam obtinuit sanitatẽ. Quare ait euangelista. *Accessit retro & tetigit fimbriam vestimenti eius.* Retrò verecunda timẽs, ac tremens accessit. Ideò à tergo, quia præ pudore infirmitatis, conspectum domini refugiebat. Si quidem initium sapientiæ timor domini est. Et iterũ. Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et Paulus etiam ait. Vestram salutem cum timore, & tremore operamini. Quid ni paueãt immundissimæ fordes coram oculis mundissimis & purissimis? Immũdissimus enim est menstruus sanguis. Atque ideo retro accessit timens propter impuritatem suam: sed eam domini benignitas securam reddidit. ¶ Igitur sicut hæc mulier ad Christum accedere non audebat, sed ponè sequens indignam se iudicauit, quã Deus intueretur: ita nos quoque ad Christum accedere debemus, nimirum in humilitate cordis. Nam illi, qui dignos se iudicant Christi conspectu, quemadmodum ille superbus pharisęus faciebat, longè sunt à vera salute. Indignum nanque se debet iudicare homo omni gratia, & beneficio Dei: si vult dignè ad Christum accedere. Est enim hæc præparatio ad gratiam Dei, cum quis humiliter confitetur se illa indignũ: & tamen summopere opus habere. Quapropter accessurus ad Deum effunde cor tuũ, vt Dauid ait. Agnosce te vacuum, illum omnium bonorum plenum: te peccatorem, illum iustum te pauperem illum diuitem: te peccatis plenum, illum autem omni gratia & veritate. Tetigit autem fimbriam, non pedes, qui nudi erant, vel aliam corporis partem: quia magna erat fides eius. Credidit enim se nõ solum tangendo corpus Christi, sed etiam eius vestem, saluari posse. Vnde intra se dicebat. Si tetigero fimbriam vestimẽti eius salua ero. Magnum ergo fidei & humilitatis documẽtum hæc mulier præstitit, quia credidit vestem domini tactam sanare posse. Vnde hæc fuit prima, quæ tetigit vestẽ domini, vt sanaretur, postea verò multi tetigerunt, vt habetur in Matthæo & Marco. Vbi dicitur, quod obtulerunt domino male habentes, & rogabant eum, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Fuit etiã maior fides huius, quam illorum. Quia hæcũ potuisset corpus Christi tangere nõ curauit, nisi de veste, credens hoc sufficere: illi autem potius tangere corpus petebant: quod si hoc non daretur, saltem fimbriam tangere orabant. Nam vt in Matthæo habetur, rogabant eum, vt vel fimbriam, vestimenti eius tangerent: ideſt, saltem fimbriã. ¶ Accessit autem tacita, quia putauit se à turba non permissum iri accedere: propter immunditiem suam. Ideo tacuit & immiscuit se turbæ timens, ac verecũda. Dicebat enim intra se. Si tetigero fimbriam vestimẽti eius salua ero. De sacrificio, quod offerebatur pro peccato dicitur in Leuitico, quod omnis, qui tetigerit carnes eius, sanctificabitur. Quanto magis sanctificabitur, & mundabitur: qui tetigerit dñm Iesum, qui sponte se ipsum, sacrificium Deo acceptissimũ, obtulit pro peccatis Deo patri? Tu autẽ dicse quod sicut hæc mulier prius intra se dicebat velle tangere fimbriam, & postea tetigit: vt nos sic cogitemus & ruminemus interius, quod postea facturi sumus. Cõsideremus prius in pectore nostro, quod facere intendimus, quã opere præstemus. Nam melius sese haberent opera nostra, si ea primũ ad amussim expenderemus. Si Æglon Moabitarum rex præcogitasset summum esse inconueniens solum cum Ajoth Israelis principe manere, cum decem & octo annos populum Israeliticum sæua tyrannide oppressisset: miserrimã non subijsset mortem. Si Abimelech filius Gedeonis secũ reputasset, quantum esset periculũ ad turrim apud Theben accedere, non percuteretur molari à muliere desuper coniecto. Eodem etiam modo confisus Simon Ptolemæo, qui hostis fuerat Israel, cũ filijs suis in conuiuio interijt. Hæc autem omnia inde fiunt quod non rectè perpẽsis negotijs, homines ad agendũ se conijciũt. Nõ sic fecit hęc mulier, quæ prius intra se considerauit quod futura erat, & postea fecit. Cuius exẽplo, tu si ductus fueris, non errabis. Has autem fimbrias portabant Iudæi, vt habetur in libro Numerorũ. Diuisum enim erat pallium ante & retro duabus diuisionibus, & duabus quatuor sunt extremitates, siue anguli inuẽ te diuisa, in quibus quatuor angulis ponebãtur quatuor particulæ pãni hyacinthini, quæ vocabãtur fimbriæ. Istæ vero fimbriæ erant ad duo. Primũ ad distinguendum Iudæos à cæteris gentibus: vt tam in veste per has fimbrias distinguerentur, quãdistinguebantur in carne per circuncisionẽ. Secundo (vt Deus ait) vt recordarẽtur mandatorum Dei. Christus etiam gesit fimbrias iuxta le ¶ Obserua autem ex hoc loco aperte cõuin ci Lutheranorum errorem, qui sanctorum reliquias non venerãdas esse docent. Cum egrederetur Moses ab Ægypto tulit secum ossa Ioseph. Quod si Moses, & filij Israel ossa Ioseph defuncti venerantur: cur populus Christianus nõ venerabitur sanctorum pro Christo occisorum reliquias? Cur etiã non venerãbitur Christi crucis particulas, vbi Dominus operatus est salutem humani generis, quę guttis sanguinis Christi quasi margaritis ornata est? Obmutescite impij Lutherani, & deosculamini Christi, & sanctorum reliquias. Quid respondere poteritis ad summi Dei dispositionem? In arca illa testamenti vsque adeo celebrata, nihil aliud, nisi reliquiæ includebantur. Locus autem ille dicebatur sancta sanctorum. Quod si quæras, quid in illa seruaretur, respondet tibi Paulus. Arcam circunctectam vndique auro, in qua erat vrna aurea habens manna, & virga Aaron, quæ frondueras reliquias & contectas, & sancta sanctorum dictus est locus, vbi hæc seruabantur. Vide etiam quantum valeant sanctorum ossa, & quãta sint veneratione digna. Cum ad tactum ossium Helisæi defunctus surrexerit: vos autem dicitis impudentissimè, non esse sanctorum reliquias venerandas. Tanta sunt virtute prędita ossa sanctorum, vt salutem, & vitam ad eorum contactum Dominus concedat. Sic etiam apud Ephesum, cum ibi commoraretur Diuus Paulus, virtutes nõ modicas faciebat Dominus per illũ. Deferebantur enim sudaria, & semicinthia à corpore eius super languidos, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Vestibus Pauli sanantur infirmi, & dæmonia exeunt, & ad tactum corporis Helisæi surgit mortuus: & audent hæretici reliquias sanctorum eleuare? Ecce hic quomodo ad tactum fimbriæ Christi sanatur hæmorrhoissa. Quod si mihi non credis audi Euangelistam dicentem. *Et confestim stetit fluxus sanguinis eius.* In eodem instanti quo fimbriam tetigit sanata est. Voluit enim Christus hunc honorem deferre vestimento suo, vt doceret sanctorum reliquias esse venerandas. Confestim autem stetit fluxus sanguinis eius, quia potestas, quo maior est, eò celerius operatur. Potestas autem Christi secundum, quòd Deus est, infinitæ est magnitudinis: illa vero quæ humanitatem respicit maior est omnium creaturarũ potestate. Ideo potuit in instãti, & celerimè miracula operari. Quod si aliqua fecit lentius, illud non ex defectu potestatis, sed mysterij cuiusdã gratia factũ est. Nos vero exemplo huius mulieris ad Christum accedamus, vt fluxũ peccatorum nostrorum curet. Oseas nanque loquens de multiplicitate populi Israelitici dixit. Sanguis sanguinem tetigit. Vsqueadeo properant homines in peccando, vt peccata se inuicem tangant, & premant. Quare ab animabus peccatorum vehemẽtissimus criminum sanguis fluit. Quis autem hunc sanguinis fluxum sistere poterit, nisi ille, qui sanguinem huic mulieri restinxit? Qui corporibus medebatur, non propter corpora, sed propter animas, nonne libentius animas nostras curabit? Reliq⁹ nobis præclarissima sui monimenta in sacramentis suis: in Eucharistia autem non solum fimbrias vestimenti, aut aliquam corporis sui supellectilem: at se ipsum nobis reliquit. Cum ergo peccatorum nostrorũ vulnera adeo sint grauia, fluxus autẽ sanguinis illorum adeo vehemens & periculosus, quare non ad proxima paratissimaq́ue remedia, & ad Christum, quem ad manum habemus, confugimus? Quare non accurrimus, & ad eius pedes prouoluimur? Quod si cogitationes sæculi, & carnis nos impediunt, quo minus ad Deum veniamus, erumpendum est per medias hostium turbas: sicut hæc mulier fecit, quę multitudine vtrinque coarctata erupit, & ad Christum peruenit. Omnis enim, qui ad Deum accesserit, proculdubio salutem consequetur, &c. Et *ait Iesus. Quis est, qui*

Eccl.1. *Psalm.2.* *Phi.2.*

Luc.18.

Psal.61.

Ioan.1.

Oseæ.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

me tetigit? Non quærit, vt doceatur: sed vt mulier confiteatur, ad miraculi manifestationem, Dei gloriam, & præsentium ædificationem, & Archisynagogi confirmationē. Iesus enim pro suo beneficio nihil amplius præmij efflagitat, quam confessionē mali & agnitionem clementiæ diuinæ. Vide quam parum petat: agnitionem nempe diuinorum beneficiorum, & ne sis ingratus. Præterea voluit Christus, vt hęc mulier sanationem suam manifestaret, quo illius eximiam fidem laudaret coram omnibus, illamque honoratissimam redderet. Hæc enim media solet Deus quærere, quibus fideles suos, honorificet, publicatis illorū virtutibus. Quare etsi nō ignorabat illius mulieris virtutem, & fidem: quærit tamen vt quod ipse sciebat alijs patefieret. Sed iā in superioribus, cum de Centurionis fide agebamus, de his diximus. Denique hoc dns interrogauit, vt populum promptū redderet & attentum ad miraculi manifestationē. Ideo interrogans dixit, Quis me tetigit? Nam si ipsa mulier non interrogante Christo prius, miraculum euulgasset: nemo ad eius dictū attenderet: quia ibant omnes frequentissimi & penè abalienati cum Christo in domum principis synagogæ. Sed eū dominus dixit. Quis me tetigit? omnes attenderunt expectantes, quid vellet dicere, & tunc potuit miraculum conuenientius aperiri. Quod si forte ad dictum mulieris attendissent, vt illam narrantem audiuissent, certè ei fidem non adhiberent: quia ægritudo occulta occultam etiam curationem haberet, putarēque hoc non verè, sed ex quadam leuitate enuntiare. Nunc autem audientes Christum dicētem. Quis me tetigit? planè aliquid suspicantur fuisse factum. Quare mulieri postea confirmāti credūt: quoniam quasi coacta hoc dixit, & quia timens, ac tremens cecidit ad pedes domini. Interrogabat autem, quis per fidē eum tangeret, secūdum quam virtus ab eo impetratur curationis. Nam alio tactu plurimi tangebant, nemo tamen sicut ista mulier, quia hæc tetigit credens. Sequitur. *Negantibus autem omnibus dixit Petrus, & qui cum illo erant.* Hoc est. Apostoli existentes cum Petro: sed Petrus locutus est, quia erat os totius collegij Apostolici, & inter omnes eminebat. Sed illum audiamus. *Præceptor, turbæ te comprimunt, & affligunt & dicis, quis me tetigit?* Expende, Christum comprimunt turbæ & affligunt, ipse tamen tacet, sic afflictus nec irascitur, neq; cōqueritur, neq; vlciscitur. O quàm multi sumus, qui irreuerēter ad eum accedimus, ita vt si mortalis esset, iam perijsset. Ideo ait. Laborauī sustinens. Verum ipse, qui nunc tacet, aliquando, vt parturiens loquetur, vt minatur per Esaiam prophetam. Præterea multi in ecclesia reprobi Christum cōprimunt, quem bene viuendo tangere negligunt. Premit (inquā) sed longè sunt, quia eidē fidei, quā loquendo asserūt, mala perpetrantes cōtradicunt. ¶ Obserua etiam, inter tot, qui Christū sequuntur vnū tantum sanari, sic modo omnes participamus sacramentis, sed pauci obtinent vim sacramentorum. Nō enim omnes qui in prędicationibus plorant, contritionem habent, neque omnes qui fatentur, absoluntur, nec omnes, qui corpus dñi sumūt sanctificātur. Multa hominū millia egressa sunt ab Ægypto, at duo tantūmodo ingressi sunt terrā promissionis. Multi infirmi erant in Bethsaida piscina, & vnus tantū curatus est. Multi etiā leprosi fuerūt in Israel tēpore Heliseī pphetæ, sed solus Aman Syrus sanitatē obtinuit. Sic multi sequebātur Christum & tāgunt, at vna mulier fanatur. Potuisset quidē Christus omnes sanare, sed quia non veniebāt fide & deuotione nixi, ideo salutē non potuerunt consequi. Videamus igitur & nos omnes, quomodo ad altare frequenter accedamus, oremusque ne de numero illorum simus, qui Christum tangunt & non sanantur. Sed procedamus. *Cap.7.* *Et dixit Iesus, tetigit me aliquis. Nam ego noui Virtutem de me exijsse.* Sicut in sexto capite dixerat Lucas, virtutē de illo exire & sanare omnes. Sic modo dicit, quod de nemine, quantacūq; polleat sanctitate dici potest, nisi de dño Iesu. Cæteri omnes ab illo tāquā à fonte accipiūt quod dēt, vt rectē Ioānes dixit. Omnes de plenitudine eius accepimus. Ideo cū sancti edūt miracula, nō habēt quid gloriētur, quoniam illa virtus non ab illis sed à Christo egreditur. Quod optimē diuus Petrus de claudo sanato dixit. Viri Israelitæ quid admiramini super hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute. &c. Aduertendum autem nullā virtutē de illo realiter exisse. Quia aut ipsa esset virtus diuina aut naturalis. Nō diuina, quia virtus diuina nō potest exire, quia non est, nisi diuina essentia, quæ vbiq; est. Exire autē & intrare, penetrare, & diuidere, solis corporibus cōpetit, in quibus habent quandam quantitatem finitam. Nec poterat esse virtus naturalis, quia illa nō sufficeret ad sanandum ægritudines, eo quod quicquid erat in Christo præter diuinitatē erat creatum, & virtutis finitæ, ideo ad operationem miraculorū non sufficiebat. Nulla ergo virtus exiuit de Christo, sed dixit ex iuisse de se virtutem, vt intelligerent rudiores ipsum habere potestatem ad sanandum morbos. Ad ostendendum itaq; virtutis suæ plenitudinem & immensitatem, formauit eis conceptum quasi totum corpus suum esset plenum virtute, quæ propter abundantiam effluebat etiam in exteriora, ita vt intangētes fideliter derīuaretur. Non ergo hoc intelligendum est, vt verba sonant. Nam tunc innueretur, Christo aut nolente aut nō iubente exire aliquam virtutem de illo, quia ait. Ego noui virtutem de me exisse. Acsi diceret. Ego non imperaui virtuti, vt exiret, at ipsa exiuit, & ego ipsam exeuntem sensi. Nam ad hoc quod Christus voluisset hoc significare debet dici. Ego emisi virtutem de me, & nō ego sensi, vel noui ex iuisse virtutē, quia nulla virtus erat in Christo, quæ posset exire, nisi eo iubente, & volente. Patet ergo Christū non intendere aliquā virtutem de se exiuisse, sed loquitur sic propter causam prędictā. ¶ Obserua etiam, non dixisse, virtus de carne exijt, aut de diuinitate, sed virtus de me exijt, quia actiones non sunt naturę, sed suppositorum. Suppositum autem Christi hanc actionē & miraculum fecit, vt statim ad tactū Christi hęc mulier sanaretur. Rursus obserua quomodo diuina virtus non se contineat quia se ingerat in humilem, & trementē sermones eius. Nam vt natura vacuum nō patitur, ita Christi virtus humilem vacuū esse non finit. Sed ad contextum reuertamur. *Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit, & procidit ante pedes eius.* In eo, quod ait, non latuit, ostenditur mulier hęc imperfectam cognitionem de Christo habuisse; quia putauit eum occulta nescire. Tremens autem venit, quia tāntus fuit tremor interior, vt redundauerit in corpus & tremorem causauerit in ea. Forsitan autem timuit increpari à Christo, quia contra legem communem ipsa existens immunda, ausa fuit Christum tangere. Ad pedes vero procidit ex humilitate, & quasi gratias agens, & veniam postulans, si in aliquo ipsum offendisset. ¶ Expende autem quāto timore & tremore territa hæc mulier corruerit ante Christi pedes. Ex quo discę quam timens & tremens apparere debes coram Deo. Si enim Daniel propheta sanctissimus, coram Angelo cum ei apparuit stetit tremens cur non timebis ac tremes tu apparens coram illo iudice seueriſsimo, qui tot peccatis es infectus? Quid facient coram eo virgulta deserti coram eo columnæ cœli? si (vt ait sanctus Iob) cōtremiscunt? Si Angeli aut sancti Apostoli, & magni alij Ecclesiæ patres (vt Diuus Gregorius interpretatur) tremunt coram Deo, quid nos peccatores facie mus? Duo docet locus hic. Primū quanto cum timore & reuerentia accedere debeamus ad sanctum eucharistiæ sacramentum, si hæc mulier tam trepida & sibi diffisa ad Christum accesit. Secundò quantum timere debeamus illud iudicium terribile, & horrendum cùm coram Deo apparuerimus. Quoniam si hæc mulier ob eam tantūmodo causam non audebat coram Christo apparere, quia se immundam putabat, neque corpus eius, sed vestem tantummodo tetigit, quid nobis miserrimis fiet, quanto pudore, & tremore apparebimus in illo supremo, terribilique iudicio, coram illo, qui non ad eius vestes sed ad eius corpus in vita innumeris peccatis accesimus? Hæc mulier vestem domini tantum tetigit, nos autem sacerdotes eum quotidie accipimus. Quocirca si illa ob paruulam corporis immunditiā, & naturalem coram Christo tremuit, & infirmitatis remediū quæsiuit, par est, vt nos in domini conspectu trepidemus & infirmitatibus nostrorum peccatorum teterrimis consulamus. Sed de his satis. Docet etiam locus iste, vt quanuis sanus sis, & iam sacramēta susceperis, semper timeas iuxta illud, Beatus qui semper est pauidus. Hæc enim mulier post sanitatē tremens ac pauens venit ad Iesum. Vnde beatus Paulus. Qui stat (inquit) ne cadat. Sed iam audiamus euangelistam narrantem, quę vltra fecit hæc mulier. Ait itaq;, *Et ob quam causam tetigerit eum indicauit coram omni populo, & quemadmodum confestim sanata sit.* Quia miracula sua Dominus ordinabat magis ad propagandam fidem noui testamenti, quam ad salutem corporū, & sciebat tunc futurum esse, vt nunciaretur Iairo mors filiæ, & propterea oportere Iairi fidem confortari, ideo miraculum manifestari voluit presente Iairo, vt fides illius roboraretur, & augeretur. Expende quantam habeat Deus curam eorum, qui ad il-

Dan. 10.

Iob. 26.

Greg. li. 17. Mor. ca. 14.

Prou. 28.

1. Cor. 20.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad illũ confugiunt. Exposuit se in manibus eius Iairus, & se illi commendauit. Cui Dominus, vt suo, sibique commendato ita cõsuluit, vt eum anteà quam filiam suscitaret, hoc miraculo hilarem & confidentem redderet. Vnde patet qua diligentia, & solicitudine Dominus, consulat omnibus mortalibus, in primis illis, qui Deo se tradunt & illi tota mente confidũt. De Susanna ait scriptura, quia erat cor eius fiduciam habens in Domino. Et sic Dominus illius curam gessit, & illam hberauit. Ideo Dauid. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Discamus etiam ab hac muliere grati esse Deo, & alijs enarrare miracula: & mirabilia, quæ Deus operatur in nobis. Sic Dauid narrabat in Psalmis, & cãticis & hymnis beneficia, quæ illi Deus impertiebatur, & vt alij etiam hoc facerent hortabatur dicens. Narrate omnia mirabilia eius. Quod ipse faciebat, vt alios suo prouocaret exẽplo. Narrabo omnia mirabilia tua. Et iterũ. Narrabo nomẽ tuũ fratribus meis. Quos vt acrius excitaret, inuitabat & conuocabat inquiens Venite, audite, & narrabo omnes, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. Sic Moses narrauit Ietro cognato suo omnia, quæ fecerat Deus populo Israelis. Ideo Dominus præcepit, vt Iudæi narrarent mirabilia Dei, & precepta eius filijs suis & posteris. Et Angelus Raphaël Tobiæ dixit. Vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius. Illi quoque duo discipuli, quibus Dominus apparuit in Emaus in die resurrectionis eius reuersi narrabant discipulis quæ gesta erant in via, & qũmodo cognouissent Dominum in fractione panis. In actis etiã habetur, cum Paulus ascenderet Ierosolymam narrabat per singula Ecclesiæ quæ fecisset Deus per illum in gentibus. Denique consuetudo erat antiqua inter viros, & fœminas sanctas, si quid insigne aut mirabile Deus faceret, alijs narrare, & cantica componere in Dei laudem, vt mẽtes illorum excitarent ad laudãdum Deum. Sic Moses, Debora, Maria soror Mosi, Dauid, Esaias, Ezechias, Anna mater Samuelis, Iudith, Tobias. Habacuc, Simeon, Zacharias, & deniq; beatissima virgo Maria cantica composuerunt, & mirabilia Dei narrauerunt, nuntiantes alijs magnalia Dei, vt inuitarent eos ad diligendum & amãdum Deum. Hoc enim est maximus virtutis in anima hominum effectus & fructus, vt scilicet Deum verbis laudantes, illumq; sanctificantes alios similiter hortemur, vt laudibus diuinis permoti, velint Deum, & amare & colere. Nam si tu rebus gestis Alexãdri Magni, aut Iulij Cæsaris auditis vsque adeò caperis, vt eos, quos nunquam vidisti, & à quibus nullum accepisti beneficium diligas, quid apud te deberent efficere laudes Domini nostri Iesu Christi? Ideo dixit Angelus Tobiæ. Opera Dei reuelare, honorificum est. Sic ista mulier coram omnibus mirabilia Dei narrauit, & alta voce quomodo sanata fuisset à Christo. Sic nos grati simus Deo, & beneficia, quæ nobis cõtulit alijs narremus. Sequitur in contextu. *Et ipse dixit ei. Fides tua te saluam fecit.* Quo pacto fides mulieris eam saluam fecit, cum dudum audiuimus, virtutem exijsse à Domino, quæ sanitatem contulit? Dicit autem fidem eã salua esse, quia fide opus est, vt quis cœlestia dona assequatur, sicut ex bonis operibus dicimus hominẽ iustificari, quãuis Dei benignitati, omnis iustificatio nostra scribenda, quia sine illis non datur. Velit si quis medicus curaturus ægrotum moneat, vt si sanari velit medicis præceptis pareat. Quod si accuratè præstiterit, poterit ei medicus dicere. Tua obedientia te sanauit. Quoniam, nisi obtemperasset, medici remedia nihil profuissent. Sic Christi virtus sanauit hanc mulierẽ ea ratione, quia fidẽ habuit. Ideo dicitur, fidem eam sanauisse. Expẽde autẽ, hanc mulierem sanitatem suam tactui fimbriæ ascribere, Christus verò fidei illius salutẽ attribuit. Quia sicut reuera sanitas gratiæ Dei debetur, ita fides & contritio nostra eandẽ sanitatem operatur, quãuis Lutherus mendacissimè dicat, nihil nos in nostra salute confidere. Imò sine dubio, vt gratia est fons salutis, ita & operatio nostra per gratiã adiuta saluti cooperatur. ¶ Præterea illa Christum laudat & ab illo laudatur, vt agnoscas sponsum, & sponsam se ipsos inuicem laudantes. Dicit illa. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur, vt eius tactu pectus meum sanetur. Respondit ille Ecce tu pulchra es amica mea, & oculi tui columbarũ, quorũ vno vulnerasti cor meũ. Fidei enim oculus per dilectionẽ operans vulnerat sponsum. Respondit sponsa, Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus, Acsi diceret. Nõ nobis domine, nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. Dixit autem illi Dominus. *Vade in pace*, Hoc est, esto securа & in mentis tranquillitate Deo gratias age & permane. Ex hoc Christi facto cum hac muliere discamus tria. Primum discamus Christum non esse personarum in spectorem, sed æquissimum adiutorem omnium pauperum ac diuitum, Iudæorum, & gentiũ, si modo crediderint. Petrus enim dixit, In veritate comperi, quia Deus acceptor personarũ non est, sed in omni gente qui timet Deum acceptus est illi, In Deuteronomio etiam dicitur, quod personam nõ accipit. Idem habetur in secundo Paralipomenon. Et Paulus etiam scribit in ea, quam ad Ephesios misit, epistola, & iterum ad Colossenses, & princeps Apostolorum in prima epistola. Aequa enim benignitate excepit Christus mulierem pauperculam, atque venit ad ædes Iairi archisynagogi. Eodẽ modo nos diuites, & pauperes sanandos excipiet, si tamen ad ipsum venerimus. Festinemus ergo ad Christum omnes, qui in aliqua calamitate sumus. ¶ Secũdo discamus Christum in curandis ægrotis non modo verbis vti solitum, sed etiam membris suis, & vestimentorum suorum tactu. Voluit enim honorare corpus suum diuinitati coniunctum, & corporis indumẽta. Sic etiam potest viui ficare, & sanare animas nostras, & corpora. Quod si tactu potest viuificare mortuos, quãto magis immortales erimus qui Christi carnem, & sanguinem, nõ tangimus in Eucharistia sed comedimus & bibimus? ¶ Tertio quæris mulier, quę obnoxia sanguinis profluuio ab annis duodecim impendisset omnem in medicos substantiam suam, tamen à nullo fuerat curata. Quo exẽplo non ideo medicinam esse contemnendam discimus, bene enim ipsa fecit: sed ægrotos aliquos Deus sibi reseruat, in quorum sanatione glorificetur tempore suo, &c. Sed iam historiã prosequamur. Dicit itaque euangelista. *Ad hæc illo loquente venit quidam ad principem synagogæ dicens ei, Quia mortua est filia tua, noli vexare illum.* Moram enim fecit Christus in via, vt interea puella obiret. Vult Deus vt miserias & egestates nostras consideremus vt clarius cognoscamus beneficia, quæ in nos confert. Dixit dominus Mosi. Quid habes in manu tua? Respondit, virgã. Quid ita? Nesciebat Deus Mosem virgam tenere? Sciebat quidem. Cur igitur quærit? vt ipse clare videat & aduertat quod clare virga sit. At præcepit vt illam eijceret, & versa est in colubrum: & nunc aperte vidit miraculum. Sic in nuptijs in Cana Galilææ expectauit donec omnino

vinum deficeret. Nam quando virgo mater dixit, vinum non habẽt, adhuc vinum (vt ait Cyrillus) non defecerat. Quare idẽ fuit ac si diceret. Vinum in omnem cœnam non sufficturum: erat enim adhuc plurimũ cœnæ residuum: quare defectus vini, ne indecorus foret, petebat mater à filio charissimo, vt ante quã penitus deficeret prouideret. Dominus tamẽ expectauit, vt omnino vinum deesset vt in euidenti defectu euidentius miraculum ostẽderetur, quo gloria Dei amplior fieret. Eodem etiam modo permisit dominus Lazarum in sepultura vsque ad corruptionem delitescere: quo miraculum in eius suscitatione clarius effulgeret: & Dei potentia magis omnibus pateret. Ita etiã hic euenit. Nam Iairus proficiscens, Christum vocaturus, puellam in vltimis non tamen mortuam relinquit: at de illa, quasi obijsset iam, loquebatur: dominus vero, cui omnia patẽt, optimè sciebat ipsam adhuc non esse mortuam: qua de causa immorabatur in via, vt puella moreretur intereà, vnde miraculum fieret maius, & patentius. Vult igitur Deus vt nos prius defectus nostros cognoscamus, vt ille nobis auxiliũ præstet, quo nos liberati à criminibus eum postea laudemus, & glorificemus. Hac de causa interrogauit nonulos quid vellẽt, sicut cæcum, cui dixit. Quid vis vt faciã tibi? vt eo modo defectus & miseriam suam cognoscentes, salutem adipisci mererentur. Humiliemur igitur omnes nos, cognoscentes miseriam, inopiam, & mortalitatem nostram, si volumus à Deo sanari & suscitari. Animaduertamus igitur delicta nostra & fragilitatem, vt sic mereamur à domino seruari & exaltari iuxta illud Petri. Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tẽpore tribulationis. ¶ Expende etiam istius hominis stultitiam. Noli, inquit vexare illum. Vexationem vocat orationem. Orabat Iairus Saluatorem, qui eius precibus exoratus illum sequebatur in domum suam, & iste orationem vocauit vexationem. Multi autem sunt isti similes, qui putant se dominum frequenter orantes vexare: quare parum, aut nihil orant. At Deus non fatigatur orationibus, sed peccatis. Vnde per Esaiam ait, seruire me fecisti in peccatis tuis, & tribuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Vides, vt peccata vexent Christum, non orationes? Magis vexabat hic Christum infidelitate sua, quam Iairus solicita petitione sua. ¶ Obserua etiam hũc

Universidad de Deusto
Biblioteca

dupliciter errare. Primum quia putabat Iesum non posse suscitare defunctũ: & ideo dicebat Iairo ne adduceret Christum. Acsi diceret. Non opus est iam eius aduentus: nã adolescentula mortua est, omniquẽ prorsus caret remedio. Secundo errabat, quia putabat more aliorum fatigari in eundo, cum tamen voluntate sua hoc fieret, piaque dispensatione, vt veritatem humanitatis in se ostẽderet, & suis fatigationibus & laboribus gratiam multiplicem nobis mereretur. *Iesus autem audito hoc verbo respondit patri puellæ.* Non respondit nuntio illi incredulo, qui dixerat Iairo, ne vexaret Iesum: quoniam puella esset mortua. Nam incredulitas non meretur Christi alloquutionem. Hac de causa in die iudicij, non disceptabit Christus cum infidelibus, iuxta illud Diui Pauli. Qui sine lege
Rom. 2. peccauerunt, sine lege peribunt. Hoc est, sine legis disceptatione, quemadmodum ipse Saluator mundi ait. Qui non credit iam in-
Ioan. 3. dicatus est: quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Atque ideo respondet patri puellæ dicens. *Noli timere, crede tantum, & salua erit.* Acsi diceret. Ne desistas à fiducia tua & fide in me. Non enim refert quam male habeat filia tua, viuat ne, an mortua
Ioan. 11. sit: fides nanque tua illam saluare potest: si credideris, videbis gloriam Dei. Eodẽ quoque modo in Israelitis fides probabatur. Hi leti ex Ægypto discedebant, sciebant ex miraculis quæ per Mosem fiebant, se clementem habere Deum. Verum ad mare cum venissent, & viderent à tergo imminentes Ægyptios, adeo debilitati sunt, & eorum fides
Exo. 14. imminuta, vt dixerint ad Mosem. Quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Ægypto? Vtinam in Ægypto mortui essemus, &c. Eodem modo res nobiscum habet. Credimus enim cum prospere omnia succedunt: sed malis ingruentibus fides languescit, nõnunquam etiam penitus extinguitur, nisi verbo & gratia Dei conseruetur. Ne autem Iairi fides quæ hemorrhoissæ miraculo erat confirmata, audito filiam esse mortuam, languesceret, sicut accidit populo Israelitico, cui Moses dixit. Nolite timere, state & videte magnalia Dei, &c. Voluit illum dominus his verbis corroborare. ¶ Obserua autẽ quomodo Christus consolatur nunc Iairum verbis, quem anteà consolatus fuerat exemplo. Cõsolatus enim illũ fuerat opere, scilicet, miraculo hemorrhoissę &
2. Cor. 1. nũc verbis illũ consolatur. Vnde Paulus ait. Benedictus Deus pater misericordiarum: & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. *Et cum venisset domum, non permisit intrare secum quenquam nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem, & matrem puellæ.* Reiecta turba coram istis tantum miraculum facit. Primo quia voluit aliqualiter esse occultum propter inuidiam Iudæorum, ne per hoc daretur eis maior occasio persequendi eum ante tempus. Ideo noluit coram omni multitudine tam magnum facere miraculum, ne Pharisęorum inuidiam magis irritaret. Noluit tamen prorsus esse absconditum: ne omnino ignoraretur. De iure autem sufficiebant isti tres, quia in ore duorum, aut trium stat omne verbum. Secũdo hoc feçit, vt doceat nos ex operibus nostris gloriam hominum non quærere: sed soli Deo velle placere. Et quanto opera nostra fuerint excellentiora, tanto magis fugienda est hominũ multitudo. Tertio quia hoc miraculum faciebat ad consolationem particularis personæ. Miracula enim, quæ Christus faciebat, non propter bonum communem, sed ob consolationem alicuius personæ specialis, non publicè, & palam, sed occultè faciebat. Et hos tres Apostolos voluit esse testes, quia digniores, & sanctiores cęteris erant. ¶ Docemur hic primo vt ab inuidis bona nostra abscondamus: ne illis demus occasionem maioris inuidiæ. Sic Christus sæpe fugit à Iudæa, & aliquando abscondebatur: sciens inimicos suos eius presentia deteriores fieri. Demus (iuxta Apostoli consilium) locum iræ. Sic Iacob fugit à facie fratris sui Esau, ne eius præsentia scandalizaretur. Hoc idem fecit Moses relinquens Ægyptum, & abiens in terram Madian. Hoc etiam suos admonet Christus dicens. Si vos persecuti fuerint in vnam ciuitatem, fugite in aliam. Quod adhuc paruulum fecisse commemorat euangelista Matthæus, cum fugit in Ægyptum, vt daret locum iræ & sæuitiæ Herodis regis iniqui. ¶ Docemur secundo gloriam mundi fugere, & vanas hominum laudes non appetere: stultum est enim thesaurum tuum recondere vbi non valeas sumere cum volueris. Si ponis bona tua in ore meo, non in tua, sed in mea sunt potestate: cum vtique pro meo libito reposim vel laudare vel vituperare. Sanum vas & inconcussum est conscientia, & seruandis secretis idoneum: nullis patens insidijs: quod ibi reposueris non perdes, sed fernabit viuo,

viuo, & defuncto restituet. Quocunque vadis, tecum portas depositum tuũ: cum viuis adest, & in morte sequetur te gloria tua. Pro
v. 20. pter hanc Moses & Aaron nõ ingressi sunt terram promissionis. Sancti occultabant bona opera sua, instar illorum, qui candelã incensam portantes, illam à vento operiunt, ne extinguatur. Quomodo facere debent illi, qui bona opera faciunt: ea enim sunt occultanda, ne ab aura glorię inanis rapiantur. Christus ergo, vt nos hanc doceret doctrinã, coram paucis hoc miraculum fecit, eosque admonuit secreto vt nemini dicerent. ¶ Docemur tertio melioribus & dignioribus honorem, & munera publica deferre: quotiescunque (quod sæpe accidit) iudicum aut electorum potestate functi fuerimus. Sic Christus hos tres Apostolos plusquam alios honorauit: quia digniores erant. Quanquam
v. 23. hac nostra tempestate secus multo fit, indigni nanque, ambitiosi, & impij, optimis viris sæpenumero in prælaturis & dignitatibus præferuntur, florentesque viuunt: at virtus vbique iacet. Isti autem similes sunt Sichimitis, impium Abimelech in regem eligentibus: qui postea Sichem funditus eruens sale
Iudic. 9. m superseminauit, dignum sanè facti incolis præmium tribuens: at tandem miserrime interijt. Eo pacto qui immeritos euehũt, se ipsos destruunt, eosque, quibus honorem deferunt, simul. Nam omnes in infernum ruunt. Sequitur. *Flebant autem omnes, & plangebant illam.* Omnes qui erant in domo Iairi lamentabantur. Et in Matthæo habetur,
v. 35. erant ibi tibicines, vt mos erat Iudæorum in morte magni alicuius viri cantus, & modulos facientium, vt alios prouocarent ad fletũ. Sic in secundo Paralipomenon habetur Ieremiam lamentatum esse super Iosiam: & duxerunt cantores & cantatrices, qui replicarent lamentationes: vnde quasi lex obtinuit in Israel. In huiusmodi autem lamẽta
v. 32. tionibus solebant repetere præclara gesta defuncti, vt patet in Ezechiele, cui dominus dixit. Et tu fili hominis assume lamentum super Pharaonem, &c. Hunc fletum compescuit dominus: vnde subditur. *At ille dixit, Nolite facere: non est mortua puella sed dormit.*
1. Thes. 4. Paulus Apostolus in epistola ad Thessalonicẽses mortem somno comparat, inquiẽs. Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contristemini, sicut cæteri, qui spem non habent. &c. Si enim credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit: ita & eos, qui dormierunt per Iesum adducet cũ eo. Dic mihi ô Paule Apostole, siccine agis? Christum dominum, qui vita omniũ est, mortuum dicis: hominem autem, qui nihil aliud est, quam quoddam simulacrum & exemplar mortis, dormientẽ vocas? Hoc tamen non sine mysterio à Paulo dictum putes. Christum mortuum vocat, hominẽ autem, domientem. Nos enim ideo dormimus, quia dominus mortuus est, faciens, vt mors nostra in somnum verteretur, eius autem resurrectio obitum nostrum in requiẽ, & tranquillitatem conuertit. Sic enim Iesus, inquit, mortuus est & resurrexit: ita & eos,
1. Cor. 15. &c. Quia Deus morti se subiecit, mors nostra in somnum versa est: & quia Christus resurrexit, nos etiam resurgemus. Hoc autẽ eo dicitur quoniam moriens dominus adeo dulcem mortem reddidit, vt iam non mors, sed somnus & quies dici debeat. Antequam enim Saluator noster moreretur, mirũ erat, quam formidabilis omnibus, odiosa omnibus, neminiq; chara esset mors. At postquã dominus passus est: iam non est, quę fuerat. Illa enim semper horrida & formidolosa, quæritur ab adolescentulis & à pueris, qui se voluntario offerunt martyrio. Recte igitur dici potest morte Christi mortem nostrã redditam esse suauem, & vmbram mortis tantummodo. Quis igitur vmbram fugiet? Quis ignem pictum formidabit? quis somnum timebit? ¶ Visa iam causa, quare mors nostra somnus dicatur, modo videre restat, quam habeat mors nostra cum somno similitudinem. Primum enim quoniã dormientes vocati expergiscuntur, mortui autem nequaquam, nec à sepulturis resurgunt: indecolligit peccatores verè esse mortuos, licet inter nos viuant, mortuos autẽ qui in sepulchris sunt non esse mortuos, sed dormiẽtes: quo pacto Christus hic hanc adolescentulã dormientem vocauit. Quemadmodum enim, si ex duobus iacentibus alterum facile excitares, alterum vero nullis vocibus, nullis motibus, aut ictibus posses excutere à somno, diceres quidem priorem somno fuisse oppressum, alterum vero mortuum esse: sic de peccatoribus & mortuis dicẽdum est: isti enim in iudicio vocati resurgent: illi vero si ad finem vsque vitæ non expergiscantur mortui in æternum permanebunt. Nam sepulti omnes in iudicio resurgent, & Deo vocanti respondebunt. Quoniam ipse dominus in voce, & in voce archangeli, & in
1. Thes. 4. tuba

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuba Dei descendet de cœlo, vnica nanque voce vocati excitabuntur: neque expectabunt, vt secundo vocentur. At tu, qui mille modis à Deo vocatus, percussus multis laboribus, afflictus innumeris tribulationibus & aduersitatibus non respuisti, neque exporrectus es à peccato, nõne multo magis mortuus dicẽdus es, quam illi, qui in sepulchris vsque ad diem iudicij dormiunt? Quod si prædicatorum vocibus te vocantibus non obtemperas: cur tamen non auscultas Dei admonitionibus quoties te laboribus & aduersitatibus vocat? Iob posteaquam vehementer percussus fuit, dixit. Manus domini tetigit me. Quis esset tam stupidus qui à lecto, in quod decumberet deiectus, fracto crure, aut capite nihil tamen quereretur, aut mutiret? Hæc autem omnia Deus in te expertus est. Nam te in principio multis vocatum vocibus, quoniã audire noluisti, varijs deinde calamitatibus affecit: quæ nihil eo magis profecerunt. Vnde restat te in vitijs non secus esse omnibus captum sensibus, ac mortui in sepulchris suis iacent. Sic de quodam dixit Deus in Apocalypsi. Nomen habes, quod viuas, & mortuus es. Atque ideo in scriptura mors vocatur somnus, & peccatum mors atque adeo mortui dicuntur dormire, & peccatores vocantur mortui. In libris Regum sæpe dicitur: dormiuit hic, aut ille rex cum patribus suis. Hoc dicitur de Dauide, Salomone, Roboã, Alia, Ezechia, Ioachim, Ioatham. Et dominus dixit Dauidi, Cũ dormieris cũ patribus tuis. Et Esaias. Omnes reges gentium dormierunt. Paulus quoque iterum ait. Ergo qui dormierunt in Christo. Verùm peccatores mortui dicuntur, Sic Paulus ad Romanos ait, si mortui sumus peccato, &c. Et ad Ephesios, cum essemus mortui delictis. Et idem ait ad Colossenses. Petrus quoque princeps Apostolorum. Vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Et Ioannes: Qui non diligit, manet in morte, &c. *Et deridebant eum. Scientes quod mortuus esset.* Vnusquisque verba, quæ audit pro spiritu suo interpretatur. Loquebatur Christus metaphoricè, vocans mortem iustorũ quoniam ad quietem moriuntur: isti autem, vt bruti & carnales pro libidine suorum intellectuum illud interpretãtur. Eodem modo loquutus est Christus cum Nicodemo de baptismo inquiens, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Ille vero homo rudis & carnalis, rudius & cortice tenus dictum intelligẽs, dixit. Quomodo potest homo cũ sit senex iterum nasci? Summus quippe labor est sapientibus coram rudibus verba facere, & dolosis hominibus: qui verba accipiunt non iuxta verum & geminũ sensum, sed pro sui crassi & deprauati intellectus captu. Omnes autẽ prædicatores hinc incommodo subiecti sumus. Nam quanuis ea, quæ dixeris, optima honestissimaque sint, ab hominibus vitiosis & captiosis ita torquentur vt plurimam decoris, & honestatis partem videantur amittere, &c. ¶ Obseruandum hic est hanc derisionem magnã fidem fecisse huic miraculo: ex hoc enim apparet verè esse mortuã. Ex eo nanque quod sciebant mortuã esse, ridebant dicente Christo illam dormire. ¶ Discamus hinc non ægrè ferre si ab aliquibus irrideamur. Nam Christus patiẽter se habuit cum istis derisoribus, & nihil eis respondit: sed tacens transiuit, & fecit, quod facturus venerat. Hoc tamen discamus si volumus esse Christi discipuli. Etenim qui se dicit in Christo manere: debet sicut ipse ambulauit, ambulare. Omnes enim, qui piè volunt viuere in Christo, necesse est, vt ab impijs vexentur & deridean-
tur. Proprium enim malorum est bonos irridere. Vnde in prouerbijs habetur. Ambulans recto itinere, & timens Deum despicitur ab eo, qui infami graditur via. Et iterũ. Abominantur impij eos, qui in recta via sunt. Sed hoc te non moueat: quia vituperium bonorum laus est, si ab impijs irrogetur: & è diuerso, laus vituperiũ. Malis enim displicere, laudari est. Non enim potest cera aliquam habere authoritatem vbi qui damnatus est, damnat. Quapropter tam turpe videri debet laudari ab improbis, quam si ipsa turpia laudarentur. Ne igitur timeas irrideri ab ijs, qui irrisione digni sunt: sicut nec Christus horum verba curauit. Nam quando mali irrident bonos de bonis operibus, quæ agunt: idem est ac si cæci videntes dériderent, quia vident, & claudi incedentes, quia recte incedunt. Vnde ipsa irrisio irridenda est. Quod si nemo sanæ mentis potterit non irridere claudum, qui bene incedẽ-
tes derideat: optimo iure ridendi & despiciendi sunt isti delusores, non imitandi. Quod si dicat aliquis. Derisio malorum præualebit, quia sunt plures: respondetur, Deum & sanctos in adiutorium bonorum contra malos descensurum. Vnde Psalmista ait. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus subsannabit eos. Nam non est vituperiũ solis, si noctua vel non aspiciat, vel despiciat illius lucem: neque est vituperiũ auri & argenti si iumenta ea nõ habeant in pretio: quibus nihil, nisi fœnũ pretiosum videtur. Sic non est vituperiũ bonorum si ab improbis despiciãtur: imo, ausim dicere, ne hominem adhuc esse fœlicẽ, qui à turba non irrideatur: cui, vt dixi, optima quæque despicabilia, & abiecta videntur. ¶ Docemur secundo Christi exemplo non respondere derisoribus ne illos in maiorem insaniã prouocemus. Vnde Ezechias rex Iudæis præcepit, ne responderent Assyrijs qui irridebant Deum, & populũ eius: nõ in grauiores blasphemias prolaberentur. Quemadmodum enim aqua frigida in ollam feruore bullientem missa eius æstum comprimit: sic silentium æstuantem blasphemorum & irrisorum hominum iracundiam, & malitiam intercludit. Ideo Ecclesiasticus cõsulit dicẽs. Non incendas carbones peccatoris. Quapropter Psalmista ait. Cũ consisteret aduersum me peccator obmutui, & humiliatus sum: & silui à bonis. Sed multi sunt, qui verbulo vno læsi sexcenta male dicta & conuitia iaciunt. Vt enim porticus Olympiæ artificio quodã vocẽ emissam septies reddebat: quasi de causa heptaphonon vocabatur, eo quod non semel, vt Echo, sed septies acceptã vocẽ referret: sic plurimi vna affecti contumelia, septem rependunt. ¶ Discamus tertio in bono inceptо perseuerare, nec ab illo propter derisores desistere. Nã simulac aliquis studium suum cultui diuino applicat: statim à diabolo innumeris interpellatur modis. Sic Christo eunti, vt bonũ opus, piumq; peragerent, conata est mũdi nequitia obsistere: ne tacinus tam egregiũ perficeretur. Hæc enim est vna de astutijs diaboli, bonum inceptum videlicet, in germine, & principio suffocare. Vnde per serpentem, religionem in paradiso incipientẽ, & quasi nascẽtem suffocauit. Quapropter in Ecclesiastico dicitur. Fili accedẽs ad seruitutẽ Dei sta in iustitia, & in timore: & præpara animam tuam ad tentationem. Sed tu perseuera in bono incepto & procedens via inchoatam prosequere: exẽplo Christi domini nostri qui nihil impeditus ineptis derisionibus, non cessauit, donec in locum peruenit, vbi adolescentula mortua iacebat. Vnde ait euangelista. *Ipse autem tenens manum eius clamauit dicens. Puella surge.* Qui sola voluntate illam suscitauit, tenuit

manum eius, vt satisfaceret desiderio patris: qui secundum Matthæum dixerat. Impone super eam manum & viuet. Clamauit autẽ, ad ostendendum magnitudinẽ potestatis: quia clamor vox vehemens est. Ita vt ostenderet per fortitudinẽ huius vocis animam cogi ad corpus remeare. Sic se habuit in Lazari suscitatione. Clamauit autem imperatiuo modo quasi potestatem habens, dicens, Puella surge: non fecit autem orationem aliquã sicut Helias, & Helisæus. Et in hoc mirabantur magis Iudei, sicut in doctrina: quia non prædicabat sicut doctor & expositor legis sed sicut legis lator, & tãquam potestatẽ habens, vt inquit Matthæus. Admirabantur turbæ super doctrina eius: erat enim docens eos, sicut potestatem habẽs & non sicut scribæ eorum, & pharisæi. Hoc etiam modo sciebat mortuos, & miracula operabatur tanquàm Deus: potestatem diuinam ostendens illo modo imperatiuo, ad cuius nutum omnia subijciebantur: atque ideo sequitur, *Et reuersus est spiritus eius & surrexit continuo.* Non poterat nanque aliter fieri iubente Christo: quare eo volente puella necessario erat surrectura. Reuersus est autem spiritus eius ab occulto receptaculo suo ad corpus exanime Christo iubente, & Angelo sancto (vt creditur) ducente. Fuit enim anima illius puellæ in aliquo receptaculo, eo paruo tempore, quo fuit inter mortem & suscitationem. Et *iussit illi dare manducare.* Hoc fecit ne putaretur esse phantasma: sed per hæc signa ostenderet veritatem resurrectionis, sicut in resurrectione sua, qui comedebat cũ discipulis suis. Nam ambularet, non constabat de vera resurrectione: quia poterat demon arripere illud corpus, & mouere illo motu progressiuo: non tamen poterat facere has operationes vitales, vt comedere, loqui, videre, audire: quoniam hoc nisi ab anima fieri non potest. Et tamen si dæmon arriperet corpus puellæ mortuę, illud nõ ideo animatum redderetur: quia dæmon non potest formaliter vniri corpori, sed tantum, vt motor: & per consequens nec comedere posset, neq; alias operationes vitales exercere. ¶ Obserua autem Christum non dedisse cibum puellæ: sed tantum iussisse ei dari propter duo. Primum ad tollendam suspicionem, ne forte puella putaretur non verè comedere: sed propinãte Christo oculos inspectantium obcæcari, quo vera cibi sumptio appareret, cũ tamen præstigiosa, & falsa es-

Mat. 9.
Ioan. 11.
3. Reg. 17.
4. Reg. 4.
Matt. 7.
Luc. 24.
Ioan. 21.

Iob. 19.
Apoc. 3.
3. Reg. 2.
3. Reg. 11.
3. Reg. 14.
3. Reg. 15.
4. Reg. 20.
4. Reg. 24.
2. Par. 27.
2. Reg. 7.
Esa. 14.
1. Cor. 15.
Rom. 6.
Ephe. 2.
Colo. 2.
1. Pet. 2.
1. Ioan. 3.
Ioan. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

set:parentibus autem id munus præstantibus omnis dubitatio sublata est. Secundo quia facere volebat ea, quæ nemo aliorū facere poterat, quæ autē per alios fieri potuerunt, facere noluit: alij nanq; poterant cibū & potum illi ministrare. Sed sequitur. *Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit, ne alicui dicerent, quod factum erat.* Noluit, vt omnino ignoraretur puellam ab illo suscitatam fuisse: quia miracula non faciebat, nisi ad ostensionem diuinæ virtutis, ideo nullum eorum voluit penitus latere. Sed voluit Christus, vt miraculum hoc aliqualiter ad tempus occultaretur, & postea manifestaretur. Fecit enim hoc miraculum, primo anno, quo cœpit prædicare, vel in principio secundi: & restabāt ei adhuc anni duo. Ideo noluit, vt hoc miraculum esset apertum, ne incitaretur pharisæorum malitia ad illum occidēdum, quo eius opera & prædicatio intercluderentur: sicut factum est illo anno, quo morti traditus est. Nam tāta surrexit contra dominū inuidia, vt non auderet palam loqui aut ambulare. Ideo recessit à Iudæa in Galileam, *Ioan. 7.* & iterum in regionem circa desertum in ciuitatem Ephrem. Itaque noluit modo talia *Ioan. 11.* miracula palam edere, quibus irritarentur magnopere contra ipsum Iudæi: quoniam ex Lazari suscitatione statuerunt Iudæi Christum morte mulctare. Quod etiā nunc, nisi Christus præcaueret, facerent. Qua de causa si in initio prædicationis suę Christus dominus mortuos publice suscitaret, occiderent eum ante tempus perfidi homines, nōdum completis operibus, quæ ex propheta rū vaticinijs erant consummanda: vel saltē éxularet, aut lateret longo tempore, aut se miraculosē defenderet, quorum quodlibet erat inconueniens. Ideo his de causis opera sua modo occultauit, posteà vero publicè mortuos suscitauit, sicut filium viduæ in *Luc. 7.* Naim, & Lazarum: quos astante vniuerso populo suscitauit. Nunc autē Christus voluit vt suscitatio ista aliquanto tempore occulta maneret, vel saltem dubia redderetur: quod sufficienter factum est per modū istū occultationis, quem Christus seruauit. Sed quia noluit hanc suscitationem prorsus occultam esse, adhibuit quinque testes, qui opportuno tempore de hoc testimoniū perhibere possent. Nō autem tenebantur tacere, nisi quatenus Christus aliū mortuum suscitaret publicè. Quare cum suscitauit filiū viduæ in ciuitate Naim liberati sunt hi testes ab obligatione tacendi: quoniam ille coram omni populo suscitatus est. ¶ Aduertēdum hic est, quoniam Christus paulo ante Genesarenum dæmoniacum voluit habere præconem miraculi facti, & diuinæ potentiæ: nam præcepit illi, vt miraculum euulgaret: at huic principi synagogæ iussit ne dicere 35. 7. 11. 29. 2. t, & illum noluit præconem habere, vt fie testaretur Deum humana prudentia aut sapientia parum vel potius nihil indigere. Ille dæmoniacus pauper homo erat, simplex, rudis, viliſque conditionis. Archisynagogus, diues, prudens, peritus in lege, sapiens ac potens: at diuina sapientia illum despectū dæmoniacum elegit in suorū mirabilium prædicationem, huic autem silentium indixit. Non enim in sapientia humana fundatur prædicatio euangelij, sed in diuina virtute. nec diuites, potentes, aut sapientes elegit Deus, sed Apostolos discipulosq; homines piscatores & de media plebe, ac illiteratos. Ideo Paulus ait. Non multi potentes secundum carnem, non multi sapientes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Sūt multi arrogantes, & superbi theologi quoniam peritiores in prædicando, & docēdo sibi videntur, existimant doctrinam suā orbi omnino esse necessariam, nec posse aliter ad salutem viam patere. Verum isti proculdubio longe errant. Quanuis enim concionentur, legant, aut scribant ingētia librorum volumina: bene tamē sine illorum opere ecclesia poterit stare. Deus enim nullius indiget auxilio. Fuit enim Augustinus summus doctor Christianæ ecclesiæ, non tamē illi vsque adeo necessarius, vt ab illo vniuersus reipublicæ Christianæ status penderet. Quamobrem, etsi nunquam natus fuisset, non propterea esset aliqua ex parte imminuta religio catholica. Fuit etiam Paulus maximus orbis prædicator, hic tamen tempore quo prædicationis summa erat necessitas, vinctus fuit duobus annis, & sic cessauit A tunc illius doctrina. Ne igitur superbias, neve te magnifacias credens omnes doctrinā tua indigere: sine te enim optimè agemus: quōd si obieris, Deus alios producet, quin & de puluere terræ potens est summos viros suscitare, quibus tu tertio die obliuioni traderis. Ideo cōclusit Apostolus in sacra authoritate inquiens, Vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Qui plura à Deo beneficia, quā alij, accepimus, maiori ad Dei cultū 7. 11. ligamur. Si enim peccatum proximi tui, ad pœnitentiā conuersi celare. Quod si conuersus non est, poteris quidem illū secreto admonere, vt à peccato exeat: quod si parū promoueris, seruabis ordinē à Christo in euāgelio traditū, quem nos exposuimus in capite decimo septimo huius. Verum si post peccatum vitā correxit quid opus est prælato aut cuiquā dicere? Ita hæc mortua est & resurrexit intra domum suā quare præcipit dominus, ne manifestetur, &c. ¶ Tertio discamus omnem prorsus arrogantiā & inanē gloriā contemnere, ne velimus bona opera nostra omnibus esse nota, ab omnibusq; laudari. Imo potius ea Deo referamus: qui cum ea optimē omniū nouerit, ea poterit laude & præmio digno afficere. Vt hoc igitur doceret Chri- *Luc. 5.* stus, præcepit miraculū tacere: quod idē in leproso fecit, quem curauerat. Dixit etiam præcipiendo, vt nulli diceret miraculum, sicut in quinto capite huius iam vidimus & enarrauimus quomodo fugienda sit arrogātia & vanagloria: & omnia opera nostra propter Deū facienda. ¶ Denique docemur & quarto Deū non esse personarū acceptatorem, sed æquissimum adiutorē omniū tā pauperum, quàm diuitum, Iudęorū & Gentium: si modo crediderint. Vnde Petrus di- *Act. 10.* xit. In veritate comperi, quia Deus personarum acceptor non est: sed in omni gēte qui, &c. Aequa enim benignitate accepit Christus mulierē pauperculā, & venit in magnificas Iairi principis synagogæ ædes. Eodem etiam pacto nos pauperes vel diuites æqua benignitate, & misericordia excipiet: si humili & contrito corde ad ipsum venerimus. Festinemus igitur ad Christum dominum, omnes, quotquot in aliqua calamitate & angustia sumus. ¶ Docet prēterea hæc historia Christianorum mortē, non esse nisi somnum quendam. Ideo Ioannes au- *Apoc. 14.* diuit vocem de cœlo dicentē sibi: Beati mortui, qui in domino moriuntur. A modo iā dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. ¶ Demum docet quantūm profectum faciemus, quantumque commodum accipiemus, si ad eucharistiam, vt decet, accesseri mus: quandoquidem hæc mulier ad tactum tantummodo vestimentorum Christi, sic sanata est. Sed iam nunc finem faciamus huic

capiti,

capiti, tempus exigit. Quamobrem ad subsequentis capitis explanationē accedamus. Christo Iesu domino nostro auxilium suū præstante: qui benedictus in sęcula viuit & regnat cum Deo patre & Spiritu sancto in gloria sempiterna: ad quā nos omnes miserrimos peccatores post hoc exilium perducere dignetur. Amen.

CAPVT IX.

INTER DEI MAgnalia obseruatione & consideratione dignum esse existimo modū & ordinem quo Deus salutem nostram operatus est. Poterat enim Deus, qui omnia ex nihilo creauit vtens sua omni potentia totum mūdum ad se conuertere sine adminiculo Apostolorum neque hominum aliquorum: sed sicut in cœlestibus per Angelos multa operatur, ita in terra elegit Apostolos, prophetas, & doctores, per quos populum erudiret. In hoc certe suam benignitatem ostendit, qui tam dulciter & benigne homines allicit: suamque sapientiam declarauit qui totum mundum per discipulos simplices & pauperes edocuit. Iam in capite sexto huius euangelij vidimus quomodo Christus dominus ex multitudine suorum discipulorum segregauit duodecim, quos Apostolos nominauit: nunc autem eos honorat mittens illos ad prædicandum & tradens potestatem vt miracula facerent, ideoque sequitur in contextu. *Conuocatis autem Iesus duodecim Apostolis dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia & vt languores curarent.* Ostenditur hic deitatis Christi excellentia, quia non solum ipse facit miracula sed discipulis concesit hanc authoritatem: quæ tāta est vt facile superet omnem naturam. Si enim super terram nō est potestas quæ dæmonibus comparetur: planum fit vt Christus dans potestatem super spiritus, det & super omnem terram. Habent ergo Apostoli potestatem super cælos, elementa, & super omnem carnem, quantum necesse est ad negotium euangelij quod ipsa experientia monstrauit. Hæc autem potestas non fuit absoluta in Apostolis vt possint quicquid vellent super dæmones, sed solum vt possint eos è corporibus eijcere vt in Matthæo dicitur, Dedit eis potestatem spirituum immundorum vt eijcerent eos. Non enim poterant quicquid vellent super eos, scilicet, claudere eos in abyssum, vel tollere potestatem tentandi homines: imo nec facere quod ipsimet Apostoli non tentarentur: nam Iudam (cui etiam data est hæc potestas) tentauit Sathanas, & post buccellam introiuit in illum: & Petrum etiam valde tentauit, & omnibus illis dixit Christus. Ecce Sathanas expetiuit vos vt cribraret velut triticum: &c.

¶ Aduertendum quod, ista potestas non fuit in Apostolis aliqua qualitas siue virtus actiua existens per quam possent aliquid facere quod prius non poterant: quia potestas faciendi miracula est infinita, ideo homini non potest dari ita quod efficiatur aliquid ipsius hominis, sicut potentia visiua est aliquid hominis: nam tunc homo efficeretur Deus quod est impossibile. Præterea si talis potestas esset vere in Apostolis possent quandocunque vellent, miracula facere: sed non poterant, quia post collationem istius potestatis oblatus est eis dæmoniacus & non potuerunt eum sanare vt infrà videbimus in hoc capite, & Matthæus & Marcus enarrant. Non ergo erat ista potestas vere aliquid in Apostolis sicut character est in sacerdote, qui quantumcunque impius sit, consecrat si vult. Sed ista potestas vere in Deo erat qui faciebat miracula: sed concesit illam Apostolis taliter quod quandocunque ipsi inuocarent nomen Christi ad operationem alicuius miraculi, statim illud fieret si peterent cum fide, alias non: sicut dæmoniaco illo non præsteterunt sanitatem (vt Christus eis dixit) propter suam incredulitatem. Hanc potestatem tantum dedit Apostolis & non alijs: & licet Christus concesserit alijs qui fidem habuerint, vt habetur infra & in Matthæo quia omnis qui habuerit fidem sine hæsitatione miracula faciet: hanc fidem nunc dedit Apostolis, & illam conferendo insinuabatur conferre eis potestatem faciendi miracula. Cæteris vero non dedit hanc potestatem, quia non cōtulit eis istam fidem. Ideoque non erat alia potestas data Apostolis vt miracula ederent, quæ esset in eis aliqua potentia actiua: sed solum ista fides, per quam volentes poterant ea facere. Aliquando autem deficiente in eis fide, defecerunt & miracula. ¶ Rursus obseruandum quod virtutem dicit & potestatem dedisse, quia discrimen est inter virtutem & potestatem. Virtus enim est in miraculis faciēdis, & potestas in dæmonibus eijciendis: propterea dicit quod misit illos vt dæmones expellerent & languores curarent, quia ad vtrunq; faciendum dedit eis potestatem plenariam. Fieri quidem solet vt nonnulli huius mundi principes famulos ad itinerandum mittant nec præbent illis necessaria ad viam perficiendam: vtuntur enim eis veluti mancipijs & abiectis seruis. Similiter & reges erigunt homines ad suprema officia & dignitates: nec tamen eis concedunt nec præstare possunt virtutem nec merita quibus cum dignitatem, ad quā assumuntur, exerceant. Non sic Deus non sic, imo Apostolis suis ad culmē Apostolatus vocatis, virtutem & potestatem ad dæmones eijciendos languores que curandos plenissime cōcesit. Differunt vero languor & infirmitas: nam lāguor morbus inueteratus est, atq; difficilis ad curandum, infirmitas vero pro quocunq; assumitur morbo. Vt ergo insinuaret quod morbos periculo mortis proximos & vicinos possint curare & inueteratos, explicuit languores. Vide etiā quod sapientissime dedit eis potestatē faciendi miracula, vt per ea fides persuaderetur hominibus: licet enim homines ducti ab Spiritu sancto & illuminati lumine fidei credāt, nihilominus ad stabilitatem credendorum necesse fuit miracula edere: non enim moueretur homo ad credēdum nisi miraculorū testimonio adductus. Præterea, in hac donatione Apostolis facta vehementer humiliata est altitudo diabolicæ superbiæ, dum hominibus literis destitutis atq; simplicibus piscatoribus & egenis super omnia dæmonia est potestas distributa. Sic enim decuit superbiam dæmoniorū opprimi & dejici: & iuste luunt pœnas: quia factū est vt illi qui maiestati immensæ assimilari intendebāt, pauperculis piscatoribus subijcerentur. Principes & huius mundi reges cū ministros vel dilectos ad aliquod munus vel honorem promouendos decernunt solent quidem erga illos quibus præficere decreuerunt quam plurimum honorare & auxilium præstare: & hoc sane vt erga subditos talia videntes magno precio habeantur, ipsique illos reuereātur. Sic dominus volens instituere Iosue in principem dixit Moysi, Tolle Iosue filium Nun, & pone manum tuā super eum: qui stabit corā Eleazaro sacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus & partē gloriæ tuæ vt audiat eum omnis synagoga filiorum Israel. Sic etiam & pater æternus cum Christum doctorem cœlestem in orbē misit, qualiter eum commendet, audi. Hic (inquit) est filius meus dilectus, ipsum audite. Similiter Christus cū Apostolos ad prędicandū mittit honorat eos: dans eis hāc potestatē. Docet locus iste homines nō ex meritis sed ex vocatione diuina eligi. Ita in Genesi dicit Deus de Esau & Iacob. Maior seruiet minori. De his egregie disserit Paulus ad Romanos. Esaias etiam. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Sic Apostolos elegit à mundi initio, vt idoneos faceret ministros noui testamenti, & Apostolatus honore decoraret. Verum vt scias ad quid dederit eis hanc potestatem, audi euangelistam. *Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.* Perpende hic verbum, misit, aliàs enim absque electione & potestate non licebat, nec licet modo nisi mittantur. Vnde Esaias dixit Deo. Ecce ego, mitte me. Cui dixit dominus. Vade & dic populo huic, &c. Ideo Paulus. Quomodo prædicabunt nisi mittātur? Et de his qui munus prædicationis ambiunt, & se in illud intromittunt, ait dominus. Ipsi currebant, & ego non mittebā eos: non loquebar ad eos & ipsi prophetabant. Tales quidem Apostoli nō erāt: atque ideo apostoli appellati sunt, quod idem est quod missus: missi enim sunt ad prædicandum. Vnde Paulus. Non misit me Dominus baptizare, sed euangelizare. Tu ergo non more pseudoprophetarum sed Apostolorum non te ingeras officio prædicationis nisi vocatus. Præterea missi non sunt Apostoli ad prædicandum parua, imo potius magna, hoc est regnum Dei: quod est diuina gratia, vera doctrina, & æterna gloria: non terrena promittens sed cœlestia. Moses quidē atque prophetę non promittebant regnum cœlorum: licet sancti veteris legis meruerunt illud & leges Mosi obseruantibus datū est post Christi mortem. Age iam cōciona tor verbi Dei, prædica regnum Dei & de ipso doce: nō vero placida, nec auditoribus delectabilia: quibus ad risum moueas populum. Munus quippe euangelici prædicatoris est vera prædicare & non mendacia & ad planctū audientes mouere, non autem ad risum. Lege Hieronymū ad Nepotianū scri-

Iob. 14.

Matt. 7.

Gen. 25.
Rom. 9.
Esa. 49.
2. Cor. 2.

Esa. 6.
Rom. 10.
Iere. 23.

1. Cor. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scribentem. Discant etiam nostri temporis episcopi qui successores sunt Apostolorum verbum Dei prædicare, iuxta normam sacri cõcilij Tridentini expresse illis præcipiẽtis vt prædicẽt per se ipsos: ideoq; Paulus præcipit vt eligantur episcopi qui sint idonei ad docendũ, siquidem propriũ munus eorum est docere. Apostoli quidem vt instarent verbo Dei elegerunt septẽ diaconos qui ministrarent in opere externo. Sed proh dolor quam peruerse se nunc res habet: episcopi enim ipsi occupãtur in exterioribus & negotijs sæcularibus, & munus episcopale quod est proprium ipsorum exercetur ab his qui nõ tantæ sunt dignitatis quales sunt monachi ac egeni clerici. Quare rogo expoliauit Dauid Saulem scypho & hasta, nisi quia ille dormiebat: Similiter quia prælati dormiũt & ociantur, surripuerunt monachi prædicationis munus, quod proprium episcoporũ est: & in ipsis vigilantibus remanet. Sed de his alias. ¶ Secundo mittuntur hîc Apostoli non solũ vt munus prædicationis exerceãt, sed etiam vt miracula edant & ad languores curandos. In confirmationem veritatis quã prædicabant miracula faciebant, atque ideo doctrina Apostolorum infallibilem veritatem in se continebat: quia cum solus Deus autor sit miraculorum, primaque veritas cui non possit subesse falsum, impossibile erat mentiri in doctrina quam Deus tantis miraculis approbabat. Igitur vt mundus eis adhiberet fidem, miracula operabantur, quæ nunc superuacaneum esset illa edere quia iam creditur his quæ de Christo prædicantur: & si talia miracula fierent, potius infirmarent fidem quam adiuuarent. Perinde ac siquis habet in iudicio aliquid sufficienter notum & probatum si rursus vellet illud probare, per hoc redderetur negotium dubium acsi probatione indigeret. Similiter in nostro casu si nunc per miracula rursus fides probaretur, esset ostendere quod adhuc de ea non constabat, esseteq; tollere ei suam dignitatem, fatisque periculosum esset. Nec desunt modo miracula etsi inuisibilia quæ à concionatoribus diuino afflante numine fiunt: idque sanando ægritudines animæ & infirmos curando ab spiritualibus infirmitatibus. Sed vlterius procedamus. *Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via: neque virgam, neq; perã neq; pecuniam neque duas tunicas habeatis.* Prohibet hic dñs præsidiũ tẽporale: docẽs concionatorẽ soli Deo debere inniti, iuxta illud. Omnem solicitudinem vestrã proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Et psalmographus. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipse te enutriet. Aduerte quod in hoc non prohibet studiosam prouidentiam, sed curiosam & superfluam solicitudinem. Sic & alibi dominus ait. Nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis, neque corpori vestro, &c. Et iterum. Nolite soliciti esse in crastinum: crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi. Sufficit diei malitia sua. Solicitudo enim superflua temporalium & cupiditas eorũ maxime impedit veritatem prædicationis: nã qui talia quærunt sequuntur viam Balaam qui mercedem iniquitatis amauit, vt ait Petrus. Non autem sic Paulus qui Thessalonicensibus scribens ab Athenis ait. Non fuimus in sermone adulationis sicut scitis, neque in occasione auaritiæ, Deus testis est. Sciebat enim quod ex hoc iram Dei prouocabat, sicut dicitur. Principes eius in muneribus iudicabant & sacerdotes eius in mercede docebant: & prophetæ eius in pecunia diuinabantur. Ideo subditur. Sion quasi ager arabitur, &c. Christus dominus vehementer paupertatem amauit & reliquens in hoc sæculo suos vicarios voluit etiam paupertatis amatores eos esse: quoscirca aurum, argentum, &æs illis prohibuit. Placuit Christo Saluatori ecclesiam suam supra firmam petram fundare & non supra terram: quam obrem discipulos pauperes & alienos longa à curis rerum temporalium esse voluit: modicum enim pulueris aut palea cessare facit oculũ ab officio suo, ideoq; placuit vt pauperes essent, quia paupertas expedita est, nullisque curis implicata. Et si cætera corporis membra ad alia officia conueniant, oculus tamen vnicũ habet officium: & contactum terræ maxime timet. Eodem modo ecclesiæ oculus cõtemplationi legis diuinæ intendere debuit: ob idque à terrenis istis maxime separari. At nũc in multis ecclesiasticis viris magis occupata est ecclesia in tẽporalibus, quã olim synagoga: nã plures ecclesię ministri potius Mosi discipuli esse eligũt, quã Christi: quia temporalia quærunt: quæ Moses promittit. Sed vere Christi discipuli illi censendi sunt qui spiritualia appetũt, terrenaq; despiciũt. ¶ In eo autem quod dicit neq; duas tunicas habeatis, superfluitatẽ prohibet, non necessarium vestimentum: nam Christus duplicem habuit vestem: quia præter tunicam in consutilem super quã missa est sors, habuit alia vestimenta quæ fuerunt diuisa. Sic dicit Hieronymus ad Hedibiam ait, quod quicquid corpori nostro sufficere potest & humanæ succurrere imbecillitati, hoc vnica appellanda est tunica & quicquid in præsentibus alimentis necessarium est, hoc victus diei appellatur. Ita necessarium iuxta imbecillitatem vniuscuiusque vocatur vnum, superfluum vero duplex: nam si de vnica tantum tunica intelligẽdum esset, quomodo Petrus contra domini iussum fecit duas tunicas habens tum zonam tum etiam calciamenta? Et Paulus etiam ait Timotheo. Penulam quam reliqui, Throade apud Carpum veniens affer. Ecce penulam vnam habebat extra se, & alteram portabat. Et ideo illud quod Ioannes dixit qui habet duas tunicas, de vnam non habenti, quod superfluum erogaret pauperibus intellexerit: ac si cum Christo diceret. Quod supereſt da te pauperibus: Sed ad sequentia. *Et in quamcunque domum intraueritis, ibi manete: & inde ne exeatis.* Quasi dicat. Contenti estote illo hospitio: & propter melius inquirendum ne exeatis ab illo: nam sicut in Ecclesiastico habetur, vita nequam hospitandi de domo in domum. Mutatio enim hospitij denotat impatientiam in eo qui modica existente causa mouetur & non potest quiescere, iuxta illud. Hæc dicit dominus populo huic: qui dilexit mouere pedes suos & non quieuit, & domino non placuit. Alienum enim à concionatore domos cursitare: & immobilis hospitis iura violare. Prohibet itaque hic dominus discursum leuitatis, & inanem locimutationem: stultus nanque (vt sapiens ait) vt luna mutatur. Aduertendum autem quod hoc non de quacunque domo esse intelligendum existimo, sed de honesta domo: nam in Matthæo dicitur, 'Inquam cunque ciuitatem intraueritis interrogate quis in ea dignus sit, scilicet non ingressu, videlicet vt sit laudabilis famæ & probatæ vitæ, ne ex hospitis vestri corruptis moribus vita vestra infamię macula notetur & alij in vobis scandalum passi, vestram parui pendant doctrinam. *Et quicunque non receperint vos exeuntes de ciuitate illa etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos.* Flagitum est pauperes virtuti deditos quales Apostoli & Christi discipuli erant, hospitio nõ excipere; quamobrem eos derelinquere præcipit Christus. Vnde dominus per Mosem populum suum allocutus est. Recedite à tabernaculis hominum impiorũ & nolite tangere quæ ad eos pertinent: ne inuoluamini in peccatis eorum. Esaias quoque. Recedite (inquit) & exite, & pollutum nolite tangere. Non autem solum recedere, sed excutere puluerẽ pedum præcipit Christus in testimonium quod nolebant recipere neque audire, ob idque (iuxta Saluatoris sententiam) tolerabilius erit terræ Sodomorum quàm illis. Secundo illud fiebat ad significandum, quod nihil commune cum illa vrbe habere volebant: & per hoc terrorem damnationis habitatoribus incuterent: vnde nec puluerem (quæ res minima erat) adhuc secum à tali gente & populo deducere noluerũt. Hoc etiam feciſſe Paulum & Barnabam scriptura commemorat: qui excusso puluere recesserunt. Apostoli vero non portabant calciamenta sic clausa vt nostra, sed tantum soleas, vt videre est in Marci euangelio: quapropter tollentes soleas de pedibus collidebant eas ad inuicem super ciuitatem. Faciebant hoc primo in platea vt omnibus constaret id quod fiebat: & quia exeũtibus illis extra vrbem vsque puluis etiam adhærebat, excutiebant iterum extra vrbem, vt nihil de ciuitate illa exportarent. *Egressi autem circuibant per castella euangelizantes & curantes vbique.* Per castella dicit ostendendum loca & si exigua sint non ideo propter habitantium penuriam negligenda, imo visitanda & docenda cum valde vtile sit & Deo pergratum, & vnum tantum conuerti. Non ne nostri temporis concionatores quem multi, qui magnas ciuitates quærunt, & circuunt aulas regum & magnatum & principum domos: vt nomen & famam possint adipisci & gloriam mundi ambiunt: vitam agentes vbi vini generosi, volatilium, atque deliciarum est abundantia: nihil de animarum salute curantes. Præterea multa inuenies oppida & castella ab agricolis & pauperibus habitata (non loquor apud Indos nec oras remotas, sed de nostra Hispania quæ tot ditissimos episcopos alit, theologos, & viros literatos) vbi iã per lapsum triginta & quadraginta annorum nec isti nec ipsi verbum Dei docuerunt, nec illi ab ipsis audierunt, neque episcopi ad talia loca deuenerũt: eo quod nõ delicioſa sed arida sint. Nõne Chr̃s pro istis pauperculis & humilibus sanguinẽ fudit & mori

Universidad de Deusto
Biblioteca

mori dignatus est, sicut & pro animabus regum & principum? &c. ¶ Secundo dicitur hic quod curabant vbique locorum corpora
Ioan.4. languida sine personarum acceptione: Ioānes etiam testatur quòd baptizabant. Discere ex hoc loco non superbire nec extolli pro vllo gratiarum genere aut doctrina: Iudas nanque prædicabat, baptizabat, dæmonia eijciebat & plura signa fecit, nihilominus à tanto honoris culmine deiectus est, & ad inferos damnatus descendit. Sed de his alibi nonnulla diximus. *Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quæ fiebant ab eo, & hæsitabat, eo quod diceretur à quibusdam quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam vero quia Helias apparuit, ab alijs autem quia propheta vnus de antiquis surrexit.* Audiuit quidem Herodes miracula quæ Christus per se & per suos discipulos operabatur, quia fama Christi vndique diffundebatur: nam vt Matthæus ait, abijt opinio eius in totam Syriā & obtulerunt ei omnes male habentes varijsq; langoribus oppressos. Cùm audisset (dicit hīc Lucas) quod
Matth.4. hæsitabat: sed Matthæus & Marcus dicunt
Matt.14. *Mar.6.* quod affirmauit esse Ioānem. Sed nulla est contradictio: nam Herodes primò hæsitauit propter rumorum varietates, sed posteà credidit Iesum esse Ioannē, sicut & alij quidā propter vitæ sanctitatem & famæ eminentiam, & quia per Apostolos baptizabat. Nec dixerunt quod Helias surrexit, sed q apparuit, quasi de paradiso reuersus: quia sciebant illum non esse mortuum sed translatum. Hi ergo putabant Christum esse Heliam propter miraculorū potentiā & iustitię zelū. ¶ Aduertendū quòd hæc quæ Lucas hīc narrat facta fuerunt in vltimo anno prædicationis dñi: non enim ab initio audiuit Herodes de Christo, quia principes & magnates tarde audiunt, tardiq; sunt ad addiscēdū. Priùs quidē prędicator totā replet plebē sua doctrina quā ad aures principum perueniat vox eius: hi enim parū curāt de cōcione & verbi Dei auditione. Si tamen ad hoc mouentur raro id quidē, ad summū in aduentu & quadragesima: & hoc nō ex voluntate & amore audiendi, imo potius ex verecundia vulgi & cæterorū, ne ab ipsis praui & iniqui reputentur. Itaq; minor istorum cura & solicitudo est de audiendis concionibus, & sic serò venit ad suas aures. Et aliud malum occurrit in hoc: nam cùm ex concionatoribus nonnulli ad illorū honores & amicitiā respiciāt de hoc minime obiurgāt: imòverò placētia eis dicere intendūt, & sic nunquam corriguntur. Celebrem illā Niniuen iā Ionas prædicatione repleuerat, antequā ad aures regis ciuitatis illius, verbū Dei peruenieret. Nō sic de caducis rebus & pulchritudine vana. Nondū enim Sarra ingressa fuerat Ægyptū, cū iam eius pulchritudo laudatur apud regem Pharaonem. Similiter fuit laudata coram Abimelech rege Geraris. Ministri enim & serui principū iuxta ipsorū appetitū loquūtur & laudāt id, quod illi amāt. Vnde citius inquirunt vbi habitet pulchra fœmina, vt principi enarrēt, quā vbi prædicet vtilis concionator, &c. *Et ait Herodes, Ioannem ego decollaui, quis autem est iste de quo ego talia audio?* Quanuis multi multa dicerent de Christo: Herodi tamen magis vera visa est sententia eorum, qui dixerunt Ioānem surrexisse à mortuis, & sic affirmatiuè asseruit. Quem ego decollaui, Ioannes ipse est, surrexit à mortuis & virtutes operantur in illo. Dubitationem Herodis solus Lucas refert, sed sententiā eius alij duo scilicet Matthæus & Marcus: vt sæpe solet vnus euangelista supplere, quod alius prætermittit. Hoc autem credidit quia Herodes & Iudæi putabant sanctos post suam resurrectionē maioris esse potestatis quam fuerant viuentes: & ideo licet Ioannes viuens miracula non fecisset, poterat illa edere post resurrectionē. Et in hoc non errabant: quia multò fortiores & pulchriores erunt sancti susceptis doribus glorię tam animæ quàm corporis, quā hīc fuerant. Laus tamen Christo erat maxima, eo quod credidit Herodes quod nullus viuentiū ea facere poterat, quę Christus fecit: sed oportebat à mortuis aliquē eximia sanctitate pollentē surgere. Quare tres euāgelistæ hoc literis mandauere veluti altissimū Christi testimoniū: quod facere nō conueuerūt, nisi in his quę valde necessaria esse intellexerunt ad ostēsionē gestorū Christi. Credidit etiā Herodes Ioannē præstantiorē cæteris esse: ideoq; audito eo multa faciebat, vt videre est in Marci euāgelio. Prætered dicēs, Ioānē ego decollaui, culpā propriā fatētur nō ad pœnitētiæ humilitatē, sed in damnationis suæ testimoniū, ità vt ei dici possit, q olim Dauidē dixisse Amalechitę scriptura cōmemorat. Os tuū locutū est aduersum tē, dicēs. Ego interfeci Christū dñi. Illaqueat⁹ est enim Herodes verbis oris sui: & ex eis iudicabitur. Vide etiā quā prępostera sint iudicia. De Ioāne enim qui nullis

clarterat miraculis credit Herodes reuixisse: & Iesum qui tot miraculis ostendit virtutem suam, pertinacissimè negant surrexisse, & Apostolis, nec custodibus sepulchri fidem adhibere voluerunt. Sed procedamus.
Et quærebat videre eum. Si quæsisset sicut Zacheus videre illum, profectò vidisset, sed iste non quærebat videre illum, vt conuersus bonus fieret, sed vt suæ satisfaceret curiositati: ob idq; non meruit videre eum, & Christus non fecit illi sui copiam. Vnde in Prouerbijs habetur. Quærit derisor sapientiam, & non inuenit. Perpende quo modo quærendus sit Iesus vt illum possis inuenire: nempe non ex curiositate & vanitate, sed dilectione & amore. Sic quæsiuit illum sponsa in canticis, & inuenit. Et Dominus. Quæretis me (inquit) & non inuenietis, cum quæsieris me in toto, &c. Verū, si iste Herodes tantopere Christum videre cupiebat, cur non videbat? Quis prohibebat? In Galilæa tunc temporis Dominus ambulabat: minimo ergo labore & facillimo negotio poterat illū quærere & videre, at licet illum videre cupiat non videt, eius ignauia in causa existente. Quærit videre Christum nec tamen vult facere gradum, nec se mouere vt illum videat: quod facere posset si vel modicum vellet laboris sustinere. Plures huic simillimos inuenies qui Deum videre volunt ipsoque frui: nec tamen in eius gratiam quicquā ferre ac pati volunt. Filij Israēl libenter arripuerunt iter profecturi in terrā promissionis vt illam possiderent, sed cœpit tædere populū itineris & laboris, ideoque renuebāt. Multi eodē modo volunt Christum videre: verū tamen laborem propter Christū subire nolunt, quemadmodum Herodes, cum tamen videant, quod amici Dei non nisi magnis laboribus & tribulationibus beatitudinē sint adepti. *Et reuersi Apostoli narrauerunt illi quæcunque fecerunt.* Fidelitas illorū apparet quippe qui ad diuinum consortium sicut columba Noē redierunt, ipsi enim veluti columbę simplicitate prædīti erant. Ostenditur etiā eorum fidelitas, quia nihil Christum Domi nū latere voluerunt: sed narrauerunt omnia quæ gesserant, non vt eum erudirent, cuius oculis omnia nuda & aperta fatetur scriptura: sed vt insinuarent se etiam nolle latere, si abscondi possent. Narrauerunt etiam quia de rebus probē gestis proprium cōmodum non quærebant: sed omnia in Deū referunt, iuxta illud Apostoli, Omnia in gloriā Dei facite, sine offensione. Sequitur in contextu.
Et assumptis illis secessit seorsum in locum desertū qui est Bethsaidæ. In desertum (inquit noster euangelista) quod secesserit Dominus, tradēs in hoc Apostolis & eorum in eodem munere successoribus, exemplum quia cum munus illud versandum erat inter homines, in qua consuetudine nō potest non aliquantū distrahi prædicatorū animus: idcirco oportet vt verbi Dei prædicatores secedant interdū & ad solitudinem tendant: vbi Deū allo quentes ab eo accipiant quod rursus alijs impartiantur. Verum si ij qui semper in spiritualibus occupantur opus habent recessu, ac solitudine: quantò potiori iure illis est necessarium qui tota die terrenis negotiationibus & huius vitæ curis occupantur? Agricolæ enim non singulis annis perpetuo opere agros fatigant, vt quotannis fructū ferant: sed cessare eos faciunt vt ex illo interuallo & requie fœcundiores & copiosiores reddāt fructus. Sic & nos si terrenis occupationibus interdū pepercerimus, multò fœlicius nobiscum agetur, etiam circa ea quæ ad agentem vitam pertinent. Præterea non sunt hīc ciuitates & oppida, non deliciæ, &c. Hunc locū elegit Dominus vbi pascat suos. Tale enim Domini ingenium est, vt præsto sit vbi minus remedij speratur. Ex eo quidem patet, nam Iudęos in deserto manna cœlesti cibauit. Dauidi apparuit in terra deserta & inquosa: & Helias pascitur à coruis in deserto. Ex his quidē deduci potest eos diuinæ gratiæ participes esse, qui mūdi tumultū & strepitū fugientes, solitudinē & quietē amplectuntur. Qua propter Mosi non dabatur videre Deū, donec in desertū exiret, & Deus ad sponsam inquit. Ducāeam in solitudinē, & loquar ad cor eius. Itaq; quos Deus cōsolari vult hos in desertū primū adducit: & cū ab eo derelicti existimātur, procul dubio illis adest & præsto diuinū solatiū, adfuitq; istis, qui secuti sunt eū in desertū. ¶ Deniq; derelinquens impios & incredulos Iudæos abijt trans mare Galilęæ in desertū locū: ne tot & tā crebras inspirationes eis immitteret. Sciebat enim Christus quod Iudæi abutentes beneficijs ab eo receptis arctiorē erāt reddituri rationē, ac ideo acriores cruciatus passuri: quo circa misericordia motus, ab eorū præsentia recessit. Nec illud certe miseri cordia vacat, videlicet Deū nostrū vitā hominibus breuē cōcedere, ne peccatores peccata augētes ampliùs ex eo punirētur. Et licet

Exo.16. *Psal.62.* *1.Reg.17.* *Exod.3.* *Osee.2.*

actus

Universidad de Deusto
Biblioteca

actus iustitię sit vt peccatori auxilia motiua tam inspirationis quam prædicationis denegentur, est etiam & actus misericordiæ: quia obstinatus qui abutitur huiusmodi auxilijs diuinis maiorem reddet rationem. Ne igitur peccatores puniantur propter abusum tantæ gratiæ auxilij & inspirationum, aufert ea Deus ab eo quem abusurum prænouit. Demum vt Ioannes dicit subijt in montem Iesus vt doceat suo exemplo terrena hæc despicere & cœlestia quærere: ea enim quę sursum sunt quęramus (vt Paulus docet) non quæ super terram arbitrantes omnia ista vt stercora, vt Christo ardentissimo amore vniamur. Porrò hoc nomen Bethsaida æquiuocum est ad desertum & ad ciuitatem, Bethsaida nãque ciuitas est in Galilæa, à qua erant Petrus, & Andreas, & Philippus: & hoc etiam erat desertum pertinens ad ciuitatem Bethsaidæ, vbi hoc miraculum fuisse factum memoratur iuxta mare Galilææ, non longè à Bethsaida. *Quod cũ cognouissent turbæ secutæ sunt illum.* Beatus Marcus de hoc scribens ait quod pedestres sequebantur eum: quo verbo feruens desiderium turbæ exprimitur. Turbam etiam dicit, hoc est plebem & communem populum, non verò nobiles, principes, & magnates: tales enim nimis sunt delicioſi & indulgentiæ studioſi, nec possunt pedestres ambulare præsertim ad id quod satis illis laboriosum esse solet, videlicet concionẽs audire nec diuinis officijs & cęremonijs interesse missam autem necessario audiendam domi suæ à toro semper audire vellent si possent, tantaque eorum ergà ista pigritia est. Petrus Christo dixit, Si tu es, iube me venire ad te. At isti noluntire ad Christum: sed quod Christus veniat ad illos. Quomodo subsequentur Christum in deserto rogo, qui tam tardi & pigri sunt in eundo ad templum vsque ad videndum & adorandum illum? Sed de his iam satis. ¶ Expende etiam vim, & efficaciam verbi diuini, & quantopere reddat suspensum humanum animum, & quantum eleuet corda, summa illa dulcedo & fauus ille diuini verbi ac prædicationis Christi. Obliti enim sunt fœlices isti Christi sectatores, & auditores portare panem ad manducandum, quapropter necesse fuit, vt per miraculum prouideret dominus huic vrgenti necessitati, cura enim spiritualium bonorum obliuionis causa temporalium esse solet, & per oppositum cura & nimia solicitudo temporalium spiritualium in obliuionem adducit. Intellectui enim contingit plura scire, hoc est habitualiter, intelligere verò non item, hoc est actualiter. Nã cũ intellectus actualiter occupatur in vno, non potest simul eodemque momento in altero occupari: quapropter sit vt qui in minimis occupat intellectum, non possit cogitare maiora. Ideoque cùm occupamur in his minutissimis & temporalibus, non valemus præcipuis vacare & maioribus: fit inde salutis animæ profligatio & omnimoda vitæ spiritualis obliuio: perinde acsi huius sæculi perpetui cines futuri essemus & ad futuram vitam nunquam migraturi. Sed quia Deo vacant ipsique se totos tradunt, circa temporalia negligentes sunt: quemadmodum ista turba quæ Christum sequebatur ita in hoc intenta fuit vt neque sui nec cibarum recordata sit. Porro adimpletum hic esse cernimus illud quod olim prædixerat per Esaiam, Fluent ad eum omnes gentes, & ibunt ad illũ populi multi & dicent. Venite ascendamus ad montem domini & ad domũ Dei Iacob & docebit nos vias suas & ambulabimus in semitis eius, quia de Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem. Igitur vt ad alia procedamus sequamur non segniter Christum: feruor enim huius populi scordiam nostram redarguit multis in rebus. Primò nanque sequebantur Christum propriæ sponte nec vocati quidem, nos autẽ toties vocati, minimè sequimur. Sequebantur præterea per mare in desertum, per rupes & montes arduos, procul à suis domibus, nos vero propinquiorem Christum habemus in limine certè, & tamen tardè venimus eo vbi audire & videre possemus. Illi gregatim & milleni Christum sequebantur, apud nos vero vix hîc & illic vnum videas, qui Christo syncero studio adhæreſcat. Tantò magis hoc exemplo edocti torporem nostrum excutere debebamus. Quo enim carere minus possumus quam Christo? Æquum igitur est vt omnem spiritualẽ cibum ab illo expectemus: & apud ipsum quæramus. Beati omnes illi qui cum Daniele dicere possunt, *Et nunc domine quærimus te ex toto corde*, & sequimur te, &c. *Et excepit eos.* In quo Christi benignitas insinuatur, ad quam horatur Apostolus dicens, Suscipite inuicem sicut Christus suscepit vos in honorem Dei. *Et loquebatur eis de regno Dei.* Attende non de sæcularibus, sed, de regno Dei Christus loquebatur, quia qui de terra est de terra loquitur. Christus vero qui de cælo venit, de cælo loquitur. Maximè enim cognoscitur homo in verbis, quia voces signa sunt cõceptuũ in ternorũ, stat enim sententia, Ex abundantia cordis os loquitur. Sed cũ Christus totũ hominem sanum fecerit, non solum animas sed & corpora sanabat, qua propter sequitur in contextu. *Et eos qui curam indigebant, sanabat.* In quo ostenditur perfectio dilectionis eius, de qua Ioannes ait. Filioli non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate, quia qui viderit fratrẽ suum necessitatẽ habere & clauserit viscera eius, quomodo charitas Dei manet in illo? Hic fuit mos Christi redemptoris nostri, vt in Actis legitur, qui perranſijt benefaciendo & sanãdo omnes oppressos à diabolo. Docuit (inquam) & sanauit, vt tu discas quod vita nostra verbo & opere constet, & neque dicenda sunt quæ facere non licet, neque facienda quę dicta sunt absurda. Vide etiam quod prius prædicauit & locutus est eis de regno Dei, & deinde sanauit eos à languoribus corporis, quia prius agendum est de animę salute, quam de corporis incolumitate. Vnde ipse Saluator ait. Primum quęrite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis, scilicet, externa & temporalia. Principalius igitur de animæ salute cura est habenda, quam de corpore. Sed iam nunc inter fideles quid nisi de corpore agitur? Quid quęritur nisi corporis valetudo, & sensibus delectabilia? Hæc totis viribus appetunt homines, hæc diligentissimè quærũt, propter hęc caduca & temporalia mare circuunt & aridam, frigus, calorem, labores & sudores, pericula & vitæ discrimina in his aggregandis & adipiscendis facilè tolerant. Curabat igitur Christus dominus priùs animę infirmitates, prædicans illis regnum Dei, deinde corporis languores, cuius gratia ipsum mundi redemptorẽ omnis illa turba, hilari animo subsequebatur. Similiter paralyticũ in Capharnaum intra tectum demissum curauit ab animæ infirmitatibus dicens primò, fili remittuntur tibi peccata tua, & postremò curauit corporis languores. Sic etiam & aliũ paralyticum sanauit in corpore & anima qui iacuerat in piscina Bethsaida triginta & octo annos, cui posteà dixit. Noli amplius peccare. Itaque omnes isti à languoribus oppressi ad medicum cœlestem celeriter curre bant, & ideo impetrarunt non solum à corporalibus infirmitatibus sanari, verum etiã ab animæ vlceribus. Nos etiam si laboribus aut infirmitatibus detinemur ad Christum accedamus veluti isti fecerunt, iuxta illud. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea acceleraverunt. Ad Deum ergo nos perducunt & ad auxilium implorandum cogunt, liberantque à peccatis quæ aliàs committeremus, nisi ab ipsis infirmitatibus impediremur. ¶ Expende etiam quod tripliciter Saluator noster misericordiam apud istos operatus est. Primò, fatigatus excipiebat eos. Secundo, instios docuit. Tertiò, infirmos curauit, & tãdem famelicos satiauit. Ex his docet nos quid agere debeamꝰ, quia omnis Christi actio est nostra instructio, & ipse ait, exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci ita & vos faciatis. Oportet enim nos hospitales esse, quemadmodũ Paulus ait. Hospitalitatem nolite negligere. Secundò, docere alios. Docentes omnes gentes. Tertio infirmos curare, sicut Dñs præcipit dicens. Infirmos curate. Denique hæc beneficia tribuit non omnibus, non (inquam) pigris, sed his qui studioſè illum quęrunt & sequuntur in labore itineris & in deserto. Illis (inquam) qui nõ segniter Deum quærunt, & qui libenter verbũ Dei audiũt, & auditum nõ fastidiũt. Sequitur in cõtextu. *Dies autẽ cœperat declinare.* Assignat tẽpus Euangelista ad maiorem certitudinem veritatis, & vt magis miraculum hoc cõmendaret. Statim post meridiem hoc miraculum factum fuisse cõstat, hucusq; enim detinuit Christus turbam, vt & patientiam eorũ probaret, & locũ daret n. Baculo cum ex necessitate operaretur, & ipsi iam famẽ paterẽtur. Perpende autẽ, quàm assiduus fuerit Christus in docendo qui vsq; ad diei vesperã non cessauerit docere turbas, ita vt necesse fuerit à discipulis moneri, vt dimitteret turbas, vt cibum sumerẽt, idq; & tẽpus & locus videbatur postulare. Adeò Dei filius animarũ saluti studebat, vt oblitus cibum & corpori humano necessaria aduentante iam vespere adhuc prædicationi vacaret, & adeò populus erat intẽtus verbis Dei, vt nec recordaretur quidem huic necessitati prouidere. Hoc exemplum est imitandum certè nobis fidelibus tam concionatoribus quã auditoribus, nunc tamẽ nondum plenè elucescit dies cũ iam agitur de cibo & potu, omniq; hominum ferè cura ad corporis alimentum dirigitur, & adeò est illis insita hæc cura acsi nulla

Matt. 14.

Ioan. 6.
Coloſ. 3.
Phili. 3.

Mar. 6.

Psal. 15.

Ioan. 13.
Hebr. 4.
Matth. 28.

Luc. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

alia esset futura gloria nec vita, cum tamen alia sit huic valde dissimilis, aliaq; vita quærenda, quocirca hanc stultam satis & nociuã
Esai. 5. solertiam ingemiscit propheta dicens. Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & opus Domini negligitis. Tandem Christus adeò erat prædicationi deditus & populus attentioni, vt necesse fuerit Apostolos meminisse cibi, qua propter sequitur in contextu. *Et accedentes duodecim dixerunt illi. Dimitte turbas, Vt euntes in castella, villasque, quæ circa sunt diuertant & inueniant escas, quia hîc in loco deserto sumus.* Nulla est discordia inter Euangelistas de hac re, quia considerantes discipuli quod iam transiret meridies & quod Christus adhuc prædicaret, dixerunt illi quod dimitteret turbas, quibus Christus iussit parari illis ad manducandum, vt hîc dicit Lucas, & statim post hæc dixit soli
Ioan. 4. Philippo. Vnde ememus panes vt manducent hi? Ex his ergo dictis, Euangelistarum simul sumptis colligitur vna plena narratio, inter quos nulla est contrarietas, cum vnus Euangelista suppleat, quod alius prætermittit. ¶ Obserua autem quod discipuli qui Christo familiares erant rogauerunt ipsum pro turba, sic etiam cum mulier illa
Matth. 15. Cananæa clamabat post Christum. Apostoli preces fuderunt pro illa, & quod notatu dignum est, mulier illa Cananæa non petiuit ab Apostolis auxilium ad hoc, nec turba hæc sumpsit illos patronos, sed ipsimet sponte sua ad Christum accedentes rogauerunt illum pro turba. Discat ergo hoc populus Christianus, & semper intendat patrocinium miseris & egenis præstare, potissimè quibus ad hoc patet aditus, vt illi qui appropinquant regibus & principibus & prælatis. Nobiles, diuites, & populorum capita, protegere debent pauperes, & eos qui laborant infirmitate, & pro eis rogare & alloqui iudices, eosque tueri & defendere ab iniurijs & dolis, quæ passim illis fiunt. Sed proh dolor, non modo opera hæc charitatis impẽdunt, imò multi istorum, quemadmodum Doëg ille Idumeus familiaritate cõiunctus
1. Reg. 22. regi Sauli, cui obsecutus zizania seminando dicens quod Abimelec sacerdos panes dederat Dauidi, quæ quidem monitio ansam præbuit Sauli regi superbo, vt interficeret
1. Reg. 23. octoginta quinque sacerdotes, & euerteret ciuitatem Nobe. Hoc idem fecisse viros Ceilæ & Cipheos aduersus Dauidem,
1. Reg. 26. scriptura commemorat. Tale quidem sem-

per est patrocinium & auxilium istorum, qui principibus & magnatibus adhærent paruipendentes commodum pauperum, nec dicentes principibus subditorum bona, sed potiùs ea, quibus in iram promoueant illos, vt puniant & persequantur subditos, quemadmodum faciebat Saul contra Dauidem, motus zizanijs Doëg & aliorum.

¶ Præterea, nullus de turba hoc petijt à Christo, quia nouerant illum prudentissimum & consequenter non eum latere quid eis necesse esset. Sic tu omnia dispositioni diuinæ committe & commenda iuxta illud beati Petri. Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi curæ est de vobis. ¶ Denique nec Apostoli dixerunt Christo, quod satiaret turbas, sed quod dimitteret, nondum enim credidêrãt tantam posse satiare multitudinem, quia nihil tale hucusque viderant eum fecisse, ideo ex fidei imperfectione hoc dixerunt, quia adhuc non sufficienter de Christo sentiebant, quæ oportebat sentire & credere, nam quando Christus eis iussit parare turbæ cibum, respondere debuerant nos non possumus, tu verò Domine poteris si vis, sed dixerunt, non habemus nisi quinque panes. Et Philippus interrogatus respondit, ducentorum denariorum, &c. Verum licet ex fidei defectu argui possint discipuli, tamen laudandi ex alia parte videntur, quia curam habuerunt turbæ, & Dominum pro ea rogauerunt. Admonet locus iste prælatos, successores quidem Apostolorum, vt soliciti sint & solertes pro necessitatibus pauperum, sicut scimus ex historijs veteres Episcopos fuisse, & Paulus sollicitus fuit de collectis pauperum. Sed non item nostrîtẽporis prælati, quinimo multi eorum maiorem curam habent, vt delitiosè viuant, ita vt possimus lugere quod olim Hieremias, Paruuli (inquit) petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Pascunt enim seipsos & non gregem, ita vt de eis verè dicatur. Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. *Ait autem ad illos. Vos date illis manducare.* Discipuli dicunt Christo, dimitte turbas, sed Christus ait, date illis manducare, quia diuinæ maiestati non placuit ieiunos dimittere, nec licet quidem fidelibus, & Ecclesiasticis viris dimittere pauperes famelicos, sed dare illis manducare. Hoc enim munus est Ecclesiasticorum, & sic olim hospitalia pauperum consueuerunt iuxta ecclesias situari, vt in promptu essent pauperes, & in hunc finem cõcessi sunt tot redditus ecclesijs, vt viri Ecclesiastici haberent vnde subuenire possent pauperibus. Et Christus Dominus non solum ad cantus & cæremonias instituit in ecclesia tot sacerdotes & ministros. Imò ad hoc, vt hospitales & pauperum fautores perpetuò essent, magis enim diligit misericordiam, quàm
Osee. 6. sacrificium, & pietatem quàm cantica & organa. Vnde Amos propheta. Putant quod tangunt instrumenta & cantica Dauid bibentes in phialis, & optimo vnguento delibuti, & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Arbitrantur suis musicis instrumentis se dæmones expellere quemadmodum Dauid, dæmones autem magis timent Dauidis charitatem, quàm ipsius cantica. Quapropter vt Ecclesiastici sint patres pauperum, nohuit ecclesia quòd sint vxorati, nam si modo consobrinis & cognatis remotis bona ecclesiæ applicant, quid fieret eum filijs legitimis. Charitas qua olim Ecclesiasticæ personæ erga pauperes vtebantur, fuit occasio Christianis, tot, tantaque prædia ecclesijs applicandi, confidebant enim id in obsequium Dei futurum, fructusque prædiorum rectè distribuendos inter ministros & pauperes.

¶ Secundò commendat locus iste curam quã patres & prælati & gubernatores reipublicæ debent habere de suis. Iacob curam habuit cum audiuit, quod frumenta venderentur in Ægypto, & non filij eius. Vnde eis dixit. Quare negligitis? Sic nec hæc turba curã habebat de cibo, sed Christus illã habuit.

¶ Tertiò insinuat quemadmodum Deus necessaria præbet omnibus illis qui vestigia sua sequuntur & nunquam in necessarijs deficit. Fac vt officio præstes & non deficiet tibi Deus sicut non defuit istis. Erat sanctus
3. Reg. 17. propheta Daniel in lacu leonum in Babylonia, atque ibi Deus victum ei præbuit. Sic prouidit Eliæ præcipiens viduæ Sareptanæ, vt pasceret eum, & etiam carnes ei ministrans. Sic filijs Israel prouidit in deserto pane cœlesti & manna suauissimo. Ideo
Matth. 14. Dominus ait. Videte volatilia cæli, quæ nõ seminant neque nent, & dominus pascit illa. Quapropter Dauid ait in Psalmo. Iacta cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutriet. Necessarijs oblitis sequebantur hi hõmines Christum in deserto, sed nihil eis defuit. Fac vt officio præstes, & sequere Chri-

stum, minime pertimescas, ipse tamen te iuuabit, atque in rebus necessarijs tibi non deficiet, scriptum est enim. Non vidi iustum
Psalm. 36. derelictum, nec semẽ eius quærens panem.

¶ Quartò aduerte, quòd sicut Christus dedit his victum per manus Apostolorum, sic dat pauperibus per manus diuitum. Bene poterat Deus ex aëre illos alere, vel facere, quòd non famescerẽt, & idipsum nunc pauperibus concedere, quos Deus poterat diuitijs omnibus affluentes facere, cùm nullo labore, nec sumptu omnes possit diuitijs cumulare, sed voluit in mundo esse pauperes, famelicos, atq; omnium rerum penuria, indigentiaq; laborantes, vt in diuites beneficus esset, quia cupit hoc medio eos salutem consequi, & pauperes etiam patientiam habentes regnum cælorum adipisci.

¶ Quinto obseruandum, quod Philippo dicit. Vnde ememus panes vt manducent hi? In quo verbo duo considerandasunt. Primum quod de panibus interrogat. Cur Domine non quæris nisi de solo pane? Vnde (inquit) ememus panes? sunt quidem alia multa de quibus esset cura habenda. Vnde ememus bombycem ad conficiendam tunicam muliebrem aliasque diuersi generis & artis vestes, quas hominum mulierumque elatio & vanitas excogitauit? Die quæso, vnde ememus armillas, annulos, emblemmata, dextrocheria, strata, puluinos sericos gausapinos, cæteraque ad mundum muliebrem spectantia, quæ non nisi mulcis nummis quibus caremus, comparantur? Vnde ememus tot res, quibus indigemus, vt possimus vanitatem & superbiam nostram diu sustinere? Vnde emimus ea, quæ sæculi huius perituri, & caduci deliramenta fouẽt, & enutriunt? Solius ne cibi Domine curam habes? Nunquid ignoras multos esse, qui victui necessaria omnino spernunt, vt mundi vanitates possint conseruare? Sed est ote solius cibi curam habere, cur interrogas de solo pane? cur non quæris vnde habebimus capones, perdices, gallinas, phasianos, attagines, pauones, ceruos, vitulas? Quia hæc omnia superflua sunt, hoc autem necessarium, illud ad ostentationem, & istud ad sustentationem. Vnde Paulus, Habentes ali-
1. Timo. 6. menta, & quibus tegamur, his contenti simus. Paterfamilias, qui filijs suis alimenta tribuit, præbet sane necessaria, sed non ligurritiones, cupediasque.

¶ Secundo interrogauit, vnde ememus panes?

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes? non quod aliquid ignoraret, quia Euãgelista dixit. Ipse enim sciebat quid esset facturus, sed interrogauit Philippum, & suos discipulos consuluit, vt doceret ne consilia minorum paruipendamus, sed quanuis prælati simus, & docti, & literati, atque sapientes, sciamus homines esse & errare posse, & alios quanuis minores sint, aliquã

Exo. 18. do bona consulere, & sapienter loqui. Moses vir sapientissimus, & qui cum Deo quotidie loquebatur, audiuit consilium Ietro

4. Reg. 6. Madianitæ, & gentilis. Naaman etiam Syrus, cum indignans reuerteretur in curru

Leg. Aug. li. 2. dequæst. in Exo. c. 68. suo, audiuit consilium seruorum suorum, quod non est aspernatus, sed illis acquiescens descendit, & lauit se in Iordane, & mũdatus est à lepra. Pyropus auro cælatus pretium suum nequaquam perdit, sic etiam ille, qui sapiens est nihil suæ scientiæ deperdit cum alium consulit minus sapientem, si

Gen. 37. cut aurum minoris æstimatur, quàm Pyropus, seu carbunculus, &c. Iosepho ipsiusmet consilia obfuerunt, quia somniauit spicas ipsummet adorare, & Solem, Lunam, vndecimque stellas cultum ei, & reuerentiam præbere, propter quod in odium fratrum incidit, & ab ipsis venditus est. Somnia vero aliorum ei maxime profuerunt,

Gen. 40. nam somnia pincernæ, & pistoris, & somnia Pharaonis eum magnopere in Ægypto extulerunt, & in maximos dignitatis & honoris gradus collocauerunt. Eodem fere modo tibi ipsi propria consilia perniciem & calamitatem adferunt, aliena vero emolumentum. Multi prælati consilia subditorum superbe despiciunt, seipsos sapientissimos, & prudentes æstimantes. Christus Dominus omnium, & æterna sapientia cõsulit Philippum & simplices, atque idiotas piscatores, sciẽs quid est facturus, & tu adeò arrogans es, vt consilium subditorum contemnas? Opus est vt principes & prælati habeant iuxta se viros sapientes, cum quibus consulant sua negotia, ideo throni sunt in cælo iuxta cherubim, vt scias quod illi qui in throno potestatis, & dignitatis sedẽt,

Apoc. 4. sapientes consulant, & habeant iuxta se à quibus illuminentur. Quare in Apocalypsi legitur quod qui sedebat in throno habebat in circuitu iuxta se vigintiquatuor seniores. Non poterat gressum dare, nisi impingeret in senibus, in quibus est sapientia. Sic qui sedet in cathedra prælaturæ, circũdatus esse debet senioribus, & sapientibus, nõ tantum ætate, quantum moribus, sensu & intellectu, nam vt sapiens ait, Senectus venerabilis est non diuturna, neq; numero annorũ cõputata. Sic Dñs dixit Moysi, Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israel quos tu nosti, quod senes populi sint, & magistri. In eo quod ait. Quos tu nosti quod senes sint, insinuat quod non de his, qui canos habebant in capite loquebatur, sed de his quos conuersatione, & experiẽtia agnoscebat Moses viros esse prudentes, senfatos & morigeratos, ij enim eligendi sunt ad cõsilia, & regimen populi, consilio enim istorum facilius operaberis, & moueberis. Orbes enim inferiores motu proprio ab occidente in orientem parum ambulant, cælum solis in vnico anno integro reuolutionem cõplet, alij etiam cæli per mille annos vix vnum circulum motu proprio perficiunt. Verum ad motum alterius cæli, scilicet, primi mobilis intra viginti quatuor horarum spatiũ ab oriente in occidentem, omnes illi cæli inferiores totum circuũt orbem. Sic tu, qui per te ipsum solum, & tuo tantum fretus consilio pauca perficis, & operaris, aliorum suffragio multo plura, & maiora perficies. Subijce te aliorum consilio, libenter patere ab alijs moueri, & videbis quid sis actutus. Sed ò superbia prælatorum nostri temporis, arrogantia, fastus, & ambitio! Plurimos inuenies, qui maiorum obedientiæ subiecti multis annis vixerunt, at postquam vident se prælatos, & liberos ab obedientia, nolunt fatigari vlterius iugo obedientiæ, nec alicui obtemperare, sed volunt sua libertate gaudere, & extendere habenas, quicquid cogitant, quicquid appetunt, & desiderant, denique & quicquid volunt, & cupiunt, statim opere adimplent. Hac de causa sapientes odiunt, literatos, & viros probos, & cordatos abijciunt, odiunt, & à se eliminant, stultos autem, & idiotas insipientes, & fatuos in socios ascisunt, & secum ducunt, & indiuidui comites sunt. Cur ita? Quia cum sapientibus subditi sunt, & cum stultis prælati, & domini. Dominari volũt, non subijci, & sua libertate gaudere, nõ consilio sapientum obtemperare. Cum pijs subditi sunt, nam ipsi in illicitis obuiant prælatis, discoli tamen laudant prælatum, licet malum agat, & si prælatus domum incẽdere voluerit, statim ignem adducũt. Perpauros inuenies subditos, qui positi in dignitate, & officio prælaturæ, velint cõsilio vti sapientum,

pientum, & subijci viris optimis, quia dominari volunt, nõ subijci. Natura hæc infirma, & imbecillis, libertate gaudet, & fruitur illa, nisi ratione, & Dei spiritu, & virtute regatur, &c. Sed ad contextum. *At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quam quinque panes & duo pisces, nisi forte nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas.* Ex quo patet quod isti panes discipulorum erant, & non aliorum, & etiam patet quia dixerunt, dimitte turbas, quod non dixissent si indiguissent ipsi cibo sicut turbæ, sed dixissent, eamus & quæramus omnibus cibos. ¶ Quæro, si Dñs dixerat Apostolis, Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calceamenta, &c. Quomodo hic panes portabant? Dicendum quod hoc illis præcepit cùm ad prædicandũ mittebat eos, verùm hic à prædicatione redibãt Apostoli sequuturi Dñm, & ex consuetudine aliquid secum acceperant, sicut alio in loco commemoratur eos fuisse panis oblitos. Discant hic prædicatores verbi Dei, quã austeram oporteat vitã habere, cum hic apostoli magni principes ecclesiæ non lauta cõuiuia, aut cibos secum portabant, sed panes, ordeaceos, & pauciss imos. Discãt etiam ab apostolis humanitatem quam habebãt, qui præsentem necessitatem vidẽtes parati sunt omnes suas pecunias exponere, & ipsi ire emere escas ad turbas satiandas ne deficerẽt, exemplo enim magistri didicerunt esse hospitales. Arguitur nostra tenacitas, & animus nullo cõmiserationis affectu vincibilis. Ipsi necessaria impartiri erãt parati, sed nos pauperibus de his etiam, quæ superflua habemus, & quibus non vtimur, nõ largimur, nimium nobis videtur quicquid alijs in necessitate impartimur, ita vt exempla sancto rum Apostolorum apud nos Christianos nunc sint quam rarissima. ¶ Obserua quod istos quinque panes vnus puer portabat, & habebat, vt inquit Ioannes. Commendat Christus Dñs ecclesiam suam Diuo Petro, cõstituitque Episcopos animarum pastores Apostolos sanctos, & virtute præditos, ijs animas commendat, & officium prædicandi, crumenã verò & pecuniam Iudæ tradit, & panis, alimentum corporum, puero cuidam dandus datur. Quid hoc est Dñe? Puero da fuit? In hoc videbis quam parui pendat Deus res has temporales, & in quanto pretio habeat res spirituales, animas & res spirituales commendat hominibus virtutis sectatoribus & sanctis & bonæ frugis, at res temporales cuiuis, etiam negligenti committit curandas, & cibum victumque corporeum puero administrandum dat. Nõ sic faciunt multi Episcopi, qui non constituunt sibi Oeconomos & obsonatores nisi homines præditos & fideles, & bonæ mentis, ne furentur. Vt cõfidant claues pecuniarum, vel tritici, vel bonorum temporalium, quærunt meliorem, & optimæ conscientiæ, at verò ecclesiæ beneficia, & præbendas pueris conferunt, quia consobrini, & consanguinei sunt, res temporales commendant hominibus iam puberibus perfecti iudicij, & conscientiæ, at vero animarum curam committunt puerulo, & bona spiritualia commendant infantibus. E contra Dominus Iesus. Quãdo Deus prædixit mortem Moysi, statim ipse habuit curam quod Deus traderet populum, cui ipse præerat, homini digno, & iusto, & dixit. Prouideat Dñs Deus spi- *Num. 27.*
ritum omnis carnis, hominem qui possit esse super multitudinem hanc, & possit exire, & intrare, &c. ¶ Expende etiam hominum conditionem, quæ quidem hæc est impossibilia facere, quę Deo facillima sunt. Sic Moses ferè dixit hæc verba, quæ Apostoli *Num. 1.*
dixerunt diffidentes, sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis dabo eis esum carnium mense integro, &c. Vides quid natura, & ratio facit, ac cogitat in necessitate quæ tantum præsenti frumento inhiat, & si quid horum desit, nullius consilij est. At fides longe alios oculos habet, qui non tantum ea, quæ ꝙ præsentia sunt vident, sed Dei omnipotentiam considerant. Multa miracula viderant Apostoli, & ipsi fecerant, nunc autem cum necessitas adest, dubitare incipiunt & diffidere. Ioannes dicit quod Philippus diffidens dixit, ducentorum denariorum, &c. Et Andreas subdidit, est puer vnus hic, &c. Sed hæc quid sunt inter tantos? Quod Lucas in genere de paucitate fidei Apostolorum loquutus est, Ioannes specialiter dixit de Philippo, & postea de Andrea fratre eius. Vbi vide quomodo vnus homo peccans adducat aliũ ad peccandum. Diffidentia Philippi adduxit Andream post suum peccatum, sic Eua *Gen. 3.* *Gen. 19.*
traxit Adam ad peccandum, postquam ipsa peccauerat, & filia maior Loth traxit minorem, &c. Hanc autem discipulorum incredulitatem scribunt Euangelistæ, vt ex ipsis discamus nõ diffidere, & ardentius pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc. 17. tamus. Domine adauge nobis fidem, cum tamen difficile sit in necessitate fidere. Erãt ferè quinque millia hominum, & nullus alterum iuuare poterat, sed nec apostoli, nisi solus ipse Christus, sancti multum valent apud Deum ad nostrum adiutorium, attamen sine ipso Deo parum prosunt. Verum vt tu videas quod non tractat nos Christus iuxta exigẽtiam meritorum nostrorum, nisi secundum suam bonitatem, & clementiã,

Psalm. 102. Non enim secundũ opera iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit, sicut enim pater miseretur filiorum, misertus est dominus nobis, recordatus est enim quod puluis sumus, &c. Ideo que non obstantibus quod Apostoli nõ credebant, & quod diffidebant, tamen dominus suæ benignitatis non oblitus, miraculũ facere non dubitauit. Sed vt miraculi magnitudinem ostendat, scribit Euangelista numerum virorum, qui illic erant, dicens. *Erant autem ferè viri quinque millia.* Dicuntur viri masculini sexus à viginti annis & suprà valentes ad bella procedere. De mulieribus verò, & paruulis, qui forsitan numerum virorum vicerunt, non fit mentio, quia secundum consuetudinem legis, soli viri

Num. 1. numerari consueuerunt. Matthæus, & Marcus simpliciter dicunt quod erant quinque millia virorum, non curantes de tali excessu, vel defectu tantillo. Consuetudo enim scripturæ est, vt ponendo notabilem quantitatem in magnitudine, vel multitudine, non curet de modico quod fortè super

Gen. 5. fuit, aut defuit. Sic enim in veteri testamento dicuntur homines tot annis vixisse, & raro, vel nunquam fit mentio nisi de annis, cùm tamen non sit verisimile, quod omnes illi vixerunt tot annis præcisè, quasi eodem die morientes, quo nati fuerunt. *Ait autem ad discipulos suos. Facite illos discumbere per conuiuia, quinquagenos.* Non arguit eos de fide modica & fragili, sed dicit, facite discumbere, si autem illi tunc temporis instarent dicentes. Quorsum debent sedere, cum quinque panes non sufficiant, vt quisque possit ne buccellã quidem accipere? Tunc sanè Christus eos reprehenderet. Non valde Deus miratur quod peccata & flagitia committamus, quia ipse cognouit figmentum nostrum, & scit nos esse imbecilles & ad peccandum pronos, attamen maxime scandalizatur cum ad peccandũ renitimur, & contendimus, & ad peccatum tanquam ad vomitum reuertimur in ipso perseuerantes & consistentes mordicus & maxima cũ obstinatione. Peccauerunt quidem Apostoli credentes Christum haud quaquã posse quinq; panibus tot turbas reficere. Christus autem nullo modo eos reprehendit, aut verbum vllum durum illis exprobrat. Attamen si cùm eis præcepit vt facerent turbas discumbere, ipsi insisterent & replicarent dicentes non opus esse, cum modici essent panes ad tantam turbam reficiendam, tunc equidem Christus tãquam renitentibus, & in sua modica fide persistentibus eis obuiaret. Sed ipsi apostoli sancti ad se reuertentes, & perpendẽtes miracula quæ paulò ante viderãt magistrum suum edere, pœnituerunt præteritæ culpæ, crediderunt q; Christum Dñm posse totam illam multitudinẽ hominum satiare, & sic magistro suo obtemperarunt sine renitentia, & dubio suæ potestatis, sicut antea fecerant. Sic etiã Diuo Petro cum nolebat Christum ei pedes lauare prima vice non cum reprehendit, sed blandè eum alloquutus est, dicens. Quod ego facio tu nescis modo. Quia vero fuit pertinax, & contumax, & semel atque iterum fuit inobediens, tunc eum acriter redarguit dicẽs. Si non lauero te, non habebis partem mecũ. Aduerte homo diligenter, quod si quidem tanquam imbecillis lapsus es, attamen surgere ne moreris, & ad te iterum reuertaris, & conuertaris, te ipsumque corrigas sicut fecerunt sancti isti Apostoli. Hominum est peccare, dæmonum vero perseuerare, siquidem peccas, sit tanquam casu, & forte fortuna, nõ vero data opera, vel prudens, & scies, cum pertinacia tanquam proteruus, & versutus, pecca tanquam homo, non autem tanquam dæmon. Reuertere cõfestim ad Deũ, non autem sis obduratus tanquam dæmon. Hoc deflebat propheta Baruch super Israel dicens. Quid est Israel, quod in terra inimicorum es? Inueterasti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cũ descendẽtibus in infernũ. Præterea etiam si Christus eos verbis non reprehendit, operibus tamen obiurgauit, nam satis eorum incredulitatẽ taxauit cum viderunt quid Christus fecerit & miraculũ ingens quod patrauit, & ipsi confusi & suspensi essent propter incredulitatem qua prius affecti, & contaminati fuerant. Sic etiã Deus te reprehendit operibus, ægritudines, & ærumnas inferendo, vt teipsum corrigas & emendes, & ad

bonam frugem confugias, & non solum per seipsum, verum etiam per opera & exẽpla suorum seruorum. Quid nam esse putas cum vides vicinum tuũ tota integra quadragesima ieiunantem, omnibusq; quadragesimalibus diebus sacrum & concionem audientem, nisi reprehensionem, quam Deus tibi infert, tibi (inquam) qui cœnam capis, & dormis vsque ad meridiem? Sancta vita illius & exemplo te reprehendit Deus, & castigat, &c. ¶ Obserua autẽ quod præcipit, vt per cõuiuia sedeant quinquageni ordinatim, quia vt Paulus ait, ea quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Et iterum, Omnia honestè, & secundum ordinem fiant in vobis. Multum enim Deũ offendit cõfundere, quæ ipse voluit vt essent discreta. Ideo prohibuit Dñs agrum diuerso semine seminari, animalia diuersarum specierum coire, & vestẽ diuersis licijs textã gestare. Hac de causa lucem diuisit Deus à tenebris, aquas ab aquis, & à terra aquas segregauit. Et in Leuitico præcepit, vt membra vituli, qui offerebatur in sacrificium, essent ordinata, strue ligno-rum ante cõposita. Vides quomodo Deus etiam ligna, & omnia vult quod sint composita, & ordinata? Ioseph etiam in Ægypto voluit vt fratres ordinatè sederent in mẽsa, primogeniti iuxta primogenita sua, & minimi iuxta ætatem suam. Sed iam nunc mundus imago est inferni, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Tanti se facit cerdo & sutor, quanti eques & nobilis, tam opipare vult comedere, tãq; sumptuosa, & nitida vti veste, qui paruos habet rumos, quã qui ingentes. Nemo vult seipsum agnoscere, nec expẽdere iuxta id quod possidet. Et sic videbis multos pigneratos, ære alieno oppressos, denicq; perditos eo quod nullum obseruant ordinem & modũ in expendendo. Vnusquisque, etsi non tantas habeat possessiones, & bona sicut alius, vult tamen haberi æquè bonus imò melior alio. Et sic mũdus ad interitum ruit, & homines consumuntur, & pereunt omnino, adeò, vt nullus sit, qui argẽteum quidem possideat. Cur quæso? Quia in sumptibus, & expensis modus, & ordo non seruatur vllus, &c. *Et ita fecerunt.* Sicut præcepit Dñs ita Apostoli fecerunt, quod certè non facerent, nisi crederent quod posset illos satiare ex illis quinque panibus, nam si non crederent, dicerent. Ad quid præcipis, vt sedeant, cum nõ sint nobis, nisi quinque panes? Tamen credentes fecerunt quod iusserat dominus, in quo facto duo considera. Primum est quomodo iam Apostoli proficiunt in fide, ita vt credant simplici verbo Christi, nihil interrogantes, neque dubitantes. Docemur eorum exemplo ne in Dei mandatis curiosè quid disquiramus cur hoc, vel illud præceperit Deus, aut quì fieri possit, sed simpliciter credere, & morigerari debemus, sicut Abraham, qui credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cum Christus lo- *Gen.* 22.
queretur cum Nicodemo de arduis rebus fi- *Rom.* 4.
dei, malè ille interrogauit dicens. Quomo- *Galat.* 3.
do possunt hæc fieri? Noli metiri opera Dei, *Iacob.* 2.
tam parua mensura sicut est tuus intellectus *Ioan.* 3.
& mens. Si ego Deum, & res suas comprehenderem, ob id solum Deo non crederem: non enim debeo ego credere Deo tam minimo, quem meus intellectus capit. Ideo quanto minus Deum assequor, tanto intelligo eum esse incomprehensibilem, & immensum, & quia est tam incomprehensibilis & infinitus, propterea eum adoro, & habeo pro Deo meo omnipotenti, eique credo. Non disputant hic cum Christo apostoli, sed simpliciter audiunt, credunt & obediunt. Cur quæso perijt Eua? Quia cum *Gen.* 3.
dæmone disputauit & disseruit quid Deus ei præceperit. Quando dæmon ei dixit, cur præcepit vobis Deus, vt de ligno vitæ ne comederetis? deberet sanè ipsa respondere. Deus nobis hoc præcepit, & hoc sat est, me illi obedire. Cur præceperit, non est subditi inquirere: quoniam eius officium est obtemperare, & non disputare.
Vnde Paulus Corinthijs suis ait. Timeo au- *2. Cor.* 11.
tem ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. Sed de his aliàs. Secundo vide sanctorum Apostolorum obedientiam, qui nihil cunctantes, aut interrogantes fecerunt quod Domi-
nus præcepit. Sic Abrahæ obedientia mul- *Gen.* 22.
tis nominibus in scriptura commendatur, qui sic Domino præcipienti obediuit, cum filium voluit sacrificare, vera enim fides, & obedientia non disputant, sed simpliciter obediunt. ¶ Discamus ab Apostolis hanc promptam obedientiam, & sedulo in omnibus obedire præpositis, obedientia enim quasi equus in paradisum vadit alieno sensui, & alienæ voluntati, quasi pedibus alienis innitendo, ideò velocius vadit, quia pedes, quibus innititur, velociores sunt pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prouer. 3. prijs. De his Salomon ait: Viæ eius, viæ
Num. 19. pulchræ. In Numeris etiam habetur, quod vas, quod ligaturam desuper non habet, sit immundum. Alliga tuam voluntatem, quæ est vas Dei, submittendo illam, & colligando illam voluntati Prælati, si non vis esse vas reprobatum à templo Domini.

Gen. 16. Omne malum, & infortunium quod Agar contigit vt à domo Domini sui exterminaretur, propterea ei accidit, quia noluit esse obediens dominæ suæ Saræ, & sic ei inobedienti non defuerunt angustiæ, gemitus, ærumnæque in deserto, sicuti nec tibi deerunt nisi obedias, nec extra obedientiam inuenies requiem, nec perfectum gaudium Ideo, Reuertere (dixit angelus) & humilia re prælato tuo, &c. *Et discubuerunt omnes.* Quemadmodum sancti Apostoli simpliciter credebant, & faciebant quod illis Christus iniunxerat, sic faciebat & populus. Sic quando prælati ecclesiæ benè viuunt, oues eadem faciunt. Nemo, cur discumbere debent, interrogat, sed simpliciter obedientes, spe bona discumbebant. At vbi se parant homines, ibi Deus libenter sua opera facit, imò nulla est alia causa quod parcus Deus in nos sit, quàm quod illi obstamus. Iubet nos discumbere, sed nemo est qui obsequatur. Quisquis autem illo iubente non discumbit, & morem gerit, eum quoque nõ pascit. Nullus enim potest edere de panibus Iesu, nisi obedierit Iesu, & fecerit quod præcipit illi Deus, sic etiam non sedebit in mensa Iesu in regno eius cœlesti, si non obseruauerit præcepta, & mandata, quæ ipse tradidit. Obserua etiam quod discubuerunt omnes in deserto illo super terram, pauci enim eorum habebant vestes pretiosas, si enim habuissent, vix recumbere voluissent super terram, vt intelligas non multos sapiẽtes, nobiles, aut diuites ex Christi pane manducare, vel certè si diuites, & nobiles erant, hæc contemnentes in vili humo sedebant. Itaque hi diuitias, & delicias contemnant, & in nouissimo loco recumbant, vt edere possint. Ergo ad edendum panem hunc requiritur ea animi modestia, vt non te credas altiori loco dignum, quã humili terra. Tunc requiritur ea obedientia ad Domini voluntatem, vt sis te ex regio throno ad puluerem descendere præceperit, non murmures, sed facilem te præbeas. Eant nunc pomposi homines, auro, & purpura tecti, eant superbi, eant inflati, vt cibo cœlesti satientur. Nõ sapit cibus hic pleno stomacho, nec sapit manna his, qui cœpis, & alijs sunt satiati. Sed procedamus. *Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, suspexit in cælum.* Iam incipit Christus suam omnipotentiam declarare. Distulit Dñs miraculũ, & expectauit vt famem turbæ paterentur, & imbecillitatem discipulorum expertus est, & cum iam omnia desperata sunt, facit miraculum, vt melius cognoscatur. Ita in nuptijs aquam non conuertit in vinum, donec vini penuria omnibus innotuisset, nam si statim succurreret, antequã necessitas esset manifesta, nemo crederet eius virtute id factum fuisse. Sed duo hic dicit, primum quod accepit panem, & pisces, secundum quod suspexit in cælum. Sed singula hæc obseruanda sunt. Primò accepit panem, cum isti panes erant in manu pueri, non sufficiebant ad satiandam illam maximam multitudinem. At cum Christus illos in suis manibus sumpsit, creuerunt, & multiplicati sunt. Sic opera quę tu facis perse, & in tuis manibus, parui momenti sunt, sed cum in manibus Christi ea posueris multiplicabit illa diuina virtus, & augebit fruges iustitiæ nostræ. Nam vt Paulus ait, non qui seminat, aut qui plantat, sed incrementum dat Deus. ¶ Expende etiã, quod bene poterat Christus creare panes de nouo, absq; eo quod multiplicaret illos quinque panes, sed noluit nisi quod discipuli eius ei offerrent illos panes. Vult nãq; nos ei offerre ad quod ex nostra parte possumus, ipse vero reliquũ perficiet, quod quidẽ est præcipuum. Non ergo ij panes sufficiebant nisi Deus miraculum fecisset. Nequaquam vult Deus totum perficere, imò quod tu etiam aliquid agas, vt cælum merearis. Verum tamen est quod opera nostra ex se non sunt digna, vt mereãtur gloriam æternam, at per merita Christi & gratia diuina adiuuante, & & fauente eõ sequemur, & merebimur gloriam. Minimè vult Deus totum facere, imò quod simus & nos adiutores Dei, & cooperatores Christi offerentes ei panes, & facientes ex nobis id quod possumus, tunc autem Deus nos adiuuabit, & gratiam dabit, eiusque adiutorio, & fauore miraculum fiet. Minimum quidem fuit quod fecit Gedeon & eius socij, quando Madian vicerunt, attamen voluit Deus illam victoriam dare Gedeoni, & illis trecentis viris, non verò propter illos timidos, & imbecilles, quos eiecerunt, & repudiarunt. Deus est qui facit sanctos iuxta illud Pauli. Non ego, sed gratia Dei mecũ. Veruntamen hæc gratia non confertur à Deo nisi illis qui se disponunt & præparãt, & vtuntur bene accepta gratia. Non totum es tu facturus, quandoquidem sine gratia Dei nihil omnino potes, nec totum debes Deo relinquere te nihil agente, & operante. Tu ex tua parte fac quod teneris, & Deus ex sua faciet id quod est præcipuũ, & vtroque operante, scilicet, tu & Deus & Deus & tu, tunc fiet miraculum. Homines offerunt panes, Christus autem miraculum facit. Parum prodesset quod homines offerrent panes, ni Christus suam adiungeret omnipotentiam. Nec etiam Christus vult suam omnipotentia vti nisi ei dederimus panes. Rectè quidem poterat te in cælum deducere, sine hoc quod tu aliquid adderes, attamẽ vult quod tu etiam labores, & offeras panes, & facias quod potes. Totum igitur gratiæ, magis quam viribus nostris ascribendũ, tamen & viribus nostris, quia gratia non facit sine viribus nostris, sed nec vires nostræ faciunt nisi per gratiam Dei cooperantis, illa excitante, illa dirigente, ac adiuuante, fiunt à nobis opera Euangelicæ functionis, grata Deo, & meritoria vitæ. Ideoque vult à nobis panes, quos accipiens in manibus multiplicauit, dedit que virtutem satiandi turbas. ¶ Secundo postquam accepit panes suspexit in cælum. Docet totum quod agimus, & quicquid in nobis est, Deo ascribere, siquidem omne datũ optimũ, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Quic quid enim agimus propter Deum facere studeamus, præsertim eleemosynam, intenti soli in Deo, & oculos nostros, & intentionẽ ad ipsum solum Deũ eleuando. Vnde Dñs, Cum facis eleemosynam noli tuba canere ante te, &c. sed pater tuus, qui videt in abscõdito, reddet tibi. Vidua Eliæ clausit postea ianuam. Docet etiam sustentationem nostram, quæ per cibum est, à Deo expectare, ideo debemus oculos nostros ad Deum erigere quasi ab eo susceptur i, quod petimus. Et cum in omnibus debeamus oculos nostros attollere ad Deum, etiã in petitione cibi corporalis. Ideo dicitur in Psalmo, Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das illis escam in tempore opportuno. Et quia Deus, ad quem respicimus est in cælis, debemus oculos in cælum erige-

re. Ideo Dauid: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Obserua autem, quod aliquando Christus facturus miracula, aspiciebat in cælum quasi petens aliquid ab eo, interdum non aspicit, sed cum potestate loquitur quasi nihil ab alio suscipiens. Volebat enim aliquando operari in potestate propria, vt nõ crederetur minor patre, vt Arriani putauerunt, cùm esset ei naturale operari miracula. Sed leuabat oculos aliquoties ad patrem, vt ostenderet, quod in quantum homo minor erat patre. *Et benedixit illis & fregit.* Solebant Iudæi benedicere eleuando manum, & ponendo illam apertam super id quod erat benedicendum, vt in Leuitico habetur de Aaron summo sacerdote. Iacob etiã posuit manũ super capita Ephraim, & Manasses. Verba autem, quæ dicebant, habẽtur in libro Numerorum. Potest tamẽ hîc accipi, benedicere, pro multiplicare bona, vt sæpe sumitur in sacris literis, de qua benedictione iam in superioribus loquuti sumus plura. Quomodo autem Iudæi benedicebant panem & vinum, cum sedebant in mensa, inferiùs disseremus, cùm venerimus ad locum vbi Christus corpus, & sanguinem suum consecrauit. Hic verò nolo amplius immorari in ijs benedictionibus, quia vt ego existimo, hoc, quod hîc dicit Diuus Lucas sub nomine benedictionis, credo non fuisse benedictionem, eo modo quo sumitur benedicere alijs in locis, nam hoc, quod hîc dicit, benedixit, intelligitur & sumitur pro gratias agere, & inquit D. Ioannes, quod accepit Iesus panes & cum gratias egisset, distribuit: sæpè enim in scriptura sacra benedicere sumitur pro gratias agere, seu laudare. Sic in Deuteronomio dicitur. Obserua, vt benedicas Dominum cum satiatus fueris. Et illud, Benedixit Esdras Dominum Deum altissimum. Et Tobias, Omni tempore benedic Deum. Et in libro Daniel dicitur, Benedixit Daniel Deũ. Et Dauid sæpe hoc vocabulo vtitur pro gratijs agendis Deo. Potest etiam dici, quod benedixerit Christus panes more Iudæorum dicẽs. Benedictus sis Domine Deus noster, Rex mundi qui educis panem de terra. Et post hæc gratias egerit (vt ait Ioannes.) Itaque vtrumque verisimile est, quod fecerit. Voluit autem benedicere, ac gratias age-

Psal. 122.

Leuit. 9. *Gen. 48.*

Num. 6.

Deut. 8.

3. Esdr. 9. *Tob. 4.*

Dan. 2.

re pro corporali cibo, vt doceat nos Deo gratias agere cum ad mensam accedimus, & quod Deum benedicamus. Sic in primo Regum habetur quod puellæ dixerunt Saulí. Non est comesturus populus, donec ille (sci licet Samuel) veniat: quia ipse benedicet
1.Reg.9. hostiæ, & deinceps comedent, qui vocati sunt. Propter hæc potiùs in isto miraculo benedixit, & gratias egit, quàm in alijs; non enim inuenitur in alio benedixisse, nisi in hoc miraculo. *Et distribuit discipulis suis vt ponerent ante turbas.* Non ipsemet, sed per suos discipulos panes porrigit turbis, ne fraude, aut præstigio aliquo rem geri suspicari quis posit. Vbique negotium ità instituit, vt fides nostra per id confirmaretur. Multiplicatio autē hęc fiebat tā in manibus Christi frangētis, quā in manibus discipulorum portantiū, quā in manibus rursus turbarum frāgentiū, & in oribus manducātiū. Multiplicabat autē illos diuina potētia cōuertendo aliquam materiam in panem: nam quælibet materia est in potentia obediētiali ad Deum, vt de illa faciat, quod voluerit: & cū natura per successiones alterationum suarum posit conuertere qualēcunque rem in panem, potest tamen Deus illud subito facere, & ita Christus poterat aerem, aut quācunque aliam materiam subito in panē conuertere, de quo turba aleretur. Accipiendo igitur panis maiorem quantitatem siue hoc fieret per multiplicationem, non addita aliqua quātitate, siue per conuersionē alicuius materiæ extrinsecæ in panē, maximū erat hoc miraculum. ¶ Ad nostram verò eruditionem aliqua in hoc contextu obseruanda sunt. Primum quod discipulis suis, qui apostoli erant, principes terræ, doctores orbis, & seraphim ecclesiæ militātis, iubet vt seruiant populis: vt tu discas humilitatē: quantūcunq; enim aliqua dignitate fulgeas (quę maior dignitate apostolica esse nō potest in terris) debes humiliare te ipsum, & pauperculis, & famelicis seruire, & ministrare. Hęc est Christi Iesu doctrina, in cuius scholā docetur illud. Qui maior est, inter vos fiat sicut minor: & qui præcessor est sicut ministrator
Luc.22. ¶ Secūdò in hoc quod ait, quod discipuli distribuebāt, discimus, munus esse prælatorū cibare & alere populū cibo spiritali intelligentiæ, & populi eum recipere. Non se insinuet vulgus, nec se interijciat in officium & munus prælati: sed contentum sit recipiendo cibum fractum per manus prælati.

Hoc voluit nobis Deus significare & innuere cùm legem dixit, deditq; Moysi. Noluit nanque populum in montem ascendere cum Moyse, sed quod maneret ad radices montis: & quod ab ipso Moyse legem susciperet. Pernicies, & nocumentum manus nullum alicui potest accidere Reipublicę, quàm quod populus velit suffragia habere, & suum interponere consilium inter consules & primates. Reipublicæque gubernatores: & sic maius incommodum & infortunium quod ecclesiæ contingere potest, nullum aliud est, quàm quod vulgus & imperita multitudo velit per seipsam doctrinam accipere, & imbibere, non verò eam velle sibi communicari per manus prælatorum, & concionatorum. Sed nunc cerdones & sartores concionantur apud Lutheranos. Inter alia, quæ ab ecclesiæ prælatis fidibus optimè prouisa, & constituta sunt ab ipsisque hæreticæ impietatis disquisitoribus rectè animaduersa & ordinata, illud etiam non minimam laudem meretur, quod vernaculas Biblias prohibuerunt & interdixerunt. Inscius populus doctrinam & scientiam concipiat à Theologis, & concionatoribus, & ab ijs tantummodo, & per manus istorum sapientiam accipiāt, & per manus eorum comedant panem vitæ, & doctrinæ, sicut etiam populus hic comedebat panem, quem apostoli illi administrabant. Nequaquam contendat suimet manibus cibum percipere, ne illo fortè focetur: sed eum discerptum manibus sacerdotum accipiat. ¶ Tertiò docemur hìc quā ta bona nobis largiatur Deus per manus sanctorum suorum in beatitudine sibi assistentium, prout experti sunt plurimi in prælijs beatū in Iacobum cernentes, & in manifestis periculis alios cùm inuocant sanctos. Hoc, quòd Christus fecit cum hac turba distribuens ei panem per manus apostolorum & nobiscum sæpe facit, largiens bona plurima intercessionibus, & meritis eorum. ¶ Obserua quartò, quod panes Christi ponuntur non otiosis, non in ciuitate, quasi in synagoga, vel in dignitate sæculari residentibus, sed inter deserta quærentibus Christum. His qui renuntiantes paternas domos, & delicias, sequuntur dominū. Sed de his iam diximus. Sequitur. *Et manducauerunt omnes, & saturati sunt.* Qui ad Dei mensam comedunt, semper sunt saturi, & contenti. Sic Dauid in persona iu-

32. storum. Dominus pascit me, & nihil mihi deerit. Qui Deū diligit, est satur, quia qui mundo obsequitur, & obtēperat, semper cibis inhiat, & est famelicus, vnde egregius Psaltes. Diuites egerunt, & esurierunt, in
33. quirentes autem dñm non minuentur omnibono. Et filius eius Salomon. Iustus co-
23. medit, & replet animā suam, venter autem impiorum insaturabilis. Cum quis plures
7. habet diuitias, tunc plures habet indigentias: vbi multæ diuitiæ, ibi multi, qui comedunt eas, quantò ditiores, & locupletiores sunt, tanto plures habent sumptus & expensas, quas sustinere debent, & sic semper eis desunt nummi, & ære alieno opprimuntur. Et si multas habeant dignitates, semper tamen plures alias affectant, & concupiscunt, nec eis vnquam saturantur, & ab ipsa dignitatum & honorum mensa insaturabiles surgunt, nam honoribus nū
20. quam mundani saturantur. Vide Aman, cui rex Assuerus nimis fauebat, & quem maximè extollebat, cui omnia prosperè, & honorificè succedebant, cumque super omnes ab Assuero diligeretur, & solium eius super omnes principes regni collocatum esset, cunctíque serui regis, qui in foribus palatij versabantur ei genua flecterent, & adorarent Aman, tamen tristis, & sine solatio erat, dixitque ad vxorem & amicos postquam eis omnes dignitates suas, & honores retulit. Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto quandiu videro Mardochæum Iudæum sedētem ante fores regias. Multominus saturant deliciæ & voluptates, & quicquid in mundo est. Quamobrem in persona omnium mundanorum dixit filius ille prodigus, Ego hìc fame pereo. Hoc inferiùs suo loco interpretabimur, & etiam illud quod antea Saluator dixit in parabola filij prodigi, quod facta est fames in regione illa. Lege ibidem. Sed cum tantam famem patiantur, qui mundo seruiunt, tamen ij, qui à Deo pascuntur, saturantur, & contenti sunt, vt satis est hìc videre. Et *superfluorum est quod superfuit illis, fragmentorum cophini duodecim.* Aduerte quomodo in mensa Dei omnia abundant, sicuti in mensa mūdi omnia desunt. Voluit tamen Dñs vt superesset ad euidentiam miraculi, nam poterat aliquis dicere, quòd illa non fuerit vera saturatio, sed quòd imaginariè visum fuerit comedentibus quod saturabantur. Sed manentibus reliquijs illius saturationis nullus dicere poterat quod fuerat phantasia, sed veritas rerum. ¶ Ad nostram verò eruditionem discamus quantum possit hospitalitas, & quomodo nostra multiplicātur, cùm damus ea indigentibus. Illa vidua, quæ pa- 3. *Reg.* 17.
uit Heliam ex eleemosyna ditata est, nec farina, neque oleum defecerunt ei. Multò plura fuerunt collecta, quam administrata, plus lucri factum, quam datum. Quinque panes appositi fuerunt, sed duodecim cophinos collegerunt. Crescit enim quod das pau- *Prouer.* 3.
peri famelico. Vnde in Prouerbijs habetur. Honora dominum de tua substantia, & de primitijs omnium frugum tuarū da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Aliqui diuidunt propria, & ditiores fiunt alij rapiunt non sua, & sunt in egestate. Discamus ergo pauperibus eleemosynas elargiri, quandoquidem non solum interiori merito coram Deo erimus maiores, sed etiam in rebus externis augmentabimur. Manna si seruabatur, corrumpebatur, & *Exod.* 16.
vermibus scaturiebat. Sic bona temporalia corrumpuntur si seruentur. Ideo Dñs inferiùs admonet dicens. Vēdite, quæ pos- *Luc.* 12.
sidetis, & date eleemosynam. Et iterum, *Luc.* 16.
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Et quia hæc duo loca inferiùs exponemus de hac re aliquid dicturi, nunc cætera cōsideremus. ¶ Aduerte quod præcipit Christus, vt colligantur fragmenta, ne pereant, quia nō vult Deus, beneficia, quæ in te confert, in te etiam perire, imò quod gratus sis, & eo acceptare feras. Sic Dauid, Quid retribuam domino, pro omni *Psal.* 115.
bus, quæ tribuit mihi? Sic fratres Iosephi re *Gen.* 43.
stituerunt pecunias, quas ille liberaliter dederat. Præterea, nec vult dominus vt dona eius prodigaliter consumas, sed sumere solum quod tibi necesse est. Sic de manna no- *Exod.* 16.
luit Dominus, vt colligerent filij Israel, nisi quod necessarium erat. Colligite (inquit) ex eo, quod ad vescendum sufficit. Sed quid facitis qui necessaria, aut potiùs superflua in immensum multiplicatis? suscipite ad mensuram necessitatis vestræ munera, & dona altissimi: vbi etiam docemur, quàm mala sit superfluitas. Non est parcus Dominus, sed quia nouit quanta mala pariat abundantia, voluit nos ad mensuram suis vti donis. Et cùm pluit manna de cælo in magna copia descendere fecit, vt videas quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam largus sit dominus: voluit tamen ex copia nos tantum quæ necessaria sunt sumere vt discamus etiam in rerum affluentia seruare modestiam, & parcitatē. Ne donis Dei abutamur, neue committamus, vt pereat nobis quicquam quo pauperi succurri queat. Credunt nonnulli honorem consistere in eo, quod res destruantur, & pereāt: expendere ita, vt res consumantur & pereant & nullus fructus, & emolumentum ex eis percipiatur abhominibus, nequaquam est liberalitas, imo vanitas, & insania. Liberalis sane Christus erat, & sic abundē & liberaliter prouidit, quod potius superfuit quàm defuit. Attamen iubet vt colligantur, & seruētur res, quæ perirent ni custodirentur. Cupit & vult Deus nos esse liberales, sed non prodigos, nec profusos & dispersos. Mala enim, quæ sequuntur ex prodigalitate, & profusione, hæc sunt, scilicet, paupertas vsque ad mendicitatem, sicut filius prodigus, qui cupiebat implere ventrem suum de siliquis porcorum, & nemo illi dabat. Frequenter etiam aliena aufert, qui prodige confert: vt videre est in nobilibus & equitibus, qui cum grandi ære alieni summa sint onerati, & supra modum sumptuosi & profusi sint, versuram faciunt, suos oppidanos, & villicos excoriant, & deprædantur: vt pecunias, quas debent, soluant, & vt sibi victum parent. Quorum stultitia tam magna est quod rem illam, quàm super omnia amant facere, ita volunt facere, quod diu facere non possint. Hanc stultitiam ostendit nobis Philosophus dicens. De re familiari impartiendum est, & moderatè: quid enim stultius, quàm quod libenter facias, curare vt diu facere non possis? Præterea stultitia prodigi magna est, qui nihil videtur de diuitijs quærere nisi peccata: peccat enim in acquisitione earum, & in largitione, & alius habet inde vtilitatem: & videtur plus diligere proximū, quàm seipsum, cum tamen in veritate, nec proximum, nec se diligat, licet ex stultitia sua effundat. Ipse quoque dolium est sine fundo, & ideo non est mirum si effundat quicquid acceperit. Et vt concludam, insipientior videtur quam auarus quantum ad hoc, quia auarus insipiens est quantum ad Deum solum, sed prodigus quantum ad Deum, & quantum ad mundū. Dies me deficiet dicentē, si mala quæ ex prodigalitate proficiscūtur, & emanant, persequi velim: quando quidē multa bona cessant, quę faceret quidem prodigus, ni magnam æris alieni summam conflaret, &c. ¶ Obserua autem, quod vt Ioannes ait, cum homines illi viderunt signum quod fecerat Iesus, laudauerunt illum dicentes, Quia hic est verè propheta, qui venturus est in mundum. Cum Christus ejiciebat dæmonia, & alia miracula faciebat, non sic laudabant eum: sed nunc quia saturati erant, & dederat eis escas laudant illum. Sic multi in prosperitate cum Deus datillis diuitias, honores, cibos, aut bona temporalia, laudant Deum: sed cum venit tribulatio, aut deficiunt temporalia, siue cibi, murmurant, detrahunt, impatientes fiunt, sic filij Israel cum exierunt de Ægypto, & viderunt Ægyptios mortuos in mari, quia Deus vindictam fecerat de inimicis eorum, cantauerunt laudantes dominum, & dicentes, Cantemus domino, glorioſe enim magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Sed cum non habebant quid manducarent, & defecerat farina, quam tulerunt de Ægypto, murmurare cœperūt contra dominum eo quod eduxerit eos de Ægypto, &c. Iucundum est igitur hoc miraculum, multo tamen iucundius fit si consideremus quid per hoc Christus significare voluerit nobis. Vt enim si quis indoctus librū videat ornatū, & literis scriptum elegantibus magnopere delectatur, & collaudat etiam scriptorem, sed quid scriptura contineat, ac complectatur, penitus ignorat: verū si quis eiusmodi librum non modo videat, verum etiā legere, & intelligere possit, bis delectatur, primò ex aspectu libri, secundò ex intellectu scripturæ, & verborum. Sic etiam fit cū hoc, & alijs miraculis Christi. Eleuans itaq; Christus oculos, vt hoc miraculum faceret, docuit omnes consolationes, & omnia auxilia ab illo nobis esse petenda, qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione: à quo (vt Iacobus ait) omne datum optimum, & omne donum perfectū, tanquam à patre luminum descendit, pro quo gratiæ sunt Deo agendę. Vnde Paulus. Omne quodcūque facitis in verbo aut opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo. Et iterum. Siue manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriā Dei facite. Docet etiā hæc historia omnibus quærentibus Dei regnum, iustitiam, & gloriam, nunquā defore vitæ necessaria, sicut istis non defuit qui

Luc. 15.

qui Christum sequebantur. Non defuerunt carnes Eliæ, nec Danieli cibus in lacu Leonum, nec filijs Israel manna in deserto, nec viduæ Sareptanæ, quæ pauit Eliam. Consolatur nos hoc miraculum, nam si ita potens est Deus, vt lilia, rosas, & flores agri vestiat, & volatilia cæli pascat, quanto magis credē tes, & in vocatione sua ex charitate per obedientiam ipsum sequentes, & in eo omnem spem suam collocantes, conseruabit, pascet, & eorum curam geret? Ita promisit dicens. Quærite primum regnum Dei, &c. Sic in Psalmo, Non est inopia timentibus eum. Et iterum. Non vidi iustum derelictum, nec semen, &c. Et rursum, Iacta cogitatum tuum in Dominum, & ipse te enutriet. Ægyptum enim pauit per Ioseph, & Agar in solitudine.

¶ Docet etiam externa subsidia non esse reijcienda quando haberi possunt. Potuisset quidem Christus ineffabili sua potentia sustentare istos, vt olim Mosem, & Eliam, sed noluit nisi ex quinque panibus, quia illic aderant. Poterat Noe liberare ab aquis constituens eum in nubibus, vel in alio quouis loco, sed noluit nisi naturali remedio.

Docet Episcopos, & prælatos Ecclesiæ, vt curam gerant subditorum, & vt sint soliciti de eorum non solum animabus, sed etiam de corporibus, sicut hic Christus qui postquā docuit turbas, pauit eas ex quinque panibus, idcirco enim, vt recte monet Ambrosius, aurum habet ecclesia, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat necessitatibus.

¶ Docet etiā nos hoc miraculum, corporalē escam omni carni. Et rursus. Dante, te illis colligent, aperiēte te manum tuam, omnia implebuntur vbertate. Et Salomon, Benedictio Domini, diuites facit.

¶ Docet vt hæc vana mundi cōtemnamus, & Christum sequamur in pœnitentiæ desiderio, & vitæ austeritate.

¶ Docet fidem, obedientiam, deniq; & liberalitatem, atque pietatem, in subleuādis proximorum nostrorum necessitatibus.

¶ Admonet prælatos qualem curam gerere debeāt subditorum, & pauperum, & subditos docet obtēperare illis & obedire in omnibus his, quæ non sunt cōtra animam suā. Hæc doctrina scripta est in hoc miraculo, quod similitudinē refert libri deaurati, emblemateq; ornati, & depicti adfabre. Hāc legamus doctrinam ad nostram vtilitatem.

Sed iam ad contextum accedamus, & audiamus Euangelistam dicentem. *Et factum est cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli.* Solus dicitur quod erat, quia tota turba iam abierat. Sic dicitur quis quod est solus, quando est tantum cum suis familiaribus, & domesticis. Docet vitare impedimenta distractiones, & quod solus ores, & loca solitaria quæras. Tu autem cum oraueris (docet Christus) intra in cubiculum tuum, & claufō ostio ora patrem tuum. *Matth. 6.*

¶ Obserua etiam quod Christus diuertit ad orandum, & tamen non relinquit discipulos suos. At tu deseris, & relinquis oues tuas nec te segregas ad orandum, sed ad oblectandum & voluptatem capiendam, ad bacchandum & crapulandum. Moses cum ascendit ad orandum in montem, etsi in locum suū substituit optimum coadiutorem, populus tamen idola coluit. Deniq; abijt Christus in montem, & segregatus est vt solus oraret, quia post miraculum quinque panum voluerunt turbæ facere illum regem, atque ideo, vt ait Ioannes, fugit in montem ipse solus. Docet hoc facto Christus mundi contemptum, & vt fugiamus honores & vanitates mundi. *Et interrogauit illos dicens. Quem me dicunt esse turbæ?* Non ex ignorantia quærit, sed vt occasione responsionis discipulorum, instruat eos. Præterea, Quærit de eo, quod de se ipso dicunt, nam prælatus (iuxta Apostoli doctrinā) non solum debet bonus & sanctus esse in interiori conscientiæ suæ, sed etiam necesse est quod habeat bonum nomen & existimationem apud omnes exterius. Oportet illum testimoniū habere bonum ab his qui foris sunt. Deo debes bonam conscientiam, & proximis bonum exemplum. Sic in Leuitico habetur quod cum Moses voluit vngere ex Dei præcepto Aaronem in summum sacerdotem, elegit eum coram omni plebe, vt scirent omnes, & certi essent quod qui præstantior est in populo, & sanctior, dignus sit sacerdotio. Vtinam tales essent prælati nostri temporis, & tales essemus omnes nos, vt vere de nobis posset illud prædicari, quod scriptura asserit de illa nobili & potenti fœmina Iudith. Non erat, qui loqueretur de ea verbum malum. Et Lucas noster de parentibus Ioannis Baptistæ dixit quod erant incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Dñi sine querela. Ex quibus sequitur barbaros, inanimes, & excordes eos esse qui

Iohan. 6.

1. Tim. 3.

Leuit. 8.

Iudi. 8.

Luc. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui dicunt, fecerim ego id ad quod teneor, & vnusquisq; asserat quodcunq; ei placuerit. Rectè quidem facis, cũ præstas id quod debes: at vero cõtemnere & aspernari bonũ nomen, & famã propriam, hominũ est perditorũ, & nullius frugis. Ideo Seneca, Qui famam cõtemnit, hic flagitiosus est, aut inhumanus. In Leuitico legimus quod non vult Deus sacrificium de fermento, & melle: quia ista mali odoris sunt, si crementur. Nihil Deo magis displicet, quã si mali odoris, & famæ sis. Non sat tibi est si bonus sis, & si mel dulcissimum rẽtineas: nisi cũ hoc bene oleas. Dulce est mel, sed quia malè olet si comburatur, respuit illud Deus. Christus verò non contemnit famam, cuius exemplũ, est regula & norma vitæ nostræ: & tu nihil curas, quid de te dicatur? Sed dices. Quomodo debeo ego tot hominum ora obstruere, præcipuè tempore, in quo sunt hominum linguæ adeò maledicæ, & procaces, vt etiã sanctorum & beatorum vitas quidam hominum audeant proteruè commaculare? Ad hoc tibi doctrinam quandam in memoriam reuocabo. Quære quidnam de te dicatur ad similitudinem Christi, tunc autem considera, num quod de te dicitur verum sit, an falsum. Nemo, te melius hoc scire potest. Tu namq; es iudex & arbiter tuæ propriæ conscientiæ, & quid agas probè nosti. Ergo si quod malè de te profertur; verè narratur, corrige vitam, & reuertere ad frugem meliorem: de hoc autem nihil curare brutorum proculdubio est. At si falso & cum mẽdacio ignominiam, & dedecus pateris, contemne dictum, & sententiam, & tunc poteris dicere, fecerim quod debeo, & vnusquisq; dicat quicquid libuerit, & solare cum apostolo dicente. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Ideoque sanum quidem est consilium quærere, & perquirere quid de te dicatur, & de hoc curare: nam si verè de te queruntur, & obmurmurant, proderit sanè tibi ad correctionem: si verò falsò, inseruiet ad maius meritum, imò vt cautius, & cum maiori cura vitam degas. ¶ Verum hic tria obseruanda sunt. Primum horum est, quod non quærit Christus de alijs, sed de seipso solum. Hoc tempore tota cura, & studium versatur circa inquirendum & inuestigandum de alijs, quidnam de Petro, vel Ioanne dicunt? Quomodo obit suum munus, quamnam viuendi rationem habet, qua via sibi vi-

Leui. 2.

Gala. 1.

ctum parat? De te ipso percontare: de alio vero non cures, nec sis solicitus. Ne scruteris vitam alienam, sed tuam. Te ipsum obserua, & considera quid de te dicant. ¶ Secundò aduerte, quod hoc non interrogatiui quos & improbos, qui sunt mendaces: sed apostolos, qui boni erant: nam quamuis tu bonus sis, si improbum & flagitiosum interroges, quid de te sentiat, iniquum sanè te esse proferet: si pecuniæ & eleemosynæ largitor, & erogator fueris, te prodigũ esse affirmabit. Si deuotioni & orationi deditus, hypocritam te esse inquiet. Si vero homo nequam & perditus fueris, sicuti ille: sanctissimum te iudicabit. Propterea Christus nõ interrogat malos, sed bonos. Et in euangelio Matthæi dixit, Quem dicunt homines esse filium hominis. Nam non solùm inquirit à bonis, sed etiam scire cupit quid de ipso dicant homines, qui vtuntur ratione, qui loquuntur vt homines: & meritò horum est habendus respectus, non verò quorundam qui tanquam canes famam & nomen bonum instorum corrodunt, & bonos maledictis & conuitijs insectantur. ¶ Tertiò amicitia tibi coniunctos & socios interroga re debes quid de te alij sentiant: nã ipsi optimè te norunt. Sunt quidam qui apud exteros & ignotos angeli iudicantur: sunt enim circa omnes, vrbani affabiles, & politi: & existimant oppidani eos nullo crimine & facinore esse maculatos, imo vero esse angelos & sanctos: at intra proprios parietes & domos habent se ad suos tanquam dæmones. Si ex ciuibus tuis quæras, quis nam sis? te sanctum esse asseuerabunt: at si domesticos interroges & seruos tuos, vxorem, & liberos, te draconem esse dicent & scorpionem, quia nullus tuam miseriam & auaritiã potest tolerare, nec bilem atram & pessimũ tuum ingenium, & animi duritiem sustinere: denique affirmabunt te pestem esse infestissimam. *At illi responderunt & dixerunt, Ioannem Baptistam, alij autem Heliam, alij verò, quia vnus propheta de prioribus surrexit.* Deus bone quæ confusio maior nobis potest aduenire? Et quid aliud magis superbiam nostram & elationem arguit? Quid hic inquient isti delicati, & delicioſi mundani, confecti ex saccari glutine, & penidio, qui ex minima quaq; re, & dicto confunduntur, iniuriaq; afficiũtur? De Christo (cum sit ea demmet sanctitas, & bonitas) non omnes idẽ sentiunt, nec in vnum conueniunt, sed alij

alij hoc, alij vero illud de eo proferunt, eiusque vita diuersas patitur opiniones, & sentẽtias, & vis tu ò homo vas immũditijs plenũ, & flagitijs refertum, vt omnes te in numerũ Diuorum referant, omnes vno ore te laudent, & quod nemine discrepante dicant te sanctum esse? Christi vita statera appenditur, & ait Ioannes quod vni dicebant bonus est, & alij non, sed seducit turbas, alij autem, non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit, alij vero, quomodo potest homo peccator hæc signa facere? ita vt schisma esset inter eos. Et tu cum tot habeas, qui te laudent, & te in cælum efferant cum sanctis, cur quereris, & molestè fers, quod duo, vel tres de te murmurent? Si homines te cognoscerent, etiam illi, qui laudibus te exornant & decorant, te maledictis & conuitijs insectarentur, cum verò tot habeas, qui (malus cum sis) te bonum & sanctum prædicant & iudicant valde insolens, & elatus es, quandoquidem vis, vt omnes (nullo dempto) te laudent, & quereris si vnus, vel alter hoc quoque non præstent. ¶ Præterea solatur nos locus iste, vt si quando aliqui de nobis iniqua sentiant, diuersasque aduersasque opiniones de nobis habeant, patienter feramus & cum Christo Domino solatium capiamus, qui cum esset is, hominum tamen flagitiosas, & proteruas linguas nequaquã potuit subterfugere & alij hoc, alij verò illud de illo proferebant. Sic Paulus. Per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam. ¶ Discamus itaq; habere patientiam, quando proximi & fratres nostri sinistram aliquam & aduersam opinionem de nobis conceperint, & quamuis in eo, quod de nobis dicunt, minimè peccauerimus, cogitemus, nos aliqua occulta, & incognita crimina cõmisisse, quæ ipsi ignorant, & falsis confictisque illis crimnibus quæ nobis confingunt, & obijciunt, soluimus verorum pœnam. Nec simus adeò vani & leues, vt existimemus nos Christo Domino meliores futuros & ab omnibus collaudandos. Discamus etiam sic viuere, vt quamuis reprobi velint nobis crimina obijcere, sit vita nostra tam sancta & pura, vt non possint nostra bona opera taxare, nec aliquid in ea inueniant reprehensione, & nota dignũ. Aduerte, quòd populus, etsi Christum non tractabat iuxta merita ipsius, nec iuxta dignitatem suæ personæ, quia cum esset filius Dei, nõ eum talem iudicabat, attamen existimabat eum esse Ioannem Baptistam, aut Hieremiam, aut Prophetam, non iniquum erat videri Ioannem Baptistam, aut prophetam. Sic viue, vt homines ab ipsa virtute tua compulsi & coacti, velint nolint, te bonum prædicẽt. ¶ Sed dubia duo hic oriri videntur. Primũ est cur discipuli non dixerunt, quòd de Iesu dicebant quod erat transgressor legis Mosi, & sabbati violator, Samaritanus, potator vini, vel aliquid simile? hæc omnia dicta fuerunt de Christo. Quia quamuis hæc diceren tur de Christo, sciebant tamen Apostoli id esse mendacium & iniquitatem apertam, & noluerunt Apostoli esse nugigeruli, neque Christo domino nugas referre, quod officium & munus non est sanè Apostoli, vel alicuius serui Dei, sed dæmonis, & inferorum ministri. ¶ Discamus etiam quod quando audimus malum aliquod, aut ignominiam contra proximos nostros recitari, cùm absunt (præcipue cùm nobis constat esse mendacium, quod audimus) ne eis acerba, & iniqua nuntia deferamus, sicuti quidam faciunt, qui sub specie amicitiæ, alijs aures nugis onerant, quibus eos defatigant, & macerant, atque affligunt sine commodo, aut vtilitate aliqua, quod sanè ad nihil aliud confert nisi ad afferendam pœnam & ærumnam, & ad seminandum discordiã, & zizania. Quando aliquid audis de proximo tuo, quod tibi sic accidisse videtur, aut saltem verosimiliter potest sic esse, sanum quidem est consilium & amicitia fratrem admonere, vt se corrigat & emendet si sic est. At verò quod audis, tibi constat falsum esse, responde pro absente fratre, & obstrue os murmurantis, & confusurronis, nec aliquid dicas ei, de quo fuit obmurmuratum, quandoquidem ad nihil aliud proderit, quàm ad dolorem & pœnam. At dolendum sanè est videre mundi statum, quandoquidem quosdam videbis, qui nihil aliud agunt, quàm nugas texere, & excogitare iniqua nuntia, vt seminent controuersias & discordias inter fratres, quod detestatur dominus (vt ait Sapiens) & abominatur anima eius. ¶ Secundum dubium est, cur in populo venit hæc fama, & vnde populus habuit opinionem, vt putaret Christum esse Ioãnem Baptistam, aut Heliã, aut vnum ex prophetis? Vnde orta est hæc opinio? In hoc capite paulo superius scribit noster Lucas, quòd

Ioan. 9. Marc. 11. Ioan. 8.

Prouer. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Herodes audiens famam Iesu, dixit. Quem ego decollaui Ioannem, ipse est, surrexit à mortuis, & virtutes operantur in illo. Et eadē verba ait Matthæus. Dixit Rex suis quandam ineptiam, & inscitiam, & quāuis ineptia fuit & mendacium, tamen quia à Rege prolatum tantum habuit roboris & auctoritatis, quod populus ei credit, & inde exierūt omnes dicentes. Ioannes Baptista est, Ioannes Baptista est. Nihil amplius opus fuit, quā, quod rex id assereret vt Christus pro Ioanne Baptista haberetur, cùm tamen Ioannes non esset, sicut nec ego sum. Reges, Principes & Prælati priùs aduertant bene quid dicant, & quomodo loquantur nam sciant, omnia sua verba transcribi. Homo abiectus & popularis quicquid vult effatur: & quicquid commentatur, & excogitat, eloquitur: nec tamen alicuius valoris est quicquid dicit. At vero cùm homo est grauis cum suæ personæ qualitate dicta sua corroborat, & sic omnes ei fidem habent, & sic suis verbis authoritatem & fidem adimunt quibus volunt. Aduitandum hoc periculū debent priùs cognoscere, & recognoscere quid dicant. Obid solum, quod Herodes semel tantum verbum insanum & ineptum protulit, ob id (inquam) solum tota illa gens credidit quod Christus erat Ioannes Baptista. Ieroboā Rex Israel facillimè vniuerso illi populo vitulorum cultum, & veri Dei, ac legis contemptum persuasit. Et nunc Reges intelligite: erudimini, qui iudicatis terram discite bene viuere, & loqui diserte & sapienter: nam vos imitantur, & sequuntur reliqui omnes. Putant autem esse Heliam propter veritatis atque iustitiæ insuperabilem zelum. Secundò propter miraculorum eminentiam: & tertiò, quia Helias credebatur venturus ad populum Iudæorum, iuxta illud Malachiæ. Ecce ego mittam vobis Heliam. Visis igitur populi sententijs, & iudicijs, exquirit & interrogat Dominus quæ nam sit opinio discipulorum ideo sequitur in contextu. *Dixit autem illis, Vos autē, quem me esse dicitis?* Qui plus temporis in scholis consumpserunt, tenentur plus scire, quā qui heri inceperunt dare operam. Populum qui non est adeò illustratus ac vos estis, nec tot concionesà me audiuit, nec tot miracula vidit, non est mirum esse insipientem, & insciū, nec me cognoscere. At vos qui mei estis apostoli, & familiares, quique semper me auditis, & comitamini, obligati estis ad

Matth.14.

3. *Reg.12.*
Psalm.3.

Mala.4.

altiorem & præstantiorem cognitionem de me concipiendam. Vtinam pauperculi vilici qui montes incolunt, ac terras, vbi nunquam audiunt concionem, non surgant in die iudicij sicuti Niniuitæ, multosq; cines & vrbanos homines ac sapientes condemnēquandoquidem illi simplices & illiterati plus Dei assequuntur, & melius ei seruiunt, quàm multi superborum sapientum, subtilesque Sophistę. Aduertite quod qui plus à Deo accepistis, magis obnoxij, & deuincti estis ad ei inseruiendum melius, quam rustici & simplices. Apostoli plus tenebantur ad cognoscendum Christum dominū, quā reliqui: & propterea ab eis scisscitatur suam opinionem, & vt quam de ipso conceperūt opinionem proferant in medium. *Respondēs Simon Petrus dixit.* Petrus solus respondet, quia erat os totius collegij apostolici: sicut caput, & maior, & excellentior nō solū hic pro omnibus respondit: sed etiam alibi sępe. Cùm dominus de mundi contemptu loqueretur, pro se, & omnibus dixit. Ecce nos reliquimus omnia: & sequuti sumus te. Et cum loqueretur parabolam Christus de sero vigilante, dixit Petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam, an ad omnes? Et cum Christus dixisset apostolis, vultis & vos abire? Ipse respondit. Domine ad quem ibimus? Verba vitę habes. Sic modo respondet solus ipse pro omnibus ait. *Christum Dei.* Ad Petri successorem pertinet certificatio dubitationum de fide: & sic Papa Christi vicarius: & Petri successor iudicaturus est de dubijs fidei. Errauerunt aliæ ecclesiæ scilicet, Antiochena, Alexandrina, Constantinopolitana, &c. sed nunquam ecclesia Romana. Ambas naturas diuinam & humanam in vnitate suppositi confessus est diuus Petrus, humanam quidem, vocando illū Christum regem vnctum, & non sicut antiqui Reges, & summi Sacerdotes Israel, sed iuxta anima Christi vncta ab instanti suæ conceptionis, vncta (inquam) oleo gratiæ & spiritu sancto. Vnde Esaias. Spiritus domini super me, propter quod vnxit me &c. Confessus est diuinitatem saluatoris, appellando eum filium Dei verum, & vt inquit Matthæus, filium Dei viui, ad differentiam deorum mortuorum Gentilium, qui falsi & vani erant, qui tāquam mortui, habentes oculos, non vident, pedes habentes non ambulāt, &c. Ideo vocatur à Christo beatus, quia fides principium est, & fons beatitudinis, &

per

per quam peruenitur ad beatitudinem: per hanc enim beatitudo meretur: quia actus fidei etiā tenet se ex parte voluntatis, & ideo possumus mereri per fidem, quia voluntas iubet intellectui vt assentiat articulis fidei. Et quia hæc fides est donum Dei, addidit saluator loquens beato Petro. Caro & sanguis non reuelauit tibi. Per carnem & sanguinem intelligit omne quod est humanū, totam rationē, & intellectū naturalem, aut doctrinam, quæ non excedit capacitatē nostri intellectus. Et sic non potuit Petrus hoc assequi per seipsum, sed per diuinā reuelationem, qua omne datum optimum (vt Iacobus ait) & omne donum perfectum de sursum est descendēs à patre luminū. Essentialiter omnes diuinę personę reuelauerūt hoc Petro: sed dicitur quòd pater reuelauit attributiue, quia est fons & origo totius deitatis. Quapropter super hanc petram, hoc est super hanc fidei firmitatem, quam modo confessus est (ait Christus) ædificabo ecclesiam meā. Et quia ecclesia est fundata super hāc firmam petram, & veritatem infallibilem, portæ inferi non prevalebūt aduersus eam. Per portas Christus intelligit potestatem, & belli instrumēta, & apparatus, arma, &c. quæ solent esse in ciuitatibus bene munitis ac fortibus, quæ sunt inimicorum telis oppositæ. Sic intelligitur Genesis. Possidebit semē tuum portas inimicorum suorum. Et quod alibi ait scriptura. Portas hostium Dominus subuertit. Sic etiam intelligendū est illud Ezechielis. Cōfractæ sunt portæ populorum. Hoc est, euersa est vrbs, quæ erat fortitudo populorum, vel cuius fortitudinem homines admirabātur. Apud veteres enim in portis vrbium fiebant iudicia, ideo ait sancta scriptura in Deuteronomio. Deferent signa virginitatis, eius ad seniores vrbis, qui in portis sedent. Et in psalmo, Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. Ac si dicat, Non timebit vir iustus, cum ei aduersarij intenderint litē: nulla afficietur ignominia, cum responderit accusatoribus in iudicio, quod fieri solet in vrbis porta. Ibi erant Iudices, & satellites, & arma, & tormenta bellica. Et Hieremias volēs significare nullum esse Hieroso lymæ robur, & nullam fortitudinem dixit. Luxit Iudæa, & portæ eius corruerunt. Itaque portæ inferi sunt dæmonis machinæ, & munitiones, & fortitudines, vires, & stratagemata, ac artes: sicuti est robur & vires mundi, ac eius sapientia, diuitiæ, minæ potestates & cauillationes. Omnes hæ copiæ & phalanges, legionesque ecclesiam sanctā oppugnarunt: sed tandē ipsa victrix euasit, semperque de exercitibus, & copijs dæmonis triūphum egit. Potest quidē Petri nauis procellis maris turbulenti, & furibundi agitari, attamen non obrui nec submergi. Potest ecclesia Dei sancta pati molestias & persecutiones, attamen nō vinci nec expugnari, aut corruere. Stat sententia. Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Cur? Quia super hanc fidei veritatem ædificabo eam. Ruit domus, quæ falso nititur fundamēto, & quæ super paleas, & arenā est ædificata, & cōstructa. Domus illæ duę, de quibus saluator inquit, quòd quædam erat fundata su per arenā: altera verò super petram firmā: eum venti superuenerūt, & tempestates, corruit illa, quæ male firmata & stabilita erat: altera vero immobilis & firma permānsit, & inconcussa. Domū ædificabit, ac Ecclesiam erigere voluit Arrius, & posuit mēdacia in fundamento, quia quicquid docebat, error erat & hæresis impudētissima. Quantū durauit hæc domus? Quāuis mille aureos promittas, non inuenies aliquem Arrianum. Quid de illis factū? consumpti sunt: & tempus domum hanc iniquam & turpem solo æquauit, ac omnino subuertit: quia male firmata. Vbi sunt, quo abiere Manichæi, Priscillianistę, Sabelliani, Armenij, ac alię penè innumeræ hæreticorum peruersæ, & maledictæ sectæ, quæ contra sanctā ecclesiam catholicam insurrexerūt? Perierunt omnino. Mendaciū ipsum per se corruit. Et quamuis hæ hæreses habuerint reges, & Imperatores eas fouentes, & defendentes attamen (vt videtis) omnes humanæ vires non potuerunt, nec possunt vnū mendaciū defendere & tueri. Et hi Lutherani, qui nunc tam elate, & superbe viuunt, quàm citissimè erunt absumpti, tanquam sal in aqua ita vt nulla vnquā sit reliqua recordatio eorum, sicuti nec aliorū hæreticorū, qui præterierūt. Viuat fides catholica: viuat ecclesia Romana, quæ fuit tempore apostolorum, & est eritque per sæcula sempiterna. Hæc est quę semper durat, manetque firma, & constans: & quæ nunquam ruit, labitur, aut deficit. Habens vires, & robur veritatis pro fundamento, quomodo cadet? Hoc solum deberet cōfundere hos maledictos hæreticos, videre, scilicet manifestè re ipsa, quod omnes

Lucæ.6.
Matth.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui se segregauerunt & seiunxerunt ab obedientia summi pontificis Romani, periere: & quod ecclesia Romana in æternũ durat. Insurgãt Nerones, Diocletiani, Decij, Turcæ, Mauri, & deniq; Lutherani: nam ipsamet veritas Iesus Christus ait. Portæ inferi non prævalebũt aduersus eam. Hos omnes suos inimicos conculcat, & aduersus omnes semper victor euasit. Discamus per tyrannorum sæuitiam, & hæreticorum persecutiones ecclesiam catholicam magis, ac magis illustrari, & corroborari. Quod luculeter testatur Hilarius de ecclesia loquẽs. *Hila. libr. 7. de Trini.* Dum persequitur (inquit) floret: dum opprimitur, crescit: dum contemnitur, proficit: dum lædituꝛ, vincit: dum arguitur, intelligit: tunc stat, cum superari videtur. Lege Chrysostomũ in sermone de Pentecoste. Et ait vlterius Christus beato Petro. Et tibi dabo claues regni cælorum. O fœlix tẽporum mutatio, & vicissitudo! Beatæ & fortunatæ aures, quæ hoc audierunt. Solet faber ferrarius ex veteri gladio, qui iam habet absumptum chalybem: & plenus est ærugine, & rubigine, eum incudi reddendo, conficere claues. Eiecto primo parente è paradiso, & clauso cæli ostio propter peccatum, posuit Deus cherubin, vt esset custos ianuæ cẽ *Gene. 3.* lestis, gladium in manu habentem. Et sic clausum fuit cælum, & paradisus, vsque ad obitum filij Dei, absque eo quod aliquis illuc ingrederetur. Sed nunc ex gladio conficit Christus Iesus claues, mutans iustitiam in misericordiam, & aperiũtur ianuæ regni cẽlestis per sanguinẽ Christi, & conceditur diuo Petro, eiusq; successoribus authoritas & facultas obserandi, & reserãdi, quæ est authoritas, & iurisdictio ecclesiastica. Si olim claudebatur cælum, nunc homines habent authoritatem illud aperiendi: & si olim de *Psal. 93.* Deo dicebat Dauid, Deus vltionum Deus: *2. Cor. 1.* nunc de eo inquit Diuus Paulus, Pater misericordiarum, & Deus totius cõsolationis. Ingredimini ergo Christiani per has portas misericordiæ, antequã omnino vobis claudantur, sicuti accidit virginibus fatuis & insipientibus. Introite in hanc vitam pœnitentiam agentes, antequam vobis dicatur. *Matth. 25.* Clausa est ianua. Et vt intelligatis quod in hac vita hæ portæ aperiuntur, non autem in alia, & quod hic absoluũtur peccata mortalia, non vero postea, addidit Christus dicens. Quodcũque ligaueris super terrã, &c. Super terram, inquit, non autem sub terra: vt intelligas, quod nunc, quandiu super terram degis, debes ad pedes sacerdotis genua flectere, vt te à peccatis absoluat: nam post hanc vitam, si in peccato mortali obieris, vt in infernum detrudaris, non tibi ianuam cælestis habitaculi aperient claues Diui Petri. Ideo nunc debes emolumentum & vtilitatem excerpere ab ista Petri potestate, quandoquidem viuis super terram te prosterne sacerdotis pedibus, qui claues habet regni cælestis in manibus suis, &c.

¶ Sed vt concludam, vnum hic obseruandum esse cẽseo, quod scilicet Diuus Petrus hoc tam celebre testimoniũ fidei quod præstitit propter quod tantopere fuit à Christo exornatus, hoc (inquam) testimonium protulit cum esset inter apostolos, & reliquos suos condiscipulos. Inter bonos Christum confitetur beatus Petrus esse filium Dei: quem postea inter impios in atrio Pontifi- *Ioan. 18.* cis iuramento negauit. Ex quo docemur, & admonemur consortium malorum fugere, & bonorum societatem amplecti. Homines iustos comparat scriptura lignis, quę plantantur secus decursus aquarum: malos autẽ spinis: iuxta illud, quod egregius psal- *Psal. 1.* tes Israel loquutus est dicens. Prævaricatores quasi spinæ euellentur vniuersi. Homines in vere cùm æstuant, ad vmbras arborũ confugiunt: sed colubri, lacerti, & ista animalia venenata sub spinis, & vepribus confugiunt, & ibi latent. Sic vir bonus, & pius ad bonos confugit, & cum iustis sociatur, tanquam ad arbores. At tu, qui solum vanidis ad malos, & iniquos, & solum communicas, atque agis cum peccatoribus, & infamia ignominiaque aliqua notatis, quid vis me de te affirmare, nisi quod malus & iniquus sis, & lacertus, ac vipera, vel coluber, siquidem spinis te adiungis? Vt speculum, quãuis mundum, & splendidum sit, contaminato tamen flatu circunstantium, inficitur sic qui est honestate præditus, impiorũ conuersatione contaminatur. Vnde ait Eccle- *Eccl. 12.* siasticus. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit superbo, induet superbiam. Si cõtigerit vt planeta alio quin beneolus, & salutaris alijs astris maleuolis, & male influentibus fuerit coniunctus, malam influẽtiam mittet. Ita vir pius si impios nimia familiaritate comprehenderit, impius efficietur: vnusquisque enim eorum mores, quibus familiariter vtitur, plerumque imitatur. Iudæi, quia conuersationem

habuerunt cum gentibus, idola eorum coluerunt: & (vt ait psalmographus) commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum & seruierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Sicut dulcis Iordanis fluuius, cum in Asphaltiten infãlubrẽ Palæstinæ lacum ingreditur, redditur insuauis, & virtutem amittit: sic qui est cum sceleratis amicitia coniunctus, eorum vitijs contaminatur, etiam si antea virturi incubuisset. Merito igitur dicebat Ecclesiasticus. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Et Apostolus ad Corinthios, & ad Galatas, Modicum fermentum totam massam corrumpit. Saul Rex Israel, inter suos insaniebat, sed inter prophetas, prophetabat. Sic Petrus inter apostolos Christum confitetur esse filium Dei: & inter impios Iudæos, in domo Caiphæ negat. Discere ergo consortium bonorum diligere. Sed ad contextum reuertamur. *At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, dicẽs. Quia oportet filium hominis multa pati. & reprobari à senioribus, & principibus sacerdotum, & scribis, & occidi, & tertia die resurgere.* Hoc dixit ne impediretur passio sua, vt satis ex litera colligitur: quia venit redimere nos per mortem suam, nam si Dominum gloriæ cognouissent, nõ crucifixissent illum Iudæi, quia populus illum defenderet. Oportuit autem filium hominis pati, non quia aliter genus humanum liberari ab omnipotenti Deo nequiuerit absolute loquendo: sed quia nullus fuit alius modus tam aptus. Rursus necessarium fuit non necessitate absoluta, sed ex suppositione, quia Deus ita prædixit: & necessitate conditionata, videlicet scripturæ verificari deberent. Bene autem dixit, resurgere, tanquam potestate propria: non suscitare, tanquam virtute aliena. Vnde in Psalmo ait Dominus. Ego dormiui, & soporatus sum, & exsurrexi, quia Dominus suscepit me. Præterea à senioribus principibus, & doctoribus dixit quod erat reprobandus, qui sanctiores & doctiores, & principaliores esse videbantur. Sic in libro Daniel, inscribitur. Egressa est iniquitas à senioribus Israel, qui videbãtur regere populum. Hoc sanè videbis etiam sæpissimè in ciuitatibus, & rebuspublicis huius sæculi, quod gubernatores & rectores, qui debebant vitia corrigere, & emendare, & reficere, ad meliorem que formam reducere respublicas: pòtius illas vitijs suis perdunt & destruunt. Et vtinam hoc etiam nõ perueniat ad religiones, vbi vt plurimum, prælati, & seniores, & doctiores, præcipuique sunt magis dissoluti, & plus luxui dediti, & prophani, & id quod professi sunt, minus obseruant: cùm hi secundum rationem, & vt par erat deberent alios ad meliorem formã, & viuẽdi rationem restituere (non solo verbo, vt nũc est in vsu) at opere virtutis, sanctitatis, humilitatis, & exemplo virtutum. Sed de his satis, quia hi, etsi male viuunt, nolunt tamen redargui, & reprehendi: imo vero collaudari in suis vitijs, & illi tantummodo, qui eos laudant, & in cælum euehunt, plurimum apud eos pollent, maximeque gratia & authoritate præstant, &c. Sequitur in contextu. *Dicebat autem ad omnes*, Videlicet ad turbã in generali, secretiora nanque sua mysteria solis reuelauit discipulis: sed quæ ad salutem omnium exiguntur, omnibus patefecit. *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, &c.* Optime postquã loquutus est Dominus de sua passione, agit de sequela eius & negatione sui ipsius, & crucis labore vniuscuiusque nostrum: vt doceat, atque insinuet quod non sufficit eum fuisse mortuũ pro nobis, & quod sanguinẽ suum effuderit, sed quod etiam opus est nos eum sequi illum imitantes, & nos ipsos abnegantes, frænantes & cohibentes appetitum sensitiuum, & tollentes crucem pœnitentiæ & laborũ. Ne vane & insane aliquis existimaret solam Christi passionẽ sufficere, & mortem ipsius ad nos saluãdos, absque eo quod nos nihil faceremus. Optimè quidem Christus mundi saluator cum suæ passionis mentionem facit, & eius quod pro nobis præstitit, statim agit de eo, quod nos præstare debemus, si volumus frui fructu, & meritis suæ passionis sanctissimę. Ait, Si quis vult, propter arbitrij libertatẽ: voluntariè enim vult Deus vt seruiamus ei, nõ coacte. Ideò Dauid in psalmo. Voluntariè sacrificabo tibi Domine. Et iterũ, voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. Volũtarius minister habet præmiũ: coactus, dispensat obsequiũ sicut Apostolo dicente, cognouimus. Dicit enim, Væ mihi si non euangelizauero. Si enim volẽs hoc ago mercedem habeo: si autem inuitus, dispẽsatio mihi credita est. Vide voluntarium executorem cælestis arbitrij. Liber erat ex omnibus, & omnium seruus est factus, voluntate vtique, non necessitate: vt plurimos lucraretur. Sic Esaiæ di- *Psal. 53.* *Psal. 118.* *1. Cor. 9.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

cit Dominus. Quem mittam? Et dixi. Ecce ego, mitte me. Et dixit. Vade & dices populo huic. Poterat Dñs seruo suo Esaiæ imperare, quem sciebat dignũ vt mitteretur: sed maluit eum spontaneæ oblationis non fraudare mercede, qui vt ipse se offerret, prestolatus est. Et quamuis eius sciret affectũ, expectauit tamen vocem, vt cumularet gratiam. Et quia ipse voluntarie sese offert, mittitur ad populum. Ideo Dauid nõ solum voluntaria operis, sed voluntaria oris beneplacita vult esse: quia ea, quæ dicimus bona, voluntaria esse debent. Prophetauit & Caiphas dicens, quod expediebat quod vnus homo moreretur: sed hoc non erat voluntarium ministerium, quia loquebatur inuitus, & quid diceret nesciebat. Nequaquam Deus acceptat nisi volũtaria obsequia. Sed dices, quandoquidem scit Deus multos esse, qui malè libero arbitrio vtuntur, & qui condemnantur, ac nolunt ad Christum Dominum accedere, quamuis eos vocat, nonne melius erat Christum eos post se etiam inuitos, & repugnantes trahere, quam in voluntate ipsorum suam salutem relinquere? Dico quod non: quoniam si Deus vi, & inuitè hominem in cælum raperet, non ei tantum contulisset beneficium: quãtum si ipsemet homo illuc tenderet sponte: nam relinquendo hominem in manu cõsilij sui, vt eligeret quod ei magis placuisset, egit cũ homine honorificentissimè, & secundùm dignitatẽ suæ personæ. Sit ita, quòd homo quidam in foro, vel platea posuisset ingentes diuitias auri & argẽti, & pretiosorum lapidum. Et præconi iuberet, vt omnibus alta voce referret, quod quicunque vult diuitias eat in forum vbi quantum earum libuerit accipiet ad libitũ. Dic (amabo) si hic homo hoc non faceret, sed homines inuitos, & renitentes traheret in forum ad capiẽdas diuitias, nonne eis iniuriam inferret? Quod nam maius beneficium, quænam maior dignitas, & vrbanitas, relinquere hominem istum diuitem reliquos homines in libertate sua, vt eant sponte in forum quæsitum diuitias: aut inuitos secum ducere? Manifeste sane constat, quod maior est vrbanitas, & longe maius beneficium, relinquere in vniuscuiusque arbitrio sumere quantum diuitiarum placuerit: quàm inuitos eos trahere. Hoc equidem modo Dominus Deus nobis pecunias, & diuitias cœlestes elargitur, quas nunquam poterimus comprehendere

Esai.6.

Ioan.11.

Eccle.15.

sensu, & cogitatione, & inquit Si quis vult venire post me. Auertite, quod quicunq; eas voluerit, accipiat libenter. Ipse Dominus eas confert, ipse nos vocat, ipse nos iustitat, imò & adiuuat, & gratiam suam nobis cõfert, vt eamus, & accipiamus has diuitias. Maius est hoc beneficium, quàm si nos inuitos duceret. Agit nobiscum vrbane, & maxima cum comitate: tanquam cum hominibus in dignitate, & honore constitutis. Ideò ait, si quis vult. Relinquit hoc in manu nostra, & supplicitèr à nobis petit, non vero compellit: & adiuuat nos vt eamus, & accipiamus has ingentes diuitias. Eques, & nobilis aliquis habet duo seruorum genera, quosdam captiuos, & emptos: quosdam vero cognatos & consanguineos, qui sunt nobiles, & honorati: prioribꝰ imperat velint nolint: at à posterioribus vrbanè & comiter petit. Sic nos sumus serui nobiles, & cõsanguinei Dei: at reliquę creaturæ, sicuti cælũ & terra, Sol, Luna & stellæ, & omnia reliqua, sunt tanquã mancipia Dei, à quibus non petit, sed imperat. Sic tẽpore Iosue imperauit Soli vt staret, & gressum cõprimeret, & cœlestibus orbibus ne mouerẽtur: & motũ coluerũt statim. Tẽpore passionis suæ præcepit Soli, & Lunæ ne lucẽ præstarent: præcepit igni ne cõbureret sicuti fecit in camino Babyloniæ, & sic non cõbusit Sidrac, Misac, & Abdenago. Præcepit aquæ Iordanis vt retro flueret, & Leonibus ne comederẽt Danielẽ & coruis vt cibũ ministrarent Heliæ, & Balęnæ vt Ionam seruaret, & postea imperauit vt eum in terrã euomeret. Cum his creaturis nõ egit vrbanè & cũ comitate, sed absolute eis imperauit. Sed non sic egit cum homine qui nobilis & præstãtior est, quia non vult ei imperare tanquam seruo, sed petere tanquam nobili, & illustri & cognato: relinquendo totum in manu ipsius, & priùs voluntatem suam exigendo. Inuenit paralyticum in piscina, & ait ei, Vis sanus fieri? Occurrit ei cæcus, & ait illi. Quid vis vt faciam tibi? Quod si Dominus hoc præstabat in corporis infirmitatibus: multo melius in infirmitatibus animæ: quia si Deus vult quod aliquis credat, non vult eum credere, nisi volendo credere. Idẽ facit in amore, nam non vult vt eum amemus, nisi velimus amare sponte. Sic Deus creauit hominem, vt Ecclesiasticus dicit in hunc modũ. Deus ab initio constituit hominem, & dereliquit eum in manu consilij sui. Apposuit tibi

tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Voluntas est libera nec potest ei vis inferri, nec compelli, & sic dixit Diuus Augustinus, quod inintelligibile erat quo pacto voluntas sit voluntas, & non sit libera. Hanc ergo hominis voluntatem non vult Deus cogere, & compellere, sed relinquere hominem liberum, vt eligat quicquid ei placuerit, & sic ait hic, si quis vult: tum, quia (vt dicebamus) cum homine ageret vrbane & comiter, tum etiã vt maius præmium, & ampliorem gloriam hominꝭ tribueret. Maius est meritum hominem sua industria cõsequi gloriam, quã quod eam gratis, & nullo merito consequatur: quia honorificentius est mereri coronam propriis meritis, quàm sine illis. Cum Deus ponit gloriam, & infernum similiter in manu hominis, & quod eligat gloriam, & viam cęli, cum posset viam inferorum ingredi: hoc est maius meritum & maior honor, quam si vt ei gloriam condonaret sine meritis & gratis. Et sic Deus non cogit, nec compellit aliquẽ, imo vero inquit. Si quis vult venire post me. In manu tua relinquit & in tua volũtate hoc ponit, vt facias quod tibi placuerit. ¶ Obserua autem quod non in numero plurali, sed in singulari ait, Si quis vult venire post me: vt significet quàm pauci sint, qui Christum sequantur: & quã pauci sint, qui seipsos abnegantes, crucem Christi tollant. Acsi clarius diceret. Inter tot & tantos, qui sponte carnis desideria perficiunt, & viam concupiscentiæ ingrediuntur, mundoque & dæmoni obsequuntur: est ne aliquis qui me sequi velit? Inter tot, qui propere, & veluti grammatophori, & tabellarij ad inferos currunt, nunquid reperitur aliquis, qui velit in cælum abire? Inter quamplures, qui amplam, & latam vitiorũ ac perditionis viam ingrediuntur: est ne aliquis, qui cõpressum & arctum virtutis iter, & quod in beatorum sedes recta ducit, velit conficere? Proh dolor, quæ est ista cõfusio, & verecundia nostra, vt sint penè innumerabiles, qui mũdi vestigia sequantur, & pauci admodum, qui Christi vestigia terant? O facinus indignum, & flagitium execrandum. Cecinit buccinam Siba filius Boeri, & sequutus est eum omnis Israel: pauci autem Dauid. Vocat proditor ille Siba, & omnes eum sequuntur. Vocat mundus, vt decipiat te, vocat caro, vt fœdet & maculet te, vocat dæmõ vt te perdat, & prosternat omnino: & vocat Christus Iesus rex gloriæ vt te saluet: & vt in cælũ euehat: & tamẽ sunt tot, qui Sibam sequũtur, & tam pauci qui Christum Iesum verum Dauidem sequantur. Dolendum sane est quod quærat Christus Dominus, vel vnum saltem qui eum sequi velit, & dicat. Si quis vult venire post me. Pauci sequuntur Christum, quod plorat Michæas. Heu mihi, quia factus sum sicut qui colligit racemos in autumno: non est botrus ad comedendum, &c. Præterea sub hac particula, si, intelligit & significat desideriũ quod habet, vt similes ei efficiamur. Samaritanę ait, Si scires donum Dei. Paulus etiam Agrippæ. Opto in modico, & in magno, non tantum te, sed omnes fieri tales, qualis ego sum. Et alibi. Imitatores mei estote sicut filij charissimi, &c. ¶ Expende etiam Christi bonitatem, & clementiam. Si quis vult, cuiuscunque conditionis sit aut status. Principes huius sæculi, non quoscunque ad suum admittunt obsequium, sed eos, qui apud eos gratia, & nobilitate pollent: at Christus Dominus omnes indifferenter admittit. Ideo Paulus. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, nec liber, non est masculus, neque fœmina. Sed miserum sane, & dolendum est, videre quam paruipendimus nos seruos Dei effici, & transcribi in albo suæ domus. Si Rex iuberet præconi, vt intonaret quod quicunque vellet scriberetur in ipsius albo, nullus esset qui non scribi vellet: & tamen nolumus ad Deum accedere nos inuocantem. ¶ Obserua etiam quòd venire, hic, non est venire gressu pedum, sed affectuum, & morum. Sic in Genesi dicitur quod Rebecca abijt interrogare Dominũ. Quo abijt? ex loco in quo non erat Dominus, ad locum in quo erat? Non, quia vbi que est Deus. Cælum, inquit, & terram ego impleo. Non de loco ad locum abijt: sed de vita ad vitam, de actu ad actum, de bonis ad meliora transiuit. Absurdum enim esset Rebeccæ mulieri sanctæ, & sapienti, & à viro eruditissimo edoctæ: vt putaret aliquo loco Dominum esse conclusum. Sic tu mutando affectus, & vadens de vita ad vitam, opus est vt vadas ad Christum, & se quaris illum. ¶ Perpende quoque quod nõ dicit, si quis vult venire post mea, sed post me. Multi Christum sequũtur non propter Christũ sed propter bona quæ habet: hi, nõ Christum sequuntur, sed ipsius bona. Sunt

Ioan.4. *Act.o. 26.* *Ephe.5.* *Gala.3* *Gene.29.* *Hiere.23.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mercenarij, & serui quod eorum interest, se
quentes, & seipsos amantes: quãdoquidem
suum proprium lucrum, & cõmodum quę-
Gene. 34. runt. Sic Sichem, & Emor pater eius, & po
puli Sichimitarum circuciderunt sese, in
quo videbantur idola despicere & vilipẽde
re, & sequi veram religionem: sed non acce
ptum fuit Deo hoc obsequium & seruitiũ,
nec eis fœliciter cessit, quia non fecerũt hoc
propter Deum, sed propter proprium com
modum, & vtilitatem. Dixerunt enim. Si
circuncidimus masculos nostros, substan-
tia eorum, & pecora, & cuncta quæ possi-
dent, nostra erunt. Aduerte quod debes se-
qui Christum, propter Christum. Dignus
sane est vt ei obsequamur, & inseruiamus
propter seipsum. Et quia amor propri⁹ ma
xime obstat Christi sequelæ, inquit statim
Dominus. *Abneget semetipsum.* Qui Chri-
stum sequi debet, necesse est vt Christũ di-
ligat, & quòd eum propter seipsum diligat,
seipsum abnegans: nam aliter, non Christũ
sed bona ipsius sequitur. Abneget itaque
semetipsum. Non tantum sua, aut suos, sed
semetipsum: hoc est propriam arbitrij sui
voluntatem, quia homini æque proprium:
nihil intimius, & nihil potest esse amabili⁹.
Per hanc brutis animantibus præstat, per
hanc frui, & vti valet, per hanc sui ipsius po
tens, suarum actionum Dominus constitui
tur, vt agendo bene laudem mereatur: male
autẽ, vituperio, & punitione dignus habea-
tur. Quapropter recte seipsum abnegasse
dicitur, quicunq; arbitrij sui libertatem sibi
adimit, statuens nihil deinceps pro sua vo-
Matth. 26. lũtate gerere, sed in omnibus dicere cũ Chri
sto. Non mea volũtas, sed tua fiat: atque ex
animo precari, non mea voluntas, sed tua
fiat, sicut in cælo, & in terra. In cælo enim
non fit nisi Dei voluntas. In omnibus Dei
voluntatem obserua, non vero tuam pro-
priam sensualem, & appetitiuam. Et hoc
est seipsum abnegare. Da Deo voluntatem
tuam. Hæc est quam Deo reddere debes ab
negando temetipsum. Si hanc habes, nullã
habebis requiem: & si hanc derelinquis, vi-
ues sicuti in paradiso super terram. In trire-
mi manducant, & bibunt, & captiuus ha-
bet aliquã requiem. Sed qui propriam vo-
luntatem sequitur, nullum habet otium, ne
Hiere. 16. que solatiũ. Vnde Dominus, Seruietis dijs
alienis: qui non dabunt vobis requiẽ die ac
nocte. At si hanc deseris habebis tranquilli-
tatem, & quãuis parum labores, multũ me-
reberis: & si hanc habes, quãuis multum in-
sudes & labores, nihil meriti consequeris.
Vnde quidã dixerunt, Quare ieiunauimus, &
non aspexisti; humiliauimus animas nos-
tras, &c. Ecce in die ieiunij vestri inuenitur
voluntas vestra. O quantum debent ad hoc
attendere religiosi, ne scilicet inueniatur in
illis sua propria volũtas, quandoquidẽ iam
abnegarunt se in sua professione ne perdãt
meritum obedientiæ, & multorum bono-
rum, quæ faciunt, & laborum, quæ patiun-
tur. Aduerte ergo, quod vera abnegatio sui
ipsius est quod te offeras Deo in holocau-
stum. Holocaustũ est, quod te totũ offeras
Deo, absque eo quod aliquid reserues tuæ
propriæ voluntatis: sed quod totus te Deo
sacrifices. Hoc enim inter holocaustũ, & sa-
crificium interest, quia omne holocaustum
oblatio, & sacrificiũ est: non tamen vice ver-
sa. Holocaustum dicebatur sacrificiũ illud,
quod totum igne cremabatur: ita vt nihil
ex eo in sacerdotis vsum remaneret: qua-
lis erat oblatio ouis, & bouis, & caprę, &
turturis, & columbæ, hæc enim tota igne co
burebãtur, & ideo holocaustum dicebatur.
Oblatio autem erat, quæ non tota cõsume-
batur igne, sed ex ea aliquid in sacerdotis
vsum seruabatur, vt panis, farina, & oleum,
& similia. Oblationem facit, qui sua paupe
ribus distribuens partem aliquã, qua se ale-
re possit in suos vsus seruat. Holocaustũ ve
ro facit qui vendit omnia, quæ habet, & dat
pauperibus: vt sequatur Christum liberius.
Holocaustum fecerũt Apostoli, & holocau
stum faciunt monachi, qui omnem suam
supellectilem, & corpus suum, & suam vo-
luntatem sic Deo consecrarunt, vt negantes
seipsos in omnibus, nihil volunt, nisi præla
ti volũtatem explere. Opus est vt holocau-
stum sias Domino, & igne dilectionis Dei
totus cremeris. Propriam voluntatẽ, quam
multi pro Deo habent, & pro Deo colunt,
debes tu cõburere, & sacrificare Deo in ho-
locaustũ, nolendo nisi solum id quod Deus
vult. In Exodo habetur quod Ægyptij cor-
lebant pro Dijs bruta animantia, & tanquã
tales ea adorabãt. At vero contra filij Israel
appellabant abominationes, quos Ægyptij
Deos dicebant, & sacrificabant, & occide-
bant in honorẽ & obsequium veri Dei, ani
malia illa quæ ipsi loco Deorum colebant.
Hoc ergo modo iusti tanquam veri Israelitæ, appellant & dicũt abominationes Deos
huius sæculi, qui sunt appetitus & propria
voluntas

voluntas, quã iniqui adorant tanquã Deum
suum. Sacrificant boni & iusti hos Deos fal
sos, & abominantur eos, & execrantur, &
vilipendunt pro gloria veri Dei. Et sic qui-
cũque voluerit Deo offerre sacrificium gra-
tum, videat quid mundus adoret, & hoc
Deo offerat, & sacrificet. Nec rem nimis
arduam facis cum teipsum negas propter
illum, qui propter te voluit tantopere se ne
gare, vt diceret. Non veni facere voluntа-
tem meam, sed voluntatem eius, qui misit
me. Est enim propria volũtas sicut coruus,
qui ei, qui nutriuit eũ, oculos eruit. Et quod
peius est, quod suam cæcitatem, & perni-
ciem non intuetur. Vt enim ceruus fœmi-
næ cupiditate incensus accurrit ad absco-
ditum venatorem, rugitum ceruæ fingentẽ,
ductusq; appetitu, dum existimat se ad de-
sideratam ceruam festinare, currit velocis
sime ad mortem ipsam, & ad venenatam ve
natoris sagittam suscipiendam: sic qui pro-
pria voluntate, & appetitu ducitur, quanto
celerius ad res desideratas cõtendit, tanto
perniciosius ad mortem ipsam amplectẽ-
dam accurrit. Iter facis super equum infrę-
nem, alligas calcaria pedibus, & habenas
fers in manu, si autem vult in præcipitium
te conijcere, refrenas illũ: quod si consistit,
adhibes calcaria. Sic te habere debes cũ cor
pore tuo & sensualitate, si aliquando volue
rit cibis se explere & ingurgitare, vitijsque
sese immergere & cõmaculare, suffrenatio-
nem adhibe diligenter. Post concupiscen-
tias tuas non eas. Ne incedas post bestiam,
nam te ad præcipitium deducet: sed dic cũ
Dauid. Deduc me in semitam mandatorũ
tuorum, quia vt iumentũ factus sum apud
te. Sunt plures, qui patrem ac matrem, insu
per & vitam propriam contẽnunt: at pauci s
simi qui seipsos abnegent sensualitatem frę
nando rationiq; subijciendo, vitia compri-
mendo: ac propriam voluntatem & iudiciũ
abnegando. Per propriæ voluntatis nostræ
abnegationem Dei volũtas habet plenũ do
minium in nobis: & hominis volũtas sic est in
Dei volũtate transformata, q̃ omnia aduer
sa propter ipsum Deum æquo animo ferat.
Qui in via perfectionis laborat sequi Chri-
stum Iesum, abneget semetipsum. Meritò
enim debemus nos abnegare cum nihil iu-
ris habeamus in nobis. Sunt autem septem
causæ quarum quælibet sufficeret hominẽ
compellere, vt fateatur in se nihil iuris ha-
bere. Has late scribit Diuus Anselmus in li
bro de mensuratione crucis, quas breuita- *Cap. 5. Quar*
tis causa hic non referimus. Sed quia non *to ergo.*
sufficit quòd tuę voluntati non obsequaris,
sed quod etiam te exerceas in operibus vir-
tutis, & religionis: sequitur in contextu.
Et tollat crucem suam quotidie. Ponit duas par
tes iustitiæ, scilicet, declinare à malo, quia
ait, abneget: & aliam: facere bonum, tol-
lat crucem. Expende quod non dicit ferat
crucem: sed tollat. Ponit differentiam Ba-
silius inter ferre crucem, & tollere: quia fer-
re crucem, est ferre labores à Deo delatos,
& immissos, vel æquo, vel iniquo animo.
Sed tollere est animo læto, & auido non so
lum accipere, sed rapere crucem libenter,
gratanter, & volũtariè. Vult Deus suos spõ
te, & cum lętitia labores sufferre: nec solum
hoc, sed etiam præcurrere ad agendum vi-
tam asperam, & pœnitentem. Ideo de Chri *Ioan. 19.*
sto ait Euangelista non sine mysterio quod
baiulans sibi crucẽ exiuit in Caluariæ locũ.
Non inquit Ioannes, quod eam super Chri
sti humeros imposuerunt, sed quod ipse eã
assumpsit: sed Simoni Cyrenæo imposue-
runt crucem Christi. Iob non solum susse-
rebat crucem, sed etiam deferebat eam, quã
doquidem post tot ærumnas, & labores di-
cebat. Dominus dedit, Dominus abstulit, *Iob. 2.*
&c. Sic Paulus ad Colossenses ait, Gaudeo *Coloss. 1.*
in passionibus pro vobis. De apostolis etiã *Actо. 4.*
legitur in Actis. Ibant Apostoli gaudentes
à conspectu concilij, &c. Quapropter Chri
stus ait discipulis, Cum vos oderint homi-
nes, gaudete. Igitur non solum feramus, sed *Matth. 5.*
tollamus gaudẽtes, & libenter crucem. Tol
lere autem crucem est veteres exuere mo-
res, affligere ac macerare carnem ieiunijs,
orationibus, & vigilijs. Sic Paulus. Casti- *1. Cor. 9.*
go corpus meum, & in seruitutẽ redigo: ne
forte, &c. Castigare se, est præscindere cõ-
cupiscentias, frænare gulam, arcere arden-
tem libidinis flammam: cæteraque vitia ra-
dicitus euellere. Id, quanquam horreat ca-
ro, mire tamen probat spiritus, mire placet
& Christo. Sic enim euades superior te ip-
so, si per crucem à victoria tui ipsius incepe
ris. Hæc crux pœnitentiæ, & mortifica-
tionis est: quam nos portare debemus. Non
enim solum istam quam milites sancti Ia-
cobi, & Benedicti, & hospitalis beati Ioan
nis Baptistæ fixam pectori gestant: sed no-
stri potius abiectionem, & mortificatio-
nem. Nam eorum multi, quos nunc retu-
limus, in suam damnationem crucem illam

Universidad de Deusto
Biblioteca

deferunt. Diabolus enim qui olim fuit deuictus per crucem hac ipsa nunc cruce ab illis gestata in veste, & nō in corde, plurimos eorum secum trahit in chaos: non enim decet superbire, eo quod crucē in pectore geris, non decet per auaritiam redditus decimales congregare, non in vxoris & filiorū vestibus sericis, & prolixioribus caudis, & deauratis sandalijs aliarūque vanitatum ineptijs, ecclesiæ bona consumere. Non decet (inquam) tibi canibus, & auibus, nec patrimonium Christi aleæ exponere. At qui in honesta tui, & tuorum sustentatione huiusmodi redditus expende: armis, & equis semper te paratum exhibeto. Sed de his alias.

¶ Obserua autē quod duobus modis crux tollitur: cum per abstinentiā affligitur corpus, aut cum per compassionē proximi affligitur animus, iuxta illud Pauli. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō vror? Corporalis vero dupliciter tollitur, cum suaptē spōte sumitur: vel cum ab alijs imponitur in afflictionibus, & patienter tolerat. De hac Paulus ait, semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circūferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus vestris. Vnde sicut angelus occidebat Ægyptios, & pertrāsibat domos in quarū postibus erat sanguis agni in superliminari: sic tu sicuti & illi Israelitæ, debes inungere sanguine agni Christi Iesu fores externas tuæ domus, quod fit ferendo mortificationē crucis Christi in corpore tuo. ¶ Obserua etiam quod dicit, crucem suam: vnusquisque crucem suam portet: nam crucem Christi portare, impossibile nobis est, impossibile humanis viribus prorsus: nostram vero ferre, gratia cooperante, & factu facile, & iucūdum, etiam si caro reluctetur. Neminem Deus obligat ad impossibile: vnusquisq; secundū vires, quas habet, tollat crucem suam, & præstet quod potest, laboretque pro viribus.

¶ Præterea dicit etiam suam, nam vnusquisque debet ferre crucem propriam, & desinere alienam. Non est status, quamuis magnus, & augustus sit, qui non suam habeat crucem. Crux regis, est labor ille, quem habet in audiendo tot gentes, & in subscribendo, & negocia expediendo, iubendoque, vt omnibus iustitia præstetur. Crux prælatorum, est obligatio illa, quam habēt inuisendi oues suas docendi, ac curam illarū gerendi. Crux sacerdotum est pensum horarium persoluere, & preces assiduē fundere, casteque & sanctē vitam degere. Crux religiosorum est ieiunium, orationes, vigilias, & obedientia, quā prælatis præstare & exhibere tenentur. Suam quoque crucem habent cōiugati, & sane grauissimā, præcipue si forte mulieri rigidę & feroci litigiosaque se copularunt & adiunxerunt: & satis grauis crux est familiā alere, honorem & dignitatem domus augere, filijs necessaria parare. Omnes habent crucē in hac vita, nullusque laborē potest subterfugere. Ait ergo Christus. Tollat crucem suam vnusquisque. Aduerte quod crucem tuam arripias, alienam vero desinas. Quamplurimos videre licet, qui omnem suam curam, & solicitudinem collocant in perscrutanda clericorum vita, & monachorū, precesne fundant, num præstent id ad quod secundum professionem suam tenentur. Desine & omitte hæc. Tolle crucem tuam, & sine alienam, sunt mulieres coniugatæ quæ omittentes curā domus sue, & obsequiū quod viris suis debent, & obedientiam, quæ crux earum est: hanc crucem prætermittūt, & abijciunt, & suscipiunt monialium crucem, & induunt vestes inclusarum, ecclesias, & sacella visitant, stationes percurrunt, quibus omnibus maritorum ire uitiam, & feritatem in se conuertunt & inflammant, vnde rixę, & discordiæ ingentes oriuntur. Sacerdos inspiciat quæ eius crux sit, & hanc tollat, & sinat alienā: nec semimisceat vitæ monachi. Coniugatus similiter obligationem suam consideret, perspiciat statum suum, & vocationē, & vnusquisque solicitus sit de sua vocatione, vita & statu: de alieno vero non curet. Quia homines se immiscent ijs, quæ ad se non pertinent, oriuntur sæpissimæ dissensiones, & discordiæ maximæ in hoc sæculo calamitoso: nā sunt multi, qui alios volunt reficere, & in meliorem formam restituere, se verò nullo modo corrigunt, nec emendant: imo vero, obliuiscuntur, de vita aliena agunt, non de sua. ¶ Obseruandum quoque est quod quotidie dicit, vt tollamus crucem nostram. Quotidie ferre crucem, est semper animum habere paratum ad crucem, & mala pati: ita Christi gloria exigeret. Siquidem multa præcepta Christiana ad hanc solam obligant animi præparationem, vt est præceptum de fouendo, & pascendo inimicum, & alia. Ideo Paulus dixit. Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferentes, vt vita Iesu manifestetur in corporibus vestris. Vide quod non dicit aliquando, sed semper, hoc est, vt quotidie, & omni tempore cum Christo moriamur, sperantes cum ipso resurgere. Igitur is fert crucem suam quotidie, qui se quotidie mortificat, suas affectiones, & voluptates negat, se ab hac terrena vita seiungit, &c. Quotidie itaque Christi crucem accipe, & pœnitentiam age. Nam qui propter crimina ducuntur ad suspendium (si sapiunt) nihil aliud curant; quàm animam suam, vtpote qui breui exactam dabūt Deo vitæ rationem. Diuitias autem, honores, delicias, nec cogitant quidem. Vult ergo Christus nos horum, qui ad crucem feruntur, statum imitari, vt semper de animæ nostræ remedio soliciti, nihil terrena curemus: vt qui cito, & exactè rationem vitæ nostræ simus daturi. Verum quia non satis est vt crucem baiules, nisi Christum sequaris, adiungit. *Et sequatur me.* Quia laboriosum, & molestum est seipsum abnegare, & crucem tollere, ad laborem extenuandum inquit quod sequamur eum: nā in Christi societate omnes labores, & ærumnæ fiunt dulces, & suaues. Si thoracem, vel loricam induis rectè, & sine molestia incedis: at si super humeros cōijcis eam, nimis te onerat & grauat. Sic Christus & iugū eius, qui illud nō induit, sentit onus & grauitatem: sed qui induit, dulcedinem, & iucunditatem. Ideo Paulus. Induimini Dominū Iesum Christum. Et Christus nos vocat, quia si nobiscum vadit omnia nobis fient dulcia, iucunda, & suauia. Obserua autem quod multi portant crucē, & diabolus etiam crucem portat & satis grauem, sed nō propter hoc beatus est, nec erit, quia non sequitur Christum. Portant mali crucem suam velint nolint: sed Dominum non sequuntur. Lassati sumus (dicunt ipsi) in via iniquitatis, & ambulauimus vias difficiles. Sed qui Dominū sequitur, huic mūdus crucifixus est, & ipse mundo: imo qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum vitijs, & concupiscentijs. Is maxime attingit euā gelicæ legis summam, quæ charitas est, qui maxime contendit Christū amore, factisq; imitari, Christus ante oculos inscribitur ex cuius vita viuendi regula sumenda est. Qua propter aduerte quod quatuor sunt genera hominum, qui crucem portant. Alij enim voluntarie eam portant, vt pij homines: alij inuiti, vt mundani, & impij, qui & ipsi

non sine cruce sunt, sed repugnantes, & renitentes eam portant, quemadmodum Simon Cyrenæus: alij crucē portant, sed alienam: suam enim fugiunt, & abijciunt, vt hypochritæ: sed alij crucem quidem portant, sed Christum non sequuntur, quin potius diabolum, vt omnes impij. Tu igitur vide vt crucem tuam portes, & Christum sequaris: tunc enim sequimur Christū cum eius vitam imitamur, sic Iacob dixit Esau, Præcedat Dominus meus ante seruum suū, *Gene.32.* & ego sequar vestigia eius: sicut videro paruulos meos posse. In libro enim Iudicum *Iudi.9.* habetur quod Abimelech iudex, & princeps terræ præcidit ramum arboris, & posuit in humeros suos dicens suis. Quod me videritis facere, facite. Et illi præcidentes ramos de arboribus sequebantur ducem. Sic Christus dux noster & magister, & iudex accepit super humeros crucis arborem: & illam baiulauit, atque in ea pependit. Nūc vero ad suos clamat, Si quis vult venire post me, tollat crucem suam, & sequatur me. Ac si diceret quod olim suis dixit Abimelech. Quod me vidistis facere, cito facite. O quam bonus dux & imperator est Christus, qui suis militibus nihil præcipit, quod ipse prius non præstiterit. Sequamur igitur nostrum imperatorem & ducē, & exeamus vt ait Paulus, extra castra improperiū eius *Hebræ.13.* portantes: sicuti Isaac sequebatur patrem suum Abraham oneratus lignis, quibus in *Gene.22.* sacrificium erat comburendus. Si non sequeris Christum Dominum in pœnitētia, & carnis maceratione, imitans vitam ipsius: signum est euidens quod nō sub eius vexillo militiam exerces. Sed enimvero quàm multi sunt qui nomen Christiani habent, sed in vita sunt inimici Christi Iesu, quorum Deus venter est. Horum sequela Chri *Phili.3.* sti est vitijs, turpitudinibus carnis indulgētiæ, & omni generis lasciuiæ, & luxuriæ incūbere, &c. Alij sunt, qui cum audiunt, quę de cælo & gloria nuntiātur, vel quæ & quā ta bona iustis, & sanctis Deus in cælo elargitur, maximè excitantur, & impelluntur ad Christi Dei vestigia vrgenda, & ad crucem manū injciunt, incipiuntque pœnitētiam agere, & orare & ieiunare: sed pœnitētiæ duritie perterriti, metuq; grauitatis pœnitentiæ perculsi, nimia fragilitate, & imbecillitate animi ad vitia, & flagitia reuertuntur, crucēque pœnitentię derelinquūt. Filij *Nume.13.* Israel audiētes fertilitatē terrę promissionis

1. *Cor.11.*

2. *Cor.4.*

Exo.12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

prępararuerunt se ad pugnam, & ad posidē dam eam: sed cum audissent quod ibi erant gigantes robustissimi voluerunt reuerti in Ægyptum, & etiā ob itineris difficultatem cœpit populum tædere: sic multi audiūt exploratores cæli dicētes bona, quæ Deus habet in gloria. Nonne explorator gloriæ est
1. Cor. 2. Paulus, qui ait. Nec oculus vidit, nec auris audiuit, &c. Cum homines audiunt hęc nū tia, maxima afficiuntur hilaritate, & gaudio, ingentesque concipiunt animos ad expugnandā, & obsidendā gloriam ipsis promissam: sed cum audiunt quod arcta est via quæ ducit ad vitam & quod tollant crucē,
Matth. 7. & Christi austerissimam vitam imitentur, atque illum sequantur, ob itineris difficultatem, & laborem reuertuntur ad Ægyptū,
2. Cor. 1. & ad ea, quæ sunt mundi, quæ iam reliquerant. Audiant isti quod Paulus ait. Si fuerimus socij passionum, erimus, & consolationum. Multi volunt socij esse consolationū, sed non passionū. Multos habet Christus, qui eum sequuntur vsque ad cibum capiēdum: sed pauciss imos, qui se ipsos abnegent, & eum sequantur baiulantes sibi crucem. Omnis itaque qui Christum sequi voluerit, abneget semetipsum & crucē suam tollat. Sed quia alicui molestum & arduū videretur labores & ærumnas vitæ præsentis sufferre, quia naturaliter homines carnē & sanguinem, & seipsos diligunt tollit modo hoc impedimentum dicens. *Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet illam: nam qui perdiderit animam suam propter me, saluam faciet illam.* Acsi diceret, existimatis ne quod quia corpus affligitis, ei nocetis? At fallimini: nam in hac re euangelica, qui perdit, lucratur: & qui lucrū capit, perdit. Qui corpori indulget, illud destruit: & benefaciendo ei, nocet omnino: nam nutrit illud in gehennam: & è contra, qui illud affligit, & castigat, nocumentum ei inferendo, ei omnino prodest, & benefacit, nā aliter nutrit illud in gloriam sempiternam. Itaque crucē pœnitentiæ, & ærumnas corporales nequaquam debemus perhorrescere & formidare: nam si vos ipsos diligitis, & amatis, vos ipsos affligite, nam hoc est omnino vobis ipsis prodesse. Qui volūt vitā suā corpoream conseruare, eique indulgere, nec eā propter me perdere, sicuti faciunt qui ne corporis vitam amittāt, metu mortis Christum negant, ij (inquam) perdunt corpus & animā simul propter quod igne inferni in sempiternum torquebūtur. At vero illi, qui propter Christum vitam perdunt, & martyrio exponūt eam, & eam Christo domino offerunt, ij lucrantur illā quia in æternum viuent in cælo: perdere hoc modo, est lucrum facere. Perdidit vitam pro Christo Diuus Stephanus, & consequutus est Act. 7. vitam æternam in cælo. Sic eam perdiderunt Apostoli, & martyres, & omnes illi, qui pro Christo mortui sunt: sed visi sunt oculis insipientium mori, ipsi autem sunt in pace. Sic dixit sanctus ille martyr Machabæus Antiocho tyranno Regi. Tu quidē sceleristissime in præsenti vita nos perdis: sed Rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternę vitę resurrectione suscitabit. Sic ergo perdere animam pro Christo est saluare: velle animam saluare, est eā perdi- Ro. 8.
tioni exponere, iuxta illud Pauli. Si secundum carnē vixeritis, moriemini: si autem spiritu vitia carnis mortificaueritis, viuetis. Ponit, & constituit Apostolus in vno homine duos homines, quorum alter est homo interior, & alter exterior: vnus est lex spiritus: alius vero est lex carnis: & sunt tam vniti, quod ambo sunt vna, & eadem res: & tam differentes, & diuersi quod vita vnius est mors alterius & tam contrarij, quòd vt vnus viuat debet alterum destrui. Et propterea vt vni detur vita, necesse est alterum occidere. Si ergo interficimus hominem carneum, qui est vita hæc corporea perdendo eam cum Christo, in spiritu viuemus, & viuet postea corpus simul cum anima in æternum. A duerte autē quod anima in scriptura tripliciter accipitur, vno modo pro homine toto, iuxta illud quod Leuit. 21.
in Leuitico dicitur. Anima, quæ obtulerit sacrificium, ideſt, homo, qui obtulerit. Et septuaginta animæ dicuntur egressæ de- Gen. 46.
more Iacob, & intrasse in Ægyptum. In Ge- Gen. 12.
nesi etiam habetur. Et animas, quas fecerāt in Aram: hoc est, seruos, & ancillas, quas emerant dum manerent in Aram. Secundo accipitur pro vita. Sic psalmista accepit cū dixit, Anima mea in manibus meis semper, ideſt, vita mea semper est in periculo, quia habeo eā in manibus. Et in primo Regum, si quis quæsierit animā meā, queret & animā tuā. Ideſt, qui voluerit me occidere, volet occidere te. Tertio accipitur prospiritu, & sic in communi vsu accipimus. Sic in Leuitico dicitur. Anima carnis in sanguine est. Accipitur hic pro vita, & tūc dicitur q per-

perdere accipitur dupliciter, vno modo pro amittere, alio modo pro destruere: & secūdum hoc est duplex sensus. Primo modo, qui animam, ideſt, qui vitam saluat hic, & conseruat, nolens pati aliquod malum, sed frui voluptatibus, perdet eam, scilicet in futuro amittet, quia nō inueniet eam pro gloria, sed pro gehenna. Secundo, qui vult animam suam saluam facere, ideſt, saluare in futuro, perdet eam, ideſt, necesse est quod destruat eam in præsenti. Qui enim sponte labores tolerant, dicuntur animam destruere, ideſt, vitā, quia moriuntur in laboribus. Et vterq; sensus redit ad idē: scilicet, quod non potest haberi simul hic, & in futuro iucunditas: sed necesse est hic, aut illic iucunditate carere. Sed iam homines nihil aliud curant quàm animam seruare, & crucem repellere. Tot sunt apothecæ vini generosi, tot delicata, & lauta conuiuia, tot vestes pretiosæ, tot deliciarum inuēta. Nunquid habetis hīc consolationem vestram. Vę his qui ducunt in bonis dies suos. Væ his: qui in labore hominum non sunt. Væ his quibus non est ruina maceriæ, nec transitus, aut clamor in in plateis eorum. Væ his, qui nunc rosis coronantur, & non est pratum quod luxuria eorum non pertranseat. Sane inueniunt animam suam nunc, sed in futuro perdent eam. ¶ Obserua autem, quod non quomodocunque opus est vt perdas illam, sed propter Christum: ideo dixit. *propter me.* Non martyrem efficit ipsa mors, sed causa mortis. Etiam se morti obtulit Cosdrus Athenien sium Rex, & Curtius ille, qui se misit in hiatum terræ: attamen nec ij, nec alij quam plures Romani, & antiqui Gentiles martyres fuerunt: nec quia hanc perdiderunt vitam, aliam inuenerunt, quia non eam perdiderunt propter Christum, sed propter suam vanitatem. Finis, quem habere debemus, cum mundo renuntiamus, & cum carnem frænamus vitamque perdimus, denique in omnibus quæcunque agimus, debet esse Christus Dominus: & hic solus finis nostris operibus, & actionibus valorē, & meritum tribuere debet. Et sic Saluator noster magna cura, & diligētia, cum agit in euangelio de eo quod præstare debemus, loquitur sæpissimè de causa, & fine propter quem nostra opera, & actiones fieri debent. De mundi contemptu, & diuitijs dixit. Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut filios, &c. propter me. Et de persecutionibus ait. Beati estis Matth. 5.
cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint propter me. Et nunc de mortificatione carnis, & de martyrio loquēs ait, propter me. Docet itaque locus iste omnia quæ facimus propter Christum facere, & quòd non solum nihil iacturæ est perdere propter Deum, sed lucrosum valde. Sunt multi, qui se perdere putant quod sibi propter Deum auferunt, nempe quod pauperibus tribuunt, quod sibi propter ieunia subtrahūt, quod falsum esse multa loca scripturæ testantur. Et mirum valde videtur quod gratissimus sit homo, qui cum decem docuerit, viginti lucratur: & ingratus sis ei, qui te perdendo miseram vitam, & qui vix est vnius diei, lucrari te docet sempiternā. Sed procedamus. *Quid enim proficit homo, si lucretur vniuersum mundum, se ipsum autem perdat, & detrimentum sui faciat?* Hoc dixit ad tollendum argumentum, quod posset oriri ex præcedentibus. Nam dixit. Qui voluerit animam suam saluam facere, perdet illam: & ècontrario, & ita videbatur dari commutatio vitæ pro vita. Et quia magis mouent præsentia, quam futura, quia certiora sunt, & habent esse, quapropter magis vellent homines perdere vitam in futuro, & habere in præsenti, quàm perdere in præsenti, & habere in futuro: ideo ostendit quod bonum illud, quod in futuro expectatur, est valde maius, quàm quod in præsenti est: omnia enim, quę hic perdūtur parua sunt: ideo potius debemus perdere bona hæc, quàm animam in futuro, quia nullum æquipollens pro anima potest dari. Quod enim lucrum poterit subuenire tam magno damno? Vnde impij positi in inferno dixerunt. Quid profuit nobis superbia, aut diui- Sapi. 5.
tiarum iactātia quid contulit nobis? Obserua quod in hoc significatū est ferè fieri non posse vniuersum mundū sine animæ detrimento lucrari. Qui enim volunt diuites fieri, incidūt in tentationē, & in laqueum dia- 1. Timo. 6.
boli. Iulius Cęsar, Alexander Magnus, qui fere totum mundū subiugauerunt, quid ex hoc lucrati sunt? An non & animæ, & corporis necē? Quam ergo cōmutationem poterit dare homo pro anima suaa? Dum viuimus ergo peccata eleemosynis redimimus: cōmutamus lachrymas, contritionē, ieiunnium pro anima nostra. Ille siquidem sanguis redemptio nostra est. Sed postmortem 1. Pet. 1.
non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est pretium, non est commutatio: iam frater noster non redimet, redimet homo? Quid habet homo de vniuerso labore, quo laborat sub sole? vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt viri diuitiarum in manibus suis. Si habueris in scrinio & capsa tua Venetiarum thesaurum, & domi nus fueris totius orbis quid inde? Nunquid hæc omnia poterunt te à morte liberare? Num ab inferis te reuocabunt, si in peccato ab hac vita decesseris? In rigoroso, & erũ noso illo mortis conflictu quid proderit Regem aut potentem fuisse, aut diuitijs, voluptatibus & honoribus huius sæculi abundasse? Sed procedamus. Forsitan aliquis timore gehennæ, vel attractus gloriæ dulcedine, vellet perdere vitam temporalem, & sæculi lucra, sed erubescet habere Christũ hominem crucifixum in Deum: ideo subdidit protinus. *Nam qui me erubuerit, & meos sermones: hunc filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua & patris, & sanctorum Angelorum.* Non solum quicunque non crediderit sed qui erubuerit me, hoc est, erubuerit confiteri fidem meam, laudem meam, doctrinam meam & huiusmodi: est enim de necessitate salutis exterior confessio quam amittit erubescens. Intellige concurrentibus debitis circunstantijs: quia est præceptum affirmatiuum. Erubescere tamen Christum ex suo genere mortale peccatũ est: posset tamen propter imperfectionem actus esse veniale, sicut in qualibet trãsgressione præcepti. Verum multi sunt, & nunc qui erubescunt Christiani esse. Verè non desunt Nicodemi, qui minimè audent confiteri publicè Christum. Et sunt quos pudet pietas, & erubescunt esse pauperes Christi, humiles & ministrare pauperibus, & infirmis. Nõ sic ille, qui dicebat. Non erubesco euangelium, virtus enim Dei est. Præterea, multi non erubescunt confitendo peccata sua, sed gloriantur in malis suis. Ideo Ieremias. Confusi sunt quia abominationẽ fecerunt, quin imo confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Hi quidem qui de peccatis non erubescunt de Christi humilitate erubescunt: hũc filius hominis erubescet, quia nõ cognoscet eum inter suos: abijciet eum à suis, & indignum suis habebit illum. Vnde ipse dominus alibi ait. Quicunque honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erũt ignobiles.

Psalm. 48. *Eccle.* 1. *Psal.* 75.

Ioan. 3.

Roma. 1.

Iere. 8.

1. *Reg.* 2.

Non est, ô anima, tuus sponsus tam ignobilis, quod de eius ignobilitate erubescas. No *Prou.* bilis in portis vir eius, cum sederit cum se- *Psalm.* natoribus terræ. Nec est difformis, quia spe- *Sap.* 7. ciosus forma præ filijs hominum: & candor *Ioan.* 1. est lucis æternæ, & splendor gloriæ. Petro videbatur quod erat dedecus Christi vt ei pedes lauaret, sed Christus de hoc se honorat. Sic multi erubescũt seruire Deo in offi cijs humilitatis. Hodie apud multos Christianos, viuere christianè, dedecus est. Mira insania. Ipsi pagani fidem christianam honorabilem reputant, multi vero Christiani opprobrium reputant. Recordare tu opprobrij quod Christus pro nobis sustinuit, & ne erubescas eum. Si quis viderit Christum in solennitate paschali coram tot nationibus in cruce nudum, paruã reputabit verecundiam quam pro Christo sustineret. Vnde Paulus admonet dicens. Curramus *Hebr.* ad propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum. Et si hoc satis nõ est. vt non erubescas Christum, vide quod maiorem erubescentiã patieris in iudicio. Vnde in Prouerbijs *Prou.* dicitur. Quod timet impius: veniet super eum. Et Iob. Qui timet pruinam, veniet su- *Iob.* per eum nix. Et Ieremias. Confundentur *Iere.* vehementer, qui non intellexerũt opprobriũ sempiternum, & ignominiã æternam, quæ nunquam obliuione delebitur. Et iterum. Dabo vos in opprobrium sempiternum, & in ignominiam æternam, &c. Tũc enim Deus ridebit de morte eorum. Ego quoq; in interitu vestro ridebo &c. Obserua autẽ loquendi modũ, primum de se loquitur, cũ ait. Qui me erubuerit: deinde tanquã de altero loquens, ait hunc filius hominis erubescet quia scilicet adiecturus erat. Cum venerit in maiestate sua & patris: vbi que nos docens cum magnifice quicquam dicturi de nobis sumus, oportere id omni cum modestia fieri, & semper fugiendã esse iactãtiam. Sic Paulus post multa bona ait. *2. Cor.* Non ego, sed dominus. Et alibi cum dice- *12.* ret reuelationes, & scientiam, tanquam de alio loquens ait. Scio hominem ante annos quatuordecim raptum huiusmodi vsque ad tertium cælũ, &c. Aduerte autẽ quod metaphorica est hęc locutio, sicut dicitur Deus irasci, quia Christus non erubescet in die iudicij sed erubescet quoad effectum. Sed quia ardua erant, quæ Christus dixerat de abnegatione sui, & crucis baiulatione, cõse-

quenter promissione quadam solatij, & remuneratione ad illa inducit dicens. *Dico autem vobis, vere sunt aliqui hic stantes: qui non gustabunt mortẽ donec videant regnum Dei.* Non solũ vt consolaretur suos hæc dixit, sed etiam ne quis putaret hæc vana esse, quæ de maiestate dicit, & de patre, & de Angelis, certo affirmat aliquot ex suis auditoribus non visuros mortem, nisi prius videant regnum Dei, quod iam iam maiestatem dixerat. Loquitur tamen de trãsfiguratione suapost paucos dies futura, quia in transfiguratione monstrata est quædã species regni Dei. Et hoc dixit pro Petro, Iacobo, & Ioanne qui post hæc, vt statim sequitur, viderunt Christum transfiguratum in lumine, & claritate, in summitate montis Thabor. Vide quomodo Christus non vult omnia præmia, quæ dat suis remittere in aliam vitam. Cognoscit fragilitatẽ nostram, & vult nos consolari in hac vita. ¶ Expende etiã quòd bene dicit quod sunt aliqui hic stantes. Si volumus mortem non timere stemus vbi Christus est: vita nostra, Christus est, & ipsa est vita, quæ mori nescit. Non ergo satis est stare, nisi vbi Christus est, stetur. Soli illi non gustabunt mortem, qui possunt stare cum Christo. Præterea gustare mortem dicit, & non mori, quia pij non moriũtur, sed gustant mortem, quia fere non sentiunt eam: nam sicut qui solum dapes prælibat, non vero comedit, nec in stomachum mittit: sic iusti maxima cum dulcedine moriuntur, & transeunt ex hac vita non sentientes mortem. Iniqui mortem comedunt at vero boni tantummodo gustant: & quã citissimè pertransit per bonos mors: & ipsam mortem viuunt in æternum. Sed iam nunc scribit noster euangelista Lucas quod modo dixit, quod non essent aliqui gustaturi mortem, donec videant regnum Dei, ideo subdit dicens. *Factum est autem post hæc verba ferè dies octo, & assumpsit Petrum Iacobum, & Ioannem, &c.* Mos est ducum, & Imperatorum suis militibus in memoriam reuocare diuitias spoliorum illius prouinciæ quam expugnare volunt, vt milites animos adsumant ad prælium, cupiditate spoliorum allecti, & inflammati. Non aliter Christus Dñs, cum suis Apostolis dixisset, Qui vult venire post me abneget semet ipsum, & tollat crucem suã, &c. Hoc enim totum est laboriosum, & nimis durũ corpori nostro mortali, & passibili: ne exanimẽtur, & deficiant propter hos labores, ostendit eis modo præmium magnum, quod consequentur in gloria illi, qui seipsos abnegauerint, & crucẽ pœnitentiæ acceperint. Transfigurans se in monte, & ostendens gloriam suam coram tribus discipulis ex præcipuis significauit illis, quod sic videbunt Christum Iesum transfiguratum, & glorioſum in cælo, qui in hac vita sumerent crucem pœnitentiæ super humeros, & eum sequerentur. Ostendens eis diuitias spoliorum cœlestium, vt animos præstantes concipiãt exhortatur, & animum eis addit, & vim, vt possint quoscunq; perferre labores (quãuis ingentes.) Hæc cogitatio tantam vim, & robur addebat Paulo Apostolo, vt dicet in secũda epistola, quã Corinthijs scribebat. Propter quod non deficimus, sed licet is, &c. Id enim quòd in præsenti momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplãtibus nobis, quæ videntur, sed quæ non videntur: quæ enim videntur, tẽporalia sunt, quæ autẽ non videntur æterna sunt. Et rursus in alio loco ait. Non pugno quasi in in- *1. Cor. 9.* certũ, &c. Et ad Timotheũ. De cætero repo- *2. Timo. 4.* sita est mihi corona iustitiæ, &c. Ostendit ergo Christus Iesus discipulis suis indiciũ quoddam seu adumbratam quãdam effigiẽ gloriæ quam possidebunt, & habebunt in cælo, vt sic benè sperare discant, nec deficiant in laboribus vitæ præsentis in memoriam reuocantes magnum præmium & retributionem, quam sperant. ¶ Præterea loquutus de passione ducit illos ad transfigurationem, quia passio Christi via est ad gloriam, per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Amplectamur Christi crucem in hac vita, si volumus Christũ in gloria videre. Igitur quia res valde notabilis est mysterium hoc transfigurationis dominicæ exprimit euangelista tempus personas, & locum in quo accidit, tanquam res memoratu digna. De tempore sic ait. *Factum est autem post hæc verba fere dies octo.* Alij Euangelistæ dixerunt, post sex dies, sed nulla est repugnantia, quia hic includitur loquitur Lucas: alij vero exclusiue. Illi enim loquuntur de sex diebus intermedijs: Lucas autem diem illum, in quo dixit illa verba, & diẽ transfigurationis includit. Vide quomodo Christus nõ tardat implere q̃ promisit. Dixerat enim Apostolis

Act. 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis quod aliqui eorum non essent morituri donec prius viderent regnum Dei, loquens de sua transfiguratione gloriosa: sed nunc quod promisit impleuit. Non debuit inter promissionem, & impletionem promissi nisi modicum tẽporis spatium interuenire, scilicet vnius septimanæ. Vtinam nos sic seruemus, quę promisimus Deo, & sic ope re adimpleamus fidẽ, quam ei dedimus in baptismo quod videlicet ei seruire, & dæmonis operibus renuntiare deberemus, sicut Christus adimplet promissa. At cum Deus tã fideliter promisis stet quod prius cælum & terra transibunt, quam verba ipsius: nos è contra passim frangimus fidem quam ei dedimus. Sed de his alias. Qui autem fuerint cum Christo in hac gloriosa transfiguratione, insinuat euangelista dicens. Et assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem. Iacobum hunc fuisse fratrem Ioannis & filium Zebedæi, qui Iacobus maior dicitur, nemini dubium esse oportet cum id expresse dicat Matthæus. Solet enim scriptura, quæ in vno loco dimisit, in alio supplere. Fratres Ioseph dixerunt in Ægypto. Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustias animę illius, dum deprecaretur nos: & nõ audiuimus. Non tamen legimus quod eos deprecatus fuerit quãdo eiecerunt eum in cisternam: neque quãdo vendiderunt illũ: sed scriptura supplet in vno loco, quod dimisit in alio: certũ est enim quod Ioseph deprecabatur illos. Multa sunt alia loca, quæ alibi memini me adduxisse ad hoc propositũ ex scriptura. Itaque vnus euangelista declarat sæpe alium & dicit vnus ea, quæ alius prætermisit. Hoc dixerim propter Ambrosium, qui quia non aduertit ad Matthæum dixit hunc Iacobum esse episcopum Hierosolymitanum, & Iacobum Alphæi, seu minorẽ. Qua propter in interpretatione vnius euangelistæ meminisse semper oportet illius Augustini dicti quod videndũ est quid alij euangelistæ de illa re dicãt, cum sępe vnus declaret alium, & supleat, quæ alius dimisit. Sic in Matthæo legimus quod Iesus dixit Petro. Antequam Gallus cantet, ter me negabis. Hoc intelligere non poteris, nisi Marcum consulas, cuius sunt verba. Priusquam Gallus vocem bis dederit, ter me negabis. Intelligendus est ergo Matthæus antequam Gallus cantet: idest, antequam desinat canere, vel absoluat cantum suum, ter me negabis. Solet enim Gallus circa mediam noctem, & manè cantare. Et ad hunc sensum facilè trahitur quod Lucas, & Ioãnes dicũt.

Luc.21.
Matth.17.
Gen.42.
Gen.37.
Amb. com. in Luc. lib.7.
Aug. de adulte. coning. cap.11. & 12.
Matth.26.
Mar.14.

¶ Aduerte autem quod, vt post pauca dicemus expediens fuit vt Christus transfiguraretur, & quod essent testes ipsius transfigurationis, etsi omnes Apostolos secum adduceret cum hoc oportebat vt in secreto esset vsque post resurrectionẽ, & aliqui eorũ essent imbecilles, nõ expediebat vt omnes viderent Christum transfiguratum. Secũdo non expediebat quod Iudas videret hanc transfigurationem iuxta illud Esaiæ. Tollatur impius, ne videat gloriam Dei. Si Iudas hanc gloriam videret, fortè secretum quod oportebat, non seruaret: & etiã ei maius supplicium, & pœnam afferret cum se dãnatu videret, & gloriam, quam perdidit, cum vidit Christũ transfiguratum in monte. Et sic Christus misericorditer cum eo egit celando ei gloriam, qua frui non debebat. Si autem alios vndecim secum in montem duceret, relicto solo Iuda in conualle, esset scãdalum notabile Iudæ, & obmurmuraret, & afferebat Christus occasionem scandali. Ideo oportebat quod essent sufficientes testes huius transfigurationis, & quod non omnes essẽt Apostoli, sed aliqui. ¶ Sed cur tres Apostolos assumpsit, & non plures, aut pauciores? vt adimpleret legem, quam ipse fecerat. Nihil enim fecit Christus casu sicut homo, sed omnia fecit magno consilio. Dedit enim legem, & in ea dixit. In ore duorum, vel trium stat omne verbum. Et hanc legem vult Christus seruare.

¶ Sed cur hos trẽs potius adduxit, quàm alios? Primo, vt Chrysostomus ait, quia isti excellentiores erant alijs. Scit Christus vnũquemque iuxta merita tractare, & secundũ rationem, & iustitiam laudare. E contra mundus, qui Iudam in montem erigit, & extollit, & Petrum in conualle relinquit. Malos dignitatibus, gloria, & diuitijs cumulat, & in montes euehit dignitatum; bonos vero in angulis inclusos sinit, & præter mittit, & dedecore, ignominiaq; maxima afficit. In curijs regum, & principum plus fauor, quàm virtus, valet: pluris diuitiæ & pecuniæ, quam iustitia, æstimantur. Qui apud reges fauore, & authoritate plurimũ pollent, nolunt sapientes & probos homines ad regesaditũ habere. Maximè enim timent quod si à regibus cognoscantur, maioribus afficiãtur honoribus, quàm ipsi. Et propterea alios quærunt ignobiliores se, insipientes, scilicet, & stultos, quos sibi submittere possint, vt hoc modo dignitatem, & fauorẽ suum conseruent. Et hæc est causa cur semper ostium clauditur viris insignibus, & prudentibus: & reseratur stultis, & imprudentibus, nam sic grati Regibus melius se conseruant. In arbore illa quam vidit Nabuchodonosor, aues superuolitabãt, bestiæ vero sub arbore incedebant. At vero nunc videmus bestias, hoc est, homines bestijs similes, & vitijs deditos, ac stultos sicut bestiæ, collocatos super frondes arboris, & dignitates, diuitias, imperiumque obtinere: bonos vero & sapientes, qui sicut aues, suis ingenijs maximè in altum efferuntur, hos (inquam) demissos & abiectos, & ab omnibus cõculcatos & contritos cernimus. De istis Salomõ dixit. Sicut qui mittit lapidem in aceruũ Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem. Gẽtiles, qui vanè colebant idolum Mercurij, vnusquisque secum ferebat lapidem in honorẽ Dei sui. Ergo, sicut qui idolum colit, surripit honorem quẽ Deo debet, & idolo impiè defert: ita qui honorat, & dignitatem tribuit insipienti, est tanquã idololatra, qui furatur honorem debitũ sapienti, & eum applicat stulto, qui similitudinem & effigiem refert idoli quod nec intelligit, nec audit, quanuis aures, oculos & manus habet. Sic de istis ait Zacharias. O pastor, & idolum derelinquẽs gregem, &c. Sic tribuere honorem insipienti, est mittere lapidem in aceruum Mercurij. In Hebræo autẽ habetur, sicut qui ligat in funda lapidem, sic est, qui dat stulto gloriam. Lapis natura sua deorsum fertur, quia omne graue appetit deorsum tendere. At si ponas eum in fundibulo, propter vim brachii illi impressam, ascendit per acrem contra suam naturã, veluti si esset auis. Sic nec stultus, nec improbus homo ad ascensum, & imperiũ nati sunt: nec ad gubernationem aliorum procreati: attamen tanta est vis, & robur fauoris, & nummi vt contra omnem naturalem rationem volent, & imperent, quos potius decebat subditos esse, & alijs parere, omnibusque demitti. Sic videbis stultum nimis elatum & euectum. Quid? stultus ille, cum sit velut lapis insensibilis sine mente, & iudicio superuolitat? extulit, & euexit illum vis fauoris: habuit in curia brachium: & quia coram rege, aut coram summo pontifice habuit brachia tam altè ascendit, cum reuera esset sicut lapis grauis, & immobilis. Sed non sic Christus, imo vero aliter, nam meliores, & magis benemeritos in altum euehit, & ad gloriam mõtis extollit, relinquens cæteros in valle.

¶ Secundò assumpsit hos tres, quia tempore prospero debẽt homines se parare ad tẽpus aduersum, & sinistrum. Hi tres erant vi- *Matth.26.*
suri Christum tremebundum in horto tempore passionis, & ne tunc scandalizarentur in eo propter carnis infirmitatem, ostendit modo gloriam suam vt tunc non diffidant. Et sic modo voluit eos præmio præuenire, quod eis esset daturus in retributionem laboris quem propter Christum pati debebant. Nam si Diuus Petrus (dum tamen ante vidisset hanc gloriosam transfiguratioñem) eum negauit in passione, & omnes illi fidẽ resurrectionis perdiderunt: quid quęso fecissent nisi hęc diuinitatis signa vidissent?

¶ Tertio assumpsit hos tres, quia erant arcanorum obseruatores, & necesse erat custodire, & celare mysterium transfigurationis vsque dum Christus resurgeret, sicut Chri- *Matth.17.*
stus ijs tribus præcepit dicens. Nemini dixeritis visionem hãc, donec filius hominis à mortuis resurgat. Erant ij discipuli maxime secreti obseruatores. Aliquos homines videbis, qui sunt veluti cribrum, & vannus, quæ totam aquam iniectam effundit, sic ij nullum non secretum manifestant. Inquit Plinius, & Pomponius Mela quod in Palęstina est quidam lacus, in quo quicquid projicitur, supernatat: non vero submergitur. Sic ij nihil in intimam sui cordis partem proijciunt, & immittunt: imo vero arcana, & secreta omnia patefaciunt. ¶ Obserua autem quod Christus corã paucis transfigurat in mõte, & paucis ostendit gloriam suã: ignominiam autem ostendit in monte coram multis gẽtibus in sua passione publicè & in die paschæ. Similiter quando voluit Deus dare legem in monte Sina, & ostende- *Exo.19.*
re gloriam suam, solus Moses ascendit cum Deo, & præcepit ne vllus homo ascenderet, nec iumentum accederet ad montẽ. Sed nos superbe agimus ostendẽtes omnibus si quid gloriosum, si quid laude dignũ habemus: infirmitates autem, & defectus nostros abscondentes & celantes. Si quis nobilis est ex patre, accipit cognomen patris. Quod si nobilior est ex parte matris, relinquit cognomẽ patris, & accipit matris, imo in proauis quę-

rit

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit cognomen aliquod honorificum & illustre, &c. Locum autem transfigurationis ostendit euangelista dicēs. *Et ascendit in montem vt oraret.* Hic mons dicitur Thabor, distans à Naim per septem miliaria, & per decem à Nazareth: iacet ad orientalem partem cuiusdam amplissimi agri, solus, absque eo, quod aliquis alius mons sit iuxta illum per quatuor, aut quinque miliaria. Latitudo eius à meridie ad Septentrionem excurrit: & sic per has partes ad meridiem protenditur, vt super planiciem illam exædificatus videatur, ita vt sine labore, aut defatigatione aliqua possit quiuis ad eum ascendere. Est editissimus, amplus, & æqualis, & taliter proportionatus, vt nec terræ pugillum habeat, qui ei proportionem suam & æqualitatem adimat. In hunc montem excelsum seorsum ascendit Christus vt oraret, docens nos, quod locus sequestratus à turbis, & negotijs sæculi aptus esset orationi. Sic Mosi apparuit dns in rubo in monte Dei cum minasset gregem ad interiora deserti: Similiter in montis altitudine suscepit legem, & Agar in solitudine vidit Angelum domini. Sic etiam Heliæ apparuit Angelus in mōte, & cibauit illum. Et Christus sæpè montem ascendebat ad orandū. Mons igitur, & solitudo, locus aptus est ad diuinas apparitiones, instructiones, & contemplationes. ¶ Obserua autē quod hic ascensus in montem, cū affirmatur in scriptura de personis virtute præditis, semper (vt Origenes ait) intelligitur ad maiora bona. Filij Iacob quando prima vice ascenderūt de Ægypto in Chanaā ad patrem suum Iacob cum tritico, nō dicit scriptura quod ascenderunt, sed quod fuerunt, ait enim. Portantes frumenta in asinis, profecti sunt. Sed secunda vice postquam venerunt in Ægyptum, quando reuertebantur in Canaam dicit scriptura quod ascenderunt de Ægypto & venerunt in terram Canaam. Cur hæc? quia prima vice tenebatur Simeon in vinculis, & afflicti erant: atque ideo non dicit, ascenderunt in Canaā sed cum secunda vice reuertebantur gaudentes ibant, & ad nūtiandū patri quomodo Ioseph viueret, & dominaretur in omni terra Ægypti. Sic Christus daturus legem ascendit in montē, videns enim turbas ascendit in montem, & docebat eos. Cum satiauit turbam ex duobus piscibus, & quinque panibus ait Ioannes quod subijt in montem Iesus, & ibi docuit, & dedit manducare. Ascendit etiā in crucem, & mundum redemit: ascendit etā in ascensione, & dedit dona hominibus. Ascēdisti in altū (ait egregius psaltes) cepisti captiuitatē, dedisti dona hominibus. Itaque semper ascensus est ad faciendum aliquod bonum: sicut hic ascendit vt gloriam suam ostenderet discipulis. Itaque ascensiones Christi sunt vt faciat bonū, & aliquis boni impartiatur. Sed nō sic ascendunt homines, nā multi ascendūt, sed nō ad beneficiendū, sed ad nocendū: & ad suū damnū, & detrimentū. Ad suum nocumētum ornatur alæ formicis. Quàm plurimos videmus honestos, humiles, & virtute præditos? postquam vero ad honores & dignitates sunt promoti, eos vidimus elatos, tumidos, tyrannos, denique insanos. Multi in infernum sunt detrusi, qui forsitan, non ea descenderent, nisi prelati crearentur. Multi etiam sunt in inferno, qui si pauperes fuissent agricolæ salutem consecuti essent. Et quia mercaturam exercuerunt, vsurisq; & negotijs se tradiderūt, hic diuites facti sunt & tandem fuerunt damnati. Saul bonus erat, & humilis, postquam autem regia dignitate, & imperio se vidit exornatū, superbus effectus est, & damnationis pœnam incurrit. Dauid quoque qui cū affligeretur, & persequeretur, bonus erat, nec voluit occidere inimicum suum cum posset, postquam se vidit euectum, & dignitate condecoratum, adulter fuit, & Vriā iussit interfici, populumque numerari. Sed tamen videmus quod quanuis ascēsus tantoperè sit periculosus, omnes tamen ascēdere nitūtur, omnes gubernare cupiūt, honorari, ac magni fieri. Aduerte ergo quod si ascendis, tanquam Christus ascendas, vt benefacias, nō autem vt noceas, nec vt inique, & turpiter viuas, nec vt elatè incedas. ¶ Præterea obseruandū est, quod in montē excelsum adduxit hostres discipulos, vt gloriā suā illis ostenderet: vt doceat omnes qui hāc videre desiderant, non in infimis iacere voluptatibus, non illecebris capi carnalibus, non terrenis adhærere cupiditatibus: sed æternorū amore ad superna semper erigi: & angelicæ munditiæ, pietatis & pacis, & dilectionis & bonitatis, & iustitiæ vitam, quantū mortalibus possibile est, semper imitari debere, iuxta illud Apostoli. Conuersatio nostra in cælis est. ¶ Tertiò, vt frui possimus visione gloriæ debemus in montē ascēdere: nā nisi quis exaltetur, non est dignus diuinis contēplationibus. Moses solus in montē ascendit ad recipiendā legem: at populus tāquam carnalis, māsit ad mōtis radices. Oportet in altum ascendere, & affectus penitus euellere, & desideria nostra extirpare & à terrenis, & infimis abducere, & super omnia, quæ mundi sunt ascendere, taliter, quod omnium terrenorum domini efficiamur, nec ijs sæculi rebus subiaceamus. Quæ sursum sunt quærite, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: hac via sternitur: nec tibi difficile & arduum fiat, quandoquidem Deus præit. Ascendere aduerso itinere, laboriosum sanè est: sicut Paulus ait, Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. In Canticis legitur quod Salomon fecit ferculum, columnas eius fecit argenteas: reclinatorium aureum, sed ascensum fecit purpureū. Vide quod per sanguinē debes ascendere ad mōtis verticē, & ad glorię requiē, & trāquillitatē: & quod si nūc non sunt martyria, est tamen tui ipsius abnegatio, & tuæ propriæ volūtatis, & sic ad cęlū debes ascēdere. ¶ Deniq; in montem ascendit, & transfiguratur, vt doceat quod non est quærenda gloria in valle huius mundi, sed in cælo. In illo monte quærenda est gloria, in quo beneplacitum est Deo habitare: sursum corda habētes. Multi enim sunt qui viuunt vitam terrestrem, qui semper cogitant terrena, qui semper loquuntur aut de diuitijs, aut honoribus, aut delicijs. Sunt vero qui viuunt vitam cœlestem, vt qui cogitant quomodo placeant Deo. Hi, qui sic viuunt gloriabuntur in mōte. De his Dauid inquit. Quis ascēdet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Respondit, dicens. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vanum animam suam, &c. Per innocentiam manuum, intelligit opera bona. Sunt bona opera, sed sordida. Das eleemosynam propter vanam gloriam, opus sordidum est. Dicis missam in peccato mortali: opus est sordidum, non prodest ad gloriā. De istis operibus ait Esaias, vniuersæ iustitiæ nostræ tanquam pannus menstruatæ. Opus innocens, est opus optimis circunstātijs vestitū, vt eleemosyna propter Deum, & missa in statu gratiæ celebrata. Ait, Et mundo corde, cor mundum, id est alienum ab omni concupiscentia, à concupiscentia deliciarum, & auaritiæ, &c. Non enim sat est abstinere à malis operibus nisi abstineamus etiam à malis cogitationibus. Addidit. Qui non accepit in vanum animam suam, *Aug. lib. de diligen. Deu. cap. 13.* Accipit animam in vanum, qui non accipit eam in illud, ad quod accepit eam. Creatus est homo (ait Augustinus) vt summum bonum intelligeret: intelligendo, amaret: & amando, possideret: & possidendo, frueretur. Si circa Dei amorem, & cognitionem versaris non accepisti in vanum animam, aliàs in vanum accepisti illam. Quartò ait. Nec iurauit in dolo proximo suo: id est, vt non decipiat proximum. Decipiunt proximum, qui in dolo iurant falsum, vt mercatores, & vendentes, & homines bifrontes, qui aliud coràm te dicunt, & contrarium cum absentes. Isti grauius sunt puniendi quàm fures, & latrones, quia illi auferunt pecuniam: & isti famam, & honorem, qui multo pretiosior est. Si ergo vis ascendere in montem domini, & in locum sanctum eius, & ibi videre Christum gloriosum, & transfiguratum, opus est vt habeas istas quatuor conditiones. Sed ad contextum. *Et factū est dum oraret, Species vultus eius altera.* Orans, transfiguratus est, quia in oratione transfiguramur ex bestijs in homines: & oratio non est nisi mediū vt transfiguretur homo in Deum. Ideo Iob. Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur accipiter, &c. quatit alas ad aerem, & est ibi ingemiscens, & suspirans. Sic renouatur homo interior, & spoliatur homine veteri peccati, luce diuina illustratus. Trāsfiguratur in oratione, & contemplatione ex superbo, in humilem: ex inuido, in charitatis amatorem & sectatorem, &c. Et transformatur ex homine in Deū. Sic filij Israel non poterant videre faciem Mosi, quia ei⁹ splēdida facies eius ex domini consortio. Reuertebatur transfiguratus & resplendens. Porrò transfigurari est figuram mutare, quæ dupliciter accipitur. Primo modo accipitur figura pro qualitate resultante ex terminatione lineamentorum, & considerat in superficie corporis, & est de quarta specie qualitatis. quæ vocatur forma: & isto modo non potest aliquid transfigurari, nisi mutet lineamenta. Alio modo accipitur pro habitudine eorū, quæ exterius apparent in homine, siue sit dispositio in corpore, siue in vestibus, siue in vtroque. Et isto modo dicitur aliquis trāsfigurari, quando mutatur color eius vel aliquæ qualitates de ijs, quæ apparere possunt nō facta mutatione aliqua in quātitate,

Exo. 3.
Exo. 19.
Gen. 21.
3. Reg. 19.
Orig. hom. 15. in Gen.
Gen. 42.
Gen. 45.
Matt. 5.
Ioan. 6.
Iob. 39.
Exod. 34.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec in lineamentis. Sic etiam transfiguratur aliquis, quando mutat vestes, & accipit alias omnino distantes in figura, & colore, quia tunc homo non cognoscitur, & putatur esse alius, sicut si vere figuram mutasset. Primo modo Christus non est transfiguratus, quia semper tenuit quantitatē sui corporis, & figuram corporis humani, ita vt ex figura sua solita posit cognosci quod ipsemet erat. Sed secundo modo transfiguratus est, quia fuit facta quædam mutatio in eo tā ex parte corporis, quam ex parte vestium, nā color vultus eius apparuit nitidior, & resplēduit sicut Sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Et istud dicitur transfigurari, quasi aliam haberet figuram. Non tamen mutatus est vultus eius ad aliam figuram, sed ad aliam qualitatem lucis, vel fulgoris. Hanc mutationem vocat hic noster Lucas alterationem speciei, quia dicit quod facta est species vultus eius altera. Non dicit, alia, sed altera: quia non fuit alietas substantiæ, sed alteritas superueniens gloriæ: gloria enim non tollit, sed perficit naturam. Ideoque facies Christi non fuit variata, nam manente veritate carnis, & eadem figura corporis Christi, claritas ista superuenit: quæ quidem claritas fuit vera corpore perceptibilis, in corpore Christi verè existēs ad ostēsionem claritatis, quam promiserat in sanctis post resurrectionem esse futuram.

¶ Obserua autem quod hæc claritas transfigurationis, & resurrectionis, siue glorificationis, in tribus conueniunt: in tribus verò differunt. Conueniunt primo in substātia, quia eadem claritas substantialiter est vtraque. Sed differunt perfectione, quia claritas gloriæ perfectior est, & maior. Secundò conueniunt in existentia, quia vtraque vera claritas est: differunt autem quia claritas glorię habet esse permanens, claritas autem transfigurationis in transitu fuit. Tertio conueniunt in subiecto: vtraque enim est in corpore hominis, naturam eius non trāsmutans substantialiter: differunt autem quia corpus subiectum claritatis transfigurationis est corruptibile, claritas autem gloriæ est in corpore incorruptibili. Gloria hæc corporis nihil aliud fuit, quàm quædam redundantia, quam anima corpori communicauit. Ad quod sciendum est quod anima Christi in suæ conceptionis instanti, fuit vnita verbo, & Deum vidit, & gloria plena fuit. Attamen hæc animæ gloria nequaquam corpus fruebatur, nec anima corpori eam cōmunicabat: nam si corpus huius glorię particeps fieret, esset impassibile, nec moreretur. Ergo vt Christus posset nos redimere, erat hæc animæ gloria detenta, & repressa absque eo quod corpori communicaretur. Cū filij Israel in terram promissam proficiscebātur, necessario transire debebat mare Rubrum, in quo eis dominus singulare contulit beneficum. Nam vt siccis pedibus transirent, impetus aquarum retrocesserunt contra propriam inclinationem & naturam, vt populus per transiret. Sic etiam necessarium fuit, quod (vt dominus Iesus moreretur, & pateretur pro nobis) animæ eius gloria retrocederet, & se colligeret, nec se corpori communicaret: nam si corpori secōmunicaret, non poterat sanè mori. In anima Christi erat portio superior, & inferior: secundum superiorem, Deum cōtemplabatur, Deoq; fruebatur, & ad eum habebat respectū, & secundum inferiorem habebat respectum ad creaturas. Secundū superiorem minimè patiebatur: at verò secundum inferiorem, sic & dicebat, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Habet se hoc negotium portionum animæ Christi ad modum illius quod agitur inter clericos habentes beneficia ecclesiastica, & bona patrimonialia: nam de bonis & redditibus ecclesiasticis decimas non soluunt, at vero de patrimonialibus fic. Eodem modo Christus secundum bona superioris portionis, decimas non soluebat: secundum bona inferioris, sic, quod gloria animæ in corpus resultaret, pati non posset, & sic passio eius impediretur, & nostra redemptio: & sic mirabiliter repressa fuit animæ gloria, ne in corpus resultaret. Non tamen ob id miraculosè passus fuit sed naturaliter fame, siti, & frigore laborauit, &c. quemadmodum cæcus ille, cui Christus dominus oculorum lumen, & splendorem tribuit, qui cæcus à suæ vitæ initijs & exordio exstitit: qui & si per miraculum visum recepit, tamen postea per naturam cuncta prospiciebat. Sic Christus naturaliter patiebatur, quia miraculo non carebat, ipsam animæ gloriam in corpus non emergere: nam si gloria corpus ipsum afficeret, & imbueret, Christus minimè flagella, clauos, &c. perfentiret: nam vsque adeo ipsa delectaretur gloriā, qua perfruebatur, quod his corporis sui pœnis, nequaquam commoueretur: illa enim, quæ summam afferunt voluptatem, & iucunditatem,

ditatem, solent efficere plerunque non solum ne suaui aliarum rerum delectabilium gustu teneamur, sed etiam ne dolorem & cruciatum rerum asperarū sentiamus. D. Tiburtio incensæ prunæ, rosæ purpureæ videbantur. Moses tanta capiebatur voluptate dum Deo in monte familiariter vtebatur, vt per quadraginta integros dies famis cruciatu nequaquam opprimeretur vexaretur que. Hoc idem Paulo accidit, qui Damasci tribus diebus & tribus noctibus mansit absque cibi, & potus sumptione, intentus totus rebus diuinis, conspicienſque diuini numinis fulgentissimam speciem & naturā. Adamus in ipso somno, quem Deus in arto ipsius profundè immisit, fuit maximè elatus, magnasq; cœlestiū arcanorū habuit præsensiones, & notitias, quo factum est, ne costæ ablationē ex qua cōstitit Eua, sentiret. Hic est præcellens ille beatorū status, quos nullo modo huius miseræ vitæ pœnæ cōturbāt, aut aliquo mœrore, vel tristitia miserabiliter, & luctuose cōficiunt & contorquent, nō solùm quo ad ipsam animam, sed sed nec quo ad ipsum corpus, nam ipsa animæ gloria corpus etiam ipsum mirificè cōplet. Quod vsq; adeò verū est, vt si vnus beatorum cum gloria quā habet infernū ingrederetur, & in medio pœnarū, quæ illic malis irrogantur, cōstitisset, fruitio illius beatitudinis, quam possidet, sufficeret ei pœnarū molestiā & angorem auferre penitus. Hoc ergo maximo priuilegio caruit Christi anima, quæ cum in illo temporis momēto, quo fuit condita beata extitisset, quoad superiorem portionē, & quoad inferiorem, nequaquam, imò in cruce habuit maximū dolorē & corpus ipsum adeo nudum istius animæ gloria erat, vt ne minimū quidem haberet, & ideo patiebatur pœnas. Sed in transfiguratione anima, corpori, gloriā hāc, quam repressam habebat, cōmunicauit & resplenduit facies eius sicut Sol, & vestimenta eius facta sunt alba sicut nix. Itaque in transfiguratione nouum non extitit miraculū, imò vero antiquum miraculū fuit dissolutum. Vnde, vt Augustinus ait in epistola ad Dioscorum, claritas corporum in gloria beatorū proceder ex beatitudine animæ, sicut laterna ex natura sua est opaca, sed si intromittitur illic lucerna, incipit splendere, non luce sua, sed lucernæ intro existentis, ita corpora nostra tenebrosa sunt, lucebunt tamen in die iudicij), non luce propria, sed luce animæ intra corpus inexistentis, & ita hic in transfiguratione resplenduit corpus Christi, non ob aliud, nisi quia anima erat beata & illa retinebat gloriam suam ne redundaret in corpus, sed hodie soluit represionem ad tempus, sicut qui obstruit aquæ ductus alicuius fontis ne exeat aqua, & postea soluit. Gloria itaque animæ redundauit in corpus, & hoc ad tempus, & per modum qualitatis, non quidem permanentis, sed transeū tis, ideò corpus Christi non fuit beatum, sicut nec Paulus in raptu, quanuis viderit diuinam essentiam. Et fuit in hac glorioſa transfiguratione tanta claritas corporis, quod ait Euangelista, quod factus est vestitus eius albus, & refulgens. Data fuit vestibus Christi miraculose quædam qualitas ad modum albedinis veri manentis. Et cum isto colore fuit quidam fulgor, vt esset ille color quasi radios quosdam nitoris mittens. Nam colores participant lucem, & quanto fuerit color perfectior, participat magis de luce, quousque veniat ad emissionem quandam radiorum. Matthæus dicit quòd fuerunt vestimēta alba sicut nix, quia nix habet excellentiam quandam, quia nō solum habet albedinem intēsam, sed etiam propter magnitudinem lucis participatæ, radios aliquos emittit, & ideo oculos offendit, & ob hoc nix non solùm dicitur alba, sed etiam splendens. Alia etiam sunt alba quæ non habent splendorem, sed quia Christi vestimenta alba fuerunt & splendida, assimilata sunt niui, quia fuit ibi albedo radiosa. Totum itaque corpus fuit glorioſius, vsq; ad vestimenta. Igitur vestimēta in se non fuerunt glorioſa, sed sicut pars cæli, quæ vicinior est soli, est magis lucida, sic ex illustratione aeris vestimenta Christi lucida, & alba fuerunt. Moses habebat claritatem in facie prouenientem ex splēdore, sed manus eius erat leprosa. At vero hic omnia sunt referta & cumulata immēsitate gloriæ, corpus, facies insuper & vestimenta. Facies enim eius resplenduit sicut Sol, & vestimenta eius sicut nix fuerunt alba. De facie, quāuis dicat Matthæus quod resplenduit sicut sol, intelligit tamen quod maximo incremento, multisque nominibus solis splendorem superauit, comparauit tamen eam Euāgelista cum illa re cum qua potuit eam conferre, sol enim splendidior est omnibus planetis, & syderibus cęli. Cur ergo suū splendorem per totum non sparsit

2. Cor. 12.

Matth. 17.

Exod. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

orbē, vt non solū discipulis suæ transfigurationis gloria innotesceret: sed omnibus hominibus per totū orbē dispersis? Dico quod in potestate corporis glorificati est ostēdere suā claritatē, vel nō. Sic Christus post resurrectionem suam apparuit gloriosus, & tā tum discipulis, & non alijs. Miraculū sanè fuit quod Christi anima gloriam suam corpori non communicaret, miraculum etiam extitit quod postquam eā cōmunicat, totū nō impleuit orbem. Si ergo illa ipsa gloria, quam tunc discipulis ostēdit, minor erat ea, quam nunc in cælo beatis manifestat, & tribuit, nec tamen imbecilles discipulorum oculi eam percipere & sufferre valuerunt: quid (amabo) erit in cælo, quando videbimus eum, & fuerint corpora nostra glorificata? Refulsit Sol in clypeos aureos, & resplē-
1. *Mac.* 6. duerunt montes ab eis. Mentionem facit cuiusdam tam clari, & rutilantis exercitus: quod sole radijs suis arma feriente, & percutiente, vicini montes fulgebant, propter lumen radiorum per montes dispersum resle xumque. Quando exierit Sol iustitiæ, & induerit animas nostras, fulgebunt corpora nostra propter participationē, quam corpus consequitur ex animæ gloria. ¶ Hactenus de Christi gloriosa trāsfiguratione: sed nūc operæ pretiū est scire cur Christus voluerit transfigurari, & hanc gloriā istis discipulis ostendere? Nihil enim Christus sine causa egit. Transfigurari itaque voluit triplici ratione. Primo, vt labores nostros leuiores, & iucundiores redderet, & vt in illis animos nobis adderet, cum videamus quanta sit gloria, quæ nobis tribuetur in cælo quandoquidem tanta fuit hæc, quæ in transfiguratione aperuit vt Petrus eius immensitatem admiratus, dixerit. Faciamus hic tria tabernacula, &c. Oportet enim vt finis cognoscatur: nam cognito fine, & gloria, quam operamur, nequaquam deficiamus animoque linquamur. Sagittarius non rectè iacit sagittam, nisi prius signum, & scopum mente oculisque attigerit: in quo sagitta est affigenda. Sic populo Iudaico, vt eos in terram promissam deduceret, eo quod iter esset laboriosum, & asperum, in columna nubis eis
Exod. 14. præibat. Quemadmodum in circuncisione principium stipendij nobis contulit, sic hīc in transfiguratione præmij principium nobis est elargitus. Proposuit nobis hic quādam gloriæ effigiem, vt nos ad eam alliceret, &
Num. 13. incitaret: sicuti filijs Israel per speculatores ostendit magnum illum vuarum racemum supra lignum transuersum, & pendentem, vt desiderium terræ promissæ eis adderet atque augeret, fastidiumque atque tædium Ægypti ingereret. Optimè notat Christus dominus ignauos & pigros esse hominesad labores, nisi spe præmij ad eos impellerētur: vnde hic quoddam præmij proponit principium, ne in laboribus deficiamus, & vt animos assumamus. Vnde Paulus. Debet qui in spe arat, arare: & qui tritu-
1. *Cor.* 9. rat spe fructus percipiendi. Sic Dauid antequā certamen iniret cū Goliath gigante, dixit. Quid dabitur viro, qui percusserit eum? Et respondērūt. Ditabit eū Rex magnis di-
1. *Reg.* 17. nitijs, & filiam suam dabit ei: & domū suā faciet absque tributo in Israel. Profuerat Christus discipulis suis id quod propter no-
Matth. 16. men suum pati deberent. Qui vult venire post me, &c. Et in synagogis suis flagellabunt vos: ante reges, & præsides ducemini. Et iterum. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Semper itaque prædixit eis plures labores. Poterāt illi dicere. Dñe nullus laborat sine præmio, ideoq; pro laboribus, & pro morte quid nobis præstabis? Atque ideo Petrus dixit. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid erit nobis? Quid
Matth. 19. dabitur viro, qui percusserit Philistæū hūc? Poterat tunc eos ad Esaiam remittere, qui ait. Oculus non vidit Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Attamen voluit eis minimam ipsius gloriæ partem ostendere, quæ fuit ipsius corporis claritas, & splendor. Longe aliter Christus, quam solēt mercatores huius ætatis, quibus mos & consuetudo est, id quod est melius in panno, emen tibus exhibere: vnde nos hoc facto fallere intendunt, sicque deteriorē pannū emimus. Christus dominus descendit, vt hominibus gloriam venderet: at poterat mundus dicere: Domine exhibe istius mercis aliquod signum. Noli nos clausis oculis emere. Libet (inquit dominus). Atque ita in montē ascendit, veridicos testes, numeroque sufficientes, secum ferens qui de merce, quam vēdere nititur, abundè, & fideliter testētur. Exhibuit signum panni, quia non ostendit totam gloriam, sed partem, scilicet claritatē. Fecit Christus nobiscum, quod solent facere parētes cū filijs paruulis, quos tenerrime diligunt. Dicit pater filio, vt pergat in schola: ipse vero flagellorum metu, formidat. Pater autem illum inducit ad idem dicens illi, dabo tibi gemmam. Et filius dicit. Ostē de illam. Et pater, Ecce illam, & clausa manu non ostendit totam, sed partem gemmę. Tunc filius ductus cupiditate gemmarū pergit in scholam. Ita à simili Christus optat vt omnes seruemus præcepta, quæ sunt multis laboriosa. Prædixerat Apostolis plures labores, & flagella, & promiserat dicens. Merces vestra copiosa est in cælis. Poterant Apostoli dicere. Ostende nobis istam gemmam. Ait Christus. Ecce eam. Ostendit itaque eis in hac transfiguratione, partem gemmæ, quam eis integram, & perfectam erat daturus. Et vt nobis omnibus, & toti ecclesiæ esset solatium in hac peregrinatione, & labore itineris, transfigurari voluit. Consideratio enim præmij (vt Gregorius ait) mi nuit vim flagelli. Nam si illi milites Assyrij videntes pulchritudinē Iudith, dixerūt: Quis non pugnabit pro Israel, qui tam decoras habet mulieres? quanto magis pugnare debemus nos contra mundi illecebras, & diaboli tentamenta, pro pulchritudine patriæ cœlestis? Hac consideratione animum sumebat Paulus in omnibus laboribus suis, atque ideo dixit. Saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ. Quosdam videre licet, qui per sterquilinia, & loca immunda diuagantur, obsoletos, sordidos & veteres pannos colligentes, quos aspicere tā tummodo, nauseam, & vomitum excitat. At deferunt eos in molendinum, cōijciuntque in aquam, postmodum vero diligentissimè conterunt, ac tandem optimam & candidissimam conficiunt papyrum. Sic ait Paulus quod reformabit Christus corpus humilitatis nostrę. Necesse est quod corpus nostrum sub incudem reuocetur, & renouetur, & deniq; multis ieiuniorum, flagellorū vigiliarum & pœnarum ictibus perficiatur, vt hoc modo cohibitum fatigatum, humiliatumque, Dominus Deus illud reformet, & glorificet, candidumque, vt papyrus reddat. Quid si vidisses corpus aliquod gloria repletum & beatum? in maximum sanè stuporem rapereris. Quales erant discipuli, Christum Dominum transfiguratum conspicientes! Petrus dixit. Domine bonum est nos hic esse, faciamus, &c. Si nobis Deus corpus affectum gloriæ decore, & splēdore ostenderet illudq; super nubes constitueret & collocaret, quod si aspiceremus maximo

stupore perfunderemur, tantaq; admiratione afficeremur, vt nec cibi potusq; sumptio in mentem veniret, nec pœnam, aut dolorē aliquem sentiremus. Fulgebunt enim iusti sicut Sol, in conspectu Dei. Quis crederet *Matth.* 13. quod ex vilissimis & sordidis pannis conficienda esset tam candida, & excellētissima papyrus? Attamē hoc possunt humani ingenij vires & acumen, etsi hoc posint, post papyri contritionem, & veluti quoddā eius martyrium. Quis etiam crederet, quod corpus adeo graue, tam crassa materia affectū, tamque corruptibili cōpositum massa, posset Aquilam agilitate & pernicitate superare, atq; adeò solem ipsum claritate, & nitore vincere? At hoc, ingenium præstat diuinum. Id quod homo in veteri, & sordido pāno agit prius eum conterendo, hoc ipsum Dominus Deus efficit in hoc nostro corruptibili, & mortali corpore, prius in hoc sæculo illud laboribus crucians & affligens. Aduerte ergo, ò homo quod quo magis obsoletus & sordidus pannus teritur, & conculcatur, eo papyrus candidior, & præstātior est atq; tenuior. Et quod quo plus hic afflictus & attritus fueris, eo plus in cælo eueheris. Omnes quidem resurgemus (ait Paulus) *1. Cor.* 15. sed non omnes immutabimur. Boni, & mali omnes resurgemus, sed nunquid omnes immutabimur à corruptibilitate in incorruptibilitatem, & gloriam? Nō omnes immutabimur. Qui mutabuntur? Quj corpus humiliauerint. Reformabit (inquit) corpus humilitatis nostræ. Nō superbos, non deditos delicijs, & voluptatibus, &c. Sed mortificatos, & humiles, & pœnitentes. Aduerte etiam quod mali, sicuti bibula papyrus, exibūt obscuri, & fætidi, nō verò sicuti candida papyrus, sic enim solùm exibunt iusti. Ideo Paulus. Nō omnes immutabimur. Optimè igitur post quā labores, & pœnitētiam prædicauit, trāsfiguratur, propter eorum, & omniū nostrū cōsolationē, vt sciamus cū Christo glorificaturos, & ascēdere in cælū. Expectem⁹ saluatorē nostrū, qui reformabit, &c. ¶ Sed dices. Et hoc etiā Christus poterat facere ostendens infernum, nam etiā ex timore pœnæ, & tormentorū poterant Apostoli amplecti labores, & fugere delicias. Cur nō ostendit inferni pœnas, sicuti ostendit gloriā? Imperfectis, & incipiētibus inferni metus, & terror est antè oculos proponendus, perfectis verò, glorię amissio exhibēda. Fortiores minę bonis sunt, cū audiunt. Nō com

Universidad de Deusto
Biblioteca

migrabis in cælum, quàm. Detruderis in tartara. Vult Christus nobiscum agere, tanquã cum viris iam adultę ætatis, & grandioribus non vero tanquam cum impuberibus, & in
Matth. 18. fantibus, qui flagellis indigent. Ideo Christus sæpè. Nõ intrabitis in regnũ cœlorum.
Luc. 16. Auarus ille diues, qui quinq; germanos fratres habebat, volebat eos inferorum durissimis & atrocibus pœnis deterrere, sed respõdit Abrahã. Habent Mosem, & prophetas, audiant illos. Non vt tu vis, sed alijs grauioribus pœnis perterrefient, cum illis dicetur, quod nõ intrabunt in regnũ cælorũ. Sic perterrefecit Christus Diuũ Petrum dicens ei.
Ioan. 13. Non habebis partẽ mecum. Cũ verò Diuus Petrus istius cõminationis vim intellexit, multo plus ea territus est, quã si eum in mille cõijceret inferorũ habitacula. Hæc est differẽtia legis gratiæ, & scriptæ, quod illa fuit lex timoris, sed hæc amoris. Descẽdit Christus in hunc calamitosum mundũ, vt homines amore ad se traheret, & alliceret, & vt eis dona cœlestia, æternaq; exhiberet, non vero vt timore, & per vim eos ad cælum deduceret. Ideo posuit Deus hominem sub cælo, supraq; terram collocauit, & elementa, quę inter nos & ipsum cælum adiacẽt, nos adiuuant vt cælum melius videamus, sunt nanque transparentia. In quo nobis significauit, velle se nos cælum intueri, & ad illud anhelare, atque illud obnixè diligere. Ac proinde noluit cælum occultare, vt videntes illud, dies noctesq; illud contemplemur, meditemurque. At vero terra, & aqua sunt elementa crassa, & obscura, suaq; densitate impediunt nos, quominus inferorum teterrimas sedes conspiciamus, quia multo maior cõminatio, & labor est tãtum bonum amittere, quàm est illud, quod oculis ipsis intuemur, quàm quòd nobis malum & infortunium illud, quod nobis terra ipsa & aqua occultãt, adueniat. Ecce cur Christus gloriam suam Apostolis aperuit, non verò inferorũ horrendas, & calamitosas sedes. Igitur, vt concludam, voluit Christus transfigurari, vt videntes Apostoli & nos ipsi gloriæ immensitatem, & præmij celsitudinem, quæ nobis parata est, labores huius sæculi nequaquam formidemus, imò vero omnẽ curam & diligentiam constituamus in mandatorũ Dei sedula obseruatione, ac, si opus fuerit, sanguinem effundamus, vitamque ipsam morti exponamus pro Christo Dño, quandoquidem tam ingẽs, tam excelsum tamq; præstans præmium nobis post hanc miserã vitã, manet in cælo. ¶ Secundo, voluit Christus transfigurari, propter ecclesiæ consolationem. Nam nisi Christus (cũ pauper esset bonorũ temporaliũ, afflictus, & crucifixus) aliquod suæ gloriæ signũ, & specimen diuinitatis exhiberet, ecclesia à gentibus deriderẽtur, aspernareturq;, & insuper affirmarẽt nos insanos, & fatuos esse, quandoquidem homini adeo pauperi, spreto, abiectoque fidem habebamus. Propterea oportebat Christum honori suo prospicere, & ecclesiæ suæ ingentes suæ diuinitatis diuitias patefacere in ipsa transformatione. Hoc efflagitabat, à Deoq; petebat Dauid in Psalmo. *Memor* esto Domine opprobrij seruorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium. Prospice igitur Domine honori tuo, & ostẽde quis sis. Si hîc esset nobilis, & pulchra, honestaque fœmina, eamq; parentes eius cuidam viro nuptui darent, eo quod fama increbruisset ipsum ex India quam plures opes aduexisse, isq; multa scrinia in socceri domum grauia, clausaq; asportasset, post modũ vero, eum vidisses per plateas deambulantem incomitatum, pauperem, attritis vestibus & obsoletis, sanè doleres vicem illius honestæ adolescentulæ, diceresque, Sanè fœmina illa decepta fuit, existimauit nãque se diuiti coniungi, at contra accidit, decepta fuit. Ipsa vero marito suo sic inclamaret, ò sponse, si diues es, signum præbe aliquod diuitiarum, quod nullum aliud melius est, quam si vestibus ornatis indutus incedas, mihiq; dextrocheria, & annulos, aliaque huiusmodi ad mũdum muliebrem spectantia, contribueris, ne vicini me contemnant, & abijciant, addantque me decepram esse. Si homo hic tunc temporis scrinia reserasset multo auro, argentoq; cõferta, vestesque sericas, purpureasq; eduxisset, ealq; mulierem induisset ac si regina foret, ipse vero auratis, & pretiosis vestibus indutus incederet, famuli autem cum aureis cathenis ad collũ appensis post ipsum sequerentur, quid iã totus populus intonaret? nisi, videte quã beatã equidem & beata euasit. Sic gentes ecclesiam Christo Dño pauperi, & afflicto despondsatã intuentes, eam deludebãt, viliq; pẽdebãt. Sic Paulus. Nos predicamus Christũ crucifixũ, Iudæis scãdalũ, gẽtibus stultitiã. *2. Cor. 1.* Ideo ad solamen ecclesiæ suæ, ostẽdit Dñs in transfiguratione sua diuitias ingentes, quas

quas reconditas, & inclusas in animæ suæ scrinio præcellenti habebat. Et ad ruborẽ & confusionem incredulæ, & pertinacis synagogæ, ad verecundiãq; & stuporem ineptæ gentilitatis gloriæ suæ immensum splendorem, & diuinitatis incomprehensibilitatem manifestauit in monte. Quid quæso narras? Eum à discipulo, & famulo traditum ac vẽditum? Aspice ergo quo pacto duo tantæ auctoritatis viri (Moses, scilicet, & Elias) ei in mõte Thabor, famulẽtur atque obtẽperent. diligẽter. Quid? ei fuisse in faciem excreatũ? Verũ quidẽ est, sed respice, & perge in mõtem, & videbis faciem eius fulgentem sicut Sol, vsq; adeo vt Sol respectu illius nigredinem terrimam referat. Quid? verberibus fuisse affectum, crucíq; crudeliter affixum? Vade igitur in montem, & aspice eum plenũ gloria, & splendore immenso. Vide etiã montẽ illum splendentẽ ad multam noctẽ, acsi esset meridies. Si spoliant eum vestibus suis tanquã maleficum, & perditũ hominẽ, superq; illas sortes mittũt, aspice quæso nũc eas splẽdidiores auro, niueq; candidiores. Prospicit ergo Christus Dñs honori suo. Nos antẽ fideles lætemur in trãsformatione dñi, nostra vero fides vires roburque sumat, quãdoquidẽ homo hic abiectus, & summissus, est verus Dei filius. Caput eleuet ecclesia fidelis, obmutescat synagoga, taceant gẽtes in stuporem & confusionem maximam addũctæ propter gloriam almæ transfigurationis Regis nostri Iesu Christi. ¶ Tertio transfigurari voluit propter seipsum, vt celebraret Pascha corpori suo. Triginta annorũ spatium excedebat, ex quo Christi sacrum corpus acerba & frequenti pœnitentia macerabatur, dilaniabatur, malè tractabatur, afflictabatur, & deniq; iciuniorum aspero cruciatu in perniciem, & interitum ruebat, nec diem aliquem lætum & festiuũ ducebat. Et præter labores, quos Christus ob nostra scelera perpeti voluit, ex eius oculis aquarum fluẽta indies promanabant, cor autẽ eius tristitia operiebatur, cum videret flagitia hominum, ludos, luxurias, adulteria & blasphemias, quas frequẽter audiebat, & multitudinem animarũ, quæ in infernum præcipites ducebantur. Vt ergo tantisper corporis sui labori, & fatigationi cõsuleret, voluit transformari, celebrans, saltem semel in vita, festum & Pascha corpori suo afflicto, & calamitoso. Sicut tu facis festũ quotidie corporĩ, & nunquã animæ, sic Christus (qui sem-

per festũ animæ celebrabat, nũquã verò corpori) voluit nunc corpus exhilarare, eiq; aliquid solatij & gaudij cõcedere, vt vltra in laborum aspero itinere progrederetur, cum tot, & satis magnis eũ à frõte manerent labores. Vt ergo nos doceret, quòd etsi vitæ progressus & excursus sit nimis durus, & acerbus, expedit tamen aliquando aliquid solatij corpori concedere, propterea voluit trãsformari. Sed hoc tempore iam non licet, homines doctrinam hanc docere, nec eis dicere, vt corpori indulgeant, & morem gerant quãdoque, imò verò è contra necesse est eis in memoriam reuocare, vt animæ suæ saluti consulant, quãdoquidem eius tãtopere obliuiscuntur, corporis verò, nequaquam; nam vt est hominũ vita flagitijs cooperta & coinquinata, videntur innuere & significare se anima carere & destitutos esse, nullãq; post hanc vitã manere. Igitur cũ Christus transfiguraretur, quid contigerit audiamus Euangelistam dicentem. *Et ecce duo viri loquebãtur cum illo. Erant autem Moses, & Elias visi in maiestate.* Vt sæculis innotescat Dñm nostrum Iesum Christum à lege, & prophetis testimonium suæ diuinitatis habere, eundemq; esse Dominum legis, & prophetarum, cuius ad obsequium legislator Moses, & prophetarum Zelotes Elias, venerunt. Accusabãt Iudæi Christum Dñm tanquam legis Mosi transgressorem, & violatorem, & quãuis ipse dixerat. Nõ veni soluere legem, sed ad *Matth. 5.* implere, non tamen crediderunt ei, imò potiùs dixerunt. Tu testimonium perhibes de *Ioan. 8.* te ipso, testimoniũ tuũ non est verum. Si ergo eius testimonio fidem non vultis habere, credite legislatoris Patri testimonio, nempè Mosi, & credite testimonio tam præstantis, & magni prophetę, vt est Helias, magnus le- *Deut. 17.* gis Zelotes, quãdoquidem in ore duorum, vel trium, stat omne verbum, præsertim cũ hi duo testes adeo sint veraces, & tantæ existimationis. Nam si Christus (vt asseritis) est legis transgressor, cur Moses ipse, qui vobis dedit & cõstituit legẽ, venit ad obsequẽdum, & obtemperandum ei? Quod si legis contẽptor, & violator à vobis iudicatur, cur etiã adest vt ei cultũ, & reuerentiã exhibeat magnus ille legis Zelotes Helias? Aduerte autem quod Mosis (qui mortuus erat) anima, accepit aliquod corpus ex aëre, in quo apparuit, & loquebatur sicut faciũt Angeli, quãdo nobis apparent, & hoc sufficiebat, & nõ ab aliquo portatus ex finu Abrahæ, ve-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nit, quia erat purus spiritus, & nullius grauitatis, & sic subito poterat ire, quo vellet. Elias autem homo erat viuens, & mortalis, quia non habebat dotes gloriæ, vt posset subito per dotem agilitatis ire, quo vellet,
Dan.14. oportuit quod ab aliquo portaretur. Credo quod ab Angelo portatus sit, sicut portauit Abacuc de Iudæa, in Chaldæam, & ita in prima vice portatus fuit in curru igneo. Visi sunt autem in maiestate: hoc est in magna claritate, & dignitate.

¶ Obseruandum autem quod claritas Mosi, & Eliæ, non fuit eiusdem generis cum claritate corporum in patria, sicut fuit claritas Christi, sed fuit quædam claritas, sic se habens ad illam, sicut fides in via, ad visionem in patria, & ideo aspectum Apostolorum non offendebat, quod non fuit de claritate Christi. Et huius ratio est, quia anima Christi glorificata fuit, non tamen anima Mosi, nec Eliæ, & ideo corpori eius potuit conuenienter attribui claritas gloriosa, non autem corpori Mosi, aut Eliæ, ne prius es-
1.Reg.28. set gloria in corpore, quam in anima. Aliter tamē fuit in apparitione Samuelis, quia ibi fuit vnum corpus formatum ex aere, & apparuit esse corpus Samuelis per opus diaboli. Anima etiam Mosi, quæ venit de lymbo, non amisit pœnam carentiæ visionis.

¶ Aduerte etiam quod testes ex veteri, & ex nouo testamento adduxit Christus, quia ad gloriā creati sunt tam antecedētes, quàm præcedentes. Sed præcipuè qui erant ex nouo testamento, quàm qui ex veteri, plures enim ex nouo testamento saluantur, quàm ex veteri, vtriq; tamen pauci sunt, quia multi sunt vocati, pauci verò electi. Adduxit
Matth.20. autem hos duos, potius quàm alios, quia cū Christus dixisset antea, qui voluerit animam suam saluam facere, &c. Vt corda discipulorum confortaret, adduxit hos duos in exemplum, quia Moses exposuit vitam pro Christo, quandò se obtulit Pharaoni, & Helias Regi Achab.

Exod.5. ¶ Aduerte etiam quod hic Deus promissis
3.Reg.17. stetit, promiserat Mosi, posteriora mea vi-
Exod.33. debis, quia vidit Christum in carne. Supra
Psal.128. dorsum meum fabricauerunt peccatores, id est, suprà humanitatem Christi.

¶ Præterea inter viuum, & mortuum trāsfiguratur Christus, ex quo vtilissimum nobi datur exemplum, vt si volumus Deum in cœlo trāsfiguratum videre, omnia nostra inter mortem, & vitam collocemur, vt vno oculo in vitam directo, alterum in mortem flectamus, & tanquam in sequentem mortem, omnia ad nihilum reditura.

¶ Expende, quo pacto Christus in gloria suę transfigurationis mortuum ante oculos constituit. In quo docet, quod diebus festiuis & iucundis memoriam mortis habeamus, nobisque ante oculos obuersetur præsens, ne magnitudo honoris, & fœlicitatis mundanæ nos extollat, & in superbiam deducat. Ideo sapiens ait. Si annis multis vixerit homo, & in ijs omnibus lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum. Et Moses etiam. Vtinam
Deut. saperent, atque intelligerent, & nouissima prouiderent. Mors cum venerit, victa erit, si antè quam venerit præmeditabitur. Nullum telum poterit à morte melius defendere, quam ipsiusmet mortis memoria, & recordatio. Nec aliquid reperies, quod te melius à morte liberet, quàm ipsius cōtemplatio. Vita sapientis, est mortis meditatio. Indignus efficitur solatij in mortis agone, qui mortis in vita obliuiscitur. Mortem, quæ (vt clarè patet) contraria est vitæ, assumpsit Deus tanquam medium assequendi vitam. Tam iucundam, dulcemque Christus moriens, nostram fecit mortem, vt mortis nomen omnino deperderet, vitæq; instrumentum vocaretur, quādoquidem per eam gloriæ vitam consequimur. Itaque, id quod ante Christi Domini mortem, mors erat, nunc sanè vita est. Vita (inquam) bonis, & ostium æternæ mortis, reprobis & scelera-
Matth. tis. Est delectus, in quo strenuis militibus stipendia soluūtur, timidi vero missi fiunt, & à militia abdicantur. Mors diuersum confert præmium ijs qui in vita diuersi & differētes sunt. Da operam, vt sis ex ijs, qui optimum assequuntur præmium. Niniuitæ au-
Jonæ. dientes sententiam mortis, quam Ionas prædicabat, pœnitentiam egerunt. Aduerte quæso quantum emolumenti secum ferat mortis cogitatio, quādoquidem in illis peccatoribus tātæ extitit causa mutationis. Ne quaquam vincēris, si fueris tentatus, dummodo mortem contempleris. Ne tantopere vitā diligas, vt mortis obliuiscaris. Tunc citius moreris, cum optabilius viuis. Mortis memoria efficit ne homo in prosperis superbiat. Pulchrum, & honestum est vitam ante mortem consumere, posteaque secure reliquam tui temporis partem expectare. Si reliquos è vita commigrare cernis; cogi-

tate quoq; ad mortem gressum facere, quādoquidem tam properè curris (& si te quiescere existimas) ac illi, quos quotidie mori cernis. Cū sibi duæ cymbæ in mari obuiāt, existimant qui hac vehuntur se tardo cursu pergere, qui verò illa, concitato: cùm re vera vtrique æquo properent cursu. Sic quidam, cū reliquos è vita euolare conspiciūt, credunt se immortales esse, & conquiescere in vita, dum reliqui vitæ cursum cōficiūt & absoluunt. Caue dixeris mortem te impara
Ecclesi. tum adoriri, cum te quotidie aliorum interi tu commoneat. Si mortem contemplatus fueris in timore vitam deges. Qui per vias nimis multa coopertas iter faciunt, nihil omnino vident, cum domum aliquam ingrediuntur, ideo periculosum tunc est ingredi loca periculosa. Sic, qui per vitæ huius albo
Psal. res, & prosperitates pergunt, quæ sicut nix liquefiunt, & in nihilum vergunt, quando alterius vitæ domum ingrediuntur per hostium mortis, nihil vident. Sic moriuntur impij turbati, & furibundi, se ipsos omnino nescientes. Ex diuitijs, ad paupertatem gradum faciunt: ex honore, & tranquillitate, in ærūnas, & miserias tendunt. In morte oblisciuntur sui, quia in vita obliti sunt Dei.
Psal. Difficilè potest tunc malus saluti suę prospicere, propter huius mundi lucem commentitiam. Nullum præsentius remedium habent, quàm cum multo ante, id quod posteà accidet, speculantur, mortem ipsam in
Psal. vita præmeditantes, tanquam Helias, qui ad os speluncæ erat aspiciens, & contēplans, Sed de his iam satis. ¶ Obseruandum est etiam, quod fecit Christus in hac sua gloriosa transfiguratione, quod imperatores facere solent in regnis suis, scilicet ad comitia conuocare magnates, & ciuitatum oratores, negotiaque ipsarum agentes. In cuius curia duo fiunt. Primum iurant principem in regem. Secundò tractantur ea: quæ spectant ad vtilitatem publicam. Ita Christus conuocauit hodie magnates omnium ciuitatum. Ex ciuitate limbi, venit Moses, ex paradiso, venit Helias, & ex mundi ciuitate venerunt Petrus, Iacobus, & Ioannes, tanquam
Psal. procuratores, negotiorumque gestores. De ijs comitijs dicit Dauid. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahā. In ijs comitijs primum iurauerunt Christū regem: & licet euā demprorem nostrum in regem: & licet euā gelistę non dicant, maxime credendum est, quod prostrati cū multis lachrymis, & deuotione adorauerunt Christum in regem. Et
Psalm.85. Moses, quia senior, dixit illud, Magnus es
Esai.45. tu & faciens mirabilia: tu es Deus solus. Helias etiam nomine suo, & nomine Enoch dixit. Vere tu es Deus absconditus. Videris mortalis, finitus, & limitatus: & es immortalis, infinitus, & omnipotens. Confessus
Matth.16. est etiam Petrus dicens. Tu es Christus filius Dei viui, Ecce quomodo iurauerunt eum regem. Secundò: quod fit in comitijs, est quod tractent, & loquantur de his, quæ pertinent ad vtilitatem publicam & bonū commune. Nihil tam necessarium fuit mūdo, & limbo, quam Christi passio, & nostra redemptio: & ideo hoc negotium tractatū est in ijs comitijs, propter quod ait euangelista. *Et dicebant excessum eius, quem completurus erat in Hierusalem.* Loquebātur de excessiua passione, & agebant ei magnas gratias, & deprecabantur, vt eam acceleraret. Dicitur au tē passio Christi excessus, quia soluit, plus quàm debebamus. Fecit Deus legem de nō remittendo peccatum Adæ, & filiorū eius si non offerretur ei obsequium maius in genere obsequij quam peccatum Adæ fuerat displicens in genere delicti. Constituit se Deus fideiussorem pro bonis, & soluit plusquàm debebamus: vna enim gutta sanguinis Christi sufficisset pro redemptione totius generis humani, tamen dedit totum sanguinem suum. Ecce quomodo fuit excessiua, quoad satisfactionem. Sed obsecro domine, si vna gutta sufficeret, cur soluisti totum sanguinem? Ad ostendendum excessiuum amorem. Accidit nōnunquam te inimicum in vincula coniecisse tuum, propter centum aureos, quos ei credidisti, tuq; adeo bonus & mitis es, vt non solum pro eo centum illos aureos soluas, sed etiam mille, si à te quærerent, cur hoc facis? respondebis, vt eum in meum amorem plus deuinciam, obnoxiumque reddam. O immensa Dei bonitas, quandoquidē vt nos obligaret ad sui amorem, non solum (cum ei essemus infesti & inimici.) pro nobis exoluit quod debebamus, sed etiam vlterius processit. Sufficiebat gutta vna sanguinis sui: vt nos redimeret: sufficiebat sanguis in circuncisione effusus: nam propter suppositi infinitatē, omnes eius operationes infiniti sunt meriti & valoris. Attamen tātam sanguinis copiam effundere voluit (iuxta illud psalmi. Copio
Psal129. sa apud eum redemptio) vt nos ad se amandum plus astringeret. Hoc Paulus ait. Com
Rom.5. mendat

Universidad de Deusto
Biblioteca

mẽdat Deus charitatem suã in nobis, quod cum inimici Dei essemus, &c. & Ioãnes ait.
Ioan. 14. Maiorem charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. At Christi charitas maiorem omnium charitatem antecelluit, cum pro inimicis mortuus sit. Excessus etiam fuit ex parte Christi in dolore, nam dolor ipse, adeo extitit excessiuus, vt omnes dolores, & sæculi huius mortes multis nominibus superaret. Excessus fuit etiam in persona, cum caput, vt mẽbra euaderent illæsa, periculo & mortis patibulo se exposuit Christus caput nostrũ: morti se obtulit, vt nos ipsius membra protegeret, atque defenderet. Cogitare debes, non solum immensitatem pretij, quod pro te exhibuit, nec solum etiam excessiuum, quem pro te pertulit dolorem, sed etiam quis sit ille, qui patitur, & quis pro quo patitur, & sic videbis amorem excessiuum si cogitas Deũ esse, qui patitur, pro homine vili, atque abiecto. Hoc considerabat Paulus dicens. Qui
Hebr. 1. cum sit splendor gloriæ, & figura substãtiæ eius, &c. purgationem peccatorum faciens. Priùsquam dicat, quo nos pacto à peccatis nostris mundauit, ostendit immensitatem, & præcellentiam Saluatoris, asserens esse splendorem gloriæ, & figuram substantiæ patris. Splendorem gloriæ vocauit illum, quia est immensa claritas patris, nam nomẽ gloria, non significat, sed auget significationem. Nam splendor suam habet ex igne substãtiam, & est simul cum igne, & radius cum sole. Ex quo enim sol est, illico radij. Sol radiorum causa est, & ignis est splendoris. Non Sol ex radijs, sed radij ex Sole gignuntur, & splendor ex igne producitur. Ita vnigenitus ex patre est genitus, est autẽ vna cum mente, vt verbum cum eo qui genuit, & splẽdor cum igne, & radius cum sole. Sed vnum quodque non per se subsistit, sed in illo, ex quo productum est habet subsistentiam. Filius autem Dei, splendor gloriæ non est aliqua patris operatio non subsistens, sed substantia viuens, & per se subsistens. Sed ne quis existimaret verbum æternum aliquid esse accidentale, eo quod Paulus dixerit illud in figura, addidit dicens. Figura substãtiæ eius. Sigillum exprimit in cera figuram, quæ sunt lineæ, & armorum signa & imagines, quas insculptas habet, non vero imprimit metallum & substantiam illam, ex qua sigillum constat. In æterna ergo filij generatione non sic contingit, nam cum pater hãc eduxit, & extraxit figuram, non fuit aliquid extrinsecum & accidentale, sed substantialis figura, quia genitus fuit ex omnibus, quæ sunt de substantia patris. Ideo ne aliquis in errorẽ laberetur, credens figuram hanc accidens esse, dixit Apostolus. Et figura substantiæ eius.

¶ Aspice ergo quam excessiuus fuit hic amor, quo te Christus fuit prosequutus, qui cum is esset, nempe splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, se ipsum obtulit morti & improperio, vt nostra peccata purgaret. Ipse pharmacum accepit, fel & acetum gustans, seque morti tradidit, vt seruum liberaret. Igitur excessiua fuit Christi passio ex parte ipsius Redemptoris. Primum, propter excessiuũ sanguinem & pretiũ, quod soluit. Secundo, propter excessiuum dolorem, quem passus est, cum caput esset, pro membris, & cum esset filius Dei, & figura substantiæ eius, pro nobis peccatoribus.

¶ Ex parte etiam Iudæorum fuit excessiua passio Christi, primo in malitia, quia eorũ malignitas & peccatum excessit omnẽ malitiam, & sic adeo fuit magna, vt omnem malitiam, & mundi peruersitates superaret maximo interuallo. Sic asserit Dauid in persona Christi. Ego autem sum vermis, & [illegible] non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Comparat Christi mortem mortiti vermis, nam doletis, cùm videtis tantum interfici, aut arietem occidi, vel aliud quodcunque animal obire, at vermis morte nequaquam dolere soletis, imò verò illum concultatis, nec eius doletis vicem. Sic de Christo non doluerũt improbi illi, & perfidi Iudæi: siquidem nec illi potũ cum exposcerent, dederunt, sed fel & acetum porrexerunt ei, & quanuis viderunt eum morti damnatum & cruci affixum, non tamen ipsorum sãtiata erat malitia, imò verò illic deludebant eũ, ac probris afficiebant.

¶ Ex parte etiam Iudæorũ secundò fuit excessus in modo, nam adeò concitate, & properè fuit iudicatus, vt iustitiæ modũ non seruauerint, nec habuerint, nã eadẽ die captus & crucifixus fuit, nullum appellationi locũ relinquentes, nec testes ipsos examinantes nec ratihabitionem exigentes, &c. Deh hoc itaque excessu loquebantur Moses & Helias, reddẽtes illi gratiã pro tanto beneficio.

¶ Obserua autem, quod quẽadmodum doctoribus, die ipso, quo gradus honore conferuntur, reprehẽsionis nota afficiuntur, sic nunc,

nunc, quando pater æternus doctoris honore filium exornat (dicens, hic est filius meus dilectus ipsum audite) cum passionis acerbæ nota, & ignominia afficiunt. Similiter in magno illo & honorifico palmarum festo, videns ciuitatem, fleuit super illam.

¶ Expende ex ijs, quam varij, & mixti sunt omnes huius vitæ honores, & iucunditates: quamq; plenæ luctus, & amaritudinis sunt omnes mundi lętitiæ, & festiuitates. Omnes istius vitæ hilaritates, & consolationes refertæ sunt & cumulatæ tristitia: nec in ea licet inuenire perfectum & purum gaudiũ sed omnia sunt infecta infinitis miserijs, & laboribus. Hoc voluit dominus hîc innuere: quando quidem cum vellet tantisper gloriæ corpori impertiri, hîc etiam acerbæ passionis recordatio non defuit, quam passurũ erat hoc ipsum corpus, quod tunc tanta fruebatur gloria & prosperitate. Aman maxima pollebat gratia, & fauore apud regẽ Assuerum, maximeque lætus erat, eo quod à regina Hester inuitatus erat, sed illico tristis remansit, quia ante Mardochæum incedebat, honorem & reuerentiam præbens ei, quem anteà oderat. Tristitia & dolor omnes huius vitæ res comitatur & illis, qui beatẽ & feliciter viuunt, minima quæq; dolorẽ & mœrorem afferunt acerbissimum. Quod cum Dei permissu contingat vt veram amplectamur vitam cœlestem: nunquam tamẽ desunt (proh dolor) qui eam dulcem, & suauem esse existiment. Cogitatio tantum amaritudinis, quę per mundi voluptates, & delicias diffusa late est, sufficiebat, vt omne terrenæ consolationis genus odio haberemus. Cum rex Dauid esset nimis lætus ob partam de inimicis insignẽ victoriam, spoliaque militibus diuideret, ecce ex improuiso ingreditur nuntius, mortem Saulis enarrans, fusique fidelissimi amici Ionathæ, & totius Israelitici populi amissionem nuntiãs, subitoque omnem victoriæ lætitiam, in lachrymas, & tristitiam acerbissimam commutauit, & conuertit. Meditare, quàm subito tristitia cor occupat iucunditate expletũ. Discę non diligere gloriam mundi præsentis, si non vis acerbam, turbulentam, & funestam vitam degere. In hac transfigurationis gloria, cum sit adeò sancta, honesta, & debita laboribus, quos Christi sacrum corpus passurum erat, tamen voluit dominus eam memoriæ tradere, ne mundi voluptates, & sordidas delicias à tristitia, & dolore immunes & alienas esse? &c. ¶ Obserua etiam quod in gloria loquuntur de passione: vt discas, quod nemo potest ire ad gloriam, nisi per passionem, & ignominiam crucis. Sicuti qui vult vinum vendere, præconi priùs parum eius exhibet, vt qui emere velit, prælibet, & degustet: præconique commendat, vt pretium intonet. Sic Christus volens ostendere supernã & cœlestem gloriam, & exhibere eam vænalem, dedit eã præconi, qui est pater æternus quando dixit. Hic est filius meus dilectus, ipsum audite. Æstimatores fuerunt Moses, & Helias, qui pretium istius gloriæ constituerunt, quòd fuit Christi crudelis passio, nam sine hac non sufficiunt omnia nostra opera ad consequendam nec promerendam gloriam. ¶ Sed est hic magnũ mysterium non prætereundum. Obsecro domine, vocas magnates ad comitia, vt tractẽt de tua morte? Quis vnquam Regum hoc tractauit in propria curia? Reges quando vocãt ad comitia, potius tractant de vtilitate propria, scilicet de redditibus, & de exigẽda pecunia & postea de communi vtilitate. At Rex hic cœlestis multo aliter, nam potius agit de nostra, quam de sua vtilitate. Loquebantur de passione, non vero de resurrectione, quia resurrectio, fuit Christi specialis vtilitas: & quanuis etiam extiterit nostrum cõmodum, tamen abundantiorem ex Christi passione fructum excerpimus. Et sicut in comitijs, non est attendendum, nec curandum proprium regis emolumentum, sed regni, & communitatis. Sic Moses, & Helias, qui munus, & officium legatorum obibant, tanquam boni negotiorum gestores non agunt in ijs comitijs de resurrectione, quæ Christi proprium & speciale fuit commodum, sed potius de passione, per quam totus mundus fuit redemptus & in libertatem iucundissimam assertus. Omne regni incommodum & detrimentum ex contrario oritur: quia omnes conantur Regi blandiri, voluntati eius obsequi, & parere, commodis inseruire, vt in eos beneficia conferat, dignitatibus efferat, diuitijs cumulet & amplificet: paucissimi vero agunt de communis cõmodi conseruatione, deque Reipublicæ amplificatione. Causa vero cur Respub. tam præposterè gubernatur, & regitur, ea est, quia omnes quærunt, quæ sua sunt, & non *Phi. 2.* quæ Iesu Christi. Hinc est quod vocauit Mosem & Heliam, & non alios, vt ait Chry-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chrysostomus, vt Petrus qui illic aderat & futurus erat prælatus, & pastor ecclesiæ, acciperet exemplum in Mose, & illum imitaretur, qui adeo cõmune bonum dilexit, & populum sibi commissum, vt vellet potius vitam, & populi salutem, quã salutem suã: dicebat enim Domino. Dimitte illis hanc noxam, aut dele me de libro, quem scripsisti. Adducitur ergo Moses vbi erat Petrus, acsi Christus diceret ei. Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte mõstratum est. Sed Euangelistam audiamus quid de Petro, & de suis socijs dicat. Ait ergo. *Petrus vero, & qui cum eo erant grauati erant somno.* Hinc apparet nocte, aut mãtutina hora octaua diei, hæc fuisse gesta, ideo Lucas dixit, ferè dies octo. Iesu siquidem orante, Petrus, & Iacobus, & Ioannes à prolixa oratione repente somno retrahũtur, propter quod verisimilius est quod post aliquas noctis horas hoc fuerit. Crediderim etiam, quod Christus immisit in illis istum soporem, & hoc innuitur, quia dicit, grauati erant, quod notat quandam violentiam ab aliquo, idest, ab extrinseco fieri. Sic Deus immittit somnum, quibus vult, vt Deus immisit soporem in Adam, quando extrahere voluit vnam de costis eius. Sic misit soporem super omnia castra Saulis, nam dicitur. Non erat, qui videret, & intelligeret, & euigilaret, sed omnes dormiebant, quia sopor Domini irruerat super eos. Idest sopor immissus à Deo. Fuit autem iste sopor immissus à Deo super discipulos, vt nõ viderent discipuli quomodo Christus incipiebat transfigurari, quia illud erat admirandum, & forte eis esset occasio ad putandum quod fiebat res fantasticè, & magicè. Sic non viderunt quando veniebat Moses, & Helias, nec quando recesserunt, & cessauit fulgor in facie Christi, sed solum viderunt eum redactum ad statum in quo prius erat antè transfigurationem. Et *euigilantes viderunt maiestatem eius & duos viros, qui stabant cum illo.* Viderunt claritatem magnificam, & eminentiam eius supra Mosem, & Heliam. Cognouit autem Petrus illos esse Mosem, & Heliam, quos antea nunquam viderat, quia Christus, audientibus Apostolis alloquebatur nominatim Mosem, & Heliam, sicut amici conuenientes solent se inuicem ex nomine salutare. Potuit etiam cognoscere eos ex verbis eorum, vel ex similitudine ad pictos Mosem, & Heliã. Potest etiam dici quod cognouerunt eos in illo lumine gloriæ. Sic & nos in beatitudine cognoscemus omnes, quos voluerimus, quanuis antea non viderimus eos. Tuque, qui nunquam tuum vidisti patrem, quia antequam in lucem fuisses editus, è vita migrauit, eum iucundè fœliciterque in gloria conspicies, atque probè cognosces. Et beatus eũ Adamum, aut Ioannem Baptistam, aut D. Petrum, vel alium quemcũque sanctorum, videre volueris, illico eius intuebitur ora, & dulci fruetur conspectu, quem dum hic agere habebant, quanuis splendidiorem, & nitidiorem nunc in beatorum præcellenti domicilio gestent. ¶ Obserua autem, quod vigilantes viderunt maiestatem eius, vt tu discas, quod nemo nisi vigilans, videt Christi gloriam. Ideo Paulus, Vigilate iusti, & nolite peccare. Mirabilis erat somnus Ionę, qui, cum periclitarentur omnes, qui erãt in nauigio, & esset in medio maris, circumdatus tantis periculis, ipse dormiebat sopore graui obrutus. Quanti etiam & nunc in hac vita periculis plena, & miserijs abundãti, nescientes an forsitan hodie reddituri sint rationem iusto iudici, ipsi vtraque dormitaure. Hoc plorans Paulus dicebat suis Corinthijs. Ideo inter vos multi imbecilles, & dormiunt multi. Oportet ergo, vt vigiles, & à somno consurgas, vt cum mors venerit videas Christum glorificatum in cælis, nam si mors te dormientem inuenerit, scito quod nunquam vigilabis, sed vsque in æternũ dormies, iuxta illud quod in Hieremia habetur. Inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum. *Et factum est cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum. Præceptor, bonũ est nos hic esse.* Matthæus ait, quod Petrus respondit, dicens. Bonũ est nos hic esse, &c. Ad quid respondit Petrus? Non est responsio, sine quæsito. Vocat Deus ad comitia, & negotiorum gestorum ciuitatis suffragia exposcit, & agitur in ijs comitijs de communi bono, & de humani generis libertate. Quid vis tu Moses? Domine vt me liberaris, nosque à sordido illo limbi teterrimo carcere extrahas. Te expectant, quique hic detinentur, ad te anhelant, teque vnum verum liberatorem expostulant. Et tu Helias, quid ais? Domine, vt vitam pro nobis exhales, & effundas omnino, totus enim ex bis ad interitum præceps ruit, nisi tu succuras, sanguinemque pro nostra liberatione penitus effundas. Et tu Petre quid dices? Respondens autem Petrus, ait. Domine bonum est nos hic esse. Ego contrariam statuo sententiam, meaque opinio, & consilium illud est Domine, vt hic nos tueamur, impetumque inimicorum frangamus, denique ne te neci tradas, sed hic consistamus, & faciamus tria tabernacula. O quàm malè procuratoris munus obibat Diuus Petrus. Agit de proprio commodo: non autem de communi Reipublicæ vtilitate. Ideo Beatus ait Augustinus. O Petre mundus perit, & tu secretum quæris? Nescis Petre quid dicas. Restant magna peragenda negotia, & magna statuenda sacramenta. Nondum enim stabilitum est sacramentum Eucharistiæ, humanum genus non est redemptum. Detinentur animæ in limbo vinculis constrictæ, & colligatæ expectantes dulcem libertatem. Et quia Petrus fruitur gloria montis iuxta suum desiderium, & animi votum, elatus, & hilaris ob magistri sui indulgentiam erga se, mortuorum, & vinctorum cura nequaquam angitur, & contristatur. Attendite, ne spe vestrorum hæredum innixi, & fulti, somno indulgeatis. Quot & quanti è vita decedunt, qui malè parta minimè restituũt, nec debita sua soluunt, omnem spem & curam in hæredes suos transmittentes? Hæres verò diuitijs, & voluptatibus affluens, conquiescit, cibo, & potu minimè indigens, bonis defuncti iucundè perfruens, defunctus vero meritas peccatorum pœnas in purgatorio luens, hæres vero nihil aliud dies noctesque meditatur, nisi voluptates, vitam iucundam, & lætam agens, nec sacris, alijsque suffragijs afflictam defuncti animam à purgatorio extrahere contendens. Petrus non curat de animabus, quæ erant in inferno, quia ipse dulcem, & iucundam ducit vitam secundaque fortuna fruitur & gloria. Quando defunctus te hæredem in toto esse constituit quid aliud egit, nisi quandam sempiternam sui memoriam animo tuo infixam, & impressam relinquere, quam nulla oblitione deleres, & raderes? Ne fis segnis in vita, nec obliuiscaris bonorum operum, crescens & sperans hæredes, & fidei commissarios pro te soluturos: nam ij sæpè numero, id, quod hic Petrus, agunt. In vita eleemosynis incumbe, bene, & honestè actis tempus consume, non vero hæc in tempus mortis transmittas. Ideo Christus loquens de eleemosyna dixit. Te autem faciente eleemosynam. Non dixit. Te testante, sed te faciẽte. Tu tuis manibus eleemosynam elargire, aliaque bona opera miseris, & squallidis cõtribue. Nolunt multi eleemosynas facere, sed morientes, quæ secum ferre nõ possunt pauperibus erogari commendant. Non ergo eleemosynæ nos sequantur, sed præueniant nos, vt recipi mereamur in cælum. Sicut munera præmittimus his, quorum gratiam habere volumus, & victum ante mittimus ad locum, quo vadimus. Ideo in Ecclesiastico habetur. Ante mortem benefac amico tuo, & secundum vires tuas exponẽs da pauperi. Nonnè valde amens & insanus es, dum existimas, & credis plus te amaturũ amicum tuum, quam tu te ipsum amas? Si ergo tu nullã tui curam geris, cur credis aliũ habiturum? Cum tam segniter tecum te habeas, & te tantoperè diligas, crede alios etiã negligenter tua pertractaturos negotia, quã doquidem nõ te plus diligunt, imò verò minus, ac tu te diligis. Si tu erga te ipsum iniquus es, & segnis, non credas alios tibi profuturos, tuique curam habituros. Episcopi eiusque vicem gerentes, magnam deberent curam gerere, vt testamenta exequerentur statim, at in nostra Hispania hæc segniter pertractantur, &c. ¶ Obserua autem quod non solum hac vice, sed alia etiam vice voluit Petrus impedire Christi passionẽ, quando dixit. Absit à te Dñe. Cui Christus respondit, vade Sathana, quia non sapis, quæ Dei sunt. Nunc in eadem perstat insciti, quia vidit quod Moses, & Helias agebant de passione Christi. Ab hac appellat sentẽtia D. Petrus, & ait, minimè sed in hoc mõte tuti erimus ab Iudæorum impetu, & incursu, tranquilleque degemus. Et sic hoc, quod dixit, D. Petrus, ait Origenes dæmonis suggestione, & impulsu accidisse, nã sicut Deus vtitur iniquis & sceleratis, vt eorũ ministerio & opera, bonos torqueat & affligat, sicut Assure vsus fuit tanquam virga furoris sui, vt Israel supplicio afficeret, & pœna, & Nabuchodonosor appellatur seruus Dei, non quod amicus Dei existeret, sed quia Dei voluntatem exequebatur cum Israel cruciabat: sic dæmon è contrà vtitur bonis, vt eis mediantibus iniqua agat. Bonus & sanctus erat D. Petrus, sed tamen hoc, quod dixit, dæmone suggerente, et imperãte asseruit. Voluit enim Sathanas ore Diui Petri nostram impedire libertatem. Nam si benè Diuus Petrus loquutus fuit, cur ergo inquit Euangelista, quod nesciebat quid diceret? Quemadmodũ omnis virtus donum Dei

Gen.2. 1.Reg.26. Exo.32. Exo.25. 57 sup Matt. Ecclesi.14. Matth.16. Orig.hom.3. super Matt. Esai.10. Hier.25.

Dei est, & ab ipso Deo profluit, sic omne mẽdaciũ, & inscitia à dæmone tanquã ab impuro fonte promanat. Et mẽdaciũ sanè erat asserere bonum esse illic consistere, & manere, nam non bonum, sed malum, & pernicioſum erat. Hoc etiam facit nunc frequẽter diabolus, nam vtitur ijs, qui homines bonæ frugis videntur, ſicuti clerici inſcij & religionis vinculo ſacramentoque colligati, quos cum credas esse sanctos, & doctos, te decipiunt, aientes, Abi sis, ne existimes hoc esse peccatum, & flagitium, rectè tu quidẽ facies hoc exequendo. Horum ductu, & ministerio quàm plures secum dæmon in infernum præcipitat, &c. ¶Sed dic, amabo, vnde initium traxit hoc imprudẽs Diui Petri assertum? Sanè ab inordinato, & imprudenti amore, quo Christum Dominum cõplectabatur. Non diligebat Christum eo modo, quo ipse vult diligi. Inurbanè & imprudenter Christi diligebat humanitatem. Amor hic imprudens creatarum rerum sæpenumero ansam, ad Dei offensam præbet. Adamus nobis exemplo est, de quo inquit Augustinus, quod peccauit Adam, nè contristaret delicias suas, scilicet, Euam. Et hinc oritur, quam plures homines matrimonio colligatos, in infernum recta ire, quia imprudenter, & præposterè vxores diligunt suas, quàm pluresque patres, quia plus satis inuersoque ordine liberos amant suos, & vt eis ingentes diuitiarum cumulos relinquant, denique multos inferorum sedes recipiunt, eo quod amicorum gratia mortiferè deliquerunt, &c. ¶Secundò potuit hoc etiã euenire Petro, vt hæc diceret, quia dulcedine gloriæ captus, optabat ibi permanere, & terrenorum obliuiſci. Sic ait Diuus Chryſoſtomus. In quo datur nobis doctrina, quod ideo non obliuiſcimur terrenorum, quia nõ amamus cœlestia. Nam (vt Anſelmus ait) quo amplius quiſque vitæ cœlestis dulcedinem deguſtat, eo amplius faſtidit omnia, quæ placebant in infimis. Merito Petrus visa Domini maiestate, repentè cunctorum, quæ nouerat, terrenorum obliuiſcitur, & solis ijs, quæ videbat cupit adhærere, ibique cum Ieſu optat habitare. Cum quis incipit Dei deguſtare dulcedinem, omnino renuit mundi guſtare iniquas, & turpes voluptates. Quid? nec in ſermonem mundi incidere, nec de eo aliquid narrare, aut audire. Si in altũ contemplationis, & conſiderationis diuinarum rerum aſcenderes, repentè omnia quæ in mundo ſunt, faſtidires, reſpueres, & abijceres. Paulus, tanquam homo cui ſ
ius conuerſatio in cælis erat, omnia abiecta,
& vilia esse cẽſebat, ac proindè aiebat. Om
nia arbitratus ſum vt ſtercora. Si tãtilla cœleſtis gloriæ gutta ſic Petrum inebriauit, quid erit, cùm tam ingens diuinitatis alluuies animas noſtras plenè irrigauerit in cælis? Inebriabuntur à torrente vbertatis tuæ. ſ
Si tantillum deliciarum gloriæ guſtauerit homo, confeſtim obliuiſcitur omnium rerenarum voluptatum, omnes mundi illecebras, & cupedias contemnit, & faſtidit Deũ
que apertis alis concupiſcit, ad eumque con
tendit. Quando ſeruus ille Abraham iuſſu
Domini abijt in Meſopotamiam, quæſitu
vxorem Iſaac, cum ei obuiam veniret Re
becca, fecit periculum, quo cognouit Dei
volũtatem eſſe, vt illa vxor Iſaac exiſteret.
Dedit ei inaures aureas, & armillas in ma
nibus eius. Poſtea in vxorem filio Domini
ſui eam à parentibus expoſcit, qui mentem
adoleſcentulæ cognoſcere cupientes, inter
rogauerunt eam. Vis ire cum homine iſto?
Reſpondit illa, vadam. O magnum Dei my
ſterium, & arcanum, nam mox vt alicui glo
riæ obſides præbes domine, teque illi pro
ris, & manifeſtas per fidem (hoc eſt enim
inaures aureas, & armillas ei in manibus
dare, qui ſunt amor, & charitas delicias que
cœleſtes) extemplo omnia terrena deſpi
cit & contemnit, delicias que paternas pen
dit teque iucundiſsimè ſequitur. Cùm
Helias propheta Dei gloriã & maieſtatem
coram ſe prætereũtem vidit, pallio ſuo ocu
los texit, nam mox vt quis Dei fruitur deli
cijs, omnibus terrenis oculos claudit, & ob
ſtruit. Ideo Petrus omnium mundanorum
oblitus, & magiſtri ſui gloria delinitus, an
Bonum eſt nos hic eſſe, omnium huius ſæ
culi obliuiſcitur voluptatũ, omnia deſert,
& reſpuit, vt cum Chriſto Domino com
moretur. Præterea, ſi ſic abſorptus eſt Pe
trus, videns Chriſti humanitatem glorioſam, quid erit in cælo cum videbimus Dei
tam, quid erit in cælo cum videbimus Dei
maieſtatem glorioſam? &c. Quanto maior
erit dulcedo videre regem Angelorum in
cælo in decore ſuo? Ideo Dauid in Pſalmo.
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ do
mine, quam abſcõdiſti timentibus te? Quo
amplius quis deguſtat dulcedinem vitæ cœ
leſtis, eo amplius faſtidit terrena. Vnde Da
uid. Quid mihi eſt in cælo, & à te quid vo
lui ſuper terram? Deus cordis mei & pars

Aug. li. 14. cui. Dei. c. 11

Anſelm. in enarr. Euãg.

mea in æternũ. Admonet locus iſte, vt omnia hæc terrena, diuitias, delicias & quicquid mundus habet, vt contemnamus amore cœleſtis patriæ quandoquidem tanta dulcedine repletus eſt Petrus, videndo Chriſti metamorphoſin, vt omniũ rerum ſit obliti, & quaſi à ſe ipſo alienatus. Nam ſi tam bonũ eſt nos hic eſſe, videndo Chriſti tranſfiguratiõnẽ, quanto meliùs erit videre Deũ, & frui diuina eſſentia in cælo in omnẽ æternitatem? ¶Expende etiam, non eſſe crucẽ, nec afflictionem, totam iuſtorum vitam, ſi cuti exiſtimant multi hominum mundano rum. Pius Dominus, & iuſtorum pater, ſuorum electorum curam gerit, ſcitque in hoc mundo eos conſolari, temporeque opportuno eos conuenire, eiſque apponere deliban dos gloriæ guſtus, & delicias, ne oneri ſuccũbant, aut in via deficiant, imò verò animos ſumant ad labores futuros. Quam magnæ vero ſint hæ deliciæ Diuus Petrus nobis ſignificauit, quandoquidem tam erat à ſenſu alienus tunc temporis, vt quid diceret prorſus ignoraret, nec memoria tenebat res humanas præ magnitudine guſtus, quem illic capiebat. Exiſtimant mundani, & perditi homines, ſe ſolos perfrui hoc mundo, cum reuera minimũ ſolatij ſpiritualis, quod hic iuſti habent, multis nominibus longoque interuallo ſuperet omnes omnium malorũ voluptates, & delicias. Ne exiſtiment totũ ſolatium Deum in aliam vitam reſeruaſſe, quãdoquidem in hac etiam vita multas ſuis tribuit, & concedit delicias, vt ex ijs, quæ hic gaudet Diuus Petrus, intelligere licet. Sed Petrum vltrà audiamus. *Faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moſi, & vnum Helię.* Tu vero Petre, vbi nam eris? Vbi nam erit Iacobus, & Ioannes ſocij, comites tui? Quod ſi inquis, quod eritis cũ Chriſto, quæro nũc, vbi erit frater tuus Andreas? cur eius non recordaris? Attẽdite quantum malum inuehat proſpera fortuna. D. Andreas adduxit Petrum in veram Dei cognitionem, vt Diuus Ioannes in ſuo ſcribit Euangelio. Et Andreas introduxit Petrum in palatiũ, eumque coram Rege ſtatuit, nũc vero cum ſe Petrus regi acceptum videt, & in dignitate & honore conſtitutum, iam penitus obliuiſcitur eius, qui eum in tantam euexit amplitudinem, & gratiã Regis. Quotidiè hoc accidit, quòd quis alio procurante, gratia & fauore plurimũ valet apud principes, poſtquam verò omnia proſperè & fœliciter ſibi contingere videt, obliuiſcitur illius, qui ei aditum ad tantos dignitatis gradus præbuit atque aperuit, neque eius aliquam rationẽ habet. Quam plures videbis, qui cum in cœnobijs ſuis agunt, humiles, atq; probi ſunt, at cum Epiſcopi, præſides, Abbates, aut Domini creantur, neminem non reſpuunt, omnes ignorãt, imò verò ſeipſos neſciunt. Proſpera fortuna homines in inſaniã conijcit, efficitque ne ſe ipſos cognoſcant, & amicorum obliuionem ingerit, & ne eorum à quibus quam plurima receperunt beneficia, recordentur. Ioſeph, pincernæ Pharaonis dixit. Memento mei dum benè tibi fuerit. *Gen. 40.* Cum (ait) omnia tibi ex animi ſententia ſuccedent, quod eſt tempus obliuionis, oro te vt mei recorderis. Probè norat Ioſeph, ſecundam & proſperam fortunam homines in obliuionem aliorum inducere, ac proinde dixit vt tempore proſpero eius memoriã cordi infixam haberet. Ideo etiam Dñs in Deuteronomio, cũ promitteret vrbes, quas *Deut. 6.* ipſi non ædificaueruent, dixit. Caue tibi ne obliuiſcaris Domini Dei tui. Sũmè debet in hoc laborare ſeruus Dei, vt cũ ditior fuerit, & opulentior tunc plus Dei ſui, qui omnia cõtulit, recordetur. Non ſicut Petrus, & ſicut alij multi faciunt. Olim vir deſiderio-
rum Daniel, qui præpoſitus à Rege Nabu- *Dan. 2.*
chodonoſor, recordatus eſt ſociorum eius Si
drac, Miſac, & Abdenago, vt etiam ipſi eſ-
ſent principes ſuper prouincias. De Petro
autem dicit Euangeliſta, quod hæc dixit.
Neſciens quid diceret. Errabat Petrus, quia ſi- *Hebr. 13.*
nem ſuũ ponere volebat in hoc mundo, cũ
Paulus dicat quod non habemus hic ciuita-
tem manentem, ſed futuram inquirimus.
Cum eſſet peregrinus, cupiebat eſſe terræ
habitator. Non ergo in hoc mundo viuere
debemus tanquam habitatores eius, quãdo
quidem ſumus viatores, & peregrini, in cæ-
lumq; iter facimus. De veteris teſtamenti
ſanctis inquit Paulus quòd faſsi ſunt ſe pere- *Hebr. 11.*
grinos eſſe in terra, & tanquam viatores
degebãt in ſpeluncis & tugurijs, nec aliquã
in hac vita requiem habuerunt cum ſemper
peregrinarentur. Attende ergo, ò chariſsi-
me, ne vitam ducas in hoc ſæculo, acſi eſſes
habitator, cum vere viator ſis, velociſsimèque in aliam tendas vitam. Caim incepit
exædificare ciuitatem in terra, & amiſit ci-
uitatem in cælo. Primus (qui voluit in hac *Gen. 4.*
vita degere, acſi eſſet habitator, cum verè
eſſet viator) extitit Caim, qui fuit damna-
tus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus. Si te viatorẽ, & peregrinum ducis quẽcunque huius vitæ laborem bono, æquoq; animo feres, in mentem reuocans te cras in cœlestem domum, & habitaculum peruenturum, vbi requiem & solatium capies sempiternum. Et quemadmodum viatores, & peregrini nihil aliud dies nocteſq; cogitãt, nisi domos ad quas gressum tendunt, sic etiã tu nihil aliud, quam cælum, meditari debes, semperq; tibi dies nocteſq; ante oculos obuersetur æterna illa vita, ad quam incitato cursu iter facis. Properas in domum patris tui, nihil aliud cogita, quam quo pacto accedere debes, quam iucundè recipieris, oblitus omnium rerum huius infœlicis & turbulenti exilij. Neſciebat Petrus quid diceret, quia volebat huius ſeculi habitatorem cõſtituere. ¶ Secũdò errabat quia ſuũ proprium quærebat & affectabat ſolatium, non vero populi, & commune. Sic etiam & nunc ſuccessores Petri, & omnes ferè prælati Eccleſiæ ſe ipſos, & ſuos paſcunt, non autem oues
Ezech.34. Chriſti. Vnde Ezechiel plorans dicebat. Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos, &c. Nonne greges à paſtoribus paſcũtur? Quid ergo hoc eſt, quod nunc iam non paſtores oues, ſed ipſæ oues paſtores paſcunt? Oues ipſæ paſtores alunt, craſſos, rubicundos, & nitidos reddunt, ipſæ vero macie penè concidunt. ¶ Tertio errabat, quia
Luc.10. cum eſſet Apoſtolus, & vocatus, vt animabus ſalutis iter oſtenderet, & vt eis vtilis foret, volebat tamen ipſe vitã tranquillam, &
Gen.29. quietam ducere in eremo. Optima quidem Maria, at neceſſaria Martha. Pulchra ſanè Rachel, at fœcunda Lia. Publici, & communes viri, non debent vitam agere eremiticã.
Exod.32. Dixit Dominus Moſi. Deſcende, peccauit populus tuus. Domine (poterat ille dicere) verſabor in contemplatione tui. Nolo, ſed deſcende. Eſſe Chriſtianum, idem ſonat, ac pictoris, vel aurificis, vel alicus alterius artificij officium, & ſicut artifices, non ſibi ipſis, ſed alijs viuunt, ſic Chriſtianus tantum alijs, ac ſibi viuere debet. Ideo Paulus.
1.Cor.10. *Rom.15.* Nemo quod ſuum eſt quærat. Et alibi,
Eccl.17. vnuſquiſq; veſtrum proximo ſuo placeat,
Phil.1. vnicuiq; enim mandauit Deus de proximo ſuo. Quapropter idem Paulus dixit. Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto, manere autẽ in carne, magis neceſſarium propter vos. Sed ad contextum. *Hæc autem illo loquẽte, facta eſt nubes, & obumbrauit eos.* Hoc eſt diſcipulos, præſtitit enim temperamentum diſcipulis vmbra ſua, ne à multitudine lucis ſplendentis in facie Ieſu ſicut Sol, opprimerentur oculi corporei. Præterea in eo, quod ait, quod facta eſt, innuit quod tunc facta eſt miraculoſe, & ideò non naturaliter facta eſt, ſed ſupernaturaliter, nam iſta nubes durauit paruo tempore, nam mox vt intrauerunt diſcipuli Chriſti in nube & audita eſt vox de nube, ſtatim ſoluta eſt, quæ ſi naturaliter facta eſſet, maiori tempore duraret, & non ſolueretur ſic, quaſi ab interſatione. Fuit etiam facta ad occultandum ceſſionem claritatis Chriſti. Noluit enim Chriſtus, quod diſcipuli viderent quando ille incepit transfigurari, ſumendo fulgorem, neq; quando illum depoſuit. Demũ, ſi Exicut in veteri lege loquebatur Deus de nube denſa, & in datione legis loquebatur de medio caliginis, & fumi, quæ vocabatur nubes denſiſsima, quia vox non poterat formari niſi in aliquibus organis, & illa neceſſario ſunt denſa, nam ſi in aere claro, & liquido formaretur vox, viderentur illa organa, aut ipſe formans, quæ Iudæis eſſet occaſio idolatriæ, idem fecit in nouo teſtamento, ne etiã diſcipulis eſſet occaſio idololatriæ, quia infirmi erant. *Et timuerunt intrantibus illis in nubem.* Helias, ſcilicet, & Moſes. Quia non dicitur quod nubes venit ad eos, ſed quod ipſi intrauerunt in nubem, quæ, teſte Petro, ſupereminens deſcribitur, dicendo de cælo, nam ſi non eſſet eminentior, non ſonuiſſet vox de ipſa exiens tanquam de cælo. Ideo intelligendum eſt quod Moſes, & Helias eleuati ſunt paululum à terra vſque ad nubem illam incluſiuè, & hoc ſignificatur per id, quod dicitur, intrantibus illis in nubem. Vnde hinc dicit Lucas cauſarum timorem diſcipulorum, & merito, timebant enim ſe relinqui videndo Ieſum cum Moſe & Helia intrare in nubem. Timebant etiam Dei maieſtatem admirãtes. Hinc Ezechiel Ezde pẽnatis animalibus ait. Cum fieret vox, quæ erat ſuper firmamentum eorum ſubmittebant alas ſuas. Sic cum fieret vox patris ſuper Chriſtum, Apoſtoli Eccleſiæ firmamentum, in tanta maieſtate virtutes ſuas humiliant. Sic iuſti in Dei contemplatione, perfectiones Dei ſpeculantes, omnem de ſuis viribus præſumptionem deponunt, & maculas cordis, & minima peccata veniala, in luce diuini radij vident. A tomi non apparent, niſi ad ſolis radium, ad quod videntur, quanuis minutiſsima quæq; ſint

ſint corpuſcula, eo eo quod aer radijs ſolaribus illuſtratur. Sic iuſti luce ipſa, quam ipſis Deus communicat, vident manifeſtè culpas ſuas & imperfectiones, quanuis minimę ſint quod non ſic iniquis, & ſceleratis accidit, qui cũ inter denſiſsimas & obſcuras tenebras verſentur, ſeparati, & ſemoti ab iuſtitiæ ſole, non vident magna ſua ſcelera: ideo cum ſint mali, ſe bonos iudicant, quia non ſe vident: quemadmodum iuſti cum ſint boni, ſe peccatores eſſe credunt, quia à Deo illuminantur, ſuaque propria cernunt errata, etſi minima, ſeque humiliant, & proſternunt coram infinita illa luce, & maieſtate Dei. Vnde Iob. Oculus meus vidit te, propterea ego in cinere, & fauilla pœnitentiam ago. Sicut phœnix auis ad ſolem alas expandens ac percutiens ſeſe comburit, in cinerem̃que conuertit & ſe in vermem redigit. Ita homo etſi nimis iuſtus ſit, intrans in Dei lucem, & immenſam maieſtatem, videbit ſe nihil eſſe, imo puluerem, & cinerem ſe eſſe affirmabit. Sancti Apoſtoli in maieſtate illius lucis, quam in monte conſpexerunt, & coram illa beatifica viſione ſe demittunt, & abijciunt penitus. Et ceciderunt in facies ſuas. ¶ Expende etiam, quod ſuper facies ſuas ceciderunt: nam vnuſquiſque cadit iuxta modum, quo ambulat. Cùm Apoſtoli incederent tanquam boni, comminus, ſic etiam cominus ceciderunt ſuper facies ſuas. Sic cecidit Abdias corã Helia. At vero mali retrorſum gradum faciunt ſicque cadunt vt ambulant. Sic Iudei ceciderunt retrorſum. Sic etiam Heli ſacerdos de ſella cadens. Dic mihi nunc & tu, ſi diſcipuli Chriſti tam iuſti, & perfecti, tantum timuerunt videntes Chriſtum in nube cum maieſtate, & audientes vocem patris tam glorioſam, & tam dulciter reſonantem, nec de pœnis comminantem: quãto magis timebunt & terrore concutientur reprobi in die iudicij, quando quidem audient illam horrendam, & tremendam vocem, dicentem. Ite maledicti in ignem æternum? Quid facient, cum viderint Chriſtum in nube cum potestate magna, & maieſtate? &c.
¶ Obſeruandum deniq; eſt, quod non ceciderunt ante facies ſuas quando viderunt Chriſti faciem tranſſiguratam, & ſplendentem: ſed quando audierunt vocem tremendam. Quando peccator aliquis beatitudinem videt, non humiliat ſe, nec demittit caput, imo vero ſtat: & ſic non quæres ab peccatore, etiam ſi magnus ſit, & multis flagitijs inquinatus, velit ne beatus eſſe, qui non dicat, maximè. Si vero addas, exiſtimas ne te gloriam aſſequuturum? maximè, inquiet. Si vero dicas. Quid ergo inique viuis? reſpondet, pœnitentiam agam, nam & latro miſericordiam aſſequutus eſt. O
Luc.23. ingens dementia, & inſania. Nam in ſacris voluminibus lego latronem iſtum, cum malè vixiſſet, ſalutem adeptum fuiſſe: at innumerabiles lego, qui cum iniquam & perditam tranſegiſſent vitam damnati, ſunt. Imo aliqui, ſicut Saul, & alij, qui aliquando ſanctè vixerunt, tandemque damnati ſunt è gratiaq́ue exciderunt. Cum ergo tot ſint damnati, quia vitam iniquam tranſegerunt: vis tu vnum ſequi, qui ſalutem adeptus eſt, cum eſſet antea iniquus, & perditus homo? At quãdo nubes Heliam & Moſem circundedit, valdè timuerunt longèque magis audientes vocem, nam memoria iudicij, & horrenda vox, quæ intonabit, ſurgite mortui, venite ad iudicium, peccatores timidos reddit. *Et vox facta eſt de nube dicens.* Hæc vox facta eſt per Angelum, nam diuina ſubſtantia, vel perſona, per ſe ipſam nunquam format aliquam vocem. Angelus itaq́ue loquutus eſt, qui tamen nomine Dei hoc dixit, & ideo potuit formare verba, quaſi Deus pater loqueretur, quia vice eius prolata eſt, vt daret teſtimonium de Chriſto, quæ teſtificabatur complenda eſſe in eo omnia quæ ſcripta erant in lege, & prophetis. Verùm quia de hac voce plura diximus
Luc.3. in ſuperioribus, cum de baptiſmo agebamus, nunc quid vox dixerit, videamus. *Hic eſt filius meus dilectus.* Non affuerunt in baptiſmo diſcipuli, ideò conueniens erat quod nunc audirent hanc vocem. Et hic addidit vox aliquid, quod prius non fuerat dictum ſcilicet, ipſum audite, quod non poterat conuenienter dici, niſi præponeretur, Hic eſt filius meus dilectus. Dixit autẽ hic eſt filius meus dilectus ad oſtendendum eius excellẽtiã: quia non eſt filius eius adoptiuus, ſicut nos, ſed naturalis. Matthæus addidit, quod hæc vox dixerit. In quo mihi benè compla
Luc.3. cui, quæ etiam verba noſter Lucas in baptiſmo Chriſti dicta eſſe ait, vbi ea expoſuim?. Nũc Lucam audiamus. *Ipſum audite.* Acſi diceret. Non audiatis Moſem, quia tranſlato
Hebr.7. ſacerdotio, neceſſe eſt, vt legis trãſlatio fiat. Non audiatis mundũ, qui docet delicias, & honores appetendos. Ipſum audite, qui præ

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipit contemptum diuitiarum dicens. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Non audiatis mundum; qui præcipit dignitates, & honores optando, sed ipsum audite, qui ait. Nisi quis humiliauerit se sicut paruulus iste, non intrabit, &c. Non audiatis mũdum, qui dicit vobis, vt vindictam appetatis, sed ipsum audite, qui ait, diligite inimicos vestros, &c. Si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi alteram. Sinite falsas priscorum expositiones, qui aiunt. Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum, & audite illum, qui ait. Ego autem dico vobis diligite inimicos vestros, &c. Ipsum audite, qui si vobis inferorum pœnas comminatur, potens est ad vos flagellandum, & torquendum. Ipsum audite, quia si vobis gloriã pollicetur, potens est vobis eam contribuere. Ipsum audite, quia Deus est, & doctrina eius non est huius sæculi, sed ex cælo. In ijs verbis resoluit totam legem Euangelicam eamque in Christi ore constituit, qui eius est filius vnigenitus. Ad ostendendum quod discipuli deberent per omnia obedire Christo, dixit hoc verbum, ipsum audite. Ostenderat Deus Christum per fulgorem corporis eius magnæ esse authoritatis, ideo restabat quod obediretur ei. Sic fecit Deus cum Mose, nam non voluit per se dare populo omnia præcepta legis, sed pauca, cætera vero per Mosem, vt autẽ populus crederet Mosi, voluit eum facere magnæ authoritatis, & ad hoc loquutus est cum eo audiente populo vniuerso, & ex tũc crediderunt quicquid Moses diceret. Ita Christus coram discipulis accepit authoritatem magnam, & postea dictum est, ipsum audite, acsi diceret. Iam nõ est opus quod ego loquar vobis dãdo præcepta, sed quicquid iste dixerit tenete auribus cordis, & corporis ei obediendo. Si grauiter peccauerunt qui Mosem seruum Dei non audierunt, neq; eius iussionibus parnerunt, quam enormiter peccant, qui vnigenitum Dei filium non aduertunt, nec per obediẽtiam venerantur? Si ergo illum misericorditer nunc vocantem non audieris, audies illum postea in iudicio venientem, & pœnas comminantem. Sed procedamus. *Et dum fieret vox, inuẽtus est Iesus solus.* Hoc est à Mose, & Helia separatus. Quãdo hæc vox prolata est, iam recesserant Moses, & Helias, nam dum facta esset hæc vox audientes eam discipuli, cecide-

Matth. 16.

Matth. 18.

Matth. 5.

Exo. 19.

derũt in facies suas, timueruntq; valdè. *Et accedens Iesus dixit eis. Surgite & nolite timere.* Et tunc inuentus est ab eis Iesus solus, cessauitque claritas sui vultus, & ita poterant eũ irreuerberatis aspicere oculis. Hinc habetur quod Apostoli nec viderunt incipere gloriã Christi, nec desinere, sicut nec viderunt venire, nec recedere Mosem, & Heliã. *Tunc accessit Iesus, & tetigit eos.* O fœlix tactus. Tetigit Ezechielem, & Danielem, & ad tactum eius confortati sunt. Tetigit Saulum, qui magno impetu & furore ad destruendã Ecclesiam properabat, & dixit, Domine quid me vis facere? Tu ergo roga eum, vt tãgat te, & excitet à sopore peccati. *Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex ijs quæ viderãt.* Hoc fuit ex præcepto Christi, ne alij discipuli tristarentur, aut inuiderent, & ne passio Christi impediretur, ideo dixit eis, vt Marcus dicit. Postquam silentium imposuit Apostolis, quia oportebat ire Hierosolymã, & multa pati & reprobari, &c. Nam si maiestas eius diuulgaretur, populi impedirent passionem eius resistendo, & sic impediretur redemptio nostra. Ideo præceptum hoc silendi obligabat tantum vsque ad resurrectionem, & post tenebantur alijs discipulis reuelare, & prædicare illud sicut cætera gesta, &c. Tertio oportebat silere, nam si discipuli tam admiranda & excelsa de Christo prædicarent, & posstea Iudæi viderẽt eũ tam acerbam & ignominia dedecoreque plenam pati mortem, suæ doctrinæ minime fidem haberent, sicque iacturã facerent res tantopere fidei conducentes. Quarto, quia Euangelij prædicatores primũ, quod gentibus euulgare & concionari debent, est mors, & crux Domini nostri Iesu Christi, quo experientia cognito, diligenterq; perspecto cõcionentur postmodum Christi diuinitatem, quod Apostoli fecerunt, præstiteruntq; diligenter. Ideo Paulus. Nos prædicamus Christum crucifixum. Ingens esset insania, & stultitia, si pueros adhuc prima literarum ignorat rudimenta docere velles elegantes depingere exaratéque characteres. Decebat sanè prius populo pœnitentiam, crucem, mortẽ, passionemque prædicare, postea vero immensam transformationis gloriam, & præcellentiam. Sequitur in contextu. *Factum est autem in sequenti die descendentibus illis de monte, occurrit ei turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit dicens, Magister obsecro respice in*

filium meũ, quia vnicus est mihi. Et ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat, & elidit, & dissipat eum cum spuma, & vix discedit dilanians eum. In primis verbis huius contextus vbi ait quod hoc sit factum in sequenti die descendentibus illis de monte, insinuat euãgelista quod vt iam diximus, in nocte facta fuerit transformatio: & sequens dies est artificialis, hoc est ab ortu solis: non enim est verisimile quod tota illa nocte, & nocte sequenti perseuerauerint soli in monte. In tortura, & persecutione, quam spiritus malus huic adolescentulo infligebat, insinuatur graue odium, quo dæmon genus prosequitur humanum, quantumque dæmonem ipsum hostem nostrum odisse deberemus, nec ei in aliquo obedire, & morẽ gerere, nec consensum præstare eius iniquis & falsis persuasionibus, quandoquidẽ nobis tã ropere nocent. Respice, inquit, in filiũ meũ. Respicere, idem est quod oblectari aut miseri. Sic Dauid. Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet dominus. Hoc est, si ego in animo meo delector iniquitate, non exaudiet Deus preces meas. Ita intelligitur illud Geneſis. Dixit Deus, fiat lux & facta est lux. Et vidit Deus lucem. Et post, vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valdè bona. Hebraismus est, quo sæpe vtitur diuina scriptura, vbi, videre, idem est quod delectari: & non videre est iratum se ostendere, vt apud Iob. Cur faciem tuã abscondis, & arbitraris me inimicum tuum. Respice ergo filium meum, ait pater, & auxiliare ei. ¶ Aduerte autem quod iste filiũ infirmum: & sic durè à dæmone vexatum ad Christum adduxit. Multos & nunc inimicus huic similes, qui semper deteriora, & peiora dant, atque offerunt Deo. Si filius gibbosus, lippus, fœtidus aut claudus est, ad monasterium adducunt, Deique obsequio consecrant: si quis vero aspectu pulcher, aut robustus est, hunc mundo, & nupcijsque eorum ministerio seruant. Quapropter Deus iussit primogenita, & meliora ei offerri. Ita & de iumentis finita vt per Malachiam dicat. Maledictus dolosus, qui cũ sit in grege suo masculum, & robustum habue rit, debile domino offert. Ideo voluit, vt asinus non offerretur, sed redimeretur pecude, quia dominus respuit. *Et rogãui discipulos vt ejicerent eum, & non potuerunt.* Non erat precari magistrũ, vt curaret eius filium, sine vlla discipulorum vel cõmemora-

Exod. 13.

2. Reg. 4.

Matth. 17.

Mar. 9.

Gen. 3.

Psal. 114.

Psalm. 77.

Deut. 31.

Luc. 13.

Matth. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cælo, neq; sicut cũ Adã in paradiso, neq; sicut cũ Mose in synagoga, cum ijs non fuit vsq; in finẽ sæculi, fuit cum illis quidẽ, sed non vsq; in finẽ perseuerauit. Sicut humanitatẽ, quam semel assumpsit nũquã dimisit, neq; dimittet, ita nec Christianitatem. Ea enim ratione Messias noster dicitur Emanuel, id est, nobiscũ Deus, vt quandiu duraret ipse, eius etiã duraret nomen, duraret itẽ & nominis veritas. Vide quid synagoga meruerit, eo quod Dominus seipsum, & suam gloriosam præsentiam tulerit ab eis. Hæc maxima punitio est. Quod autem Christus tam seuerè respondeat, & ipsos obiurget, non tædio fit, sed multò magis ex commiseratione, quia dolet infirmitatem fidei nostræ. Ac siquis medicus si ægrotum videat cõtra sua præcepta agere dicat. Vsquequo accedam ad domum tuam? quousq; artis perdam industriã, me aliud iubente, & te aliud agente? vt autem videas cõpassionis & nõ iracũdiæ verba esse, statim iubet Christus, patrem dæmoniaci bene sperare, & filium adducere, ideo ait. *Adduc huc filiũ tuum.* Poterat absentem curare, sicut filium reguli, sed magis oportebat ad Christi gloriam, vt præsenti opitularetur, nam aliàs potuissent inuidi Pharisæi dæmonium à se ipso voluntariè, & non ex imperio Christi exijsse. Miraculum enim coram omnibus erat magis insigne & apertum, & patrem, & alios, qui illic aderant voluit Christus de incredulitate sanare, in quo laborabant. *Et cũ accederet elisit illum dæmonium, & dissipauit.*

Esai. 7.

Ioan. 4.

Scilicet, ad terram ejiciendo. Cernebat dæmonium illud sibi esse ad Christi imperiũ excundum, & idcirco tanquam hostis hominum omnes vires exercuit, vt ante discessum quanto posset malo illum afficeret. Eadem feritate vtuntur dæmones aduersus hominum animas cum eos cernunt velle ab eorum potestate ereptos ad Christum redire. Tunc enim grauiores in eos excitant pugnas, varijsque tentationibus tãquam machinis oppugnant, vt ab optimo instituto auocentur. Quare tunc maiori vigilantia standum in acie est, & non solum illi hominum conatus pertimescendi, sed pro certo indicio, hoc est appropinquantis salutis.

Eccles. 2.

Ideo ait sapiens. Accedens ad seruitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationẽ. Non sentit homo tentationes, cum agit vitã quæ diabolo placet, quia ipse sponte sese diabolo subdit, quem pacificè possidet. Sed cum diabolus videt quod è manibus vltra præda fugere, tunc mouet machinas, ne fugiat, vt cum isto dæmoniaco fecit. Dissipabat itaque illum, & ad terram dejiciebat.

¶ Perpende quod prima intentio diaboli est ad terram dejicere, & deinde per diuersa vitia præcipitare. Præterea sæuit, dum cogitatur exire, quia inuitus & renuens relinquit hominem. Deinde, si sic sæuit in puerum, quid de nobis cogitandum censẽs qui diu, noctuque nulli, nisi Sathanæ inseruimus? Considera etiam modum loquendi scripturæ sacræ, nam cum de bonis loquitur, quanuis labores, famem, dolores patiatur: non tamen inquit scriptura, quod labores apprehẽdant iustos & sanctos, nec quod bonos elidant, & dissipent, quopacto hoc affirmat de malis. De Ægyptijs inquit scriptura, quod obtinuit eos fames, quod tamen non ait de Hebræis, quanuis in eorum prouincia esset etiam fames, licet scriptum sit quod inualuit fames super terram, non tamen est scriptum quod obtinuit fames Iacob, aut filios eius, sicut scriptum est de Ægyptijs. Quanuis veniat ad iustos fames, tamen non obtinet eos, quia gloriatur in ea Paulus, In fame, siti, & nuditate in ijs, autem gloriabor. Quod iustis exercitium virtutis est, pœna est peccati iniustis. Sic etiam temporibus Abrahæ dicit scriptura quod facta est fames super terram. Vide elegantiam scripturę (vt optimè disserit Origenes) quia poterat dicere, descendit Abraham in Ægyptum, quia inualuerat fames super eum, sed non dixit, sed inualuerat fames super terram, sed cum loquitur de peccatoribus (ait) Iniuluit fames super eos. Idem dicitur de Isaac. Ex quo sequitur, quod terra potest patiens fames, idest, hi, qui terrena sapiũt, sed fames & tribulatio non iustos, sed peccatores inuadunt. Sic dæmon inuaserat hunc puerum, & illidebat eum, quod iustus non soleat cere, nec de illis sic loquitur scriptura. *Et increpauit Iesus spiritum immundum &, sanauit puerum, & reddidit illum patri eius.* Non puer vim patiens, sed diabolus vim inferens increpatur, quia qui peccantem vult sanare, vitium debet arguere, & repellere, sed hominem amando refouere. Dilige inimicum naturam, quia bona est, non tamen vitia, quia odisse debes. Dñs enim diligit omnia, quæ fecit, & diabolum diligit, nõ peccatum, sed naturam. Malitia itaque inimici odio habenda est, non tamen natura. Sanauit autem puerum

puerum expellendo dæmonem. Dices forsitan, nonne spiritus ille immundus voluntate Domini inuaserat puerum illum? Vtique, nam si in porcos illã legio intrare non poterat, nisi permittente Christo multò minus sine Domini authoritate in homines habent potestatem. Cur ergo Iesus hunc increpat? Reprehendit deprauatum eius animũ, & malè affectam erga homines volũtatem. Non enim torquent homines, vt Deo obediat, sed odio, quod in homines, & in ipsum Deũ habent. Sic in prophetis reperies Deũ conqueri quod gentes, quæ captiuũ duxissent Iudæorum populũ, crudeliùs eum tractauissent, quàm ipse voluisset, quãuis Deus ipse eundem populum in hostiũ manus tradidisset. In eundem modũ iudices non solũ cum iniquam sententiam dant, sunt reprehendendi, verum etiam si dum iustè, quempiam castigant, si id cum odio faciunt, & vlciscendi, & lædendi appetitu. Arguit itaq; illum, & expellit, & sanat puerum. Discere quod non poteris salutem acquirere, nisi prius expuleris dæmonem, & eieceris, quia ipse est causa mortis. Quid prodest si vulnus curas, intus vero sagittæ spiculum relinquis? Ita Christus tanquam peritus medicus principiũ & causam infirmitatis abstulit, ejiciẽs priùs dæmonium, & posteà sanãs puerum. *Stupebant enim omnes in magnitudine Dei.* Ideest in tam magnifico signo diuinæ potentiæ ostensuo, tam imperialiter facto vehementer mirati sunt, imò ex consideratione effectus ad contemplationem, admirationẽq; causæ permoti sunt, ita vt diuinæ potẽtiæ immẽsitatem, & amplitudinẽ, sint admirati. *Omnibus autẽ mirantibus in omnibus, quæ fiebat, dixit ad discipulos.* Apostolis loquutus est tanquam familiaribus, & amicis, & illis reuelauit sua secreta sicut dixerat eis. Vobis datũ est nosse mysteria, Regni Dei, cæteris autem in parabolis. *Ponite vos in cordibus vestris sermones istos.* His verbis significauit rem de qua loquuturus esset, maximi esse momenti, & ponderis, is enim est communis loquendi mos, vt quando insigne aliquid, & quod maioris sit vtilitatis, & periculi, dicturi sumus, priùs moneamus, vt quod dicimus diligenter obseruetur. Ideo nunc ante quã de re tam mirabili, sicut fuit Christi passio, loqueretur, commẽdat quod vult dicere, vt attẽtiores eos faciat, & memoriter eam teneant, vt cum eam viderint, ne offendantur, sed paratos inueniat, eos illa tribulatio. Ait ergo, Ponite in cordibus vestris sermones istos, ac si diceret. Alij mirãtur in me opera diuinæ potestatis, quæ facio, vos autẽ quoniam estis mei secretarij, & amici mei, non solũ hęc debetis ponere in codicibus, vt faciũt multi, sed in cordibus. In corde enim meo abscondi eloquia tua. In cordibus (inquam) vestris, non in alienis, & non vestris, sicut illi, qui benè prædicant, & in cordibus aliorũ imprimunt, quę tamẽ ipsi nõ agũt, facientes cõtra illud Apostoli. Nõ audeo aliquid loqui, quæ per me nõ efficit Christus. Ponite ergo in cordibus vestris, iuxta illud Prouerbiorũ. Describe illa in tabulis cordis & inuenies gratiam, & disciplinã bonã coram Deo & hominibus. Quid igitur tãtenaciter memoriæ cõmendabũt Christi passionẽ? ideo sequitur in contextu. *Filiũ hominis, futurũ est vt tradatur.* Optimè loquuturus de passione, filiũ hominis se nominat, vt scias quod secundũ humanã naturã passurus est, non secundum diuinã. *In manus hominũ.* Scilicet, à Iuda in manibus Iudæorũ, à Iudæis autẽ in manibus gentiliũ. Quod autem hîc dicit, hominum, sonat non in naturã, sed in vitium. Vnde Paulus. Cùm sit inter vos zelus, & contentio, nonne carnales estis, & secũdum hominem ambulatis? Obserua autẽ quod loquutus est Christus de sua passione, cùm omnes mirarentur de sua passione, vt præueniret suos apostolos, ne deficerent in sua passione, acsi apertius eis diceret, si factum hoc meum arguit in me diuinam esse potestatẽ, videte ne excidat, videte ne obliuiscamini, tẽpore enim futuro efficacia videbitis argumẽta humanæ infirmitatis in me. Sicut ergo vos delectat diuina mea potestas, ita nec vos offendat humana mea infirmitas, licèt enim tanta mea potestas sit, vt possim quæcunque velim, vt possim pellere vnico verbo omne dæmoniorum genus, tamen futurum est, vt filius hominis tradatur in manus peccatorum. Futurum est, vt qui etiã dæmones fugat, ab hominibus vinciatur. Futurum est, vt qui homines ab omnibus malis liberat, ab hominibus capiatur. Sed quid Apostoli? *At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud, & timebant cum interrogare de hoc verbo.* Præ nimio enim amore non poterant credere ipsum esse moriturum. Non tam de tarditate intellectus hæc ignorantia, quam de amore nascebatur. Non tamen audebant de hoc interrogare,

Psa. 118.

Rom. 15.

Prouer. 3.

1. Cor. 3.

quia iam anteà audierunt Petrum durè in crepari à Christo, se occidendum prænuntiante, eo quod persuaderet oppositum, & audiuit: vade post me Sathana, non sapis ea, quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Verũ si hac de causa timebant eum interrogare de intellectu verborum istorum, apparet quod vtique considerauerũt eum de passione sua profari. Ad quod est dicẽdum, quod quidã eorum suspicabantur hoc ipsum, sed dubij erant non intelligendo plenarie, & ideo cupiebãt interrogare, sed formidabant redargui. Sed ad cõtextum. *Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset.* Ex hoc orta est causa hæc cogitandi (vt ait Chrysostomus) quia audierũt quod Christus dixerat Petro, quod daret didrachma pro se, & Iesu, & ei promiserat primatum. Diabolus mouit corda eorum ad hanc contentionem, nam videns proficere viros bonos in virtute, nititur eijcere eos ab illo bono: quia quos tentatione carnis non superat, videns illos victores, tentat de vanagloria, vt sic deijciat, & faciat credere quod magnus sit, & sanctus, & tunc ingerit desiderium principatus. Nunquam enim diabolo deest tentandi occasio: & si vincas, iterum atque iterum reuertitur ad certamẽ, vt vincat. Permisit autem dominus tantam imperfectionem suis charissimis inesse discipulis, non sine maxima, & rationabili, & vtilissima causa. Ex hoc enim fides Christiana potissimũ confirmatur, quod primi illi prædicatores tantæ imperfectionis fuerunt, & subito tantæ perfectionis in omni sapientia virtute, atq; constãtia sunt effecti: quod certissimum est argumẽtũ non nisi diuinitùs fieri potuisse. ¶ Obserua autem, quod sciens diabolus dominãdi ambitionem, certã esse ruinam hominum, & angelorum ter discipulos dñi hac adorsus est tentatione: videlicet in hoc loco, & cum Iacobus, & Ioannes ad dexteram & sinistrã sedere petierũt, & cum imminente passione domini facta est cõtentio inter eos, quis eorũ videretur esse maior. Multo studio cauenda est dominandi cupido, quæ nõ parcit apostolis domini pauperculis viris, qui simplici tunica amiciebantur, & parco cibo contenti erant, qui nullos redditus, aut villas, aut castella possidebãt: nihilominus in hominib⁹ ita nudis, & omni destitutis auxilio humano, exardescit ambitionis ignis. Ideo hoc dixerim, vt caueat vnusquisq; ab hac peste, quæ hominibus etiam tam spiritualibus aduersatur. Nutritur in domibus regũ, & ad pauperculos agricolas vsq; diffunditur, si quidem beatos apostolos Christi ausa est aggredi, bis inter se contendentes de dignitate, & præcellentia. Admonet locus iste, vt in omni statu simus suspecti de hac maledicta peste: & licet aliud malum nõ haberet nisi crucem, & torturam quam dat ambientibus, summopere fugienda est ambitio. Sunt enim quædam peccata, quæ crucem suã secum baiulãt. Nõ (inquã) Christi crucẽ, nec boni latronis, sed durissimum mundi suppliciũ. Ea sunt ambitio, odiũ, & inuidia quæ maximè vitia torquent cor, somnũ, & quietẽ auferũt, actotũ hominem inanibus curis, & solicitudine obruũt. Quapropter secũ crucẽ baiulare dicũtur, in qua peccator in singulos dies, & nocte supplicium patitur. Si enim inuidus est omnia proximi bona, erunt tibi tormentũ. Si odiũ geris: quicquid boni accidit illi quẽ odis, immanium cruciatuũ causa existit. Si ambitiosus, quoties alios eue ctos cernis, animo dolore cõpressus, cogitabundus semper incedis, tecum reuoluens cuiusmodi dignitatibus à Rege, vel Papa vel à quouis alio principe, seu prælato decorari possis, at quibus id modis sit consequendum, exquiris. Et sic totus disturbatur curis ambitiosus, omnibus inseruit, vrbanissimè omnibus loquitur, omnes veneratur, vt illum iuuent in sublime attendere. Miserum vtiq; seruitutis iugum, & animiũ auersa res à sanctorũ cogitationibus. ¶ Obserua etiam quomodo in cogitatione sit peccatum, nam apostoli in cogitatione peccauerunt cogitantes quis esset maior, quos Christus arguit, quod non fecisset, nisi peccassent. Vnde saluator remouens falsam doctrinã scribarũ, & Phariseorũ dixit prædicans in monte. Audistis quod dictũ est antiquis. Nõ mœchaberis. Ego autẽ dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierẽ ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est in corde suo. Nõ solum consentiendo in quocunq; peccato mortali, licet, verbis, aut facto non compleat, mortaliter peccat, sed etiam quamuis non consentiat in opere nefario si aduertit ad delectationẽ morosam & impiam cogitationem, & positiuè consentit in eam. Sed de his nolo modo lõgum protrahere sermonem. Noluit autem pius dominus impias ambitionis cogitationes apud suos dilectissimos discipulos permanere: atq; ideo ait euangelista. *At Iesus videns cogitationes cordis illorum apprehẽdit puerũ: & statuit illũ secus se: & ait illis.*

Matth. 15.

Chrys. hom. 6. in Matth.

Matth. 17.

Matth. 20. *Luc.* 22.

In hoc ostendit Deum esse, cuius solius est hominum cogitationes cognoscere. Vnde dominus Samuelis dixit. Homo videt, quæ apparent, Deus autem intuetur cor. Et Paulus, Tu nostri corda filiorum hominũ. Hoc deberet aduertere, omnis qui in occulto peccat. Deum scilicet habere inspectorem suorum actuum, insuper & cogitationum. Bene etiam dicit cogitationes eorum nam cogitationes elationis hominum sunt nõ Dei neque à Deo: Deus enim non immittit tales cogitationes, imo eas detestatur, iuxta illud quod in Prouerbijs ait. Superbiam, & arrogantiam ego detestor. Vide etiam quam diligenter Christus statim occurrit cogitationibus iniquis, ne crescerent, docens vt vitia in initijs extinguamus: nam plerunque inutilis fit medicina, cum morbi ob diuturnitatem fiunt robustiores. Videmus arbores, quæ nunc immensis radicibus terræ adhærent, quo primum tempore plantatæ fuerunt virgas fuisse, quæ tunc leui manu euelli potuissent, nunc verò fortissimis machinis non possunt euelli. Atque hoc est quod in parentibus vehementer reprehendo, qui si filios in ætate teneriori castigarent, ac animos eorum vitia obseruarent, non haberẽt eos dum adoleuerint, ita contumaces. Non enim repente fit homo sceleratus, sed ab exiguis initijs paulatim crescit. Non vides flumina quo pacto fiant magna? Nam vbi eorum habent, exigui riuuli sunt, sed colleris per spatia aquis multiplicantur. Si vide puerum mendacem, vel ad ludendum acriùs affici, corripe illum in tenera ætate, ne postea facinorosum illum habeas. Virga atque correptio tribuit sapientiam, ait Salomon: Puer autem, qui dimittitur voluntati suæ pudefacit matrem suam, Et rursus. Erudi, inquit, filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Nunc verò parentes ipsi fouent filios suos in his vitijs: cum eis ludunt, & iocantur: nec cogitant, quod ait quidem sapiens. Lacta filium tuum, & pauentem te faciet: lude cum illo, & contristabit te. Et Salomon. Institue puerum iuxta viam suam, etiam cum senuerit non recedet ab ea. Igitur cum omnia vitia in initio sint euellenda, & pestis ambitionis omnia corrumpat bona, optimus magister Christus statim curat hoc maximum malum. Posuit autem puerum in medio eorum, vt humilitatem doceret, & suaderet non solũ verbis, sed & actibus, & exemplo: magis enim facta mouent, quã verba, & plus gestis quis mouetur ad bonum agendum, quã verbis. Ad hoc deberẽt multi prælatorũ aduertere, multiq; prædicatorum attendere, qui alios solo verbo virtutes docent, verbisque multi sunt, & prolixi, nec inopia laborant: vitam vero perditam, & sceleratam agunt. Posuit Iacob virgas coram oculis ouium, vt agnos parerẽt maculosos iuxta varietatem & diuersitatem colorum virgarum. Non aliter Christus statuit coram discipulis hunc infantem, vt cernerent discipuli humilitatis exemplum, quod sequi deberent; optimè enim norat dns quod magis mouent ad bene agendum facta, quàm verba. Vnde & alibi seipsum dans in exemplum, dixit. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Igitur cum statuisset puerum in medio eorum, dixit eis, *Quicunque susceperit puerum istũ in nomine meo, me suscipit: & quicunque me receperit, recipit eum qui me misit.* Docet his verbis Christus non prælationem: sed humilitatem, & paupertatem esse quærendam. Potest enim ita exponi, iuxta propositum ad quod adduxit hunc paruulum, Quicunque susceperit puerum istum in nomine meo, idest, proprietates, & formam huius innocentis pueri propter me in se acceperit, imitatusque fuerit, me recipit: idest me spiritualiter induit, & mihi vere vnitur, placet, ac incorporatur, sicut ait Apostolus. Induimini dominum nostrum Iesum Christum. Qui autem ita me recipit, recipit eũ, qui me misit, quia in eo pater per gratiam magnam manet. Porro mitti conuenit Christo, qui à patre mittitur, quia ab ipso procedit. Vnde Paulus. At postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Docet etiam pauperes pro ejus amore esse suscipiendos. Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nam sicut qui recipit Christum, recipit patrem quia ipse & pater vnum sunt: pari ratione, qui paruulum recipit, recipit Christum, quia ex charitate, qua diligit eos, efficiuntur, vnum cum eo, quia dilectio vnit amantes & ex duobus facit vnum. Et simili modo iniuriam eis illatam, sibi iudicat factam, quemadmodum per Zachariam dominus fatetur dicẽs. Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.

¶ Aduerte autem, quod hoc non solum de illo puero, quem Iesus posuit in medio, intelligitur, quamuis videatur de illo solo loqui, dicens. Quicũque susceperit hunc pue-

Matth. 25.

Ioan. 10.

Zacha. 2.

Gen. 30.

Rom. 13.

Gala. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, sed etiam de omnibus alijs pueris, hoc est humilibus, & paruulis, intelligitur. Singulare enim nomen pro plurali, & vniuersali ponitur, vt mos, & consuetudo est apud Hebræos. Vnde illud Pauli, *Hebræ. 2.* Nunquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit, Abraham pro quouis homine accipitur. Et illud Matthei. *Matth. 2.* Rachel plorãs filios suos, idest mulieres omnes, filios suos trucidatos, plorabant. Et in *Psal. 132.* Psalmo, vnguentum quod descendit in barbam barbã Aarõ, scilicet, summi sacerdotis. Et sicut in scriptura Babylõ, Sodoma, Ægyptus, pro qualibet gente iniqua sumitur, ita Hierusalem, & Bethleem pro iusto, & electo. Et in Abdia, Quomodo scrutati sunt *Abd. 1.* Esau? Idest, Idumæos vastarunt? Et Iob, Impleuit vento subsolano ventrem. Sic in præ- *Iob. 15.* sentiarum. Quicunque susceperit puerum istum, idest, omnem humilem, & abiectũ. Deinde hæc verba corroborat Christus dicens. *Nam qui minor est, hic maior est.* Et hoc, *Luc. 14.* quia ad magna præmia ordinatus, iuxta illud, Qui se humiliat, exaltabitur: Et pari ratione, qui magis se humiliat, magis exaltabitur, quia quanto sumus humiliores, tanto sumus à tumore superbiæ inaniores, & quanto inaniores à tumore superbiæ, tanto pleniores dilectione, & quanto hac pleniores, tanto maiores: de ipsa enim scribitur. Maior horum est charitas. Et *1. Cor. 13.* in Ecclesiastico. Quanto maior es, humilia te in omnibus & coram Deo inuenies gra- *Eccles. 3.* tiam. Vel ideo, quanto quis minor, est maior, quia quanto quis humilior, tanto Christo similior, & per hoc tanto Christo proximior. Christus autem est maximus, sed quãto aliquis est maximo propinquior, tãto est maior, igitur quanto quis minor, tanto est maior. Ideo inter viros spirituales non debet esse contentio de primo loco, sed de postremo. Nam qui desiderat primatum in terris, inueniet confusionem in cælo, nec inter filios computabitur, qui de primatu tractauerit, nec aliquis festinet quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur, quoniam non qui maior fuerit in honore, ille iustior est, sed qui iustior, ille maior est. ¶ Obserua autem quod inter Theologicas virtutes maior est charitas, sicut inter Cardinales est maior Prudẽtia, quia alias gubernat virtutes. Quapropter si quæras quomodo humilior erit maior, cum charitas sit maior virtutum. Dico quod Christus nõ dicit humilem maiorem esse in cælo ratione humilitatis, sed ratione aliarum virtutum, quas assequetur quis per humilitatem. Cum cernimus quod domus alicuius fundamentum, magnum, amplum & profundum est, dicimus magnam, & augustam futuram domum, quæ illic est constructura, magnitudo verò domus, eius, & amplitudo non est ratione fundamenti, nam fundamentum domus non nitidum, nec politum est, sed rude, crassum & impolitũ, sed quia erigitur, & educitur nimis profunde, colligimus domum magnam, & sumptuosam euasuram. Sic in proposito ait Christus, si vultis scire, quis sit maior, dico vobis quod qui est minor, licet non solũ ratione humilitatis. ¶ Expende etiam in hoc loco nullos magis à Christo diligendos, quam qui nulla ambitione tenentur, sed humiliter de semetipsis sentiunt, hi enim tales similes sunt Domino, quo nemo alius. Hinc Christus. Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Illi vero, qui honores & dignitates ambiunt, maximè Deo dissimiles existunt. Sequitur in contextu. *Respondens autem Ioannes, dixit. Præceptor vidimus quendam in nomine tuo ejicientẽ dæmonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nobiscum.* Dixerat Christus, quicunque receperit puerum istum in nomine meo, intellexerat Ioannes, & bene non de sola receptione ad hospitium, sed instructorem, & doctorem, aut etiam quomodolibet approbando, & propterea inquirit de ejiciente dæmonia in nomine Iesu, an sit prohibendus, vel approbandus. Solis Apostolis dederat Christus potestatem sanandi morbos, & expellendi morbos, & dæmones, & quia putabant hãc dignitatem nulli alij communicandam, nisi solis duodecim, ideo ejecerunt eum, & prohibuerunt illum, qui dæmonia ejiciebat, & cũ Christus loqueretur de susceptione hospitum, ideo rectè quærit, an fecerint bene, vel male illũ expellendo, in quo ostenditur quod bono animo egerit, & si malum forsitan fuerit, quod paratus est corrigi. Humilitatem exemplo Ioãnis docet locus iste, hinc namque sanctus Apostolus, ea, quæ bona intentione fecit, dubitans de facto, an sit bonum, ita humiliter suum opus Christo manifestat animo humili, vt correctionem suscipiat. Tu vero de his quæ aperte mala sunt, non vis argui, neque corripi. ¶ Vide etiã quanta sit virtus nominis Christi, vt

sti, vt etiã ij, qui indigni erãt tanto munere, & Christum nõ sequebantur, ad appellationem nominis Christi ejicerent dæmonia. ¶ Ad nostram autem eruditionẽ discamus ex hoc loco nõ gloriari in donis ijs gratuitis, vt prædicationis gratia, literatura, pulchritudine, aut quolibet alio dono, cum hæc dona communicari videamus, & dari etiam illis, qui Christum non sequuntur. Vnde Dñs. Multi dicent mihi in illa die, Nonne in nomine tuo prophetauimus, & dæmonia ejecimus? &c. Sequitur, Discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Et Paulus aperte dicit. Si habuero spiritum prophetiæ, & nouerim mysteria omnia, charitatẽ autem non habeam, nihil sum. Christiana enim perfectio in Dei dilectione consistit, quæ quidem in voluntate est, spiritus autẽ prophetiæ, & scientia, in intellectu, cuius actus prius est, quàm actus voluntatis, & ideo hæc dona esse possunt sine charitate, sicut res prima, sine secunda. Itaque potest scire mysteria omnia, & habere prophetiæ spiritum, & non esse in charitate, similiter, & fidem, sicut iste habebat, quia sine ea miracula non faceret, & hac fretus dæmonia ejiciebat, & nihilominus Christum non sequebatur, &c. Discamus secũdo non habere de alijs inuidiam, quamuis aliqui habeant ea, quæ nos habemus. Multos reperies, qui singulares esse volunt, si aliquid bene & probe faciunt, cupiunt se solos, & nõ alios hoc facere, ægreque ferunt si alij simili gratia polleant, qua ipsi, quod si alij simili ingenio & gratia præstent, qua ipsi, mordent illos, & lacerant corrodunt que aliorũ ingenia, ac si Deus memor esset solùm illorum, & non aliorum, vt alius prædicet, quid ad te? Tu etiam prædica. Non tollit ille quod tuum est, sed adiuuaris ab illo. Volebat Ioannes, quod tantum ipse, & sui discipuli ejicerent dæmonia, & non alius, quamuis ejiceret in nomine Christi, quia non sequebatur eos, & quia non erat ex eorum consortio, & gremio. Sic etiam inuenies inter monachorum ordines aliquos, qui si vidẽt in alia religione aliquos doctos & literatos homines, qui aliquem disertum, & doctum componunt librum, quique insignes concionatores sunt, ægre, & moleste ferunt, quòd eorum religioni non dederint nomen, institutisque addicti non sint. Cuperent Deum illos huiusmodi gratia priuasse, quia suæ factionis non sunt, sicuti hic Ioannes nolebat illum gratiam, ad faciendа miracula habere, ratio verò quam præbet est, quia nõ sequitur nobiscum, quasi verò Deus alligaretur & teneretur solum beneficia illis conferre, qui sunt tui cœnobij, & ordinis non vero alijs. Hæc est impia, & iniqua æmulatio, alienaq; ab omni charitate, & virtute. Hanc eandem æmulationem habuit olim Iosue, qui cum vidisset Heldad, & Medad prophetantes dixit Mosi. Dñe mi Moses prohibe eos. Et discipuli Ioannis *Num. 11.* hoc liuore agitati æmulantes magistri honorẽ, dixerunt Ioanni, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum. Hoc modo Apostolus Ioannes locutus est Christo, quia volebat quod illa potestas daretur solis ipsis Apostolis, & nõ extraneis. Sicut multi nunc omnia officia, & dignitates cõferunt suis, nec sciunt bonum facere nisi proprijs, & necessarijs. Sed quid Moses respondit Iosue, audi. Quid (inquit) æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & dedit eis Dominus spiritum suum? Hæc magna Mosi charitas deberet per omnes religiones diuersari, omnes Christianos amplecti, vnusquisque vero magno affici gaudio deberet cum omnes Dei munere ingenio & gratia, qua præstat, frui videret. Ioannes etiam Baptista respondit suis discipulis, qui suum honorem non vt decebat, æmulabantur. Hoc ergo gaudium meum impletum est, illum oportet crescere, me autem minui. Sic tu deberes gaudere de bono, & gloria tui fratris, deque bono nomine, & fama, quam habet. Quid autem Christus respondeat Apostolo Ioanni, & discipuli, qui prohibuerant illum, qui dæmonia ejiciebat, audiamus. *Et ait ad illos Iesus, Nolite prohibere, qui enim non est aduersum vos, pro vobis est.* Nullus est medius inter eos, qui sunt pro Christo, & inter eos, qui sunt contra Christum, tam in moralibus, quam in religiosis actibus, ideo qui non est contra nos, pro nobis est. Ideo iste, qui actum religionis exercebat, pro Christo erat. Loquitur tamen hic Christus de actione deliberata specialiter in genere moris per operationem ad operãtem. Nam tunc nullum opus est indifferens, nam bonũ, & malũ opponuntur privatiuè, habitus verò, & priuatio immediate opponũtur circa proprium susceptibile in determinato tempore. Ideo nolite prohibere bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prouer.3. num facientem. Vnde in Proverbijs dicit Salomon. Noli prohibere benefacere eum, qui potest, si vales, & ipse benefac. Sed historiam prosequamur. *Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciē suam firmauit, vt iret in Hierusalem.* Quia instabat tēpus passionis eius, & mortis, sed vsus est Euangelista vocabulo digno maiestate Christi, nam moriturus quidem erat, non tamen detinendus à morte, sed surrecturus, & assumendus in cælum. Vel, sicut ait Paulus,
1.Tim.3. in gloria, cum scribens Timotheo, inquit, Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est gentibus, creditus est in mundo, assumptus est in gloria. Præterea ostendit locus iste magnanimitatem in Christo, quam mōstrabat etiam exterius volendo ire in Hierusalem, non obstante quod Iudæi volebant illum occidere. Ostendit etiam quod sponte patiebatur, & non inuitus, quandoquidem voluntariè ibat, & sponte obtulit se coram inimicis, & posuit se in manibus eorum.
Esai. 53. Ideo Esaias, oblatus est, quia ipse voluit. Præterea in eo quod ait Lucas, quod faciem suam firmauit, eius constantiam, & animū perpende, prætendit enim Euangelista in facie, animi constantiam ostendere & magnanimitatem. Et *misit nuncios ante conspectum suum, & euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent ibi.* Samaritani, nec Iudæi, nec gētiles erant, sed mixti, quia
4. Reg. 17. Assyrij erant, & quinque libros Mosi receperant postquam Salmanasar Rex Assyriorum captiuas duxit decem tribus, & nihilominus idola colebant, vt historia quarti libri Regum refert. Christus vero quanuis sciret quod Samaritani non illum erant recepturi, nihilominus mittit ad eos nuncios, vt non possent se excusare dicentes. Si misisset ante, suscepissemus eum, sed non venit ad nos, ideo non recepimus. Multo minus poteris te excusare coram Deo, quando quidem tot nuncios ad te mittit, & tot conciones, & inspirationes, tot sacramenta, tot que vocandi modos & vias. Inexcusabilis
Rom.1. est omnis homo. Minorem excusationem habebunt Iudæi, quàm Samaritani siquidē
Ioan. 10. eis Christus dixit. Si opera non fecissem, quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habēt de peccato suo. Nullus itaque coram Deo potest se excusare, quandoquidem ad omnes nuncios mittit, omnesque vocat, & inuitat, omnibus necessaria subministrat, & nemini negat suum auxilium & fauorem, nec Pharaoni suum auxilium & fauorē sub
Exod. 7. traxit & negauit, sed prædicatorē Mosem misit, & multa miracula fecit coram eo.
¶ Secundò misit nuncios ad Samaritanos, quanuis sciret quod non erant illum recepturi propter bonum, & commodum discipulorum, vt discerent Christi magistri sui exemplo patientes esse quando illos non recepissent hospites ad quos diuertebant, sciētes etiam quod patrem familias non receperunt. Misit itaque nuncios ad ciuitatem Samaritanorum. Sed quid illi? Et *non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem.*
Gene. Fuit autem duplex ratio quare non receperunt eum, vna ratio, quia Iudæi non coūtur Samaritanis, sicut olim Hebræi cum Ægyptijs. Illicitum est Ægyptijs comede-
Gene. re cum Hebræis. Quia autem Christus erat Iudæus, noluerunt eum recipere. Tantumque erat diſsidiū, & discordia inter Iudæos, & Samaritanos, vt non solum hospitium & cibum, verum etiam potum aquæ existimaret mulier illa Samaritana nephas esse Iudæo porrigere, ac proinde cum Christus ab ea petiuit aquam, respondit illa. Quomodo tu Iudæus cum sis, poscis à me bibere, quæ sum mulier Samaritana? Tam acerbæ & atroces erant discordiæ, & factiones, quæ inter vtrumque populum intercedebant, vt etiam aquæ potum timeret mulier illa Samaritana homini lasso, & defatigato præbere, nullam aliam ob causam, nisi quia Iudæus erat. Non desunt nunc similes dissensiones, & discordiæ, inter Christianos, imò vero atrociores & crudeliores, quas Dominus sua misericordia auertere dignetur, &c.
Alia ratio propter quam illum recipere noluerunt, fuit ista, quam dat Euangelista, dicens. Quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Dicebant enim Samaritani quod locus orationi aptus erat apud illos in illo mōte Garizim. Sic dixit mulier illa Samaritana, Patres nostri adorauerūt in monte hoc, & vos dicitis, quia Hierosolymis est locus vbi adorare oportet. Et ideo Samaritani odio prosequebantur omnes euntes in Hierusalem ad adorādum, & quia Christus ibat ad solennitatem Paschalem ad adorandum in Hierusalem, propterea tanquam directè euntem contra ipsos Samaritanos, noluerūt illum suscipere. Phrasim vero scripturæ, & modum loquendi obserua in eo quod dicit,

eit, quod facies eius erat euntis in Hierusalem. Deum enim ostendere faciem alicui, est illi fauere, sicut abscondere est non fauere. Ideo Dauid. Deus virtutū conuerte nos, *Psal.79.* ostende faciem tuam, & salui erimus. Hoc est, prosequere nos fauore tuo, & salutē consequemur. Et ostendens Dñs Mosi quomodo iratus esset puniturus populum Israel dixit. Abscondam faciem meam ab eo, & erit in detorationē. Et apud Esaiam. In momēto indignationis abscondi faciem meam paulisper &c. Et rursum idem propheta impios Iudæos alloquēs, aiebat. Peccata vestra *Esai.* abscondērūt faciem eius à vobis. Et Dauid. Faciem tuam, inquit, illumina super seruū *Psal.* tuum. Igitur, quia Christus volebat honorare Iudæos sua præsentia proficiscens Hierosolyma, dixit Lucas quod facies eius erat eū tis in Hierusalem. ¶ Expende Iudæorum ingratitudinem. Christus propter ipsos à Samaritanis ejicitur, & exterminatur, quia ad visitandos Iudæos pergebat, & ad eos honestādos, & fouendos iter faciebat, Iudei vero impij, & scelerati (qui mirifico gaudio, & lætitia Christum recipere deberent) qui vt eorum opinioni, circa adorationem in Hierusalem faueret (à Samaritanis male tractatur) sunt præcipui carnifices qui se Christo proterue opponunt & objiciunt. Quod Samaritani Christum (eo quod Iudæis faueat) è sua ciuitate scelerate expellunt, ob eam ipsam causam deberent Iudæi vrbane Christum recipere, eique mirifice fauere. At vero ipsi non solum illum non recipiūt, nec ei fauent, sed etiā è suis finibus exterminant, eique crudeliter vitam adimunt. Vnde Esaias in persona Dñi conqueritur de ipsis dicens. Væ gēti peccatrici, populo graui iniquitate, &c. Filios enutriui & exaltaui, ipsi autem sprenerunt me. Sed tu de ingratitudine Iudæorum miraris, tuam tamen nō in tueris. Similiter etiam eo quod Deus in te neficia confert, honoribus ornat, & diuitijs cumulat, aliisque infinitis donis & gratijs quotidie cōplet à tuis inimicis dehonestatur, eiusque authoritas, & gratias immi nuitur, quia inimici tui, & inuidi dolent de bono, & fœlicitate tua. Tu vero propter cuius amorem Deus iniurijs afficitur, cum ei ob hoc ingentes gratias agere deberes, eum in dies magis ac magis offendis. Propter beneficia in te à Deo collata, ab inuidis, & inimicis tuis lacereris, & conuitijs commaculatur, gratiæ vero, quas ei refers, nullæ aliæ sunt, quā expellere eum ab anima tua domicilio, & iniqua & perdita vita tua eū deinceps cruci affigere, sicuti impij Iudæi faciebant. Sequitur. *Cum vidissent autem discipuli Iacobus & Ioannes dixerunt, Domine vis dicamus, vt ignis descendat de cælo & consumat illos?* Quia isti duo fuerant cum Christo in mōte in transfiguratione, & viderāt Dñi potestatem, & maiestatem, & quod despiciebatur in terra, quia magni erant zelatores honoris magistri sui, commoti furore volebant perdere eos ad similitudinem Heliæ, quem in monte viderant, qui zelans Dei honorem, fecit ignem de cælo descendere, & occidere duos principes quinquagenarios cum mili- 4. Reg. 1.
tibus suis. Sed quia Dei honorem non secūdum scientiam zelabant, poterat eis dici illud, quod Paulus Romanis scribens ait. Testimonium perhibeo illis, quod æmulatio- *Rom.10.*
nem Dei habent non secundum scientiam, sicut duo filij Iacob Simeō, & Leui zelo in- *Gen. 34.*
iuriæ sibi factæ cōmoti destruxerunt vrbē Sichimorum. ¶ Obserua autem quod quāuis isti duo A postoli inniterentur authoritati scripturæ, scilicet, in facto Heliæ, qui nuncios Ochoziæ igne de cælo misso combussit, tamen nō audent hanc exercere castigationem sine magistri voluntate. Hic etiam mos à nobis seruandus est, quanuis enim aliquid agamus, quod videatur inniti scripturis sacris, videndum tamen est, an rectè eas scripturas præsenti negotio accōmodemus, quod nisi rectè fiat, nihil prosuit sacras literas consuluisse. Nam & hæretici putant se suas rationes tueri diuinis authoritatib⁹, sed falluntur. Quare? Quia Christum non cōsulunt, nec eius in terris vicarium. Si Papam, qui Christi vicarius est, & eius omnimodā potestatem habet in terris, cōsulerent, non errarent. Ioannes & Iacobus scripturam habebant, sed ne errarent, Christum cōsulunt. Docet enim locus iste ne in rebus agendis curramus tantum ad scripturam, eam ad libitum interpretantes, sed cōsulamus sanctā Ecclesiam Romanam, quæ nunquam errauit, nec errare potest. Docet etiā locus iste, vt nihil velimus sine Christo. Est & forma quædam orandi nobis præscripta, vt sic oremus, vt nostram voluntatem resignemus, dicentes Deo. Si tu vis, fiat, &c. Sic isti discipuli dicunt. Dñe vis dicamus, &c. In omnibus quæ agere destinas, volūtatem tuam cū Dei voluntate conjūgere, & cōglutinare debes, semperq; te illi submittere, sic, vt nihil

Universidad de Deusto
Biblioteca

facias, priusquam Deum diligenter consulueris, eiusq; volũtatem probè intellexeris.

Psalm.142. Sic sanctus Rex Dauid orabat Dñm dicẽs. Doce me facere voluntatẽ tuam, quia Deus meus es tu. Quapropter, & filius eius Salomon Reges & principes arguit, eo quod secundũ Dei voluntatem nõ ambulauerunt.

Sap.6. Non custodistis legẽ iustitiæ, nec secũdum Dei voluntatem ambulastis, sed quid Dñs responderit discipulis, audiamus. *Et conuersus increpauit illos dicens. Nescitis cuius spiritus estis.* Nõ discernitis differentiam inter vetus & nouum testamentum. Tempore Heliæ erat tempus iustitiæ, & vindictæ, nunc autẽ tempus est misericordiæ, hæc enim est gratia noui testamẽti. Non discernitis inter spiritum, & spiritum, hoc est inter spiritum no

Psalm.149. ui testamenti, & veteris. Sic in Psalmo Dauid, qui veteris erat testamẽti, cecinit dicẽs. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis. Sed Zacharias, qui gratiam noui testamenti nuntiabat, non ait,

Luc. 1. Ad faciendam vindictam, sed, Ad faciendã misericordiam cum patribus nostris. Præterea credebant se moueri isti apostoli zelo & spiritu rectitudinis, & ipsi mouebantur zelo amaritudinis, quod non debebant fa-

Iacob.3. cere, sicut dicitur in epistola Iacobi. Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris: nolite gloriari, &

1. Ioan.4. mendaces esse aduersus veritatem. Alibi etiam monet scriptura. Nolite omni spiritui credere, sed probate si spiritus ex Deo est, spiritus enim Christi, spiritus mansuetudinis est, secundum illud, Spiritus domi-

Esai.61. ni super me, eo quod vnxerit me, ad annun

Esai.42. ciandũ mansuetis misit me. Et iterum. Ecce seruus meus suscipiã eũ, dedi spiritum meũ super eum. Sequitur. Calamum quassatũ non conteret, & lignum fumigans non extinguet. Hunc spiritum isti debuerant habere tanquam boni discipuli, & imitatores magistri. Christus enim non venit peccatores destruere, sed vt illos saluos faciat, vt sta-

1.Tim.1. tim ipse dicit. Vnde Paulus. Fidelis sermo & omni acceptione dignus, Christus Iesus venit peccatores saluos facere, quorum primus egõ sum. ¶ Discamus ex hoc loco nõ cõtemnere peccatores, si quidem Deus eos, qui hodie iniqui sunt, potest cras æquos, & bonos reddere. Si quispiam, quia in manu statuarij vidit ligni stipitem vilem, contemneret lignum, quia informe videtur, vellet q; illud in ignẽ conijcere, malefaceret sanè. Artifex illum dolabit, & optimè expoliet, sic, vt postea ex eo imaginem quandam, & statuam perfectam, pulchram, omnibusq; numeris absolutam conficiat. Potentior est Deus homine: si ergo homo potest ex vili & rudi ligno pulchram reddere, & effingere imaginem: cur Deus non poterit ex peccatore iustum & sanctum hominem conficere? Multi sunt, qui hac in re D. Ioannem & Iacobũ imitantur. Cuperent enim quod statim peccatores obirent. Sic sunt multi, qui cum aliquem vident, recte non incedẽtem, eius obitum, & necem statim vellent. Velles ne, o homo, simile supplicium Deũ in te exercere? cupereſne cum peccas, super te cœlestem ignem descendere qui te abluat? meret? Nunquid vellent ij apostoli, quod quando peccauerũt, simili crudelitate erga ipsos dominus vteretur? Nõ ergo proximis similia mala & flagella imprecari debent, aut exoptare. Quod tibi non vis, alteri non facias. Vnusquisque misericordiam sibi de mensura à Deo metiri volumus, alios vero alia diuersa. Sed scriptum est. Eadem mensura, qua alijs mensi fueritis, eadem remetietur vobis. Apostolus etiam ait. Qui stat, videat ne cadat. Si superbè rigidus, & acerbus iudex erga fratres extiteris, permittet Deus te in similia peccata prolabi, de quibus proximos condemnas, vel in alia deteriora & grauiora, vt superbiam tuam cognoscat. Sicuti se habuit cum Petro, qui cum primium sibi tribueret, alios verò despiceret, vilius omnibus cecidit. Sed ne aliũde exempla petamus, aspice hos Samaritanos quos apostoli cupiebãt cœlesti igne combuti & concremari, postquam spiritus sanctus suis eos radijs collustrauit, primi in fidei receptione extiterũt. Propter quod scriptũ est in apostolorum Actis. Cum audissent apostoli, qui erant Hierosolymis quod Samaria recepit verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Si ergo Christus Ioannis & Iacobi precibus annueret, quomodo ad frugem se reciperent meliorem, saluarem aliquos, piscerentur? Si Deus Dimam latronem occideret, cum furabatur, alijsq; peccatis coinquinabatur: quomodo postea conuertetur in cruce, dum cũ Christo erat? Si Deus mortem Paulo afferret cum Dei Ecclesiam vexabat: quomodo tanto cõcionatore fruremur, eiusq; mirificis epistolis delectaremur? Deus bone, quam longo intervallo Deus

Deus hominus melior extat? Igitur procul sit à Christianis indignatio, procul à magnanimis cupiditas vltionis. Nõ commouetur Christus cõtra Samaritanos, vt doceat quod non habet vltionis studium perfecta virtus, nec vlla est iracundia, vbi plenitudo est charitatis, nec excludenda est infirmitas, sed iuuanda. Docet enim locus iste ne vindictam sumamus, de his, à quibus iniuriã patimur. Maior enim perfectio requiritur, exigiturque à nobis tempore gratiæ, quã ab illis, qui sub lege fuerunt. Sic Dñs in Matthæo loquitur. Dictum est antiquis. Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. Et iterum. Audistis quod dictũ est antiquis. Diliges proximũ tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros. Ergo necesse est vt discipuli Dñi ducantur spiritu mansuetudinis, & dilectionis, nõ spiritu odij, & inuidiæ. Nescitis, inquam, cuius spiritus estis. Non regimini cœlesti spiritu, sed terreno. Serui Dei spiritu cœlesti debẽt regi non mundano. Quapropter (vt similitudine beati Anselmi vtar) in anima tres sunt naturæ, scilicet ratio, voluntas, & appetitus. Ratio assimilatur angelis, appetitus, brutis animalibus, voluntas vtrisque. Voluntas inter rationẽ, & appetitum media est, aliquãdo enim ad rationem, aliquando ad appetitum se habet. Sed quando ad rationem se cõuertit, & sapit rationabilia, & spiritualia, dicitur homo rationalis & spiritualis, quando vero ad appetitũ se tenet, & sapit quæ sunt carnalia, & irrationalium animalium, dicitur homo carnalis, siue animalis. Vnde Paulus. Animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt, spiritualis autẽ dijudicat omnia. Ita secundum affectionem dicitur homo, cuius spiritus sit cœlestis, vel terrestris. Isti vero Apostoli nesciebant quo spiritu ducebãtur, quia putabant se duci spiritu zeli Dei, & honoris magistri, & ducebantur spiritu vindictæ, & terrestri, non tamen cœlesti. ¶ Deniq; obseruandum quoq; hic est, quod hoc nomen spiritus varia acceptione sumitur in scripturis, aliquando pro vento, vt in Psalmo. In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. Et in Ioanne. Spiritus vbi vult spirat. Cũ vero dicitur de Christo. Clamãs emisit spiritum, indubie pro anima ipsius ponitur. Cum autem dicitur de seruo Amalechitę Ægyptio. Cum comedisset reuersus est spiritus eius, & refocillatus est, accipitur pro viuacitate, seu fortitudine. Et cum Paulus dicit. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus, accipitur pro Spiritu sancto. Et cum dicitur, Nolite gaudere, quia spiritus subijciũtur vobis, accipitur pro dæmonibus. Porrò cum hic dicitur. Nescitis cuius spiritus estis, accipitur pro vehementi zelo, seu impetu animi, siue ad bonum, siue ad malum. Christus vero increpauit eos quia peccabãt hoc dicendo, & credo quod tantum venialiter peccauerunt isti duo Apostoli. Et fuisset fortasis affectus ille vindictæ mortale peccatum, nisi extenuasset illud ignorantia, vel impetus animi non deliberatus, vt venialis esset. Sed iam Christum audiamus vltrà dicentem. *Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* Hoc est, iam non est tempus, vt contemptores meos perdam, sed vt ipsos beneficijs, mãsuetudine, verbis, & factis ad resipiscentiã alliciam. Nõ enim misit Deus filium suum in hunc mundũ, vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Primus aductus filij hominis est iudicari, & occidi ab impijs, ad quos saluandos venerat, secundus verò aduentus erit, vt impij iudicentur ab ipso. Si Deus puniret peccatores, & illos non expectaret ad pœnitentiam, qui saluarentur? Non tanti steterunt tibi animæ, quanti Christo, siquidem pro eis sanguinẽ suum effudit, quod tu nequaquam præstitisti. Si tanto pretio eas emisses, quanto Christus, non tãtopere velles Deum statim peccatores disperdere, & penitus extinguere. Peccatorum causa è cælo in terras descẽdit, magnaq; patientia eos expectat & suffert, orans, & petens ab eis, vt conuertantur, & vsq; ad exactam ætatẽ, & postremam senectutem eos præstolatur, & expãsis brachijs in vltima eos recipit canicie. Vnde ipse Dominus per Esaiam ait, Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel. Qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Vsq; ad senectam ego ipse & vsque ad canos ego portabo. Ego feci, & ego ferã: ego portabo, & saluabo. Discamus fortitudinem, & virtutem nostram in Deum exercere. Volebant Iacobus, & Ioannes fortitudinem suam ostẽdere in vindicta: sed aliter dominus, cuius potentia est ad subleuandũ miseros. Didicit hoc Dauid ab eo, atq; ideo dixit. Fortitudinem meam ad te custodiã. Non ad inimicos meos debellandos, sed ad te placandum. Sed cum Christus fortissimus gigas esset nõ in debellandis inimicis, sed

1.Thes.5. *Luc.10.* *Ioan.3.* *Esai.46.* *Psal.58.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed in subleuandis pauperculis exercuit, nõ enim venit destruere, sed saluare. Docet Christus non ideo esse pium eo quod non posit offensas sibi illatas vindicare, cum sit fortis: aut necessitate, sed potius voluntate. Docet etiam cũ mala in proximos videmus ex intimis commoueri. Docet demum non expectare vindictam de his qui te contemnunt, aut offendunt, sed patienter eorum cõuersionem expectare, exemplo eius, perfecta enim virtus non habet studium vltionis. *Et abierunt in aliud castellum.* Meruerunt sanè optimè Dei iram, & supplicium, sed Dñs
Exo. 32. mitigauit legem, & iustitiæ rigorem. Sic enim Mosem fecisse legimus, qui videns vitulum, quem filij Israel fecerãt vt adorarẽt, proiecit de manu tabulas legis ad radicem montis, & fregit eas, vt populo parceret, fregit tabulas legis, quoniam nisi tabulas fregisset, populo non pepercisset. Nam lex di
Exo. 22. cit, Qui immolat Dijs, occidetur, prꝫterquã Deo soli. Noluit Moses cũ tabulis, hoc est, cum rigore legis ad populum delinquẽtem venire, sed tabulas fregit, & legem euacuauit, vt populo delinquenti parcere posset. Parum enim profuisset Deum oratione sua placare, si ipse legis rigore vtens, eos occidisset. Ad hunc modum cum prælatus aliquis instigante pietate iuxta legis rigorem peccatum subditi punit, sed illi miseretur, timẽs ne ex atroci punitione exacerbatus in peius ruat, tunc tabulas frangit, & legis authoritatem relinquit. Hoc autem nullus sanæ mentis dixerit esse peccatum, si instigante charitate id factum fuerit, cum videlicet remissione illa prælatus, spirituali subditi saluti prospiciat. Pastor enim non tam curare debet legis, aut statutorum coseruantiam, quam ouium suarum profectum. Si timet ex obseruantia legis subditum deteriorem fieri, & sperat per mansuetudinem, & misericordiam se lucraturum subditum, rigorem legis eum flectere oportet, vt subditi animã, pro qua Christus mori dignatus est, lucretur. Nam Moses pro eo quod tabulas fregit, non legitur à Deo reprehensus. Deus enim ipse sæpè facit hoc ipsum, parcens peccatoribus, sicut nunc fecit cum istis Samaritanis non puniens homines impios, & barbaros, qui hospitium quod ex lege naturæ itinerãtibus debetur, non dederunt Christo, & hominibus sanctis, sed diuertens ab illis & vadens in aliud castellum. Hoc idem nobiscũ quotidie facit, nam si iuxta merita puniret, væ nobis, vbi nũc essemus? Sed vt ait Dauid *Psal.* sicut pater miseretur filiorum, misertus est nobis Deus, & recordatus est quoniam puluis sumus. Vadit, & diuertit in aliam viam, quasi nõ videat peccata nostra, nec illa sciat vt non puniat iuxta demeritorum exigentiam. Ideoq; abijt in aliud castellum, dissimulãs peccata eorum, & nolens cogere eos ad hospitium contra voluntatem ipsorum. ¶ Ad nostram autem eruditionem, admonet locus iste potiꝰ fugere homines impios, quam cum illis cõtendere, aut litigare. Quia erat iurgiũ inter pastores Abrahæ, & Loth, diuisio facta est inter eos, dixit enim Abraham ad Loth, Ne quæso sit iurgium inter Genes. me, & inter te, & inter pastores tuos, & inter pastores meos, &c. Quanuis bonus esset Loth, tamen vt iurgia, & quæstiones fugeret, voluit Abraham separari à Loth. Tantum bonus Christicola pacem debet diligere, & horrere quæstiones & discordias, vt omnia tẽporalia, si res postulauerit, perdat, quam vt pacem perdat, aut amittat. Docet igitur locus iste perfectam mãsuetudinem, quæ decet Christi seruos, iuxta illud. Seruũ *2. Tim.* Domini non oportet litigare, sed mansuetũ esse. Sed de his aliàs, nunc autem ad contextum. *Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, sequar te quocunque ieris.* Ostendebat voluntatem sequendi perfectè, sed aliud habebat in corde. Volebat enim sequi Iesum, intẽtione, qua Simõ *Actor.* Magus desiderabat habere potestatem miracula faciendi, vt de miraculis diuitias lucraretur. Ne accesseris (inquit Ecclesiasticus) *Eccles.* duplici corde. Sed Christus, qui corda intuetur, & cogitationes hominum videt, vtpotè quia Deus, non ad verba, sed ad cogitationem, & intẽtionem istius, qui Christum sequi volebat, vt ditesceret, respondit dicens. *Vulpes foueas habent & volucres cæli nidos, filius autẽ hominis non habet vbi caput suum reclinet.* Ac si diceret, Cur sequi me vis, vt diues fias, me (inquam) pauperem & nudũ hominẽ, adeò inopem, & rebus omnibus destitutũ, quod nõ habeo domum, nec locum, nec vbi caput meum reclinem? Erras, si me sequi vis hac intentione, cum ego pauperrimus sum, & discipulis meis ea, quæ habebant, relinquere præceperim. O quot habet etiã nunc iste imitatores. Multos videbis, qui se fingunt Ecclesiasticos, & sacris initiantur, nõ vt Deo seruiant nec vt illum sequantur, nec vt ad eum propius accedant, sed vt sibi vi-

ctum, & vestitum parent, vt diuites fiant, & quia credunt se hoc via facile posse creari Canonicos, Abbates, & episcopos. Hi Christum sequuntur, non vt ei inseruiant, sed vt ditescant. Existimant se abundantiorem victum habituros per Ecclesiam quam per sæculum, ac proinde sacris initiantur. Similes sunt ij Sichẽ & Emor patri eius, qui sibi præputia abscinderunt vt opes adipiscerentur in gentes, dixerunt enim. Si circuncidimus masculos nostros, ritum gentis imitantes, & substantia eorum, & pecora, & cuncta quæ possident nostra erunt. De relinquebant hi idola, & ad verum Deum appropinquabãt, vt ditescerẽt. Quod quidem tu quoque hos imitans gentiles cum mundo renuncias, & ad Deum accedis, ad eiusq; altare vadis, nõ vt sanctior fias, aut melior, & deuotior, sed vt fis diues, credens cõsanguineum tuum in tebeneficia, & dignitatem quam habet collaturum, & Regem, & Papam te in Episcopum promoturum. Illi Magi, qui venerunt ab oriente, accesserunt ad Christum natum in Bethleem, non vt diuites fierent à Christo, sed è contra vt Christum pauperem ditarent, atque ideò obtulerunt ei munera ex apertis thesauris. Sic tu accessisti ad altare, vbi Christꝰ est, aduerte ne eo animo id agas vt bonis temporalibus abundes, sed spiritualibus. Et sicuti illi sancti Magi, noli à Christo ditari, sed è contrario debes Christo bona elargiri, pauperi eleemosynam erogando, siquidem Christi agit personam, ipse enim ait: Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. At vero tu Christum sequeris, & suscipis vestem clericalem, & ordines sacros, quia habet Ecclesia Episcopatus, Abbatias, Canonicatus, & redditus. Ioseph venditus in Ægypto fuit, postea verò diues & potens effectus est: & quanuis illic filios habuit, non tamen legimus reddituꝰ aliquos, aut prouẽtus illis reliquisse, aut primogenita. Quid, quæso, fuit in causa cur cum maximas haberet Ioseph opes, non tamen filijs primogenita constituit? Illud sanè, quia in promissam terram ituri erant, quod si primogenita, & diuitias haberent, ægrè, & molestè ab illis separarẽtur, ideò noluit aliquid eis relinquere. Sic Christus Dominus discipulis suis tantum virtutum primogenitum statuit, eisque præcipit, vt parum, quod habent, deserant, nec hunc in numerum discipulorũ ascisceit, quia animo ditescendi accedebat. Plutarchus dixit quod paupertas est instrumentum philosophiæ. Si vt mundi philosophiam intelligamus confert maximè paupertas, quanto magis vtilis erit vt percipiamus Dei sapientiam? Qui Christum sequi cupit, & ab eo cœlestem discere philosophiam, tanquã eius verus discipulus despiciat, & parui pendat diuitias, nec eas apud pauperem Christum exquirat. Ideo huic, qui Christum sequi volebat, vt ditesceret, dixit illi Dominus, Vulpes foueas habent, & volucres cæli, &c. Sed singula verba expendamus.

¶ Poterat dicere, lepores, aut, cuniculi, aut aliquod aliud animal, sed potius dixit, vulpes, quia est animal cauillosum, & astutum, propter quod Christus Herodem vulpem appellauit. Vide tu quanta sit mea pauper- *Luc.* 13.
tas quod animal illud tam astutũ, quod propter suam malitiam indignum erat fouea, at nihilominus illam habet, sed filius hominis non habet vbi caput reclinet.

¶ Expende quod non dicit. Ego non habeo vbi caput reclinem, sed filius hominis non habet vbi caput reclinet, loquitur in tertia persona modestiæ causa (vt Chrysostomus *Chrys. homi.*
ait) vt ad aliam personam referri videatur il- *28. in Ioan.*
la narratio. Sic sancti Euangelistæ loquuntur multoties de se ipsis, quasi de alijs, vt Matthæus dicit, quod inuenit hominem se *Matth. 9.*
dentem in theloneo, & non dixit, inuenit me. Et Ioannes, Venit alius discipulus, qui *Ioan. 18.*
erat notus pontifici. Et Paulus. Scio hominem ante annos quatuordecim raptũ, &c. *2. Cor. 12.*
Hoc etiam Moses quasi de alio loquens sæpè dicit. Loquutus est Dñs ad Mosem dicens. Et Ioannes iterum. Erat recumbens *Ioan. 13.*
vnus ex discipulis Iesu, & non dicit, Ego. &c. Sic Christus in tertia persona loquutus est dicens, filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Præterea vocat se filium hominis, vt se verum hominem, & humilẽ, obnoxium calamitatibus, & doloribus insinuaret. Sic Esaias vocat illum virum dolo- *Esai. 53.*
rum, & scientem infirmitatem. Et quia filius hominis accipitur pro re abiecta, appellatur Ezechiel filius hominis, vt eum de fra- *Ezech. 2.*
gilitate sua admoneret, ne ob diuinas visiones sibi ostẽsas, nimio gaudio efferretur. Et ideo sæpè Christus se vocat filium hominis, vt ostendat, cum esset Deus, infirmitates nostras suscepisse. ¶ Vide etiam quomodo qui quærit, & qui quæritur in hoc differũt, quod qui quærit domum non habet, nec in domo est, imò huc, illuc diuersatur. At ve-

ro

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro qui quæritur domum habere debet vbi eum quærant. Ego, ait Christus, veni ad quærendos peccatores, non egeo domicilio, sed solum per omnes partes diuagari clamans, & intonans, vbi es peccator? Quis mihi illum ostendit? quo illum reperiam? Laboraui clamans, raucæ sunt fauces meæ, &c. Ideo domum non habet, quia quærit peccatores, & sicut aduena fuit in hac vita, & peregrinus in hoc sæculo. Quod admirans Hieremias dicebat. Quasi colonus futurus es in terra, & quasi declinans ad manendum. ¶ Obserua autem quanta fuerit Christi paupertas, vt nos diuites faceret sua paupertate. Defuit in natiuitate domus, quia sub vili tugurio natus, & in præsepe iacuit. Quid etiã paupertatis, & famis passus est, cũ subita persecutione agitur, & in exilium defertur per desertum ad Ægyptum, à pauperculis parentibus cum inopia nutritus est? Nihil in mundo (cuius opifex & gubernator ipse erat) possidens de eleemosynis viuebat oblatis, quas vbi nemo obtulisset, ostiatim mendicabat, sicut Rex Dauid prophetauerat in persona Domini dicens. Pauper ego sum, & mendicus, Dominus solicitus est mei. Quem Psalmum Petrus ad literã declarat de Christo, & ita sentit D. August. in eodem Psalmo. Et in die, quo exceptus est Hierosolymis cum ramis oliuarum sicut pauper mendicus quæsiuit hospitium, & quia illud non inuenit, reuersus est in Bethaniam ad domum Marthæ, vbi in hospitium recipiebatur tanquam pauper peregrinus: tantaque inopia laborauit, quod cœnaculum, & agnum, vbi cum discipulis mãducaret pascha, mendicauit, quia non habuit propriam domũ vbi pascha comederet, nec agnum. Et si quidem nullum est in contrarium statutum decretum, & scriptura pauperem, & mendicum eum nominat, nulla est ratio cur id negetur. Quod si aliquis existimat mendicitatem cum Christi dignitate pugnare, fallitur sanè, siquidem Christus Dominus alias quam plures nostras pœnalitates susceptit non minus viles & infames. Et cum aliquid de Christo dictum audieris, verificandum est de eo summè, quantũ veritas pati potuerit. Itaque cum audis de Christo, Ego sum pauper, & dolens, salus tua, Deus susceptit me, verifica in Christo summam paupertatem, & summum in passione dolorẽ; & quòd à patre fuit summè in resurrectione susceptus. Et cum audis Christũ esse nobiscũ, intellige modum summum, quo Christus potuit nobiscum esse. Ita & in hoc loco summam rerum temporaliũ abdicationẽ in Christo fuisse intellige. Quod si verecundiam habes, quando audis Christum mendicasse, maiori perfundi verecundia deberes, quando ei petenti aliquid denegas, nam Deum ostiatim victum sibi parare, euidens suæ bonitatis signum est & argumentum, te vero pauperi (qui Christi personam agit) negare quod expostulat, signũ & indicium tuæ est crudelitatis, & sæuitiæ. Quod si aliquis asserat, quod mulieres quæ sequebantur eum à Galilæa ministrabant ei, vt in capite præcedenti dixit Lucas, hoc illæ non præstiterũt, nisi postquam inceperit discurrere per ciuitates, & castella prædicãs, atque hoc solum illæ faciebant, quibus ipse sanitatem restituerat, at vero cum Christus per paruum temporis interuallum prædicauerit, paruum etiam tempus interceſsit, quo illæ mulieres Christum comitatæ fuerunt, quinimo nec in hoc tempore Christum sequebantur semper, siquidem cum eo non erant, quando à Samaritana aquam petiuit. Nec etiam diuites erant omnes illæ fœminæ, sicut nec Maria Salome, quæ accipiebant eleemosynas, quæ eis erogabantur, & erant veluti depositariæ, vnde (quamuis Christus crumenas deferret sibi, & discipulis) non sequitur nõ mendicasse, sicut fratres minores sunt mendicantes, & habent syndicos, & dant eleemosynas alijs vilibus pauperibus. Et discipuli Christi aliquoties victum secum ferebant, dum cum Christo iter faciebant quamuis modicũ, vt patet in quinque panibus, & duobus piscibus, quod si obliuiscebantur cibum parare, postea se vacuos, & inanes reperiebant, sicut Matthæus narrat quod obliti sunt portare panes, & cũ maledixit ficum, sine prouisione ibat. Ex quo patet non semper Christo & discipulis necessaria fuisse oblata, absque eo quod ipsi peterent. Et apud gẽtiles clare cõstat nullũ fuisse, qui eis necessaria offerret, quia erant Iudæi, ac proinde oportebat emere. Ideo in Sichem, quæ erat Samaria iuerunt discipuli, vt cibos emerent, sed hæc sufficerent de Christi paupertate, & mendicitate, quæ tãta fuit vt verè dicat, Vulpes foueas habẽt, &c. Nec solum in vita, verum etiam in morte deest cruci affixo vbi caput reclinet, & mortuus, alieno vsus est sepulchro.

¶ Ad nostram autẽ eruditionem, discamus diuitias

diuitias contemnere, & Christi paupertatẽ diligere. Magnus equidem est abusus quod Christianus tãto ardore, & cupiditate quærat diuitias huius sæculi, cum suum intueatur redemptorem, & magistrum Christum Iesum, adeo pauperẽ in sua natiuitate, & in vita, & morte, & deniq; post ipsam mortẽ. ¶ Discamus etiã ex hoc loco superba ædificia odio habere. Verecundiam habe, cum Christianus sis, tam magnificas exædificare domos, & turres excelsas cũ videas Dñm Deum tuũ non habere propriã domũ, quã inhabitet, nec eã habuit in natiuitate, nec in morte, nec post mortẽ, siquidẽ in alieno sepulchro fuit humatus. Vnde Dñs. Percutiã domũ hyemalẽ, cũ domo æstiua, & peribũt eburneæ domꝰ, & dissipabũtur ædes multę. ¶ Discant etiã prælati, & prædicatores non admittere ad suum consortium homines lucri cupidos, sed expellant eos, sicut Christus hunc qui diues volebat fieri sequens illum. Multo magis nõ sunt ad prædicationẽ mittendi inhiantes lucris, cum repellantur à cõsortio prædicatorũ. Non sic Paulus, qui dicebat. Nõ quæro vestra, sed vos. Sequitur in contextu. *Ait autẽ ad alterũ. Sequere me.* Hic discipulus erat Christi, vt manifestè asserit Matthæus, sicut alter de quo nunc iam egimus, erat scriba. Quis autem hic discipulus fuerit, nos latet. Clemens tamẽ præsul Alexandrinus præceptor Origenis, vir (vt D. Hieronym. inquit) vndequaque doctissimus, qui stromatum, hoc est, varietatum octo libros scripsit, ait in stromate. 3. quod fuit Philippus Apostolus. Tertullianus autem ait quod fuit Matthæus. Quicunq; ille fuerit, nos tamen ad nostram instructionem hic admonemur non esse omnium, ministerio se diuino ingerere, sed qui ab eo vocatur & eligitur veluti Aaron, cuius virga tãtum floruit, vt apostolus ad Hebræos admonuit. Si enim principes, qui sæpius ignorãt, quos ad ministeriũ vocant ministros, pro sua voluntate diligunt, non curãtes, an alij sint habiliores, aut prudẽtiores pro solo beneplacito voluntatis suæ, cur hoc nõ licebit Deo, qui optimè scrutatur, & nouit, quos ad suum ministeriũ eligit? Ecce scriba ille qui se vltro obtulit nõ inuitatus, reiectꝰ est à Christi cõsortio, alios vero impremeditatos vocauit, sicuti Petrũ, & Andreã, & Iacobũ, & Ioannẽ, qui erãt piscãtes, & huic discipulo, quisquis ille fuerit, dilationẽ petenti ait, vt vadat, & nũcietregnũ Dei, & vocat Christus illũ, nihil dicentẽ. Illum, qui ait velle seipsum sequi, missum facit & expellit, & illũ, qui imparatus erat, & nihil dicens, vocat. Sed quid dicet ille? *Ille autem dixit, Dñe permitte mihi primum ire, & sepelire patrẽ meum.* Ad hoc enim se obligatum putauit præcepto legis, quod iubet parẽtes honorare, imò mortuos sepelire est vnũ ex septẽ operibus misericordiæ, de quo & specialiter ore angelico cõmendatur Tobias. *Dicit ei Iesus sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autẽ vade, & annũcia regnũ Dei.* Pater istius adhuc viuebat, sed petebat iste vt expectaret Christus, vsq; dum pater eius obiret, & sepeliret eũ, nam si iam mortuus esset, nõ denegaretur ei, quia parum poterat in sepultura patris immorari, nã in dimidia die finirẽtur inferiæ & sepultura. Sed quia multum temporis petebat, prohibitus est, dicẽdo, sine vt mortui sepeliant mortuos suos. Acsi diceret, Nõ est necesse quod tuvadas, & maneas in sæculo vsque ad mortẽ patris tui, nã alij sunt, qui possunt sepelire eũ. Hoc fecerũt apostoli, nã opus pium erat ministrare cibos pauperibus, quia tamẽ impediebãtur per hoc ab oratione, & prædicatione, & hoc fieri poterat per alios, elegerunt alios septẽ viros, vt ipsi orationi vacarent. Nõ igitur prohibetur honorare parẽtes, sed mõstrat cœlestibus negotijs nihil esse præponendũ, spiritualia enim opera pro tẽporalibus nõ sunt dimittẽda, & iste ad maiorẽ vitæ perfectionẽ vocabatur, atq; ideo addidit. Tu autẽ vade, & annũtia regnũ Dei, ac si diceret. Sepelire mortuos, quod opus est pietatis inferioris, nõ pertinet ad te, sed ad mortuos, idest, ad homines infimi gradus, vel in peccatis manẽtes, propter quod mortui vocãtur. Illi enim non viuunt verè, neq; fœliciter, in quibus nõ viuit Christus, qui solus vita est animarũ nostrarũ. Hinc est quod apostolus ad Timotheũ scripsit dicens. Vidua, quæ in delicijs est, viuens mortua est. Sic Saul cũ esset quadraginta annorũ, & regnasset viginti annis, vt dicitur in actis, tamẽ scriptura ait quod Saul erat filius vnius anni cũ regnare cœpisset, & quod duobus annis regnauit in Israel, quia duobus annis regnauit in Dei amicitia, & in statu gratiæ. In ijs duobus annis fuit viuus Saul, nam in alijs mortuus erat coram Deo, nec illius numerãtur, aut computantur anni coram Deo.

¶ Igitur ad mortuos cõuenit sepelire mortuos suos. Ad te autẽ maiora pertinent, scilicet, q̃ vadas, & annũcies regnũ Dei. Magis laudatur

Psal. 68.
Hierem. 14.
Luc. 2.
Matth. 2.
Psalm. 108.
Actor. 3.
Mar. 11.
Psal. 68.
Luc. 9.
Luc. 12.
Luc. 14.
Matth. 4.
Luc. 17.
Luc. 9.
Exo. 20.
Tob. 12.
Actor. 6.
1. Timo. 5.
Actor. 13.
1. Reg. 13.
Luc. 10.

laudatur otiũ Mariæ, quam solicitudo Marthæ, atque ideo, quia spiritualia præstantiora sunt, nõ relinquenda sunt pro temporalibus. Præterea noluit Dominus, vt adiret domum patris, quia occupatio illa poterat nocere ei, quia forte oriretur occasio quod nunquã rediret ad Christum, quia cupiditas rerũ temporaliũ in successione patris defuncti & affectio cognatorum forte causarẽt ei contrarium desiderium, vel tepiditatem aliquam desiderij prioris. ¶ Ad nostram eruditionem docemur hinc bonum propositũ conceptum citò operi, & executioni mandare, ne aliquid succedat quod impediat bonum illud, ita vt non postea fiat. Ideo huic noluit Dñs permittere, vt iret in domũ patris, & expectaret mortem eius, ne mutaret propositum, sed voluit vt statim eum sequeretur relictis omnibus. Docemur etiam spiritualia non relinquere propter quodcunq; bonũ temporale, &c. Sed de his satis. *Et ait alter: Sequar te Domine, sed permitte mihi primũ*
3. *Reg.* 19. *renuntiare iis, qui domi sunt.* Sic dixit Elisæus ab Helia vocatus, Osculer (inquit) oro te patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Afficiebatur hic circa suos, contra illud,
Psal. 44. quod in Psalmo habetur, Obliuiscere populum tuum, & domum patris tui. Aliter fecit
Galat. 1. Paulus qui dicebat. Postquã autem placuit ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & reuocauit per gratiã suam, &c. Continuò non acquieui carni & sanguini. Caro, & sanguis tanquam aduersarij non sunt admitten-
Matth. 10. di. Quapropter Christus ait. Veni separare hominẽ aduersus patrem suum, &c. Sequitur. Et inimici hominis domestici eius. Præterea aliqui dicunt quod iste voluit renũcia re domesticis suis, seu cognatis, siue parentibus suis duntaxat vale dicendo, seq; ab eis licentiando, ne quærerent eum. Alij dicunt quod volebat eorũ consensum exquirere, & eos super re ista cõsulere. *Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manũ ad aratrũ & aspiciens retro*
aptus est regno Dei. Omnis arans si retro respiciat inutilẽ, aut tortuosum facit sulcum, aut arantium borum suorũ vestigia vulnerabit, Sic qui directo tramite, aut spirituali vomere vitia humana persulcans incedit ad Dei
Gen. 19. regnum, si aspectum suum ad vitia & impia, & vana conuertit, animam suam vulnerabit. Ille aspicit retrò qui à bono inchoato deficiens, mente ad sæcularia redit. Non decet vt tu, qui à Sodoma exijsti, & mũdum iã dereliquisti, vt iterum mẽtis affectu ad illũ reuertaris. Sic filij Israel postquam de Ægypto exierunt, corde & mẽte reuersi sunt in Ægyptũ, cupientes illic esse, & ollas carnũ manducare. Quapropter nullus istorũ, qui reuertere voluerũt in Ægyptũ, ingressus est in terrã promissionis, sed mala morte perierunt in deserto. Sic etiã perdet Deus monachos illos, qui postquã è mũdo fugerunt, & sæculo renũciauerunt, & monasticã disciplinam vouerunt reuertũtur ad sæculi negotia, ab incepto redeuntes itinere. De talibus ait
2. *Pet.* 2. Petrus. Melius enim erat illis nõ cognoscere viam iustitiæ, quã post agnitionẽ retrorsum cõuerti ab eo, quod illis traditũ est, sancto mandato. Contigit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad suũ vomitũ, & sus lota, in volutabro luti. Hoc volens significare apud Ezechielem Dñs, præcepit ne
Ezech. 8. homines templũ ingressi, eo ostio exirent, quo introierant, sed vltra tẽderent, ne tergaverterẽt, Deũq; relinquere viderẽtur. Iusti
Psal. ibunt de virtute in virtutẽ, vt ait Dauid. Do
Luc. 19. lẽda est sanè incõstantia nostra, & lacrymis deplorãda. Vt enim subtilis & delicata auri ficis statera paruò põdere mouetur, vt quolibet grano superpositò, deorsũ tẽdat, sic nos quacunq; re, siue prospera, siue aduersa, perturbamur, & viã optimam, & rectam relinquimus, ab eaq; deflectimus. Quẽadmodũ Chamæleõ ad species rerum, quibus admouetur se seq; conuertit, mutat colorẽ, sic nos quacunq; tẽtatione obiecta, mutamus virtutis propositũ, & quæcunq; impiæ cogitationes nos mouẽt, & quo volũt impellũt, trãsuersoq; agunt. Et sicut Chamæleon colorẽ albũ non recipit, licet alios recipiat, sic nos ad omnia facile, & frequenter, præterquã ad animi cãdorem, mutamur. Oportet ergo in bono proposito perseuerare, & semper à bono in melius tẽdere, & proficere. De sanctis illis quatuor animalibus ait Ezechiel, *Ezech.*
quod non reuertebãtur, cũ ambularent, sed vnumquodq; coram facie sua ambulabat. Æterna sunt ante nos, & retro temporalia, pergẽtes enim inueniemus æterna, & retro relinquemus ista temporalia. Igitur ante faciem suam gradiebantur sancta animalia, quia ea, quæ reliquerũt, nullo iam appetitu reuertentes, aspiciebãt. Quapropter iusti ne velut inepti à regno Dei abijciãtur, semper ad anteriora se extẽdunt. Vnde Paulus ait. *Philip.*
Quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor ad brauiũ supernæ vocationis in Iesu Christo. Iustus enim semper proficere optat, semper ad vlteriora opera exercenda, procedere satagit, vt pergens de virtute in virtutẽ, videat Deum Deorũ in Siõ. ¶ Obserua autẽ quod hic ex numero discipulorũ erat, alioquin non assimilaretur ei, qui applicuit manum suã ad aratrũ. Aduertere etiam quisquis putas Christianitatem delicias esse, aut voluptates, aratrum in manus tuas cõmendat Christus, nõ rosas, non pecunias, aut delicias, & id genus reliqua, quibus mundus nõ tam allicit, quã decipit. ¶ Admonet igitur locus iste, vt in bonis cæptis & initijs perseueremus. Perseuerantia enim est illa sapientia, quæ attingit à fine vsque in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Primus finis est, bonum opus inci-
Ezech. pere, siquidem illic finitur malum iuxta illud. Diuerte à malo, & fac bonum. Alius finis est, in bono persistere incepto vsque ad
Ezech. eius absolutionem & exitum. Primum finẽ habuit mulier Loth, malum deuitans cõsortium, & societatem ad Dei præceptum, sed defuit ei alter finis, qui est perseuerantia, nã in itinere retrò caput voluit, propter quod grauiter fuit punita, conuertit enim Deus illam in salis statuam, non lapidis, vel arboris, sed salis infructiferi, & sterilis, nam sale illo voluit nostrę corruptioni remedium ad hibere, nostræque fragilitati mederi, vt tam gratiam timentes animaduersionem & supplicium, Deo obediremus, in viaque virtutis perseueraremus. Ideo perseuerantia vocatur donum Dei, & merito, nam sicuti nõ possumus primam mereri gratiam, quæ nos Deo gratos reddit, sic etiam viribus naturæ non possumus mereri perseuerantiam, nam liberum arbitrium nequaquã per gratiam destruitur, nec perditur, imò verò perficitur, & sic quicquid ei libuerit, faciet, etiam

in bono non perseuerare. Ideo perseuerãtia Dei donum est, sicuti est prima gratia, quã nostris conatibus mereri non possumus. Etiam ait Sapiens quod perseuerantia ordinat, & componit res suas cum fortitudine, nam præcipua fortitudinis pars, est perseuerantia, sine qua corona non datur victoriæ. Ideo Paulus. Non coronabitur, nisi qui le-
2. *Tim.* 2. gitimè certauerit. Hæc fides consistit in eo, quod minimè terga vertamus timidi, sicut fecerunt filij Effrem de quibus Psalmista *Psal.* 77. quod conuersi sunt in die belli. Vnde, quia perseuerare est donum Dei, sicut boni operis initium præcipitur in Leuitico non mi-
Leuit. 27. nus seruari decimas, quam primitias. Seruãs decimas sicut primitias docuit boni operis perseuerãtiam ab ipso Deo esse sicut initiũ. Sicut enim sufficientia ad bonum aliquod
2. *Cor.* 2. cogitandum, non ex nobis, sed ex Deo est, ita etiam diuinæ dispositionis est, non electionis humanæ, vt bono, vel malo fine vita nostra terminetur. Vtrumque horum Da
Psal. 58. uid confessus est dicens, Misericordia eius præueniet me. Et misericordia egere, vt per seueraret, in alio Psalmo testatus est dicens. Misericordia tua subsequetur me, omnibus *Psal.* 22.
Ioan. 17. diebus vitæ meę. Docet Christus suo exemplo hanc virtutem. Opus cõsummaui quod dedit mihi pater, vt faciam. Et Paulus. Bonum certamen certaui, cursum consummaui. Videmus debiles mulieres senilis ætatis perseuerando, peregrinationes longas perficere. Videmus naturam continuè operãdo ex modica nuce additione imperceptibili magnam arborem erigere. Et aqua cauat lapidem assiduè cadens super illum. Vtinam Deus optimus, Max. det nobis in bono perseuerare, vt desideratam coronã adipiscamur. Amen.

Primi tomi Enarrationum in Beati Lucæ Euangelium finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SALMANTICÆ,
Excudebat Ioannes Ferdinandus.
M. D. LXXXII.

INDEX AVTHORITATVM SACRAE SCRIPTVRAE IN HOC opere expositarum sparsim, secundum ordinem librorum veteris ac noui testamenti digestus, ac plurimis locis Euangeliorum locupletatus.

¶Genesis.

Cap. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Tomo. 2. pagina. 85. columna. 1
Benedixitq; eis dicens. Crescite & multiplicamini. to. 2. pag. 658. col. 2
Requiuit ab omni opere quod patrarat. to. 2. pag. 357. col. 1
Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. to. 2. pag. 214. col. 2
2 Producant aquæ reptile. to. 2. pag. 612. col. 2
Ex omni ligno paradisi comede. to. 1. pa. 356. col. 2
Eo quod mater esset cunctorum viuentium. tom. 1 pag. 123. col. 2
Del ligno scientiæ boni, & mali ne comedas. to. 2. pag. 112. col. 2
3 Ne forte moriamur. to 2 pa. 242. col. 1
Deambulabat ad auram post meridiem. to. 1 pag. 69. col. 1
Aperti sunt oculi eorum. to. 2 pag. 752. col. 2
Adam vbi es? to. 2 pag. 273. col. 2
Maledictus inter omnia animantia. to. 1. pag. 74 col. 2. & to. 2. pag. 492. col. 2
Super pectus tuum gradieris. tom 2. pag. 31. col. 1. & pag. 639. col. 1
Inimicitias ponam inter semen tuum, & semen illius. to. 1. pag. 112. col. 2
Quis indicauit tibi quòd nudus esses? tom. 2. pag. 279. col. 2
Maledictus in opere tuo. to. 2. pag. 582. col. 1
In sudore vultus tui vesceris pane tuo. tom. 2. pag. 250. col. 2
Emisit Deus Adam de Paradiso voluptatis. to. 1. pag. 517. col. 1
4 Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. tom. 1. pag. 84. col. 1
Omnis qui inuenerit me occidet me. to. pa 51. col. 1
Omnis qui occiderit Cain septuplum punietur. to. 2. pag. 620. col. 1
Maior est iniquitas mea quam vt veniã merear, to. 1. pag. 168. col. 1
Posuit q; Dñs signum in Cain. to. 1. pag. 63. col. 1
Egressus à facie Domini habitauit profugus. tom. 1 pag. 555. col. 1
Vxores Lamec audite, occidi virũ in vulnus meũ. tom. 1. pag. 319. col. 1
6 Bitumine linies arcam intrinsecus, & extrinsecus. to. 1. pag. 16. col. 2
9 Euigilans de somno Noe cum didicisset. to. 2. pag. 652. col. 2
10 Robustus erat venator coram Domino. to. 1. pag. 13 colum. 2
12 Et animas quas fecerant in Aram to. 1. pag. 634. colum. 2
Facta est fames super terram. to. 1. pa. 660. col. 2
13 Erat Abraham dines valde. to. 2. pag. 504. col. 2
Sodomitæ pessimi erant, & peccatores coram Domino. tom. 1. pag. 13. col. 2
15 Respice cælum & numera stellas. to 2. pa. 91. col. 2
Descenderunt volucres super cadauera, & abigebat eas. to. 2 pag. 103. col. 1
Nondum completæ sunt iniquitates Amorrhæorum. tom. 1. pag. 168. col. 1
17 Erit pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. to. 1. pag. 55. col. 2
18 Apparuit Dominus Abrahæ sedenti in ostio tabernaculi. to 1. pag. 17. col. 1
19 Ne respicias post tergum. tom. 1. pag. 50. col. 1
Versa est vxor Lot in statuã salis. to. 2. pa. 141. col. 2
Ingressa est maior dormiuitq; cum patre. tom. 2. pag. 354. col. 1
21 Vidit Sara filium suum ludentem cum Ismaele. tom. 1. pag. 411. col. 1
22 Cumq; alligasset filium suum. tom. 2. pag. 42. col 2
Quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo. to. 2. pag. 487. col. 1.
Nunc cognoui quòd timeas Deum. to. 2. pag. 213. colum. 1
Possidebit semẽ tuum portas inimicorum tuorum. to. 1. pag. 625. col. 1. & pag. 113. col. 2
23 Benedixit Dominus Domino meo. tom. 1. pag. 185 colum. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

24 *Dedit inaures aureas & armillas. tom. 2. pag. 23. colum. 2*
Vis ire cum homine isto? Vadam. to. 1. pag. 654. colum. 2
Descendit Rebecca de camelo. to. 1. pag. 134. col. 2
25 *Abraham filijs concubinarum largitus est munera. to. 1. pag. 218. col. 1*
Plantam fratris tenebat manu. to. 1. pag. 75. col. 2
Orauit Isaac pro vxore sua sterili. tom. 2. pag. 79. colum. 1
26 *Vidit eum Iocantem cum Rebecca vxore sua. to. 1 pag. 411. col. 1*
27 *Benedixit Isaac filium suum Iacob. to. 1. pag. 46. col. 2. pag. 154. col. 1. & pag. 195. col. 1*
Dixit ad Esau. De pinguedine terræ, & de rore cæli. tom. 1. pag. 390. col. 2
29 *Seruiuit Iacob septem annis pro Lia. tom. 2. pag. 204. col. 2*
Labam dedit Iacob filiã Liam. to. 1. pag. 94. col. 2
30 *Ingredere adillã & ædificabor. to. 1. pag. 4. col. 2*
Tollens Iacob virgas populeas, & amygdalinas. to. 1. pag. 552. col. 2
Pepererunt oues maculosa, & varia. tom. 1. pag. 466. col. 1
31 *Rachel furata est idola patris sui. tom. 1. pag. 363. colum. 1*
Tumensque Iacob cum iurgio ait. Quam ob culpam. to. 1. pag. 51. col. 1
32 *Fuerunt Iacob obuiam Angeli Dei. to. 2. pag. 29. colum. 1*
Luctabatur vir cum eo vsque mane. to. 2. pag. 103 colum. 2
Non dimittam te nisi benedixeris mihi. to. 1. pag. 174. col. 1. & to. 2. pag. 103. col. 2
Vocaberis Israel. to. 2. pag. 537. col. 2
33 *Adorauit Iacob Esau fratrem suum in terra. to. 2. pag. 423. col. 1.*
34 *Assensique sunt omnes circuncisis cunctis maribus to. 1. pag. 630. col. 1*
37 *Vidi per somnium Solem & Lunam, & Stellas vndecim. tom. 2. pag. 524. col. 2*
38 *Zanam misit prius manum. to. 1. pag. 253. col. 1*
39 *Benedixit Dominus domui AEgypti. tom. 1. pag. 185. col. 1*
40 *Memento mei dum bene tibi fuerit. to. 1. pag. 655. colum. 2*
42 *Iussit Ioseph vt reponerent pecunias in sacculis. to. 2. pag. 594. col. 1*
Portantes frumenta in asinis profecti sunt. tom. 1. pag. 640. col. 1
43 *Peccati reus ero omni tempore si nõ adduxero eum tibi. to. 1. pag. 121. col. 2*
47 *Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt. to. 2. pag. 50. col. 1*
48 *Posuit Iacob dexteram super caput Ephraim, commutans manus. to 2. pag. 438. col. 1*
49 *Accubuisti vt leo & vt catulus leonis. to. 2. pag. 520. col. 2*
Non auferetur sceptrum de tribu Iuda. to. 1. pag. 8. col. 2
Dan coluber in via, & cerastes in semita. tom. 1. pag. 233. col. 1

¶Exodus.

1 *AEdificauit illis Dominus domos. to. 1. pag. 45. colum. 1*
3 *Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. to. 2. pag. 615. col. 1*
Qui est misit me ad vos. to. 1. pag. 10. col. 1
4 *Proiecit virgam in terra, & conuersa est in colubrum. to. 1. pag. 522. col. 2. & pag. 50. col. 2*
5 *Non do vobis paleas. to. 1. pag. 57. col. 2*
Vacatis ocio. to. 2. pag. 81. col. 1
Dispersus est populus ad colligendum palcas. to. 1. pag. 134. col. 1.
7 *Constitui te Deum Pharaonis. to. 2. pag. 510. col. 1*
Tulit Aaron virgam & versa est in colubrum. to. 2. pag. 246. col. 1. & tom. 1. pag. 259. col. 1. & to. 2. pag. 479. col. 1
8 *Constitue tempus vt abigantur ranæ. Respondit Cras. to. 1. pag. 151. col. 1*
Venit musca grauissima in domo Pharaonis & ciniphes. to. 1. pag. 261. col. 1. & tom. 2. pag. 698. col 1.
Abominationes AEgyptiorum immolabimus Deo nostro? to. 1. pag. 630. col. 2
10 *Nec vngula remanebit. to. 2. pag. 137. col. 1*
11 *A primogenito Pharaonis qui sedet in solio. to. 2. pag. 53. col. 1*
12 *Mensis iste primus erit in mensibus anni. tom. 2. pag. 665. col. 2*
Erit autẽ agnus absq; macula. to. 2. pa. 217. col. 1
AZymos panes cum lactucis agrestibus. to. 1. pag. 19. col. 1
Neque os illius confringetis. to. 1. pag. 29. col. 2
Cum viderit sanguinem in superliminari. tom. 1. pag. 632. col. 1
Petierunt ab AEgyptijs vasa argentea & aurea. tom. 1. pag. 430. col. 2. & to. 2. pag. 38. col. 1 & pag. 175. col. 1
14 *Viderunt AEgyptios post se & timuerunt. to. 2. pag. 519. col. 2*
Erat nubes tenebrosa illuminans noctem. tom. 1. pag. 177. col. 1
Cum misisset lignum in aquas Marath in dulcedinem versæ sunt. to. 1. pag. 588. col. 2
18 *Prouide de omni plebe viros sapientes & timentes Deum. to. 2. pag. 232. col. 2 & pa. 478. col. 1*

19 *Non accedat populus ad radices montis. to. 1. pag. 618. col. 2*
20 *Memento vt diem Sabbati sanctifices. tom. 2. pag. 280. col. 1*
Honora patrem & matrem tuam vt sis longæuus super terram. to. 2. pag. 498. col. 1
Non furtum facies, non concupisces rem proximi tui. to. 2. pag. 35. col. 1
Non lenabis cultrum super eo. to. 2. pa. 763. col. 2
21 *Seruus nolens libertatem maneat seruus in seculũ. tom. 1. pag. 55. col. 2*
Vendendi non habebit potestatem eo quòd stupruerit eam, tom. 1. pag. 60. col. 1
22 *Omnem viduam & pupillum non affligetis. to. 1. pag. 62. col. 2*
23 *Tribus vicibus per singulos annos festa celebrabitis. to. 1. pag. 201. col. 1*
Non inibis cum eis fœdus. to. 2. pag. 330. col. 1
24 *Sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphyrini. to. 2 pag. 655. col. 2*
Septimo die vocauit eum de medio caliginis. to. 1. pag. 17. col. 1
Dimidiam partem sanguinis misit in crateras. to. 2. pag. 674. col. 2
25 *Facies propiciatorium de auro mundissimo. to. 2. pag. 528. col. 2*
Duos Cherubin aureos, & productiles facies. to. 2. pag. 542. col. 2
Respiciant ad se mutuo versis vultibus. tom. 1. pag. 587. col. 2
26 *Facies sagã cilicina ad operiendum tectum tabernaculi. to. 2. pag. 80. col. 2*
28 *Ad pedes tunicæ per circuitũ mala punica facies. to. 1. pag. 202. col. 2. & to. 2. pag. 466. col. 1*
32 *Mixtis in medio tintinnabulis. to. 1. pag. 228 col. 1*
Hi sunt dij tui Israel qui te eduxerunt. tom. 2. pag. 721. col. 1
Protecit de manu tabulas, & confregit eas. to. 1. pag. 670. col. 1
33 *Quia fecit tibi populus iste vt induceres. tom. 1. pag. 466. col. 2*
Commisit vitulum, & dedit ex eo potum. to. 2. pag. 138. col. 1
40 *Oleo vnges tabernaculum. to. 2. pag. 68. col. 2*

¶Leuiticus.

1 *Detracta pelle animal offeratur. tom 2. pag. 173 colum. 2.*
Retorto ad collum capite turturis, to. 1. pa. 6. col. 1
2 *Plumas proiciet prope altare ad orientalem plagã. to. 1. pag. 466. col. 2*
Nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur. to. 1. pag. 622. col. 1
3 *Offerent Domino adipem, & quicquid pinguedinis. to. 2. pag. 103. col. 2*
6 *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet sacerdos. to. 1. pag. 423. col. 2*
7 *Ista est lex holocausti & sacrificij pro peccato. to. 2. pag. 331. col. 2*
8 *Induit eum tunica Hyacintina desuper humerale. to. 1. pag. 549. col. 2*
Vitulum cum pelle & carnibus cremans extra castra. to. 2. pag. 138. col. 1
Tolle Aaron cum filijs suis & congregabis cœtum Israel. to. 1. pag. 621. col. 2
11 *Cygnum ne comedatis. to. 2. pag. 606. col. 1*
12 *Mulier si suscepto semine pepererit masculũ. to. 1. pag. 164. col. 2*
Omne masculinum adaperiens vuluam. to. 1. pag. 167. col. 2
13 *Quando vero caro viuens in eo apparuerit. to. 1. pagi. 14. col. 2*
Caput nudum, os veste contectum. to. 1. pag. 324. colum. 1
14 *Offerat passerem pro peccato. to. 1. pag. 168. col. 1*
21 *Si gibbus non accedet offerre hostias Domino. to. 2. pag. 505. col. 1*
24 *Qui maledixerit Deo portabit peccatũ suum. to. 1. pag. 121. col. 2*
27 *Animal immundum immolari Domino non potest. to. 1. pag. 454. col. 1*

¶Numeri.

10 *Si semel tubas clangueris venient ad te capita. to. 1. pag. 362. col. 2*
11 *Congrega mihi septuaginta quos tu nosti quòd seniores sint. tom. 1. pag. 612. col. 2. & to. 2. pagi. 342. col. 2*
14 *Tentauerunt me iam per decem vices. tom. 2. pag. 139. col. 1*
16 *Vt omnis glebus stet contra Dominum. to. 2. pag. 28. col. 1*
Tollat thuribula producat ea in laminas. tom. 1. pag. 30. col. 2. & to. 2. pag. 148. col. 1
19 *Vas sine operimento immundum erit. tom. 2. pag. 456. col. 2*
20 *Nuncios misit Israel ad Edom dicens, Velociter transiemus. to. 1. pag. 397. col. 1*
21 *Cum filij Israel à serpentibus essent vulnerati intuebantur serpentem æneum. to. 1. pag. 33. col. 2*
25 *Lapidatus est qui ligna in sabbatho colligebat. to. 1 pag. 59. col. 1*
27 *Omnis æstimatio siclo sanctuary ponderabitur. to. 1 pag. 405. col. 1*
34 *Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet. to. 2. pag. 240. col. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Deuteronomium.

6 *Deus Deus tuus, Deus vnus est. to.2. pag.567. col.1*
8 *Non in solo pane viuit homo. to.1. pag.287. col.2.*
10 *Intrauit Iacob in AEgyptum cum septuaginta animabus. to.1. pag.377. col.1*
Tribus Leui non dedit possessionem, quia Dominus est possessio eius. to.2. pag.69. col.1
13 *Tentat vos Deus, vt sciat an diligatis eum. tom.2. pag.213. col.1*
15 *Præcepit Deus ne tonderent primogenita ouium, to.2. pag.487. col.2*
17 *In ore duorum vel trium stat omne verum. tom.1. pag.8. col.1*
21 *Rade ab ancilla vngulas & capillos. to.2. pa.175 col.1*
22 *Non facies vestem ex ligno lanaq; contextam. to.2 pag.49. col.2*
23 *Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, sed alieno. to.1. pag.430. col.2*
24 *Det illi libellum repudij. to.2. pag.414. col.2*
32 *Eduxit mel de petra. to 1. pag.18. col.2*
Ipsi me irritauerunt in his qui non sunt dij. to.1 pag.10. col.1

¶Iosue.

9 *Gabaonitæ habentes calciamenta perantiqua. to.1. pag.524. col.2*
Induti veteribus vestimentis. to.2. pag.271. col.1
10 *Suspendit quinque reges super quinque stipites. to.2 pag.215. col.2*
Non poteritis seruire Deo. to.1. pag.405. col.2

¶Iudicum.

4 *Iael dedit Sisaræ lac. to.2. pag.610. col.1*
7 *Lagenas frangentes vicerunt Madian. to.2. pag. 461. col.2*
9 *Ramos de arboribus præcidentes sequebantur ducem to.1. pag.633. col.2*
12 *Sepultus est in vrbibus Galaad. to.2. pag.721. col.1*
Obsecro vt metra sire permittas. to.1. pa.257. col.1
14 *Examen apum erat in ore leonis, ac fauus mellis. to.1. pag.81. col.1*
18 *Filij Dan inuenerunt vrbem Lais vacantem. to.2. pag. 136. col.2*

¶Ruth.

2 *De vestris manipulis proijcite ex industria. tom.2. pa.427. col.1*
3 *Extende pallium tuum super ancillam tuam. to.1 pag.59. col.2*
4 *Qui ædificauerunt domũ Israel. to.1. pag.41. col.2*

¶Primus Regum.

2 *Sublimabit cornu Christi sui. to.1. pag.110. col.2*
5 *Inuenerunt Dagon truncum coram arca. tom.2. pag. 404. col.1*
6 *Vaccæ ducebant arcam Domini in Beth samis. to. 2. pag.40. col.1*
Percussit Dominus septuaginta viros & quinquaginta millia. to.2. pag.42. col.2
9 *Nunquid non filius Iemini ego sum. tom.2 pag. 205. col.1*
15 *Destrue Amalec, non parcet oculus tuus oui nec boui. to.2. pag.138. col.2*
16 *Spiritus Domini malus exagitabat Saul. tom.2. pag.114. col.2*
22 *Si quis quæsierit animam meam quæret, & animam tuam. to.1. pag.634. col.2*
25 *Suscipe hanc benedictionem de manu ancillæ tuæ. to.1 pag.46. col.2*
26 *Dormiebat Saul habens scyphum, & hastam ad caput. to.2. pag.225. col.2*
28 *Posui animam meam in manu tua. to.1. pag.130. colum. 1*
30 *AEqua pars erit descendentibus ad prælium. to. pag.75. col.2*

¶Secundus Regum.

2 *Surgant pueri, & ludant coram nobis. to.1. pag. 411. col.1*
7 *Domum ædificabit tibi. to.1. pag.41. col.2*
9 *Remansit ne aliquis de domo Saul vt faciã cum eo misericordiam Domini. to.2. pag.524. col.1*
10 *Præscidit vestes & dimidiam partem barbæ, & dimisit eos. to.1. pag.404. col.1*
Manete in Hiericó, donec crescat barba vestra. to. 1. pag.15. col.1
12 *Dixit Nathan ad Dauid. Duo homines erant in ciuitate vna. to.1. pag. 512. col.1*
Dominus trãstulit peccatum tuum à te. Remansit men. to. 1. pag.126. col.1. & pag.167. col.1
Obside ciuitatem, & cape eam. to.1. pa.146. col.1
14 *Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram. to.2. pag.389. col.1. & pag.432. col.1*
Reuersus est Absalon, & faciem regis non vidit. tom.1. pag.416. col.1

¶Tertius Regum.

3 *Nec mihi nec tibi, sed diuidatur. tom.2. pag.56. colum. 2*
6 *In templo erant duo altaria, alterum aureum. & alterum aureum. to.1. pag.489. col.1*
12 *Posuit Ieroboam duos vitulos aureos. tom.1. pag. 624. col.1*
15 *Excepto sermone Vriæ AEthæi. tom.1. pag. colum. 1*

17 *Præcepi mulieri viduæ vt pascat te. to.1. pag.306. col.2. & to.2. pag.399. col.2*
Corui deferebant ei panem & carnes. to. 2. pag. 27. col.2
18 *Cecidit ignis & vorauit holocaustum. to. 2. pag. 116. col.1*
Respice contra mare, ascendit nubecula & venit pluuia. to.2. pag.240. col.2.
21 *Benedixit Deo & regi. to.1. pag. 185. col.1.*

¶Quartus Regum.

2 *Afferte vas nouum, & mittite in illud sal. to.2. pag. 316. col.2*
4 *Illi offerebant vasa, & illa infundebat. tom. 1. pag. 47. col. 2. & to. 2. pag. 280. col.1. & pag.398. col.1*
Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum. to.2. pag.215. col.1
Mors in olla. Afferte farinam. to.2. pag. 55. col.2
Vade & lauare septies in Iordane. tom.1. pag. 307. col.2
10 *Nunquid est cor tuum rectum sicut cor meum cum corde tuo? to.1. pag.448. col.2.*
13 *Posuit Eliseus manus super manus regis Ioas. to.1. pag.126. col.2. & to.2. pag.451. col.2*
17 *Cepit tædere super filios Israel. to.1. pag.554. col.2*

¶Secundus Paralipomenon.

9 *Magnificatus est Salomon super omnes reges terræ to.1. pag. 123. col.2*

¶Esdræ.

7 *Detis argenti talenta centum, & vsque ad frumenti, &c. sal vero absque mensura. tom.2. pag.321. col.1*

¶Neemiæ.

4 *Altera manu faciebant opus, & altera gladium tenebant. to.2. pag. 163. col.1*

¶Tobiæ.

2 *Galida stercora birundinum inciderunt super oculos eius. to.2. pag.343. col.1*
6 *Lauabat pedes eius in flumine Tigri. to.1. pag.291 col.1. & to.2. pag.193. col.1*
Exenterá piscem, & repone tibi cor eius, & fel, & iecur. to.1. pag.205. col.1. & pa.294. col.2
12 *Quia acceptus eras Deo necesse fuit vt tentatio probaret te. to.2. pag.343. col.1*

¶Iudith.

13 *In manu fœminæ percussit illum Dominus. tom.1. pag.5. col.1*

¶Hester.

6 *Iussit afferri historias priorum temporum. tom.2. pag.517. col.2*
14 *Non tradas regnum tuum his qui non sunt. tom.1. pag.10. col.1*

¶Iob.

1 *Ne forte peccauerint filij mei & benedixerint Deo to.1. pag.185. col.1.*
Nisi in facie benedixerit tibi. to.1. pag.185. col.1.
Nunquid Iob frustra timet Deũ? to.1. pa.405. col.2
Surrexit Iob, & scidit vestimenta sua. to. 2. pag. 256. col.1
2 *Animam eius serua. to.2. pag.475. col.1*
Benedic Deo & morere. to.1. pag.185. col.1
Commouisti me, vt affligerem eum frustra. to.2. pag.114. col.2
6 *Qui timet pruinã veniet super eum nix. to.1. pag. 218. col.1*
Fratres mei præterierunt me sicut torrens. to.2. pag.99. col.2
7 *Quid est homo quia magnificas eum aut apponis. to.1. pag.71. col.2.*
9 *Si iustificare me voluero os meum condemnabit me. to.1. pag. 220. col.2*
Dies mei velociores fuerũt cursore. to.1. pa.10. col.2
Verebar opera mea sciens quod non parceres delinquenti. to.1. pag. 227. col.2
12 *Lampas contempta apud cogitationes diuitum. to. 1. pag.225. col.1*
14 *Homo fugit velut vmbra. to.1. pag.10. col.1*
Expecto donec veniat immutatio mea. to.2. pag. 225. col.1
15 *Qui bibit iniquitatẽ quasi aquã. to.1. pa.507. col.2*
19 *Quis mihi det vt scribantur stylo ferreo, & sculpantur. to.2. pag. 736. col.2*
20 *Ossa impy implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cũ ipso in puluere dormiet. to.1. pa.476. col.1*
Cum dulce fuerit in ore eius malum abscondet illud. to.2. pag. 316. col.1
21 *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto in infernũ descendunt. to.2. pag. 244. col.1*
24 *Sicut summitates spicarũ coteretur. to.2. pa.8. col.2*
31 *Si osculatus sum manum meam ore meo. tom.1. pag. 87. col.1. & to.2. pag.487. col.2*
Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat. to.2 pag.247. col.1.
38 *Nunquid ingressus es thesauros niuis. to. 2. pag. 11. colum 2*
39 *Pœna struthionis similis est Herodij. to.2. pa.173. col.2*

Universidad de Deusto
Biblioteca

41 *Ecce absorbebit fluuium, & non mirabitur. to. 2. pag. 76. col. 2.*
42 *Oculus meus videt te, idcirco ipse me reprehendo. to. 1. pagi. 74. col. 2.*
Dominus benedixit nouissimis Iob magis quam principio eius. to. 1. pagi. 46. col. 2.

¶ Psalmorum.

1 *In cathedra pestilentiæ non sedit. tom. 2. pag. 280 colum. 1.*
Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum. to. 1. pagi. 626. col. 2
Non resurgent impij in iudicio. tom. 1. pagi. 376. col. 1. & tom. 2. pagi. 297. col. 2. & pagi. 655. col. 1.
2 *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum. tom. 2. pagi. 721. col. 1*
Ego hodie genui te. tom. 2. pagi. 166. col. 1.
3 *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me. tom. 2. pag. 253. col. 1*
Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa. to. 1. pagi. 312. col. 1
4 *Filij hominum vsquequo graui corde. tom. 1. pag. 218. col. 2*
Multi dicunt quis ostendet nobis bona. to. 1. pag. 427. col. 1
5 *Sepulchrum patens est guttur eorum. tom. 2. pag. 456. col. 2. & pag. 544. col. 1.*
8 *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem. tom. 2. pag. 573. col. 2*
9 *Inimici defecerunt frameæ in fine. to. 1. pag. 7 col. 2*
11 *Argentum igne examinatum purgatum septuplum. tom. 2. pag. 620. col. 1*
14 *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiã. to. 1. pag. 566. col. 1*
16 *De absconditis tuis adimpletus est venter eorum. to. 1. pag. 55. col. 1*
17 *Ignis a facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo, to. 1. pag. 550. col. 1*
Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris. to. 2. pag. 739. col. 2
18 *Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum. tom. 1. pag. 89. col. 2. & tom. 2. pag. 131. col. 1*
Ab occultis meis munda me Domine: & ab alienis parce. to. 1. pag. 126. col. 2
21 *Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum. to. 1. pag. 650. col. 2. & to 2. pag. 708. col. 1.*
22 *Dominus regit me, & nihil mihi deerit. to. 2. pag. 14. col. 2*
23 *Quis ascender in montem Domini, aut quis stabit, &c. Innocens manibus. to. 1. pag. 641. col. 1. & to. 2. pag. 387. col. 1. & pag. 633. col. 1*
Qui non accepit in vano animam suam. to. 1. pag. 166. col. 1
24 *De necessitatibus meis erue me. tom. 2. pag. 44. colum. 1*
25 *Proba me Deus & tenta me, vre renes meos. to. 2. pag. 98. col 1*
28 *Vox Domini in magnificẽtia. to 2. pag. 671. col. 2*
29 *Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendero in corruptionem. to. 2. pag. 734. col. 1*
31 *Dixi confitebor aduersum, &c. Et tu remisisti. to. 1. pag. 506. col. 1*
Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea dum clamarem. to. 2. pag. 118. col. 2
32 *De cælo respexit Dominus vidit omnes filios hominum. tom. 1. pag. 84. col. 1. & tom. 2. pag. 459 col. 2*
33 *Accedite ad eum, & illuminamini. tom. 2. pag. 86. col. 1*
Prohibe linguam tuam a malo. tom. 2. pag. 331 colum. 1
34 *Cum mihi molesti essent, induebar cilicio. to. 1. pag. 571. col. 2*
35 *Cor meum dereliquit me. to 2. pag. 213. col. 2*
Misericordia Domini plena est terra. tom. 1. pag. 433. col. 2
37 *Corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. to. 2. pag. 530. col. 1*
Dereliquit me virtus mea & lumen, &c. to. 2. pag. 385. col. 1
38 *Substantia mea quasi nihilum coram te. tom. 2. pag. 648. col. 1*
In imagine pertransit homo. to. 1. pag. 10. col. 1. to. 1. pag. 555. col. 2
Obmutui & attendi quoniam tu fecisti. to. 1. pag. 421. col. 1
39 *Pauper sum & mendicus. to. 1. pag. 672. col. 1*
41 *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes, &c. to. 1. pagi. 213. col. 1*
44 *Intende prospere procede & regna. to. 2. pag. 92. colum. 2*
Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ. to. 1. pag. 8. col. 1
Omnis gloria filiæ regis ab intus. tom. 1. pag. 33. col. 1. & to. 2. pag. 641. col. 2
47 *Latera aquilonis ciuitas regis magni. tom. 1. pag. 181. col. 1*
48 *Homo cum in honore esset, & non intellexit, comparatus est. to. 1. pag. 239. col. 1. & to. 2. pag. 576. col. 1*
Mors depascet eos. to. 2. pag. 654. col. 2
49 *Linguatua concinnabat dolos. to. 2. pag. 49. col. 2*
50. *Amplius lauame ab iniquitate mea. tom. 1. pag. 516. col. 2*

Peccatum

Peccatum meũ contra me est semper. tom. 1. pag. 517 col. 1. & pag. 563. col. 2
Tibi soli peccaui & malum coram te feci. to. 1. pag. 545. col. 1. & tom 2. pag. 368. col. 1
Vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris. to. 1. pa. 112. col. 1. & pa. 546. col. 1
Cor mundũ crea in me Deus. to. 2. pag. 145. col. 1
Benigne fac in bona voluntate tua Sion, vt ædificẽtur muri Hierusalem. to. 1. pag. 417. col. 1
51 *Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate. to. 1. pag. 493. col. 1*
55 *Lingua eorũ gladius acutus. to. 2. pag. 213. col. 1*
58 *Sicut aspis obturantis aures suas. tom. 2. pag. 558. colum. 1.*
Fortitudinẽ meã ad te custodiã. to. 2. pa. 171. col. 2
Deus meus, misericordia eius præueniet me. to. 2. pag. 371. col. 2
59 *Dedisti metuẽtibus te significationem, vt fugiãt. to. 2. pag. 590. col. 2*
Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominum. tom. 1. pag. 74. col. 1
61 *Mendaces filij hominum in stateris. tom. 2. pag. 340. col. 2.*
62 *Benedicat nos Deus, Deꝰ noster. to. 2. pa. 567. col. 1*
Accedet homo ad cor altũ, & exaltabitur Deus. to. 1. pag. 80. col. 1
Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum. to. 1 pag. 376. col. 1. & to. 2. pag. 286. col. 2
67 *Lingua eorum tuorum ex inimicis ab ipso. tom. 1 pag. 360. col. 2*
Exurgat Deus & dissipẽtur, &c. to. 2. pag. 772. colum. 1
68 *Saluum me fac Deus quoniam intrauerunt aquæ vsq; ad animã meam. to. 1. pag. 158. col. 1. & pag. 471. col. 1. & tom. 2 pag. 397. col. 1*
Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorũ semper incurua. to. 1. pag. 522. col. 1
Quoniam propter te sustinui opprobrium. tom. 1. pag. 404. col. 2.
71 *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis. tom. 2. pag. 242. col. 2*
72 *Defecerãt sicut pluuia in vellus. to. 1. pag. 64. col. 1*
Zelauisuper iniquos pacem peccatorum videns. tom. 1. pag. 131. col. 1. & to. 2. pag. 240. col. 1
Velut somnium surgentium Domine imaginem eorum. to. 1. pag. 401. col 2
73 *Pedes mei pene moti sunt. to. 2. pag. 648. col. 1*
74 *Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo. to. 1. pag. 12. col. 2. & to. 2. pag. 643. col. 1*
Calix in manu Domini vini meri plenus mixto. tom. 1. pag. 471. col. 1
75 *Dormierunt somnum suum & nihil inuenerunt viri diuitiarum. to. 1. pag. 93. col. 1. & tom. 2. pag. 406. col. 1*
Cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. tom. 2. pag. 376. col. 2
76 *Renuit consolari anima mea. to. 1. pag. 212. col. 2*
77 *Tanquam potens crapulatus à vino. tom. 2. pagin. 242. col. 2*
79 *Vineam de Ægypto transtulisti. tom. 2. pag. 589 colum. 2*
80 *Ego sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti. to. 1. pag. 108. col. 1.*
Aperi os tuum & ego adimplebo illud. to. 1. pag. 108. col. 1. & tom. 2. pag. 356. col. 2
81 *Ego dixi dij estis, veruntamen sicut homines moriemini. to. 2. pag. 48. col. 1*
Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperẽ. tom. 1. pag. 504. col. 1
82 *Deus meus pone illos, vt rotam. tom. 1. pag. 555. colum. 1*
83 *Ascensiones in corde suo disposuit. to. 1. pag. 12. colum. 2*
Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui. to. 1. pag. 516. col. 1
84 *Ostende nobis Domine misericordiam tuam. to. 1. pag. 112. col. 1*
86 *Memor ero Raab & Babylonis. tom. 2. pag. 269. colum. 1*
89 *Dies annorum nostrorum septuaginta anni. to. 1. pag. 312. col. 1.*
90 *Angelis suis Deus mandauit de te. to. 1. pag. 289 colum. 2*
94 *Iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam. tom. 2. pag. 247. col. 1*
96 *Dominus regnauit exultet terra, lætentur insulæ. tom. 2. pag. 736. col. 2*
100 *Mane interficiebam omnes peccatores terræ. to. 1. pag. 418. col. 1*
103 *Qui respicit terram & facit eam tremere. to. 2. pag. 360. col. 1*
104 *Posuit pluuias eorum grandinem. to. 2. pag. 172. col. 1*
109 *Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. to. 2. pag. 242. col. 2*
Donec ponam inimicos tuos scabellum. to. 2. pag. 242. col. 2
Ex vtero ante luciferum genui te. to. 1. pag. 136. colum. 2
110 *Intellectus bonus omnibus facientibus eum. to. 1. pag. 54. col. 1. & tom. 2. pag. 751. col. 2*
111 *Iucundus homo qui miseretur & comodat. to. 2. pag. 400. col. 1*
113 *In exitu Israel de Ægypto & domus Iacob. to. 1. pag. 58. col. 2*
114 *Dilexi quoniam exaudiet Dominus vocem orationis. to. 2. pag. 120. col. 1*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Conuertere anima mea in requiem tuam, quia. tom.2.pag.464.col.1
15 *Omnis homo mendax. to.2.pag.606. col.2*
Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi.to.1.pag.114.col.2
117 *Inimici mei circundederunt me sicut apes. to. 2. pag.140. col.2*
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes. to. 2. pag. 601. col.1
118 *In labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. to.2. pag.38. col.2*
Vide quoniam mandata tua dilexi Domine.to.2. pag.61.col.1
Qui timent te videbunt me & lætabuntur. to.1. pag.358.col.2
Auser à me opprobrium & contemptum. to.2. pag. 96. col.1
Viam iniquitatis amoue à me.to.2. pagina.138. colum.2
Ne derelinquas me Domine vsquequaque. tom.1. pag.572. col.2
Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine.to.1. pag.627. col.2
A mandatis tuis intellexi.to.2. pag.750.col.2. & pag.216.col.1
Anima mea in manibus meis semper.to.1. pag. 634 col.2.& pag.110.col 1.& tom.2. pag. 63.col.1
Memor esto verbi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti.to.1.pag.112.col.1. & pag.113.col.1
Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me. to.2.pag.49.col.1
Misericordia Domini plena est terra.tom.1.pag. 87.col.2
Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam. to.2. pag.93. col.2
Os meum aperui & attraxi spiritum. to. 2. pag. 118. colum. 1
Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. to.1. pag.480 col.2
Funes peccatorum circumplexi sunt me.to.2. pagina 257. col.1
Spreuisti omnes discedentes à iustitijs tuis tom.2. pag.340.col.2
Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas, propter retributionem. tom.1.pag.407 colum. 2
Iniquos odio habui & legem tuam dilexi. tom.1. pag.414.col.1
Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel. to.2.pag.585.col.2
Longe à peccatoribus salus.to.2. pag.350. col.1
Clamaui in toto corde meo exaudi me Domine. to.2.pag.518. col.2
Redime me à calumnijs hominum, vt custodiam mandata tua.to.1.pag.426 col.1
122 *Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cælis.to. 2 pag.220.col.1.& to 2 pag.91.col.1*
Sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ to.1. pag. 307. col.1
123 *Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo venantium.tom.2.pag.506.col.2*
126 *Non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. to.1. pag.625. col.1*
127 *Labores manuum tuarum,quia manducabis.to.1. pag.235.col.2*
129 *Ecce hæreditas Domini filij merces fructus ventris. to.1.pag.8.col.1*
134 *Omnia quæcunq; voluit fecit in cælo & in terra. to.2.pag.94.col.2*
138 *Nox illuminatio mea in delicijs meis. to.2.pag. 659.col.1*
Nonne qui te oderunt Domine odiam. tom.1. pag.414.col.1
Posuisti super me manum tuam. to.1. pag.326. colum.2
140 *Dirigatur Dñe oratio mea sicut incensum in conspectu. to.2.pag.102. col.1*
142 *Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. to.1.pag.12. col.1*
Nõ intres in iudicio cum seruo tuo Domine. to.2. pag.643. col.1
143 *Deus canticum nouum cantabo tibi in psalterio decachordo. to.1.pag.94.col.2*
146 *Qui numerat multitudinem stellarum.to.1.pag. 25. col. 1*
148 *Iuuenes & virgines cum iunioribus. tom.2.pag. 240. col. 1*
150 *Laudate Dominum in sanctis eius.to.1.pag.402. colum.2*

¶ Prouerbiorum.

1 *Sapientia clamitat in plateis. Vsquequo paruuli. to.2.pag.137.col.1*
Insidiemur sanguini abscondamus nos. to.2.pag. 152.col.1
10 *Quasi tempestas transiens non erit impius. tom.1. pag.291.col.1*
11 *Statera dolosa abominatio est apud Deum. tom.1. pag.502.col.1*
12 *Non contristabit iustũ quicquid ei acciderit. to.2. pag.286.col.2*
13 *Iustus in principio accusator est sui.to.1.pag.443. colum.2*
Inter superbos semper sunt iurgia.to.2.pag.129. colum.1
14 *Corona sapientũ diuitiæ eorũ. to.2. pag.393.col.1*
Melior est patiens viro forti.to.2.pag.633.col.2
19 *Qui dat elemosynam fœneratur Domino.tom.2. pag.207.col.2*
Qui festinus est pedibus, statim ruet. tom.2. pag. 347. col.1
20 *Misericordia & veritas custodiunt regem. to.2. pag.607 col.1*
21 *Vir obediens loquetur victoriam. tom.1. pag.65. colum.1*
22 *Qui accipit mutuum seruus est fœnerantis. to. 1. pag.435.col.1.& to.2.pag.207.col.2*
23 *Fili, præbe mihi cor tuum.to.1. pag.227.col.1*
26 *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij, sic qui tribuit insipienti honorem.to.1. pag.639. colum.1*
spinæ nascuntur in manu ebriosi. to.1. pag.234. colum.1
Sicut porta vertitur in cardine sic piger in lectulo suo.to.2.pag.217.col.2
27 *Quomodo probatur argentum in conflatoria.to.1. pag.48.col.1.& pag.493.col.1*
31 *Manus eius extendit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. to.2.pag.218.col.2*

¶ Ecclesiastæ.

1 *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.to.2.pag. 367. col.2*
4 *Nihil nouum sub sole.to.1.pag.62.col.2*
5 *Stultus cõplicat manus suas.to.1.pag.106.col.2*
Peccaui & nihil triste accidit mihi.to.1.pag 31. colum.1
7 *Iustus perijt in iustitia sua.to.2.pag.366.col.2*

¶ Canticorum.

1 *Meliora sunt vbera tua vino.to.1. pag.78. col.1*
Oleum effusum nomen tuum.to.1.pag.163. col.1
Adolescentulæ dilexerũt te.to.2.pag.377.col.2
Murenulas aureas faciemus tibi, Vermiculatas.to. 2.pag.49.col.1
Nigra sum sicut tabernacula Cedar sicut pelles Salomonis. to. 2. pag. 152. col.1.
Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi.to.1.pag. 594.col.2
Ecce tu pulchra es amica mea. tom. 1. pag. 594. colum.2
Trahe me post te curremus in odorem vnguentorum.to.1.pag.364.col.2
2 *Ego flos campi.to.1.pag. 37. col.2*
Ecce ipse stat post parietem,respiciens per cancellos. to.1. pag.285. col.2
3 *Capite nobis vulpes paruulas.to.1.pag.4.col.1*
Ferculũ fecit sibi rex Salomõ.to.1.pag.641.col.1
In lectulo meo quæsiui quẽ diligit anima mea.to.1 pag. 213. col.2
Qui pascitur inter lilia.to.1.pag.33.col.1
4 *Ecce tu pulcher es dilecte mi. to.1.pag.594. col.2*
Odor vestimentorum tuorum sicut odor incensi. to.2.pag.205. col.2
5 *Ego dormio & cor meum vigilat.to.1. pag.130. colum.1*
Pessulum ostij mei aperui dilecto meo. tom.1 pag. 288. col. 2
Oculi eius sicut colũbæ super riuos aquarum. to.2. pag.47. col.2. & pag.459.col.1
6 *Quæ est ista quæ ascendit pulchra, vt luna,electa, vt sol.to.1.pag.73.col.2*
6 *Omnia poma noua & vetera seruaui tibi. tom.1. pag.73.col.1*
Pulchra es sicut Hierusalem. Quid videtis in Sunamite.to.2. pag.129. col.1
8 *Euge dilecte mi, assimilare capreæ hinnuloque. to.1. pag.190. col.1*
Pone me, vt signaculum supra cor tuum. tom.2. pag.71. col.2

¶ Sapientiæ.

1 *Sentite de Domino in bonitate,in simplicitate cordis quærite illum.to.2.pag.153.col.1.& pag. 217.col.2*
5 *Iusti in perpetuum viuent, & cogitatio eorũ apud altissimum.to.1.pag.12. col.1*
10 *Iustum deduxit Dominus per vias rectas. tom.1. pag.233.col.2*
11 *Quoniam tanquam momentum stateræ. tom. 1. pag.25.col.2*
16 *Resonans de altissimis montibus echo. to. 2. pag. 237.col.2*

¶ Ecclesiastici.

2 *Væ duplici corde & peccatori ingredienti duabus vijs.to.2. pag.404. col.2*
10 *Odibilis Deo & hominibus superbia.to.2.pag.31 colum.2*
11 *Neminem laudaueris in vita sua. to.1. pag.493. colum.1*
Mitte panem tuum super transeuntes aquas,quia post multa tempora inuenies.tom.2.pag.208. colum.2. & pag.597.col.1
12 *Quis medebitur incantatori à serpente percusso. to.2. pag.320.col.1*
3 *Qui tetigerit picem inquinabitur ab ea.to.2.pag. 454.col.1*
19 *Sagitta infixa fœmori canis sic verbum in ore stulti.to.1.pag.601. col.1*

Universidad de Deusto
Biblioteca

21 *Tanquam à facie colubri fuge peccatum. to.1. pag. 260. col. 2*
28 *Multi ceciderunt in ore gladij, sed nõ sic quasi qui interierunt per linguam suam. tom.2. pag.418. colum. 2*
Vtilis potius infernus quam illa. tom.2. pag.124. colum.2
29 *Perde pecuniam propter fratrẽ & amicum. to.2. pag.193. col.2*
30 *Curua ceruicem filij tui in iuuentute. tom.1. pag. 161. col.1*

¶ Esaiæ.

1 *Cognouit bos possessorem suum. A planta pedis vsque, &c. to.1. pag.466. col.1.*
Cum multiplicaueritis orationem, nõ exaudiam. to.2. pag.101. col.2
Si fuerint peccata vestra, vt coccinum. to.1. pag. 366. col.2
Vinũ tuum mixtũ est aqua. to.1. pag.454. col.2
2 *Quia de Sion exibit lex & verbũ Domini de Hierusalem. to.2. pag.275. col.2*
4 *Aprehendent septem mulieres virũ vnum. to.2. pag. 620. col.1*
5 *Væ qui coniungitis domum ad domum. to.2. pag. 304. col.1*
Captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. to.2. pag.238. col.2
Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis. to.1. pag. 261. col.1
7 *Ne formides à duabus caudis titionum. to.1. pag. 261. col.2*
8 *Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe. tom.2. pag.179. col.1*
9 *Nunquid parum vobis est molestos esse hominibus quia, &c. Propterea ipse dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet. to.2. pag.338. col.1*
Vocabitur nomen eius admirabilis. to.1. pag.153. colum.2. & pag.163 col.1
Lætabuntur in te, &c. sicut in die Madian. to.1. pag.143. col.1
Accelera, festina, prædare. to.1. pag.67. col.1
Super solium Dauid & super regnum eius sedebit. to.1. pag.53. col.2
Populus qui sedebat in tenebris vidit lucẽ magnã. to.1. pag.137. col.1
10 *Nunquid gloriabitur securis, aut serra. to.1. pag. 87. col.1*
11 *Egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice. to.1. pag.40. col.2*
13 *Dominus exercituum præcepit militiæ belli, vt disperderet. to.1. pag.123. col.2*
De radice colubri egredietur regulus. tom.1. pag. 261. colum.1
14 *Ascendam in cælũ & similis ero altissimo. to.2. pag.31. col.1*
16 *Relinquetur sicut excussio oleæ duarum olivarum. to.2. pag.645. col.2*
22 *Quasi pilam mittet te in terram. to.1. pag.555. colum.1*
24 *Secretum meum mihi. to.1. pag.85. col.2*
30 *Ad vocem clamoris tui respondebit tibi. tom.1. pag.506. col.1*
Væ qui confiditis in vmbra Ægypti. tom.1. pag. 309. col.2
31 *Equi eorum caro eorum. to.2. pag.203. col.1*
36 *Nonne iste est Ezechias qui abstulit excelsa? to.2. pag.281. col.2*
38 *Conuertit Ezechias faciem ad parietem. tom.1. pag.226. col.1*
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine. to.2. pag.117. col.1
Ecce in pace amaritudo mea amarissima. tom.1. pag. 133. col.1
40 *Qui mensus est pugillo aquas, & cælos palmo. to.1. pag. 471. col.1*
Super montem ascende qui euangelizas Sion. to.2. pag.735. col.1
Quasi tuba exalta vocem tuam. to.2. pag.9. col.1
Clama ne cesses. Quid clamabo? to.1. pa.49. col.2
Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius. tom.2. pag.641. col.2
Omnes gentes quasi non sint. to.1. pag.25. col.2
Morticinia eorũ quasi stercus in medio platearũ. to.2. pag.457. col.2
41 *Prædicare annum placabilem Domino, & diem vltionis. to.1. pag.69. col.2*
42 *Dominus sicut fortis egredietur sicut vir prælior. to.2. pag 650. col.1. & 2*
45 *Rorate cæli desuper & nubes. to.1. pag. 63. col.2*
46 *Audite me domus Iacob & omne residuum. to.2. pag.405. col.1*
53 *Redite prævaricatores ad cor. to.2. pag.362. col.1*
Vere languores nostros ipse tulit & infirmitates nostras to.1 pag.159. col.1
Generationem eius quis enarrabit? to.2. pag.521. colum.1
54 *In momento indignationis abscondi faciẽ meam. to.1. pag.69. col.2*
59 *Telas araneæ texuerunt. to.1. pag.332. col.1*
Ova aspidis ruperunt. tom.1. pag.467. col.1. & tom.2. pag.594. col.2
63 *Quare nos errare fecisti de vijs tuis. to.2. pag.93. colum.2*
Quis est iste qui venit tinctis vestibus de Bosra? to. 2. pag.753. col.2
64 *Turiratus fuisti & nos peccauimus. to.1. p.74. col.1*
66 *Sicut cæli noui & terra noua stabit semen vestrũ. to.2. pag.284. col.1*

¶ Hieremiæ.

1 *Virgam vigilantem, ollam succensam. tom.2. pag.451. col.1*
7 *Filij colligunt ligna, & mulieres faciunt adipem. to.2. pag 571. col.1*
Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, templum Domini est. to.1. pag.241. col.1. & to.2 pag.582. col.1
13 *Sicut Æthiops nõ potest mutare pellẽ suam, &c. to.1. pag.445. col.1. & to.2 pag.136. col.1. & pag.502. col.2*
14 *Luxit Iudæa & portæ eius corruerunt. to.1. pag. 625. col.1*
15 *Si steterint Moses & Samuel coram me. tom.1. pag.425. col.2*
18 *Adduxit Dominus Hieremiam in domum figuli. to.2. pag.576. col.2*
Sic vos in manu mea. to.2. pag.602. col.1
51 *Fugite de medio Babylonis. to.1. pag.239. col.2*

¶ Threnorum.

2 *Confregit in ira sua omne cornu Israel to.1. pag. 110. col.1*
3 *Effunde sicut aqua cor tuum. to.2. pag.138. col.1*
Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescẽtia to.1. pag.161. col.1. & pag.169. col.1
4 *Saturabitur opprobrijs. to.2. pag.519. col.1*
Gaude filia Edom, & lætare quæ habitas in terra Hus. to.2. pag.166. col.2
Patres nostri peccauerũt, & nos iniquitates eorũ portauimus. to.1. pag.168. col.1
Maior est iniquitas nostra quam Sodomorũ. to.1. pag.167. col.2

¶ Baruch.

1 *Peccauimus Domino Deo nostro. to.2. pag.368. colum.2*
6 *Si quis votum eis vouerit, nec id requirent. to.1. pag.58. col.1*

¶ Ezechielis.

1 *Facies hominis & facies leonis à dextris ipsorum quatuor. to.1. pag.352. col.1*
Pennæ eorum iungebantur. to.1. pag. pag.15. col.1
Coram facie sua ambulabant, nec reuertebantur cum ambularent. to.1. pag.674. col.2
Erant animalia oculis plena & coram facie ambulabant. to.2. pag.45. col.1
De igne fulgur egrediens. to.1. pag.18. col.1
Facies hominis & facies leonis desuper ipsorum quatuor. to.2. pag.628. col.2
2 *Fili hominis vade. tom.1. pag.18 colu.1. & pag. 671. col.2*
Erant scriptæ lamentationes, carmẽ, & Væ. to.1. pag.409. col.2
3 *Adhærere faciam linguam tuam palato tuo & eris mutus. to.2. pag. 116. col.1*
5 *Sumpta nouacula capillos per partes scidit. to.2. pag.573. col.2*
8 *Cecidit super me manus Dñi. to.1. pag.106. col.2*
Manus apprehendit me in cincinno capitis mei. to.2. pag.387. col.2
Fode parietem & ecce vniuersa multitudo reptilium. to.2. pag.116. col.1. & pag.126. col.2
9 *Qui habebant signum Thau non occidebantur. to.2. pag.518. col.2*
10 *Manus hominis subtus pennas eorum. tom.1. pag. 587. col.2*
Facies secunda facies hominis. to.1. pag.193. col.1
Similitudo rotarum quatuor. to.1. pag.118. col.2
13 *Ipsi ædificabant parietem & ipsi liniebant eum. to.1. pag.464. col.2*
16 *Pater tuus Amorrhæus mater tua Cethæa. to.1. pag.241. col.1. & to.2. pag.152. col.1*
21 *Perdam ex te iustum & impium. to.1. pag.366 colum.2*
23 *Peccatũ Oola Oliba. to.2. pag.156. col.2. & to.2. pag.273. col.1*
24 *Corona circumligata sit tibi. to.1. pag.472. col.1 colum.1*
26 *Confractæ sunt portæ populorum. to.1. pag 625.*
27 *Cherubim depicti in templo habebant facies hominis & facies bo[illegible]. to.2. pag.232 col.1*
34 *Væ vobis qui cum potentia & maiestate imperabatis. to.2. pag.236. col.1*
46 *Qui templum ingrediebatur per aliã portam egrediebatur to.1. pag.343. col.2*

¶ Danielis.

2 *Dicite mihi somnium & interpretationem eius. to.2. pag.116. col.2*
Statua caput habebat aureum & pedes terreos. to.1. pag.24. col.2
3 *Misac Sidrac & Abdenago Deos nostros non colitis. to.2. pag.721. col.1*
Cum audieritis sonitum tubæ citharæ. tom.1. pag. 401. col.1
Effundebatur flãma super fornacem cubitis quadraginta nouem. to.2. pag.386. col.2
4 *Subter eam habitabant animalia & bestiæ. to.1. pag.11*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pag.11.colum.1.& pag.639.col.1.& to.2. pag.237.colum.1
5 *Mane, Tecel, Phares. to.2. pag.764.col.2*
7 *Antiquus dierum sedit & vestimentum eius candidum sicut nix. tom.2.pag.600.col.2*
13 *Venerunt peccata tua, quæ operabaris super te. to.1.pag.260 col.2*
14 *Attulerunt cinerem & cribrauit per totum. to.1. pag.467.col.1*

¶ Oseæ.

2 *Vadam post amatores meos. Ducam eam in solitudinem. to.2.pag.337.col.2*
Sepiam via tuam spinis. to.1.pag.557.col.1.& to.2.pag.363.col.1
4 *Sacerdotes comedunt peccata populi. tom.2.pag. 208.col.1*
Sanguis sanguinem tetigit. to.1.pag.260.col.2
5 *Ibunt cum bobus & muneribus suis. to.1.pag.351 colum.2*
Ego tinea Ephraim. to.2.pag.711.col.1
9 *Memphis sepelict eos. to.2.pag.657.col.2*
Profunde peccauerunt. to.1.pag.476.col.1
10 *Seminate vobis iustitiam, vindemiate. to.2.pag. 752.col.1*
12 *Ephraim ventos pascens. to.2.pag.356.col.1*

¶ Amos.

3 *Non est malum in ciuitate quod non fecerit Dominus. to.1.pag.421.col.1*
4 *Venite in Bethel & impie agite in Galgala. to.2. pag.166.col.2*
5 *Reuelabitur quasi aqua iudicium, & iustitia quasi torrens. to.2.pag.674.col.1*
6 *Putant quod tangunt instrumenta quid. tom.1. pag.611.col.1*

¶ Abdiæ.

1 *Erunt gentes quasi non sint. tom.1.pag.10.col.1.*

¶ Ionæ.

1 *Propter me hæc tempestas orta est. to.1. pag.31. colum.1*
3 *Adhuc quadraginta dies & Ninive subuertetur. to.2.pag.39.col.2*
4 *Lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. to. .pag.446. col.1*

¶ Abacue.

2 *Iustus in fide sua viuit. tom.1.pag.533.col.1.& to.2.pag.531.col.2*
Quia lapis de pariete clamabit. tom.2.pag.577. colum.2
Et omnis spiritus non est in visceribus eius. tom.3. pag.62.col.2

¶ Sophoniæ.

1 *Vlulate habitatores pilæ. tom.2.pag.11.colum.1*

¶ Aggæi.

1 *Quia domus vestra deserta est & vos festinatis. to.2.pag.200 col.2*
2 *Magna erit gloria domus istius noui ssima plus quam primæ. tom.1. pag.166.col.2*

¶ Zachariæ.

1 *Perpendiculum extendetur super Hierusalem. to.1.pag.152.col.1*
2 *Ecce quatuor cornua. tom.1.pag.110.col.1.*
9 *Exulta filia Sion, ecce rex tuus venit tibi. tom.3. pag.563.col.2.& pag.566 col.2*
11 *O pastor & idolum derelinquens gregem. tom.3. pag.253.col.1*
12 *Planctus magnus erit in Hierusalē sicut planctus Adramedon. to.2.pag.725.col.2*

¶ Malachiæ.

4 *Ecce ego mitto Angelum meum qui præparabit. to.1.pag.105.col.1*
Orietur sol iustitiæ vobis timentibus nomen meum. to.1.pag.88.col.2.& pag.140.col.2

¶ Primi Machabæorum.

4 *Ne concupiscatis spolia eorum, sed state. tom.3. pag.506.col.1*
6 *Eleazarus interfecit elephantem, & mortuus est ipse. to.2 pag.488. col.2*

¶ Secundi Machabæorum.

6 *Compellebatur Eleazarus comedere carnes porci nas. to. 1. pag.415.col.1*

MAT.

MATTHÆI.

Cap. I.

Christi genealogia. tomo.1. pagina.276. columna.1. & deinceps.
Ex qua natus est Iesus qui vocatur Christus. tom.1.pag. 74.col.2
Non cognouit eam donec peperit filium primogenitum. to.2.pag.242.col.2

¶ Cap. II.

Cum natus esset Iesus ecce Magi ab oriente venerunt. to. 1.pag.67.col.2
Ecce magi. to.1.pag.507.col.1.ante medium.& ecce. & to.2.pag.514 col.1. in fi. aduerbium, ecce.
Videmus stellam. to.1.pag.183.col.1.& pag.336.col. 1.post medium. tertio.
Herodes turbatus est & omnis Hierosolyma cum illo. to.3.pag.125.col.1
Requirebatur ab eis vbi Christus nasceretur. to.2.pag. 48.col.2.& pag.522.col.2.
Vt & interrogate diligenter de puero: vt ego veniens adorem eum. to.1. pag.372. col.1. post medium. omnes homines. lege col.seq. vsque ad contextum. & to. 2.pag.64.col.1.in princ. querebat. lege duas col.
Obtulerunt ei munera aurum, thus & myrrham. to.1. pag.671.col.1.& to.2.pag.270. col.1
Surgens Ioseph abijt in Ægyptum. tomo.2.pagi.542. columna.2
Occidit Herodes omnes pueros Bethlehem. tom.2.pag. 438.col.2

¶ Cap. III.

Baptizabantur ab eo in Iordane. to.1. pag.237.col.2
Cuius ventilabrum in manu eius. to.1. pag.255.col.2
Christi baptisma. to.1.pag.264. col.1.& deinceps.
In specie columbæ spiritus sanctus visus est. tomo.2. pag.459.col.1

¶ Cap. IIII.

Ductus est Iesus in desertum à spiritu. explanatur hoc Euangelium. to.1.pag.274.col.1.& deinceps.
Et postea esurijt. tomo.2. pag.164.col.2
Hæc omnia tibi dabo. tomo.2.pagina.380.col.1
Vidit duos fratres mittētes rete. to.1.pag.84.col.1. iuxta medium. præterea.& pag.359. col.1. iuxta medium. secundo. et pagina.468. colum. 1. post medium. quam. & to.2. pag.539.col.1.post medium. & sufficiens. & pag 574.col.1.in fin. deinde.& pag.459.col.1.in medio. quos vt vidit.
Erant enim piscatores. to.1 pag.21.col.2
Et vocauit eos. tomo.1. pagina.380.colum.1. post principium. & cum dies.
Faciam vos fieri piscatores hominū. to.1.pag.335.col.1. post medium. ex hoc. & deinceps.
Relictis retibus. to.2.pag.504.col.2.in princ. quid reliquit. & pag.620.col.2.in princ. admonet.

¶ Cap. V.

Aperiens os suum docebat eos. to.1.pag.386. col.1
Beati pauperes, beati mites, &c. to.1.pag.50. col.2.& pag.303.col.1.& pag.396.col.1.& to.2.pag.149 col.2.& pag.397.col.2
Beati misericordes. to.1.pag.434.col.2.& deinceps.
Vos estis sal terræ. huius Euangelij enarratio vsque ad illa verba, vos estis lux mundi. habetur. to.2.pag.315 col.2.in fi. bonum est sal. lege vsque ad caput. 15.& to.1.pag.206.col.1.post princ. his enim.
Vos estis lux mundi. to.1.pag.549.col.2.iuxta mediū. quamobrem.
Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio. to.1.pag.560.col.2.iuxta finem. nemo.& tom.2. pag.159.col.2.in medio. nemo.
Sic luceat lux vestra. tomo. 2.pag.216.col.1.in fine. luceat.
Vnus apex non præteribit à lege. to 2.pag.413.col.2. in fine. facilius.
Amen dico vobis donec transeat cælum & terra. to.2. pag.656.col.2 post principium. amen.& pag.seq. col.1.iuxta medium. cælum.
Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum, &c. tom.1.pag.12.col.2
Qui irascitur fratri suo. to.2.pag.448.col.1.iuxta medium. non vos metipsos.
Reus erit gehennæ ignis. to.1.pag.427.col.2
Non occides. to.2.pag.455. col.2. in medio.
Qui dixerit proximo suo, fatue. to.2.pag.745.col.2
Si offers munus tuum ante altare & recordatus, &c. to.2.pag.611. col.1
Qui te percusserit in vnam maxillam præbe ei alteram. to.1.pag.426.col.1
Diligite inimicos vestros. hoc Euangelium explanatur. to.1.pag.414.col.1.& to.2.pag.407. col.2

Cap. VI.

Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. to.1.pag.146.col.1.& to.2.pag.162. col.2
Te autem faciente eleemosynam. tom.1.pag.653.col.2. & to.2. pag.212. col.2
Pater noster qui es in cælis, exponitur hæc oratio. tom.2. pag.88. col.2
Cum ieiunatis. to.1.pag.282. col.2. post princ. ieiunauit, lege pag.sequentes, & to.2.pag.420.col.1.post principium. & epulabatur & deinceps.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nolite fieri sicut hypocritæ.tom.2.pag.164.col.2.post mediũ. mos hypocritarum. & pag. 173. col.1. prope finẽ. attẽdite. & pag.271.col.1.post mediũ sicut Paulus. & pag.411. col.2. iuxta mediũ. sensus est.
Ne videaris hominibus ieiunans.to.2.pag.162.col.2.in princ.igitur. & to.1.pag.145.col.1.iuxta finẽ. aduerte. & pag.404.col.2.in princ.propter.
Thesaurizate vobis thesauros in cælo.tomo.2.pag.210.col.1. & pag.500.col.2
Vbi est thesaurus tuus ibi est cor tuum.tom.2.pag.213.col.2
Lucerna corporis tui est oculus tuus.tomo.2.pagin.160.colum.2
Nemo potest duobus dominis seruire, hoc Euangelium vsque ad illa verba, nolite soliciti esse. exponitur to.2 p.403.col.2.post prin.reliqua ab illis verbis, nolite, &c. vsque ad finem Euangelij, vide.to.2.pag.197.col.2 in medio, dixitq; & to.1.pag.604.col.2

¶Cap. VII.

Nolite iudicare & non iudicabimini.to.1.pagina.435 colum.1
Nolite sanctum dare canibus. to. 1. pag.313.col.2
Petite & dabitur vobis.to 2.pag.104.col 2
Intrate per angustam portam.to.2. pag.262. col.2
Arcta est via quæ ducit ad vitam.to.1.pag.68.col.2
Intrinsecus sunt lupi rapaces.to.2.pag.174. col.2
Arbor bona bonos fructus facit.to.1. pag.444.col.1. & deinceps:
Arbor nõ faciens fructum bonum excidetur.to.1. pag. 244. col.2. & deinceps vsque ad cap.7.
Ædificat domum suam supra petram. to.1. pag.281. col.2. & pag.449. col.1
Domine nõne in nomine tuo prophetauimus. to.2. pag. 266.col.2

¶Cap. VIII.

Ecce leprosus veniens adorabat eum.to.1.pag.338.col. 1. & sequentibus.
Accessit ad eum centurio. tomo.1. pag.451.col.1.& sequentibus.
Multi venient ab oriente, &c.tomo.2.pag.269.col.1. in fine.
Ascendẽte Iesu in nauiculam, ecce motus factus est magnus.to.1.pag.567. col.1. & deinceps.
Ad quid venisti ante tempus torquere nos. tomo.2. pag.74.col.2

¶Cap. IX.

Transfretauit & venit in ciuitatem suam, & sanat paralyticum.to.1.pag.345.col.1.& seq.
Vidit hominem sedentem teloneo, hoc Euangelium exponitur.to.1.pag.359. col.1. & sequen.
Vidit hominem.to.1.pag.84.col.1.iuxta medium. & pag.468.col.1.post medium, quam. & to.2.pag. 539.col.1.post med. & suscipies. & pag.574.col.1 in fi. deinde. & p.459. col.1. in med. ques de vita.
Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester. to.1.pag.365. col.1. & tom.2.pag. 544.col.2
Non veni vocare iustos, sed peccatores. to.2. pag.340. colum. 1.
Ecce princeps vnus adorabat eum dicens, filia mea defuncta est, hæc historia explanatur.tom.1.pag.564. col. 2. & sequentibus.

¶Cap. X.

Conuocatis Iesus duodecim Apostolis dedit eis potestatem, &c.to.1.pag.602.col.1
Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporũ. to.2.pag. 11. col.1. & deinceps.
Nolite portare sacculum, neque peram.tom.2.pag.34. colum.1
Inimici hominis domestici eius.to.1.pag.310.col.1
Trademini à parentibus & cognatis, &c. hæc & mota de hoc capite.to.2.pag.631. col.1. & seq.
Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini.tom.2. pag.630. col.1
Nihil opertum quod non reuelabitur.to.1. pag.562.col.1
Nolite timere eos qui occidunt corpus.tomo.2.pag.371 columna. 2
Veni separare hominem aduersus patrem suum.tom.1. pag.240.col.1

¶Cap. XI.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, declaratur hoc Euãgelium.to.1.pag.478.col.1. circa finẽ. & annunciauerunt.
In vinculis.to.1.pag. 261. colũ. 1. in fine, & inclusis. lege vsque ad contextum.
Væ tibi Corozaim, Væ tibi Bethsaida. tomo.2.pag.25 columna. 1
Confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, huius Euangelij enarratio vsque ad illa verba venite, &c. habetur.to.2.pag.34. col.1. & seq.
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis.to. pag.196.col.1. & tom.2. pag.128.col.2. & pag. 304.col.1. & pag.311.col.1
Tollite iugum meum super vos.tom.1.pag.15.col.2.& to.2. pag.408. col.1
Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.tom.1. pag.168. col.2
Iugũ meum suaue est, & onus meũ leue.to.2. pag.261. col.2

col.2.in fine. sed videtur. & pag.406.col.2. iuxta fin. primo. lege quatuor pag. seq. vsque ad cõtextum.

¶Cap. XII.

Vellebant discipuli spicas.tomo.1.pag.370. col.1
Magister volumus à te signum videre. tom.2.pag.125. col.1.in princ. & alij. & deinceps vsq; ad cotextũ.
Generatio mala & adultera signum quærit. to.2. pag. 152.col.1.in princ. & deinceps.
Sicut fuit Ionas in ventre ceti.tomo.2. pag. 156. col.1. & deinceps.
Regina austri surget in iudicio.to.2. pag.156. col.2
Cum spiritus immundus exierit ab homine.tom.2.pag. 534.col. 1
Ecce mater tua & fratres tui foris stant.to.1.pag.563. col.2. & sequentibus.
Qui peccauerit in Spiritum sanctum non remittetur ei, &c.to.2.pag.184.col.2

¶Cap. XIII.

Simile est regnum cælorũ grano sinapis. to.1. pag.538. col.2.in fi. porro. hoc Euangelium explanatur. to.2. pag.259.col.1.in princ. & to.1. pag.177. col.2. in principio. sed qua. & tomo.2. pag.448. colũ.2.in finem. granum sinapis.
Simile est regnum cælorum homini qui seminauit bonũ semen in agro suo.to.1.pag.538. col.2.in fi. porro.
Zizania superseminauit Zizaniã. to.1.pag.255. col.1 in fi. an præsentis. lege duas pag. seq. vsque ad contextum. & pag.4.col.1. & to.2. pag.7. col.2. iuxta medium. comparat.
Colligite Zizaniam to.2.pag.641.col.2
Simile est regnum cælorũ thesauro abscondito. to 1. pag. 530.col.2. in fi. porrò. pag.341. col.1
Simile est regnũ cælorum homini negociatori. to.2.pag. 366.col.2. & pag.303.col.1. & pagin.550.col.1
Vsque ad finem, ait illis, &c.
Vendidit omnia & emit eam.tom.1. pag.15. col.1
Exibunt angeli & separabunt malos de medio iustorũ. to.1.pag.256.col.2.
Erit fletus & stridor dentium.to.2. pag.268. col.2. in princ.

¶Cap. XIIII.

Contristatus est Herodes propter iusurandum.tom.1. pag.366.col.2
Progressi autem facto accesserunt ad eum discipuli. to.2. pag.741.col.2

Cap. XV.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorũ to.1.pag.365. col.1.post medium. obserua. & to.2. pag.543.col.2.in princ. quid obsecro. lege duas col. & deinceps vsque ad contextum.
Non lauant manus suas cum panem manducant. to. 2. pag.163.col.2.in fine. phariseos pag.164. col.1
Populus hic labijs me honorat.to.1.pag.81.col.1
Hypocritæ bene prophetauit de vobis Esaias.to.2. pag. 154.col.2. & pag.164. colum.2 post medium. & pag.171. col.1 post medium. sicut Paulus. & pag. 411. col.2. iuxta medium. sensus est.
Cor eorum longè est à me.tom.2.pag.349. col.1
Pharisæi scandalizati sunt, sinite illos. to.2. pag.445. colum.1
Audite & intelligite non quod intrat per os, &c. to. 2.pag.134.col.2. & pag.164.col.1
Cæci sunt & duces cæcorum.to.2. pag.153. col.1
De corde exeunt quæ coinquinant hominem. to.2. pag. 246. colum.1
Mulier Cananæa à finibus illis egressa est. to.2.pag.70. col.1 historia Cananææ.to.1.pa.463.col.1. & pag. 464.col.1.& to.2.pag 100.col.2.& p.102.col.2
Fili Dauid miserere mei. tomo.2. pagin.525.colum.2. in principio.
Qui non respondit ei verbum. to.2. pag.529. col. 1. & pag.531 col.1
Dimitte illam, quia clamat post nos.tomo.1.pag. 610. colum.1

¶Cap. XVI.

Cauete à fermento phariseorum quod est hypocrisis. tom.2.pag.73.col.1
Quem dicunt homines esse filium hominis, hoc Euangelium explicatur.to.1. pag.621. col.2. in medio. & interrogauit. & pag.40.col.1.post principium. primo. & pag.507.col.2. ymedio. detestabile.
Tues Petrus & super hanc petram tomo. 1. pag.335. col.2. in fi. triplici.
Et portæ inferi non præualebunt. to.2. pag.682. col.2. in medio. prætered.
Si quis vult venire post me abneget semetipsum, huius Euangelij enarratio habetur.tom.1.pag.627.col.2. in medio.
Qui voluerit animam suam saluam facere. tom.1.pag. 283. col.2. & tomo.2. pag.475. colum.1. in fine. quicunque.

Cap. XVII.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius & transfiguratus est: explanatur hoc Euangelium.tom.1. pag.637.col.1. in fine, factum est. & tom.2.pag.513.col.1.& pag.393.col.2
Si habueritis fidem sicut granũ sinapis. to. 1. pag.177. col.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

col.2.& tomo.2. pag.448. col.2
Ne scandalizemus eos, solue pro me & te.tom.2. pag. 445.col.2

¶Cap. XVIII.

Quis putas maior est in regno cælorum. explicatur hoc Euangelium.to.1.pag.662.col.1. in prin.intrauit.
Nisi efficiamini sicut paruuli.tom.1.pag.412.col.1.& pag.662. col.2
Necesse est, vt veniant scandala.tom.2. pag.444. col. 1. in princ.
Si oculus tuus scandalizat te.to.1. pag.253. col.2
Bonum est tibi debilem, vel claudum in vitam intrare. to.2.pag.138.col.2
Si peccauerit in te frater tuus corripe illũ.to.2.pag.368. col.2.& deinceps.& pag.447. col.1
Simile est regnum cælorum homini Regi to.1.pag.538. col.2.in fine. porrò.
Homini regi.to.2. pag.97.col.1.& pag.431. col.1
Voluit rationẽ ponere.to.2.pag.384.col.1.in medio.in eo autem.
In hac parabola agitur de dimittendis iniurijs, quia Petrus interrogauerat, quoties dimittam̃ & cum Christus ait, Vsque septuagies septies numerus determinatus sumitur pro indeterminato. tomo.2. pag. 448. col.1.in prin.porro.& pag.99.col.1.post principiũ. forma & pag.434.col.2.post principiũ. hinc duo.
Tunc iratus Rex.to.2.pag.307.col.2.in fi. tunc iratus.
Misit eum in tortoribus.to.1.pag.439.col.2

¶Cap. XIX.

Sicut camelus non potest per foramen acus transire.tom. 1.pag.445.col.1.& to.2.p.502.col.2. & seq.
Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, explanatur hoc Euangelium.to.1.pag.504. col.2.& deinceps.& pag.621.col.1.& to.1.pag.15. col.1

¶Cap. XX.

Simile est regnum cælorum homini patrifamilias.to.1. pag.538. col.2. in fine. porrò.
Conuentione autem facta ex denario diurno.to.2.pag.14 col.2.& pag.452.col.1
Misit operarios in vineam suam.tomo.2.pagina.206. colum.1
Circa horam vndecimam exijt.tomo.2. pag.593. col.2
Voca operarios & redde illis mercedem. to.2. pag.51. columna.1
Acceperunt omnes singulos denarios.tomo.2.pag.394 colum.1
Sic erunt nouissimi primi.tomo.2. pag.270. colum.1. in fine:
Assumpsit Iesus duodecim, ecce ascendimus Hierosolymam, hoc Euangelium exponitur.tom.2. pag.512. col.2.& deinceps.
Dic vt sedeant hi duo filij mei.to.1.pag.662.col.1.& tom.2.pag.289.col.2.& pag.677. col.1.& 2
Nescitis quid petatis.tom.1.pag.342.col.2.& tom.2. pag. 109.col.2
Potestis bibere calicem quem ego, &c.tom.1.pag.630. col.2.& Pag.374.col.1
Dicunt ei, possumus.to.2.pag.158.col.2
Exierunt obuiam duo cæci. to.2.pag.524. columna.1. & deinceps.

¶Cap. XXI.

Cum appropinquasset Bethphage ad montẽ Oliueti, hanc historiam vide.to.2.pag.560.col.1.& deinceps.
Dominus his opus habet. to.2.pag.17.col.2
Baptismus Ioannis vnde erat.to.1.pag.226.col.2.& to.2.pag.587. col.1
Homo quidam plantauit vineam, hanc parabolam vide.to.2.pag.588.col.2.& deinceps.

¶Cap. XXII.

Loquebatur Iesus in parabolis.to.1.pag.538.col.2.in fi. porrò & quamuis hæc parabola non sit eadem cum illa quæ habetur.tom.2.pag.298.col.1. in principio & sequentibus. multa tamen ibi habentur, quæ hic possunt applicari.
Homini Regi.tomo.2.pag.431.col.1.ante medium. de duas columnas.
Alius abijt in villam suam, alius ad negotiationem suam. to.1.pag.51.col.2
Quod est mandatum magnum in lege.tom.2.pag.533. colum.1
Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, &c. tomo.2.pag.53.colum.2.& sequentibus.& tom.2. pag. 81.col.1
Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis. to.2. pag. 616. col.1
Non nubent, sed erunt sicut Angeli Dei. tom.2.pag. 614.colum.1
Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. tom.2. pag.615. col.1
Licet tributum dari Cæsari, an non, explanatur hoc Euangelium.to.2.pag.604.col.1.& deinceps.& to.1. pag.249. col.2

¶Cap. XXIII.

Super cathedram Mosi sederunt scribæ & pharisæi. to. 1. pag. 90. col.1
Amant primos recubitus. tomo.2. pag. 168. col.1.& pag.289. col.2

Qui se humiliat exaltabitur, & qui se exaltat, &c.to.2 pag. 492.col.2. in principio.
Hierusalem Hierusalem, quæ occidis prophetas. tom.2. pag.272. col.2.
Quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat to.2.pag.273.col.2
Vt requiratur sanguis omnium prophetarum. tomo.2. pag.169.col.1
Usque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ.to.2.pag. 170.col.1

¶Cap. XXIIII.

Accesserunt discipuli, vt ostenderent ædificia templi. to.2.pag.621.col.2. in fine.
Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta. to.2.pag.634.col.1
Erunt signa in sole & luna & stellis. to. 2. pag. 638. colum.1
Stellæ de cælo cadent.to.2.pag.640.col.1
Apparebit signum filij hominis in cælo. to.2. pag.312. colum.2
De die autem illa nemo scit, neque angeli eius.to.2.pag. 44.col.2.& pag.644. col.2.
Cœpit percutere conseruos suos.to.2.pag. 235. col.2

Cap. XXV.

Simile est regnum cælorum decem virginibus.to.1.pag. 538.col.2.in fine. porrò.
Quinque autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes.to.1.pag.255.col.1.in fi. in præsentis.lege duas. pag.seq.Itaque ad contextum.& to.2.pag.7.col.2. iuxta medium. comparat.
Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum.to.2 pag.218.col.2.& pag.227.col. 2.& deinceps.& pag.455. col.2
Clausa est ianua.to.2.pag.264.colum.1.& pag. 265. colum.2
Domine Domine aperi nobis. tom.1. pag.449. colũ.1. & to.2.pag.388. col.1
Nescio vos.tom.2.pag.267. col.1
Dum irent emere venit sponsus. tomo.2. pagina.455. colum.2
Vigilate quia nescitis diem, neque horam.to.2.pag.222 colum.2
Vni dedit quinque talenta, alij duo.to.2.pag.391.col.1. & pag.549.col.1. & deinceps.
Hædos autem a sinistris. to.1. pag.260.col.2
Venite benedicti patris mei, esuriui & dedistis mihi manducare.to.1.pag.14.col.1.& tom.2.pag.50.col.2. & pag.394.col.2.& pag.207.col.2
Quandiu ex minimis meis fecistis mihi fecistis. tom.1. pag.334.col.1.& to.2.pag.399.col.2
Ite maledicti in ignem æternum.to.2. pag.652.col.2
Ite maledicti, esuriui & non dedistis mihi manducare. to.2.pag.22. col.1
Qui paratus est diabolo & angelis eius. to.2. pag.113. colum.2

Cap. XXVI.

Apud te facio pascha.to.1.pag.57.col.2
Antequã gallus cantet ter me negabis.to.1. pag.638. colum.1

Cap. XXVII.

Latrones improperabant ei.to.2.pag.720.col.2
Recordati sumus quod seductor ille dixit.to.2.pag.289 col.2.& pag. 552. col.2

¶Cap. XXVIII.

Vespere autẽ Sabbathi quæ lucescit in prima Sabbathi. to.2.pag.749. col.2

MARCI.
Cap. III.

Quoniam dicebant spiritum immundum habet.tom.2. pag.185. col.1.& 2

Cap. VI.

Misit Ioannem in carcerem. to.1.pag.261.col.2
Arguebat Ioannes Herodem.to.1.pag.258. col. 2.& pag.480.col.2
Timebat Ioannem Herodes.to.1. pag.265.col.1
Audito Ioanne multa faciebat.to.1.pag.15.col.1
Volo vt des mihi in disco.to.2.pag.152.col.2
Erant laborantes in remigando.to.1.pag.425.col.1

¶Cap. VII.

Redeũtes à foro nisi lotis manibus non manducant.to.2. pag.164. col.1
Adducunt ei surdum & mutum.to.2.pag.523. col.2 iuxta finem. quemadmodum.
Et deprecabantur eũ, vt illi manum imponat.to.2.pag. 524.col.2.iuxta finem.poterat.lege col.sequentem. & to.1.pag.463.col.2. post principium, ex hac.& pag.513.col.1.in medio, docet.& tom.2. pag.100. col.1.iuxta finem.docemur.
Mutum.to.2.pag.116.col.1. in princ.dæmon.
Surdum.tomo.2.pag.119.col.1.in principio. tertio.
Et præcepit illis ne cui dicerent.tomo.1.pag.341.col.1. in prin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in principio. & ipse.
Eo amplius admirabantur.to.2.pag.120.col.1.in fine. admiratæ sunt turbæ.

¶Cap. VIII.

Misereor super turbã.to.1.pag.87.col.2. in medio,& misericordia.& to.2.pag 71.col.1.in fine commẽ dat,& præcipuè.to.1.pag.433 col.1.in medio.este.& deinceps.& to.1.pag.469.col.1.in medio.
Quia ecce iam triduo.tomo.1.pag.507.colum.1. ante medium.& ecce.& tomo.2.pag.514 col.1.in fi. aduerbium.ecce.
Quidam ex eis de longe venerunt.to.1.pag.387.col.2. post princ. expende.
Circa hoc Euangelium vide.to.1.pag.608 col.1.in medio. quod cum cognouissent,& deinceps. multa ad propositum huius Euangelij reperies.

¶Cap. IX.

Habete in vobis sal.tomo.2.pag.320.col.1

¶Cap. X.

Venerunt duo cæci.tomo.2.pag 524.columna.1.

¶Cap. XI.

Non amplius exte aliquis fructum manducet. tomo.1. pag.454.col.1
Si no dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis.to.2. pag.448.col.1

¶Cap. XIII.

Cum videritis abominationem desolationis.tomo.2. pag.634.col.1

¶Cap. XIIII.

Antequam gallus bis vocem dederit ter me negabis. to.2.pag.683.col.2

¶Cap. XV.

Crucifixerunt eum hora tertia. tom.2.pag.723.col.1
Qui crucifixi erant cum eo, conuiciabantur ei. tomo.2. pag.720.col.2

¶Cap. XVI.

Maria Magdalena, Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata,vt venientes vngerent Iesum. tomo.2.pagina.731. colum.1.& sequentibus.
Et valde manè vna Sabbathorum veniunt ad monumentum.to.1.pag.468.col.1
Dicite discipulis eius & Petro.tom.2.pag.699.col.1. & pag.735.col.1
Apparuit eis in alia effigie.to.2.pag.741. col.1
Exprobrauit incredulitatem eorum & duritiam cordis. tom.1.pag.553.col.1.& tom.2.pag.353.col.2
Assumptus est in cælum & sedet à dextris Dei.to.2. pag.771.col.1.& deinceps.

IOANNIS.

Cap. I.

In principio erat Verbum.to.1.pag.9.colum.2
Sine ipso factum est nihil. to.2 pag.269.col.2
Quod factum est in ipso vita erat.tomo.2.pagina.63. colum.2
Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes.tom.1. pag.26.col.2
Hic venit in testimonium,vt testimonium perhiberet de lumine.to.1.pag.8.col.1
Mundus eum non cognouit. to. pag.119.col.1
Verbum caro factum est to.1.pag.278.col.2.
Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti.tomo.1. pag. 52.col.2
Miserunt Iudæi sacerdotes & leuitas ad Ioannem.to.1. pag.115.col.1.& pag.219.col.2.& pagina.557. column.1
Propheta es tu tomo.1.pag.116.colum.1
Ego vox clamantis in deserto. tomo.1.pag.229.col.1
Dirigite viam Domini.tomo.1.pag.231.col.2
Sicut scriptum est in Esaia Propheta.tomo.1.pag.228. columna.2
Non sum dignus soluere corrigiam calciamenti.tom.1. pag.253.col.1

¶Cap. II.

Nuptiæ factæ sunt, in Cana Galilææ. tom.2.pag.330. col.2.post principium. aduerte.
Sex hydriæ positæ in Cana Galilææ. tomo.1.pag.208. colum.2
Quid mihi & tibi mulier.to.1.pag.595.colum.2.& pag.616.col.2
Fecit quasi funiculum tom.2.pag.451.col.2
Eiecit vendentes & ementes de templo.to.2.pag.453. col.2.& pag.582.col.2

¶Cap. III.

Nicodemus venit ad Iesum nocte. tom.2.pagina.557. colum.2.

Quomodo potest homo cum sit senex nasci. tom.1. pag.598.col.1.& pag 615.col.2
Sic Deus dilexit mundum,vt filium suum vnigenitũ daret. tom.2.pag.41.col.1
Qui non credit iam iudicatus est. tom.2.pag.602. colum.1.

¶Cap. IIII.

Fatigatus Iesus ex itinere.tom.1.pag 480.col.1
Sedebat sic supra fontem.tom.2.pag.772.col.2
Mulier da mihi bibere.tom.1.pag.209.colum.2. & pagina.416.colum.1.& tom.2.pag.741. column.2
Quomodo tu Iudæus cum sis poscis à me bibere.to.1. pag.656.col.2
Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum.tom.2.pag.355 col.1.in medio: & merito, & deinceps.& pag. 364.col.2.in medio, expende.
Regulus abijt ad Christum, & rogabat eum vt descenderet, & sanaret filium eius.tom.1.pag.463 col.2.post principium. ex hac.& pag.513.col.1. in medio. docet & tom.2.pag.100.col.1.iuxta finem: docemur.& pag.524.colum.2.iuxta finem,poterat.
Incipiebat enim mori. tom.1.pag.586.col.1.iuxta medium.& hæc moriebatur.& pag.576.col.1
Nisi signa & prodigia videritis non creditis.tom.1. pag.587.col.1.post medium. expende.

¶Cap. V.

Hunc cum vidisset Iesus.tom.1.pag.84.col.1 iuxta medium: præterea,& pagi.359.colum.1.iuxta medium,secundo: & pag.468.colum.1.post medium,quam, & tom.2.pagi.539.colum.1.post medium, & suspiciens: & pag.574.colum.1.in fine. Deinde, & pagi.459.col.1.in medio, quos vt vidit.
Vis sanus fieri tom.1.pag.627.col.2.& deinceps. & tom.2.pag.531.col.2
Surge tolle grabatum tuum & ambula tom.1.pag. 356.col.2.in prin. tolle. lege duas. col. & deinceps vsque ad cont.
Sicut pater habet vitam in semetipso,sic dedit,& filio vitam habere in semetipso.tom.1.pag 300. colum.2
Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.to.2.pag.646.col.2
Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.to.1.pag.631.col.1
Est qui accusat vos Moyses. tomo.2.pagina.242. colum.1

¶Cap. VI.

Cum subleuasset oculos Iesus,& vidisset, quia multitudo maxima venit ad eum. tom.1.pagin.84. colum.1.iuxta medium, præterea & pag.468. colum.1.post medium, quam: & pag.359.col.1 iuxta medium,secundo: & tom.2.pag.539.col. 1.post medium, & suspiciens.& pag.459.col. 1.in medio, quos vt vidit: & pag.554 col.1.in fine,deinde.
Miraculum quinque panum,& duorum piscium.to.1 pag.607.col.2.& pag.640.col.1
Facite homines discumbere tom.2.pag.594.col.1
Nisi manducaueritis carnem filij hominis.to.2.pag. 672 col.2
Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus. tom.2.pag 671.col.1.post princ.hoc est.
Verba vitæ habes.tom.1.pag.211.col.2

¶Cap. VII.

Miserunt Pharisæi vt apprehenderent Iesum.tom.2. pag.605.col.2
A Galilæa propheta non surgit. tom.1.pag.57.col.2

¶Cap. VIII.

Digito scribebat in terra.tom.1.pag.49.col.2.& pag.440.col.1.& tom.2.pag.347.col.1.& pag.650.col.2
Semen Abrahæ sumus nemini seruiuimus vnquam. tom.1.pag.241.col.2
Qui ex Deo est verba Dei audit propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. tom.1.pag.399.colum.1.& pag.442.colum.1.& tom.2.pag. 151.colum.1
Abscondit se,& exiuit de templo.tom.1.pag 311. colum.2

¶Cap. IX.

Præteriens Iesus vidit cæcum à natiuitate. tomo.1. pagi.84.colum.1.iuxta medium, præterea: & pagi.468.colum.1.post medium;quam,& pag. 359.colum.1.iuxta medium, secundo, & tom. 2.pag.78.colum.2.& pagi.459.colum.1.in medio.quos vt vidit.& pag.539.colum.1.post medium, & suspiciens: & pag.574.colum.1.in fine. deinde.
Neque hic peccauit,neque parentes eius, sed vt manifestentur opera Dei in illo.tom.1.pag.546.col.1. & pag.576.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Veniet nox quando nemo poterit operari. tom. 2. pag. 386. col. 1
Adducunt eum ad Pharisæos. tomo. 1. pagi. 293. colum. 2
Vbi est ille? tom. 2. pag. 273. col. 2.
Bonus est, non, sed seducit turbas, & schisma erat inter eos. tom. 1. pag. 623. col. 1
Non crediderunt ei. tom. 2. pag. 522. col. 2
Deus peccatores non exaudit. tomo. 2. pagi. 102. colum. 2
Ego sum qui loquor tecum. tom. 2. pag. 363. col. 2
In iudicium veni vt videntes non videant, & qui vident cæci fiant. tom. 1. pag. 187. colum. 1. & pag. 546. colum. 1

¶Cap. X.

Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde fur est. tom. 2. pag. 489. col. 1
Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas. tom. 1. pag. 243. col. 1. & tom. 2. pag. 331. col. 2. & sequent. & pag. 740. col. 1
Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. tom. 2 pag. 62. col. 2
Oues meæ vocem meam audiunt. Vide supra cap. 8. in illis verbis, qui ex Deo est.
Si non facio opera patris mei nolite credere mihi. to. 2. pag. 48. col. 1
Ambulabat Iesus in templo, in porticu Salomonis. tom. 1. pagi. 158. colum. 2. & tom. 2. pag. 170. colum. 2

¶Cap. XI.

Ecce quem amas. to. 1. pag. 507. col. 1. ante medium & ecce, & tom. 2. pag. 514. col. 1. in fine aduerbium, ecce.
Quem amas infirmatur. tom. 1. pag. 16. col. 2. in fine, lege quatuor. col. & deinceps vsque ad contex. & pag. 206. col. 2. in fine, solet. & tom. 2. pag. 176. col. 2. post medium, seruus.
Lazarus amicus noster dormit. to. 1. pag. 597. col. 1. in fine: at ille dixit. lege col. sequentem, & deinceps vsque ad contextum.
Si fuisses hic frater meus non fuisset mortuus. to. 1. pag. 535. col. 2
Voce magna dixit, Lazare, exi foras, & statim prodijt. to. 2. pag. 476. col. 1. in fine, mirabilis.
Quatriduanum Lazarum, & iam fœtentem Christus suscitauit à mortuis flens, orans, & cœlum respiciens. tom. 1. pag. 475. col. 2. circa finem, obseruandum, & pag. 553. col. 1. & 2. & to. 2. pag. 144. col. 2. in fi. secundo.
Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. to. 2. pag. 64. colum. 2. & pag. 596. colum. 1. & 2. & pagi. 122. colum. 2
Si dimittimus eum sic, venient Romani, &c. tom. 1. pag. 372. col. 2. & to. 2. pag. 348. col. 2
Expedit vt vnus homo moriatur ne tota gens pereat. tom. 1. pag. 185. col. 2. & pag. 628. col. 1. & tom. 2. pag. 766. col. 2. post medium, expende.
Cogitauerunt ab illo die illum interficere. tom. 1. pag. 125. colum. 2

¶Cap. XII.

Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, &c. tom. 2. pag. 521. col. 1. & pag. 768. colum. 2
Qui amat animam suam perdet eam. tom. 1. pag. 634 col. 1. post medium. & pag. 172. col. 1. & tom. 2 pag. 475. col. 1. in fine. quicunque.
Qui odit animam suam in vitam æternam custodiet eam. tom. 1. pag. 283. col. 2
Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi ejcietur foras. tom. 2. pag. 111. colum. 1. & pag. 132. col. 1
Si exaltatus fuero à terra omnia trahan ad me ipsum tom. 2. pag. 521. col. 1. & pag. 522. col. 1
Propterea non poterant credere, quia Esaias dixit excæcauit cor populi huius. tom. 1. pag. 54. colum. 1. & tomo. 2. pagi. 264. colum. 1. & pagi. 502. colum. 2
Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, &c. to. 2. pag. 596. colum. 2

Cap. XIII.

Ante diem festum paschæ, sciens Iesus. tom. 2. pag. 512. col. 1. & pag. 666. col. 1
Cum diabolus misisset in cor Iudæ. tom. 1. pag. 552. col. 1. & tom. 2. pag. 675. col. 2
Omnia dedit ei pater in manus. tom. 2. pag. 43. col. 2 & pag. 44. col. 1
A Deo exiuit, & ad Deum vadit, tomo. 1. pag. 278 colum. 2
Et cœna facta surgit à cœna. tom. 2. pag. 668. col. 2
Cœpit lauare pedes discipulorum suorum. tom. 1. pag. 289. col. 1. & pag. 425 col. 2
Tu mihi lauas pedes. tom. 1. pag. 636. col. 2
Si non lauero te non habebis partem mecum. tom. 1. pag. 66. col. 1. & pag. 614. col. 2. & tom. 2. pag. 577. col. 1. & pag. 653. col. 2

¶Cap. XIIII.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. to. 1. pag. 440

440. col. 1. & to. 2. pag. 393. col. 2
Ego sum Via, Veritas, & Vita. tomo. 2. pag. 108. colum. 1
Nemo venit ad patrem nisi per me. tom. 2. pag. 342. colum. 1
Si diligitis me, mandata mea seruate. tomo. 2. pag. 72. colum. 1
Et alium paracletum dabit vobis. tom. 1. pag. 471. colum. 2
Paracletus autem docebit vos omnia. tom. 2. pag. 770 colum. 1. & 2
Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. tom. 1. pagi. 118. col. 2. in principio, in viam. & pagi. 146. colum. 2. in medio. pacem. & pagi. 221. colum. 2. in medio, præterea. tom. 2. pag. 18. col. 2. post medium, observa. & pagi. 128. col. 2. in principio, nihil.

¶Cap. XV.

Omnem palmitem non ferentem fructum tollet eum, & in ignem mittet & ardet. to. 1. pag. 244. col. 2. iuxta medium. omnis arbor. lege tres col. sequentes, & deinceps, & vque ad contextum. & tom. 2. pag. 51. col. 1. & pag. 489. col. 1
Sine me nihil potestis facere. tom. 1. pag. 456. col. 1. & tom. 2. pag. 265. col. 2. & pag. 344. col. 2. & pag. 451. col. 2
Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem. tomo. 1. pag. 423. columna. 2. & tomo. 2. pag. 60. col. 2. & deinceps.
Maiorem charitatem nemo habet. tomo. 1. pag. 429. col. 1. & pag. 650. col. 1. in prin.

¶Cap. XVI.

Absque Synagogis facient vos. tom. 1. pag. 403. col. 2. post principium. ab initio. & tom. 2. pag. 125 col. 1. post principium, odiosa.
Omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare Deo. tom. 2. pag. 161. col. 1
Omnia quæ habet pater mea sunt. tomo. 2. pag. 43. colum. 1
Modicum, & iam non videbitis me. tomo. 2. pag. 655. colum. 2
Plorabitis & flebitis vos, &c. tomo. 1. pagi. 16. colum. 2. in fine. lege quatuor colum. & deinceps Vsque ad contextum. & pag. 206. colum. 2. in fine. solet. & tomo. 2. pag. 176. colum. 2. post medium. seruos.
Iterum videbo vos, & gaudebit cor vestrum. tom. 1. pag. 208. col. 1. post principium. Vbi, & tom. 2. pag. 520. col. 5. in prin. iam hic.
Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. tom. 1. pag. 138. colum. 2
Tristitia implebit cor vestrum. tom. 2. pag. 742. col. 1. & pag. 765. col. 1

¶Cap. XVII.

Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum. tomo. 1. pagi. 393. colum. 1.

¶Cap. XVIII.

Ego palàm locutus sum mundo. tomo. 1. pagi. 299. col. 2. & pag. 253. col. 2. & pag. 631. col. 2

¶Cap. XIX.

Et bajulans sibi crucem. tom. 1. pag. 631. col. 2
Ioseph discipulus Christi occultus propter metum Iudæorum. tom. 2. pag. 728. col. 1

¶Cap. XX.

Existimabat Christum hortulanum. tom. 2. pag. 591. colum. 2
Quia tulerunt Dominum meum. tomo. 2. pagi. 507. colum. 2
Noli me tangere. tom. 1. pag. 49. colum. 1. & pag. 267. colum 2
Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum. tomo. 1. pag. 39. col. 2
Cum sero esset die illa vna sabbatorum. to. 2. pag. 758 col. 1. & sequentibus.
Stetit in medio eorum tom. 1. pag. 211. col. 2. in principio, nota.
Dixit eis, pax vobis. to. 1. pag. 118. col. 2. in prin. in via & pag. 146 col. 2. in medio. pacem, & pag. 221. col. 2. in medio. præterea & to. 2. pag. 18. col. 2. post medium. observa & pag. 128. col. 2. in prin. nihil.
Quia vidisti me Thoma credidisti. tomo. 1. pag. 48. col. 1. & pag. 49. col. 1.

¶Cap. XXI.

Mittite in dexteram nauigij rete. to. 1. pag. 329. col. 2 post medium: & laxate, & deinceps.
Traxit rete in terra plenum magnis piscibus. tom. 1. pag. 332. col. 2. in fine. & cum hoc fecissent.
Simon Ioannis diligis me plus his. tomo. 1. pag. 576. colum. 2
Domine hic autem quid. to. 2. pag. 262. col. 1. in fine.
Dixit Iesus Petro, sequere me. to. 2. pag. 72. col. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Actorum.

1 *Et loquens de regno Dei. tom.1.pag.258.col.2. & tom.2. pag.268.col.2*
Ab Hierusalem sabbati habens iter. to. 1. pag. 372. col. 1
Et possedit agrum de mercede iniquitatis.tom.2 pag.112. col. 2
2 *Ex omni natione quæ sub cælo est. tomo.2. pagi. 478. col. 2*
5 *Ananias & Saphira partem pretij attulerunt tom.1.pag.15.col.1*
7 *Surrexerunt quidam de Synagoga. tom.1. pag. 310. col. 1*
Positis genibus orabat, ne statuas illis hoc peccatum.tom.2. pag.122. col. 1
9 *Circumfulsit eum lux de cælo. to.1.pag.15.col.2*
Saule Saule cur me persequeris.tom.1.pag.525. columna.2
11 *Futuram famem in vniverso orbe.tomo.1. pag. 123.col.2*
12 *Præcinge caligas tuas. tom.2. pag.137.col.2*
20 *Attendite vobis & vniverso gregi in quo spiritus sanctus.tom.2.pag.233.col.1*
26 *Opto apud Deum in modico, &c. demptis vinculis his. tom.1. pag.368. col. 2*

¶Ad Romanos.

1 *Fides vestra nunciatur in vniverso mundo.to.1 pag. 123. col. 2*
Iustificati ex fide. tom. 1.pag.533. col. 1
Iustus ex fide vivit. tom.2. pag.531. col.2
Cum Deum cognouissent non sicut Deum glorificauerunc.tom.2. pag.45. col. 2
2 *Tu quis es qui iudicas alienum seruum. tomo. 1. pag.436. col. 1*
Secundum impœnitens cor tuum thesaurizas in diemiræ.tom.2.pag. 122. col.2.in fine.
4 *Traditus est propter delicta nostra, resurrexit propter iustificationem nostram.tom.2.pag. 754. col.2*
5 *Fides iustificat peccatores. tom.1.pag.533.col.1*
Vbi abundauit iniquitas superabundauit, & gratia. tom.1. pag.521. col. 1
Lex subintrauit vt abundaret delictum. tom.1 pag. 546. col. 1
6 *Sicut exhibuistis membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete. tom.1. pag. 520. col.2*
8 *Sapientia carnis inimica est Deo. tomo. 1. pagi. 287. col.2*
Legi Dei non est subiecta, nec enim potest.to.2. pag. 406. col. 1
Verba eius spiritus & vita sunt. tomo.1. pagi. 442. col. 1
Spiritus ingemiscit.tom.2. pag. 112. col.2
Spiritus postulat gemitibus ineenarrabilibus.to.2 pag. 113. col. 1
Vanitati subiecta est creatura, sed liberabitur. tom.2. pag.420. col. 2
12 *Date locum iræ to.2.pag.448. col.1*
Mihi vindictam, & ego retribuam.tom.1.pag. 421. col. 2
Si inimicus tuus esurierit ciba illum, &c. carbones congeres. tom.1.pag.424.col.1
13 *Induimini Dominum Iesum Christum. tom.1. pag. 12. col. 2*

1. ad Corinthios.

2 *Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei.tom.1.pag.313. col.2*
Si Dominum gloriæ cognouissent, nō crucifixissent. tom.2.pag.595. col.2
Nec in cor hominis ascedit quæ præparauit Deus tom. 1. pag.439.col. 1
3 *Tanquam paruulis in Christo lac dedi. tom.2. pag.155. col. 2*
Si quis superædificat ligna & stipulam.to.2. pag. 187. col. 1
Coadiutores Dei sumus. to.1.pag. 456.col.2
5 *Modicum fermentum totam massam corrumpit. tom.2.pag.173. col.2*
Non epulemur in fermento malitiæ.tom.2.pag. 174. col. 2
Facti sumus sicut peripsema. to.2.pag.36.col.2
6 *Nescitis quod angelos iudicabimus. tomo. pag. 156. col. 2*
7 *Præterijt figura huius mūdi. to.1. pag.10.col.1*
8 *Si caro scandalizat fratrem, non manducabo carnem. tom.2. pag.445. col. 1*
9 *Qui parce seminat, parce & metet. tom.1.pag. 440. col. 1*
Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. tom.1.pag. 549.col.2
Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.tom.1.pa.411.col.1
10 *Fidelis Deus qui non patietur vos tentari vltra id. tom. 1. pag. 280.col. 1*
11 *Dominus Iesus in qua nocte tradebatur.tomo.2. pag.123. col. 2*
12 *Excellentiorem viam demonstro. tomo. 2. pagi. 239. col. 1*
13 *Si linguis hominum loquar & angelorum.to.2 pag.4.col.2.& pag.239.col.1*
Si habuero omnem fidem. tomo. 2. pagi. 450. columna. 1

Charitas patiens est, benigna est. tomo.1. pagi. 418. col. 2
Videmus nunc in ænigmate. tomo.1. pag.394. columna.1
Gratia eius in me vacua non fuit. tomo. 2. pag. 559. col. 1
14 *Ignorans ignorabitur tom.2. pag.238. col. 2*
Malo in Ecclesia quinque verba meo sensu loqui. tom.2. pag. 619. col. 2
15 *Quem tradidit Satanæ in interitum carnis.to.1. pag.122. col. 1*
Non ego, sed gratia Dei mecum. tomo. 1. pagi. 617. col. 1
Vbi est mors victoria tua tom.2.pag.177. col.2
Omnes resurgemus. sed non omnes immutabimur. to. 1. pag. 645. col. 2
Si Christus resurrexit, & nos resurgemus.tom.2 pag.755. col. 1
Absorpta est mors in victoria. to.2. pag. 760. columna. 2
Prius quod animale est, deinde quod spiritale. tomo. 2. pag. 611. col. 1

2. ad Corinthios.

1 *Gaudium nostrum hoc est testimonium conscientiæ nostræ. tom. 1. pag. 77. col. 1*
4 *Semper mortificationem Iesu Christi in corpore vestro circumferentes. to. 1. pag. 632. col. 1*
5 *Omnes oportet nos præsentari ante tribunal Christi. tom. 2. pag. 386. col. 1*
Qui peccatum non nouerat, peccatum fecit. tom. 1. pag. 167. col. 2
7 *Nos excessimus Deo. tom. 2. pag. 38. col. 1*
Dispersit, dedit pauperibus. tomo. 2. pagi. 424. colum. 2
11 *Angelus Satanæ transfigurat se in angelum lucis. tom. 1. pag. 4. col. 2*
12 *Dum infirmer fortior sum. to. 1. pag. 391. col. 1*

¶Ad Galatas.

1 *Si hominibus placerem Christi seruus non essem. tom. 1. pag 622. col. 1*

¶Ad Ephesios.

3 *Vt innotescat principibus multiformis gratia. tom. 1. pag. 285. col. 2*
4 *Alios autem pastores & doctores. tomo. 2. pag. 232. col. 2*
Nolite locum dare diabolo. to. 2. pag. 136. col. 2
Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat. tom. 1. pag. 62. col. 2
Donec occurramus omnes in virum perfectum. tom. 2. pag. 166. col. 2. post medium.
5 *Videte fratres quomodo caute ambuletis. tom. 1. pag. 49. col. 1*
Redimentes tempus quoniam dies mali sunt. to. 1. pag. 22. col. 2
Cantantes & psallentes in cordibus vestris. to. 2 pag. 571. col. 2

¶Ad Philippenses.

2 *Deus operatur in nobis velle & perficere. tom. 1 pag. 5. col. 1. & tom. 2. pag. 10. col. 2*
3 *Propter quod dedit illi nomen quod est super. to. 2. pag. 521. col. 2.*
Saluatorem expectamus Dominum Iesum. to. 1. pag. 645. col. 1

¶Ad Colossenses.

2 *Cum essetis mortui delictis. to. 1. pag. 110. col. 2*
Delens chirographum quod aduersum nos erat. tom. 2. pag. 519. col. 2
3 *Auaritia est idolorum seruitus. tomo. 2. pagi. 190. colum. 1*

1. ad Thessalonicenses.

4 *Nolumus vos ignorare de dormientibus. tom. 1. pag. 597. col. 1*
Non contristemini sicut cæteri qui spem non habent. tom. 1. pag. 472. col. 1
5 *Dies Domini sicut fur in nocte veniet. tomo. 2. pag. 223. col. 2*
Vt integer spiritus, &c. sine querela in aduentu Domini. tom. 1. pag. 82. col. 1

1. ad Timotheum.

1 *Vt milites bonam militiam, habens fidem. tomo. 1. pag. 178. col. 1*
6 *Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum diaboli. tomo. 2. pag. 502. col. 1.*

2. ad Timotheum.

2 *Deus vult omnes homines saluos fieri. tomo. 2. pagi. 274. col. 2*
3 *Erunt homines seipsos amantes cupidi, &c. tom. 1. pag. 389. col. 1*
4 *Prædica verbum, insta, opportune, importune. tom. 1. pag. 442. col. 2*
De cætero reposita est mihi corona iustitiæ. tom. 2 pag. 452. col. 2. & pag. 540. col. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Index authoritatum.

¶Ad Hebræos.

1 *Multifariam multisque modis. tom. 2. pagi. 76 colum. 1*
Qui cum sit splendor gloriæ. tomo. 1. pag. 650. colum. 1
Et cum iterum introducit Primogenitum. to. 2 pagi. 761. col. 1
6 *Benedicta à Deo, sin autem maledicto proxima. tom. 1. pag. 560. col. 2*
10 *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis tom. 2. pag. 652. col. 1*
11 *Fides est substantia, argumentum rerum. tom. 1 pag. 350. col. 1*
12 *Quos diligit corrigit, & flagellat filium. tom. 1. pag. 123. col. 1. & tom. 2. pag. 176. col. 2*
Misericordiã non est consecutus Esau. to. 1. pag. 405. col. 1
Recogitate eum qui talem pro nobis. to. 2. pag. 41. col. 1. & tom. 2. pag. 518. col. 1

¶Iacobi.

1 *Auditor verbi, & non factor comparabitur. tom. 1. pag. 555. col. 2.*
2 *Nonne Abraham ex operibus iustificatus est. tom. 1. pag. 503. col. 1.*
Misericordia eius superexaltat iudicium. tom. 1 pag. 433. col. 1. & pag. 439. col. 2

2. Petri.

1 *Satagite vt per bona opera certam vestram vocationem faciatis. tom. 2. pag. 105. col. 2*

1. Ioannis.

1 *Omnis qui peccat non videt Deum. tom. 1. pag. 63. colum. 1.*
2 *Nolite diligere mundum. tom. 2. pagi. 214. colum. 1*
Qui odit fratrem suum homicida est. to. 1. pag. 420. col. 2
3 *Non potest peccare, quia ex Deo natus est. tom. 2. pag. 406. col. 1*
Nunc filij Dei sumus cum apparuerit similes ei erimus. tom. 1. pag. 399. col. 1
4 *Qui non diligit manet in morte. tom. 2. pag. 63 colum. 1*

¶Iudæ.

1 *Disceptabat angelus Michael cum dæmone. tomo. 2. pag. 147. col. 2*

¶Apocalypsis.

2 *Qui vicerit non lædetur à morte secunda. tom. 2 pagi. 177. col. 2*
Odisti facta Nicolaitarum quæ ego odi. tom. 2. pag. 527. col. 1
3 *Vtinam frigidus esses, aut calidus. tomo. 2. pag. 486. col. 2*
Ego sto ad ostium, & pulso. to. 1. pag. 70. col. 2
4 *Qui sedebat in throno, & vigintiquatuor Seniores. tom. 1. pag. 612. col. 2*
Qui adorauerunt bestiam requiem nõ habebant. tom. 1. pag. 147. col. 1
6 *Expectate modicum donec impleatur numerus, tom. 2. pag. 114. col. 1*
12 *Vidi mulierem amictam sole. tomo. 1. pag. 76. colum. 1.*
Luna sub pedibus eius. tom. 2. pag. 75. col. 2
14 *Cecidit Babylon magna. tomo. 2. pagina. 10. colum. 1*
15 *Quis non timebit te Domine, quia pius es. tom. 2 pag. 276. col. 2*
19 *Laudabant Deum dicentes, Alleluia. tomo. 1. pag. 477. col. 2.*

LAVS DEO.

INDEX OMNIVM QVAE INSIGNITER IN HOC OPERE dicta sunt, iuxta ordinem literarum studiosè digestus.

A.

AARON religionem in hæreditatem accepit. Tomo primo. pagina. 1. columna. 2
Abbasà suo debet eligi monasterio. to. 1. pag. 382. col. 1
Abarimathię & Ioſephi laudes. to. 2. pag. 728 col. 2
Abdicatio rerum temporalium charitatis est dispositio. tom. 2. pag. 501. col. 1
Abiectio humilitatis est iudicium. to. 2. pag. 508. col. 2
Ablata licitum est sine scandalo repetere. to. 1 pag. 426. col. 2
Abnegare seipsum quid. to. 1. pag. 630. col. 1.
Absentia dilecti animę defectionem parit. to. 1. pag. 172. col. 2
Abstinentia à venereis homines reddit maximè spirituales to. 2. pag. 614. col. 2
Acceptio personarũ iustitiæ distributiuæ opponitur. to. 2. pag. 607. col. 1
Accidia tollit homini bona gratiæ & gloriæ. to. 2. pag. 558. col. 2
Accingere lumbos quid. to. 2. pag. 215. col. 1
Actiones nostræ exordiendę sunt in nomine Dei. to. 1 pag. 330. col. 2
Actiones Christi vniuersæ ministrare fuerũt. to. 2. pag. 680. col. 1
Actiones non sunt naturæ sed suppositorum. to. 1. pag. 593. col. 1
Actus voluntatis duplex. to. 2. pag. 53. col. 2
Actus elicitus quid. ibidem.
Actus vnus potest diuersam laudem & præmium habere. to. 1. pag. 460. col. 1
Accusare proprium officium est diaboli. to. 1 pag. 375. col. 1
Acculatio ad conuincendum inimicos in die iudicij mentalis erit. to. 2. pag. 653. col. 1
Admiratio ex ignorantia procedit. tom. 1. pag. 183. col. 2
Adolescens bonis debet imbui moribus. to. 1. pag. 119. col. 1
Adolescentia in scriptura large sumitur. to. 2. pag. 499. col. 1
Adoratio latriæ soli Deo tribuenda est. to. 1. pag. 293. col. 1
Aduentus Christi testimoniũ habuit ab omni genere personarum. to. 1. pag. 191 col. 1
Aduentus primus Christi est ab impijs iudicari secundus vero, vt impij ab ipso iudicentur. to. 1. pag. 669. col. 2
Aduentus Christi die futurus est. tom. 2. pag. 223. col. 1
Aduentus Christi in hora mortis quare furi venienti assimiletur. to. 2. pag. 223. col. 2
Aduentus Christi ad iudicium quare fulguri assimiletur. to. 2. pag. 471. col. 2
Aduersarij potius vincũtur rationibus quam contumelijs. to. 1. pag. 288. col. 2
Aduersitas fortunæ, animæ saluti prodest. to. 2. pag. 466. col. 1
Adulatio peccatũ nutrit. to. 1. pag. 413. col. 1
Adulatores increpandi sunt. tom. 2. pag. 319. col. 2
Adulatores, deteriores sunt quam manifesti persecutores. to. 2. pag. 609. col. 2
Afflictio in hac vita indicium prædestinationis est. tom. 1. pag. 122. col. 1
Afflictio signum amoris est. tom. 2. pag. 179. col. 2
Afflictio quænam meritoria dicatur. tom. 1. pag. 628. col. 2
Affluentia diuitiarũ non facit hominem amplius viuere. tom. 2. pag. 191. col. 1
Agonia quam Christus patiebatur: quę dicatur esse. to. 2. pag. 687. col. 1
Altum in scriptura pro profundo sumitur. to. 1. pag 450. col. 1
Amans non est sui proprius. to. 1. pag. 81. col. 1
Amans Deum in sensu composito perire non potest. to. 1. pag. 444. col. 1. linea vltima.
Ambitio hæresis est mater. to. 2. pag. 680. col. 1
Ambitiosi dæmonis sunt martyres. to. 2. pag. 679. col. 1
Ambulare in peccatis quis dicatur. to. 1. pag. 137. col. 1
Amicus Dei pro honore Dei vitam amittere non dubitat. to. 1. pag. 480. col. 2
Amicitia Pilati & Herodis, cuius rei fuerit signum. to. 2. pag. 709. col. 1
Amicitia cum obstinatis in scriptura reprehenditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

henditur.to.1.pag.364.col.1
Amor proprius causa est malorum. to.1. pag. 172.col.1
Amor omnia facit dulcia.to.1. pag.246. col.1
Amor diuinus vbicunque est operatur. to.1. pag.364.col.1
Amor diuitiarum immoderatus perfectionē impedit.to.2.pag.501.col.1
Amor diuitiarum immoderatus non impedit adimpletionem præceptorum. ibidem.
Amor merces est sui ipsius.to.2. pag.55.col.1
Amor soli Deo competit.to.2.pag.57.col.1
Amor Dei & proximi inter se separari non possunt.to.2.pag.60.col.2
Amor Dei principium est mandatorum primæ tabulæ.ibid.
Amor proximi principium est mandatorum secundæ tabulæ.ibidem.
Amor rursus abscondi non potest. to. 1. pag. 429.col.2
Amor malus bona mala reddit.to.1.pag.492. colu m.1
Amor mundi germinantem suffocat virtutē. to.1.pag.557.col.2
Amor carnalis maximè obest hominibus perfectis.to.1.pag.564.col.2
Anabaptistarum error excluditur. to. 2. pag. 315.col.1
Andreas apostolus B. Petrū incognitionem Dei adduxit.to.1.pag.655.col.1
Andreas propter honorem frater Petri vocatur.to.1.pag.383.col.1
Angelus ob quid missus.to.1.pag.36.col.1
Angelus bonus initio terret in fine vero consolatur.to.1.pag.50 col.1
Angelus peccatum coram virgine nominare non audet.to.1.pag. 52.col.2
Angelus naturam humanam honorat tom.1. pag.136.col.2
Angelus quare claritate pastoribus apparuit. ibidem.col.2
Angelus natura excellentior est homine.to.1 pag.140.col.2
Angeli non tantum diliguntur à Deo ac homines.ibidem.
Angeli moturis adsunt.to.2.pag.430.col.2
Angeli proximi nostri sunt. to.2.pag.65.co.2
Angelus nō est in alio angelo etiā si in ipsum operetur.to.2.pag.115.col.2
Angeli amici sunt & vicini de oue inuēta gaudentes.to.2.pag.337.col.1
Angeli quare dicantur beati à Christo.tom.2. pag.614.col.1
Angeli ob id virtutes cælorum vocantur. to.2 pag.642.col.1
Angeli in iudicio motu insolito mouebūtur. ibidem.
Angelus qui Christum consolabatur in tristitia Michael erat. to.2.pag.689.col.2
Angelus in loco empyreo conditus fuit. to.2. pag.31.col.1
Anima magis est vbi amat quam vbi anima. to.1.pag.213.col.2
Anima aliquando transit in spiritum: animā in manibus ponere quid.to.1.pag.110.col.1
Anima in infernum missa liberari non potest.to.1.pag.246.col.1
Animæ quare in membris pati dicuntur. to.2 pag.435.col.2
Animæ separatę in inferno igne corporeo cruciantur.ibidem.pag.437.col.1
Anima separata singularia cognoscit. tom.2. pag.439.col.2
Anima sæpe pro vita corporali sumitur. to.2. pag.478.col.1
Anima aliquando pro parte sensitiua. tom.2. pag.54.col.1
Anima naturaliter inclinatur in Deū ex amore.to.2.pag.57.col.2
Anima sine charitate mortua manet. tom.2. pag.62.col.1
Anima sua natura cupit esse felix.tom.2.pag. 149.col.2
Anima immortalis est.to.2.pag.179.col.2
Anima occidi non dicitur.to.2.pag.180.col.2
Anima nostra seipsam intuetur. tom.1.pag. 522.col.2
Animam pro Christo perdere quid.to.1.pag. 635.col.1
Anima Christi in principio suæ conceptionis habuit gloriā animæ.to.1.pag.642.col.1
Anima in solo Deo quiescere potest. tom.2. pag.364.col.2.& pag.365.col.1.&2
Anima solo Deo impletur.to.2. pag.357.col. 1.& sequentibus.
Anima quare dicatur præcipue res Dei potior quam cæteræ creaturæ.to.2.pag. 612.col.2
Anima glorificata lucem sui corporis potest prohibere ne in visum agat. to.2. pag.742. colum.2
Anna prophetissa.106.vixit annos. to.1.pag. 192.col.2
Antichristus multos efficiet martyres. tom.2. pag.475.col.2
Antiqui patres in rebus arduis cantica componebant.to.1.pag.178.col.2
Antiqui pedes hospitis ante prandium lauabant.to.1.pag.529.col.1
Antiqui fœlicitatem existimabant sine morbo mori.to.2.pag.102.col.2
Aperiens os loquebatur, phrasis est Hebræa. to.1.pag.102.col.2
Apostoli propter officium missi. tom.1.pag. 382.col.1
Apostoli omnes vnico die in apostolatū sunt electi.to.1.pag.361.col.2
Apostoli non sunt oēs vocati à Christo.ibidē.
Apostolus Græce missus est Latine.to.1. pag. 382.col.2
Apostolis quare non sit statim præceptū abstinere à venere.to.2.pag.499.col.2
Apostoli ob quid omnia reliquerunt.tom. 2. pag.504.col.2
Apostoli quare non dicantur agni, sed quasi agni.to.2.pag.12.col.1
Apostoli ita incedebant vt modo fratres sancti Francisci.to.2.pag.15.col.1
Apostoli quare pauperes ad prædicandū mittantur.ibidem.
Apostoli aliter Deum viderunt ac patres antiqui.to.2.pag.47.col.2
Apostoli potestatem habebant super cælum & terram, & super omnem carnem.tom.1. pag.602 col.1
Apostoli qualiter portabāt panes cū esset prohibitum.
Aportare sacculum.to.2.pag.613.col.1
Apostoli quare non dixerint Christo quod docebant quod erat violator legis. to. 1. pag. 623.col.2
Apostoli ob quid in transfiguratione dormierint.to.1.pag.652.col.1
Apostoli gloriam transfigurationis, nec vidēre incipere, nec desinere. to.1. p.658. col.2
Apostoli sine speciali reuelatione prædicare poterant ex doctrina à Christo accepta.to. 2.pag.187.col.2
Apostoli qualiter condemnabūt filios Israel. to.2.pag.682.col.1
Apostoli in passione Christi ad præterita redierunt officia.to.2.pag.685.col.1
Apostoli qualiter seduci potuerint post aduēnum spiritus sancti.to.2.pag.624.col.2
Apostoli omnibus gentibus prædicauerunt euangelium.to.2.pag.768.col.2
Appetitus sensitiuus per voluntatem mouetur, vt conueniat cum superiori parte. to.2. pag.53.col.2
Appetitus excellentiæ deiectionem parit. to.2.pag.492.col.2
Arbitrium hominis gratiæ cooperatur.tom.2 pag.10.col.2
Arreptitij multa facere possunt quæ alij homines non possunt.to.1.pag.501.col.1
Articuli fidei non per se simul colligūtur. to. 1.pag.2.col.1
Aser vnus fuit ex patriarchis filiorum Iacob. to.1.pag.190.col.2
Assertio negantium prouidentiam Dei destruitur.to.2 pag.181.col.2
Asina quæ fuit ducta à Christo in die Palmarum non fuit cōmunis. to.2. pag.565. col.1
Aspectus domini omnia mala sanat.to.2.pag. 459.col.1
Asperitas vitæ terrori est dæmoni. to.2. pag. 423.col.1
Attritio filia est amoris proprij.to.1. pag.405 colum.1
Atrium quid.to.1.pag.21.col.1
Auaritia difficilius alijs vitijs curatur. tom.1. pag.360. col.2. & tom.2. pag.189. col.1. & vltra.
Auaritia deterior est prodigalitate. to.1. pag. 439.col.1
Auaritia fidem spem, & charitatem in creaturas refert.to.2.pag.190.col.1
Auaritia nunquam satiatur.ibidem.
Auaritia tempore crescit & non consumitur, ibidem col.2
Auari diuitiarum sunt serui.to.1.pag.93.col.1
Auarus nemini est vtilis.to.2.pag.417.col.2
Auarus reipub. maxime nocet.ibidem.
Auarus sibi ipsi est inhumanus.to.2.pag. 190 colum.2
Auarus non sibi, sed alijs laborat. tom.2.pag. 194.col.2
Audientes Deum à Deo exaudiuntur. tom.1 pag.363.col.2
Auditus spiritualis duplici constat aspiratione.to.1.pag.543.col.1.in fine.
Aue gratiosa pro gratia plena recta translatio est.to.1.pag.44.col.2
Augustinus,& Origenes qualiter sunt intelligendi cum dicunt euangelium non fuisse prædicatum per apostolos per totum mundum.to.2.pag.769.col.1
Auersio à Deo totius mali est origo.to.2.pag. 346.col.2
Authoritas non habet semper locum. tom.1. pag.377.col.1
Auxilium Dei speciale duplex est. to.2. pag. 370.col.1
Auxilium speciale quod sit homini necessarium.ibidem.col.2
Auxilia denegari actus est iustitiæ,& misericordiæ.to.1.pag.608.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auxilium Dei verbis explicari nequit. to.2. pag.102.col.1

B.

BAptismus Ioannis non dabat gratiam. to.1.pag.226.col.2
Baptismus Ioannis obligabat ad non sperni. ibidem.
Baptismus Ioannis pœnitẽtię vocabatur. ibi.
Baptismus Ioannis medium fuit inter sacramentum nouæ & veteris legis.tom.2.pag.412.col.2
Bartholomæus apostolus euangelium in India prædicauit.to.1.pag.383.col.2
Batos quid.to.2.pag.391.col.1
Beatitudo virtute cõtinetur in fide. to.1, pag.77.col.2
Beatitudo propter seipsam appetitur.tom.1.pag.393.col.1
Beatitudo duplex.ibidem.col.2
Beatitudo donũ, ab ea quæ est virtus differt. to.1.pag.394.col.2
Beatitudo ex rigore iustitiæ debetur seruanti mandata Dei.to.2.pag.452.col.1
Beatitudo formalis quid.to.2.pag.89.col.2
Beatitudo obiectiue quid.ibidem.
Beatitudo potius ad nos accedit quam nos ad ipsam.to.2.pag.92.col.2
Beatitudo in diuitijs esse non potest. tom.2.pag.149.col.2
Beatitudo in auditione verbi Dei est, vt fructus in semine.to.2.pag.150.col.2
Beatitudo in auditione verbi Dei est, vt in signo.ibidem.
Beatitudo quare maxime optanda. to.1. pag.407.col.1
Beatitudo per se quærenda est,to.2.pag.204.colum.2
Beatitudo quæri debet sine termino.ibidem.
Beatitudo cælestis potius explicatur per negationem quam per affirmationem. to.2. pag.222.col.1
Beati qui in via domini ambulant dicuntur. to.1.pag.235.col.2
Beati pauperes,de paupertate, & non de humilitate est intelligendum. to.1. pag.396. colum.1
Beati qualiter velint in infernum ire. tom.2. pag.439.col.1
Beati non essent iusti si non approbarent iudicium iustitiæ beatificantis.ibidem.
Beati non ita se amant sicut damnati. tom.2. pag.277.col.2
Beati operibus factis in cælo non merentur. to.2.pag.386.col.1
Beati obiectiue omnes sunt æqualiter beati, non tamen subiectiuè. to.2. pag.394.col.1
Beati coronati sunt reges à Christo. to.2.pag. 681.col.2
Beati qualiter edere & bibere dicantur in regno Dei.ibidem.
Beati illi dicũtur quos Deus liberat à debito to.1.pag.352.col.2
Beatus maior est omni viatore non tamẽ melior.to.1.pag.500.col.1
Benedicere laudare est.to.1.pag.107.col.2
Benedicere in scriptura aliquando maledicere est.to.1.pag.185.col.1
Benedicere quibus præcipuè conueniat.to.2 pag.494.col.1
Benedici à malis malũ est. to.1.pag.413.col.1
Benedicta quid in scriptura significet. tom.1. pag.46.col.1.in fi.
Benedictio hominis ad hominem bona precari est.to.1. pag.185.col.1
Benedictio hominis ad Deum laudare est.ibi.
Benedictio Dei ad hominem benefacere est. ibidem.
Benefactor proximorum Deum audit,tom.1. pag.364.col.1
Beneficia Dei ob magnitudinem dici non valent.to.2.pag.464.col.1
Beneficia etiam ingratis facienda sunt.tom.2. pag.463.col.1
Beneficiorum tria genera.to.2.pag.464.col.2
Beneficia inimico facta extra articulum necessitatis ad perfectionem attinent. to.1.pag. 424.col.1
Beneficia à Deo collata alijs enarranda sunt. to.1.pag.594.col.1
Bethlehem ciuitas fuit Dauid secundum originem.to.1.pag.128.col.1
Bethphage quid.to.2.pag.562.col.1
Bene viuere in scriptura vigilare dicitur. to.2 pag.221.col.1
Blasphemare loquela est inferni. tom.1, pag. 477.col.2
Blasphemia quid.to.1.pag.353.col.1
Blasphemia quare peccatum in Spiritum sanctum dicatur.to.2.pag.185.col.1
Blasphemia quare irremissibilis dicatur. ibid.
Blasphemus Deum ex proprio proposito offendit.to.1.pag.353.col.2
Blasphemi accusandi sunt.ibidem.col.1
Bona ob difficultatem deserenda non sunt. to.1.pag.68.col.1
Bona nostra Deo offerenda sunt. tom.1. pag. 166.colum.1
Bona temporalia Deus paruifacit.tom.1.pag. 218.col.1
Bona diuina amicis Dei reseruantur.ibidem.
Bona mundi vt vmbra transeunt. tom.1. pag. 290.col.1
Bona sunt quæ hominem ad Deum ducunt. to.1.pag.391.col.1
Bona occultè facienda sunt. tom.2.pag. 487. colum.2
Bona nostra dæmonis sunt, quando & nos eius sumus.to.2.pag.133.col.2
Bona dissipare quid.to.2.pag.382.col.1
Boni laudandi sunt.to.1.pag.73.col.2
Boni in gaudio exultant.to.1.pag.77.col.1
Boni proprium est suas virtutes in alio diligere.to.1.pag.96.col.1
Boni à voluntate sunt boni. tom.1. pag.147. col.1.&.2
Boni mutuò se adiuuant in ministerio Dei.to. 1.pag.195.col.1
Boni loca ad bonum apta quærunt. to.1. pag. 226.col.2
Boni & mali in ecclesia simul continentur.to. 1.pag.255.col.2
Boni tritico comparantur.to.1.pag. 256.col.2
Boni vniti sunt quasi vnum tor.to.1.pag.257. colum.1
Boni à mundo pro nihilo habentur.to.1.pag. 259.col.2
Boni imitandi sunt.to.1.pag.309.col.1
Boni timorem Dei cum reuerentia concipiũt to.1.pag.315.col.2
Boni in bonis, & in malis Deum agnoscunt. to.1.pag.334.col.2
Boni lætantur,in his, in quibus impij cruciantur.to.1.pag.358.col.2
Boni in miserijs sunt futuri fortes. tom.2.pag. 416.col.2
Boni in omni statu inueniuntur. tom. 2. pag. 476.col.1
Boni sæpius à malis corrumpuntur quam mali à bonis corrigantur.tom.2.pag.454. colum.1
Boni tentatione à malis distinguuntur. tom.2 pag.7.col.1
Boni malum excusant à malitia.to.2.pag.121 col.2.in fine.
Boni linguam habent in corde.to.2.pag.124. colum.2
Boni suorum obliuiscuntur, propter Dei honorem,to.1.pag.479.col.2
Boni est misereri peccatoris. tom.1. pag.524. colum.1
Boni à Deo ad tempus tantum deseruntur.to. 1.pag.572.col.2
Boni maximè lætabuntur, habendo Christũ iudicem potiùs quàm aliam diuinam personam.to.2.pag.647.col.1
Bonitas discipulorum quanta fuerit.to.1.pag. 371.col.2
Bonum commune semper quærendum est. to.1.pag.139.col.1
Bonum est quod cum voluntate diuina mensuratur.to.1.pag.274.col.2
Bonum omni tempore est operandum. to.1. pag.376.col.2
Bonum omni tempore & loco operãdum est. ibidem.
Bonum absolutè soli Deo competit. tom.2. pag.495.col.1
Bonum vbicunque est, est laudandum.to.2. pag.63.col.1
Bonum potius Deo desiderare debemus quã nobis.to.2.pag.91.col.2
Bonum diuiditur in honestum vtile, & delectabile.to.2.pag.139.col.2
Brachium domini eius potentia dicitur. to.1. pag.89.col.1

C

CAdere iniquè agere significat. to.1. pag. 376.col.1
Cadere supra Christũ quis dicatur. to.2. pag. 602.col.2
Calciamenta apostolorum tantum erant soleæ.to.1.pag.605.col.2
Calumnia pie gesta laudefactat.to.1. pag.425. colum.2
Calumniatores lege talionis damnantur.to.2. pag.497.col.1
Canticum Simeonis velut Epilogus est Euãgelij.to.1.pag.183.col.2
Capharnaum ciuitas Christi appellatur. to.1. pag.345.col.1
Capharnaum qualiter vsque ad cælos exaltata dicatur.to.2.pag.26.col.1
Capilli quare numerati esse dicantur. tom.2. pag.182.col.2
Carnes suas comedere quid.tom.1. pag.106. colum.2
Caro ieiunio est maceranda. tom.1. pag.194. colum.1
Caro & sanguis Christum non inuenerunt. to.1.pag.206.col.1
Caro à perseuerantia orationis semouet. to.2. pag.215.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Castellum pro vico in scriptura sumitur. to. 2 pag. 77. col. 2
Castellum ad quod discipuli mittebantur, nō erat Hierusalem. to. 2. pag. 563. col. 1
Castigatio contumelia vacare debet. tom. 1. pag. 532. col. 2
Casus in quibus homo sine peccato occidi potest. to. 2. pag. 496. col. 1
Castitas tribuit corporis sanitatem. to. 1. pag. 191. col. 2
Castitas dispositio est ad scrutanda cælestia. ibidem. col. 2
Causa cogitationis Mariæ. to. 1. pag. 49. col. 1
Causa progressionis Mariæ ad Elisabeth. to. 1 pag. 67. col. 1. &. 2
Causa præcepti diliges dominum Deū tuum. to. 1. pag. 81. col. 1
Causa recessus Mariæ ab Elisabeth. to. 1. pag. 95. col. 1
Causa miraculi potius attendenda quam miraculum. to. 1. pag. 287. col. 1
Cauendum ab eo, qui est proprij officij. to. 2. pag. 121. col. 2
Cæcitas corporis minor animæ cæcitate. to. 1. pag. 219. col. 2. & pag. 440. col. 2
Cæcus quare Christum filium Dauid, & non Abrahæ vocauit. to. 2. pag. 525. col. 2
Cæcus vocans Christum filium Dauid Messiam fatetur. ibidem. pag. 526. col. 1
Cæcus quare interrogatus quid velit sibi fieri. to. 2. pag. 529. col. 1
Cælum in scriptura aliquando aerem significat. to. 1. pag. 306. col. 2
Cælum claudi quid. ibidem.
Cælum in iudicio à statu mutabitur. to. 2 pag. 657. col. 1
Cælum quare in baptismo Christi apertum. to. 1. pag. 265. col. 2
Cænaculi distantia à loco vbi Christus orauit. to. 2. pa. 687. col. 2
Cænaculum in quo Christus cænauit illud est in quo apostoli latuerunt. to. 2. pag. 668 colum. 2
Centurio morti Christi affuit. to. 1. pag. 451. colum. 1
Centurio quare dixerit, Domine non sum dignus. to. 1. pag. 457. col. 1
Cerimoniæ custodiunt deuotionem. tom. 1. pag. 169. col. 2
Cerimoniæ ecclesiæ custodiendæ. ibidem.
Cerimoniæ ecclesiæ non sunt adinuentiones humanæ. to. 2. pag. 566. col. 1
Cæsar Augustus qualiter principes Christianos condemnabit. to. 1. pag. 124. col. 2
Charitas in præcepto est &, modus etiam diligendi. to. 1. pag. 247. col. 2
Charitas vera alios secum vult adducere. to. 1. pag. 364. col. 2
Charitas, Christi discipulos nos facit. tom. 2. pag. 380. col. 1
Charitas ad proximum non est in pœnam damnatorum. to. 2. pag. 440. col. 1
Charitas non eo modo dicitur donum acreliquæ gratiæ. to. 2. pag. 449. col. 1
Charitas sine sacramentis stare nō potest. to. 2. pag. 51. col. 2
Charitas vita est animæ. to. 2. pag. 63. col. 1
Charitas forma fidei est. to. 2. pag. 71. col. 2
Charitas vetat ne proximos iudicemus. to. 1. pag. 435. col. 1
Charitas malum non cogitat. to. 1. pag. 443. colum. 1
Charitas maior inter theologicas virtutes. to. 1. pag. 664. col. 1
Charitatem habere maius est quam apostolum esse. to. 2. pag. 239. col. 1
Charitatis officium est omnia in bonum consulere. to. 1. pag. 435. col. 1
Christus vt redemptor & doctor venit. to. 1. pag. 1. col. 2
Christū induere quid sit. to. 1. pag. 12. col. 2
Christus in Nazareth cōcept⁹. to. 1. p. 37. col. 2
Christus dicitur filius Dauid. to. 1. p. 40. col. 2
Christus à reparatione titulum honoris sumit. to. 1. pag. 52. col. 1
Christus quare non regnauit in domo Abrahæ. to. 1. pag. 53. col. 2
Christus temporale regnum parui facit. to. 1. pag. 54. col. 2
Christus non dicitur filius Dei adoptiuus. to. 1. pag. 61. col. 1
Christi honor Ioanni Baptistæ fuit commendatus. to. 1. pag. 71. col. 2
Christus absolutè dicitur benedictus. tom. 1. pag. 74. col. 1
Christus in instanti conceptionis fuit perfectus homo. to. 1. pag. 75. col. 1
Christus oībus seipsum p̄bet. to. 1. p. 83. col. 2
Christus diabolum vicit & spoliauit. tom. 1. pag. 110. col. 2
Christus nihil egit, quod antea nō fuerit prophetatum. to. 1. pag. 111. col. 1
Christus suo aduentu expulit nostram ignorantiam. to. 1. pag. 117. col. 2
Christus quare tempore Augusti Cæsaris venerit. to. 1. pag. 121. col. 1
Christus in plenitudine temporis natus. to. 1. pag. 129. col. 1
Christus quare dicatur primogenitus. tom. 1. pag. 130. col. 2
Christus inuolutus fuit pannis non dissipatis. to. 1. pag. 131. col. 1
Christus pannis inuoluitur tanquam peccator. ibidem. col. 2
Christus quare in præsepio ponitur. to. 1. pag. 132. col. 1
Christus in præsepio humilitatem docet. ibidem. col. 2.
Christus est ab æterno. to. 1. pag. 140. col. 1
Christus hominibus est natus. ibidem.
Christus quantum ad effectum nascitur timēntibus Deum. to. 1. pag. 140. col. 2
Christus secūdum humanitatem saluator est, & causa meritoria gratiæ. ibid. pag. 141. col. 2
Christus non est vnctus oleo materiali. to. 1. pag. 142. col. 1.
Christus secundum vtranque naturam est dominus. ibidem.
Christus non pugnans, sed sustinens vicit. ibidem. col. 2
Christus in præsepio ostenditur, vt saluator ostendatur. ibidem. col. 2
Christus natus est saluator hominis, & angelus. ibidem. pag. 144. col. 2
Christus natus ad gloriam, pacem, & bonam voluntatem. to. 1. pag. 147. col. 2
Christus humiliatur, vt nos subleuemur. to. 1. pag. 151. col. 2
Christus oēs nostras miserias accepit. ibidem.
Christus non fuit peccator, neque potuit peccare. to. 1. pag. 154. col. 1
Christus habuit similitudinem peccati. ibidē.
Christus seipsum legi submisit. to. 1. pag. 156. colum. 2
Christus in circuncisione ostenditur peccator. to. 1. pag. 157. col. 2
Christus in matris purificatione seruus apparet. to. 1. pag. 168. col. 1
Christus cognitus est à mundo in cruce. to. 1. pag. 182. col. 2
Christus ab omni populo spectabatur. tom. 1. pag. 183. col. 1
Christus quomodo multis fuit in ruinam. to. 1 pag. 185. col. 2
Christus venit in resurrectionem fideliū. to. 1 pag. 187. col. 1
Christus positus est nobis in signum. ibidem. colum. 2
Christus illuminat cæcos, & excæcat videntes. ibidem
Christus ab omni lingua contradicitur. to. 1. pag. 188. col. 1
Christus scientia experimentali proficiebat. to. 1. pag. 197. col. 2. & pag. 216. col. 1. & 2
Christus quare anno ætatis duodecimo sapiētiam suam ostendit. to. 1. pag. 198. col. 2
Christus quare à duodecimo anno vsque ad trigesimum siluit. ibidem.
Christus cur in festiuitate perditur. to. 1. pag. 203. col. 2
Christus an mendicauit ostiatim. tom. 1. pag. 209. col. 1. & pag. 672. col. 1
Christus sapiētia suū opus incepit. ibid. col. 2
Christus apertè patrem appellat. tom. 1. pag. 214. col. 1
Christus magis in passione meruit quam in templi disputatione. tom. 1. pag. 216. col. 1
Christus quare salutare nostrum dicatur to. 1. pag. 237. col. 2
Christus non fuit vsus calciamentis. to. 1. pag. 253. col. 2
Christus quare à Ioanne baptizari voluit. to. 1. pag. 264. col. 1
Christus vt peccator venit ad baptisma. ibid.
Christus ętate viginti nouem annorum baptizatur. to. 1. pag. 268. col. 1
Christus non fuit filius Salomonis. to. 1. pag. 272. col. 2
Christus plenus gratia plenitudine superabūdanti. to. 1. pag. 274. col. 1
Christus in deserto vincit dæmonē. ibi. col. 2
Christus per plures tentationes tentatus fuit. to. 1. pag. 276. col. 2
Christus non potuit tentari, nisi volens. to. 1. pag. 277. col. 1
Christus supernaturaliter famē sustinuit quadraginta diebus. to. 1. pag. 282. col. 1.
Christus quare spiritualem vitam à ieiunio incepit. ibidem. col. 2
Christus non indiguit ministerio angelorum. to. 1. pag. 296. col. 1
Christus diabolum suis armis vicit. to. 1. pag. 297. col. 2
Christus vt viator dæmonem superauit. to. 1. pag. 298. col. 2
Christus antequam prędicaret miracula fecit. ibid. col. 2
Christus publicè p̄dicauit. to. 1. pag. 299. col. 2
Christus prius fuit in Nazareth, quam in Cana Galilęæ. ibidem.
Christus plenus fuit donis gratiæ gratis datæ. to. 1. pag. 301. col. 1
Christus ad euangelizandum pauperibus venisse dicitur. ibidem. col. 2
Christus quare nō fecit miracula in Nazareth to. 1. pag. 305. col. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus quare non recipiatur à Iudæis. to.1. pag.310.col.2
Christus vbi magis offendebatur maiora præstabat beneficia.to.1.pag.314.col.1
Christus potestate creata spiritus poterat imperare.to.1.pag.315.col.2
Christus diu noctuque laborabat. to. 1 pag. 321.col.1
Christus quare spiritibus immundis tacere præcepit.to.1.pag.322.col.2
Christus nunquam ecclesiam suam derelinquit.to.1.pag.328.col.2
Christus qualiter se habuerit in apostolorum vocatione.to.1.pag.337.col.2
Christus quare leprosum tetigerit. to. 1. pag. 341. col.1
Christus per humanitatem operatus est salutem.to.1.pag.240.col.1
Christus tactu leprosi non fecit cõtra legem. ibidem.
Christus in necessitatibus spopondit se nobis auxiliaturum.to.1.pag.240.col.2
Christus quos curauit noluit habere in discipulos.to.1.pag.356.col.2
Christus eos sanat qui infirmitates suas profitentur.to.1.pag.365.col.2
Christus non venit vocare suæ iustitiæ confidentes.to.1.pag.366.col.1
Christus quare appellat pharisæos iustos.ibi.
Christus quare in sabbatho curabat.to.1.pag. 370.col.1
Christus quatenus homo orabat.tom.1. pag. 379.col.2
Christus duodecim tantum elegit apostolos. to 1.pag.380.col.
Christus quare pauperes vocauit in apostolos.to.1.pag.381.col.2
Christus cur Iudam in apostolum elegerit. to mo.1.pag.385.col.2
Christus legem perfecit,& non soluit.tom.2. pag.414.col.1
Christus suos in hac vita & in alia præmiat. to.2.pag.304.col.2
Christus cur transfigurari voluit.tom.1. pag. 644.col.1
Christus quare Hierosolymæ mori voluit.to. 2.pag.515.col.2
Christus cur filium hominis seipsum dicit.to mo.2.pag.516.col.2
Christus missus vocatur in scriptura. tom.2. pag.4.col.2
Christus inuisibiliter in animas fidelium venit.to.2.pag.5.col.2
Christus salutationem non prohibuit. tom.2. pag.17.col.1
Christus cur in petitionibus orationis Dominicæ verbo vtatur impersonali. to.2.pag. 95.col.1
Christus non inuenitur risisse. to.1.pag.422. colum.2
Christus admiratus fuit secundum scientiam experimentalem.to.1.pag.461.col.1
Christus quare aliqua iuramento affirmet.to. 1,pag.462.col.2
Christus cur domos publicanorum non rogatus ingrediebatur, non tamen pharisæorum. to.1.pag.503.col.2
Christus in suis nec minimam suffert iniuriã. to.1.pag.525.col.2
Christus cur parabolis vtebatur.to.1.pag.538 colum.2
Christus cur nauiculam ascenderit. to.1.pag. 567.col.1
Christus cur cum Iairo iuit non autem cum Regulo.to.1.pag.585.col.1
Christum erubescere, ex suo genere peccati mortale est.tom.1.pag.636.col.1
Christus testes veteris, & nouæ legis cum in transfiguratione adduxerit. to.1.pag.642. colum.1
Christus quare filius hominis in singulari dicatur.to.2.pag.230.col.1
Christus qualiter dicatur coarctari ad passionem.to.2.pag.239.col.2
Christus quomodo nõ venit mittere pacem. ibidem.
Christus Herodem vulpem appellat.tom.1. pag.271.col.1
Christus cur communiorem vitam elegerit. tom.2.pag.324.col.2
Christus quare ante passionem prædixit mortem.tom.2.pag.517.col.1
Christus de passione agens cur in tertia persona loquitur.to.2.pag.518.col.2
Christus cur nullum furiosum curauit. to.2 pag.529.col.2
Christus quare miracula aliqua fidei tribuit. to.2.pag.531.col.1
Christus nobilis dicitur secundum vtramque naturam.to.2.pag.549.col.2
Christus cur in die palmarum honorem sibi fieri permisit.to.2.pag.569 col.1
Christus in medio triumphi lachrymas effudit.to.2.pag.577.col.1
Christus in sua passione tristatus fuit intensue, & extensiue.to.2.pag.686.col.2
Christus angelo custode non indiguit.tom.2. pag.689.col.2
Christus bis à Iudæis ad concilium ductus est. to.2.pag.705.col.2
Christus multoties dixit Iudæis, se Christũ esse.ibidem.
Christus quare Galilęus existimabatur.to.2. pag.707.col.1
Christus cur Caiphæ, & Pilato respondit in sua passione,non autem Herodi.to.2.pag. 707.col.2
Christus duos in sua passione à morte liberauit.to.2.pag.711.col.1
Christus maxime omnium mortalium fuit derisus,to.2.pag.719.col.2
Christus qua hora crucifixus sit.to.2.pag.723 colum.1
Christus eadem hora mortuus est, qua Adam peccauit.to.2.pag.725.col.1
Christus à septẽ in cruce glorificatus est. to.2 pag.727.col.1
Christus cur in horto sepeliri voluit, & in monumento alieno.to.2.pag.729.col.1
Christus quare sepulchrum egregium habere voluit.ibidem.col.2
Christus propria virtute surrexit. to.2.pag. 734.col.1
Christus cicatrices passionis post resurrectionem seruauit.to.2 pag.763.col.2
Christum pati necessarium fuit.to.2 pag.767 colum.1
Christus non dixit apostolis aperte se non regnaturũ temporaliter. to.2. pag.625. col.1
Christus in quantum homo iudicaturus est vivos & mortuos.to.2.pag.646.col.1
Christus in pane azymo consecrauit.tom.2. pag.666.col.1
Christus cum adhuc durabat luna decimaquarta mortuus est.ibidem.
Christus Petro & Ioanni & non Iudæ mensę præparationem commendauit. ibid. col.2
Christus omne ꝙ potuit facere fecit cũ se nobis in sacramento dedit.to.2.pag.672.col.1
Christus testamenti meminit in consecratione calicis, & non in panis cõsecratione.to. 2.pag.675.col.1
Christus præmium accidentale,& dominium omnis creaturæ sibi promeruit. to. 1. pag. 736.col.1
Christus primo omnium apparuit matri suæ. to.2.pag.758.col.2
Christianus non debet ab ecclesia recedere. to.1.pag.32.col.2
Christianus an potest virginis Mariæ beatitudinem assequi.to.1.pag.86.col.1
Cibi corporalis à spirituali differentia. to.2. pag.327.col.1
Cibus contemplationem impedit. to.1. pag. 27.col.2
Circumcisio non fiebat in templo. to.1. pag. 99.col.2
Circumcisio abcisio erat carnis.to.1.pag.100. colum.1
Circumcisio in remedium peccati originis data.to.1.pag.157.col.2
Circumcisio discrimen fuit Iudaici & Gentilis populi.to.1.pag.160.col.1
Circumcisio an cessauit in circumcisione Christi.ibidem.col.2
Circumcisio veritatẽ humanitatis Christi ostẽdit.to.1.pag.162.col.2
Circunstantia legis etiam minima seruanda. to.1.pag.244.col.2
Citare dupliciter in scriptura contingit. to.2. pag.17.col.1
Clamor electorum formaliter desiderium est beatitudinis.to.2.pag.287.col.2
Claritas humanitatis Christi, argumentũ est eius diuinitatis.tom.1.pag.52.col.2
Claritas transfigurationis, & resurrectionis, in quibus conueniant. to.1.pag.642. col.1
Claritas Christi in transfiguratione eadẽ fuit specie cum claritate patris.to. 2.pag. 648. colum.1
Cogitationes sceleratorum vanæ sunt.tom.2. pag.544.col.1
Cogitationes hominũ cognoscere solius Dei est.to.1.pag.353.col.2
Cognatio spiritualis carnali anteferenda est. to.1.pag.565.col.1
Cognitio cæli nihil prodest non cognoscenti ascensum.to 1.pag.1.col.2
Cognitio per fidem inchoatio est cognitionis beatæ.to.1.pag.77.col.2
Cognitio fidei perfectior est cognitione scientiæ.to.1.pag.78.col.1
Cognitio quæ de Deo aliquando per rationẽ habetur reuelatio dicitur.to.2.pag.45.col.1
Collegium Christi bonos & malos habuit.to. 1.pag.384. col.2
Columba,in qua Spiritus sanctus,non fuit vera columba.to.1.pag.266.col.1
Comestio Christi post resurrectionem vera comestio fuit.to.2.pag.765.col.2
Communitas ob vnius delictum contemnenda non est.to.1.pag.384.col.1.&.2
Communicare cum peccatore dupliciter dicitur.to.2.pag.543.col.2
Concionatorem eligere maximum opus est. to.1.pag.223.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Concinnare quid.to.2.pag.50.col.1
Condemnatio iudicium lequitur.to.1.pag. 437.col.1
Confessio qualiter faciẽda.to.2.pag.116.col.1
Confessio humilis delicti remissionem impetret.to.2.pag.367.col.2
Confessionis vtilitates.to.2.pag.374.col.1
Confessor peccatorem carpere non debet donec finita sit confessio.to.2.pag.745.col.1
Confessio boni latronis tres conditiones habuit verè pœnitentis.to.2.pag.721.col.2
Confessio exterior de necessitate est salutis. to.1.pag.636.col.1
Congregatio ad iudicium in momento fiet. to.2.pag.477.col.1
Coniunctio, &, aliquando causalis est.tom.1. pag.74.col.1
Coniunctio, &, aliquando idem valet quod, nam.to.1 pag.457.col.2
Coniunctio, vt in scriptura aliquando non dicit causam sed consecutionem effectus.to. 1.pag.546.col.1
Coniunctio, quoniam, aliquando effectum significat.to.1.pag 530.col.1
Conscientia bona audaciam præbet. tom.2. pag.507.col.1
Consecratio sanguinis quare fiat distinctè à consecratione corporis.to.2.pag.675.col 2
Conseruatio salutis humanę anteponenda est obseruationi festorum. to.1. pag 373. col.1
Consideratio proprię virtutis mater est humilitatis.to.1.pag.83.col.2
Consideratio Dei quid efficiat in homine. to. 1.pag.334.col.1. & pag.343.col.2
Consilia Dei semitæ vocantur.to.1. pag.232. colum.2
Consilium seruorum contemnendum nõ est. to.1.pag.308.col.2
Consilium à lege accipiendum est. to.2. pag. 52.col.1
Consolationes humanæ plenæ sunt amaritudine.to.1.pag.239.col.2
Consuetudo bona seruanda est.to.1.pag.201. colum.2
Consuetudo emendi, & vendendi in templo vnde orta fuerit.to.2.pag.583.col.1
Contemplatio quid.to.2.pag.86.col.1
Contemplatio in amore consistit.ibidem.
Contemptus fortitudinem gignit. to.1. pag. 409.col.2
Contritio filia est diuini amoris. tom. 1. pag. 405.col.1
Conuersationes humanæ fugiendę.to.1.pag. 42.col.2
Cõuiuia honesta futura.tom.1.pag.506.col.2
Conuiuia pia à Christo non sunt prohibita. to.2.pag.297.col.1
Conuiuium Dei quare cœna, & nõ prandiũ dicatur.to.2.pag.299.col.1
Cor in scriptura pro quo sumatur. to.2. pag. 745.col.2
Corpus animæ est vestimentum. tom.2. pag. 421.col.2
Corpus B. virginis corruptum non fuit. to.2. pag.75.col.1
Correctio fraterna quando & quomodo fieri debeat.to.2.pag.446.col.2
Corruptio in pœnam peccati venit.to.2.pag. 75.col.1
Cras in scriptura quomodo accipiatur.tom.2. pag.202.col.2
Creaturæ participatiuè dicuntur.tom.2.pag. 495.col.1
Credere & non, in potentia hominis est.to.1. pag.470.col.1
Credentes in Christum tangunt ipsum.to.1. pag.392.col.2
Culpa secunda peior est prima.to.2.pag.138. colum.2
Culpa essentia est peccati.to.1.pag.158.col.1
Cura humanarum rerum hominem pertubat.to.2.pag.357.col.2
Curatio miraculosa propter scandalum dimissi non debuit.to.1.pag.377.col.2

D.

DAmnati vtũtur in inferno notitia quam habuerunt in via.to.2.pag.439.col.2
Damnatis aduentu eorũ, quos ad peccata pepulerunt tormentum augescit. tom.2.pag. 440.col.1
Damnatis an melius esset non esse quam sic esse.to.2.pag.267.col.1
Damnatorum non esse omne malum transcedit.ibidem.
Damnati gloriam beatorum videbunt visione intellectiua.to.2.pag.268.col.2
Damnati in inferno non merẽtur supplicium propter opera illic facta.to.2.pag.386.col.1
Damnati etiãsi in die iudicij filium hominis videant,nõ erũt beati.to.2. pag.646.col.1
Damnati dulcedinis vitæ præteritæ nõ recordantur.to.2.pag.743.col.1
Damnati non pœnitent de peccatis, vt sunt Dei offensiua.to.2.pag.437.col.2
Damnatio fidelium cęteris paribus maior est infidelium.to.2.pag.26.col.1
Dare præstantius est quam accipere. tom.2. pag.104.col.2
Dare locum iræ quid.to.2.pag.448.col.1
David apud Iudæos maior omnibus fuit.to.2 pag.616.col.2
Dicta non solum verbis rependenda.tom.1. pag.109.col.1
Dictum plus est quam peccatum. to.1.pag. 527.col.2
Decimæ in ecclesia non sunt ex lege diuina, neque naturali quantum ad quotam sed ex positiua.to.2.pag.167.col.2
Decimæ constitutæ fuerunt ex institutione Dei.ibidem.col.1
Dedecus est à viro improbo laudari. tom.1. pag.194.col.2
Defectus secreti proximorum reuelandi non sunt.to.1.pag.601.col.1
Delectatio non est per se bonum. to.2. pag. 50.col.1
Delectatio per se nec bonum nec malum est. ibidem.
Deliciæ Christi, animæ sunt.tom.1.pag.345. colum.2
Deliciæ carnis fugiendæ.to.1.pag.370.col.2.
De omnibus statibus aliquis saluabitur. to.2. pag.476.col.1
Deiflores pernicioſissimi sunt.to.2. pag.411. colum.1
Denotio requiritur in miraculis.to.1. pag.305 colum.2
Desideria bona sine ipsis operibus ferè nihil proficiunt.to.2.pag.535.col.2
Deprecantes vindictam alicuius Deũ tentãt. tom.1.pag.297.col.2
Deus solus animam nostram satiat.to. 1.pag. 401.col.1
Deus solũm propter seipsum est amandus.to. 1.pag.407.col.1
Deus semper fauet his, qui in bonis operibus se exercent.to.1 pag.467.col.2
Deus misero & egeno subuenit.to.1.pag.513. colum.2
Deus in afflictionibus inuocandus. to.1.pag. 514.col.1
Deus in cilicio & cinere inuocandus.tom.1. pag.515.col.2
Deus quare in solennitate sacrificium offerri iubebat pro peccato.to.1.pag.518.col 1
Deus qualiter nos obcæcare dicatur.to.1.pag. 545. col.2
Deus quomodo exijt cum immutabilis sit.to. 1.pag.548.col.1
Deus duritici nostræ non est causa effectiuè, sed permissiuè.to.1.pag.554.col.1
Deus qualiter dormire dicatur.to.1. pag.569. colum.1
Deus quare ostendit pericula à quibus suos eruit.to.1.pag.572.col.1
Deus cur non præcepit vt patres filios diligãt. to.1.pag.585.col.1
Deus nras vult cognoscamus miserias,vt magis sua ostendat beneficia.to.1.p.595.col.1
Deum mori necesse fuit necessitate conditionata.to.1.pag.627.col.1
Deum alicui faciem ostendere est fauere illi. to.1.pag.667.col.1
Dei dicere, facere est.to.2.pag.184.col.2
Deus lætanter & non timide est spectandus. to.2.pag.220.col.2
Deus qualiter dicatur trãsiens ministrare.ibidem.col.1.in fine.
Deus quare charitas sit.to.2.pag.239.col.1
Deus eisdẽ vtitur minis in lege gratiæ,quibus vtebatur in lege scripta.to.2.pag.245.col.1
Deus cur à peccatoribus pœnitentiam exigat ibidem.col.2
Deus quare aliquos in hac vita puniat.tom.2. pag.247.col.2
Deus quod semel dimisit nunquam repetit. to.2.pag.375.col.2
Deus aliquãdo maiores tribuit consolationes spirituales denuo cõuersis.to.2.p.377.col.2
Deus bonum opus alio bono opere remunerat.to.2.pag.402.col.1
Deus quãdo stare dicatur.to.2. pag.528.col.2
Deus vbi inueniatur.to.2.pag.539.col.1
Deus aliter est in ecclesia,&aliter in foro.to.2 pag.546.col.2
Deus dupliciter cognosci potest.ibidem.
Deus cum sit summa bonitas odio haberi nõ potest.to.2.pag.552.col.2
Deus iustas petitiones exaudit.to.1. pag.173. colum.1
Deus quem vocat commouet rebus ipsi communibus.ibidem.col.2
Deus magnificentior in dando quam in promittendo.to.1.pag.176.col.2
Deus neminem ad malum solicitat.to.1. pag. 186.colum.1
Deus corripiendo suos,amorem ostendit.to.1 pag.189.col.2
Deus in templo magis adest.tom. 1.pag. 201. colum.1
Deus bonos ad tempus relinquit.tom.1. pag. 203.colum.1
Deus in affluentia bonorum magis offenditur.to.1.pag.203.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus miſcet læta triſtibus.to.1.pag.207.col.2
Deus pœnitentia quærendus eſt.to.1.pag.213 colum.2
Deus nũquam obliuiſcitur nos.to.1.pag.224. colum.2
Deus non poteſt ſine pœnitentia peccata remittere.to.1.pag.227.col.1
Deus cur ab homine petit.ibidem.
Deus quare dicatur non parcere delinquenti. ibidem.
Deus nullum peccatum impunitum relinquit.ibidem.
Deus quare non audit peccatores. tom.2 pag. 102.colum.1
Deus non præcipit impoſsibilia. tom.1.pag. 240.col.2
Deus quomodo poterat ex lapidibus facere filios Abrahæ.to.1.pag.242.col.1.&.2
Deus alijs dona tribuit, alijs fructum donorũ. to.1.pag.261.col.2
Deus peccatores expectat.tom. 1. pag. 256. colum.1
Deus vocem formare non poteſt.tom.1.pag. 266.col.1
Deus non permittit hominem tentari vltra id quod poteſt.to.1.pag 280.col.1
Deus quacunque re hominem ſuſtentare poteſt.to.1.pag.288.col.1
Deus potius diligendus quam timendus.to.1 pag.295.col.2
Deum tentat qui ſine neceſsitate miraculum petit.to.1.pag.296.col.2
Deum tentat qui ſe exponit periculo.ibidẽ.
Deus placabilis redditur tempore plenitudinis gratiæ.to.1.pag.302 col.2
Deus fidem & hominum merita reſpicit.to.1 pag.307.col.1
Dei operibus diligenter incumbendum. to.1. pag.7.col.1.& pag.150.col.2
Deus nihil inordinatum vult.ibidem.col.2
Deo proprium eſt nomen ſubſtantiæ,& ſubſiſtentiæ.to.1.pag.10.col.1
Deo placere ſimul, & hominibus magnum quid.to.1.pag.16.col.1
Deus afflictione premit ſuos.to.1.pag.16.col. 2.& pag.120.col.1
Deus omnia videt.to.1.pag.20.col.2
Deus fauet his, qui ſanctis funguntur officijs. to.1.pag.21.col 2
Deus leuia ſuorum amicorum peccata hic punit.to.1.pag.30.col.2
Deus abſcondit à vulgo ſacerdotum defectus. to.1.pag.32.col.2
Deus magnificit humilia. tomo.1. pag.37. colum.2
Deus vult votum ſeruari ſibi. tom.1.pag.58. colum.1
Deus humilium virtutes manifeſtat. tom.1. pag.68.col.1.& pag.148.col.2
Deus liberalis ad miſerendum,& piger ad vindictam ſumendam.to.1.pag.69.col.1
Dei proprium eſt miſereri ſemper & parcere. ibidem.col.2
Dei alienum opus punire.to.1.pag.70.col.1
Deus magnificatur in nobis per actus noſtros to.1.pag.80.col.1
Deus dicitur creſcere in imperio.ibidem.
Deus magnificatus eſt ſuper omnem terram. to.1.pag.80.col.2
Deus potius laudandus anima quam corpore. to.1.pag.81.col.1
Deus infirmum quem recipit ſanat.to.1.pag. 84.col.2
Deus promiſſa complet.to.1.pag.94.col.2.& pag.113.col.1
Deus detinet ſe in conferẽdo.vt meritum augeat.to.1.pag.96.col.2
Deus ex malis bona producit ibidem.
Deus non mittit flagellum quin miſericordiæ recordetur.to.1.pag.97.col.1
Deus ora ſanctorum aperit. tom.1. pag.120. colum.2
Deus pœnitenti dat gratiam, & omnia quæ in ſtatu gratiæ meruerat reſtituit.to.1.pag. 103.col.2
Deus cur dicatur dominus & Deus Iſrael.to.1 pag.107.col.2
Deus ratione deitatis odio haberi non poteſt. tom.1. pag. 111. col. 1. & tom.2. pag.405. colum.1
Deus quare odio non habeatur.ibidem.
Deus pater ſeipſum dedit nobis in filio.to.1. pag.113.col.1
Deus filiali timore ſeruiendus.ibidem.col.2
Deo inſeruire non poſſumus niſi ipſe præſtiterit.to.1.pag.114.col.1
Deus vtitur edicto Cæſaris vt Chriſtus in Bethlehem naſcatur.to.1.pag.128.col.1
Deus etiam poſt mortem ſuorum recordatur.ibidem.
Deus apparet vigilantibus. tom.1.pag.135. colum.1
Deus conſolatur dilectos ſuos opportuno tempore.to.1.pag.138.col.1
Deus ſemper laudandus, vt alij prouocentur. to.1.pag.145.col.1
Deus vult homines ab hominibus doceri.to.1. pag.153.col.1

Deus

Deus factus eſt homo ob peccatum. to.1.pag. 164.col.1
Deus aliter ac mundus, ſuos honorat. tom.2. pag.437.col.2
Deus illos neſcire dicitur, quos nõ approbat. to.2.pag.467.col.1
Deus quare vult nos gratos.ibidem.col.2
Deum in ſua domo offendunt qui in templo peccant.to.2.pag.489.col.1
Deus ex malis bona elicit.to.2.pag.489.co.2
Deus in lege veteri ſalutem noſtram præfigurauit.to.2.pag.515.col.2
Deus omnia facit propter prædeſtinatos.to.2 pag.19.col.2
Deus quare à nobis vult amari.tom.2. pag.55. colum.1
Deus diligendus quia ſummum bonum.to.2. pag.56.col.2
Deus diligendus quia dominus.to.2. pag.58. colum.1
Deus diligendus quia tuus.to.2.pag.58.col.2
Deus quomodo diligendus.ibidem.
Deus non obligat nos vt eum diligamus feruentius cæteris rebus.to.2.pag.60.col.1
Deus diligi non poteſt quin eius præcepta cu ſtodiantur.to.2.pag.61.col.1
Deus quare à nobis velit vocari pater. tom.2. pag.90.col.1.&.2
Deus qua ratione ſit bonum noſtrum. tom.2. pag.92.col.2
Deus non eſt in nobis aliquid formale.ibid.
Deus non eſt pater eorum qui alijs non parcunt.to.2.pag.97.col.2
Deus quare vult, vt nos ab ipſo petamus.to.2 pag.105.col.1.&. 2
Deus ſuam preſentiam in pœnam peccati tollit.to.1.pag.311.col.2
Deus à nobis recedit ob noſtra flagitia.tom.1. pag.312.col.2
Deus magnum beneficium illi contulit in cuius domum ingreditur.to.1.pag.316.col.1
Deus animas peccatorum tripliciter ſanat.to. 1.pag.319.col.1
Deus non vult laudari ab habentibus aliud in ore,& aliud in corde. to.1.pag.322.col.2
Deus dilectos ſuos ſuauiter in cælum ducit. to.1.pag.336.col.1
Deus quare oſtendit præmium hominibus. ibidem.col.2
Deus cur paſtores in reges, & piſcatores in principes eccleſiæ elegit.to.1.pag.337.co.1
Deus immunditias peccatorum deteſtatur. to.1.pag.338.col.1
Deo proprium eſt in inſtanti agere.to.1.pag. 240.colum.2
Deus plura dat quam ab illo petuntur.to.1. pag.351.col.1
Deus facile placatur.to.1.pag.351.col.2
Deo obediendum eſt in proſperitate,& in laboribus.to.1.pag.357.col.1.&.2
Deus ob quid voluerit peccata ſanctorũ manifeſtari.to.1.pag.361.col.1
Deus ſua ſola miſericordia nos vocat. ibidem.
Deus in quibus præceptis poteſt diſpenſare. to.1.pag.374.col.1
Deus ex malis ſæpe bona elicit.to.1.pag.374. colum.2
Deus creauit homines in reparationem angelicæ ruinæ.to.1.pag.281.col.1
Deus ad ſe tribulationibus trahit,& ſuauitate vocat.to.1.pag.385.col.1
Deus ſic vtitur miſericordia,vt iuſtitia ſua ſalua maneat.to.1.pag.389.col.2
Deo inſeruiens in omni ſæculo inculpate viuit. to.2.pag.404.col.2
Deus quare alios diuites & alios pauperes effecit.to.2.pag.424.col.2
Deus impijs in hoc ſæculo bona elargitur, vt bona quæ in illis ſunt remuneret.to.2.pag. 437.col.2
Deus cur ſtatim puniuit Adam non autem Cain. to.2.pag.581.col.1
Deus qualiter à nobis nunc abſens dicatur.to. 2.pag.591.col.2
Deus angelos ſuos mittit quando aliquid magnum operari vult.to.2.pag.733.col.1
Deus cognoſci non poteſt à creatura quantũ cognoſcibilis eſt.to.2.pag.45.col.1
Deum eſſe quo ad nos non eſt per ſe notum, demonſtrabile tamen eſt. tom.2.pag.640. colum.2
Diabolus eſt in homine vt motor in eo, quod mouet.to.2.pag.139.col.2
Diabolus miracula conatur facere. to.1.pag. 486.col.2
Diabolus quare volucribus cæli aſſimiletur. to.1.pag.551.col.2
Diabolus ab intellectu & voluntate noſtra nihil eripere poteſt.ibidem.
Diabolus circa phantaſmata operari poteſt. tom.1.pag.552.col.1
Diabolus quare à corde hominum verbum Dei tollere dicatur.ibidem.
Diabolus per arreptitium loquens in ventre eſt.to.1.pag.577.col.2
Diabolus in nuditate hominis lætatur.ibidẽ.
Diabolus cum lædit nos in temporalibus animam noſtram quærit.to.1.pag.579.col.2

Diabo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diabolis quare conceſſum in porcos intrare. tom.1.pag.580.col.1
Diabolus ſcire non poteſt determinate gloriam beatorum.to.2.pag.296.col.1
Diabolus Deum naturali quodã amore pluſquam ſeipſum diligit.to.2.pag.552.col.2
Diabolus in deſerto ambulare ſolet.to.1.pag.275.col.2
Diabolus non expugnat eos qui ſui ſunt. to.1 pag.277.col.2
Diabolus virtuti deditos tentat.ibidem.
Diabolus nos ſpontaneos vincit. tom.1. pag.280.col.2
Diabolus nos tentat quando virtus debilior eſt.to.1.pag.284.col.2
Diaboli myſterium incarnationis non intellexerunt donec euangelium audierunt prædicari ab apoſtolis.to.1.pag.285. col.1
Diabolus ſuis minima dat.to.1. pag.287.co.2
Diabolus arte magica oſtendit Chriſto mundi gloriam.to.1.pag.290.col.1
Diabolus minima re nos tentat. ibidem.
Diabolus ſemper auget tentationes.to.1.pag.291.col.2
Diabolo conſentientes illum adorant. to.1. pag.292.col.1
Diabolus in omnibus promiſsis mendax.ibi.
Diabolus homines extollit, vt in infernũ dejiciat.to.1.pag.292.col.2
Diabolus conatur ducere homines ad exteriora.ibidem col.2
Diabolus viros probos de confidentia tentat. to.1.pag.293.col.1
Diabolus ab hominibus timorem conatur auferre.ibidem.
Diabolus ſcripturas ſ. git vt decipiat. tom.1. pag.297.col.2
Diabolus virtuti cedit.to.1.pag.298.col.1
Diabolus non recedit vſque in finem, ſed ad tempus.ibidem.
Diabolus aliquando ſe finit vinci.tom.1.pag. 298.col.2
Diabolus facile in principio vincitur. tom.1. pag.4.col.1
Diaboli tentatio legi non ſubiacet. ibid.col.2
Diabolus aperit impiorum ora.to.1. pag.103. colum.1
Diaboli nos odio habent, quia ipſi Deũ odiũt. to.1.pag.111.col.1
Diabolus ex bono malum elicit. tom.2. pag. 482.col.1
Diabolus quare nos ita perſequatur. tom. 2. pag.113.col.2
Diabolus diem iudicij differri vult.to.2. pag. 114.colum.1
Diabolus directè non vult damnationem noſtram.to.2.pag.114.col.1
Diabolus quare permittatur ingredi humana corpora.to.2.pag.115.col.1
Diabolus diuerſum dominium habet in corpus, & in animam.ibidem col.2
Diabolus intra animam eſſe non poteſt.ibid.
Diabolum à corporibus eijcere clare demonſtrabat Chriſtum verum eſſe Meſsiam in lege promiſſum.to.2.pag.128.col.1
Diaboli principem & principatum habent. to.2.pag.130.col.1
Diaboli inter ſe, vt homini nocent conſentiunt.to.2.pag.130.col.2
Diabolus inferiorem dęmonem à corpore eijcere poteſt.ibidem.
Diabolus ante Chriſti aduentum duplicem in hominibus habebat poteſtatem. to.2.pag. 132.col.1
Diabolo poſt Chriſti aduentum poteſtas non eſt omnino ablata.ibidem.
Diaboli poteſtas nõ ſe extendit ad iuſtos. ibidem.col.2
Diabolus ſpiritus nequam dicitur non natura,ſed moribus.to.2.pag 134.col.2
Diabolus quieſcere non poteſt.to.2.pag.135. colum.1
Diabolus turbator eſt noſtrarum cogitationum.to.2.pag.81.col.1
Diabolus non dicitur proximus noſter.to.2. pag.66.col.1
Diabolo quando datur locus.tom.2.pag.136. colum.2
Diabolus maximè in nouitatis inuẽtione ſtudet.to.1.pag 314.col.2
Diabolus etiam ſi vera prædicet non eſt audiendus.to.1.pag.315.col.1
Diaboli non credebant Chriſtum eſſe Meſsiam.to.1.pag.322.col.1
Diaboli diem iudicij timent. tom.1. pag.322. colum.1
Diabolus pauoni aſsimilatur. to.1. pag.341. colum.2
Diabolus ab abſtinẽte fugit. to. 1. p.370.col.1
Diabolus ab effectu immundus appellatur. to.2.pag.134.col.2
Diabolus caput eſt impiorum.to.2.pag.407. colum.1
Diabolus diligi non poteſt.ibidem.
Diabolo adhęrere, & illũ ſuſtinere idẽ eſt.ibi.
Diabolus ſuis nullum dat præmiũ. to.2. pag. 406.col.2
Diaboli non habuerunt poteſtatẽ in animas iuſtorum
iuſtorum ante Chriſti aduentum in ſinum Abrahæ.to.2.pag.430.col.2
Diabolus qualiter in Iudam intrauerit. to. 2. pag.664.col.1
Diabolus quare fulguri cõparatur. to.2. pag. 30.col.2
Diaboli quinq; notantur vitia. to.1.pag.298. colum.1
Dicere Dei eſt eius facere.to.1.pag.62.col.2
Dicta prophetarũ de libertate Iſrael in Chriſti aduentu ſpiritualiter ſunt intelligenda. to.1.pag.303.col.1
Diebus feſtis quare ab occupationibus ceſſatur.to.1.pag.300.col.1
Dies iudicij dies retributionis dicitur. tom.1. pag.303.col.1
Dies iudicij dies Chriſti dicitur.to.2.pag.472 colum.1
Dies iudicij à nemine ſciri poteſt ſine Dei revelatione.to.2.pag.644.col.2
Dies azymorum quis dicatur. to.2. pag.665. colum.2
Differentia inter diem ſabbathorum, & diem ſabbathi.to.1.pag.300.col.1
Differentia viſionis boni & mali angeli.to.1. pag.24.col.1
Differentia veri à falſo propheta.to.2.pag.123 colum.1
Differẽtia Dei & idolorũ.to.2.pag.405.col.1
Differentia libelli repudij & dimiſsionis vxoris nouæ legis.to.2.pag.415.col.2
Diffidentiæ noſtræ origo.to.1.pag.29.col.2
Diffidentia ab orationis perſeuerantia nos ſemouet.to.2.pag.103.col.2
Digitus Dei virtus Dei dicitur. to.2.pag.131. colum.1
Dignitas hominis per peccatum cecidit. to.1. pag.137.col.2
Dilectio inimici maioris meriti eſt quã amici. to.1.pag.428.col.1
Dilectio proximi modum ſeruare debet.to.1. pag.252.col.1
Dilectio Dei cum naturalis ſit quare præcipitur.to.2.pag.57.col.2
Dilectio Dei prior eſt ratione, & natura dilectione proximi.to.2.pag.490.col.2
Dilectionis Dei multa. to.2.pag.53.col.2. & deinceps.
Dilectionis proximi quamplurima.to.2.pag. 60.col.2.& ſequentibus.
Dilectio à voluntate oritur.to.2.pag.53.col.1
Diligentia iuſtorum eſt Deo placere. tom.1. pag.12.col.2
Diligentia hypocritæ quid.ibidem.
Diluuiũ quare omnia animalia terreſtria ſuffocauerit.to.2.pag.307.col.1
Diſcendum prius quam docendum eſt.to.1. pag.210.col.2
Diſceptatio malorum & bonorum in die iudicij in tempore erit.to.2.pag.652.col.2
Diſcipulo quare non ſit permiſſum ire ad ſepeliendum patrem.to.1.pag.673.col.2
Diſcipuli cur Chriſtum non intellexerunt cũ de ſua paſsione loquebatur, cum turba intellexerit.to.2.pag.522.col.1
Diſcipuli Chriſti miniſtri ſermonis.to.1.pag. 6.col.1
Diſcipuli minores ſeptuaginta duo fuerunt. to.2.pag.4.col.1
Diſcipuli quare bini mittebantur.to.2.ibidẽ. col.2
Diſcipuli Chriſti mundum virtute diuina ſuperarunt.to.2.pag.13.col.2
Diſcipulis quare præceptum eſt pacem offerre hoſpitibus.to.2.pag.17.col.2
Diſcipulis permiſſum non præceptum eſt de omnibus comedere.to.2.pag.20.col.2
Diſcipuli exiſtimabant Chriſtum temporaliter regnaturum.to.2.pag.624.col.1
Diſcipuli exiſtimantes Chriſtum temporaliter regnaturum non peccabant mortaliter ibidem.pag.625.col.2
Diſcipuli quare de primatu contendebant. to.2.pag.677.col.1
Diſcipuli quare in Chriſti apparitione turbabantur.to.2.pag.762.col.2
Diſcipuli Chriſti tribus caſibus puluerẽ excutiebant.to.2.pag.23.col.1
Diſcipuli Chriſti poteſtatẽ habebant calcãdi oſa animalia venenoſa. to.2. pag.32.col.1.
Diſcipuli euntes in Emaus qui fuerint. to. 2. pag.739.col.1
Diſcipuli eũtes in Emaus ſtatim poſt meridiẽ Chriſtum inuitauerũt.to.2.pag.749.col.1
Diſcipuli Ioãnis in ieiunio ſummã perfectionem ponebant.to.1.pag.367.col.1
Diſcipuli Ioãnis ſe de oſone iactabãt.ibi.co.2
Diſcipuli Chriſti non ieiunabant ieiunia ſupererogationis.ibidem.
Diſcipuli Chriſti filij ſpõſi, ideſt Chriſti ſunt. ibidem.pag.368.col.1
Diſcipuli Chriſti ſunt qui habẽt charitatem. to.1.pag.380.col.1
Diſcipuli Chriſti in dilectione cognoſcũtur. to.1.pag.222.col.1
Diſcordia res dilabuntur.to.1.pag.21.col.1
Diſperdere, opus diaboli eſt.to.2.pa.273.co.2
Diſtãtia quotuplex ſit.to.2.pa.349.co.1.&.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Distare lõgius à Deo quid. to.2. pa.350.col.2
Dies non est sui dominus, sed omniũ seruus. to.1.pag.398.col.1
Dies quis dicendus est. to.2.pag. 198. col.2. & to.1.pag.91.col.1
Diuitem intrare in regnum cælorũ quare impossibile.to.2.pag.304.col.1.
Dies epulo ob tria damnatus est. to. 2. pag. 417.col.1.
Dies epulo quare non nominatur.ibid.col.2
Dies auarus ab omnibus vult adorari. ibidẽ.
Diuitis & pauperis differentia.to.2. pag.421. colum.2
Dies epulo animam Abrahæ & Lazari diuinitus cognouit.to.2.pag.433.col.1
Dies epulo tantum à paupere Lazaro distabat quantum gratia Dei à peccato.ibidem.
Dies epulo ob quid à Lazaro potius quam ab alijs auxiliũ petebat.to.2.pag.436.col 2
Diuinitas Christi cum corpore fuit in cruce mortuo, & cum anima ad inferos descendente.to.2 pag.732.col.2
Diuisio cordis est mors animæ. to.2. pag.59. colum.1
Diuites à pauperibus regnum cælorum emere debent.to.1.pag.400.col.1
Diuites difficulter ad Deum accedunt. to.1. pag.501.col.1
Diuites in regnum Dei intrare possunt difficulter tamen,to.2.pag.502.col.2
Diuites sunt in triplici differentia.ibidẽ.pag. 503.col.1
Diuitiæ veræ potius minuendo cupidinem quam coaceruando thesauros acquirũtur. to.1.pag.397.col.1
Diuitiæ quare spinis comparantur. to.1.pag. 556.col.1
Diuitiæ magnas secum afferunt curas. to. 2. pag.191.col.2
Diuitias semper comitantur voluptates.to.2. pag.193.col.1
Diuitiarum pericula.to.2.pag.304.col.1.&.2
Diuitiæ qualiter iniquæ dicantur.to.2. pag. 392.col.2
Diuitiæ lingua Assyriorum mammona vocãtur.ibidem.
Diuitiæ temporales vanæ sunt.to.1.pag.290. colum.1
Diuitiæ & saturitas causa vitiorum to.1. pag. 114.col.1
Diuitiæ tripliciter haberi possunt. to.2. pag. 502.col.1
Diuitias contemnere sine auxilio Dei nemo potest.to.2.pag.506.col.2
Diuitiæ laquei sunt diaboli.to.2.ibid.col 1
Diuitiæ factæ sunt dominæ per obedientiam illis præstitam.to.2.pag.403.col.2
Diuitias habere per se benedictio Dei est, & non malum.ibidem.
Diuitijs seruire malũ est.ibidẽ.pag.404.col.1
Diuitiarum amatores lepori sunt maxime similes.to.2.pag.428.col.2
Doctores sine templo qui dicantur.to.1.pag. 210.col.1
Doctrina prædicatorum bonis operibus fultã tari debet.to.1.pag.373.col.2
Doctrina Christi per discipulos ab ore in os translata.to.1.pag.1.col.2
Docere alios sine studio est Deum tentare.to. 1.pag.297.col.2
Docens extra ecclesiam non docet, sed seducit.to.1.pag.328.col.2
Docere dupliciter cõtingit.to.1.pag.393.col.1
Dominium in Deo in sua potentia fundatur. to.1.pag.390.col.1.
Dominatio in Deo respectu creaturarum nõ est æterna to.1.pag.80.col.2
Dominium orbis quare in Christi natiuitate describitur.to.1.pag.120.col.2
Domus iusti à Christo non dicitur perfodiri da, sed impij.to.2.pag.224.col.2
Domus ędificari quid in scriptura dicatur. to. 1.pag.41.col.1
Domus Pilati quantum à Caluario monte distet.to.2.pag.716.col.1
Dona prophetiæ & scientiæ sine charitate esse possunt.to.1.pag.62.col.2
Dona gratiarum aliquando dantur peccatoribus.to.2.pag.266.col.2
Dona Dei vigilanter sunt seruanda.to.1.pag. 202.col.2
Dona spiritualia in seipsis deficiunt si per ea nihil fecerimus.to.2.pag.556.col.1
Donum Dei quare abscõdi dicatur, & q̃ reddendum Deo integrum seruetur.to.2.pag. 555.col.2
Donorum exercitatio ad bona dupliciter proficit.to.2.pag.558.col.1
Dona spiritualia aliquando occultanda sunt. to.1.pag.34.col.1
Dona Dei fratribus communicãda. to.1.pag. 68.col.2
Dona à Deo data, ipsi offerenda sunt. tom.1. pag.320.col.2
Dona diuina sibi attribui pessimum genus superbiæ est.to.2.pag.29.col.2
Donec,in scriptura temporis æternitatem significat.to.2.pag.276.col.2
Decentæ & octoginta fuerunt inter philosophos de beatitudine sententiæ.tom.2.pag. 249.col.2
Duplex bonum operatur qui eleemosynam tribuit.to.2.pag.424.col.2

E

EA ad quæ nos tenemur manifestãda sunt. to.1.pag.342.col.1
Ebrius cum flagitium perpetrat non peccat, peccat tamen in suo fonte inebrians se.to. 2.pag.658.col.2
Ebrietas ianua est omnium malorum. ibidẽ.
Ecce magnum quid significat.tom.1.pag.64. col.2. & tom.2.pag.514.col.2
Ecce aliquando idem est quod vtique.tom.1. pag.64.col.2
Ecclesia iudicauit euangelium opus Dei esse. to.1.pag.2.col.2
Ecclesia potuit iudicare de scriptura. ibidem.
Ecclesia nunquam finietur.to.1.pag.40.col.1
Ecclesiæ nostræ quare respiciunt orientem. to.1.pag.129.col.1
Ecclesia contemnenda non est etiam si impro bis in ea sint.to.1.pag.257.col.2
Ecclesia sponsa Christi est.to.1.pag.368.col.1
Ecclesia quare noluerit ecclesiasticos viros sevexoratos.to.1.pag.611.col.1
Ecclesia Dei vinci non potest. to.1. pag. 625. colum.2
Ecclesia humilitate incremẽtum suscipit.to. 2.pag.207.col.1
Ecclesia quare assimiletur grano sinapis. to.2 pag.259.col.1
Ecclesia cur etiam vineæ assimiletur. tom.2. pag.589.col.2
Ecclesia quibus danda sit. ibidem. pag. 590. colum.1
Ecclesia dominica in ramis instabilem conditionem hominum ostendere in officio conatur.to.2.pag.561.col.2
Ecclesia à tempore apostolorum vtitur benedicere signo crucis.to.2.pag.69.col.2
Eclipsis in passione Christi facta, miraculosa fuit,& supernaturalis.to.2.pag.723.col.2
Eclipsis in Christi passione vniuersalis fuit per totam terram.ibidem.
Electio facta in terra, factæ in cælo correspondet.to.2.pag.35.col.1
Electores digniorem debent in prælatum eligere.to.1.pag.380.col.2
Eleemosyna occulte est eroganda. to.1.pag. 247.col.1
Eleemosyna pauperibus non diuitibus erogãda est.ibidem.col.2
Eleemosynam non dare ex cordis siccitate prouenit.to.1.pag.375.col.1
Eleemosyna iustitia vocatur. to. 2. pag. 424. colum.2
Eleemosyna pio animo effecta non potest nõ esse Deo grata.to.2.pag.427.col.1
Eleemosyna ex proprijs bonis faciẽda est.to. 2.pag.207.col.1
Eleemosynæ vtilitas ipsam facientibus. ibid. col.2.&c.
Eleemosyna ob Deum solum non facta vilissimi est pretij to.2.pag.212.col.2
Eleemosyna secreto faciẽda est. ibidem. pag. 213.col.1
Eleemosyna in statu gratiæ fieri debet.ibidẽ.
Eleemosyna in Deum solum dirigi debet. to.2.pag.296.col.1
Eleemosyna qualiter facienda sit. to.2. pag. 390.col.2
Eleemosyna alacriter facienda.to.2. pag.393. colum.1
Eleemosynæ laus. tom. 2. pag. 393. col. 2. & deinceps.
Elisabeth triplicem habuit prophetiæ spiritum.to.1.pag.79.col.1
Elisabeth quomodo cognata sit Mariæ. to.1. pag.62.col.1
Eliseus quare in aduentu Naaman non surrexit.to.1.pag.308.col.1
Episcopi proprium munus docere. to.1. pag. 442.col.1
Episcopi officium est prædicare. tom.1. pag. 604.col.1
Episcopi immediatam habent potestatem ordinis à Christo.to.2.pag.233.col.1
Episcopi potestatem habent quoad iurisdictionem à Papa.ibidem.
Episcopi qui per simoniam vel alijs malis artibus episcopatum adepti sunt verè episcopi sunt etiam si non voluntate Dei. ibidẽ.
Episcoporum residentia in suis ecclesijs. to.1. pag.22.col.1.& pag.23.col.1.&.2
Epulones ventrem pro Deo honorant. to. 2. pag.420.col.1
Error perdit opus.to.2.pag.161.col.2
Error de prohibitione laudum vocaliumDeo exhibendarũ dãnatur.to.2.pag.571. col.2
Esaias euangelista dici meretur.to.1.pag.229. colum.2
Esaias mundum Babylonem appellat. to.1. pag.239.col.2
Essentia diuina vnitur per modũ luminis intellectui

Universidad de Deusto
Biblioteca

tellectui humano.to.1.pag.408.col.2
Essentialia eadem sunt numero in personis diuinis.to.2.pag.44.col.2
Esuries omne necessarium ad vitam significat.to.1.pag.400.col.2
Esuries iustitiam gignit.to.1.pag.409.col.2
Esurire est exoptare profectum in omni virtute.to.1.pag.401.col.1
Euangelistæ scribunt fundamenta themata, & conclusiones.to.1.pag.258.col.1
Euangelistę quare de Ioanne Baptista, quam de virgine Maria scripserunt.to.1.pag.263. colum.1
Euangelistæ allegantes scripturam solum sensum exprimunt.to.1.pag.301.col.1
Euangelistæ cur de virginis Marię assumptione nihil disserunt.to.2.pag.77 col.1
Euangelistarum cõcordia in annumeratione dierum transfigurationis. to.1. p.637.col.2
Euangelistarum concordia in hora, qua Christus dñs crucifixus est.to.2.pag.723.col.1
Euangelistarum concordia de apparitione angelorum, & mulierum aduentu ad sepulchrum to.2.pag.735.col.1
Euangelistæ multoties de se loquuntur quasi de alijs.to.1.pag.671.col.2
Euangelistæ de quibus pharisæis mentionem fecerint.to.2.pag.613 col.2
Euangelium scribi debuit.to.1.pag.2.col.1
Euangelium quid.ibidem.col.2
Euãgelia sunt quatuor flumina à paradiso manantia.to.1.pag.2.col.2
Euangelij Lucæ tria excellentia.ibidem.
Euangelium bonum nuncium sonat.tom.1. pag.30.col.2
Euangelium in omni prouincia prædicatum est.to.1.pag.237.col.1
Euangelium Ioannis inter omnes scripturas eminentissimum est.to.1.pag.383.col.1
Euangelium miraculis fuit prædicatum. to.2. pag.156.col.1
Euangelio credere non est euidens argumentum prædestinationis.to.2.pag.388.col.1
Euangelium vniuerso orbi prædicatum fuit ante excidium Hierosolymitanum. to.2. pag.769.col.1
Euangelium incredulis etiam prædicandum est.to.2.pag.23.col.2
Eucharistiæ sacramenti quam plurima.to.2. pag.671.col.1.& 672.per totum.
Eucharistiæ nomine omne sacramentum intelligitur.to.2.pag.95.col.1
Euge interiectio designat affectum commendantis.to.2 pag.555.col.2
Exaltatio præmium est humilitatis.to.2.pag. 508.col.2
Exercitus circundans Hierusalem ante eius euersionem quare abominatio dicitur.to.2. pag.634.col.2
Excommunicatio euangelium audire nõ interdicit.to.1.pag.543.col.2
Expositio germana parabolæ de oue inuenta to.2.pag.334.col.2
Expositio germana parabolæ filij prodigi.to. 2.pag.338.col.1.& pag.340.col.1.&2
Ezechias cur conuersus est ad parietem, vt oraret.to.1.pag.226.col.1

F

FAma non cõtemnenda.to.1. pag.40.col.1
Fama difficulter integre restituitur.to.1. pag.489.col.2
Fama bonorum non obscuratur.to.2.pag.49. colum.1
Fama bona stimulus est ad bene agendum.to. 1.pag.462.col.1
Fama bona homines, in virtute conseruat.to. 1.pag.507.col.2
Familiæ maxima est habenda cura. to.1. pag. 482.col.1
Famuli tales sunt quales domini.tom.2.pag. 427.col.2
Felicitas malorum sine punitione flagellum est.to. 1.pag.9.col. 1.& pag.664.col.2
Fœminæ religiosiores sunt viris.to.1.pag.535 colum.2
Festa celebranda sunt.to.1.pag.536.col.1
Festa quare stabilita.to.1.pag.536.col.1
Fides à solo Deo est.to.1.pag.5.col.2
Fides sola non iustificat.to.1.pag.23.col.2
Fides radix est iustificationis.ibidem.
Fides dispositio est ad perfectas operationes. to.1.pag.79.col.1
Fides clarissimis testimonijs fulcita est. to.1. pag.104.col.2
Fides sola non sufficit ad animæ salutem.to.1 pag.177.col.2
Fides magnum bonũ est Christianorũ. ibidẽ.
Fides non denegabitur facienti quod in se est. to.1.pag.237.col.1
Fides ea quæ supra rationem humanam sunt credit.to.1.pag.330.col.1
Fides leprosi maior fuit fide centurionis. to.1. pag.338.col.2
Fides duplex est.to.1. pag.347.col.2.& to.2. pag.449.col.1
Fides in scriptura pro fide viua sumitur.ibidẽ.
Fides sola quare non iustificet.ibidem. col.2
Fides initium est beatitudinis.tom.1.pag.393. colum.2
Fides virtus theologica proprie nõ dicitur donum.to.2.pag.449.col.1
Fides quæ est virtus in nostra potestate est.to. 2.ibidem.col.2
Fides quæ est donum non est in nostra potestate.ibidem.
Fides vera non disputat, sed rationem mysterijs subijcit.ibidem.pag.450.col.1
Fides sine charitate esse potest.ibidem.col.2
Fides à fidendo dicitur.to.1.pag.462.col.2
Fides qualiter dicatur saluare peccatores.to.1. pag.533.col.1
Fides origo est vitæ spiritualis.ibidem.
Fidei viuæ à mortua differentia.to.2.pag.528. colum.1
Fidei finis.to.2.pag..531.col.2
Fides Romanæ Ecclesiæ nunquam deficiet. to.2.pag.682.col.2
Fides cum amicis maximè seruãda. to.1. pag. 491.col.1
Fidelis qualiter ad confessionem fidei teneatur.to.2.pag.183.col.2
Fidelium plures saluãtur, quàm damnantur. to.2.pag.556.col.1
Filius Dei non tantum egressus est ex cognitione essentiæ.to.1.pag.137.col.1
Filios pacis quis dicatur.to.2.pag.19.col.1
Filij negotio Euangelico à parentibus non dependent.to.2.pag.365.col.2
Filius hominis qualiter dicatur nescire diem iudicij.to.2.pag.644.col.2
Filia Hierusalem, & filia Sion idem. tom. 1. pag.566.col.2
Filij seculi qualiter prudentiores filijs lucis dicantur.to.2.pag.392.col.1
Filiatio per adoptionem nihil prodest Christiano sine virtutibus.to.2.pag.48.col.1
Fimbria quid.to.1.pag.591.col.1
Fimbriæ cur à Iudæis deportabantur. ibidẽ.
Finis omnibus in rebus Christus est.to.2. pag. 260.col.2
Finis operis à Deo magis attenditur.to.1.pag. 406.col.1
Finis huius vitæ subito venturus est.to.2.pag. 656.col.1
Firmitas status voto stabilitur.tom.1. pag.57. colum.2
Flatus ventorum aliquando humectat,& aliquando exiccat.to.2.pag.241.col.1
Fletus qualiter esse dicatur in damnatis. to.2. pag.268.col.2
Fletus arma sunt piorum.to.2. pag.494.col.2
Fomes peccati post baptismum manet.to.1. pag.265.col.1
Fomes peccati quale malum sit.to.2. pag.98. colum.2
Forma baptismi Ioannis quæ fuerit.to.1.pag. 227.col.1
Fornicatio simplex contra legem naturalem, & diuinam est,to.2.pag.496.col.2
Fortè, vbi nulla est dubitatio ponitur in scriptura.to.2.pag.242.col.1
Fractio qua Christus fregit panem in Emaus miraculosa fuit.to.2.pag.752.col.1
Fratres quatuor modis aliqui in scriptura dicuntur.to.1.pag.563.col.2
Fructus charitatis.to.1.pag.14.col.1
Fructus prædicationis soli Deo tribuẽdus est. to.1.pag.334.col.2
Fructus passionis Christi maximus fuit.to.2. pag.521.col.1
Furiosi fugiendi.to.1.pag.312.col.1
Futurorum contingentium non est certa cognitio.to.2.pag.667.col.2

G

GAbriel Princeps est suæ hierarchiæ.to.1. pag.37.col.1
Gabrielis significatio.to.1.pag.37.col.2
Gaudium in Deo est tanquam in obiecto, & fine.to.1.pag.83.col.1
Gaudium natiuitatis quare magnum dicatur. to.1.pag.138.col.2
Gaudium mundi fallax.ibidem.
Gaudium temporale distrahit mentem. to.1. pag.76.col.2
Gaudium cæleste homines de se obliuiscifacit.to.1.pag.356.col.2
Gaudium delectatio est quæ sequitur rationẽ to.1.pag.407.col.2
Gaudium in voluntate suscipitur. ibidem. pag.408.col.1
Gaudium accidentale quare maius sit de conuersione peccatoris quam de salute iustorum.ibidem.
Gazophylatium quid,& quotuplex. tom.2. pag.619.col.1
Gehenna timenda est.to.2.pag.180.col.2
Gemmæ non sunt datæ, vt illis peccemus. to. 2.pag.419.col.1
Genealogia Christi continet septuaginta & sex personas.to.1.pag.269.col.1
Generatio progeneratis aliquando sumitur. to.1.pag.500.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gerasa ciuitas est Arabiæ to.1.pag.577. col.1
Geraseni qualiter Christum timuerint.to.1. pag.583.col.1
Gentiles nullum occiderunt prophetam.to.2 pag.169.col.1
Genus vindictæ laudabile.to.2.pag.96.col.2
Gens popularis paratior est ad correctionem potentibus.to.2.pag.171.col.2
Gloria sanctorum à morte incipit.tom.2.pag. 430.col.1
Gloria impiorum morte finitur.ibidem.
Gloria quare potius appetenda. tom.1. pag. 407.col.1
Gloria seculi fugienda.to.2.pag.293.col.2
Glorificari & glorioſè glorificari differentia. to.2.pag.258.col.1
Gradus redeundi in Deum tres.to.2. pag.370 colum.2
Gratia totam Mariam occupauit.tom.1.pag. 44.col.1
Gratia cur non datur nobis copioſè.to.1.pag. 44.colum.2
Gratia præsupponit naturam. to.1. pag.235. colum.1
Gratia euangelij obseruantia cæremoniarum liberati sumus.to.1.pag.301.col.2
Gratia prædicandi donum Dei est.to.2. pag. 10.col.2
Gratia prima non cadit sub merito. to.1. pag. 453.col.2
Gratia suo bono vsu augeri meretur. tom.2. pag.558.col.2
Gratiæ pro beneficijs Deo agendæ.to.1.pag. 103.col.2
Gratiæ infusio à solo Deo est.to. 1.pag.240. colum.2
Gratia est quando homini Deus materiam subtrahit peccandi.to.1.pag.312.col.1
Gula mors est animæ & corporis,tom.1. pag. 411.col.2

H

HAbentes Deum omnia habent.to.1.pag. 46.colum.1
Habentes Deum de Deo loquuntur. tom.1. pag.72.col.2
Habitus dissuetudine delentur.to.2.pag.556. colum.1
Habitus in malis peior est, quam actus.to.1. pag.476.col.1
Habitus potentiam reddit facilem. to.1. pag. 375.col.1
Hebræi efficiunt comparatiua per, men, idest ab.tom.2.pag.492.col.1
Hebræi ea per prophetas quærebant de quibus dubitabant.to.2.pag.492.col.1
Hebræi genitiuo pro nominatiuo vtuntur.to. 2.pag.392.col.1
Hebræi pro prima die, vna dicere solent.to.2. pag.731.col.1
Hæmorrhoissa fuit prima quæ tetigit vestem domini.to.1 pag.590.col.2
Hæretici soli scripturæ credentes nihil credunt.to.1.pag.14.col.2
Hæretici quare scripturas legant.tom.1.pag. 295.col.2
Hæretici prohibendi sunt à ministerio verbi diuini.to.1.pag.323.col.1
Hæretici qui sint censẽdi.to.2.pag.447.col.1
Hæretici Euangelium audire possunt.tom.1. pag.541.col.2
Hæreticos non tenemur corrigere. to.2.pag. 447.col.2
Hæreticis non licet Deum patrem appellare. to.2.pag.90.col.1
Herodes venale fecit sacerdotium. to.1.pag. 222.col.1
Herodes Ioannem Baptistam timebat.to.1. pag.265.col.1
Herodes quare Christum videre desiderarit.to.2.pag.707.col.1
Herodes quare inimicus erat Pilati.to 2.pag. 709.col.1
Hydropisis descriptio.to.2.pag.286.col.2
Hierusalem quare non fuerit saluata quando quidem Christus eam saluare voluit.to.2. pag.274.col.2
Hypocrisis abominabilis est apud Deum.to. 2.pag.411.col.2
Hypocritæ vasa sunt fætida. tom.2. pag.168. colum.2
Hypocritarum duplex est fictio.tom.2.pag. 174.col.2
Hypocrisis definitio.ibidem.
Hypostasis Christi eadem fuit post mortem quæ ante.to.2.pag.725.col.1
Historialis consequentia in scripturâ nõ semper potest stare.to.1.pag.284.col.1
Historiæ Noe,& Loth,ad omnia temporare ferendæ sunt.to.2.pag.474.col.1
Holocaustum quid.to.1.pag.630.col.2
Holocausti à sacrificio differentia.ibidem.
Homicidæ irregularitate puniuntur.tom.2. pag.496.col.2
Homo superbit honore.to.1.pag.17.col.2
Homo dominus est suæ voluntatis.to.1.pag. 147.col.1
Homo in scriptura dicitur qui iustitiam sequitur.tom.1.pag.170.col.1
Homo à principaliori parte spiritus dicitur, ab inferiori anima,ab exteriori caro.tom.1. pag.237.col.1
Homo cum Dei auxilio se potest disponere ad gratiam.to.1.pag.240.col.2
Homo in scriptura quasi arbor censetur. to.1. pag.244.col.2
Homo in quocunque statu & mercedem non consequitur.to.1.pag.328.col.2
Homo dispensare potest in præceptis partim moralibus,& partim cæremonialibus.to.1 pag.374.col.2
Homo per se potest facere malum non tamen bonum.to.2.pag.489.col.1
Homo aliquid habet in operibus virtutis. to. 2.pag.495.col.1
Homo dupliciter potest esse dignus bono diuino.to.2.pag.19.col.1
Homo naturalius diligit Deũ quam se ipsum to.2.pag.57.col.2
Homo magis debet seipsum diligere quã proximum.to.2.pag.61.col.2
Homo magis debet diligere se secũdum naturam interiorem quam exteriorem.ibidem.
Homo magis tenetur diligere Deum quam seipsum.to.2.pag.62.col.1
Homo magis tenetur diligere proximũ, quã suum corpus ibidem.col.2
Homo qualiter necessarius Deo dicatur.to.2. pag.95.col.1
Homo in scriptura non dicitur malus malitia naturæ,to.2.pag.109.col.2
Homo qualiter à diabolo obcæcatur.tom.2. pag.119.col.1
Homo sua libertate bonum & malum facere potest.to.1.pag.444.col.1
Homo in esse moris absolutè bonus & malus esse non potest.ibidem.col.2
Homo per peccatum potestate non libertate priuatur.to.1.pag.456.col.1
Homo sine gratia aliqua bona moralia agere potest.to.1.pag.528.col.2
Homo in scriptura aliquando pro vitio sumitur.to.2.pag.188.col.2
Homo quare in prima sua creatione non fuerit à Deo laudatus.to.2.pag.214.col.2
Homo in peccato mortali libertatem habet eleuandi se à peccato,non potestatem.to.2. pag.344.col.2
Homo ante iudicem quando delictum confiteri tenetur to.2.pag 382.col.1
Homo dupliciter perdi potest.to.2. pag.599. colum.2
Hominis descriptio.to.2.pag.248.col.1
Homo aliquando in malam partem sumitur. to.1.pag.403.col.2
Homo in beatitudine omnino immutatur. to.2.pag.416.col.1
Homo certus non est quando iustè operetur. to.2.pag.483.col.1
Homo in mendacio peior est diabolo. tom.1. pag.228.col.2
Honestum inutile esse non potest. to. 2. pag. 598.col.1
Honor Luciferi Ioanni Baptistæ est datus.to. 1.pag.254.col.2
Honor fugientes sequitur. tom. 1. pagi. 44. colum.2
Honor virtutis est præmium.tom.2.pag.150. colum.1
Honor Dei magis est desiderandus, quã beatitudo nostra.to.2.pag.92.col.2
Hora mortis quare dominus noluerit à nobis sciri.to.2.pag.229.col.1
Hospitales non esse peius est peccato Sodomorum.to.2.pag.24.col.2
Hostis maligni natura.to.1.pag.3.col.1
Humanitas Christi instrumentum est immediatum diuinitatis. to.1. pag.392. colu. 1.&.2
Humanitas Christi si per impossibile in peccato mortali decessisset gloria æterna priuaretur.to.2.pag.276.col.1
Humanitas Christi causa est instrumentalis nostræ resurrectionis. tom.2. pag.755. colum.2
Humilitas vera in honoribus splendet.tom.1. pag.254.col.1
Humilitas gratiam conseruat.ibidem.
Humilitas Deum esurijt.to.1.pag.92.col.2
Humilitas Mariæ quanta sit. tom. 1. pag. 65. colum. 2
Humilitatis duplex modus. tom.1. pag.74. colum.2
Humilitate immortale nomen comparatur. to.1.pag 268.col.1
Humilitas intelligentiam parit.tom.2.pag. 490.col.1
Humilitas cordis vera.ibidem.col.2
Humiliari aliquando abiectionem significat. to.2.pag.492.col.2
Humilis tutior est constitutis in dignitate.to. 1.pag.445.col.2
Humilior qualiter alijs dicatur maior, tom.1. pag.664.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

I

Iacob & Heli fratres non fuerunt.to.1.pag.272.colum.1
Iacobus fuit primus martyr apostolorum.to.1.pag.383.col.1
Iactura quæ pro Christo sit quæstus est.to.2.pag.490.col.2
Ieiunium telum est ad superandas tẽtationes.to.1.pag.282.col.2
Ieiunium corpori & animæ est vtile.tom.1 pag.283.col.2.& to.2.pag.420.col.1.&.2.
Ignorantia à lege naturæ non excusat.tom.1.pag.427.col.1
Ignorantia quotuplex.to.2.pag.238.col.2
Ignorantia quando à peccato excusat.ibid.
Ignorantia omnium malorum est fundamentum.to.2.pag.343.col.1
Illuminatio cæci facta à Christo appropinquante Hierico alia est ab ea quã Marcus & Matthæus narrant.to.2.pag.524.col.1
Imperatiuæ loquutiones aliquando Ironicè interpretantur.to.1.pag.166.col.1
Imperatiuus in scriptura aliquando optantis est.to.2.pag.92.col.2
Imperandi appetitus procedit ex ignorantia sui.to.2.pag.289.col.2
Imperia mundi lapsu temporis finiuntur.to.1 pag.40.col.2
Impletio præceptorũ Dei sine eius dilectione non est meritoria vitæ æternæ.tom.1.pag.404.col.2
Impossibile in scriptura pro difficili ponitur.to.1.pag.445.col.1
Impossibilitas non præsenditur per impossibile,sed raritas.to.2.pag.444.col.2
Impositio nominis signum est dominij.to.1.pag.238.col.1
Impudentes canes in scriptura dicuntur.to.1.pag.238.col.2
Incarnatio Christi misericordia facta est.to.1.pag.88.col.1
Incarnationis mysterium potentia Dei dicitur.to.1.pag.89.col.2
Incarnatio verbi non cadit sub merito.tom.1.pag.88.col.1
Incertitudo mortis consilium est ad vitam cõponendam.to.2.pag.226.col.1
Incipere multorum est, paucorum vero perseuerare.to.2.pag.465.col.2
Inconstantia in virtute aliquando ab externo prouenit.to.1.pag.556.col.1
Indumentum signum est peccati.tom.1.pag.131.col.2
Indurati difficulter resurgunt à peccatis.to.1.pag.475.col.2
Infamia quæ dicatur.to.2.pag.381.col.2
Infamia non fuit Christo cum infamibus tractare.to.2.pag.330.col.1
Infernus mortem impij expectat.tom.2.pag.429.col.2
Infernus quare timendus.tom.1.pag.407.colum.1
In fideles diabolum habent regem.to.1.pag.53.colum.2
Infidelis saluari potest in sensu diuiso.tom.2.pag.344.col.1
Infidelium opera aliquando peccata nõ sunt.to.1.pag.528.col.2
Infirmitates quas Christus reliquit perfectiones sunt virtutum.to.1.pag.159.col.1
Infirmitates vtiles sunt.to.1.pag.320.col.2.& pag.391.col.1
Infirmitas animæ sine propria fide sanari non potest.to.1.pag.347.col.2
Infirmitatis à languore differentia.to.1.pag.320.col.2
Infirmus carnem superatam habet.to.1.pag.391.col.1
Ingratitudo pessimum est vitium.to.2.pag.467.col.1
Ingratitudo hominum quanta sit.tom.2.pag.123.col.2
Inimicus dupliciter consideratur.tom.1.pag.114.colum.1
Inimicus, qualiter necessario diligendus sit.ibidem.col.2
Inimicus à communi oratione excludendus non est.ibidem.
Inimicum alloqui debemus ad euitanda scandala.ibidem.
Inimicus magnis bonis nos afficit.to.1.pag.416.col.2
Inimicus frenum est peccatorum.tom.1.pag.417.col.2
Inimicus alios persequens se occidit.tom.1.pag.419.col.1
Inimicus potius vincitur bonis operibus quã malis.to.1.pag.424.col.1.&.2
Inimicus corde, ore, & opere est diligendus.ibidem.col.2
Iniuriarum punitio Deo incumbit.to.2.pag.448.col.1
Iniuriæ illatæ Christo quare blasphemiæ dicantur.to.2.pag.701.col.2
Iniurianti ignoscere ex fide procedit.tom.2.pag.448.col.2
Iniustitia via obliqua dicitur.to.1.p.235.col.1
Institutio baptismi Ioannis à Deo fuit.to.1.pag.226.col.2
Intellectus crimine obcæcatus.tom.1.pag.6 colum.2
Intellectus dæmonis ligatus est.tom.1.pag.286.col.2
Intellectus à quo moueatur ad assentiendum rebus fidei.to.2.pag.53.col.2
Intellectus legis qualiter sublatus sit à Iudeis.to.1.pag.563.col.1
Intentio animæ eius operationes illuminat.to.2.pag.160.col.2
Intentio imprimit speciem operi.tom.2.pag.161.col.1
Intentio bona quid.ibidem.
Intercelsio sanctorum maximè est vtilis.to.1 pag.318.col.1
Interrogatio in scriptura dupliciter solet fieri.to.2.pag.753.col.2
Intuitus Christi ad Petrum spiritualis fuit, & non corporalis.to.2.pag.699.col.2
Inuidia charitati opponitur.tom.1.pag.305.colum.2
Inuidus discipulus est diaboli.to.1.pag.478.colum.2
Inuidis omnia cooperantur in malum.ibidẽ.
Inuidi bonis proximorum offenduntur.to.1.pag.378.col.2
Inuidi solum considerant opera mortua.to.1.pag.371.col.2
Iob quare ministerio dæmonis à Deo fuerit correctus.to.2.pag.114.col.2
Ioannes Baptista finis fuit veteris testamenti.to.1.pag.27.col.1.& pag.98.col.1
Ioannes Baptista principium noui testamenti.ibidem.
Ioannes ad duo venit.to.1.pag.28.col.2
Ioannes Baptista corda patrum in filios conuertebat.ibidem.
Ioannes Baptista meruit spiritum alijs,to.1.pag.72.col.2
Ioannes Euangelista propter Baptistam fortitus est nomen,to.1.pag.101.col.1
Ioannes Baptista quare hoc nomine nominetur.to.1.pag.102.col.1
Ioannes à natiuitate missus.tom.1.pag.105.colum.1
Ioannes Baptista natus est Apostolus, tom.1.pag.106.col.1
Ioannes Baptista suo baptismo non remittebat peccata,to.1.pag.116.col.2
Ioannes, 25. annis vixit in solitudine.tom.1.pag.120.col.1
Ioannes Baptista completis triginta annis cœpit prædicare.to.1.pag.217.col.2
Ioannes Baptista sanctitatis paternæ fuit imitator.to.1.pag.226.col.1.
Ioannes Baptista institutor fuit sui baptismi, ibidem.col.2
Ioannes Baptista primus omnium prædicauit regnum cælorum.to.1.pag.228.col.1
Ioãnes Baptista quare dixerit Christum post se venturum.to.1.pag.253.col.1
Ioannes Baptista quia iustus erat ieiunabat, to.1.pag.367.col.1
Ioannes Euãgelista solus fuit virgo inter Apostolos,to.1.pag.382.col.2
Ioannes Euangelista mortuus fuit & resuscitatus corpore & anima,to.1.pag.383.col.1
Ioannes Baptista legem nouam non inchoauit sed fuit dispositor eius,tom.2.pag.412.colum.2
Ioannes Baptista quare plusquam propheta dicatur & Angelus,to.1.pag.494.col.2
Ioannes Euangelista quare calamitates, venturas super Hierusalem non narrauit, to.2.pag.627.col.1
Ioseph commendatio,to.1.pag.39.col.2
Ioseph pater Christi legalis fuit,ibidem.
Ira Christi imperium rationis non præueniebat,to.1.pag.377.col.2
Israelitæ non poterant contrahere matrimonium cum gentibus.to.2.pag.698.col.1
Iudas non credidit Christum esse filium Dei, to.1.pag.384.col.1
Iudas quare semper proditor nominetur, ibidem,col.2
Iudæi Christum intellexerunt nasciturum in Bethlehem.to.1.pag.127.col.1.in fine.
Iudæi infirmos poterant curare in sabbatho, to.1.pag.377.col.1.& to.2.pag.285.col.1
Iudæis mille passus licebat in sabbatho ambulare.to.1.pag.372.col.1
Iudæi Messiam credebant venturum cum põpa,to.2.pag.469.col.2
Iudæi quare extra ciuitatem sepeliebantur, to 1.pag.466.col.2
Iudæi ob quid dispersi sunt per orbem & Iudæa est deserta,to.2.pag.276.col.1
Iudæi maiorem habebant laborem in non credendo Christum Messiam, quàm in credẽdo,to.2.pag.277.col.2
Iudæi quibus argumentis vtebantur ad probandum Christum non esse Messiam, to.2 pag.278.col.1
Iudæi quare duos offerebant agnos in sabbatho.to.2.pag.284.col.1
Iudæi quare accusabant Christum in sabbatho

Universidad de Deusto
Biblioteca

tho curantem,to.2.pag 285.col.1
Iudæi duplex fecerunt concilium aduersus Christum,to.2.pag.702.col.2
Iudæi ob quid vnum hominem in die paschæ deiunctum populo dimittebant.to.2.pag. 711.col.1
Iudæi quare Simonem Cirenensem ad portã dam crucem angariauerunt,to.2.pag.714. colum.1
Iudicare quomodo competat Apostolis. to.2 pag.508.col.2
Iudicare quid,to.2.pag.508.col.1
Iudicare quibus modis contingat,to.2.ibid.
Iudicare ex signis quando liceat. tom.1. pag. 435.col.2
Iudicia Dei maximè differunt à iudicijs hominum.to.2.pag.124.col.1
Iudicium temerarium à quo proueniat, to.1. pag.436.col.1.& to.2. pag.486. col.1.&.2
Iudicium hominis apud Deum fallax est, to. 2.pag.124.col.1
Iudicium sine charitate in crudelitatem conuertitur,to.2.pag.167.col.2
Iudicia apud veteres in portis fiebant vrbium to.1.pag.625.col.1
Iudicium vniuersale ex parte Dei & nostra fieri est expediens,to.2.pag.648.col.1
Iuramentum immutabilitatem consilij Dei significat,to.1.pag.462.col.2
Iustitia vera internam pietatem requirit, to.1 pag.367.col.2
Iustitia nostra soli Christo tribuenda est to.1. pag.361.col.2
Iustitia originalis homini concessa fuit tanquam primogenitura,to 1.pag.381.col.1
Iustitia in principio mordere videtur reum,in fine verò non,to.2.pag.479.col.1
Iustitia orationis, causa est quod audiatur oratio,to.2.pag.186.col.2
Iustitia vera, compassionem habet & non dedignationem,to.1.pag.524.col.2
Iustitia distributiua quid,to.2.pag.607. col.1
Iustitiæ officium,to.2 pag.71.col.1
Iustitiæ defectus incrementum est discordiæ to.2.pag.129.col.2
Iustitiæ obseruatio pacem gignit,ibidem.
Iustus laude se humiliat,to.1.pag.66.col.1
Iustus in via Dei delectatur,to.1.pag.83.col.1
Iustus etiam de bono alieno gaudet,to.1. pag. 88.col.1
Iustus peccatum veniale ferre non potest,to.1 pag.170.col.2
Iustus morte lætatur,to.1.pag.180.col.1
Iustus domus Dei est,to.1.pag.231.col.2
Iustus in hac vita maiores cõsolationes habet impio,to.1.pag.236.col.1
Iustus quomodo seruus inutilis dicatur, to.1. pag.451.col.1
Iustis nihil est satis præter Deum. to.2. pag. 507.col.2
Iustus duplex retinet præmium.tom.2. pag. 511.col.2
Iustus mortẽ desiderat,to.2.pag.429.col.2
Iustus tribulatione illustrior redditur, tom.1. pag.494.col.2
Iusti vita nõ est tota afflictio, to.1.p.655.col.1
Iusti in secundo aduentu totalem habebunt quietem,to.2.pag.222.col.1
Iusti quare timeant iudiciũ, to.2.p.643.col.1
Iustum ex iniusto facere maius est quam mundum creare.to.2.pag.120.col.1
Iustificationes ad iudicialia pertinent, tom.1. pag.16.col.1
Iustificatio beatitudini cœlesti assimilatur,to. 1.pag.533.col.1
Iustificationis acceptiones,to.1.p.503.col.1

L

Labor pro Christo gloriosum fructũ præbet,to.1.pag.332.col.2
Labor medium est ad promerendum cælum, to.2 pag.250.col.2
Labores Christi medicinæ extitere nostrorũ peccatorum,to.1.pag.318.col.1
Lachrymæ omnibus inimicis nostris aduersantur,to.1.pag.517.col.2
Laici in porticum templi Salomonis intrare poterant,to.2.pag.170.col.1 &.2
Lapidatio cõtra occisionẽ non distinguitur secut species contra genus,tõ.2.p.273.col 1
Largienti eleemosynam nunquam deficient necessaria,to.2.pag.209.col.2
Laudare Deum idioma cœleste est, to.1.pag. 477.col.1
Laudare seipsum quando liceat,to.1.pag 355. colum.1
Laus humana fugienda,to.1.pag.324.col.2
Laus Christiani est persecutiones pro Christo pati,to.1.pag.367.col.1
Laus turbæ magnifacienda non est to.1.pag. 304.col.2
Laudes vocales à Christianis à primo ortu ecclesiæ redditæ sunt,to.2.pag.573.col.2
Legio quid,to.1.pag.578.col.2
Leprosus quare præcipiatur se ostendere sacerdotibus,to.1.pag.342.col.1
Leprosi quare à Christo ad sacerdotes mittebantur,to.2.pag.459.col.2.& vltra.
Lex Dei vt quid data.to.2.pag.408.col.1
Lex Dei iugum quare appellatur.ibidem.
Lex Dei magnum donum est.to.1.pag. 156. colum.2
Lex potius est attendenda secundum rationẽ quam secundum eius verba, to.1. pag.240. col.1.& to.2.pag.284.col.2
Lex legi aliquando cedere cogitur, to.1. pag. 372.col.1
Lex humana qualiter sit interpretãda & quãdo,ibidem.
Lex Christi in sua authoritate fundatur, to. 1. pag.390.col.1
Lex Dei quare difficilis videatur,tom.2. pag. 408.col.1
Lex & prophetæ vsque ad Ioannem præparatoria fuerunt.to.2.pag.412.col.2
Lex vetus peccatum non potuit dimittere, to.2.pag.460.col.1
Lex Christi omnes leges exuperat, to.1. pag. 399.col.2
Lex noua veteri correspondet in benedictionibus,& maledictionibus,to.1.p.410.col.1
Lex naturalis cordibus nostris insita est, to. 1. pag.427.col.2
Lex Christi quare leuis sit,to.2.pag.263.col.2
Lex Christi de Siõ exiuit,to.2. pag.275.col.2
Legi subijci debemus etiam si non tenemur. to.2.pag.455.col.1
Legi nouæ noua conueniunt vocabula. tom.2 pag.92.col.1
Legis naturæ duo sunt communia præcepta, to.1.pag.427.col.2
Legis nouæ ab antiqua differentia, to.1. pag. 646.col.1
Libido imperandi iustitiam peruertit,tom.2. pag.478.col.2
Liberalis nunquam caret amicis, tom.1. pag. 438.col.2
Liberalitas necessaria etiam propter Deum elargitur,to.2.pag.427.col.1
Libertas à potestate differt, to.1. p.456.col.1
Libertas liberi arbitrij quanta sit, tom.1. pag. 54.col.2
Lingua iniusta nemini parcit,tom.2. pag.418 colum.2
Lingua magis nocet quàm manus, to.2. pag. 436.col.2
Lingua in corde esse quid, to.2. p. 124. col.2
Literatus sine virtute stultus est, tom.2. pag. 49.col.1
Locus ad bonum aptus eligendus est, tom.1. pag.226.colum.1
Locus desertus vtilis est vt Deo seruiamus,to. 1.pag.324.col.1
Loca quæ in scriptura campestria nominentur,to.1.pag.386.col.2
Loca sacra maximè veneranda sunt,to.2.pag. 547.col.1
Locus Ascensionis Christi non fuit in Bethania sed in monte Oliueti; tom.2. pag.771. colum.1
Loculus quid,tom.1.pag.472.col.2
Locutiones vniuersales scripturæ non sunt intelligendæ in rigore logico,tom.1.pag.263. colum.2
Lucas Christum in carne non vidit, tom.1. pag.5.col.2
Lucas non tradidit omnia ad salutem necessaria,to.1.pag.6.col.1
Lucas quare in prædicatione Ioannis principes numerat,to.1.pag.223.col.1
Lucas quare genealogiam Christi non numerat vt Matthæus,to.1.pag.268.col.2
Lucas in narratione tentationum naturalem ordinem non seruat.to.1.pag.289.col.1
Luctus prudẽtiam gignit,to.1. pag.409.col.2
Ludere quibus modis accipiatur in scriptura to.1.pag.411.col.1
Luxuria hebetat intellectum,tom.1.pag.192. colum.1
Luxuria omnia bona gratiæ consumit. to.2. pag.353.col.1
Luxuria fugiendo vincitur, tom.2. pag.354. colum.1
Luxus vitiorum est fomes,to.1.pag.557.col.1

M

Magistratus omnem obedientiam debet Deo & Ecclesiæ Romanæ,to.2. pag. 611.colum.2
Magistratus secularis ecclesiam defendere tenetur,ibidem.
Magistratus ecclesiasticus non est prohibitus in illis verbis, reges gentium, &c.to.2.pag. 679.col.1
Magnanimitas ex quo nascatur. tom. 2. pag. 472.col.1
Magnus est qui à Deo commendatur. tom.1. pag.26.col.1
Maius & minus in Deo reperiri non possunt, to.1.pag.433.col.1
Malitia intentionis ad malitiam operis sufficit.to.2.pag.161.col.1
Malitia persequenda,to.1.pag.418.col.1
Malitia sæpe confunditur ratione veritatis, corrigitur nunquam.to.2.pag.585.col.1
Mali in obscænis exultant, to.1. pag.77.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mali mala & non bona proximorum narrãt. to.1.pag.104.col.2
Mali ex voluntate mali sunt. to.1. pag. 147. colum.1
Mali bonis sunt impedimento. to.1. pag.193. colum.1
Mali mala perficiunt, non tamen bona.to.1. pag.202.col.1
Mali loca apta ad mala quærunt. tom. 1. pag. 226.col.2
Malus post mortem radices in terra relinquit. to.1.pag.245.col.2
Mali in hac vita vtiles sunt bonis.tom. 1.pag. 256.col.2.& to.2.pag.8.col.1
Mali semper in peius prosunt.to.1. pag.260. colum.2
Mali nihil intentatum relinquunt. to. 1. pag. 293.col.2
Mali cur visis mirabilibus timeant. to. 1. pag. 286.col.2
Mali in malis Deum agnoscunt. tom. 1. pag. 334.col.2
Mali mirabilibus Dei obstinatiores reddun-tur.to.1.pag.378.col.2
Mali diabolo adhærent sicut membra capiti. to.2.pag.405.col.1
Mali iacturas proximorum parui faciunt. to. 2.pag.440.col.2
Mali cor habent in lingua.to.2.pag.124.col.2
Mali exteriora tantum curant. to.2. pag.164. colum.2
Mali de se omnem parabolam existimant dici.to.2.pag.168.col.2
Mali principium sunt suæ perditionis.tom.2 pag.158.col.1
Mali in æternum à Deo deferentur.to.1.pag. 572.col.2
Mali quare socios in malitia habere desiderãt. to.2.pag.280.col.2
Mali speciali punietur tristitia habendo Chri stum iudicem potius quam aliam diuinam personam.to.2.pag.647.col.1
Mali in die iudicij non habebunt locum de-fensionis.to.2.pag.426.col.1
Malis nihil sufficit nec placet.to.2. pag. 440. colum.2
Malis inditum est ab initio bonos persequi. to.1,pag.403.col.2
Malis in die iudicij quare non dicitur,ite male dicti patris mei, sed tantum ite maledicti. to.2.pag.653.col.2
Malum de absentibus dicendum non est.to.2 pag.464.col.2
Mala eradicanda sunt vt bona efficiantur. to. 2.pag.488.colum.2
Mala quæ in peccato reperiantur.tom.2.pag. 168.col.1
Mala per se mala,per bonam intentionem to taliter bona effici non possunt.tom.2.pag. 710.col.1
Mandata ad moralia pertinent.tom.1.pag.96 colum.1
Manifestationes factæ patribus veteris testa-menti per Angelos factæ fuerunt. tom.2. pag.47.col.1
Manus complicare quid.to.1. pag.106. col.2.
Manus significationes,ibidem.
Manus arida ex corde fit arido.to.1. pag.375. colum.1
Maria virgo quare nupta fit. tom. 2. pag.40. colum.1
Maria beatissima tempore annũtiationis ora-bat.to.1.pag.43.col.1
Maria omnes creaturas gratia superauit. to.1. pag.44.col.1
Maria quare non salutatur nomine proprio. ibidem.col.2
Mariæ dignitas.ibidem.
Marię gratia,infinita aliquomodo dici potest to.1.pag.47.col.1
Maria virgo sola in vtero concepit. to.1.pag. 51.col.2
Maria in verbis Angeli non dubitauit.tom.1. pag.56.col.2
Maria modum conceptionis ignorabat, ibid. pag.57.col.1
Maria Deo virginitatem vouerat,ibidẽ.col.2
Maria magnanima fuit.to.1.pag.66.col.2
Maria quare benedicta,to.1.pag.73.col.1
Maria omnes mulieres superauit, ibidem. colum.2
Maria ab omnibus nationibus laudatur. to.1. pag.85.col.1
Maria prophetauit.to.1.pag.92.col.1
Maria canticum lætitiæ sola canere potest.to. 1.pag.82.col.2
Maria beatissima die dominico peperit. to.1. pag.129.col.1
Maria sine dolore peperit.ibidem.col.2
Maria mater Christi legi non subiacebat,to.1 pag.164.col.2
Maria plusquam martyr fuit.tom.1.pag.188. colum.2
Maria passa est in parte impassibili,ibidem.
Mariæ gaudium inuento Christo quantum fuerit,to.1.pag.208.col.1
Maria non sensit dolores in morte, tom.2. pag.74.col.1
Maria gloriosa in sua morte dæmones non vi-dit.ibidem.
Maria statim post mortem resurrexit. tom.2. pag.76.col.1
Maria melior fuit omnibus Angelis. ibidem.
Maria virgo in peccato originali concepta nõ fuit.to.2.pag.148.col.2
Maria Magdalena quare vnguenta corã Chri sto attulerit.to.1.pag.511.col.2
Mariæ Magdalenæ contemplatio. ibidem. pag.512.col.2
Maria Magdalena quare stetit post terga Christi, & capillis pedes absterfit. tom.1. pag.515.col.1
Maria Magdalena sexies ad pedes domini pro cesit.to.1.pag.519.col.2
Maria Magdalena quomodo omnes in dile-ctione Christi superauit.to.1.pag.531.col.1
Mariæ Magdalenę in resurrectione bis Chri-stus apparuit.to.2.pag.735.col.2
Maria Magdalena quinque Angelos vidit in die resurrectionis.ibidem.
Maritus vxorem adulteram non tenetur di-mittere nisi ipsa fuerit incorrigibilis.tom.2 pag.414.col.2
Maritus sine licentia ecclesiæ occultè quantũ ad thorum separari potest à muliere adulte ra.ibidem.pag.415.col.1
Maritus vxorem publicè adulteram sine licẽ tia ecclesiæ dimittere potest quo ad habi-tationem.ibidem.
Martha ex charitate querebatur. tom.2. pag. 80.colum.1
Martha non fuit mulier, quæ fluxu sanguinis ægrotabat.to.1.pag.588.col.1
Martyrium pro Christo pati ad pœnitentiam sufficit.to.2.pag.184.col.1
Martyrium in virtute continet pœnitentiã. to.2.pag.184.col.1
Martyrium corona & baptisma dicitur. ibid.
Martyrium non perficit pœna sed causa pœ-næ.to.1.pag.404.col.2
Matthæus quomodo fecerit conuiuium cum omnia dimiserit.to.1.pag.363.col.2
Matthæus primus omnium euangelium scri-pst.to.1.pag.383.col.2
Matrimonium ratum & consummatum quo ad vinculum dissoluitur.to.2.p.415.col.1
Matrimonium remedium est ad conseruatio-nem generis humani.to.2.pag.306.col.2
Melius est esse principium nobilitatis quam finis.to.1.pag.242.col.2
Melius est versari cum dæmonibus quam cũ auaro.to.2.pag.190.col.1.&.2
Membra expertia rationis Deo obediunt. to. 1.pag.377.col.2
Memoria nostra non est in terra quærenda.to. 2.pag.418.col.1
Memoria beneficiorum omnium virtutum est firmissima.to.2.pag.466.col.2
Mendacium à dæmone, vt à fonte manat. to. 1.pag.654.col.1
Mendicare in veteri lege licitum erat. tom.2. pag.424.col.1
Mẽdicauit Christus quod cum dignitate eius non pugnat.to.1.pag.672.col.1
Mens qualiter in definitione orationis.tom.2 pag.107.col.2
Mensura quare detur maior bono quam ma-lo.to.1.pag.440.col.2
Mentiri quid dicatur formaliter. tom.2. pag. 683.col.2
Meritum non est vbi non est libertas. tom.1. pag.147.col.1
Merita Christi maioris ponderis sunt quam nostra peccata.to.1.pag.151.col.2
Meriti fundamentũ quod.to.2.pag.540.col.1
Militia de se mala non est, tom.1. pag.249. colum.2
Milites ministri publici sunt ad defensionem bonorum.ibidem.
Minores natura duce maiorum exempla se-quuntur.to.2.pag.428.col.1
Ministerium verbi diuini fidelibus est com-mittendum.to.1.pag.324.col.1
Miraculum incarnationis Trinitatis est. to.1. pag.59.col.1
Miraculum tantum reperitur ex parte nostra. to.1.pag.478.col.1
Miracula sine necessitate petere tentare Deũ est.to.1.pag.153.col.1
Miraculum factum in probationem conclu-sionis,conclusionem veram facit.to.1.pag. 287.col.2
Miraculum signa sunt potentiæ Dei tom.1. pag.328.col.2
Miraculum virtutem postulat infinitam.to.1 pag.354.col.1
Miracula qualiter inter se æqualia sint. ibidẽ.
Miraculum in instanti fit.to.1.pag.240.col.2
Miracula non semper sunt facienda.to.2.pag. 440.col.2
Miracula quærenda non sunt in his, quæ no-bis tradit ecclesia.to.2.pag.441.col.1
Miracula Christi specula erant diuina. tom.2 pag.153.col.1
Miracula nunc necessaria non sunt. to.2. pag. 155.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Miracula facere neminem saluum facit. to.1. pag.448.col.2
Miraculum facere quid.to.1.pag.478.col.1
Miraculum filij principis synagogę quare nõ sit factum coram turba.to.1. pag.596.col.2
Miseria obiectum est misericordiæ.to.2.pag. 396.col.2
Misericordia Dei infinita est to.1.p. 87.col.2
Misericordia & iustitia in Deo pari gradu currunt.to.1.pag.389.col.1
Misericordia pœnitentibus tantum tribuitur to.1.ibidem.col.2
Misericordia & veritas quando hominem deserant.to.2.pag.69.col.2
Misericordiæ officium.ibidem. pag 71. col.1
Misericordiæ & charitatis discrimen.ibidem.
Misericordia pons est transitus ad Deum.to.2 pag.97.col.1
Misericordia Dei quare maior iustitia dicatur.to.1.pag.433.col.1
Misericordia similes nos efficit Deo.ibidem. colum.2
Misericordia quid.tom.1.pag.469.col.1
Misericordia qualiter Deo conueniat. ibidẽ.
Misericordia non iudicat de meritis sed de miserijs.ibidem.col.2
MisericordiaDei necessaria est vt pœnitentia à nobis agatur.to.2.pag.371 col 2
Misericordes ius habent ad misericordiam diuinam.to.1.pag.434.col.1
Missio in diuinis processionem ab alio dicit. to.2.pag.770.col.1
Mysteria diuina humilitate cognoscũtur.to.1 pag.135.col.2
Mysteria sancta infidelibus non sunt communicanda.to.1.pag.31 col.2
Mysterium passionis quare solis discipulis declaratum.to.2.pag.513.col.2
Mysteria diuina quare paruulis & non potentibus reuelata fuerint.to.2.pag.37.col.1
Modus salutandi Mariæ.to.1.pag.71.col.1
Modus, quo vsus est diabolus ad cognoscendum filium Dei.to.1.pag.287.col.2
Modus benedicendi Iudæorum, tom.1. pag. 617.colum.2
Modus interpretandi scripturam perfectissimus.to.2.pag.634.col.1
Molestia dupliciter sumitur.tom. 2.pag.100. colum.1
Moloc quid sit.to.2.pag.181.col.1
Monachus,secularis sit secularibus cõuersans to.1.pag.206.col.1
Monachus in domibus regum non sit.tom.1. pag.497.col.2
Mores optimi iudicis assignantur. to.2.pag. 478.col.2
Mors peccatum comitatur. tom. 1. pag.118. colum.1
Mors in vita consideranda.to.1.pag.174.co.2
Mors aduentu Christi dulcis facta est.tom.1. pag.178.col.2
Mors vbi bona est vita suauis est.tom.2.pag. 432.col.1
Mors iusti propriè mors non est. tom.2. pag. 177.col.2
Mors duplex,ibidem. pag.178.col.1
Mors nostra quare somnium dicatur. tom.1. pag.597.col.2
Mors pauperibus bona est & vtilis. to.2.pag. 197.col.1
Mors non est in potestate hominis to.2.pag. 554.col.1
Mors Christi vitam animarum amplificauit & mortem corporis debilitauit.tom.2 pag. 521.col.2
Mors iustorum flenda non est. tom. 2. pag. 714.colum.2
Mors Christi turpissima fuit,ibidẽ. pag.716. colum 1
Mortuos sepelire maximè placet Deo.tom.1 pag.468.col.1
Mortui in purgatorio detenti proximi nostri sunt.to.2.pag.65.col.2
Moses quare nihil de creatione Angelorũ dixit.to.2.pag.147.col.2
Mosi corpus quare occultatum sit ibidem.
Moses & Helias quomodo in transfiguratione fuerint.to. 1.pag.651.col.1
Moses & Helias quare in transfiguratione de passione & non de resurrectione loquãtur. to.1.pag.651.col.2
Mulier quando audienda sit.to.1.p.101. col.3
Mulier adultera à marito quando dimitti nõ possit.to.2.pag.414.col.2
Mulieres quare prius quam Apostoli Christum in resurrectione viderunt.tom.1.pag. 468.col.1
Mulier peccatrix quare non nomine proprio in euangelio nominetur. tom. 1. pag. 509. colum.1
Mulier qualis fuerit.ibidem.col.2
Mulier peccatrix in qua erat ciuitate.ibidem.
Mulieres sanctæ bis parauerunt aromata vt Christum vngerent.to.2.pag.730. col.1
Mulieres sanctæ qualiter à fide defecerint.to. 2.pag.732.col.2
Mulieres quæ ad monumentum Christi venerunt quot & quæ fuerint.to.2.p.731.col.1
Mulieribus quasi innatum est non remittere iniurias.to.2.pag.97.col.2
Multa sunt in scriptura quę in regesta nõ inueniuntur.to.2.pag.88.col.1
Multa in scriptura ab effectu nominantur. to.2.pag.112.col.2
Multi sub specie boni tentantur. to.1. pag.4. colum.1
Multi orationem in voce tantum habent.to.1 pag.81.col.1
Multi Deum credunt & diabolum dominum habent.ibidem.col.2
Multi quia saluari nolunt pereunt. to.1.pag. 89.colum.2
Multi animas in vanum recipiunt. to. 1. pag. 166.colum.1
Multi misericordia abutuntur. to. 1. pag.186. colum.2
Multi Deum ex ignorantia amittunt. tom.1. pag.205.col.1
Multi per ebrietatem mortui sunt. to. 1. pag. 283.colum.1
Multi peiores sunt diabolo. tom.1. pag.322. colum.1
Multi sequuntur Christum nõ propter illum sed propter sua bona.to.1.pag.629.col.2
Multi qualiter dicantur habere infirmitates non suas.to.2.pag.254.col.2
Mundus ad similitudinem falsi artificis operatur.to.1.pag.66.col.1
Mundus promissa non seruat.tom.1.pag.94. colum.1
Mundus fugiendus est.tom.1. pag.119.col.2 & pag.239 col.2
Mundus mundo arridet.to.1.pag.128.col.2
Mundus in necessitate omnes deserit. tom.1. pag.150.col.1
Mundus veritatis amatores odit. tom.1. pag. 259.colum.1
Mundus mala reddit pro bonis. tom.1. pag. 309.col.2
Mundus sibi seruientibus mercedem non tribuit.to.2.pag.410.col.1
Mundus & diabolus difficillima præcipiũt. to.2.pag.406.col.2
Mundo seruire difficilius est quam Deo.ibid.
Murmuratio plus commodi quam damni illis in quos intenditur affert.tom.1.pag.526 colum.2
Murmuratio sapientum timenda est. tom.2. pag.328.col.1
Mutare fortitudinem quid. tom. 1. pag. 110. colum.1

N

NAaman quare solus ab Eliseo curatus sit. tom.1.pag.307.col.2
Narratio Lazari & diuitis historia est & non parabola.tom.2. pag.442.col.1
Nathan legitimus filius fuit Dauid. to.1.pag. 270.colum.1
Natiuitas Christi omnibus non oportuit statim manifestari.to.1.pag.148.col.1
Natura nostra sine Deo parum potest.tom.1. pag.63.col.1
Natura brutorum hominum duritiem vincit. to.2.pag.429.col.1
Naturale est quodammodo ciues ciuibus inuidere.to.1.pag.304.col.1
Naturale est homini visis insolitis timere.to.1 pag.315.col.1
Nazaræitæ peiores diabolo fuerunt.to.1.pag. 309.colum.2
Necessaria ad vitam cũ modo quærenda sunt. to 2.pag.204.col.2
Necessitas proximi considerãda est in datione eleemosynæ.to.2.pag.71.col.1
Necessitas & vtilitas Christianæ fidei argumentis probari possunt.to.2.pag.441.co.2
Negare Dei quid.to.2.pag.184.col.2
Negare quibus modis sumatur. ibidem.
Negationes Petri quando inceperint & finitæ fuerint.to.2. pag.683. col.2, & pag.699. colum.1
Negotiatio quando licita sit to.2.p.305.col.2
Nemo ab orationibus est excludendus.to.1. pag.139.col.1
Nemo sibi sufficit in ecclesia.to.1.p.333. col.1
Nemo in præceptis primæ tabulæ dispensare potest.to.1.pag.374.col.1
Nemo de statu gloriari debet.to.1.p.385.col.1
Nemo in sensu composito Deo & mammonæ seruire potest.to.2.pag.406.col.1
Nemo etiam malus contemnendus est. to. 2. pag.250.col.1
Nemo audebat appropinquare Deo in lege veteri.to.2.pag.223.col.2
Nemo post hanc vitam mereri aut demereri potest.to.2.pag.562.col.1. & 2.
Nemo debet committere peccatum veniale, vt mortale alterius euitet.to.2.p.445.col.2
Nicolaus vnus ex septem diaconibus hæresim docuit.to. 1.pag.4.col.1
Nihil à malis accipiendum. to.1.p.288.col.2.
Nihil casu fit apud Christũ. to.1.p.467. col.1
Niniuitæ quare condemnabunt peccatores. to.2.pag.159.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nobilitas census est virtuti debitus. to.1.pag. 41.col.2
Nobilitas corporis est mortalitatibus nõ subiacêre.to.2.pag.420.col.2
Nobilitas sanguinis apud Deum nihil valet. to.2.pag.48.col.1
Nobiles vestes libertatis dicuntur. to.1. pag. 110.col.1
Nomina propria in cælesti patria non reperiuntur.to.1.pag.45.col.2
Nomen tetragrammaton soli Deo conuenit. to.1.pag.64.col.2
Nominis Iesus excellẽtia.to.1. pag.162. col.2
Nomen peccatoris omnibus nominibus est peius.ibidem pag.163.col.2
Nomen Iesus diuinitatem Christi ostendit. ibidem.
Nomen dæmon commune est bonis & malis spiritibus.to.1.pag.322.col.1
Nomine animæ totus homo significatur.to.1. pag.377.col.1
Nomen Chaos impossibilitatem significat. to.2.pag.439.col.1
Nomen Dei qualiter sanctificari non possit, & qualiter in oratione sanctificari petatur. to.2.pag.91.col.2
Nomina numeralia in scriptura ab vno vsque ad quinque diminutionem significant à quinque vero vsque ad decem augmentum.to.2.pag.620.col.1
Nomen, Amen, in aliam linguam transferre non licet.to.2.pag.656.col.2
Nos quare Dei coadiutores dicamur. tom.1. pag.456.col.2
Nouitates fugiendæ.C 1.pag.101.col.1
Nubes in transfiguratione miraculose facta est.to.1.pag.656.col.2
Nubis generatio.to.2.pag.241. col.1
Nubes, in qua Christus ad iudicandum venturus est supernaturalis erit.to.2.pag.241.co.2
Nuptiæ à Christo damnatæ non sunt, vt Tatianus credidit.to.2.pag.306.col.2
Numerus duodenus mysterium continet.to.1 pag.380.col.2
Numerus centum quare in parabola ouium ponatur & non alius.to.2.pag.332.col.1
Numerus pluralis in scriptura pro singulari ponitur & ecõtra.to.2.pag.721.col.1

Ó

OBedientia optime experientia discitur. to.1.pag.216.col.1
Obedientia vera in quo consistit. tom.1.pag. 330.col.2
Obedientia in omnibus est obseruanda.to.1. pag.376.col.2
Obedientia vera veritatem mandatis non inquirit.to.2.pag.461.col.1
Obedientia qualis futura sit.to.2.p.542.col.1
Oblatio quid to.1.pag.630.col.2
Obliuio prosperitatis est comes. to.2. p.466. colum.1
Obsecratio quid.to.1.pag.368.col.1
Obseruatio mandatorum via est cæli. tom.2. pag.495.col.2
Obstinatus quantum potest Deo resistit.to.1 pag.111.col.1
Obstinati difficulter agunt pœnitentiam.to. 1.pag.240.col.1
Obstinati peiores fiunt correctione.to.1.pag. 309.col.1
Obumbrare quid.to.1.pag.59.col.2
Occasiones peccati maximè fugiendæ sunt. to.2.pag.137.col.2
Ociositas mater est vitiorum.tom.2.pag.259 colum.2
Oculi Christi fenestræ sunt salutis. to.2. pag. 459.col.1
Oculi quando in scriptura aperiri dicantur. to.2.pag.752.col.1
Occupationes exteriores contemplationem impediunt.to.2.pag.79.col.1
Odium Dei maius est omnibus peccatis.to.1. pag.111.col.2
Officium pastoris quid.to.1.pag.135.col.1
Officium publicanorum quod.to.1.pag.360 colum.2
Officium Dei colligere est. to.2. p.134.col.1
Omne verbum, idem est ac multum verbum to.1.pag.62.col.2
Omnes egemus manu Dei. tom.1.pag. 106. colum.2
Omnia relinquenda sunt propter Deum.to.1 pag.149.col.1
Omnia quæ in Ioanne erant vox erat. tom.1. pag.229.col.1
Omnes sumus similes in moriendo.to.2.pag. 432.col.1
Omnis creatura humanitati Christi est subiecta.to.2.pag.549.col.2
Omnia contenta in euangelio ad pacem ordinantur.to.2.pag.230.col.1
Omnes ex charitate diligere tenemur.tom.1. pag.415.col.2
Onus pro pondere & leuitate accipitur. to.2. pag.168.col.2
Opera nostra Deo adscribenda sunt. tom.1. pag.5.col.1.& pag.34.col.2
Opera amorem sequuntur.to.1.pag.77.col.2
Opera bona illustres viros pariunt. to.1. pag. 101.col.2
Opera Dei alijs enarranda sunt.to.1.pag.153. colum.2
Opera bona ad perfectionem sunt ducenda. to.1 pag.196.col.2
Opera bona etiam absque lege facienda sunt. to.1.pag.199.col.2
Opera meritoria fieri non possunt in peccato mortali.to.1.pag. 265. col.1. & p.319.col.2
Opera bona etiam in peccato mortali sunt facienda.to.1.pag.319.col.2
Opera Dei diligenter sunt operanda. tom.1. pag.326.col.1
Opera inuoluntaria Deo non sunt accepta. to.1.pag.328.col.1
Opera supererogationis secretè facièda sunt. to.1.pag.342.col.1
Opera nostra ex quo mereantur. tom.2.pag. 452.col.1
Opera nostra quando perfecta sint. to.2.pag. 509.col.2
Opera signa sunt charitatis.to.2.pag.72.col.1
Opera heroica sine recta intentione nullius sunt valoris.to.2.pag.160.col.2
Opera ex amore fieri debent.ibidem.
Opus malum esse potest etiamsi cũ bona fiat intentione.to.2.pag.161.col.1
Opera meritoria peccato mortali extinguuntur.to.2.pag.162.col.1
Opera bona præmium assequentur.to.1.pag. 521.col.1
Opus innocens quod dicatur. to.1. pag. 641. colum.1
Opera naturæ præstantiora sunt artificiatis. to.2.pag.202.col.2
Opera bona finem præsupponere debent. to. 2.pag.204.col.2
Opera bona quare lucernæ appellentur.to.2. pag.216.col.1
Opera sine charitate facta nullius sunt valoris.ibidem.
Opera seruilia quando in festis licita sint.to.2 pag.284.col.1
Opera Dei ad iustificationem peccatoris concurrentia triplicia sunt.to.2.pag.371.col.2
Opera nostra primam iustificationem nõ merentur.to.2.pag.540.col.1
Opera recta primam iustitiam præcedentia hominem ad eam suscipiendam disponũt. ibidem.
Opus ad hoc quod magnificum sit quid requiratur.to.2.pag.671.col.2
Opera bona propter murmurationes relinquenda non sunt.to.1.pag 376.col.1
Operatio miraculosa in instanti fit. to.1.pag. 240.col.2
Operatio studiosa quare difficilis sit. tom.2. pag.262.col.2
Oratio sanctorum Deum non obligat.tom.1. pag 241.col.2
Oratio antidotus est saluberrimus contra fomitem.to.1.pag.265.col.1
Oratio & ieiunium Christi victoriam nobis attulerunt.to.1.pag.282.col.2
Orationis definitio.to.1.pag.345.col.1
Oratio omnia bona antecellit.to.2.pag.477. colum.2
Oratio facienda est perseueranter. to.2.pag. 486.col 2
Oratio deficit vbi non est fides.to.2. pag.481 colum.1
Oratio vera extra se rapit orantem. to.2. pag. 483.col.2
Oratio sine humilitate esse non potest. ibidẽ.
Oratio omni tempore facienda est. to. 2.pag. 87.colum.2
Oratio mentalis nobilior est vocali. ibidem. to.2.pag.89.col.1
Oratio vocalis maximè vtilis est.ibidem.
Oratio vocalis obligat ministros ecclesiæ. ibidem.
Oratio dominica excellentior omni oratione. ibidem.
Oratio futura est celeris.ibidem. tom.2. pag. 88.col.1
Oratio facienda est perseueranter. ibid. col.2
Oratio ob infortunium non est omittenda. to.2.pag.103.col.1
Oratio Deum vincit.to.2.pag.104.col.2
Oratio quid.to.2.pag.107.col.2
Oratio medium est vt homo transfiguretur. to.1.pag.641.col.2
Oratio Christi omnes circunstantias perfectæ orationis complexa est. tom.2. pag.688. colum.1
Oratio Christi in cruce pro persequentibus se facta vtrum exaudita fuerit. tom.2.pag. 718.col.2
Oratio potius corde quam ore facienda est. to.2.pag.458.col.1
Orationis excellentia & virtus.to.2.pag.100. col.1.&.2
Orationis conditiones quatuor. tom.2. pag. 110.col.1
Orans cælestia solum considerare debet.to.1. pag.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pag.379.colum.1
Orantes sine deuotione Deum tentant. to.1. pag.297.col.1
Orate ne intretis in tentationem, octo tãtum discipulis dictum fuit. to.2. pag. 687. col.2
Orbis gubernatione principum indiget.to.1 pag.265.col.2
Ordo ecclesiæ ab Apostolis traditus est. to.2. pag.757.col.1

P

PAnis corporalis instrumentum est ad beatitudinem.to.2.pag.95.col.1
Panis in scriptura omnem cibum significat. to.2.pag.280.col.1
Panes propositionis soli sacerdoti comedere licebat.to.1.pag.373.col.1.&.2
Panes propositionis qui erant.ibidem.col.2
Papa maiorem habet authoritatem omnibus regibus.to.1.pag.222.col.1
Papa de rebus fidei iudicare debet. to.2. pag. 624.col.2
Papa potestatem habet claudendi & aperiendi cælum.to.1.pag.626.col.1
Papa vt est caput ecclesiæ errare non potest. to.2.pag.682.col.2
Parabola qualiter considerari debeat. tom.2. pag.99.col.1
Parabola quid.to.2.pag.298.col.1
Paradisus in promissione quam Christus fecit latroni non sumitur pro cęlo Empyreo. to.2.pag.722.col.2
Parare viam domino in propria potestate est. to.1.pag.232.col.1
Parasceue quid.to.2.pag.730.col.1
Parentes in virtute filios erudire tenentur. to. 1.pag.200.col.1
Parentibus quare non præcipiatur filios diligere.to.2.pag.497.col.2
Parenti prius quam filijs est subueniendũ.ibi.
Parentes quando obediẽdi sint.to.2. pag.311. colum.2
Parere sine dolore est.to.1.pag.129.col.2
Participio de futuro vti pro præterito phrasis est græca.to.1.pag.481.col.2
Particula dictionis in scriptura aliquando nõ legitur cum proxima dictione sed cum remota.to.2.pag.152.col.1
Parturire cum dolore est.to.1.pag.129.col.2
Paruulus non habens fidem infidelis non est. to.1.pag.348.col.1
Paruuli maximi sunt apud Deum. to.2. pag. 494.col.2
Pascha occidere in die azymorum quare necesse fuerit.to.2.pag.666.col.1
Pascha idem est quod saltus.ibidem.
Pascha multipliciter sumitur.ibidem.col.2
Passiones Christi actiones nominandæ sunt. to.1.pag.275.col.1
Passio Christi excessiua fuit quoad satisfactionem.to.1.pag.649.col.2
Passio & resurrectio Christi quare sępe in scriptura simul ponantur.to.2.pag.520.col.2
Passio Christi quare maximè sentienda sit. to.2.pag.661.col.1.&.2
Passio Christi virtutem dat pœnitentiæ.to.2. pag.768.col.1
Pater quare dicatur Petro reuelasse Christũ filium esse Dei.to.1.pag.625.col.1
Pater æternus qualiter dicatur homo. tom.2. pag.589.col.2
Pater in diuinis mitti non dicitur. tom.2.pag. 770.col.1
Patiẽtia maximè habenda in infirmitatibus. to.1.pag.350.col.2
Patientiæ tres sunt gradus.to.2.pag.634.col.1
Pauci operantur secundum charitatem. to.1. pag.191.col.1
Pauci sunt qui adimplent præceptum charitatis.to.2.pag.70.col.1
Paulus quare doctor Gentium sit cõstitutus. to.2.pag.125.col.1
Paupertas est velut radix spiritualium diuitiarum.to.1.pag.396.col.2
Paupertas vitam humanam sustinet. tom.1. pag.397.col.2
Paupertas clauis est cælorũ.to.1.pag.399.col.
Paupertas temperãtiam gignit.to.1.pag.409. colum.2
Paupertas omnium virtutum est custos.to.1. pag.557.col.1
Pauper hospitio est suscipiendus. tom.1.pag. 334.col.2
Pauper minimè contemnendus.to.1.pag.334. col.1.& to.2.pag.433.col.1
Pauperes esurientes qualiter beati dicantur. to.1.pag.393.col.2
Pauperes in veteri lege mendicare poterant. to.2.pag.424.col.1
Pauperes de liberalitate Dei queri non possunt.to.2.pag.425.col.1
Pauperes esse vtilius diuitibus, quam pauperibus diuites esse.ibidem.col.2
Pauper non est semper pauper.to.2.pag.427. colum.2
Pauper in necessitate fouendus.to.2.pag.500. colum.2
Pauperes pascua sunt diuitũ.to.2.p.67.col.1

Pauperes beati sunt in vita, in morte, & post mortem.tom.1.pag.37.col.2
Pauperes diuinam hęreditatem in hac vita obtinent.tom.1.pag.400.col.1
Pauper ob quid factus.tom.2.pag.425.col.2
Pauperes ostiatim debent petere eleemosynã & non per alios.tom.1.pag. 468.col 2
Pauperes quare potius inuitandi quam diuites.tom. 2. pag. 296. col. 2
Pauper liberalis esse potest.tomo.2. pag.671. colum.2
Pauperibus datum in cælo custoditur.tom.1. pag.247. col. 1
Pax hominis, & angeli facta est in incarnatione. tom.1. pag.144.col.2
Pax tanquam testamẽtum nobis commendata est.tom.1. pag. 146.col.2
Pax vera in solo Deo inuenitur. tomo.1. pag. 179.col.2
Pax omne bonũ importat.to.2. pag.19. col.1
Pax Christi pax specialis est ibidem.col.2
Pax sancta regnum Christi stare facit. tom.2. pag.130. col. 2
Pax iniqua regnum dæmonis facit stare.ibid.
Pax cum peccato non manet. tom.1.pag.533. colum. 2
Pax victorię est fructus.tom.2. pag 759. col.1
Paci nihil magis contrarium quam latrones. tom.2.pag. 497.col.1
Patem ad aliquem reuerti quid.tomo.2. pag. 19.col.2
Peccare Deo quis dicatur. to.2.pag.368.col.2
Peccator in virtute à diabolo relinquitur.to.1 pag.14. col. 2
Peccator per ea quæ peccat, punitur.tom.1. pag.33. col. 1. & tom.2. pag.418.col.1
Peccator scelera non sentit. tomo.1. pagi.158. colum.2
Peccator captiuus est diaboli. tom.1. pag.302. colum.2
Peccator à suis peccatis captiuus tenetur to.1. pag.317. col. 1
Peccator separatus à Deo post sua ambulat deuia.tom.1.pag.320. col.2
Peccator diabolum non amat etiam si diabolo consentiat. tom.2.pag.405.col.1
Peccator nunquam satiatur. tom. 2. pag. 409. colum. 2
Peccator nomen nõ habet apud Deum. to. 2. pag.418. col.1
Peccator qui sua bona prædicat,& mala tacet pro nihil erit.tom.2. pag.487. col. 1
Peccator per peccatũ omnia bona opera amittit. tom.2.pag. 140. col.2
Peccator in peccato mortali opera meritoria facere non potest.tom.2.pag.141. col. 1
Peccator in mortali peccato omnia peccata vitare non potest. ibidem. col.2
Peccator quadrupliciter per peccatũ torquetur. ibidem. pag. 142. col.2
Peccator quare in pristinũ peccatum recidit. tom.2.pag.143.col. 2
Peccator diligentes se amore carnali diligit. tom.1.pag.428. col.1
Peccator sua peccata non videns, & alia reprehendens quare hypocrita dicatur. tomo. 1. pag.444. col.1
Peccator in statu peccati bona opera facere debet. tom.1.pag.453. col. 2
Peccator prima sentit peccata alia autem non. tom.1.pag.507. col. 2
Peccator à peccato surgere nõ potest sine Dei auxilio.tom.1.pag.520.col.2
Peccator contemnendus non est. tom. 1. pag. 528. col. 1
Peccator non est dignus officio prædicatoris. tom.1. pag.550.col.1
Peccator obstinatus non exaudit diuinas vocationes.tom.1.pag.553.col.1.&. 2
Peccator qualiter à Deo distare dicatur.tom. 2 pag. 349. col. 1. & 2
Peccator cum discedit à misericordia Dei in eius iustitiam incidit. tomo.2. pagina.352. colum. 1
Peccator quare à Deo in iudicium vocetur.to. 2. pag.383. col. 1
Peccator non solum alijs, sed sibi nocet.tom. 2 pag.605. col. 1
Peccator quare in inferno perpetuo puniatur. tomo.2. pag.653. col.2
Peccatoribus etiam obstinatis vtilissimum est prædicare. tom.1. pag. 559.col.1
Peccatores duplices sunt. tomo. 2. pagi.102. colum.2
Peccatori omnia sunt doloris plena. tomo. 2. pag. 407. col.1
Peccatorem à Deo derelinqui idem est quod Deum derelinqui à peccatore. tom.2. pag. 39. col. 2
Peccatum exemplo Christi detestandũ. to.1. pag. 67. col. 2
Peccatum vmbra dicitur mortis. tom. 1. pag. 118. col. 1
Peccati principis damnum. tomo.1. pag. 124. col.2.& deinceps.
Peccatum principis occultũ esse nequit. ibid.
Peccatum hominis granius punitũ est quam Angeli. tom.1. pag.132.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccatum adulto remitti non potest sine propria fide.to.1.pag.347.col.2
Peccatum quid,to.1.pag.151.col.1
Peccatum in scriptura aliquando pro pœna sumitur.to.1.pag.167.col.1
Peccatum aliquando pro immunditia legali accipitur.ibidem.
Peccatum causa est excæcationis hominum, to.1.pag.219.col.2
Peccatum omissionis dignum est inferno. to. 1.pag.245.col.2
Peccatum causa est alterius peccati.to.1. pag. 261.col.1.& pag.311.col.1
Peccatum pœna est peccati.ibidem.
Peccatum etiam leue fugiendum,tom.1.pag. 261.colum.1
Peccatum magnum raro nos in infernum ducit sed paruum in quod quotidie labimur. to.1.pag.317.col.1
Peccatum dimittere solius Dei est. to.1. pag. 352.colum.1
Peccatum onus est intolerabile. tom. 2. pag. 405 col.2
Peccatum supplicium est peccatoris, ibidem. pag.407.col.1
Peccata ex corde exeunt.to.2.pag. 491.col.1
Peccata ante Deum clamantia quæ sint.to.2. pag.496.col.1
Peccatum dupliciter consideratur. to.2. pag. 96.colum.1
Peccatum inuitat qui non tollit occasiones peccandi.to.2.pag.137.col.1
Peccatum non est quid positiuum, to.2. pag. 139.col.2
Peccatum omni bono opponitur. tom.2.pag. 140.col.1
Peccatum summum malum est.ibidem.
Peccatum qualiter Deum ejcit ab anima, ibidem,col.2
Peccatum omni bono spirituali hominem priuat,ibidem.pag.141.col.1
Peccata carnalia minora sunt spiritualibus,to. 2.pag.165.col.2
Peccata populi quare prælatis tribuuntur. to. 1.pag.466 col.2
Peccatum causa est instabilitatis in homine. to.1.pag.495.col.1
Peccatum Magdalenæ quare magis aliorum peccatis apparebat.to.1.pag.108.col.1
Peccata grauia grauissimis indigent lamentis to.1.pag 516.col.2
Peccata in memoria haberi debent, pag. 517. colum.1
Peccata quare debita dicantur. to.1. pag. 527. columna.2
Peccata aliquando dimitti quoad culpam manente pœna.ibidem.
Peccata prælatorum coram populo arguenda non sunt.to.1.pag.585.col.2
Peccata quædam suam crucem baiulant,to.1. pag.662.col.1
Peccatum in cogitatione esse potest. ibidem. colum.2
Peccatum in Spiritum sanctum quod dicatur to.2.pag.185.col.1
Peccata omnia ad superbiam & luxuriam reducuntur.to.2.pag.235 col.2
Peccata quæ fiunt ex fragilitate minora sunt factis ex malitia,to.2.pag.238.col.2
Peccatum omne ex ignorantia est,ibidem.
Peccatum carnis hominem reddit bestiam, tom.2.pag.307.col.2
Peccatum publicum facilius secreto curatur. to.2.pag.327.col.1.prope finem.
Peccatum magis dependet ex corde quam ab opere,to.2.pag.368.col.1
Peccatum,excusare peccatum est,tom.2.pag. 557.col.1
Peccatum mortem & tristitiam in mundum inuexit.tom.2.pag.575.col.1
Peccata quæ Christus fleuit super Hierusalē quæ sint,ibidem.pag.576.c.1
Peccatū senis cæteris paribus grauius est peccato iuuenis.to.1.pag.586.col.1
Peccatum quod per pœnitentiam non diluitur statim trahit ad aliud.to.2.pa.592.col.2
Peccata iustorum in die iudicij in cælo apparebunt.to.2.pag.649.col.1
Peccatum est orationem dominicam animo vindictæ dicere.to.2.pag.96.col.1
Peccati ex malitia quanta sit grauitas, tom.2. pag.279.col.2
Peccatorum remissio iudicio diuino pensatur.to.1.pag.517.col.1
Pecunia minimam vtilitatem affert hominibus to.2.pag.199.col.1
Pedes nostri ad malum sunt proni. to.1.pag. 70.col.1
Pœna ignis alijs grauior est.to.1.p.257.col.2
Pœna damni maior est omnibus alijs. tom.2. pag.433.col.2
Pœna sensus multiplex. ibidem. col.2. circa medium.
Pœna accidentalis in damnatis augescit.to.2. pag.242.col.2
Pœnitentia in iuuentute est facienda. tom.2. pag.168.col.2
Pœnitentia propter Deum summè diligendum est. feri debet,tom.1.pag.240.col.2
Pœnitentia ex timore mala non est,to. 1.pag. 243.col.2
Pœnitentia ex timore bona non erit nisi ad amorem progrediatur,ibidem.
Pœnitentia statim agenda est. to.1. pag.2 44. col.1.& to.2.pag.456.col.1
Pœnitentia de peccatis publicis publicè facienda est,to.1.pag.507.col.1
Pœnitentia vera esse non potest vbi non tollitur occasio peccandi,to.1.pag.512.col.1
Pœnitentia quare vsque ad mortis articulum differenda non sit.to.2. pag.226.col.1. &.2
Pœnitentia quare secunda tabula post naufragium dicatur,to.2.pag.245.col.1
Pœnitentia scaphæ comparari non debet. ibidem colum.2.
Pœnitentiam habere & à pœnitentia haberi in quo differant,to.2.pag.246.col.2
Pœnitentia etiam ab amico Dei vt gloriā consequatur facienda est.to.1.pag.342.col.2
Pœnitentia facta solum ad fugiendum infernum non est meritoria vitæ æternæ,tom.1 pag.404.col.2
Pendere pro Deo lucrum est, tom.1. pag. 336. colum.2
Perfectio Christiana operibus constat,tom.1 pag.245.col.1.& pag.645.col.1
Perfectio est cognitio propriæ imperfectionis,to.2.pag.484.col.2.&c.
Perfectio christiana in charitate consistit, to. 2.pag.499.col.1
Perfectio bonorum operum in quibus consistat.to.2.pag.162.col.2
Perfectio maior est omnia propter Christum dimittere quam alere pauperes. to. 2. pag. 631.colum.1
Perfectionis via est despicere quæ amamus. to.2.pag.500.col.1
Perfecti totam curam ponunt in bonis aliorum,to.1.pag.316.col.2.
Perfidia confiteri potest, credere vero non potest.to.1.pag.352.col.2
Periculum est proximum esse rebus quæ concupisci possunt,to.2.pag.456.col.1
Periculum quando aggrediendum sit. tom.1. pag.275.col.1
Perfossores maximè vtiles sunt. to. 2. pag. 379.col.1
Perseuerantia quare donum Dei dicatur.to.1 pag.392.col.1
Perseuerantia columna est omnium virtutū. to.2.pag.680.col.2
Perseuerantes in peccatis Deum tentant. to.1 pag.297.col.1
Persona vna diuina qualiter in alia sit. tom.1. pag.274.col.1
Persona diuina vocem non potest formare.to. 1.pag.266.col.2
Petrus Apostolus quare Simon Petrus dicatur.to.1.pag.382.col.2
Petrus Apostolus bis voluit passionem Christi impedire,to.1.pag.653.col.1
Petrus Christū potuit non negare. to.2. pag. 653.col.2
Petrus scindens auriculam Malchi non peccauit.to.2.pag.693.col.2
Petro quare permissum sit grauius cæteris apostolis labi. tom.2. pag.683.col.2
Petrus quare doctor Iudæorum cōstitutus sit. tom.2. pag.125.col.1
Petere miserum est.tom.2.pag.104.col.2
Petere actum oris respicit.to.2.pag.106.col.2
Petitio bona quę petit consequitur.to.2.pag. 530. col.2
Pharisæi quare potius quam alij Christum arguebant.tom.1. pag.371. col.1
Pharisæi quare pueris assimilantur.to. 1. pag. 502. col.1
Pharisæi qualiter iusti dicantur.to.2 pag.340. colum. 1
Pietas Mariæ virginis.tom.1.pag.71.col.1
Pietas incrementa habet. to.1.pag. 216. col.2
Pilatus cuias fit.tom.2.pag.705.col.1
Pilatus quare misit Christum ad Herodem. tom.2.pag.707. col.1
Pilatus quare Christum flagellauit. to.2.pag. 710. col.1
Pilatus ter Christum innocentē confessus est. tom.2.pag.712. col.1
Pilatus quinque modis voluit Christum liberare.ibidem.col.2
Pilatus minus peccauit in occisione Christi quam Iudæi.ibidem.pag.713.col.1
Pilatus quare titulum super crucem in tribus linguis apposuerit.to.2.pag.720.col.2
Pinna seu pinnaculum quid, tom.1. pag.293. colum.2
Piscationis temporalis à spirituali differentia. to.1.pag.335.col.1
Placere iustis hominibus bonū est. to.1. pag. 403.col.1
Plaga tristitia cordis est. tom.2.pag.68.col.1
Plagæ vt plurimum peccatorum pœna sunt. to.2.pag.458.col.2
Plagæ Christi innumerabiles fuerunt.tom.2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pag.710.colum.2
Pondus quibus modis falsum fit, tom.2. pag. 340.col.2.& pag.341.col.1
Populus Gentilis illuminatus est Christi aduentu.to.1.pag.183.col.1
Populus Gentium latera erat diaboli. ibidē.
Populus Ecclesiæ ministros tenetur sustentare.to.1.pag.244.col.2
Populus ex quo existimauit Christum esse Ioannem Baptistam.to.1.pag.624.col.1
Populus Iudæorum nulla in re magis offendit Deum quam in murmuratione. tom.2. pag.744.col.2
Possibile moraliter quid.to.2.pag.502.col.2
Possidere quid.to.2.pag.52.col.1
Potens quid dicatur.to.1.pag.99.col.2
Potentes potenter tormenta patientur.tom.1 pag 245.col.1
Potentia Dei à Christiano consideranda est, to.1.pag.86 col.2
Potentia in miraculis requiritur. tom. 1. pag. 305.col.1
Potentiæ per actus & obiecta cognoscuntur non solum quo ad esse naturale, sed etiam quo ad formale.to.1.pag.447.col.2
Potestas in tyrannis sine virtute est to. 1. pag. 86.colum.2
Potestas regia ex Deo est.to.1. pag. 128. col.2
Potestas Christi non erat ab humanitate, sed à diuinitate.to.1.pag.575.col.2
Potestas humanitatis Christi maior est omnium creaturarū potestate.to.1.p.591.col.2
Potestas faciendi miracula in apostolis non erat qualitas, seu virtus actiua. tom.1. pag. 602.colum.2
Potestatis & virtutis differentia, ibidem.pag. 603.col.1
Prauitas malorum in tentatione cognoscitur. to.1.pag.281 col.1
Præcepta Domini facienti omnia eueniunt secundum voluntatem.to.1.pag.152.col.2
Præcepta Dei via Dei.to.1.pag 232.col.2
Præcepta Dei omnes seruare tenemur.ibid.
Præcepta Dei sine mora adimplenda sunt.to. 1.pag.330.col.1
Præcepta primæ tabulæ in præceptis secundæ continentur.to.2.pag.60.col.2
Præceptū de dilectione Dei obligat semper, sed non pro semper.to.2.pag.59.col.2
Præcepta etiā diligenda sunt. to.2. p.61. col.1
Præcepta custodiri possunt absque eo quod Deus diligatur.to.2.pag.61.col.1
Præceptum affirmatiuum maioris est perfectionis negatiuo.to.1.pag.427.col.1
Præcepta affirmatiua semper obligant, & nō pro semper.ibidem.
Præcepta Dei non debent scrutari qualia sint antequam exequantur.to.2.pag.565. col.1
Præceptorum de non faciendo furtum, & nō concupiscenda re aliena expositio. tom.2. pa.305.col.2
Præcipere participatiue conuenit humanitati Christi.to.2.pag.458.col.1
Præcipites corde qui dicantur.to. 1. pag. 110. colum.1
Prædestinatio sine nobis est quantū ad principium non tamen quantum ad finem.to. 2.pag.50.col.2
Prædestinatio propria multis reuelata fuit.to. 2.pag.33.col.1
Prædicatio quæ & qualis esse debeat. tom.1. pag.561.col.1
Prædicatio euangelij viribus humanis non est aggredienda.to.2.pag.188.col.1
Prædicatio ab Apostolis quare ab Hierosolymis incepta fuit.to.2.pag.709.col.1
Prædicationis finis.to.1.pag.561.col.1
Prædicatio euangelij quibus committēda sit. to.1.pag.217.col.2
Prædicator vox est.to.1.pag.229.col.2
Prædicator sit sine peccato.ibidem.
Prædicator deuotus est futurus to.1. pag.296. colum.1.&.2
Prædicator verbis & factis populum erudire debet.to.1.pag.316.col.1, & to.2.p.9.col.1.
Prædicator non debet in vno loco quiescere. to.1.pag.325.col.1
Prædicator in suum quæstum non debet prædicare.to.1.pag.331.col.1
Prædicator vitam humanam & contemplatiuam exercere debet.to.1.pag.224.col.2
Prædicator quare operarius dicatur. tom. 2.pag.10.col.2
Prædicator etiamsi non audiatur apud Deū meretur.to.2.pag.19.col.2
Prædicator à populo debet sustentari.tom.2. pag.20.col.
Prædicator etiam in minimis locis prædicare debet.to.1.pag.535.col.1
Prædicator amorem carnalem fugere debet. to.1.pag.564.col.1
Prædicator quis à Deo missus dicatur. to.2. pag.300.col.1
Prædicatoris mores sal esse debent eius doctrinæ.to.2.pag.316.col.2
Prædicatoris verba honesta esse debent. to.1. pag.

pag.480.colum.2
Prælatiin curia regali caluariæ mortuæ sunt. to.1.pag.22.col.1
Prælatus defectus subditorum portare debet. to.1.pag.176.col.1
Prælatus dignum se habens, tali nomine non est dignus.to.1.pag.211.col.1
Prælatus aliquando meliores habet subditos. to.1.pag.214.col.2
Prælati subditos suauiter tractare debent.to.1 pag.250.col.2
Prælati theologos in ministerium vocare debent.to.1.pag.333.col.1
Prælati priores alijs esse debēt in obsequium Christi.to.1.pag.362.col.2
Prælati qualiter eligendi sint. to. 1. pag.379. colum.2
Prælati sua loca personaliter debent visitare. to.2.pag.6.col.2
Prælati mores subditorum statim extermina re non debent.to.2.pag.111.col.2
Prælatus episcopus futurus est theologus.tomo.1.pag.441.col.2
Prælatus ignarus aliosregere nō potest. ibid. pag.442.col.2
Prælati consilia subditorum audire debent. tom.1.pag.612.col.1
Prælati senes secum debent habere consulatores.ibidem.col.2
Prælati non sunt domini subditorum sed conserui ibidem.colu.2
Prælatus malus qualiter à domino diuidendus sit ibidem.
Prælatus malus qualiter cum infidelibus collocabitur.tom.2.pa.238.col.1
Prælatus mutus futurus est ouibus suis.tomo. 2.pag.252.col.2
Prælatus alijs perfectior futurus est. tomo.2. pag.289.col.2
Prælati quare sal dicantur.tom.2.pa.317.col. 2.& deinde.
Prælati accusatum ante se debent vocare vt pro se respondeat.tom.2.pa.183. col.1
Prælati accusatorum nomina aut testium pro dere non debent ibidem.col.2
Prælati etiam improbi obtemperandi sunt. tom.1.pa.128.col.& tom.2.pag.27.col.2
Prælatus personaliter assistere debet.tomo.1. pag.23.col.2.& pa.136.col.1
Prælati vmbra subditū sanat.tom.1. pag. 24. colu.1
Prælatis optimis maior gloria contedetur quam subditis.tom.2.pag.234.col.2
Prælatorum officia quæ.tom.2.pag.230.col.2
Prælato pessimo nihil peius. tom. 2. pag. 321. colu.2
Prælatura quærenda non est. tom.1. pa. 663. colum.2
Prima malorum sunt supplicia conscientiæ. tom 2 pag.410 col.1
Præmium quare ponatur in præcepto de honorandis parentibus.tom.2.pa.498. col.1
Præmia concessa in hac vita meritis Magdalenæ.tom.1.pa.521.col.1
Præmium ab his quibus expectandum est.tomo.1.pag.324.col.2
Præmium merito correspondet. tom. 1. pag. 440.col.1
Præscientia Dei non ponit necessitatem in rebus.tom.2.pag.684.col.1
Præterire & cadere idem sunt.tom.2.pa. 414. colum.1
Præteritum in scriptura sæpe ponitur pro præsenti.tom.1.pag.267.col.1
Pretiosus de homine libero non dicitur. tom. 1.pag.451.col.2
Primogenitus quis dicatur.to.1.pa.269. col.2
Primogenitus masculus aperiens vuluam dicitur.tom.1.pag.167.col.2
Primogeniti Abrahā Isaac & Iacob in genealogia Christi non numerantur. tom.1.pag. 269.col.2
Primum factum Christi fuit Ioannem visitare.to.1.pag.711.col.1
Primus gradus conuersionis in Deum est propriam cognoscere iniquitatem.tom.1.pag. 511.col.1
Principatus ecclesiæ quare Petro tribuatur. to.1.pag.335.col.2
Principatus à potestate differentia.to. 2. pag. 605.col.2
Princeps exemplo virtutis magnum affert cōmodum populo.to.1.pag.364.col.1
Principes acceptatores personarum non sunt futuri.to.1.pag.386.col.2
Principes sacerdotum qui dicantur.to.2. pag. 586.col.1
Principes sacerdotum qualiter dicantur venisse ad capiendum Christum.tom.2.pag. 694.col.2
Principium salutis à muliere procedit. tom.1. pag.80.col.1
Principium conuersionis in Deum quod. to. 2.pag.485.col.2
Prodigus insipientior videtur auaro. tom.1. pag.620.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prodigi stultitia.ibidem.
Promissio quando præterire dicatur. tom.2. pag.414.col.1
Pronomen,hoc,in consecratione corporis pro quo supponat.tom,2.pag.674.col.1
Prophetia non est causa operis. tomo. 2. pag. 516.col.2
Prophetiæ quare patribus antiquis fuerint obscuræ.tom.2.pag.734.col.2
Prophetare opus Dei est.tom.1.pag.107.col 1
Prophetæ ventura vti præterita prædicebãt. tom.1.pag.79.col.1
Prophetæ oleo vngebantur apud Hebræos. tomo.1.pag.142.col.1
Prophetæ omnes vno sunt loquutiore. tom. 1.pag.111.col.1
Prophetæ non cognoscunt omnia. tomo. 1. pag.523.col.1
Prophetæ quare in propria persona loquebãtur de passione Christi loquentes. tomo.2. pag.518.col.2
Prophetæ Nahum & Abachuc post onera multa quare consolationem subdunt.tom. 2.pag.521.col.1
Prophetæ in actu prophetiæ mentiri non possunt.tom.2.pag.616.col.2
Prophetę suas scripturas intelligebant.tom.2. pag.766.col.2
Propria Saluatoris quæ sunt.tom.1. pag. 172. colum.2
Prosperitas inimica est animæ. tomo. 1. pag. 203.colu.1
Proximus etiam si peccator fastidiendus non est.tom.1.pag.339.col.2
Proximus noster quis sit.tom.2.pag. 65.col.2
Proximus libenter etc adiuuandus. tomo.2. pag.82.col.2
Proximum feriens prius Christum ferit.tom. 1.pag.210.col.2
Prudentia maior est inter virtutes cardinales. tomo.1.pag.664.col.1
Prudentia quid.tom.2.pag.231. col.2
Prudentia ordinem in virtutibus constituit. ibidem.
Publicani qui dicebantur.to.1.pag. 248.col.1
Publicani quare infames habebantur. tom.2. pag.534.col.1
Pudor rusticus deponendus est.to.1.pag.339. colum.2
Puellæ clausæ futuræ sunt.to.1. pag.42. col.2
Pueri nomen Dei debent primum audire.to. 1.pag.103.col.1
Pueri sacerdotibus sunt offerẽdi. tom.2. pag. 494. colum. 1
Pulsare actũ operis respicit. to.2. p.104.col.1
Pusillanimitas vtilitatem spiritualẽ impedit. to.1.pag.234.col.2
Pusillanimitas causa est quod aliqui malis adhæreant,ibidem.
Purgatorium esse ex scriptura conuincitur. to.2.pag.187.col.1

Q

Quadragenarius numerus pœnitentię est accõmodatus.to.1.pag.275.col.2
Quadragesima ab Apostolis ordinata fuit.to 2.pag.757.col.1
Quærere actũ cordis respicit. to.2.p.104.col.2
Quæ in datione eleemosynæ consideranda. to.2.pag.297.col.1
Quæ Deus à sapientibus abscondat. tom.2. pag.38.col.2
Qui in vno offendit omnium factus est reus. to.1.pag.14.col.2
Qui in vita peccata non,persoluet in inferno. to.1.pag.121.col.1
Qui de domo Dauid dicantur, to.1. pag.128. colum.1
Qui sine timore est iustificari non potest.to.1. pag.170.col.2
Qui malum ob timorem vitæ proximus est vt peccet.to.1.pag.295.col.2
Qui alicui veniam postulat non sibi sed alteri illam petit,to.2.pag.96.col.2
Qui de tribulationibus conqueritur Deum offendit.to.1.pag.403.col.2
Quies non est admittenda in via domini.to.2. pag.15.col.1
Quies & humilitas contemplationi necessaria sunt.to.3.pag.79.col.1
Quis interrogatiuè in scriptura prore difficili sumitur.to.2.pag.230.col.2

R

Ratio humana fidei non est præponenda. to.1.pag.29.col.2
Ratio naturalis abstinentia docet seruare.to.2. pag.420.col.2
Recedere à Deo vera tristitia est. tom.2.pag. 501.col.2
Recordatio in damnatis ad illorum pœnam necessaria est.to.2.pag.439.col.2
Recordatio mortis remedium est ad vitanda peccata.to.1.pag.466.col.2
Rectitudo animæ corporis animæ rectitudinem significat tom.2.pag.544.col.2
Reges oleo vngebantur.tom.1.pa.14.col.2
Reges Iudæorum quare nomine Christi vocabantur.tom.2.pag.705.col.2
Regis imperium in obedientia subditorum consistit.tom.1.pag.80.col.1
Regibus iure naturali debentur vectigalia.tomo.1.pag.248.col.2
Regina Sabba qualiter dicatur condemnare Iudæos.tomo.2.pag.157.col.2
Regnum Dei non terminatur finibus. tom.1. pag.55.col.2
Regnum Dei quibus prædicandum sit. tom. 1.pag.196.col.1
Regnum Iudæorum quare ad Romanos trasla tum tomo.1.pag.220.col.1
Regnum cælorum quinque modis possidetur.tomo.2.pag.413.col.2
Regnum Dei prius venit ad nos quam nos ad illum.tomo.2.pag.131.col.2
Regnum Christi à pauperibus incipit. to.1. pag.487.col.2
Regnum Dei qualiter primum omnium quęrendum.tom.2.204.col.1
Regnum Dei quare præcipiatur quæri & non eius honor.ibidem.col.2
Regnum Dei cælorum & Christi idem sunt & quare his dicatur nominibus. tomo.2. pag.59.col.1
Regnum Dei aliquando Christus dicitur. ibidem.
Regula scripturę necessaria.to.1.pa.300.col.2
Regula rerum mutatarum.to.1.pa.430. col.2
Religio Christiana crux est & pœnitentia. tomo.1.pag.366.col.2
Reliquiæ sanctorum venerandæ sunt tom.1. pag.191.col.1
Remissio culpæ & receptio gratiæ in eodem sunt instanti.tom.2.pa.373.col.2
Renunciare omnibus & relinquere omnia in quo differant.tom.2.pa.315.col.1
Reprobatio facta in terra factæ in cælo respondet.tom.2.pa.35.col.1
Reprobi paleæ vocantur.tom.1.pa.157.col.2
Reprobi qualiter dicantur non cognosci à Deo.tom.2.pa.265.col.2
Res quanto charior est tanto maiori dolore quæritur.tom.1.pa.212.col.2
Resin melius mutatis prioribus nominibus nominandæ sunt.tom.1.pag.383.col.1
Res propria cum offensione diuina repeti nõ licet.tom.1.pag.426.col.2
Rerum diuisio.tom.1.pa.431. col.1
Rerum vsus quando pretium accipi possit. ibidem.
Residentia prælatorum in quantum necessaria sit.tom.1.pa.22.col.1. & pa.336. col. 1. & tom.2.pa.6.col.2
Respicere misereri significat. tom.1. pag.34. colum.2
Respicere in scriptura elargiri dona est. tom. 1.pa.84.col.1
Respondere aliquando in scriptura dicere significat.tom.2.pa.255 col.2
Responsiones Christi qualiter considerandæ sint.tom.2.pa.588.col.2
Resurrectio Christi in omnibus fuit articulus difficilis creditu.tom.2.pa.736. col.2.
Resurrectio Christi illum verum Deum ostẽdit.tom.2.pag.754. col.2
Resurrectio fidem passionis traxit. tomo.2. pa.755. col.1
Resurrectio Christi necessaria fuit, ibidem.
Resurrectio Christi qualiter causa nostræ resurrectionis sit ibidem.col.2
Reuelare Spiritui Sancto appropriatur. tom. 1.pa.173.col.1
Reuelatio diuina Apostolis quando necessaria fuerit.tom.2.pa.187.col.2
Robur & fortitudo appellata spiritus & virtus.tomo.1.pa.28.col.1

S.

SAbbathum quicunque dies festus appellabatur.tom.1.pa.370.col.1
Sabbathum secundo primum quid dicatur. ibidem.
Sabbathum quare in Dominicum mutatum sit.tomo.2.pa.283.col.2
Sacerdotes scire debent distinguere inter peccatum & peccatum.tom.1.pag.342. col.2
Sacerdotes etiam improbi honorandi sunt. ibidem.
Sacerdotes non se debent offendere graues. tomo.1.pa.244.col.1
Sacerdotes potestatem habent dimittendi peccata tom.1.pa.358. col.2
Sacerdotes veteris legis peccata remittere nõ poterant.tom.2.pa.46.col.1
Sacerdotes minores in lege veteri incensum ponere poterant.tom.1.pa.20.col.1
Sacerdotes oleo vngebantur.tom.1.pag.142. colum.1
Sacerdotes habituri iuxta ecclesias.tomo.1. pag.226.col.1
Sacerdotes peccatores à peccatis soluere debent.tom.2.pag.563.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sacerdotes quare Christo non restiterunt eos de templo eijcienti.tom.2.pa.584. col.1
Sacerdotes capillos tondere & coronam insigniri quid.tom.2.pa.69.col.1
Sacerdotes misericordes esse tenentur. ibidē.
Sacramenta omnia ad eucharistiam ordinantur tanquam principale.tom.2.pa.95.col.1
Sacramento accedere solis mundis licet. tom. 1.pa.373.col.2
Salathiel filius est Ieconiæ qui dicitur filius Nerei.tom.1.pa.273.col.1
Salis proprietates.tomo.2. pag.317.col.2.&c.
Saluator quis dicatur. tom.2.pa.52.colum.1
Salus animæ solicitè quærenda est. tomo. 1. pag.347.col.1.
Salutatio Mariæ noua fuit. tomo. 1.pag. 43. colum.2
Salutatio Mariæ ad Elisabeth Christi dicenda est.tom.1.pa.71.col.1
Salutare Dei nostrum appellatur.tom.1.pag. 181.colu.2
Samaritani nec Gentiles nec Iudæi erant. tomo.1.pag.666.col.1
Samaritani Christum quare non receperint. tom.1.ibidem.col.2
Samaritani idola colebant. tomo.2. pag. 69. colum.1
Sanare infirmum imperatiuè solius Dei est. tomo.1.pa.354.col.1
Sanare corporaliter quomodo sit æquè magnum ac sanare spiritualiter ibidem.
Sanare corpus quomodo maius sit Christo quam sanare animam.tom.1.ibidem.col.2
Sanguis à Christo in sudore effusus quahter fuerit naturalis & qualiter miraculosus. tomo.2.pa.691.col.1
Sanguis & aqua à latere Christi effusa verus sanguis & aqua fuerunt.ibidem.
Sanguis Christi in circuncisione effusus sufficiens erat ad satisfaciendum pro peccatis nostris.tom.1.pa.649.col.2
Sanitas miraculosa perfectè sanat.tom.1. pag. 319.col.1
Sanitas in diuinis mandatis exercenda est, ibidem.col.2
Sancta sanctorum quid.tom.1.pa.21.col.1
Sancta nisi sponte contaminari non possunt. tom.1.pa.523.col.2
Sancti instrumenta sunt separata diuinitatis. tom.1.pa.322.col.1
Sancti virtutem habent faciendi miracula ibidem.
Sancti timendi & honorandi sunt. tomo. 1. pag.335.col.1
Sancti in hac vita inuocandi sunt.tomo.2.pa. 443.col.1
Sancti suas laudes referunt Deo.tomo.2.pag. 495.colum.2
Sancti à sanctitate Christi dicuntur. tomo. 1. pag.61.col.1
Sancti hospitio recepti vtilitatem afferunt. tomo.1.pa.95.col 2
Sancti patres incarnationem de congruo meruerunt.tom.1.pa.112.col.1
Sancti ieiunio maximos exercitus superarūt. tomo.1.pa.283.col.1
Sancti laudibus sunt prosequendi. tomo.1. pa.492.col.2
Sanctorum vigilia quare prius quam festum celebratur.tom.1.pag.412.col.1
Sancti non solum sunt participes regni Christi sed etiam gloriæ.tomo.2.pag. 682. col.1
Sancti in cælo pro peccatoribus orant.tom.1. pag.241.col.2
Sanctificari dupliciter sumitur. tomo. 2. pag. 91.col.2
Sapientia Dei contraria contrarijs curat. tom. 1.pag.330.colu.2
Sapientia Dei ad nihilum redigit sapientiam humanam.to.2. pa. 257.col.2
Sarepta vrbs erat inter Tyrum & Sidonem. tom.1.pag.307.col.2
Sanctum quid.tom.2.pa.260.col.2
Satisfactio pro peccatis necessaria est.tom.1. pag.534.col.1
Scandalizari in Christum est in ipsum nō credere.tom.1.pa.488.col.2
Scandalizantium pœne.tom.2.pa.446.col.1
Scandalum duplex.ibidem.
Scandalum actiuum semper est peccatum.tomo.1.pa.378.col.1
Scandala esse necesse est necessitate conditionata.tom.2.444.col.1
Scandalum actiuum quid.ibidem.col.2
Scandalum passiuum quid.ibidem.col 2
Scandalum quando sit peccatum veniale quādo vero mortale.ibidem.pa.445.col.2
Scelerati nihil possunt facere in iustos.tom.2. pag.288.col.1
Scientia vituperanda non est.tom. 1.pag.90. colum.1
Scientia multiplex fuit in Christo. tomo. 1. pag.197.col.1
Scientia virtuti coniuncta bona est. tomo.2. pag.49.col.1
Sciens grauitatem peccatorum & faciens peccata grauius à Deo punietur. tomo.2.pag. 238.colum.1

Scoria

Scoria in scriptura pro peccato sumitur. tom. 2.pag.489.col.2
Scripta non sunt consentienda in medijs ciuitatibus.tomo.2.pag.457.col.1
Scribæ & pharisæi quare genimina viperarum.tomo.1.pag.238.col.1
Scribæ quanto plus prædicationis Christi recipiebant deteriores fiebant. tomo. 1. pag. 59.col.2
Scribæ & pharisæi in principio prædicationis Christi cognouerunt illum esse Messiā. tom.2.pag.277.col.2
Scribæ & pharisæi peiores facti sunt Satana in persequendo Christū.to.2.pa.663.col.1
Scripturæ elegantia in quid.to.1.pag.4. col.2
Scriptura sacra in omni verbo habet mysterium.tom.1.pag.9.col.2
Scriptura quod obscurè dixit statim declarat. tom.1.pa.19.col.1
Scriptura quid apparere dicatur. tom. 1. pag. 21.colum.2
Scriptura in significatione vulgari vtitur nominibus.to.1.pag.90.col.2
Scriptura more humano ad homines loquitur.tom.1.pag.94.col.1
Scriptura aliqua esse dicit quia sic à populo existimantur.tom.1.pag.165.col.2
Scriptura eundem hominem sæpe diuersis nominibus nuncupat.to.1.pa.272.col.1
Scriptura sæpe singulari pro plurali vtitur.to. 1.pag.287.col.2
Scriptura arma habet contra veritatis aduersarios.tom.1.pa.293.col.1
Scriptura in re minus insigni insigniorem intelligere solet. tom.1.pag.537.colu.2
Scriptura quare non permittatur in vernaculo sermone.tom.1.pa.545.col.1
Scriptura quando ponit notabilem quantitatem alicuius rei non curat de modico quod defuit, aut superfluit tom.1.pag. 614. col.1
Scriptura qualiter interpretanda.tom.1. pag. 667.col.1
Scriptura quomodo labores nostros reijciat. tomo.1.pa.331.col.1
Scriptura multa dicit iuxta opinionem illius temporis quo gesta referuntur.tom.1.pag. 366.colum.1
Scriptura sæpe vtitur hyperbole. tomo. 2. pa. 578.col.1
Scriptura quibus verbis virtutē Dei vindicatum significet.tom.2.pa.309.col. 2
Scriptura sæpè loquitur de multitudine sub vna persona.tom.2.pa.300. col. 1
Scriptura qualiter Deo humanos mores imponat.tom.2.pag.308.col.1
Scriptura sæpè vocat res ex apparentia. tom. 2.pag.340.col.1
Scriptura per oleum misericordiam significat.tom.2.pag.396.col.2
Scriptura quare tristia lætis solet adiungere. tom.2.pa.520.col.2
Scriptura per personam insigniorem minus notam intelligit.tom.2.pag.42.col.2
Scriptura de insensibilibus loqui solet acsi sensum haberent.tom.2.pa.573.col.2
Scriptura simplicibus, & verisimis verbis tradita est.tom.2.pa.629. col.2
Scriptura quare obscura sit.to.2.pa.766.col.2
Scriptura quod ad opprobrium pertinet minutatim narrat quod vero ad gloriam breuiter.tom.2.pa.772.col.2
Scriptura aliquando numero certo pro incerto vtitur.tom 2.pa.139.col.1
Scriptura adornari debet sententijs philosophorum.tom.2.pa.175.col.1
Scripturæ potius est adhibenda fides quam mortuis resurgentibus to.2.pa.441. col.1
Sectæ pharisæorum quot fuerint.tomo.2.pa. 613.col.2
Seueritas præmij potissima pars beatitudinis.tom.1.pa.491.col.1
Sedere in cathedra pestilentiæ quid. tomo.2. pag.280.col.1
Sedes pro statu sumitur.tom.1.pa.53.col.1
Semen in scriptura aliquando pro prole sumitur.tom.1.pag.165.col.1
Sempiternum non sumitur semper pro perpetuitate.tom.1.pag.55.col.2
Senarius numerus mysterium habet.tomo.1. pag 35.colu.1
Sensus literalis aliquando ille est qui per similitudinem insinuatur. to. 1.pa. 253.col.2
Sensus verus scripturæ ex antecedentibus, & consequētibus colligitur.to.2.pa.166.col.1
Sensus parabolę quis sit.tom.1.pa. 538.col.2
Sensus verus literalis parabolæ filij prodigi. tom.2.pa.338.col.2
Sententia aliorū audiēda est.to.1.pa.210. co.2
Septuaginta duo discipuli quare non dicantur apostoli.tom.2.pag.4.col.1
Sepulchra prophetarum ornare quid.tomo.2. pag.168.col.2
Sepulchrum Christi an videre tres Mariæ. tomo.2.pag.731.col.1
Sequi Christum perfectionis Christianæ est. tomo.2.pag.506.col.2
Sequi Christum quid ibidem.
Sequentes consilia Dei sæpius à dæmone tentantur.

tantur.tom.1.pa.232.col.2
Sermo noster iudicio semper disponẽdus est. tom.1.pa.303.col.2
Sermo imago est cordis.tom.1. pa.447. col.1
Seruantes verbum Dei in corde quare mater Dei dicantur.tom.2.pa.262.col.2
Seruus Christi perpetuo durat. tom. 1. pa.56. colum.1
Serui tanquam fratres habendi sunt. tomo.1. pa.452.col.1
Serui in scriptura pueri vocantur. tomo. 1. pa.460.col.1
Serui Dei Angelis similes sunt. tomo.1. pag. 137.col.1
Seruis Dei naturæ necessaria non deficient. tom.2.pa.14 col.1
Sibyllæ donum habuerunt prophetiæ. tom. 1.pa.192.col.1
Sicera nomen est genericũ tom.1.pa.86.col.1
Sycomorus quid.tom.2.pa.537.col.1
Signum quid.tom.1.pag.187.col.2
Signa generalia amicitiæ inimicis denegari non possunt.tom.1,pa.423.col.2
Silentium murus est deuotionis. tomo.1. pa. 225.col.1
Siliqua quæ dicatur.tom.2.pa.360.col.2
Simeon animarum consolationem expectabat.tom.1.pa.172.col.1
Simeon viso Christo nihil amplius videre optabat.tom.1.pa.180.col.1
Similitudo amorẽ generat to. 1. pa.140.col.2
Simon Pharisæus non solum peccauit in Deũ sed etiã in Magdalenam.to.1.pa.524.col.2
Simon & Iudas fratres fuerunt Iacobi minoris.tom.1.pa.383.col.2
Simon Cirenensis qualiter crucem Christi portauerit.tom.2.pa.714.col.1
Simplex rectum sonat.tom.2.pa.161.col.1
Simulatio facti quando licita sit. tomo. 2.pa. 749.col.1
Sinus Abrahæ supra locum pœnarum fuit. tom.2.pa.430.col.2
Sinus Abrahæ quare sic dicatur.ibidem.
Sol & luna quare ante iudicium obscurabuntur.tom.2.pa.638.col.1
Sol & luna eodem tempore eclipsari non possunt.ibidem.
Solis obscuritas ante iudicium ex quo prouenict.ibidem.
Solicitudo rerum temporalium quibus modis illicitasit.tom.2.pa,198.col.1
Solicitudo rerum temporalium verbum Dei. ibidem.pa.220.col.1
Solitudo murus est deuotionis. tomo. 1. pag. 225.col.1
Solitudo amplectenda est.to.1.pa.119.col.2
Solus paralyticus à Christo in euangelio sanatus est.tom.1.pa.349.col.2
Solutio quæstionis ortæ tempore Apostolorum ad gentes pertineret salus.tomo.2. pag.548.col.1
Sperare in Deum debemus semper. tomo.1. pa.224 col.1
Spes nostra in Christo ponenda est. tomo.1. pa.482.col.2
Spes homini necessaria est.to.2. pa.482.col.1
Spiritus Sanctus quare in specie columbæ venerit.tom.1.pa.266.col.1
Spiritus Sanctus ob quid in similitudinem ignis & linguæ venerit.to.1.pa.337.col.1
Spiritus Sanctus quare linguis igneis in diuisos apparuit.tom.2.pa.770.col.1
Spiritus sanctus quibus infundatur & deus. tom.1.pa.27.col.2
Spiritus sanctus quos impleat ibidem.
Spiritum sanctum dicere à patre tantum procedere erroneum est.tom.2.pa.770.col.1
Spiritus prophetiæ triplex.to.1.pa.78.col.1
Spiritus acumen, est rationis.tomo. 1.pag.80. colum.1
Spiritus vbi sine addito inuenitur in bonam accipitur partem.tom.2.pa.334.col.1
Spiritus malus exiens à corpore nó potestate vbi vult.ibidem.col.2
Spiritus malus quando in loca arida esse dicatur. ibidem.
Spiritus domini quare continuit Apostolos ne prædicarent in Asia.to.2.pa.146.col.1
Spiritus varie in scriptura sumitur. tomo.1. pa.669.col.1
Spiritus quando carnem adorat. tomo.2.pag. 423.col.1
Spiritus mali quatuor conditiones assignantur.tom.1.pag.391.col.2
Spiritualia temporalibus anteponenda sunt. tom.1.pa.33.col.2.& pa. 204. col. 2
Spiritualia pro temporalibus omittenda non sunt.tom.1.pa.204.col.2
Splendor exterior cum interiori bonus est. tomo.1.pa.13.col.1
Splendor cordis melior est dignitate. tomo.1. pa.57.col.1
Splendidè comedere interdum vitium non est.tom.2.pa.423.col.1
Spuere in faciem alicuius apud Iudæos abominabile erat,tom.2.pa.700.col.2
Stabilitas loci ad animi stabilitatem conferre. tom.2.pag.21.col.1

Stagni Genezaret descriptio.tom.1.pag.327. colum.2
Status in quo est virtus cum vicijs periculosus est.to.1.pag.14.col.2
Status continentiæ perfectior est statu coniugij.to.1.pag.35.col.1
Status firmitatem dicit.to.1.pag.57.col.1
Status secundus peccati peior est primo. to.2. pag.144.col.2
Status humilitatis præstantior est quam dignitatis.to.2.pag.492.col.2
Status viuentium qualiter peior sit statu corũ qui in inferno torquentur.to.2.p.328.col.2
Stare in peccatis quis dicatur.tom.1. pag.137. colum.1
Stare ad vitam pertinet bene operantis.tom.1 pag.376.col.2
Stare rectè agere significat.to.1.pag.376.col.1
Stridor dentiũ in damnatis ex qua causa procedat.to.2.pag.268.col.2
Stupidi asini in scriptura dicuntur.to.1. pag. 238.col.2
Subditus præceptorum non est futurus disputator.to.2.pag.463.col.1
Subditus malus prælatus bonus esse non potest.to.2.pag.452.col.1
Suggillari quis dicatur.to.2.pag.480.col.1
Summus sacerdos perpetuus erat.tom.1.pag. 222.col.2
Superbia principium fuit nostræ miseriæ.to. 1.pag.164.col.2
Superbia origo est discordiæ.tom.2.pag.129. colum.1
Superbia occultari non potest.to.2. pag.486. colum 2
Superbia societatem fugit.to.2.pag.486.co.1
Superbia causa est accusationis peccati. to. 2. pag.301.col.2
Superbia hominem facit hæreticum.tom.2. pag.31.col.2
Superbus in sensu composito saluari non potest.to.1.pag.444.col.1
Superbus extra se est.to.2.pag.302.col.2
Superborum triplex genus. tom.2. pag.484. colum.2
Suspicere quid.to.1.pag.93.col.1
Suspicio inanis gloriæ fugienda. tom. 1. pag. 324.colum. 2

T

Tabernaculi à diuersorio differentia, to.2. pag.393.col.2
Tabor montis descriptio.to.1. pag.640. col.1
Teloneum quid to.1.pag.360.col.2
Temeratij in periculis Deum tentant. tom.1. pag.297.col.1
Temperantia medicamen est corporis & animæ.to.1.pag.411.col.2
Templum domus orationis est. tom. 2. pag. 483.col.1
Templum sine doctoribus quid dicatur. tom. 1.pag.210.col.1
Templum dupliciter sumitur. to.2. pag. 170. colum.1
Templum Dei à Iudeis dicatum quare Deus voluerit penitus deuastari.to.2.p.622.col.2
Tẽpli Salomonis descriptio.to.2. p.170.col.1
Tempus vitę ad quid datũ.to.1.pag.115.col.1
Tempus dolum detegit.to.2.pag.630.col.2
Tempus natiuitatis Christi tempus est lętitię to.1.pag.145.col.1
Tempore judicij boni & mali separabuntur. to.2.pag.476.col.2
Tẽpore aduentus Christi pax in mundo erat. to.1.pag.124.col.1
Temporalia fugienda.to.1.pag.55.col.1
Temporalia in ecclesia Dei tractanda nõ sunt to.1.pag.173.col.2
Temporalia in oratione non sunt petenda tanquam principalia.to.2.pag.89.col.1
Temporalia non vt nostra petenda sunt.to.2. pag.206.col.1
Temporalia male acquisita diu conseruari nequeunt.to.2.pag.595.col.1
Tentatio Christi externa fuit.tom.1.pag.276 colum.2
Tentatio ab omnibus timenda est.ibidem. pag.278.col.1
Tentatio in rebus prosperis maxime timenda.to.1.pag.279 col.1
Tentatio vtilis est.ibidem.col.2
Tentatio à Deo permittitur.ibidem.pag.280 colum.1
Tentatio bona est.to.1.pag.281.col.2
Tentatio malis nihil intulit mali.ibidem.
Tentatio secunda diaboli ad Christum replica est responsionis primæ. tom.1. pag.287. colum.2
Tẽtatio duplex bonũ affert.tom.2.p.98.col.1
Tentatio Petri secunda à muliere simul cum homine facta fuit.to 2.pag.697.col.1
Tentationes discipulorum tentationes Christi dicuntur.to.2.pag.680.col.2
Tentationibus sine charitate resisti non potest,tom.1.pag.450.col.1

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tentare dæmonis officium est. to.2. pag.49. colum.2
Tentari vel non tentari non est in nostra voluntate.to.1.pag.276.col.2
Tentari bonum est.to.2.pag.98.col.1
Tepiditas in oratione ab eius perseuerãtia semouet.to.2.pag.103.col.2
Tepidus quare frigido peior dicatur. tom.2. pag.486.col.2
Terra promisionis pars est Syriæ. to.1.pag. 126.col.2
Terrena despicienda sunt.to.2. pag.501.col.2
Terrena animam nostram non complent. to. 1.pag.401.col.1
Testamentum vetus sanctum dicitur.tom.1. pag.112.col.1
Testamentum nouum sanctum dicitur. ibid.
Testamentum vetus ad nostræ fidei firmitatem necessarium est.to.2.pag 725.col.1
Testis optimus quis dicatur. to.1.pag.8.col.1
Tetrarcha quarta pars est regni.to.1.pag. 220. colum.2
Thesaurus cælestis à mundi thesauro differt. to.2.pag.211.col.1
Thesaurus cordis intentio cogitationis est.to. 1.pag.447.col.1
Thesaurizare quid.to.2.pag.211.col.2
Thesaurizandi genera.ibidem.
Thesaurizare quomodo prohibeatur. ibidẽ. pag.212.col.2
Tigris fluuius vnde dicatur.to.2.p.193.col.1
Timens peccata mortem non timet. tom.2. pag.177.col.1
Timens Deum ab alijs timoribus liber est.to. 1.pag.51.col.1 & to.2.pag.181.col.1
Timor Dei iustitiam conseruat.to.1. pag.171 colum.1
Timor pœnæ bonus & salutaris est.to.1.pag. 243.col.2
Timor pœnæ à malo præseruat.tom. 1.pag. 295.col.1
Timor Dei vsu peccandi dimittitur.to.2.pag. 135.col.2
Timor humanus quandoque peccatum mortale est.to.2.pag.177.col.1
Timoris species ibidem.col.2
Tollere crucem quid.to.1.pag.632.col.2
Tormenta in hac vita amicis Dei parata sunt. to.2.pag.176.col.2
Tormenta quomodo in inferno non consumant damnatos.to.2.pag.654.col.2
Tractatio verborum diuinorum magnificiẽda est.to.1.pag.321.col.1
Tradere quid.to.2.pag.664.col.1
Traditiones ecclesiasticas negare hæreticum est.to.2.pag.28.col.1
Transfigurari quid.to.1.pag.64.col.2
Transfiguratio Christi nocte facta fuit. to.1. pag.652.col.1
Transfiguratio quare non fuit visa ab omnibus apostolis.to.1.pag.638.col.2
Transfigurationem quare reuelare prohibuit sit vsque ad resurrectionem. to.1. pag.638. colum.2
Tribulatio verum amicum ostendit. tom.1. pag.184.col.2
Tribulatio quæ à proprijs infertur maxima est.to.1.pag.310.col.1
Tribulatio patienter toleranda est. to.1.pag. 559.colum.2
Tribulatio post Christi aduẽtum dulcis facta fuit.to.2.pag.317.col.1
Tribulatio Iudæorum in euersione Hierusalem maior fuit quam illa quæ sub Antichristo erit.to.2.pag.637.col.1
Tribulatio, in qua Christus ab angelo confortatus est alia fuit ab ea quam passus est in deserto.to.2.pag.689.col.2
Tributa quare redduntur. tom.1. pag.249. colum.1
Tributum à Iudæis Cæsari debitũ quale fuerit.to.2 pag.607.col.2
Trinitas diuina in conuersione peccatorũ gaudet.to.2.pag.337.col.1
Tristari excessiue super mortuos non licet.to. 1.pag.471.col.2
Tristes omnes existimant suæ tristitiæ gnaros esse.to.2.pag.742.col.1
Triumphus Christi in asello maior omnibus fuit.to.2.pag.566.col.2. & p.567.col.1. & 2
Tunica vna in scriptura necessarium alimentum significat duæ autem superfluum.to.1 pag.604.col.2
Turba fugienda.to.1.pag.346.col.2
Turba quare in montem ascendere non poterat.to.1.pag.387.col.1
Turba quare tam honorifice Christum in die palmarum recepit.to.2.pag.571.col.2
Turba laudans Deum in die palmarũ nõ omnes laudes intelligebat ibid.p.572.col.1
Turpe vtile esse non potest.to.2.p.598.col.1
Tyrus & Sidon ciuitates erant in Syria.tom.2 pag.25.col.1

V

VAnagloria fugienda est.tom.1.pag.341. colum.1
Vanagloria virtutibus est similis.tom.2.pag. 493.col.1
Vanagloria omnia bona tollit.ibidem.
Vbi amor ibi Deus.to.1.pag.102.col.1
Væ,comminatio est æterna, tom.1.pag.411. col.1.& tom.2.pag.168.col.2
Velle,vt delicta puniantur sanctum est. to.1. pag.426.col.1
Velum templi scissum fuit in passione Christi, non autem velum sanctasanctorum. to.2.pag.723.col.2
Venia peccatorum in hoc sęculo petenda est. to.2.pag.434.col.2
Venter principium est peccati, tom.2. pag. 147.col.1
Verbum fuit mutabilitatem ostendit. tom.1 pag.9.col.2
Verbum in scriptura sæpe pro facto sumitur. to.1.pag.549.col.1
Verbum domini à solitarijs auditur.to.1.pag. 224.col.2
Verbum in scriptura aliquando pro re sumitur.to.1.pag.288.col.1
Verbum aliquãdo pro re significata per illud sumitur.to.1.pag.315.col.2
Verbum Dei diligenter quærendum. tom.1. pag.325.col.1
Verbum Dei peccatorem iustificat & iustum fustinet.to.1.pag.326.col.2
Verbum Dei delectabiliter audire signum est prædestinationis. tom.1.pag.388.col.2.& to.2.pag.151.col.2
Verbum Dei audire ad beatitudinem non est satis.to.2.pag.151.col.2
Verbum, Amẽ, quare in omnibus linguis immutatum remanserit.to. 1.pag.462.col.1
Verbum Dei semper opportune prædicatur. to.1.pag.543.col.1
Verbũ Dei magis nobis prodest eucharistia. ibidem.pag.541.col.2
Verbum Dei quare vita dicatur.ibidem.
Verbum Dei quare verbum crucis appelletur.to.1.pag.560.col.1
Verbum Dei propter bonum temporale relinquendum non est.to.1.pag.565.col.1
Verbum Dei sine personarũ acceptione prædicandum.to.2.pag.278.col.2
Verba domini per seruos contemnenda non sunt.to.1.pag.32.col.1
Verba sancta cor inflãmant. to.1.p.195.col.2
Verba inutilia charitatem extinguũt.ibidem
Verba Christi spiritualem habebant virtutẽ. to.1.pag.314.col.2
Verba Christi gratiam hominibus tribuebãt. to.1.pag.388.col.2
Verba Christi instrumẽta erãt diuinitatis.ibi.
Verba aliquando supplenda sunt in scriptura to.2.pag.579.col.1
Vere pœnitentes corde contriti sunt.tom.1. pag.302.col.1
Veritas propter scandalum minimè dimittenda.to.2.pag.445.col.2
Veritas à quocunque dicatur est magnifacienda.to.1.pag.528.col.2
Veritas quãdo abscondenda.to.2.p.588.co.2
Veritas in scriptura varia significat.to.2. pag. 606.col.2
Veritas nullo temporali periculo deserenda. to.2.pag.704.col.1
Vestimenta Christi in transfiguratione quare nimi assimilentur.to.1.pag.643.col.2
Vestis deaurata quare hominibus pulchrior lilio videatur.to.2.pag.202.col.2
Vestium superflua abundantia mala est. to.1. pag.246.col.2
Vesper quibus modis sumatur.to.1.pag.749 col.1.in fine.
Via ad dominum per pœnitentiam paratur. to.1.pag.232.col.1
Via ad dominum virtus est.ibidem.
Via recta quæ dicatur.ibid.pag.233.col.1
Via cæli delectabilior est omnibus diuitijs mundi.to.1.pag.236.col.1
Victoria est à malis fugere.to.1.p.312. col.1
Videre mortem quid.to.1.pag.174.col.2
Videre Christi in scriptura quid.tom.1. pag. 359.col.2
Videntes Christum in hac vita damnari poterant.to.2.pag.48.col.2
Vidua quasi monialis est.to.1. pag.192. col.2
Viduæ status bonus est.to.1.pag.192.col.1
Vindicta de iniurijs soli Deo reseruatur. to.1. pag.437.col.2
Vinum mentem ad cælestia volare impedit. to.1.pag.27.col.1
Vir robur denotat.to.1.pag.39 col.1
Viri boni & mali discrimen. tom.1. pag.57. colum.2
Virtus perfectorum gemina.to.1. pag.9.col.1
Virtus principio aspera est.to.1. pag.50. col.1
Virtus à pueritia est amplectenda.to.1.pag. 161.col.1
Virtus honorum in tentatione cognoscitur. to.1.pag.280.col.2
Virtus spiritus operatiua est signorum.tom.1 pag.298.col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

Virtus faciendi miracula non est fixè in sanctis.to.1.pag.321.col.2
Virtus futura abscondita.to.1.pag.341. col.1
Virtus humanæ naturæ est consentanea.to.2. pag.407.col.2
Virtus vera ab animo incipit.tom.2.pag.174 colum.1
Virtus falsa externa tantum quærit. ibidem.
Virtus laudibus est honoranda. tom. 1. pag. 493.col.1
Virtus perfecta studium vltionis non habet. to.1.pag.669.col.1
Vitutes narrandæ sunt.tom.1.pag.491.col.1.
Virtutis finis considerandus est. tom. 1. pag. 50.col.2
Vis charitatis.tom.1.pag.3.col.2
Vis virtutis ab omnibus laudari est. tom. 1. pag.16.col.2
Visio beatifica nos formaliter bonos reddit. tom.2.pag.92.col.2
Visio beatifica summum bonum nostrum est ibidem.
Visio discipulorum qualiter beata dicatur to mo.2.pag.45.col.2
Visus Dei homines humiles reddit. tomo.1. pag.334.col.1
Visus amantis cor amati in se transfert in seipsum.tom.1.pag.359.col.2
Vita & interitus eadem via ingrediuntur. tomo.1.pag.35.col.2. & pag.466. col.2
Vita contemplatiua non est semper excellentior actiua.tom.1.pag.68.col.2
Vita Christi nostram metietur. tomo.1. pag. 152.col.1
Vita nostra contraria vitæ Christi.tomo.1. pag.157.col.1
Vita sapientis meditatio est mortis. tomo.1. pag.174.col.2
Vita Christi disciplina est morum. tomo. 1. pag.188.col.1
Vita pro Dei gloria parui facienda. tomo. 1. pag.200.col.2
Vita prædicatoris qualis futura.tomo. 1. pag. 229.col.2
Vita nostra locus est tentationis. tomo. 1. pag.279.col.2
Vita hominis christiani militia est sine pacto. ibidem.
Vita nostra ex diuino beneplacito constat. tomo.1.pag.288.col.1
Vita spiritualis à ieiunio incipienda. tomo. 1. pag.283.col.1
Vita æterna ab hominibus naturaliter desideratur.tomo.2.pag.50.col.1
Vita æterna sine bonis operibus assequi non potest.ibidem.col.2
Vita actiua & contemplatiua necessariæ sunt in ecclesia.tomo.2.pag.85.col.1
Vita actiua impediri potest non tamen contemplatiua,ibidem.
Vita actiua aliquando magis meritoria est cõtemplatiua,ibidem.col.2
Vita actiua & cõtemplatiua se se inuicem adiuuant.ibidem.
Vita & vera vita non separantur, tom.2.pag. 179.colum.1
Vita pauperis potior est vita diuitis.to.1.pag. 397.col.2
Vita quare odienda.tom.1.pag.406.col.1
Vita nostra quare via dicatur.tom.2.pag.242 colum.1
Vita sine morte sustineri non potest.tom.2. pag.247.col.2
Vita æterna quare merces iustorum appelletur,to.2.pag.540.col.1
Vitia abijcienda sunt,to.1.pag.15.col.1
Vitia principio leuia sunt,tom.1.pag.24.col. 2.& pag.50.col.1
Vitia sua natura homines attrahunt.to.1.pag. 50.colum.1
Vitia narrantes authorem non debemus nominare.tom.1.pag.416.col.2
Vitulus in parabola filij prodigi quid significet.to.2.pag.376.col.2
Vitulum occidere apud Iudæos solennissimũ erat.ibidem.pag.377.col.1
Vnusquisque est causa suæ punitionis. tom.1 pag.93.col.2
Vnusquisq; in suo statu potest saluari. tom.1. pag.394.col.2
Vnguentum Magdalenæ quale fuit.tom.1. pag.511.col.2
Voces prædicatorum voces Dei sunt. tom.1. pag.230.col.2
Voluntas Dei nostræ est anteponenda. tom.1 pag.100.col.2
Voluntas radix est boni & mali, tom.1.pag. 147.col.2
Voluntas necessaria est ad iustificationem. to.1.pag.232.col.1
Voluntas diuina regula est nostrarũ operationum.to.1.pag.274.col.2
Voluntas Dei eius potestas est. tom.1.pag. 339.col.2
Voluntas libera compelli non potest. tom.1. pag.629.col.1
Voluntas media est inter rationem & appetitum,to.1.pag.669.col.1
Voluntas Dei causam non habet.tom.2.pag. 42.col.2
Voluntati beneplaciti Dei resisti non potest benetamen signi.to.2.pag.93.col.1
Voluntatis vis.to.2.pag.548.col.2
Voluptates artes sunt dæmones, tom. 1. pag. 402.col.1
Vox patris æterni quare in baptismo, & trãsfiguratione facta fuit, tomo. 1. pag. 267. colum.2
Vox Christi mortuos suscitabat.tom. 1. pag. 476.col.2
Vox Christi vltima in cruce naturalis nõ fuit to.2.pag.724.col.1
Vsura quando licita fuerit, tom. 1. pag. 429. colum.2
Vsura ex natura sua mala est.ibidem.
Vsurarius tempus vendit. ibidem. pag.436. colum.1
Vulnus lanceæ Christo factum quare crudele dicatur.to.1.pag.319.col.2

Z

Zacharias non fuit summus sacerdos.to.1. pag.20.col.1
Zacharias incensum posuit ad sacrificium. ibidem.
Zacharias sorte exijt sacerdos.ibidem.col.2
Zacharias quare timuit,tom.1.pag.24.col.1
Zachariæ oratio quæ,ibidem.col.2
Zacharias in fide hæsitauit, tom. 1. pag. 29. colum.2
Zacharias venialiter peccauit, tom.1. pag.30. colum.2
Zachæus quare ab euangelista nominatur. to. 2.pag.534.col.1
Zachæus Christum interrogationibus inuitauit.to.2.pag.541.col.1
Zachæus qualiter filius Abrahæ dicatur.to.2. pag.547.col.2

FINIS TABVLÆ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Emanuel Correa Lusitanus
Typographiæ Corrector.

P. E. C.

IN AVTHOREM.

SI LABOR, ingenium, studium, sapientia, virtus
Iure ferunt meritis præmia digna suis,
Ecquid pro tanto dabitur tibi nomine dignum,
Stela pater, Stelæ fulgida stella tuæ?
Tu tua Christicolam mirantem pulpita turbam
Eloquio pascis, relligione, fide.
Quin, vt inaccesso resplendens æthere Phœbus
Lumine clarificat sidera cuncta suo:
Sic tu phœbæo plusquam splendore coruscans,
Docta facis studijs ora micare tuis.
Qui cupis iniectis igitur frænare cathenis
Eloquij populos, relligione, fide,
Hoc, quod conscripsit tibi vir doctissimus olim,
Nunc iterum excusum perlege lector opus.
Hîc Lucam euectum ferri super alta videbis
Sidera doctiloquis insolitisq; modis.
Hoc ego, dum typica castigans arte reuoluo,
Ter legi, inuita deposuiq; manu.

FINIS.

DOMUS LOYOLAEAE

Universidad de Deusto
Biblioteca